

[Faint handwritten notes or markings]

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35

[Handwritten signature]



91. 1053

ANNALES

ECCLESIASTICI

AUCTORE

CÆSARE BARONIO

SORANO

E CONGREGATIONE ORATORII

S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI

ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA

P. ANTONII PAGII

DOCTORIS THEOLOGI

Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem PAGII; & Epistola consularis Henrici CARD. NORISII. In hac vero editione Fasti Consulares ab A. U. C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, suppletur, & castigantur.

Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.

Tomus Decimusoctavus.



LUCÆ

Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXLVI.

De Superiorum Licentia.





ANNALES ECCLESIASTICI

JESU CHRISTI ANNUS 1094. URBANI II. PAP. ANNUS 7. HENRICI III. IMP. II. ALEXII COMNENI IMP. 14.

I. Romani nondum omnes obediunt.



MILLESIMUS nonagesimus quartus incipit annus, Indictione secunda, quo res urbanae sub Urbano Papa etsi tranquilliores, nondum tamen pacatae penitus extitere perdurantibus Romanorum nonnullis in perfidia Henriciana, eo quod adhuc Guibertini munitionem sancti Angeli possiderent, cum Urbanus Papa vitaret armis rem, agere adversus eos. De his igitur haec Bertholdus rerum inspector: Dominus Papa Urbanus Nativitatem Domini Romae solemniter celebravit, quamvis plures

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6587. SÆC. XI. Anno Eræ Hispan. MC-XXXII. Anno Hegiræ CCCC-LXXXVII inchoato die 21. Januar. ser. 7. A.C. 1094 I.

© II. A. D 12. P. 9. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1094.

URBANI II. PAPÆ 7.

HENRICI IV. REG. 39. IMP. 11.

ALEXII COMNENI IMP. 14.

Num. I. ad num. IV. In Italia qui ad Imperatorem ab hostibus ejus se transferant, eo ad Galliam reverso, omnesque pene ad hostes ejus rursus transeunt, & munitiones ab eo expugnatas contra eum muniunt, inquit Sigebertus in Chron. ad hunc Christi annum. De hac

Guibertini in Urbe adhuc latuerint, quos Dominus Papa absque militari manu non facile potuit * appellere. Maluit ergo * al. ex-
corum injuriam ad tempus tolerare, quam pellere.
Romanos cives armata manu inquietare. Guibertus autem haeresarcha cum Imperatore suo apud Veronam eo tempore fuit; seque libenter Papatum deserere simulavit, si alio modo pax in Ecclesia recuperari non potuerit. Et inferius eodem anno: Dominus Papa Romae prope sanctam Mariam Novam in quadam firmissima munitione morabatur. Sed Guibertini turrim Crescentii, ipsam molem Hadriani, dictam sancti Angeli obrinentes ad-

professione Germanica, quam Gallicam Sigebertus appellat, nec Donnizo, nec Urspergensis, nec Bertoldus mentionem faciunt; imo Henricum anno tantum MXCVII. ex Italia discessisse afferunt. Quare Henricus hoc vel superiori anno in Germaniam quidem venit, sed non multo post in Italiam rediit. [1] Neque enim Sigebertus, qui hoc tempore in Gallia Belgica vivebat, hoc ignorare potuit. Henrici rebus inclinantibus existimavit Matildis Comitissa, ut refert Donnizo in ejus Vita, praesentiam Urbani II. Catholicis Longobardiae animos facere posse, & Guibertinos metu afficere, ideoque Pontificem rogavit, ut illuc se conferret, quod & ab eo obtinuit, indeque, ut habet Bertoldus in Chronico, Urbanus II. Natale Domini in Tuscia celebravit, dum scilicet in Longobardiam pergeret. Anno quidem superiori Urbanus Romae eandem festivitatem celebravit, sed quia Guibertini Castellum

Gesta inter Henricianos & Catholicos.

NOTE [1] Hunc Henrici in Germaniam reditum commentitium esse, & e neglecto a Sigeberto chronologiae ordine profectum cenfeo. Igitur Sigebertus cum per aliquot succedentes annos nihil haberet peculiare quod de Henrico proderet, in hunc annum conferenda censuit, quae illi per aliquot succedentes annos acciderunt. MANSI

JESU CHRISTI 1094.

URBANI II. PAP. 7.

HENRICI III. IMP. II. ALEXII COMN. IMP. 14.

adhuc liberum viatoribus transsum ad Papam per pontem Tiberis nondum per-

II. Concilium Constantiense.

Gebehardus Constantiensis Ecclesie Episcopus magnam Synodum Constantia in hebdomada majore ante Pascha cum Abbatibus & clericis innumerabilibus, & cum praeclatis Ducibus, & reliquis Alemanniae Principibus canonicè celebravit.

Statuit etiam juxta statuta sanctorum Patrum, ut jejunium Martii in prima hebdomada Quadragesimae, & jejunium Junii in hebdomada Pentecostes semper celebraretur.

Item statuit, ut tam in hebdomada

Pentecostes, quam in hebdomada Paschali tres tantum dies festivi celebrarentur. Nam usque ad illud tempus Constantiensis Episcopatus morem Comprovincialium non est secutus, videlicet integram septimanam in Pascha, & unam tantum diem in Pentecoste observando, quamvis utraque septimana ejusdem observationis esse debuerint, & quamvis alii Episcopatus pene omnes predictam constitutionem jam ab antiquo tenuerint.

Querimonia Praxedis Reginae, quae dudum ad Vvelphonem Ducem Italiae a marito suo Henrico Rege discessit, ad Synodum Constantiensem pervenit; quae se tantas, tamque inauditas fornicationum spurcicias, & a tantis passam fuisse, conquesta est, ut etiam apud inimicos fugam suam facillime excusaret, omnesque Catholicos ad compassionem tantarum injuriarum sibi conciliaret.

III.

Rur-

cutus, ab ipsis pecuniam quasivit: sed modicum quid apud ipsos: quoniam persecutione & paupertate simul premebantur, invenire potuit. Quem ego, cum non solum tristem, verum etiam praenimia angustia lacrymantem conspexissem, cepi & ipse flere, & stens accessi ad eum dicens, ut secure cum Ferruchio iniret pactum.

Interim Gebehardus Constantiensis Episcopus in Majori hebdomada Constantiae Synodum celebravit, de qua haec Bertholdus a Baronio citatus: Quarimonia Praxedis Reginae, quae dudum ad Vvelphonem Ducem Italiae, a marito suo Henrico Rege discessit, ad Synodum Constantiensem pervenit, quae se tantas, tamque inauditas fornicationum spurcicias, & a tantis passam fuisse, conquesta est, ut etiam apud inimicos fugam suam facillime excusaret, omnesque Catholicos ad compassionem tantarum injuriarum sibi conciliaret.

III.

Synodus Constantiensis.

PAGIUS

Ium Sancti Angeli adhuc occupabant, Catholici Romae & in Italia finem hujus intestini belli fumis votis exoptabant.

II. Urbanus II. recuperat Palatium Lateranense.

Goffridus juvenis aetate XII. Kal. Septemb. anni superioris Abbas Vindocinensis electus, & ab Ivone Episcopo Carnotensi XI. Kal. eandem consecratus, ut testatur Chronicon Andegavense Tom. I. Biblioth. Labbei, Romam ad Urbanum II. Guibertinae factionis metu latitantem profectus, pecuniam unde Lateranum, & turrim Crescentiam, hodie Castellum Sancti Angeli dictam, redimeret, contulit, ut ipsemet in Epistola VIII. ad Paschalem II. Urbani successorem data hoc modo narrat: Primo anno, quo, Deo volente vel permittente, nomen Abbatis suscepi, audivi pia recordationis dominum Papam Urbanum in Domo Joannis Franchipani (vel Franchipani) latitare, & contra Guibertinam haesim viriliter laborare.

IV. Concilium Gallicanum contra illegitimum Regis conubium.

Rursus autem ab alio Apostolicae Sedis Legato in Gallia aliud Concilium, idemque generale nominatum, celebratum est, & quidem magni momenti, in quo nimirum Philippum Francorum Regem Patres excommunicarunt. De his acturi, in primis de legatione credita Hugoni Archiepiscopo Lugdunensi, a quo celebratum est Concilium, dicendum est. Virum istum apud Gregorium Septimum magnae aestimationis fuisse meminimus, eodemque ab eo legationis munere insignitum, & summo Pontificatu dignum judicatum; sub Victore Papa autem (ut vidimus) aliquantulum resiliisse ab Apostolica unione, non tamen ut deficeret ad schismaticos. Sed liber absque publica functione manens sese Urbano Papae communicatione ab exordio ejus Pontificatus conjunxit. Cum vero Ivo Carnotensis (ut vidimus anno superiori) suis litteris ad Urbanum, Legatum in Gallias mittendum esse, exorasset; Urbanus flexus petitionibus Ivonis, legationem ejusmodi eidem Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo decernit: quam cum ipse obire omnino renueret, idem Ivo has ad eum litteras dedit, quibus eum ad suscipiendum oblatum munus hortatur. Epistola sic se habet: (a)

(a) Ivo. ep. 18.

V. Legationem suscipere Hugonem Lugd. Archiep. Ivo monet.

Hugoni reverendo Lugdunensi Archiepiscopo, Ivo humilis Carnotensis Episcopus in Christi esse visceribus.

Audivi dominum Urbanum Apostolicam legationem tuam credidisse charitati, quae laudabiliter functus es tempore praedecessoris sui B. memoriae Papae Greg. Audivi & laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi, tum propter sinceram qua te amplector charitatem, tum propter communem Ecclesiae Christi utilitatem. Sed hanc meam letitiam postea perturbavit, quod mihi dictum est, te in tanta perturbatione humerum huic oneri nolle susponere, dissuasione quorundam, dicentium propter languidum caput aegrotanti corpori pene viribus * definito non posse commode subveniri. Sed imperitorum medicorum est tale consilium, tumores palpantium, & palpando putredines degustantium, amantium suam tranquillitatem, non aegrotantium sanitatem, nec attendentium, quod Veritas dicit. (b) Non est Ann. Eccl. Tom. XVIII.

* al destituito.

(b) Mart. 9.

PAGIUS

IV. Philippus Rex cum uxore divorcium facit.

A num. IV. ad XV. Rex Philippus suggestione diabolica Bertham Reginam repudiavit, & ei subtrahens sui praesentiam, ad castrum quod dicitur Monsferiolum, supra mare situm, quo illam detinuerat, eam destinavit; & (quod turpe est dicere, turpius autem facere, nec ad tantum pertinere virtus) libidini deserviens Fulconi Rebus Andegavensium Comiti suam abstulit uxorem nomine Bertrardam; cum qua pluribus annis adulterans, genuit ex ea duos filios & unam filiam, Philippum scilicet & Elorunum & Comitissam Tripolitanam, inquit Aimoinus

opus sanis medicus, sed male habentibus. Licet enim in Regno Italico surrexerit alter Achab, in Gallico autem altera Jezabel, quarentes altaria suffodere, Prophetas occidere; non est tamen dicendum Eliae, Relictus sum solus, & quarent animam meam, ne divinum dicat ei responsum: Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua sua ante Baal.

Licet ad placitum (c) Herodis salter Herodias, petat caput Joannis, concedat (c) Herodes; dicat tamen Joannes. Non licet tibi uxorem tuam inordinate relinquere, & contribulis tui conjugem vel pellicem in conjugium habere. Licet Balaam doceat Balac edere, & fornicari, Phinees tamen non parcat Israeliti cum Madianitide fornicanti. Licet ad persuasivum Simonis Nero Petrum liget, incarceret, non minus tamen Petrus Simon dicat: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Quanto enim studiosius perverforum temeritas & audacia relictitudinis statum labefactare conatur: eo vehementius eorum improbitati resistendum, & religioni Christianae consulendum, & lamentabilibus Ecclesiae ruinis obviandum. Non haec quasi ignoranti scribo, sed persuasum esse vellem tuae paternitati, ut iterum manum ad aratrum mitteres, & de agro Domini spinas quas posses evellere, & semina quaque messim latura saepeperleminare non differres. Haec baccanus. De cetero devotissime postulo paternitatem tuam, quatenus parvitati meae rescribas, utrum navi periclitantis Ecclesiae, etiam pene naufragium patientis manum adhibere disponas; & quo in loco circa initium Quadragesimae te valeam invenire. Quaedam enim Ecclesiastica negotia tractanda sunt mihi cum tua prudentia: quod mihi operosum, tibi autem non erit onerosum. Vale. Haec Ivo ad Archiepiscopum Lugdunensem Legatum designatum in Galliis.

At quodnam fuerit istud tam grande malum exortum in regno Francorum, cuius causa monerent plures Hugonem recusare munus legationis? Illud utique immensum ac detestabile, quod Philippus Francorum Rex divorcio dimissa legitima uxore, cognatam suam, uxorem

VI. (c) lb. c.

VII. Philippus Rex Franc. dimissa uxore, a liam supe. rinducit.

A 2 rem

lib. 5. cap. 50. Erat Bertha Florentii Comitis Frisiae Filia, a Philippo Francorum Rege circa annum MLXXI. uxor ducta, ex qua anno dominica incarnat. MLXXXI. natus est futurus Rex Ludovicus; orationibus & meritis sancti Arnulphi hoc tempore Suffensionis Episcopi, de quo Baronius num. VIII. & seq. impetratus: qui utinam ut bono fine potiat eisdem Sancti suffragio sit adjutus, inquit Liardus Sancti Arnulphi in Episcopatum Suffensionensem successor in ejus Vita Tom. IV. Duchesnii pag. 263. & seqq. Hic Ludovicus cogn-

A num.

rem Fulconis Comitis Andegavenfis, sibi junxerit matrimonio, juvenili furore percitus, non considerans quot horrenda simul scelera perpetraret.

VIII.

At vero antequam de his agamus, hic primum de ipsa Regina, quam Philippus Rex dimisit, dicenda sunt aliqua, quibus intelligas judicium domini esse relictum & justificata in semetipsa, dum quae ipsa fecit, eadem sit pati coacta, praedicente hac omnia, quae ei obventura essent, S. Arnulpho tunc Abbate, postea Episcopo Sueffionensi: cujus vitae Acta (a) Lisardus iridem Sueffionensis Episcopus ejus successor dum scribit, haec habet de expulsiōe Geraldii Abbatis monasterii sancti Medardi, quem ipse Sanctus in sui locum elegisset: Eo Abbate ocyus instituto de repente advocat supra dictus ille Pontius vesanus monasticus ordinis temerator, ducens secum Regnam Bertradam, quae auctoritate regia Geraldum expelleret, & Pontium contra fas in sancti loci administrationem intruderet. Id ubi rescivit Christi servus Arnulphus, e cella egreditur, Regnam furibundam blanditer appellat, submisit rogat, ut licet Regina sit, memor tamen muliebris conditionis, memor divinorum judiciorum, contra leges Ecclesiasticas venire formidet, ab injuria tanti viri verecunde se temperet.

IX.

Cum autem ea praere Regio festu & tumore viri sancti monita non admitteret, prophético spiritu dixit ei. Crede (si lubet) o Regina, Fratri Arnulpho, immo potius crede Spiritui sancto. Nam si tu Fratrem Geraldum hinc eieceris, Deo vindice, tu quoque ante obitum tuum e regno extruderis, contemptaque & arumosa morieris. Eam viri Dei Propheciam, luce clarius est, completam esse, quando omnes norunt Regnam illam post annos aliquot Regis animum adeo offensusse, ut conciliari prorsus noller, amantissimamque a regni consortio, & in pagum Pontinum translata, post diuturnam ca-

PAGIUS

gnomento Grossus post Philippum Patrem in Francia regnavit. Bertrada vero Simonis de Monteforti filia nupta erat Fulconi Andegavenfi Comiti, vulgo Richino ob morum asperitatem appellato, quae ad Philippum Regem fugit, & post ejectionem ab eo Bertham nuptias cum illo contraxit, quod graves turbas in Gallias concitavit. Urbanus enim II. illicitum illud conjugium, sicuti & Paschalis II. ejus successor improbat, & Philippum excommunicavit.

V. Quo anno hoc divorcium factum.

Hoc matrimonium Baronius, & cum eo complures ex meris conjecturis hoc anno consignarunt. Verum Clarius vel alius quispiam in Chronico sancti Petri Vivi Senonensis post Baronii mortem Tom. II. Spicilegii Dacheriani publicato, annum quo haec turbæ inchoatae & Bertha Regina dimissa, his verbis aperit: Anno MXCIII. Philippus Rex dimisit uxorem suam

lamitatem, illic plebeio more defunctam & sepultam. Haec Lisardus de Berta Regina, qua dimissa, ipse Rex Bertradam accepit. Ita enim, ne confundantur nomina. Bertam Regnam, Bertradam scias pellicem appellatam.

Sed jam ad Philippum Regem revocemus orationem, qui cum ejusmodi scelera perpetrasset, ut legitimam uxorem dimitteret, & pellicem duceret, quod scelestius est, invenit Galliarum Episcopos, qui faverent adeo nefandis criminibus, uno contradicente omnibus illis Ivone, cujus recitandae sunt breves epistolae eo argumento tunc scriptae, atque ea primum, quae secunda ordine posita perbrevis ad Episcopos ad Regis nuptias invitatos data est, qua hortatur, Regi tot inconcessa legibus praesumentis resistere, quae sic se habet: (b)

Archiepiscopis & Episcopis ad regales nuptias invitatis Ivo humilis cum spiritu consilii spiritum habere fortitudinis. Exemplar litterarum, quas misit domino nostro Regi charitati vestrae transmittito, ut eandem causam me habere sciat, quam & vos habetis, cur nuptiis ad quas vocati estis, subtrahere vos debetis. Vos igitur qui convenistis, nolite fieri canes muti, latrare non valentes, sed sicut boni speculatores, videntes gladium venientem saper terram, buccina insonate. Ut cum feceritis quod debetis, vestras animas & eorum, qui ad vocem buccinae se observaverint, vobiscum liberetis. Exemplar autem hoc est.

Domino suo Philippo magnifico Francorum Regi Ivo humilis Carnotensium Episcopus sic militare in regno terreno, ut non privetur aeterno.

Sicut serenitati vestrae dixi praesens ante juramentum vestrum, ita nunc scribo absens, quia huic nuptiarum solemnitati, ad quam me vocatis, interesse nec volo, nec valeo; nisi prius generalis Concilii definitione decretum esse cognoscam, inter vos, & uxorem vestram legitimam in-

nobilissimam, de qua habuit filium suum Ludovicum, & accepit Bertradam, qua reliquerat Fulconem Andegavensium Comitem. Praeterea Ordericus lib. 8. pag. 699. referens gesta anno MXCII. ait: Circa haec tempora in regno Galliae feda turbatio exorta est. Bertrada enim Andegavorum Comitissa metuens, ne vir suus, quod jam duabus aliis (nempe uxoribus) fecerat, sibi faceret, & relicta contempti sui vile sortum fieret, conscia nobilitatis & pulchritudinis suae fidissimum Legatum Philippo Francorum Regi destinavit, eique quod in corde trahebatur, evidenter notificavit, &c. Blondellus in Diatriba de Formula regnante Christo pag. 375. verbis illis fretus Philippi Regis divorcium cum Berta Regina anno MXCIII. alligat. Verum si Vir doctissimus Urbani II. litteras, de quibus mox, vidisset, Ordericum de anno MXCII. interpretandum esse non dubitasset.

X.

* al. Parisios.

intervenisse divorcium, & cum ista, quam ducere vultis, legitimum vos inire posse matrimonium. Si autem invitatus fuisset ad hujus discussionem in eo loco, in quo cum Episcopis canonicas secure possem conferre sententias, ubi temerariam non timerem multitudinem; libentissime ad hoc venirem, quod lex & justitia dicitur: cum audientibus audirem, cum dicentibus dicerem, cum facientibus facerem. Nunc vero, quia absolute vocor, ut Parisium cum uxore vestra veniam, de qua nescio, utrum possit esse uxor; propter conscientiam meam, quam coram Deo conservare debeo, & propter famam, quam Christi sacerdotem bonam habere oportet apud eos, qui foris sunt, malo cum mola asnuaria in profundum mergi, quam per me mentibus infirmorum tanquam caeco offendentium poni. Nec ista contra fidelitatem vestram, sed pro summa fidelitate dicere me arbitror, cum hoc & animae vestrae magnum credo fore detrimentum, & coronae regni vestri summum periculum. Memento, quia primum parentem, quem Dominus univere visibili creaturae praefecerat, mulier in paradiso seduxit, & ita uterque a paradiso exulavit.

XII.

Samsen quoque fortissimus per mulierem seductus, fortitudine amissa, qua hostes superare solebat, ab hostibus est superatus. Salomon sapientissimus propter mulierum concupiscentiam a Deo apostata vit, & ita sapientiam, qua praecellebat, amisit. Caveat ergo sublimitas vestra, ne in horum incidatis exemplum, & ita cum diminutione terreni regni auitatis aeternum. Consilite ergo Angelum magni consilii, ut accepto ab eo spiritu consilii, inhonesta & inutilia vitare, honesta & utilia in omnibus negotiis vestris valeatis perficere. Valete.

XIII.

(*) Ivo e. 13.

Ad Rhemensem vero Archiepiscopum, cujus esset nuptias benedicere, ista conscripsit (a) idem Ivo Apostolico spiritu roboratus:

PAGIUS

bitasset. Addit Blondellus ex eodem Orderico Regem desponsante Odone Bajocensi Episcopo Bertradam duxisse; sed de hoc capite Ordericus non bene edoctus fuit; hujus enim culpa non Bajocensis, sed Silvanectensis Episcopus reus fuit, ut statim videbimus. Hanc nostram opinionem de anno conjugii Bertradae cum Philippo Franciae Rege valide confirmat Instrumentum recitatum a Mabillonio in fine Partis I. Sac. IV. Benedicini inter Monumenta Historica pag. 763. quod dicitur scriptum mense Martii ipso anno, quo Philippus Rex Francorum accepit uxorem Bertradam nomine, uxorem Fulconis Andegavensium Comitissae, anno videlicet ab incarnatione domini MXCII.

VI.

Urbanus II. hoc divorcium reprobat.

Haec extra controversiam ponit Epistola Urbani II. ad Raynoldum Archiepiscopum Rhemensem, & suffraganeos ejus, data sexto Kalendas Novembris, anno videlicet Dei Christi MXCII. ut in fine ejus legitur, recitata Tom. V. Eiusdem Spicilegii, & ex eo Tom. X. Conc.

Rainaldo reverendo Rhemorum Archiepiscopo, Ivo humilis Carnotensium Episcopus consolationis visceribus abundare. Expertus quantum sit periculum Pralatorum, juxta quod in Psalmo legitur: (b) Qui descendunt mare in navibus; facientes operationem in aquis multis: ipsi viderunt mirabilia in profundo: ascendunt usque ad caelos, descendunt usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat: turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum devorata est. In quo per me minus sapio, vestro, ceterorumque consilio prudentium informari, vel confirmari desidero. Nuper enim cum a domino Rege fuisset invitatus ad colloquium, quorundam malecolorum meorum suggestione obnixae me rogavit, ut essem ei adiutor in celebrandis nuptiis, quas facere disponebat de Bertrada di-

Ivo monet Rhemen. Archiepisc. (b) Psal. 106.

* alii Bertrada. XIV.

Ad quod cum respondissem, non ita oportere fieri, quoniam nondum esset causa definita inter eum & uxorem ejus; testatus est, pleniter definitam esse Apostolica auctoritate, & vestra, vestrorumque Coepiscoporum laudatione. Quo audito, respondi me haec ignorare, nec hujusmodi nuptiis velle interesse, nisi vos earum essetis consecrator & auctor, & Coepiscopi vestri assertores & cooperatores; quoniam id competit juri Ecclesiae vestrae ex Apostolica auctoritate, & antiqua consuetudine. Quoniam igitur confido de religione vestra, nihil vos de re tam periculosa, & famae vestrae, & honestati totius regni tam perniciose facturum, dicturumve, quod non auctoritate vel ratione nitatur; studiosissime & devotissime obsecro charitatem vestram, ut mihi fluctuantis veritatem hujus rei quam scitis, aperiat, & sanum consilium, licet arduum & asperum, super hoc praebeat. Malo enim perpetuo officio & nomine Episcopi carere, quam pusillum regem,

pag. 463. in qua Pontifex, narrato & improbo Pilippi cum Bertrada connubio, ait: Te autem, Charissime Confrater Raynolde, noxa haec maxime impetit, pro eo quod Sylvanectensis subiectus tibi Episcopus hoc publici Adulterii crimen, suo, ut audivimus, firmavit assensu, cum machis illis benedictionis Sacerdotalis manus imposuit. Quod etsi licite nuberent, bigamis tamen impenari secundum canones non liceret. Nunc igitur vobis Apostolica auctoritate praecipimus, ut his visis apicibus, quod etiam non jubentibus nobis jam dudum fecisset vestram prudentiam decussisset, mature convenire curetis Regem, & ex Dei & nostra pariter & vestra parte instanter commoneatis, arguatis, obsecratis, increpetis, & a tanto, tamque horrendo facinore desistere compellatis. Quod si contempserit, & vobis & nobis necessitas imminet, ut ad ulciscendas divinae legis injurias pro nostri officii debito accingamur, & Phinees Gladio Madianitas adulteros perforemus. Eam.

JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.

gem Domini me legis prævaricatione scandalizare. Sunt etiam latentes cause, quas interim tacere me convenit, propter quas hoc matrimonium laudare non possum. Vale.

XV. Porro quod ipse fecit, & aliis faciendum suavit, ut potius legationi Sedis Apostolicæ obediatur, quam Regi. Sic enim ipse ad Abrincensem Episcopum: (a) Cogit enim vos ex una parte legatio Apostolicæ Sedis, ut præceptis ejus obediatis: urget vos ex altera parte regia potestas, ut resistatis. Cum igitur sibi invicem adversentur præcepta Apostolica & regalia; sanum consilium nemo vobis dare potest aliud, quam quod Sulanna, dictante Spiritu sancto sibi dedit: (d) Melius est mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei. Videlicet ut aut Apostolicæ Sedis in Legatis suis plenarie obediatis, aut principaliter ad Sedem Apostolicam vicarios vestros mittatis, qui ibi pro vobis satisfaciant, & gratiam Sedis Apostolicæ vobis restituant: alioqui anathematis vinculum rumpere potestis, solvere non potestis. Hæc Ivo. Quæ & præstiterunt in hoc conflictu Episcopi Gallicani, quos Legatus Apostolicæ Sedis Lugdunensis Archiepiscopus roboravit; cum ex altera parte Rex furens incensus concupiscentiæ facibus ætuaret, ex altera Legatus sacris legibus ei pararet

PAGIUS VII. Eandem quoque instantiam pro ereptione confratris nostri Carnotensis Episcopi (scilicet Ivonis) adhibete; Quod si monitis vestris, qui eum cepit, obtemperare contempserit, vos & Carnotensem excommunicationi subicite, & castellis in suis e carcere quibuscumque eum retinuerit, & terra ejus divinum Officium interdicit, ne similia deinceps in vobis hujus Ordinis presumentur. Ut ordinem vestrum diligitis, ita hoc accelerare omnibus modis satagatis. Valete. Data sexto Kalendas Novembris, ut supra. Quare epistola Ivonis alias C. nunc XX. Clericis & Laicis Carnotensibus scripta, & a Baronio an. MXCV. num. XXI. & seq. recitata, ad annum MXCII. quo Ivo a Carnotensi Vicecomite captus, retrahenda. Ait in ea Ivo: *Audivi Primates urbis vestra adinvicem conjurasse guerram se facturos adversus Vicecomitem pro mea liberatione. Quod nequaquam mea liberatio est, sed inclusionis mea non solum exasperatio, sed interminata productio. Quare ne fiat, prohibeo, interdicto, &c. Ad eam annum reducenda etiam Ivonis Epistola utroque ordine XIV. Archiepiscopi & Episcopi ad Regales nuptias invitatis data, sicuti & Epistola ab Ivone Philippo Francorum Regi scripta, quæ est ordine XV. & Epistola Ivonis ad Rainaldum Remensem Archiepiscopum, cujus erat nuptias benedicere, scripta, quæ novo & veteri ordine est XIII. quas omnes Baronius hoc anno refert; cum tamen Ivonis detentionem præcesserint, ideoque ad annum MXCII. spectent. Denique ex recitata Urbani II. ad Rainaldum Remensem Archiep. Epistola liquet, deceptos esse Viros Eruditos, qui in initium Episco-*

obstiterunt. Rex autem habenas concupiscentiæ laxans, sponte fertur in detestandum toto Christiano orbe conjugium.

Cum autem Hugo Archiepiscopus Lugdunensis munus legationis suscepisset, mox ab eo Gallicanum in casu ejusdem conjugii est indictum Concilium, constanti animo paratus irrumperere iniquitatem. De quo idem Ivo ita scribit ad Vvalterium Meldensem Episcopum: Hoc vero vobis consulo, ut conjugium ejus quod ante factum ratione resistente non laudatis, post factum nec dicto, nec facto inconsulto approbetis sed commune consilium & judicium provincialium Episcoporum & cæterorum studiose expectatis, & longanimitate expectetis; & si quid adversi pro amore justitiæ vobis acciderit, æquanimiter supportetis; hoc attendendo, quia non sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Vale.

At quid demum? Cogitur per Hugonem Apostolicæ Sedis Legatum hoc anno Concilium, causa Regis exacte cognoscitur. Improbatur, damnatur conjugium ipseque Rex synodali judicio sententia excommunicationis afficitur. Sed audi Bertholdum in rebus gestis anni hujus de eadem Synodo Gallicana: *In Galliarum inquit, civitate, quam Ostionem vulgariter dicunt, congregatum est generale Concilium a venerando Hugone Lugdunensi*

patus Ivonis mense Novembri Capuæ ordinati, vel ad annum MXCII. vel ad annum MXCIII. retulere, cum anno MXCII. ante diem XXVII. mensis Octobris iam Episcopus fuerit, ideoque & consecratus mense Novembri anterioris Christi anni, ut supra ostendimus. Ivonem in carcere ipsam etiam penuriam panis perpeffum, testatur Hildebertus Cenomannensis Episcopus Epist. C.

A num. XV. ad XXVII. Philippus Rex, cum videret Ivonem Episcopum Carnotensem, quem nuper in carcerem conjecerat, alioque quosdam Episcopos nuptias cum Bertrada contractas non approbare, & in prima sententia persistere, Conventum Remis hoc anno convocavit, de quo Clarius laudatus in suo Chronico hæc habet: *Anno MXCII. congregavit Philippus Rex Archiepiscopos & Episcopos Regni sui in Remensi Urbe, & obtinuit ab Archiepiscopo (nempe Senonensi) Richerio magnis precibus, ut Remis ad Concilium non dedignaretur ire; ostendens Rainaldum Remensem Archiepiscopum podagrico dolore contractum non posse progredi de sua sede; & pervexit Richerius Archiepiscopus Remis, & susceptus est cum maximo honore a Rainaldo Archiepiscopo, & universo Clero Ecclesiæ Remensis, & sedit in Concilio in nullo inferior Remensi Archiepiscopo, sed penitus par & aequalis, utpote qui non per aliquod debitum illuc pervenerat, sed per dilectionem & orationem Regis. Eodem anno obiit Berta Regina, quæ a Rege Philippo prius fuerat derelicta, ipso Rege adhuc tenente Bertradam; quam huic super duxerat, reclamante justitia. Ita Clarius, seu potius ejus Continuato-*

XVI.
Ivo monet
Meldens.
Episc.

XVII.
Philippus
Rex ex-
communic-
atur in
Concilio.

VIII.
Conven-
tus Re-
mensis.

JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.

nenfi Archiepiscopo & Sedis Apostolicæ Legato, cum Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus diversarum provinciarum decimo septimo Kalen. Novembris. In quo Concilio renovata est excommunicatio in Henricum Regem, & in Guibertum Sedis Apostolicæ invasorem, & in omnes eorum complices. Item Rex Galliarum Philippus excommunicatus est, eo quod vivente uxore sua, alteram superinduxit. Item simoniaca hæresis & incontinentia sacerdotum sub excommunicatione damnata est. Item monachis interdictum est in eodem Concilio, ne parochialium sacerdotum officia in parochiis usurpent. Hæc, inquam, omnia ibi sunt constituta, & Apostolica legatione firmata. Hæc ipse. Quomodo autem istud ipsum judicium rursus ventilatum est in Concilio Claromontensi, & ibi rursus idem Rex est excommunicatus ab Urbano Papa, suo loco dicturi sumus.

XVIII. Quod rursus ad legationem ejusdem Hugonis Archiepiscopi Lugdunensis, hoc anno eidem in Gallias creditam pertinet; quid admiratione dignum ei acciderit, apud Marcianenses sanctissimas moniales, hic describendum, auctore (a) Petro venerabili Abbate Cluniacensi ejusdem temporis scriptore fide præstantissimo, qui de loci institutione hanc memoria dignam habet narrationem: *Est idem locus inter alia sanctimonialium sancta loca singulariter gratiam obtinens, & velut inter fulgentia cali sidera quodam suo proprio fulgore perfulgens. Ibi nobilium mulierum multitudo, & que de ipsius regii sanguinis sublimitate descendunt, spernunt divitias, & honores contemnunt, calcant superbiam, luxuriam subigunt, Christianique sequentes pauperiem proprio mundum cum principe vincunt. De quarum numero plurime virorum morte destitute, secundas iterare nuptias refugerunt, alie incolumes maritos deseruerunt; legitima puta ex causa; quædam ab omni carnis corruptione immanes*

(a) Petr.
ven. l. 1.
mirac. ca.
22.

PAGIUS tor, qui hoc tempore vivebat, ut ostendit Dacherius ex iis, quæ ille scribit pag. 749. ubi loquitur de Gestis anno MXCVIII. tanquam a se visis. [1]

IX. Causam convocationis Conventus Remensis aperit Ivo Carnotensis Episc. in Epistola XXXV. ad Richerium Senonensem Archiep. data, in qua ei significat, se male argui, quod perjurium incurrerit, & Majestatem Regiam minuerit, & quia sacri Canones docent accusatio-

NOTE [1] Concilium seu Conventus Rhemensis, de quo Pagius hic, ipsum esse credo Concilium, quod Raynaldus Remensis in Epistola ad Robertum Flandriæ Comitem Spicil. Dacher. t. 3. pag. 423. nov. edit. celebratum a se fuisse scribit die XV. Kal. Octob. (quæ Dominica erat) cum Coarchiepiscopis, & Episcopis suis atque Principibus multis juxta Domini Papæ Urbani II. præceptum, ut consecratio Lamberti Atrebatensis Episcopi confirmaretur. Ex his habes mensum & diem conventus hujus incæpti. Porro Concilii hujus Acta recitari a Lœrio in Chronic. Belgico pag. 233. ex erudito ad Spicilegium novissimæ editionis Annotatore discimus. MANSE

Evangelicum virginitatis honorem carnalibus voluptatibus præulerunt. Omnes tamen in communi, virili constantia femineam molliciem supergressæ, non solum mundana omnia, sed seipsas sibi subjungant &c. Et de observantissima clausura pergit.

Claustrum salutari conclusæ, & (ut sic dicam) vitali obruta sepultura, pro præfenti coarctatione sempiternam latitudinem, pro sepulchro beatum refurctionem expectant. Unde potius mori, quam egredi ante occumbere, quam lumen designati ostii transgredi eligerunt. Quod tunc apparuit, quando in circumpositis villæ domibus casu quodam tempore ignis exarsit. Ferebantur in sublime globi flammæ, & exussis circumquaque omnibus, sanctarum illarum habitaculis appropinquabat. Tollitur in altum clamor populi, ne sacræ domas comburentur, magis quam de propriis damnis solliciti. Fit concursus omnium ad muri eas ambientis propugnacula; & super domorum tecta conscendentes totis viribus obviam ire ignibus parant. Ardentem materiam quam superveniunt, longe proiciunt, nihil quod ad igneam vim repellendam possit valere, intentatum dimittunt. Sed ne quidquam proficiant. Aer enim vento commotus multiplicatas vires ignibus dabit, & fumum flammeo vapore admixtum vultibus atque oculis defensionum inferens, ne defenderent, prohibebat. Cumque aliquandiu resistissent, victi tandem violento elementorum conflictu tecta relinquunt, & se passim ad terram præcipitantes, non jam domos, sed propria corpora salvare contendunt. At ignis obstaculo remoto, libere omnia pervagatur, & partem propinquorem sibi ædificiorum invadens, horrissono strepitu maximas lignorum moles consumit. Dum vero luctuosa universorum vox confuso clamore omnia replet, totus ignari consilii nihil nisi extremum ancillarum Dei exitum præstolantur. Erat tunc forte in loco

XIX.
Dignum
exem-
plum con-
stantiæ
monia-
lium.

XX.

Lu-

Lugdunensis Ecclesie Archiepiscopus venerabilis Hugo, multa morum probitate & religiosa conversatione, a domino Papa Urbano cunctarum ferme Galliarum constitutus Legatus, ad quem velut ad patrem confugiunt, & (ut in perturbatis rebus fieri solet) auxilium ab eo consilium expostulant.

XXI. Precantur precipue, ut inclusis sanctis mulieribus exitum persuadeat, neque tantum ovium Christi gregem ignibus pastor perire permittat. Motus Archiepiscopus sub celeritate congregans, summa industria, ut periculo cedant, hortatur. Cumque illa omnino renuerent; & prius se mori, quam propositum infringere constanter affirmarent, ait Episcopus Auctoritate beati Petri & domini Papae, cujus vice fungor, atque ex Abbatibus * nostri obedientia vobis precipio, ut ad presens hinc exeatis, neque vos cum habitaculis vestris hic incendio incremari sinatis. Ad haec quaedam maxima nobilitatis & conversationis Gista nomine, quam & ipse multoties vidi, spiritu & fide succensa, respondit. Nos pater timor Dei & praeceptum Abbatis nostri, ut ignem aeternum evadere possimus, intra hos quos cornis limites usque ad mortem permanuras inclusit. Unde nullo pacto fieri potest, ut aliqua necessitate praefixos nobis

* f. vestri.

PAGIUS rium arguar incurrisse, & Majestatem Regiam minuisse. Quod, ut pace vestra dicam, rectius in eos retorqueri potest, qui vulnus fomentis incurabile tanquam pii medici cauteriis competerentibus dissimulant verere, vel medicinali ferro praecidere. In qua sententia si mecum firmiter fuissetis, jam agrotum nostrum (nempe Philippum Regem) ad sanitatem perduxissetis. Quod quandiu differitis, videte si fidelitatem quam debetis, pleniter exhibetis, si officii vestri munus expletis. Faciat Dominus Rex adversus parvitatem meam quantum Deo permittente libuerit & licuerit: includat, excludat, proferbat, inspirante Dei gratia & prosequente, decrevi patri pro lege Dei mei, nec ulla ratione cogente volo ei consentaneus in culpa esse, qui nolo confors esse in poena.

X. Baronius hujus Epistolae non meminit, sed huc refert Epistolam Ivonis alias CCLXXXI. nunc CCLXX. ad Turgedum Episcopum Abrincensem datam, in qua ait Ivo: Cogit vos

penitentiae terminos saltem pedis passu transgrediamur, nisi ab illo, qui in nomine Domini in hoc nos inclusit loco, solvamur. Noli ergo domine, si placet, hoc injungere, quod nobis agere non licet; sed sicut nos ignem praecipis fugere, ita magis igni ut a nobis fugiat, virtute Christi Domini nostri armatus injunge.

Ad quam mulieris fidem stupefactus Archiepiscopus, ac subito & ipse fide repletus, foras exiit, & coram cunctis, qui aderant, flammam intus, ac lacrymis ora perfusus, ait: In nomine Domini, & per meritum fides hujus qua nunc locuta est mulieris, recede ignis pestifer ab ancillarum Dei habitaculis, necdum aliqua ultra inferre praesumas. His a pontifice verbis prolatis (sicut mihi testificati sunt qui viderunt) repente immensitas flammarum invisibili virtute repressa, velut ferreo muro obstante, ultra procedere non potuit, & absque ullo humano subsidio absque aliqua pluvia gutta incredibili celeritate semetipsum extinxit. Sic magnifico atque imperato miraculo sanctum propositum mulierum sibi bene acceptum esse divina pietas comprobavit, & vera fides merito omnia possibilita credenti (sicut in (a) Evangelio promiserat) demonstravit. Hucusque Petrus.

XXII. Fide ignis extinctus.

Ut

ex una parte legatio Apostolica Sedis, ut praecipis ejus obediat; urget vos ex altera Regia potestas; ut vestris, &c. Verum haec Epistola, a Paschali Papa sedente, anno MCII. scripta. Ordericus enim lib. 4. pag. 507. tradit, Turgedum seu Turgisium Praesulatum ferme XXX. annis tenuisse, & lib. 12. pag. 589. cum anno Christi MCXXXIX. adhuc in vivis fuisse, ut recte observat Juretus in Notis ad eam Ivonis Epistolam. Hoc itaque anno Turgedus nondum Episcopus erat, ideoque nec ea Epistola scripta.

XI. Tandem Hugo Apostolicae Sedis Legatus Concilium Augustodunense [1], quae urbs est Ducatus Burgundiae, a Bertoldo in Chron. quem sequitur Baronius num. XVII. Ostio barbare appellata, XVII. Kal. Novembris celebravit, & Philippum Regem excommunicavit, eo quod vivente uxore sua, alteram superinduxit inquit idem Bertoldus.

A num.

NOTAE [1] Concilium hoc Augustodunense diu ante hunc annum celebratum colligo ex epistola ejusdem Hugonis ad Rodulfum Turonensem invitatoria ad eandem Synodum indictam ad IV. Idus Septembris. Porro in ea epistola Hugo episcopum se Diensem, non archiepiscopum Lugdunensem (quam dignitatem anno 1082. obtinuit) appellat apud Baluz. t. VI. Miscell. p. 413. Sed post haec scripta, incidi in aliam epistolam ejusdem Hugonis jam archiepiscopi Lugdunensis in qua Lambertum Atrebatensem ad synodum Augustodunensem invitat, indictam ad Id. octobris. Igitur duas Augustodunenses Synodus sub Hugone distinguamus oportet, alteram ante annum 1082. aliam vero hoc anno 1094. celebratam. Prioris hujus Synodi Augustodunensis mentio in Collectionibus nulla est, eamque habitam opinor anno 1077. quo dies illa septembris in omni nicam incidit. MANSI

XXIII. Urban. rescriptum turbat Ivonem. Ut autem ad Urbanum Pontificem, atque ad Ivonem Carnotensem Episcopum redeamus. Post tot angustias, quas Ivo resistens Regi, ut ex suis litteris audisti, perpeffus est, vehementer eum Urbani Papae rescriptum perturbavit pro clerico illo monetario datum, quem jam Ivo iuste damnasset, & appellante Apostolicam Sedem, cum & ne circumveniretur ejus mendacii, suis litteris anno superiori, ut vidimus, eundem Urbanum Papam monuerat, ut caveret. Sed Urbanus cum illi plus satis mendacia afferenti, tamquam vera narranti, fidem adhibuisset, atque pro illo ad eum rescripisset: idem Ivo non sine animi magna amaritudine ad Urbanum ista respondit, sic expoſtulans, ut tamen illi in omnibus parere non praetermiserit: (a)

(a) Ivo. ep. 19. Querela Ivonis ad Urbanum Papam. XXIV.

Urbanus summo Pontifici, Ivo spirituales ejus filius, non servilis timoris, sed castae dilectionis obsequium. Ad visitandam paternitatis vestrae dulcedinem, ad revelandas quotidianas cruces meas, praesentiam vestram jam saepe adire proposui; sed impediente satana, votum meum adhuc implere non valui. Nam ad bestias quotidie pugnavi, non invenio requiem spiritui meo, & miserabiles Christianae religionis ruinas, quibus reficiendis vix aliquis aut nullus infudat, cum multa cordis contritione deploro. Unde quia video me praesse, sed nulli fere prodesse, saepe delibero renuntiare cura pastoralis, ad pristinam quietem redire, ubi illum (b) expellem, qui saluum me faciat a pusillanimitate spiritus & tempeſtate. Sed pene sola retinet me paternitatis vestrae dilectio, cui quantum debeam, nec ipse pensare sufficio. Tamen (c) nisi viderer os meum ponere in caelum, injuriam adversus eum agerem, qui septem annis pro (d) Rachel servienti Liam jussit nocte supponi. Quae saltem si fetaret, & speciositatem Rachel sua fecunditate compensaret, vix tandem ea conditione toleranda videretur, ut ad amplexus Rachel post alios septem annos perveniendi copia donaretur. Nunc vero quia hujus sterilitatem experior, & illius delectatione non perfruor: miserabiliorem omni homine me judico, & ut tam lamentabile damnum diu toleret, anime meae persuadere non valeo. Si placet itaque sanctitati vestrae, ut adhuc tolerem, cudite mihi virgam ferream, quae vasa lutea conterantur, quae non eo modo parcat uni, ut in discrimen adducantur plurimi.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS XII. A num. XXVII. ad XXXIV. Dodechinus in Appendice Mariani Scoti ad annum MXCIV. de Sancto Anselmo Cantuariensi Archiep. verba faciens, ait: praesumpta est illi talis assertio, cum Abbas erat; Si in Deo res persona

Hoc ideo suggero sanctitati vestrae, quia quidam clericus nostrae urbis falsis delationibus aures vestrae pietatis jam secundo pulsavit, dicens se per conjecturas accusatum, & de sola suspitione proscriptum. Sed causa illa, propter quam Clero separatus est, tam manifestis indicibus est revelata, tam certa accusatione publicata, tam evidenti exitu comprobata, ut nemini non tantum civium, sed etiam comprovincialium dubium sit, quin in domo sua falsam monetam fabricari fecerit, & in quadam Ecclesia ejusdem praepositura, quam ei Gaufridus vendiderat, contra voluntatem omnium fratrum. Hoc publicum facinus, & quaedam ejus horrenda flagitia, Deo volente, vera esse probabo suo tempore in vestra praesentia. Ideo sacramentum quod mihi obtulit, intuitu charitatis nolui suscipere, sciens eum peccatum perjurii priori peccato velle superponere. Tamen propter reverentiam vestrae paternitatis, ad quam confugerat, quamvis dolose, interim volui ei reditus unius praebendae integerrime dare, & cibum mecum in mensa, donec possem de hoc negotio in praesentia vestra agere, & consilio vestro, quae restituenda viderentur, misericorditer restituere.

XXV.

Ipse autem uti superbus & arrogans est, tamquam falsa dicendo perditam recuperasset innocentiam: neque mihi, neque amicis suis voluit acquiescere, nisi quaecumque petebat, & in manu mea non sunt, ab his qui ea legitime acceperunt, invidis auferri non possunt, redderem integerrime. Igitur secundum quod placuerit discretioni vestrae, aliquid tale super hoc parvitati meae rescribite, quod huic stulto & ceteris cornua non addat, & vires meas non excedat. Ipse autem nunc ad vos venire disposueram, sed iste publicavit adventum meum studioſissime per totam Romani itineris viam. Quae damna, quas passiones, quas persecutiones intus & foris hoc anno pro lege Dei pertulerim: nota vobis facere poterit iste frater. Litteras sanctitatis vestrae, & eorum Suffraganeis sine mora direxi. Adhuc tamen tacent, tamquam (e) ca-

XXVI.

Hoc eodem anno sanctus Anselmus Archie-

(e) Isai. 15.

XXVII.

JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.S. Anselmus mit-
tit ad Ur-
banum
Papam
lib. Incarnat.
Verbi.chiepiscopus Cantuariensis ubi scripsisset librum de Incarnatione Verbi, misit ad Urbanum Papam. Ita Edinerus in vita ipsius, & Dodechinus in Chronico. E-
jus autem scribendi occasionem idem ipse in nuncupando ipsum, ita præfando declarat :*Domino & Patri universæ Ecclesiæ in terra peregrinantis summo Pontifici Urbano Frater Anselmus, vita peccator, habitu monachus, sive jubente, sive permittente Deo, Cantuariæ metropolis vocatus Episcopus, debitam subjectionem, cum humili servitio, & devotis orationibus.*Rom. Pontif. est
tueri fi-
dem Ca-
tholicam.*Quoniam divina providentia vestram elegit sanctitatem, cui vitam & fidem Christianam custodiendam, & Ecclesiam suam regendam committeret: ad nullum alium rectius refertur, si quid contra Catholicam Fidem oritur in Ecclesia, ut ejus auctoritate corrigatur: nec ulli alii tutius, si quid contra errorem responderunt, ostenditur, ut ejus prudentia examinetur. Quapropter sicut nulli dignius possum, ita nulli libentius presentem epistolam, quam vestra destino sapientia, quatenus si quid in ea corrigendum est, vestra censura castigetur, & (quod regula veritatis tenet) vestra auctoritate roboretur. En vides quem recognoscat sanctus Anselmus caput totius Ecclesiæ, doctrinæ arbitrum, & dogmatum cognitorem & judicem. Pergit vero de nova hæresi, immo veteri restituta insania Sabelliana, verbis istis:*XXVIII.
Ratio
scribendi
librum de
Incarnatione.*Cum adhuc in Becci monasterio essem Abbas, præsumpta est a quodam clerico in Francia talis assertio: Si in Deo, inquit, tres personæ sunt, una tantum res, & non sunt tres res, unaquaque per se separatim, sicut tres Angeli aut tres animæ, ita tamen ut potentia & voluntate omnino sit idem: ergo Pater cum Spiritu sancto cum filio est incarnatus. Quod cum ad me perlatum esset, incepi contra*

PAGIUS

*perverſi dogmatis, a Patribus & Doctoribus Ecclesiastica fidei circumventus ac convictus, & pene populo neci traditus, ut mortem evaderet, errorem abjurasse dicebatur. Contra quem errorem pater Anselmus Epistolam Abbas inchoavit, Episcopus consummavit, scribens ad Urbanum Papam. Loquitur Dodechinus de Roscelino de quo Otto Erlingensis lib. 1. de Gestis Friderici I. cap. 47 postquam asseruit fuisse præceptorem Abaelardi subdit. Qui primus nostris temporibus in Logica sententiam vocum instituit. Auctor quidem Historiæ a Roberto Rege ad mortem Philippi I. Tom. IV. Duchesonii scribit. In dialectica hi potentes extiterunt Sophista: Joannes qui eandem Artem Sophisticam vocalem esse dissevit, Robertus Parisiensis, Roscelinus Compandensis, Arnulphus Laudunensis. Hi Joannis fuerunt Sectatores. qui etiam quampures habuerunt Auditores. Sed quia ex omnibus Joannis illius parum cogniti discipulis optime scientiam**bunc errorem scribere quamdam epistolam, quam parte quadam edita, perficere contempſi, credens non ea opus esse, quoniam & ille, contra quem sebat, in Concilio a venerabili Rbomensi Archiepiscopo Rainaldo collecto, errorem suum abjuraverat, & nullus videbatur, qui eum errare ignoraret. Partem tamen illam quam feceram, quidam Fratres, me nesciente, transcripserunt, atque aliis legendam tradiderunt.**Quod idcirco dico, ut si in alicujus manus pars illa venerit, quamquam ibi nihil falsum sit: tamen tanquam imperfecta & non exquisita relinquatur. Postquam autem in Angliam ad Episcopatum, nescio qua Dei dispositione captus & retentus sum; audiivi præfate novitatis auctorem in sua perseverantem sententia dicere: Se non ob aliud abjurasse quod dicebat, nisi quia a populo interfici timebat. Hac igitur causa quidam Fratres precibus suis me coegerunt, ut solverem questionem, qua ipse sic irretitus erat, ut nullo modo se ab ea expediri crederet, nisi aut Incarnatione Dei Patris & Spiritus sancti, aut eorum multitudine impediret &c. Insultus plane hæreticus & imperitus, quippe qui si legisset quæ a sanctis Patribus de Trinitate innumerata scripta sunt documenta, & quæ de Incarnatione Verbi ab iisdem tam Græcis, quam Latinis edita sunt immensa volumina: doceri ab iisdem quam disertissime potuisset, quod Filius assumpti naturam humanitatis in unitate personæ, non naturæ.**Quod si & libris his caruisset, tunc ad id quod Ecclesia tradit, ipsi recurrendum fuisset, & non ad inanes debuisset disputationes ex tenebris suæ ignorantia fabricatas Fidem Catholicam revocare. Unde idem S. Anselmus, ipso disputationis exordio auream istam sententiam, dignam plene tanto Ecclesiastico tractatore ex penetrabilibus pietatis ita**illam vocum concepit, & docuit Roscelinus natione Britto seu Armoricus, Compandensis vero Canonicus, pro Auctore & Inlittatore Nominalium vulgo habetur, inquit Bulaeus in Hist. Universit. Paris. Tom. I. ad an. MLXXVII. qui addit, eam Aristotelicorum sectam a Veteribus pene explosam, a Guillelmo Occamo Franciscano rursus excitatam atque de integro instauratam esse, & varias Universitates in hujus verba olim jurasse.**Anno MXXII. aut insequenti Rainaldus Remensis Archiep. Synodum adversus Roscelinum habuit Sueffione, cui inter ceteros adfuit Fulco Belvacensis Episcopus, ad quem Anselmus tunc adhuc Abbas Beccensis scripsit rogans, uti se apud Synodum purgaret, mentemque suam de Sancta Triade omnibus Prælatibus aperiret; verebatur enim, ne Roscelinus publice affereret, quod in scriptis & in privatis conventibus dicere solebat, Lanfrancum &*

XXIX.

XXX.
Non disputandum sed credendum.XIII.
Dicitur in Concilio Sueffionensi.

depromit dicens:

Nullus quippe Christianus debet disputare, quod Catholica Ecclesia corde credit, & ore confitetur, quomodo non sit: sed semper eandem Fidem indubitanter tenendo, amando, secundum illam vivendo, humiliter (quantum potest) querere rationem, quomodo sit. Si potest intelligere, Deo gratias agat, si non potest intelligere, non immitat cornua ad ventilandum, sed submitat caput ad venerandum. Citius enim in se potest confidens humana sapientia impingendo cornua sibi convellere, quam innitendo, petram banc evellere.

XXXI.

At quisnam fuerit hæreticus iste, licet sanctus Anselmus eum consulto non nominet, quod contemptibilis sit habendus omnis hæreticus, quippe qui ex impetate sibi gloriam nominis querat; sed nec nomine dignus, quamvis ex eo cum dedecore sit majori injuria afficiendus: tamen non alium hunc existimo, quam eum, ad quem Ivonis tunc temporis scripta extat (a) epistola istis verbis:

(a) Ivo ep. 7. Ivo monet hæreticum.

Ivo Dei gratia Carnotensium humilis Episcopus, Roscelino non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Iste titulus, sequitur epistola.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

*Anselmum idem secum sentire. Legitur ea Epistola in Operibus Divi Anselmi lib. 2. Epist. 41. In eo Concilio Roscelinus interrogatus mentem explicavit, erroremque falsus abjuravit. Verum paulo post solum Concilium, hæreticorum more dixit, se non ob aliam rationem sententiam suam damnaſſe, quam quia timebat ab ignaro populo interfici, & lapidibus obrui, seque semper in eadem quam coactus abjurarat, sententia permanere. Quamobrem Anselmus, ut fidem purgaret, hominemque confunderet, Tractatum edidit de Incarnatione, quem Urbano Pontifici II. dedicavit, statimque initio Roscelinum tanquam hæreticum & prava sententiam condemnat. Anselmi ad Urbanum II. Epistolam recitat Baronius num. XXVIII. & seqq.*XIV.
Ivo Roscelino subdit, ut palinodiam canat.*Roscelinus, cum videret se tanquam hæreticum haberi, & undequaque expelli, ignarus quid faceret, confugit ad Ivonem Carnotensem, rogat, ut in tanto rerum suarum discrimine sibi opem ferat, asseritque se toto animo errores suos detestari. Ad eum respondit Ivo Epistola utroque ordine VII. qua ei contulit, ut palinodiam scribat, quatenus sicut multis erroris exemplum fuisti, inquit Ivo, sic de cetero fias exemplum correctionis, antea dixerat quia scio te post Concilium Sueffionense in auribus quorundam, quos necum bene nosti, pristinam sententiam tuam clandestinis disputationibus studioſissime defendisse, & eandem quam abjuraveras, & alias non minus insanas persuadere voluisse, non potest intrare in cor meum, quod adhuc fidem tuam correxeris, quod mores in melius commutaveris. Recitat eam Epistola Baronius num. XXXI. & seq. atque eam esse absque salutatione præmissa, vel consueta bona imprecatione bene valendi in fine ipsius apposita, quod ad hæreticum scriberet, qui nec dicendum Ave moverit Joannes Aposto-*JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.*Si esses ovis centesima in deserto perditus; sed gregi jam reddita, sicut exarserat in te zelus meus, quando te intellexi aversum & adversum: sic requiescere in te spiritus meus, si te cognoscerem ad doctrinam sanam conversum, & reversum. Sed quia, scio te post Concilium Sueffionense, in auribus quorundam, quos mecum bene nosti, pristinam sententiam tuam clandestinis disputationibus studioſissime defendisse, & eandem quam abjuraveras, & alias non minus insanas persuadere voluisse; non potest intrare in cor meum, quod adhuc fidem tuam correxeris, quod mores in melius commutaveris. Si ergo ex hac occasione te afflixit, rebus tuis nudavit quorundam violentorum rapax avaritia: non hoc ex se secuta injusta eorum violentia, sed juxta & correctioni tuæ consulens Dei sapientia, faciens etiam per malos quamvis nescientes bona sua, cujus vestem scindere conabar rationibus humanis armata, sed tamen infœcunda facundia. Cum vero multis exemplis Ebraici tractatoris veram constet sententiam:**Quo semel est imbuta recens servabit odorem, Testa diu: B 2 Non**lus. Verum, ut in Notis ad Epistolam illam Juretus observavit, in aliquot MSS. plures sunt Ivonis Epistolæ ad alios scriptæ etiam non hæreticos, in quarum calce similis præcatio abest, ut negligentia potius librarii fuisse videri possit, quam Auctoris voluntas.**Extat Epistola cujusdam M. Petri Theologiae Professoris conuerentis apud G. Parisiensem Roscelinum Episcopum, quod Roscelinus plurimas contumaciter in opusculum quoddam de Sancta Trinitate adversus ipsius hæresim in Synodo Sueffionensi damnatam, a se compositum evomisset, in qua Petrus ait: Cujus tam vita, quam Professore disciplina omnibus est manifesta. Hic contra egregium illum præconem Christi Robertum Arbroscello contumacem ausus est Epistolam confingere, & contra magnificentem illum Ecclesiæ doctorem Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum ateo per contumelias exarsit, ut ad Regis Anglici imperium ab Angliâ rursus impudens ejus contumacia sit egesta, & vix tum cum vita evaserit. Vult enim infamiam habere participem, ut per infamiam bonorum suam conſoletur infamiam, &c. Duchesnius hanc Epistolam male Petro Abaelardo tribuit, Gaufridus enim Parisiensis Episc. anno sequenti obiit. Quo nondum Abaelardus Parisios venerat, & adhuc valde juvenis erat. Deinde Auctor ejusdem Epistolæ loquitur de Tractatu S. Trinitatis, quem in Roscelinum conscripserat; cum tamen quo tempore Abaelardus Tractatum suum de Trinitate edidit, jam Roscelinus, & Robertus Arbricellensis & sanctus Anselmus obiissent. Quare recte existimat Bulaeus citatus ad annum MXXV. hujus Epistolæ Auctorem esse quemdam Petrum Theologum iis temporibus Professore, qui adversus hæresim Roscelini in Concilio Sueffionensi damnatam scripserat. Eadem Epistola Tom. X. Concil. pag. 487. male etiam tribuitur Petro Abaelardo.*

JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.

XXXII. Non tamen propter metum vel horrem presentiam tuam, de te sperans meliora, & saluti viciniora: sed quidam civis nostri ad cognoscendum vitam alienam curiosi, quamvis ad corrigendam suam desidiost, te quidem odibilem, me vero propter te suspectum haberent, & audito nomine tuo, & pristina conversatione tua, more suo, subito ad lapides convolarunt, & lapidum aggere obrutum profecerunt. Interim igitur consulo tibi, ut assumpta patientia beati Job, quamvis longe impar, cum eo tamen dicas: (a) *Job. 6.* Sustinebo iram Dei, quoniam merui, donec justificet causam meam. Testificor enim tibi, si conversus ingemueris, & in simplicitate Fidei degere volens, a vanitate carnalis sensus tui detinueris, non deerunt tibi verba divina consolationis, & mater Ecclesia, qua devotum exasperavit paterna severitate, correptum assumet materna pietate. Restat igitur, ut palinodiam scribas, & recantatis opprobriis, vestem Domini tui, quam publice scindebas, publice resarcias: quatenus sicut multis exemplum erroris fuisti, sic de cetero fias exemplum correctionis.

PAGIUS XVI. Obitus Calipharum Bagdali & Egypti. *Muhammadus* Bagadenfis Calipha anno Hegiræ CDLXXXVII. e vivis excessit, postquam Caliphatum annos novemdecim & aliquot menses gessisset, cui successit *Muhammadus* Billi filius. Obiit & *Muhammadus* Billi Calipha Egypti, postquam per sexaginta annos imperasset, non vero per sexcentium, ut errore Librarii in Elmacino lib. 3. Hist. Sarac. cap. 9. legitur, qui ait, ei *Muhammadum* Billam filium successisse.

XVII. Atrebatensis Episcopatus ab Urbano II. restituitur. Urbanus II. literis Clero & populo Atrebatensi datis Roma, die & anno non expressis, Atrebatensi Ecclesie præcipit, ut iugo Cameracensis subjectionis excusso, & recepta dignitate primis temporibus rationabili firmitate possessa, Episcopum sibi eligant. Plures hanc in rem Epistolas scripsit Urbanus II. recitata: Tom. X. Concil. & inter alias unam ad Lambertum Atrebatensem Episcopum pag. 446. datam X. Kalend. Aprilis, indictione II. anno Dominicæ Incarnat. MXXIII. Pontificatus autem Domini Urbani II. Papæ VII. in qua dicitur, Remensem Ecclesiam Metropolitanam duodecim alias sub se habuisse Episcopales Sedes, inter quas, inquit, Atrebatensis nobilis & populosa civitas, qua per B. Remigium Episc. Vedastum obtinuit, post nonnullorum Antiquorum obitum Episcopalis cathedra perdidit dignitatem, & per nonnulla tempora Cameracensi Episcopo subdita obediit. Paulo post: Nos ergo Atrebatensis Ecclesie restitutioni, & Remensis Metropolis reintegrationi pro nostri officii debito imminentes, te frater charissime Lamberte, Cleri plebique consensu electum unanimi, B. Vedasto & sanctis, qui in urbe ipsa quondam præsedere Pontificibus, constituimus successorem. Vedastus circa annum Christi DLXIX. Episcopus Atrebatensis ordinatus Cameracum Sedem transulerat, indeque Episcopatus Atrebatensis nomen perierat, ut habent Ecclesie Atrebatensis Tabulæ.

XXIII. Cum vero Urbanus II. Rainaldus Archiep. Re-

Sic enim bono odore præcedente, & pristinum factorem consuente, & a nobis, & ab aliis diligi & coli, & beneficiis poteris ampliari. Hucusque Ivonis epistola absque salutatione præmissa, vel consueta bona imprecatione bene valendi in fine ipsius apposita, quod ad hæreticum scriberet, cui nec dicendum, (b) *Joan. Ave*, monuerit Joannes Apostolus: (b) 2.

At magna post hæc persecutio sanctum Anselmum exagitavit; occasio autem ex eo manavit, quod Anselmus ipse legitimum Pontificem haberet Urbanum, eundemque coleret, ut Christi Vicarium, atque Petri Apostoli successorem, Rex vero faveret potius Guiberto: hincque factum est, cum professionem ad eundem Urbanum petendi causa pallium Anselmus institueret (non enim nisi præsentium dandum, jam fuisse usu receptam) Gregorius Papa Septimus scribit Rex prohibuit, & hinc ingens persecutio, non a Rege tantum, sed ab omnibus ferme Angliæ Episcopis est oborta, quam Edinerus, qui aderat, sic describit: (d) *apud Sur. Regem autem de transmarinis locis ingressum Anselmus adiit, & ut sibi Romam*

mensi literis suis mandasset, ut Atrebatensis Ecclesie Episcopum Electum consecraret, ad primum Urbanum II. respondit Rainaldus, ut Tom. X. Concil. pag. 465. videre est, omnium Episcoporum & Clericorum suorum hanc sententiam esse, ut Electum Episcopum Romam transmitteret, & summi Pontificis arbitrio relinqueret: *Timuerunt enim inquit, & timent, ne Cameracenses ex hoc facto accepta occasione, se ab Remensi Ecclesia abrumperent, cum & civitas eorum alterius regni (sc. Germaniæ) haberetur, & regni cuius Rex nobis & Ecclesia Romæ jam ex longo tempore inimicatur. Atrebatenses itaque Lambertum a se electum Episcopum Romam consecrandum transmissere, & literis suis ibidem relatis Urbanum II. rogarent, ut divisio duorum regnorum, Francorum scilicet & Teutonicorum, sit Episcopatus nostri mota, sicut antiquis temporibus fuisse per successorum relationem & alia indicia cognovimus. Lambertus vir summæ Sanctitatis Summum Pontificem summopere rogavit, ut eum ab imposita sibi electione absolveret; sed is ei præcepit, ut obediret: Ille tandem acquiescens divina ordinationi & Apostolica obediitioni consecratur in Episcopum Roma apud Sanctam Mariam novam a sapienter jam dicto Apostolico Urbano, anno Dei Christi MXXIII. XIV. Kalend. Aprilis, qua tunc Dominica Latere Jerusalem habebatur, inquit vetus Chronologus ineditus a Labbeo pag. 468. citatus, qui recte advertit, eum a Paschate annum inchoare, annumque Christi MXXIV. iuxta nostrum computum demonstrare; hoc enim anno littera dominicalis A. in cursu fuit, & dies XIX. Martii incidit in Dominicam quartam Quadragesimæ, quæ vulgo dicitur Latere. Tandem an. MDLXII. Sedes Cameracensis a Paulo IV. Metropolitana declarata fuit.*

Agunt de separatione utriusque Episcopatus Joannes de Colle-medio in Vita Beati Joannis Morinorum Episcopi anno MXXX. demor-

XIX.

sui,

nam ad Papam Urbanum pro stola sui Archiepiscopatus eundi licentiam daret, humiliter petiit. At ille ad nomen Urbani turbatus dixit, se illum pro Papa non tenere, nec suæ consuetudinis esse, ut absque sua electione alicui liceret in regno suo Papam nominare. Hinc igitur orta quadam dissensio gravis est, sed in aliud tempus discutienda est dilata. Jubetur ergo, ut totius Angliæ Episcopi, Abbates, & Principes in discussione dissidii bujus apud Castrum, quod Rotbingebium dicitur, veniant. Quod factum est anno sequenti, tempore Quadragesimæ, ut suo loco dicturi sumus.

XXXIV. Hoc eodem anno grassante mortalitate in Germania, Gallia, atque Italia, magnus proventus ex conversione schismaticorum Catholicæ accessit Ecclesie, penitentibus illis, timore mortis, atque ad Ecclesiam redeuntibus, ut Bertholdus testatur, qui & eosdem schismaticos multis perterrefactos prodigiis tradit, ex illis aliis sibi ipsis manus inferentibus, aliis a bestiis devoratis.

De femina autem ob crimen, quod Pœnitentiario, sua confitendo peccata, revelaverat, incendio condemnata, & iterum incenso igne circa ipsam, divina virtute per Dei Genitricis intercessionem illæsa servata, Sigebertus hoc anno in Laudenfi Ecclesia contigisse narrat.

Hoc anno xxv. Junii (ut veteres An-

PAGIUS tuus, cui coævus fuit, Locrius in Chron. Belgico ad annum MXXIV. & Austro. Anonymus fundationis monasterii Aroasiæ in Belgio siti, qua refertur a Bolland ad diem XIII. mensis Januarii in Vita B. Helderemari Eremitæ Aroasiæ Fundatoris. Scribit Joannes de Colle-medio cap. 2. Lambertum, primum post eam separationem Episcopum Atrebatensem, a Clero & populo invitum & reclamantem Episcopali cathedra sublimatum fuisse, & cum etiam ab Urbano II. Romæ obtinere non posset, ut ab ejus obedientia vinculo absolveretur, solemniter consecratur esse. In Belgium redux Beatum Joannem adjutorem sibi adscivit, & Archiepiscopum suum constituit invitum & censuris coactum. Sed de B. Joanne anno MXXIX. quo Morinorum Episcopus dicitur, verba faciemus; hic tantum monebimus, Joannem Bazelinum e Societate Jesu Lamberti Vitam ex veteribus Ecclesie Atrebatensis monumentis concinnasse, quam Bollandus in Notis ad Vitam B. Joannis laudati dicit extare MS. San-Marthani in Episc. Atrebatensibus exhibent Epitaphium, ejus sepulchro marmoreo inscriptum, in quo dicitur Lambertus obiisse anno Domini MCXV. sexto decimo Kal. Junii, aliudque versibus compositum, in quo habetur mundo decepsse Idibus Maii exeuntibus. Cumque utrumque antiquum sit, liquet Lambertum die XVI. mensis Maii demortuum, & die sequenti sepulchrum.

XX.

Tomo I. Spicilegii Dacheriani pag. 123. extat Urbani II. Privilegium pro Atrebatensi Ecclesia Lamberto a se consecrato, ejusque Successoribus concessum, quo Episcopatum Atrebatensem restituit, decernitque, ut Atrebatensis

JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.

nalles Venetorum habent) contigit inventio corporis sancti Marci, precibus solemnibus impetrata, & magno miraculo demonstrata, sese prodente beato Evangelista, cum ejus corpus solemniter collocatum fuit sub altari primario. Quod magnum Dei beneficium perpetua memoria conservandum statuerunt, cum annua die eandem inventionem esse celebrandam publicis sancivere decretis.

At his attexamus Petri Damiani dignum elogium, qui in sermone tertio de sancto Marco, ubi contemplatur Venetiarum civitatis splendorem & dignitatem, quam ex corporis sancti Marci possessione est divinitus consecuta, in hæc verba divino Spiritu afflatus erumpit: *Tu felix es, & nimium beata Venetia, quam ad hoc, ut pretiosum corpus sui thesaurum tibi commendaret, elegit. Plurima quidem divitiarum copia ex diversis in te mundi partibus confluit; sed hæc gemma celestis, quæ in medio tui posita est, in excelsum te gloria conspicua dignitatis attollit. Incomparabilis enim iste thesaurus vibrantium metallorum supergreditur genera, cuncta gemmarum coruscantium superat ornamenta. Sicut enim beatus Job de sapientia dicit: (a) Non æquabitur ei aurum, vel vitrum, non commutabuntur pro ea vasa excelsa & eminentia; non adæquabitur ei aurum de Æthiopia, non tinctura mundissimæ compo-*

S. Marci
corporis
inventio
Venetiæ.

XXXV.

Venetiæ
illustratæ
corp. S.
Marci.

(a) Job. 28.

sis Ecclesia deinceps semper Cardinalem Episcopum fovit. In eo legitur: Datum Roma per manum Joannis S. R. E. Card. Diaconi, X. Kal. Urbano II. lund. April. indict. II. anno Dom. Incarnat. ducesimo millesimo nonagesimo tertio, Pontificatus autem Domini Urbani II. Papæ VII. diciturque in Claramontensi Concilio recitatum fuisse. Qua ex subscriptione eruo Urbanum II. anno Incarnationis a die XXV. mensis Martii deducto aliquando usum esse; cum hoc Privilegium currenti anno, quo annus ejus Pontificatus VII. & indictio II. die XXIII. Martii in cursu erant, emissum sit. Urbanum vero II. annum Incarnationis Pisanum, qui novem mensibus annum Incarnationis communem anteverit, adhibuisse demonstrat ejus Epistola ordine XII. ad Canonicos Sancti Martini Turonensis scripta, & Tom. X. Concil. pag. 436. recitata, Dataque Pictavis per manum Joannis S. R. E. Diaconi Card. IV. Kalend. April. indict. IV. anno Dom. Incarnat. MXXVII. Pontif. autem Domini Urbani II. Papæ nono. Est hic enim annus Eræ nostræ vulgaris MXXVI. ut tam ex indictione, quam ex anno Pontificatus evidens est. Qua etiam ex subscriptione deducitur, Urbanum II. annum Incarnationis Pisanum ante Pascha inchoasse, licet Gelasius II. ut infra videbimus, eum a Paschate exorsus sit. Vix credi potest quot errores Chronologici vitari possint, harum similitumve observationum antea non factarum ope.

Hoc anno Sanctus Ramirus Ramiri primi Aragonum Regis filius, Navarræ hujus nominis V. & Aragoniæ hujus nominis I. Rex post rem in Mauros sapius strenue gestam, Osam, vul-

XXI.

vul.

JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.

netur. Et (ut ita loquar) hæc est quædam species aromatica, quæ sua virtute melliflua cinnamomum excellit ac balsamum, & omnem superat fragrantiam pigmentorum.

XXXVI. Porro si tanta per eum dignitatis est Alexandria, quam glorioso martyrii sui cruore perfudit, ut Sedes Apostolica nuncupetur; quantæ, putamus, est excellentiæ felix illa provincia, in qua nunc pretiosa corporis ejus gleba reconditur? Numquid non ejusdem gratiæ & dignitatis esse credenda est, etsi non vulgato nomine, sed ipsa re, & arcana sacri mysterii veritate? Illas denique partes ingressus est, dum adhuc jam in corruptibili carne mortalis existeret; istas autem elegit, cum jam in æternum victurus in regni cœlestis aula regnaret. Illos invisit, ut eos de tenebris infidelitatis ad id quod ipse jam mente conceperat, veræ fidei lumen educeret; ad istos autem transferri voluit, ut illos ad eum, cum quo nunc est, ductorem luminis revocaret.

XXXVII. Gaude igitur, & exultans in Domino plaude, Venetia, quia per illud pretiosissimum thesauri talentum, quod in te constat esse

PAGIUS (vulgo Huefca) totius Saracenicæ Ditionis, uti Romanorum tempore fuerat, ea parte propugnaculum, obsidione cinxit. Urbs est Hispaniæ citerioris, Episcopalis olim sub Archiepiscopo Tarraconensi, nunc vero sub Archiepiscopo Casaraugustano, citra Ebrum Fluvium posita, cui Abderrhomanus Rex præerat. Celeberrimæ hujus obsidionis mentio in Diplomate a Joanne Briz Martinez Abbate monasterii Sancti Joannis Pennatenensis lib. 3. cap. 26. Historiæ suæ relato: Ego Sanctius Dei gratia Aragonensium & Pampilonensium Rex, &c. Quia spes mea est in Sancto Joanne de Pinnia, &c. feci votum Deo & Beato Joanni, quod si Deus daret mihi Oscham de infidelibus predictum locum de Sancto Joanne amplifcarem, &c. Nunc vero quia sum in obsidione Oscha, ut votum meum adimpleatur, &c. facta charta in obsidione Osche, octavo Idus Martii, era discurrente MCXXXII regnante me Rege Sanctio in Pampilona & in Aragonia, in Subrarui, & Ripacurtia, Episcopo Petro in Pampilona. Non multo post Ramirus lethaler vulneratus, a Petro filio jam in Regni societatem adscito, se ab obsidione non destitutum, donec Oscham expugnasset, promissum exegit Rodericus Tolertanus ait, hanc obsidionem semestrem fuisse. Verum Mauros per biennium Christiano exercitui fortiter resistisse, ostendunt Surita, Gari-

reconditum, facta es superni Regis ararium; & dum in tuo gremio virum Apostolicæ gratiæ suscepisti, & ipsa quodammodo Sedes Apostolica fieri meruisti. Quamobrem sicut mater urbium Roma super omnia regna terrarum sublimatur in Petro; sic & tu velut ejus insignis filia per Marcum gloriaris in Christo. Quem scilicet humiliter imploramus, ut sicut beatum Petrum de mari vocavit & navis; deinde ne lapsus in pelagus obrueretur, erigendo continuit; sic remigum tuum inter discrimina marina custodiat, & te cum filiis tuis ad portum quietis æternæ perducatur, qui vivit & regnat Deus &c. Ista Petrus, qui prudenti moderatione orationem, sese per encomii laudem campum dilatantem & diffluentem veluti frœno compefcuit, limitibusque continuit, cum non simpliciter & absolute Venetam Ecclesiam ex sancti Marci sepulcro Sedem Apostolicam voluit appellasse, ubi illud ait: Et ipsa quodammodo Sedes Apostolica fieri meruisti. Etenim sepultura Apostoli cujuscumque non id solam conferre satis valet, ut ea Ecclesia, in qua est, pleno jure Sedes Apostolica dici possit, cum alia plura requirantur, de qui-

bayus, Blancus, & Briz Martinez, qui lib. 4. cap. 9. Chartam a Sanctio Ramiro in gratiam Sancti Joannis Pennatenensis era MCXXXII. in mense Junii emissam recitat, ex qua eum illius mensis initio adhuc in vivis fuisse constat. [1]

XXII. Durante obsidione Petrus Aragoniæ & Navarræ Rex, ejus filius, dedicationi Ecclesiæ Oschæ a Petro ejusdem Sancti adfuit, Chartamque dedit a tro ejus Brizio Martinez lib. 4. cap. 2. relatum, in qua successore legitur: Facta charta in monasterio antedicto, expugnata era MCXXXII. pridie nonas Decembris die, secunda feria, prima hebdomada Adventus Domini (ex quo apparet ejusmodi solemnia diebus Dominicis hoc tempore non semper peracta) in die quando fuit consecrata dicta Ecclesia sancti Joannis ab Archiepiscopo Burdegalensi Amato nomine, atque ab Episcopo Jacensi, &c. In presentia Domini Regis Petri, & præsidentum praelatorum, & multorum virorum nobilium decuria Regis. Ego Petrus Dei gratia Episcopus Jacensi hanc chartam confirmo ad preces D. Regis, Ego Amato Burdigalensis Archiepiscopus & Legatus Domini Papa hanc chartam laudo & confirmo, &c. Anno MXCV. Urbanus II. literis die decima sexta Kalend. mensis Maii, Pontificatus sui anno VIII. indictione tertia datis Petro Regi & ejus Successoribus Breve Apostolicum concessit, ut templorum, quæ extruerentur, vel Mauris eriperentur, decimas &

re-

JESU CHRISTI
1094.URBANI II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. II.
ALEXII COMN. IMP. 14.

quibus non est modo dicendum, cum de his primo Annalium Tomo satis. XXXVIII. Hoc eodem anno Tranensis in Apulia Ecclesia nobilis, magis illustratur sancto Nicolao cognomento Peregrino, dum ex

PAGIUS reditus ipsi perciperent, exceptis tantum Ecclesiis Cathedralibus. Quod Privilegium in eadem Bulla Proceribus etiam concessit; tanta erat cupiditas Saracenorum extirpandorum, ut quid incommodi ea indulgentia allatura esset impoterum, non satis considerarent. Ea enim complures abutentes varias Ecclesias spoliarunt, ut videre est apud Rerum Hispanicarum Scriptores. Osca expugnationem præcessit victoria de Almosabeno Casaraugustæ Rege a Saracenis in auxilium evocato, ad Alcoracium die decima nona Novembris reportata. Post eam enim Abderrhomanus Sicæ Rex oppido die XXVII.

hac vita migrat in cœlum quarto Nonas Junii. Ita Deus copioso imbre gratiarum fecundiores reddidit eandem Ecclesiam, quæ merito ejus cultum propensiori semper studio est profecuta. No-

Novembris anni MXCVI. dedito, Barbastrum recessit. Petrus Rex Osca Regem se se appellavit, & Petrus Jacensis Episcopus statim Sedem in eam urbem transtulit, uti in præcedenti Concilio Jacensi decretum fuerat. Annum captæ Osce notavit etiam Chronographus Malteacensis, ut suo loco videbimus. Eam Carolus M. cum Barcinone anno DCCLXXVIII. in suam potestatem redegerat, ut legitur in Annalibus Malteacensibus Tom. II. Biblioth. Labbei pag. 735. sed Saraceni eam iterum occuparant.

S. Nicolaus Tranensis migravit in cœlum.

NOTE [1] Si genuina esse admittatur Charta hujus Sancti Aragoniæ Regis de concessione decimarum e locis quibusdam Mauris paulo ante ereptis relatum a PP. Marcene, & Durand Anecd. t. I. col. 271. ex ea deducimus Regem hunc vitam ad annum usque 1096. prorogasse. Constat enim Charta illa Era MCXXXIIII. quæ in annum 1096. incidit. Ex eadem pariter charta evincitur Petrum Jacensem anno illo nondum sedem suam Oscham transtulisse, nam eadem chartæ subscribit & Petrus Jacensis. Insuper in ea discimus ejusdem Sancti familiam cum ibi memoretur Felicia Regina & filius eius Petrus-Sancii. Quod si Urbanus II. mense aprili A. 1095. bullam suam ad Petrum Aragoniæ Regem dirigit, non hinc sequitur Sancium eo anno & die jam vitam functum fuisse, cum enim Petrus vivente patre cum illo jam regnaret, potuit utique Urbanus literas ad illum seu ad Regem dare. MANSI

JESU CHRISTI
ANNUS
1095.

URBANI II. PAP.
ANNUS
8.

HENRICI III. IMP. 12.
ALEXII COMNENI IMP. 15.

I. **N**onagesimus quintus supra millesimum surgit annus, Indictione tertia, quo ab Urbano Papa hæc esse gesta, sigillatim Bertholdus rerum inspector enarrat: Dominus Papa Urbanus jam dudum de Roma profectus, Natalem Domini in Tuscia gloriosissime celebravit: in qua provincia Pisanus Episcopus, nomine * Dagobertus, ei studiosissime servivit, quem ipse jamdudum Archiepiscopali pallio & potestate sublimavit, quod catenus Pisanensis Episcopus habere non consuevit. Et post aliqua: Dominus Papa: Deo & sancto Petro prosperante jam pene ubique prevaluit, & in media Longobardia in civitate Placentina inter ipsos schismaticos, & contra ipsos generalem Synodum condidit, ad quam Episcopos Italiae, Burgundiae, Francie, Alemanniae, Bajoariae, aliarumque provinciarum canonica & Apostolica auctoritate missis litteris convocavit. Facta est autem hæc Synodus circa mediam Quadragesimam Placentiae, ad quam Synodum

* Daiber-
tus.

Concil.
Placenti-
num.

multitudo tam innumerabilis conflavit, ut nequaquam in qualibet Ecclesia illius loci posset comprehendi. Unde & dominus Papa extra Urbem in campo illam celebrare compulsus est. Hoc tamen non absque probabilis exempli auctoritate: nam primus legislator Moyses populum Deum in campis legalibus præcepit, Deo jubente, instituit. Et ipse Dominus non domibus, sed in monte & in campis Discipulos suos Evangelicis statuit informavit. Missas quoque nonnumquam extra ecclesiam satis probabiliter, necessitate quidem cogente, celebramus, quamvis Ecclesias earum celebrationi specialiter deputatas non ignoramus.

In hac Synodo Praxedis Regina jamdudum ab Henrico separata super maritimum suum domino Apostolico, & sanctæ Synodo conquesta est de inauditis fornicationum spurcitiis; quas apud maritimum passa est. Cujus querimoniam dominus Papa cum sancta Synodo satis misericorditer suscepit, eo quod ipsam tantas spur-

II.
Res gestæ
in Synodo
Placenti-
na.

Quadragesimam. Addit Baronius num. VI. e-
jusdem Concilii XV. Canones contineri in co-
dice manuscripto Anselmi Lucensis libro 7. Decre-
torum ab eadem Synodo statutos. Ad quæ ver-
ba Holtænius ait: Qua in re eum memo-
ria, vel potius amanuensium ostantia fe-
ellit. Neque enim canones illos Placentinos
in suam Collectionem referre potuit Ansel-
mus, qui novennio ante decesserat: nec
Vaticani Codices citato libro VII. vel alibi
eosdem agnoscunt. Tum vero XIV. tantum
Capitula statutorum libri probatissimi Biblio-
thecæ Vaticanæ referunt, ubi Baronii sche-
dæ septimo in duo male divulsæ XV. exhi-
bent. Ita Holtænius. Verum Baronius non
dicit, Anselmum Canones illos in suum De-
cretum inseruisse, ut illum legenti perspicuum
fiet. Illa Capitula contra simoniacas & schis-
maticas ordinationes condita, Tom. X. Con-
cilii legenda. Adhæc Bertoldus citatus testatur, in ea Synodo Praxedem Imperatricem a
spurcitiis, quas invita pertulerat, absolutam
esse: Philippo Galliarum Regi concessas indu-
cias in causâ incestarum cum Bertrada nuptiarum;
aliaque decreta esse, quæ Baronius de
verbo ad verbum recitat.

A. num.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6588.

SÆC. XI.
Anno. E-
ræ Hisp.
MC.
XXXIII.
Anno He-
gira
CCCC.
XXXVIII
inchoato
die 10.
Januar.
fer. 4.
Anno
Hegira
CCCC.
XXXIX.
inchoato
die 31.
Decemb.
fer. 2.
A. C. 1095
I.

© 12. G. 13. P. 25. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1095.

URBANI II. PAPÆ 8.

HENRICI IV. REG. 40. IMP. 12.

ALEXII COMNENI IMP. 15.

Num. I. ad VIII. Holtænius in Colle-
ctione Romana publicavit Acta Synodi
Placentiæ hoc anno habitæ circa mediam qua-
dragesimam, ut refert Baronius n. r. ex Ber-
tholdo in Chron. Certe Urbanus Placentiæ erat
pridie Idus Mart. ut liquet ex ejus litteris E-
pisc. Magalonensi datis, & a San. Marthani
relatis. Labbeus Tom. X. Concil. pag. 503. ait
in Codice MS. tam Barberino, quam Claromontano
haberi Syrodum celebratam Kal. Martii,
& initio Actorum legitur: Septimo tandem die
post tractationem diutinam hæc sunt capitula pro-
lata; ideoque Synodus habita circa mediam

NOTÆ [1] **H**oc anno Synodus Moguntia celebrata est infra mediam Quadragesimam, ait Cosmas Pragensis Chronici lib. II. quo universi per Germaniam Episcopi cum principibus Romani imperii convenerunt. Eo pariter missi sunt Cosmas electus Pragensis, & Andreas electus Olomucensis in Moravia, ut episcopalem consecrationem a Metropolitano suo acciperent. Id vero executioni mandatum fuit a Rothardo Moguntino die IV. Id. Martii, quæ dies anno isto incidit in dominicam. Porro cum sacræ Episcoporum, initiationes per hæc tempora diebus dominicis agerentur ex die qua ambo isti Episcopi consecrati sunt quæ a Cosma Pragensi Chronici lib. III. definita est colligimus. Synodum hanc non quidem anno 1094. cui illigata est ab eodem Cosma, a quo totam hanc historiam accepimus, sed ad sequentem referendam, nec Cosmam alia ratione anno 1094. adscripsisse, nisi quod veterem rationem anni a die XXV. Martii ducendi sequitur. Concilium istud Collectores fugit. Ita brevi concidit unio illa episcopatus Moraviae cum Pragensi, quæ in Concilio Moguntino ante novennium anno 1086. stabilita eodem. anno a Clemente III. Pseudo-Pontifice confirmata fuit. MANSI

JESU CHRISTI
1095.

URBANI II. PAP.
8.

HENRICI III. IMP. 12.
ALEXII COMN. IMP. 15.

citas non tam commississe, quam in vitam pertulisse pro certo cognoverit. Unde & de penitentia pro hujusmodi flagitiis injungenda illam clementer absolvit, quæ & peccatum suum sponte & publice confiteri non erubuit.

III. **A**d banc Synodum Philippus Rex Galliarum legationem suam direxit, seque ad illam iter incipisse, sed legitimis * sociis se impeditum fuisse, mandavit: unde inducias sibi usque ad Pentecosten apud dominum Papam Synodo intercedente, impetravit. Dominus autem Hugo Lugdunensis Archiepiscopus ad eandem Synodum vocatus, ab officio suspenditur; eo quod ipse non venerit, nec Legatum cum canonica excusatione illuc pro se direxerit.

Legatio
Alexii
Imp. ad
Conc.
Placenti-
num.

Item legatio Constantinopolitani in primis ad banc Synodum pervenit, qui dominum Papam, omnesque Christi fideles suppliciter imploravit, ut aliquod auxilium sibi contra Paganos pro defensione sanctæ Ecclesie conferrent, quam Paganus jam pene in illis partibus deleverant, qui partes illas usque ad muros Constantinopolitane civitatis obtinuerant. Sane quidem plures eodem argumento scripsisse litteras Alexium Imperatorem ad Urbanum Papam, implorantem ab eo auxilium, testatur Urspergensis in Chronico. Pergit vero Bertholdus: Ad hoc ergo auxilium dominus Papa multos incitavit, ut etiam jurejurando promitterent, se il-
luc, Deo annuente, ituros, & eidem Imperatori contra Paganos pro posse suo fidelissimum adjutorium collaturos.

IV.

Hæc autem inter alia in illa Synodo constituta sunt, ut ad penitentiam nullo modo recipere, qui concubinas & odium ex corde, & quodlibet mortale peccatum dimittere nollent.

Canones
Concil.
Placenti-
ni.

Item ut nullus presbyter aliquos ad penitentiam reciperet, nisi qui proprius Episcopus hanc curam commississet.

Item ut quibuslibet rite ad confessionem venientibus Eucharistiam non denegemus, quos solo corpore, non mente inter excommunicatos manere, nec tamen eorum sacramentis communicare cognoscimus.

V.

In hac quoque Synodo hæresis simoniacorum penitus damnata est, ut quidquid in sacris ordinibus & in Ecclesiasticis rebus data & promissa pecunia acquisitum simoniace videretur, pro irritato haberetur, nullaque vires habuisse & habere judicaretur. His tamen, qui non simoniace & nescienter a simoniacis ordinati sunt, misericordia in servando ordine concessa est; qui vero scienter ab hujusmodi ordinati sunt, cum suis ordinatibus irrecuperabiliter damnati sunt.

Item hæresis Nicolaitarum, idest incontinentium subdiaconorum, diaconorum, &

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

præcipue sacerdotum irretactabiliter damnata est, ut deinceps de officio se non intromittant, qui in illa hæresi manere non formidant: nec populus eorum officia ullo modo recipiat, si ipsi Nicolaitæ contra hæc interdicta ministrare præsumant,

Item hæresis Berengariana jam ab antiquo sæpissime anathematizata, iterum damnata est, & sententia Catholica Fidei contra eandem firmata; videlicet, quod panis & vinum, cum in altari consecrantur, non solum figurate, sed etiam vere & essentialiter in corpus & sanguinem Domini convertantur.

Item in Guibertum heresiarcham Sedis Apostolicæ invasorem, & in omnes ejus complices sententia anathematis synodali judicio cum ardentibus candelis iterum promulgata est. In hac Synodo quatuor millia fere clericorum, & plusquam triginta millia laicorum fuisse perhibentur.

In hac Synodo constitutum est, ut pro christum, & baptismo, & sepultura nihil unquam exigatur.

Item ut jejunia Quatuor temporum hoc ordine celebrentur, scilicet primum in prima hebdomada Quadragesimæ, secundum in hebdomada Pentecostes, tertium vero & quartum in Septembri & Decembri solito more fiant. Huic Synodo reverendissimi Antistites interfuerunt, de Bajoaria quidem Domo Salzburchensis Archiepiscopus, & Udalricus Patavienensis Episcopus, ejus suffraganeus, de Alemannia vero Gebhardus Constantiensis Episcopus, qui & Arnulphum Mediolanensem Archiepiscopum, diu quidem electum, sed nondum consecratum, eodem tempore ex concessione domini Papæ, Mediolani consecravere.

Arnul-
phus epi-
scop. Me-
diolan.
consecrat.

Ipsæ quoque dominus Papa Udalricum Augiensem Abbatem eo tempore consecravit, qui itidem prædictæ synodo interfuit: cui in præsentia Constantiensis Episcopi omnem Episcopalem potestatem in Clerum & populum Augiensem insula interdixit, quam dudum Constantiensis Episcopo concessit. Abbas tamen ille non multo post de illa potestate se intromisit. Unde querimonia facta ab Episcopo, dominus Papa illum, missis litteris ab hujusmodi præsumptione iterum compescuit. Hucusque de Synodo Placentina Bertholdus. Porro ejusdem Concilii quindecim canones continentur in codice scripto Anselmi Lucensis libro septimo decretorum ab eadem Synodo Placentina statuti, his quæ sunt recitata superius contentientes, ut hic ipsos describere non sit opus.

Sed non pigeat audire de tanta Synodo etiam Donnizonem, qui aderat, hæcque de ipsa metro cecinit licet, inculato, veraci tamen:

VII.

C Tunc

Tunc Pastor sanctus synodum celebravit, & annus Christi millenus nonagenus quoque quintus Primus erat mensis, quo nascitur humor in herbis Ore sacerdotum damnantur facta malorum, Affuit his dictis Praxedis atque Mathildis, Catholicos plene benedixit Papa fidelis. Hanc Synodum sanctam Placentia continet ampla: Expleta Synodo, dominus quem saepe recorder, Papa vale dixit, clericis comitatur abiit Per multas urbes curas convertere plures, Gallia quem patrem suscepit maxima ebarum.

VIII. Conradus Rex stratoris munus Papa exhibet.

Indicatur Concilium Claromontense.

PAGIUS II. Ivo anno MXCII. in carcerem trusus.

A num. VIII. ad XXIV. Baronius num. XXI. & seqq. refert Epistolam Ivonis Episc. Carnotensis Carnotensibus datam, qua veteri ordine est C. novo XX. qua prohibet, ne bellum inferatur Vicecomiti Carnotensi, quod eum in carcerem coniecerit, quia ante hunc annum Ivonem in carcerem, quod Regis Philippi nuptias probare noller, detrasum non fuisse Cardinalis doctissimus putavit. Verum anno superiori monstravimus, Ivonem anno MXCII. hanc vexationem passum esse. Præterea Baronius refert ibidem Ivonis ad Hoellum Cenomanensem Episcopum Epistolam XXI. alias CI. qua ei gratias agit, quod ejus ad Deum precibus e carcere liberatus fuerit. Sed jam anno superio-

Assumptione ipsius pervenit, Synodumque ad Montem clarum in octavam sancti Martini Apostolica auctoritate condixit; ad quam diversarum provinciarum Episcopis missis litteris canonica convocatio invitavit. Hæc de indicta Synodo Claromontensi Bertholdus.

Indicta, quam diximus jam Synodo Claromontensi apud Arvernos, statim a Francorum Rege Philippo Legati parantur ad Papam, qui eum emolliant, ut nervos censuræ Ecclesiasticæ relaxet, Regem benigne habeat, condescendatque labili juventuti. Hos autem præveniens Ivo Episcopus Carnotensis, has ad eundem Urbanum Pontificem litteras de his scripsit, dignas ipsas quidem, quæ Annalibus Ecclesiasticis intexantur, quæ sic se habent: (a)

Urbano summo Pontifici, Ivo sanctitatis suæ filius fideliam orationum munus. Venturi sunt ad vos in proximo Nuntii ex parte Regis Francorum, per quorum os locuturus est spiritus mendax; qui infatuati adeptione vel promissione honorum Ecclesiasticorum infatuare moluntur sedem justitiæ. Contra quorum calliditatem a parvitate mea vigilantiam vestram volo esse præmunitam, quatenus rigorem vestrum promissiones eorum non emolliant, comminationes non exterreant.

Ut quidem enim dicent, jam securis ad radicem arboris posita est, nisi aut arcum remittatis, aut gladium suspendatis? Qui ergo venturi sunt, in calliditate ingenio sui & venustate linguæ suæ prædictis de causis impunitatem flagitiis se impetraturos Regi a Sede Apostolica promiserunt, hac ratione ex parte usuri; Regem cum regno ab obedientia vestra discessurum, nisi coronam restitueris, nisi Regem ab anathemate absolvatis. Si autem impunitenti venia concedatur, quantum vestram prudentiam, cujus potissimum interest, delinquentium errata non fovere, sed ferire. Si autem aliqui subdolis evidenter ab unitate matris suæ Ecclesiæ discedunt, qui jam pridem mente disces-

ri Ivo invitatus fuit ad Conventum Remensem, ideoque in libertatem assertus fuerat; cumque anno MXCII. carceri mancipatus sit, ea Epistola vel eo, vel insequenti anno data, ejus enim carceris duratio incooperata.

Ivo in Epistola XXII. alias CII. Philippo Regi scribit, se ad Curiam ire non posse, ut suis inimicis respondeat, quod bona sibi ab eis sublata nondum restituta fuerint. Eam Baronius num. XX. recitat, sed ad aliquem ex annis præcedentibus referenda; sicuti Epistola XIX. alias IX. ad Willielmum Abbatem Fiscannensem ab Ivone scripta, in qua memorat damna, quæ patitur, quod illicito Regis Philippi conjugio contradixerit.

A num.

IX.

(a) Ivo ep. 28.

Ivonis epist. Urban. PP. de Cavendis legatis Regis.

X.

III. Epistola Ivonis ad præcedentes annos referenda.

(a) Reg. 19. (b) I. Cor. 11.

XI. Trecentis conventus indidus.

XII. Urban. PP. mon. et episc.

XIII.

ferunt; consoletur sanctitatem vestram divinum responsum: (a) Reliqui mihi septem millia virorum: & illud Apostoli: (b) Oportet hæreses esse, ut hi qui probati sunt, manifesti fiant.

De cætero volo sciat vigilantia vestra, quia ex præcepto Regis, Rhemensis, & Senonensis, & Turonensis Archiepiscopi invitaverunt suffraganeos Episcopos, ut post responsa vestra apud Treccas prima Dominica post festivitatem omnium Sanctorum conveniant. Quo invitatus ire dissimulo, nisi vestro consilio munitus; timentis ne quid contra justitiam & Sedem Apostolicam moliantur ille conventus. De his itaque & de his, quæ circa vos sunt, quæ libuerit, rescribas mihi vestra paternitas, ut in adversis compati, & in lætibus valeam congratulari. Vale. Quæ autem rescripserit Urbanus Pap. non liquet, constat tamen omnia ab eo post hæc effecta secundum ejusdem Ivonis consilium, ut adversus adeo enormiter delinquentem Regem perseveraret intrepidus, judicans Regem, & puniens ex sacrarum legum præscripto.

Post discessionem Legatorum Regis idem Urbanus Papa litteras scripsit ad omnes Archiepiscopos & Episcopos Galliarum, quibus hortatus est eos, ut Regem hortarentur ad respicientiam, alioqui in eum exerceret Ecclesiasticam disciplinam. Meminit harum litterarum idem Ivo Episcopus Carnotensis, qui laboravit (uis litteris, ut Regem ad meliorem frugem reduceret, ut ex eis apparet. De litteris autem Urbani sic Ivo: Exemplar litterarum, quas misit mihi dominus Pap. de causa Regis, postquam Legati Regis nuper discesserunt, vobis transmittito; ut sciat quia dominus Papa est non antecedit, non tamen retrocedit. Et de iisdem etiam idem Ivo ad Dapiferum Regis Willielmum hæc scribit:

Charissime, quia te scio velle laborare de componenda pace inter me & dominum Regem, multas gratias tibi reddo. Sed quia hæc pax non possit esse stabilis, quamdiu voluerit in incæpto suo durare, consilium meum est, adhuc expectare, si forte Dominus daret et mentem bonam, ut vellet consilium suum in melius commutare. Quod si facere vellet, scias omnia esse parata, quæ necessaria sunt ad faciendum divorcium inter eum & novam conjugem suam. Vidi enim litteras, quas misit dominus Urbanus Apostolicus ad omnes Archiepiscopos & Episcopos regni sui, ut eum ad rationem mittant, & nisi resipuerit, Ecclesiastica eum disciplina ad emendationem venire confringant. Hæc quidem litteræ jam publicatæ essent, sed pro amore ejus feci eas adhuc detinere; quia nolo regnum ejus, quantum ex me est, adversus eum aliquo ratione commoveri. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Hæc omnia volo, ut dicas domino nostro Regi, & secundum hoc, quod apud eum inveneris, mihi facias remandari. Vale.

Verum omnes Francorum Episcopi sic litteris Urbani Papæ commoti sunt, ut tamen non vere correctionem Regis urgerent, sed palpando potius indulgerent. Queritur de his Ivo ipse Carnotensis Episcopus, & quo ipse sit animo, declarat ita scribens ad Richerium Archiepiscopum Senonensem: (c) Conductum enim a domino meo Rege quæsi, nec habere potui. Quantum vero ex intentatis minis intelligo, non licet mihi in conventu vestro impune dicere veritatem, qui pro jam dicta veritate & Apostolica Sedis obedientia tantam jam sentio severitatem, ut perjurium arguar incurrisse, & majestatem regiam minuisse. Hæc in Ivonem languentes Episcopi in quos hæc ipse: Quod (ut pace vestra dicam) rectius in eos retorqueri potest, qui vulnus fomentis incurabile, tanquam pii medici cauteriis competentibus dissimulant urere, vel medicinali ferro præcidere. In qua sententia si mecum firmiter fuissetis, jam agrotum nostrum ad sanitatem perduxissetis. Quod quamdiu d'ffertis, videte, si fidelitatem, quam debetis, pleniter exhibetis, si officii vestri munus expletis. Faciat ergo dominus Rex adversum parvitatem meam, quantum, Deo permittente, libuerit & licuerit, includat, excludat, proscribat, inspirante Dei gratia & prosequente, decrevi pati pro lege Dei mei; nec ulla ratione cogente, volo ei consentaneus in culpa esse, qui nolo esse confors in poena. Angelus magni consilii & spiritus fortitudinis sit vobiscum; ut recta sapiatis & recta faciatis. Hæc Ivo ad Episcopos ad provinciale tunc Synodum convocatos, ad quam ipse vocatus cur non accesserit, sic se ad Regem scribens excusat: (d) (a) Id. ep. 105.

Philippo Dei gratia magnifico Francorum Regi, Ivo humilis sublimitatis suæ clericus sic se regere ut Regi Regum valeat complacere.

Excellentiæ vestræ litteras nuper accepi, quibus submonebar, ut apud Pontesium, vel Calvum montem cum manu militum vobis die quem statueratis, occurrerem, iturus vobiscum ad Placitum, quod futurum est inter Regem Anglorum & Comitem Northmannorum. Quod facere ad præsens, magnæ & multæ causæ me prohibent. Prima, quia dominus Papa Urbanus interdicit vobis Apostolica auctoritate thorum mulieris, quam pro uxore habetis. Quia sacramentum de securitate Concilii, quod vobis mandaverat, fieri vetuistis. A cuius commixtione si amodo non cessatis, separat vos eadem auctoritas a participatione corporis Domini & sanguinis. Interdicit etiam omnibus

XIV. Episc. Franc. languent.

(c) Ivo ep. 109.

(d) Id. ep. 105.

XV. Ivonis ad Reg. Franc. epist.

C 2 Epst.

Episcopis, ne capiti illius mulieris coronam imponant. Quam (ut ubique pene terrarum dicitur) lateri vestro illicite copulastis. Parcens igitur majestati vestrae, dissimulo vestram adire praesentiam, ne Sedis Apostolica jussione compulsus, cui vice Christi parere me oportet, quod nunc dico in aures, cogar in vestris & multorum auribus publicare. Ego autem nolo vos scandalizare, vel regiam majestatem vestram minuire, quamdiu possum honesta ratione dissimulare. Praeterea Casati Ecclesiae; & reliqui milites pene omnes vel absunt, vel pro pace violata excommunicati sunt, quos sine satisfactioe reconciliare non audeo, & excommunicatos in hostem mittere non debeo.

XVI. Postremo novit vestra serenitas, quia non est mihi in curia vestra plena securitas, in qua ille sexus est mihi suspectus & infestus, qui etiam amicis aliquando non satis est fidus. Expecto igitur, ut aliquando cor vestrum illustrante divina gratia contra sibilum serpentis auditum obturetis, & monitis salutis aures cordis aperiat. Hoc desidero, hinc ante Dominum quotidie preces fundo. Haecenus ad Regem Ivo Episcopum Carnotensis. Tentavit autem Rex infestare ferreum Ivonis animum multis promissis, ut sibi liceret saltem ad tempus cum pellice commorari. Sed quid ipse rescripserit ad eum qui ista tentaret, accipe tanto Episcopo, plane decore & ornamento Galliarum saeculi hujus dignam epistolam:

(a) Ivo ep. 115. Ivonis Apostolicus annuntiator. Quae mihi mandasti per Landricum presbyterum, jam audieram per Eberardum nepotem tuum, videlicet quod Rex multa mala dimittere, & multa bona se promittat velle facere, si cum pace Sedis Apostolica, & communione Ecclesiastica, mulierem quam illicite habet, valeat ad tempus retinere. Unde ex auctoritate divina hoc charitati tuae rescribo, quod nulla redemptione vel commutatione quis peccatum suum poterit abolere, quamdiu vult in eo permanere; secundum illud Apostoli: (b) Voluntarie peccantibus non relinquitur hostia pro peccato. Quod est aliis verbis dicere, quia nemo in peccato suo perdurare volens, peccatum suum poterit aliqua elemosyna vel oblatione redimere. Unde & Dominus Cain suadofferenti, & tamen homicidium cogitanti legitur respondisse: (c) Si recte offeras, & non recte divides, peccasti, quiesce. Quasi dicat, peccas non recte partiendo, qui tua offers & de homicidio tractans, te ipsum qui tuis melior es, mihi aufers. Hinc etiam dicit beatus Papa Gelasius: Legitur ex quo est religio Christiana, vel certum datur e-

XVII. (b) Heb. 10. (c) Gen. 4. Quia non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelebitur in nobis. Et illud: (f) Si compatimur & conregnabimus. Et quia jam instant illa tempora periculosa, in quibus impletur quod scriptum est: Ex abundantia iniquitatis (g) refrigescet charitas multorum; dicendum est petris montium: (h) Cadite super nos, & (i) abscondite nos ab ira Agni. Quod quid est aliud dicere, nisi in fide robustis & sanctitate sublimibus viris in hac sententia supplicare: nostrae miseriae misericorditer condescendite, & ne in tentationem inducamur, & iram Dei incurramus, vestris orationibus impetrate. De quibus petris quia

exemplum in Ecclesia a quibuslibet Pontificibus, aut ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Salvatore, veniam nisi corrigenentibus fuisse concessam? Auditum autem sub isto caelo ab aliquibus nec legitur omnino, nec dicitur: date nobis veniam, ut tamen nos in errore duremus. Ostendat ergo quibus occasione, quibus regulis, qua electione, vel quo documento sive a majoribus nostris, sive ab ipsis Apostolis, quos potiores fuisse merito, non dubium est, sive ab ipso Domino Salvatore, qui judicaturus creditur vivos & mortuos, vel si factum est unquam, vel faciendum esse mandatur. Propter haec & alia his multa similia scio consilium domini Regis bonum exitum habere non posse, nisi a peccato desistat, & Christi jugo se poenitendo subiciat, cum dominus non nostram, sed nos ad salutem nostram requirat. Dic ergo haec omnia domno Regi, ut sanius consilium perquirat. Quod si ei Dominus ministrarit, me adjutorem in quibuscumque possem, inveniret. Vale.

XVIII. Sed quae post haec passus sit Ivo, ubi tentatus per omnia inventus est adversus Regem pro justitia immobilis stare, litterae ejusdem ad Vvillelmum (d) Abbatem his temporibus datae declarant, quae sic se habent:

Magnis honestatis propugnatoribus, & turpitudinis oppugnatoribus, Joanni scilicet & Eliae assimilare me voluit in litteris vestris vestra fraternitas; quorum sanctitati quamvis longe impares simus, eorum tamen vestigia honorare, mirari & imitari, quantum exoptamus, donante Deo, possumus. Unde non tantum a Rege, cujus illicite conjugio contradiximus, verum etiam a quibusdam aliis filijs hujus saeculi, quorum perverstitatibus, quantum possumus, reluctamur, honorum Ecclesiasticorum gravia damna perpetimur quorum direptionem lucri majoris compensatione per Dei gratiam longanimitate sustinemus, & majora, si necesse sit subire parati sumus, attendentes illud Apostoli: (e)

Quia non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelebitur in nobis. Et illud: (f) Si compatimur & conregnabimus. Et quia jam instant illa tempora periculosa, in quibus impletur quod scriptum est: Ex abundantia iniquitatis (g) refrigescet charitas multorum; dicendum est petris montium: (h) Cadite super nos, & (i) abscondite nos ab ira Agni. Quod quid est aliud dicere, nisi in fide robustis & sanctitate sublimibus viris in hac sententia supplicare: nostrae miseriae misericorditer condescendite, & ne in tentationem inducamur, & iram Dei incurramus, vestris orationibus impetrate. De quibus petris quia

(d) Id. ep. 99.

Quae passus Ivo pro te standi veritate.

(e) Rom. 8. XIX.

(f) 2. Tim. 2.

(g) Matt. 24.

(h) Luc. 23.

(i) Apoc. 6.

quia vos, & in sancta societate vestra plures esse non diffidimus, hanc a vobis apud Dominum intercessionem obnixae postulamus, quatenus sic per ignem & aquam transeamus, ut in refrigerium divino ductu educi valeamus. Nos enim publicoriam negotiorum tumultibus occupati, cum ipsis compescendis tota die laborando sufficere non possimus, internae quietis suavitate vix aliquando admittimus, non canonicum pensum determinatis horis solvere praevalemus. Vos igitur, & caeteri servi Dei, qui velut in portu navigatis, oportet ut nobis orationis manus quae longe potestis, extendatis, & vobiscum ad optatam requiem studeatis &c.

XX. Ad Regem vero pro recuperandis ablati Ecclesiae bonis has tunc idem Ivo litteras scripsit:

(a) Ivo ep. 102. Philippo (a) piissimo Francorum Regi domino suo, Ivo humilis Carnotensium Episcopus sic gubernare temporale regnum, ut non amittat aeternum.

Quoniam precedente divina gratia de stercore pauper usque ad solium Principum per manum vestram elevatus sum, fateor me post Dominum pro posse meo curata vobis debere, quae vestro congruunt honori & saluti. Sed quia exasperatus propter salubres monitus, quos serenitati vestrae ex summa fidelitate & charitate direxi, me diffiducastis, & bona Episcopalis domus diripienda adversariis nostris exposuistis; gravia & grandia inde perpeffus incommoda, regali curiae ad praesens nec secure possum interesse, nec honeste. Supplicatio itaque majestati vestrae, ut regia interim mansuetudine supporteatis, donec possim aliquantulum respirare, & damna quae mihi usque ad penuriam panis insticta sunt, aliqua ex parte reparare. Expecto etiam per misericordiam Dei cito futurum, ut verum esse cognoscatis illud proverbium Salomonis: (b) Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis. De caetero calumniatoribus meis, quibus me respondere jubetis, cum insinuati fuerint qui sint, & quid exoptulent, respondere non subterfugiam, vel in Ecclesia, si Ecclesiastica sint negotia, vel in Curia, si sint curialia. Bene valete.

XXI. At non hic quievit persecutio, sed eo usque processit, ut abreptum sanctum Episcopum in carcerem, pro scelus detrusit. Cumque a suis Carnotensibus se sciret manu violenta educendum parari, ne id facerent, his litteris ad eos datis, exoravit: (c)

Ivo Dei gratia Carnotensis Episcopus clericis & laicis Carnotensibus salutem. Audivi primates urbis vestrae ad invicem conjurasse, guerram se facturos adversus Vicecomitem pro mea liberatione, quod nequaquam mea liberatio est, sed inclu-

(c) Ivo ep. 100. Ivo detrusus in carcerem quid ad nos.

sonis meae non solum exasperatio, sed interminata productio. Quare ne fiat, prohibeo, interdico. Nec enim incendiis domorum, depraedationibus pauperum potestis Dominum placare, sed vehementer asperare, sine, cuius beneplacito, neque vos, neque aliquis poterit me liberare. Nolo ergo, ut adversum me implere faciatis aures Dei pauperum clamoribus, lamentis viduarum. Neque enim decens est, ut qui armis bellicis ad Episcopatum non veni, armis bellicis recuperem: quod non est pastoris, sed invasoris. Sed manus Domini tetigit me, & adhuc extensa est super me, permittite me solum ebibere misericordiam meam, & sustinere iram Dei, donec justificet causam meam; & nolite tribulationem meam aliena cumulare miseria. Decretum est enim mihi non solum includi, vel Ecclesiastico honore privari, sed etiam magis mori, quam * per me stragem hominum fieri. Moneo igitur me vos per supereminentem Christi charitatem, ut neque hoc faciatis, neque fieri permittatis. Quod tamen si feceritis; certum est, quod nihil proderit nobis, cum detentor meus multos habeat adjutores, & nihil habeat quod ei auferre possitis. Recordamini quod legitur, (d) quia Petrus servabatur in carcere; oratio autem sine intermissione fiebat ad Dominum pro eo. Orationibus ergo & severitate Ecclesiastica contenti estote, quam si transgressi fueritis, scio quia me ulterius Episcopum habere non vultis.

XXII. In eo enim, quod semel recessistis, sicut exitus approbat, non bene mihi & vobis consulistis. De caetero ergo contenti estote terminis, quos posuerunt patres vestri; ne si his contenti non fueritis, quaram liberationem meam eo forsitan modo, qui non placeat vobis. Valete. Deus pacis & dilectionis det vobis in hoc negotio, & in omnibus aliis rebus sapere & facere. Liberatus autem ista scripsit ad Boellum Episcopum Cenomannensem, cujus ad Deum precibus per sancti Juliani intercessionem fuerat liberatus e carcere, gratias dignas illi referens hac ad eum perbrevis data epistola: (e)

Gratias ago primum Deo liberatori meo, in die qua eripuit me de manu omnium inimicorum meorum, & de manu Saul; de hinc vigilantissima charitati vestrae, qua intensis orationum clamoribus Dominum in navi dormitantem suscitavit, quatenus eo increpante ventos, & mare, cessaret nubilosa tempestas, & rediret serena tranquillitas. Unde me vobis arctioribus charitatis vinculis astrinxistis, & inexcusabilem commodorum executorum acquisistis. Sed in hoc nubilo mentis meae plenam adhuc consolationem non habui, quod illi sanctae laetitiae, quando

* f. pro me stragem hominum fieri. Moneo igitur me vos per supereminentem Christi charitatem, ut neque hoc faciatis, neque fieri permittatis. Quod tamen si feceritis; certum est, quod nihil proderit nobis, cum detentor meus multos habeat adjutores, & nihil habeat quod ei auferre possitis. Recordamini quod legitur, (d) quia Petrus servabatur in carcere; oratio autem sine intermissione fiebat ad Dominum pro eo. Orationibus ergo & severitate Ecclesiastica contenti estote, quam si transgressi fueritis, scio quia me ulterius Episcopum habere non vultis.

XXII.

(e) Ivo ep. 101. XXIII.

JESU CHRISTI
1095.URBANI II. PAP.
8.HENRICI III. IMP. 12.
ALEXII COMN. IMP. 15.

do corpus beati Juliani translatum est, adhuc in ergastulo clausus interesse non merui; posset autem vestra fraternitas hanc nubem cordis mei in serenitatem cito convertere, si aliquas illius sancti corporis reliquias parvitati meae velletis communicare: non enim patrocinium loci vestri minueretur, sed fama & meritum beati Confessoris pro mea occasione in Belgica provincia, in qua meritum ejus minus notum est, publicaretur, & festivitas ejus omni anno celebriter coleretur. Mandate igitur per fratrem istum, cum ad nos redierit, si hoc fieri possit, quatenus vel ad vos mittam, vel ipsemet, si vobis visum fuerit, veniam. Vale. Sed jam ad Urbanum Pontificem redeamus, paratam habentem securim ad præcidendum omnem altitudinem, extollentem se adversus scientiam Dei.

XXIV.
Concili-
um Claro-
mont.

Sic igitur post hæc ipse Urbanus Pontifex apud Arvernos Concilium tandem celebrandum indixit, de quo Bertholdus: In Gallis ad Clarum montem Synodus generalis a domino Papa in octava S. Martini congregata est, in qua tredecim Archiepiscopi cum eorum Suffraganeis fuerunt, & ducente quinque pastores virgæ numerata sunt. In hac Sy-

PAGIUS
IV.
Urbanus
II. in
Galliam
venit.

A num. XXIV. ad XXXIV. Anno ab Incarnat. MXCV. Papa Urbanus II. qui præferebat Apostolico culmini, pervasit Alpibus venit in Gallias; adventus causa ferebatur perspicua, quod violentia Guiberti Roma extrusus, Citramontanas ad sui reverentiam sollicitaret Ecclesias, inquit Malmesburiensis lib. 4. cap. 2. Bertoldus vero in Chron. hoc anno scribit: Dominus Papa rebus in Longobardia bene dispositis, in Gallias marino itinere capit divertere, & ad Sanctam Mariam ad Podium in Assumptione ipsius pervenit, Synodumque ad Montemclarum in Octavam Sancti Martini Apostolica auctoritate convexit. Hoc autem anno dies XVII. mensis Novemb. in quem octava illa incidit, fuit Dominica, eoque peractis precibus, feria secunda actiones Synodales de more inchoabantur; indeque Auctor Magni Chronici Belgici hoc anno de hoc Concilio loquens ait: Sedit a die Luna XIV. Kal. Decemb. per dies decem, ubi tamen loco XIV. Kal. legendum, XIII. Kal. qui in feriam secundam incidit. Sicut Paschalis II. in Gallias veniens, ad Monasterium Cluniacense accessit, ut suo loco videbimus, ita & Urbanus II. ibique Majus Altare consecravit, ut testatur Innocentius II. ejus verba anno MCXXX. num. XXXVII. referemus. Innocentius quidem II. nec diem, nec annum adventus eius ad illud Monasterium notavit, sed San-Marthani in Episcopis Matisconensibus pag. 68t. Urbani II. Rescriptum referunt, datum Cluniaci per manum Joannis S. Rom. Eccl. Diaconi Card. XV. Kal. Novemb. indict. III. anno MXCVI. [1] Urbanus vero, uti mox monstrabimus

nodo dominus Papa eadem statuta, quæ & in præterita Synodo Placentina, confirmavit. Insuper & Philippum Regem Galliarum excommunicavit, eo quod propria uxore dimissa, militis sui uxorem sibi in conjugium sociavit. Ibi etiam aliam Synodum in tertiam subsequentis Quadragesimæ hebdomadam Turonis celebrandam denunciavit. Hæc ipse. Eadem de excommunicato Rege Sigebertus. Sed & Bertradam regiam pellicem eadem excommunicatione multatam, (a) Vvillelmus in rebus Anglicis tradit, canoneque recenset. Porro ex Concilio Claromontensi trigintaduo canones exscripti reperuntur in codice Lamberti Episcopi Atrebatensis, ex quo totidem lineis Antonius Augustinus sic descripsit:

Anno domini Christi millesimo nonagesimo * quarto mense Decembrio, decreta domini Urbani Papæ Secundi in Claromontensi Concilio data. Ita titulus præfixus a librario sequentibus canonibus, & primum propter schismaticos foedere conjungendos.

1. Statutum est, ut omni die & monachi & clerici, & femine, & quæ cum eis fuerint, in pace permaneant, tribus autem diebus, scilicet secunda, tertia, & quar-

(a) Vvill.
Malm. l.
4. c. 2.XXV.
* quintoCanones
concil.
claro-
mont.

anno Incarnationis Pisano quandoque usus est; ideoque ipse annus Christi nobis est MXCV. quo mense Octobri currebat indictio IV. in locum indictiois III. subroganda. Quare Urbanus II. die XVIII. mensis Octobris Majus Altare Cluniacensis monasterii, vel aliquo ex proximioribus hoc anno dedicavit. Neque enim dies ille, quo ex littera datæ, intelligi potest de die XV. Kalend. Novemb. sequentis Christi anni, cum ex ibi dicendis appareat cum jam Gallias reliquisset & in Italiam profectum esse post Concilium mente Julio Nemausi congregatum.

Concilium Claromontanum numerosum fuit, sed Patrum numerus incertus. Malmesburiensis laudatus, & Aimoinus lib. 5. cap. 49. tradunt trecentos decem, tam Episcopos, quam Abbates, ei interfuisse, & tamen Guibertus Abbas Novigenti hujus temporis Scriptor ad Lizardum Successionem Præfulem de hoc Concilio habet: Fuit tanto alius celebrius, quanto excellentis & vilitata persona ora cernere, verba audire erat desiderabilius (Urbanus enim II. in Gallia natus erat). Illic præter Episcoporum & Abbatum examina, quos circiter CCCC. per præminentes ferulas (id est, baculos Episcopales & Abbatiales, ut videre est apud Ducangium in voce Ferula) fuisse aliqui numerant, totius Franciæ & appendicium Comitatum litteratura confluit, id est, Magistri seu Professores. Denique in Decreto Urbani II. ejusdem Synodi Claromontana de Primatu Lugdunensi, a Marca ex Codice MS. eruto in Difert. de Primatu Lugdunensi, dicitur ei interfuisse Archiepiscopos XII. Episcopos LXXX. Ab.

V.
Præfide
Concilio
Claro-
montano.JESU CHRISTI
1095.URBANI II. PAP.
8.HENRICI III. IMP. 12.
ALEXII COMN. IMP. 15.

& quarta ab aliquo alicui illata non reputabitur pacis fractio; quatuor autem reliquis diebus, si quis alicui injuriam intulerit, fractionis sanctæ pacis reus habeatur, & prout judicatum fuerit, puniatur.

dist. 6. c. nullus. Quicumque pro sola devotione, non pro honoris vel pecuniæ adeptione ad liberandam Ecclesiam Dei Hierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni penitentia reputetur.

dist. 6. c. 1. 2. Ut nullus fiat Decanus in Ecclesia, nisi presbyter, nullus Archidiaconus, nisi levita.

* saltem. 4. Ne aliquis clericus arma deferat. 5. Ut nullus laicus, clericus, vel * tantum subdiaconus in Episcopum eligatur.

6. Ut nullus sibi præbendam emat: Quod si quis emerit, vel parentes ejus illi emerint, in manum & dispositionem Episcopi se reddat. Hoc idem de altari & de omni Ecclesiastico beneficio fiat.

XXVI. 7. Ut altaria congregationibus canonicorum vel monachorum per personas data, mortuis personis libera redeant in manus Episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta vel privilegia confirmata.

8. Ut nullus deinceps sepulturam exigat.

9. Ut nullus sacerdos, aut diaconus, aut subdiaconus, sed & nullus qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adjungat. Quod si fecerit, a canonica omnino arceatur.

10. Ut in domibus clericorum nullas licet habitare mulieres, nisi quas sancti canones permittunt.

11. Ut nulli filii concubinarum ad ordines, vel aliquos honores Ecclesiasticos promoveantur, nisi monachaliter, vel canonice vixerint in Ecclesia.

PAGIUS Abbates XC. & eo amplius. Baluzius in Additione ad lib. VI. de Concordia cap. 31. publicavit Concilium Claromontanum ex pervetusto Codice MS. Monasterii Anianensis. Et Tom. X. Concil. non solum eadem Notitia ex Centii Camerarii volumine descripta; sed etiam quæ Malmesburiensis & Ordericus lib. IX. pag. 719. de iisdem Canonibus habent, leguntur.

VI. Canon XXVII. his verbis exprimitur apud Baronium n. XXVII. Ne qui communicet de altari, nisi Corpus separatim & Sanguinem similiter sumat, nisi per necessitatem & per cautelam. Idque, inquit Baronius, ob recentem damnatam hæresim Berengarianam, quæ per unam tantum speciem satis esse impleri figuram aiebat. Verum Marca citatus hanc explanationem reiecit, quia Berengario assignit, quæ nunquam professus est, imo neque ex hæreseos suæ principis profiteri poterat. Vera itaque hujus loci interpretatio desumenda ex eis, quæ vitiose a quibusdam discipline Ecclesiasticæ sæculo XI. parum callentibus fiebant in Eucharistiæ administratione. Fidelibus enim Eucharistiam sanguine Domini intinctam porrigere non dubitabant, ut testis est Auctor Micro-

12. Ut nulli clericorum liceat deinceps in duabus civitatibus duas præbendas obtinere, cum duos titulos non possit habere.

13. Ut omnis clericus ad eum titulum, ad quem primum ordinatus est, semper ordinetur.

14. Ut nullus deinceps in una Ecclesia geminos honores habeat.

15. Ut nullus Ecclesiasticorum aliquem honorem a manu laicorum accipiat.

16. Interdictum est, ne Reges vel alii Principes aliquam investituram de Ecclesiasticis honoribus faciant.

17. Ne Episcopus vel sacerdos Regi vel alicui laico in manibus ligium fidelitatem faciat.

18. Ut nullus presbyter Capellanus alicujus laici esse possit in * confessione sui Episcopi.

19. Ne laici decimam partem de laboribus suis retineant; & sicut nec debent retinere, ita nec accipere.

20. Unde & interdictum est omnibus laicis, ne amplius altaria vel Ecclesias sibi retineant.

21. Ne aliquis laicus alterius sibi hereditates usurpet: quod si quis fecerit, nec reus satisfecerit, nullus sacerdos cum interim ad penitentiam admittat.

22. Similiter nec alium quemlibet, nisi perfectam confessionem fecerit. Verbi gratia, ut si * perpetrato homicidio, manserit in adulterio, vel hujusmodi, ad perfectam penitentiam minime recipi debere, decretum est. At tamen consilium damus, ut jejundet, & elemosynas det, ut ad veritatis viam possit reverti.

23. Ut nullus Christianus a capite jejunii usque ad Pascha carnem comedat.

24.

logi, qui ante Gregorii VII. tempora scripti, cap. XXVI. Quæ forma non tantum diversa erat Ordini Romano, sed etiam institutioni Christi, qui Corpus seorsum a Sanguine commendaverat, ut recte annotavit Concilium Bracarense III. anno DCLXXVIII. quod similem corruptelam capite primo damnavit. Usus autem ille utramque speciem commiscendi, hoc tempore servabatur apud Græcos: quem hodie quoque in suis Ecclesiis frequentant, porrecta populis in cochleari Eucharistia, liquore sacro poculi intincta. In quo ab illis graviter peccari contra Christi institutionem, Nicæta peccato Abbati, disputatione cum eo Constantinopoli habita, objecit Humbertus Sylvæ Candidæ Cardinalis Episcopus, Legatus Romanæ Sedis ad Constantinum Monachum Imp. anno MLIV. missus. Gliscebatur in Occidente commixtionis usus: adeo ut Ivo in Tractatu de Divinis Officiis eum tolerandum putaret in populi communione. Illam tamen communicandi formam Synodus Claromontana proscribendam duxit his verbis: Ne quis communicet de altari, nisi Corpus separatim, & Sanguinem similiter sumat: Separatim, id est seor-

* f. abf-
que con-
fessione.

XXVII.

* al. de
perpetra-
to homici-
cidio
confessus
fuerit,
manserit
in adul-
terio.

NOTÆ [1] Urbanus II. utique Cluniacum venit hoc anno, sed Altare consecravit die 8. Kal. Novembris, ut ex relatione de ejus adventu Cluniacum apud Baluz. Miscell. t. VI. p. 475. MANSI

* ordina- tiones.

24. Ne fiant * ordines, nisi Qua- tuor certis temporibus, & sabbato me- diante Quadragesima: & tunc protraha- tur jejunium usque ad Vesperas, & si fieri potest usque ad crastinum, ut ma- gis appareat in die Dominico ordines fieri.

25. Ne filii presbyterorum, diacono- rum, vel subdiaconorum, canonicorum, ad ordines, vel alios honores Ecclesia- sticos promoveantur, nisi monachus vel canonicus fuerit.

26. Ut in Sabbato sancto protrahatur jejunium circa noctem.

27. Ut semper fiat jejunium Veris in prima hebdomada Quadragesimæ. Jesu- num vero æstatis infra hebdomadam Pentecostes.

28. Ne quis communicet de altari, nisi corpus separatim & sanguinem simi- liter sumat, nisi per necessitatem, & per cautelam. Idque ob recentem damna- tam hæresim Berengarianam, quæ per u- nam tantum speciem satis esse impleri si- guram, agebat.

XXVIIII.

29. Si quis ad aliquam Crucem in via persequentibus inimicis, confugerit, liber ac si in ipsa Ecclesia permaneat.

30. Quod si quis pro securitate Ec- clesiæ vel prædictæ Crucis aliquod cri- men peregerit, & ad Ecclesiam vel Cru- cem confugerit, accepta securitate vitæ & membrorum, reddatur iustitia.

31. Ne aliquis Clericus res Episco- porum vel clericorum in vita vel post mortem eorum dripiat, vel in usus pro-

PAGIUS

seorsim, ut loquitur Concilium Bracarense, sive singulatim, quemadmodum Ordericus lau- datus sensum hujus Canonis expressit.

VII. Hujus re- gula exce- ptio.

Huic Regulæ hanc exceptionem exhibet Synodus Claromontana: Nisi per necessitatem & cautelam, ubi intincti sacri panis consuetu- dinem jam sublatam retinet, in excepto neces- sitatis casu, nempe si communio præbenda esset ægris, vel pueris. Tunc enim, ad adju- vandum esum, panis intinctio permittebatur, ut scripsit Paschalis II. Urbani successor ad Pontium Abbatem Cluniacensem Epist. XXXII. Novimus enim per se panem, per se vinum ab ipso Domino traditum. Quem morem sic semper in Sancta Ecclesia conservandum docemus atque præcipimus: præter in parvulis ac omnino in- firmis, qui panem absorbere non possunt. Cau- telæ quoque ratio habita est; qua voce recep- tum a quibusdam morem in distribuenda po- pulis Eucharistia Synodus confirmat. Veriti enim illi, ne Sanguinis effusio accideret: in frequenti communicantium cœtu, solo panis consecrati symbolo laicos impertiebant, non præbito poculo: qua ratione Corpus seorsim a Calice sumebatur. Id egregie docet Rodul- fus Abbas Sancti Trudonis, qui ea ætate vi- xit, iis verbis, quos laudat Gropperus cap. 44. de Communione alterius speciei.

Hic & ibi cautela fiat, ne Presbyter ægris, Aut sanis tribuat laicis, de Sanguine Christi: Nam fundi possit leviter; simplexque putaret, Quod non sub specie sit totus Jesus utraque.

prios conferat. Quod si quis fecerit, a- natHEMA sit: & dictum est ab omnibus: Fiat.

32. Si quis Episcopum ceperit & in- carceraverit, perpetuæ infamiae subja- ceat, ulterius arma non exerceat. Et clamatum est ab omnibus: Fiat. Hæte- nus canones. Qui autem excerpserit, i- sta adjecit: Hæc sunt inventa in libro Lamberti Episcopi Atrabatenfis, ante quadringentos annos scripto: quæ quia in promptu erant, mittenda putavi.

Apud Gratianum insuper ista legun- tur: (a) Congregato apud Claromontem urbem multorum Episcoporum synodali conventu; proposita est nobis a quibusdam eorum quæstio de Ecclesiis, vel de Ec- clesiasticis possessionibus, a clericis vel monachis usque ad præsentiarum, incon- sulis Episcopis, acquisitis. Nos autem usi saniori consilio eorumdem Episcopo- rum, condescendentes pro tempore, pro- videntesque Ecclesiasticæ paci, vel quia aliter abique inevitabili periculo hujus- modi quæstio non poterat procedere, A- postolica auctoritate decrevimus, ut ea- que a clericis vel monachis, vel a qui- buscumque personis prout potuerint, usque hodie fuerint acquisita, rata peremittere & inconcussa permaneant; nec tamen te- nore, ne imposterum inconsultis Episco- pis talia præsumant. Exceptis ista Gra- tianus ex collectione Bernardi Papiensis. Porro apud eundem Gratianum recita- ti inveniuntur aliquot canones ejusdem Concilii Claromontensis sub titulo (b) Con-

XXIX. (a) 16. 9. 7. c. 2.

(b) dist. 60. c. 1. & 1. 9. 3. c. 4. & aliis.

Cæterum Eucharistiæ administratio sub solo panis symbolo, Laicis hoc sæculo porrecto, ma- gnum incrementum habuit post constitutum a Christianis regnum Hierosolymitanum; ad exemplum antiquissimæ Ecclesiæ illius civita- tis: in qua, nulla specierum mixtione facta, solo pane sibi exhibito, adventantis ex Orbe universo populi pietas rem Sacramenti perci- piebat. Consuetudo illa unius symboli non statim obtinuit in omnibus Ecclesiis Occiden- tis, quamvis in quæplurimis fervaretur; sed postquam Divus Thomas ea de re consultus, earum Ecclesiarum pietatem & prudentiam in eo usu laudavit: certatim reliquæ omnes il- lum amplexæ sunt: Provide, inquit Sanctus Doctor 3. part. quæst. 80. art. 12. in quibusdam Ecclesiis observatur ut populo sumendus sanguis non detur. Plura ad eum Canonem XXVIII. Marca laudatus.

Baronius num. XXXII. affert aliqua De- creta in hoc Concilio statuta, inter quæ istud: Presbyte- rorum, aut aliter etiam in monasterio concubinis susceptos liberos ad Presbyteratus gra- dus provehi licere, nisi aliquo in monasterio religionem professi essent. Ipsa verba Concilii & Urbani II. refert Antoninus part. 2. tit. 16. cap. 1. Presbyterorum filios a sacris ministeriis removemus, nisi aut in cenobiiis, aut in Ca- nonicis (scilicet Regularibus) fuerint religiose conversati. Cum enim hoc tempore vix præ- rentur Presbyteri suas sibi auferri uxores, prudenter judicavit Ecclesia, eorum filios a-

VIII. Eucharis- tia sub solo panis symbolo data.

IX. Presbyte- rorum sacris Or- dinibus filios a

XXX.

(a) c. 1. de ca. monach. Greg. 9. & c. 2. cod. tit. in prim. collect.

Concilii Arvernensis, cum eadem sit civitas.

Insuper & hæc sub eodem Concilio Claromontensi leguntur posita: (a) In Ecclesiis ubi monachi habitant, populus per monachum non regatur, sed Capel- lanus qui populum regat, ab Episcopo per consilium monachorum instituitur: ita- tamen, ut ex solius Episcopi arbitrio, tam ordinatio, quam depositio, & totius vite pendat conversatio. Hæc ex Con- cilio Claromontensi. At non ita de re- gularibus clericis faciendum respondit (b). Ivo his verbis adversus Lemovi- centem Episcopum, talia in Synodo dice- celana statuentem: Quantum intellexi ex litteris ex vestra parte mihi nuper oblatis, graviter fert vestra fraternitas, quod Lemovicentis Episcopus in Synodo agens, interdixit omnibus regularibus clericis & regimen parochiarum, & confessionem. Qui rectius quidem fecisset, si omnes sacerdotes ad regularem vitam invitasset, quam regulariter viventes a Dominicorum omnium custodia penitus re- movisset, quibus tanto plus displicet aliena matritia, quanto longius discesse- runt a sua &c. Suadet tamen Episcopo obedire.

XXXI.

(c) lib. 4. Annal. Franc.

Contigit autem, ut alii Collectores in his laboraverint, licet non omnes re- ceperint canone, neque eodem ordine, excerpserintque, sed longe minorem nu- merum, ut inter alios (c) Franciscus Belleforestius, qui proficitur ex scripto Codice Abbatie sancti Dionysii de de- scripsisse, sed lingua Gallica, a Sera- rio Jesuita, viro insignis nominis nostri temporis, ita Latine reddita. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

sacris Officiis & Ordinibus omnino arceri Ro- scelinus, cum anno superiori in Anglia exu- laret, hanc quæstionem movit contenditque. Presbyterorum filios ad sacros Ordines nulla- tenus promovendos. Theobaldus vero Stam- penis, qui tunc Oxoniæ Scholam Theologi- cam regebat, contrariam sententiam propu- gnavit, eamque in rem Epistolam scripsit ad Roscelinum, quæ legitur Tom. III. Spicilegii Dachseriani, in qua ait: Quoniam Sacerdotum filios & alios ex lapsu carnis generatos non sa- tis provida ratione calumniaris, & calumnian- do illos exleges esse nimis imprudenter adstruere conaris, quæ super iis a Patribus sanctis ratio- nabiliter audivimus, non quasi præsumendo, sed diligentia subserviendo, ad memoriam revocare curavimus. Post plura interposita: Joannes quo- que in Apocalypsi, qui lavit nos in sanguine suo & fecit nos Deo regnum & Sacerdotes, Quæ igitur fronte quidam homunciones non pa- lam, sed e latibulis loquentes, & totam Cam- panyam libidinosa peregrinatione pollutentes, in- dignos Sacerdotio judicant, quo Petrus & Joan- nes Regali Sacerdotio dignos esse confirmant? Sec- ideoque Deus nasci voluit de progenie peccatri- cis, ut discerent homines peccata parentum non obesse sibi. Unde in Genealogia Christi nulla Sanctarum nominatur, sed Thamar & alia tres,

Primo statutum est, ut nullus Episco- pus, vel Abbas, vel alius e Clero quovis dignitatem ullam Ecclesiasticam a Princi- pibus laicis & secularibus acciperet. Ita quod vigeret ejusmodi controversia, re- fragantibus schismaticis Principibus: in- singulis quippe Conciliis hoc sæculo ce- lebratis id repetitum sæpe reperies. Per- git:

Eademque opera omnem simoniacam re- rum sacrarum acquisitionem vetuit. Pro- hibuit omnibus in ordinibus sacris con- stitutis, ne cum mulieribus vel matrimo- nio conjunctis, vel non conjunctis consu- tudinem haberent, sed in perpetuo dege- rent celibatu.

Quod si quis fornicatione pollueretur: omni Ecclesiastica privari dignitate juss- erunt.

Ut absolventur a simonia crimine, qui beneficia possiderent, a suis cognatis eorum causa pretio empta, illis tamen in- scitis.

Vetitum est etiam laicis a die Cinerum ad festum Pasche carnis vesci. Cleri- cis autem & in Ecclesiis promotis a Quin- quagesima Dominica ad diem Resurrectio- nis Domini.

Novæ sabbati sancti officium divinum XXXII. ante horam nonam matutinam celebrare- tur.

Qui manus iniiceret in Episcopum, vel eum in vincula, aut carcerem ducerem; impius declinatus est, & legis cognitio- nisque Dei penitus expertus, & ut anathe- mate feriretur, & ab Ecclesiæ commu- nione rejiceretur.

Qui parem vim faceret clericis atque ad ordines sacros promotis: fuerunt, & ana-

quas divina pagina reprehendit, apponuntur; ut qui pro peccatoribus veniebat, de peccatoribus nasci dignaretur.

Paulo post: quod prohibetur, ne filii sacerdo- tum ad Ordines promoveantur, sic est intelligen- dum secundum Augustinum, eosque qui hanc prohibitionem audierunt, ab hujusmodi concupi- scentis abstinere debere. Si enim filius Sacerdo- tis honeste vivit, ordinandus est; si vero si- lius militis inhoneste vivit, repudiandus est; quia magis placet Deo vita perfectio & contra peccatum affectio, quam superba de parentibus gloriatio: si ii namque sacerdotum non ideo quod sint exleges, refutantur, sicut imperiti homines arbitrantur, sed ut Sacerdotes a concupiscentiis carnis refrenentur. Quia nimirum quemlibet sacro fonte renatum vel plenarie divina mun- dat gratia, vel sacri mandatio lavacri non est sufficiens, nec plenaria, quod contradicit fidei Catholica. Non enim sunt exleges judicandi, quorum Deus ipse est pater, & quos peperit Christi gratia omnium regeneratorum piissima mater, nec debemus illis delictum patris, sive thorum matris impropere, sed potius perfectio- nem diligenter attendere: quoniam patris sive matris perpetratum crimen non potest filius pa- radisi claudere timen. Unde quidam Sapiens: Quid metuere pati quocumque thoro generati? Plu-

X. Decretum ut cum dispensatione sedis Apostolica ad eos ad- mitti possint.

CHRISTI 1095.

URBANI II. PAP. 8.

HENRICI III. IMP. 12. ALEXII COMN. IMP. 15.

anathemate percussi, & qui bona morientium Episcoporum vel abbatum invaderent, tamquam sacrilegi & excommunicati.

Ut nemo admitteretur, vel consecraretur in episcopum, nisi presbyter aut diaconus esset, aut subdiaconus, & illustri genere ortus: nisi forte a Pontifice cum illo dispensatum esset.

Nec filios presbyterorum, aut aliter etiam ex concubinis susceptos liberos ad presbyteratus gradum provehi liceret, nisi aliquo in monasterio religionem professi essent.

XXXIII. Ne parochi & qui presunt Ecclesiis, ob sepulturam defunctorum quidquam acciperent, vel exigerent.

Mandatum esse etiam omnibus Christianis, ut diebus singulis sabbati officium beatæ Virginis recitarent. Hucusque ibi.

Sed præcipuum fuit illud, cujus causa potissimum illud Concilium indictum & collectum fuit ut in eo diceretur expeditio in terram sanctam, de qua dicturi, historiam sui nobilitate insignem, sed jam omnibus notam aggredimur, ob idque ea tantum monumenta veterum, quæ vel dicta vel scripta tunc fuisse reperiuntur, hic describuntur sumus.

XXXIV. Urbanus igitur Papa, quod sciret sæpe a prædecessore suo Gregorio Septimo id esse tentatum, sed schismaticis intercedentibus, variisque bellis fuisse impeditum: urgentibus litteris Alexii Imperatoris, nuper in Placentino Concilio lectis, rem naviter agere coepit, ut ex si-

PAGIUS Plura eandem in rem idem Theobaldus Oxoniæ Magister. Hanc controversiam diremit Urbanus II. in Conilio Claromontano, vetuitque quidem Sacerdotum filios ad sacros Ordines promoveri absque dispensatione Ecclesiastica, aut nisi cœnobitis nomen dederint, eos tamen cum dispensatione sanctæ Sedis admittit. Hinc ad Archiepiscopum Turonensem scribens: Cœnomannensem Electum, inquit, eo quod filius Sacerdotis dicitur, si cetera virtutes in eo conveniant, non rejicimus, sed suffragantibus meritis eum patienter suscipimus, non tamen ut pro regula impoſitorum hoc assumatur; sed ad tempus Ecclesia periculo consulitur. Mabillonius Tom. I. Musei Italici part. II. exhibet Epistolam Noviomensium Clericorum ad Cameraenses datam de filiis Clericorum ad sacros Ordines admittendis.

XI. Expediitio Hierosolymitana præcipua causa hujus Concilii. A num. XXXIV. ad LII. Concilium Claromontanum ob expeditionem in Terram Sanctam ab Urbano II. indictum, quod, ut melius intelligatur, summarie hic ex Guillelmo Tyrro lib. 1. cap. 9. & seqq. quo in situ res in Oriente essent, exponam. Turci jam Syriam, & utramque Ciliciam, Iſauriam, Pamphiliam, Lyciam, Pisidiam Lycaoniam, Cappadociam, Galatiam, & utrumque Pontum, Bithyniam; & Asiæ Minoris partem infra modicum tempus in suam potestatem redegerant, Ecclesias dejiciebant, & Christianos magno furore persequantur. Quod si navium copiam habuissent, Constantinopolim procul omni dubio si-

delibus Christianis cogeretur exercitus in auxilium periclitantis Orientalis Ecclesiæ, potissimum vero Hierosolymorum, a cujus Patriarcha Simeone, deferente Petro eremita natione Gallo, patria Ambianensi, litteras commiseratione dignas accepit, quibus Christi incunabula, ejusque Sepulcrum atque reliqua loca sancta, eisdem Redemptoris nostris memoria consecrata ab infidelibus Turcis profanata, omnique genere contumeliarum affecta deplorabat. Iste enim, teste (a) Willermo Tyrro Archiepiscopo, qui eam de bello sacro historiam texuit (quem sequimur,) cum petiisset Hierosolymam, & litteras ad Urbanum Papam, & ad Christianos Principes accepisset; a Christo quoque per visum, dum oraret ad sacrosanctum templum Resurrectionis, ad tantum muneris obeundum legationem accepit, non autem per epistolam de cœlo lapsam, ut plures sunt fabulati. Perdifficile intra veritatis septa continetur stylus historico-

(a) Will. de bell. sac. l. 1. c. 11. 12.

rum, ne ad fabulosa vulgo jactata declinet. Quod solum vitat, qui non aliunde, quam ab originariis fontibus puram curat haurire aquam. Hic igitur ad tantum opus missus a Deo, ad sacrum bellum, afflatus divino spiritu, classicum potenter intonuit, cujus divinæ tubæ clangore, ab universo pene orbe Occidentali ad arma concurrunt. Atram primarius dux verbi, atque promotor tantæ molis operis Urbanus Pontifex erat, qui in hoc ipso Claromontensi Concilio ad fratres ejusmodi, quam recitat (b) Tyrrius, habuit concionem:

(b) Id. ib. c. 15.

bi subjecissent. Neque ad sacra loca devotionis causa tam Græci quam Latini proficisci poterant, nisi per mille mortis genera Christianis Hierosolymis post longam peregrinationem inclusis mors singulis diebus imminerebat, quando Sacerdos quidam Petrus nomine, de Regno Francorum, de Episcopatu Ambianensi, qui & re & nomine cognominabatur Eremita, devotionis fervore incensus Hierosolymam pervenit.

XII.

Is moram faciens in civitate plenius didicit quod prius aliis referentibus audierat; cumque accepisset, civitatis Patriarcham nomine Symeonem esse virum religiosum & timentem Deum, eum alloqui voluit. Patriarcha familiaris ei narravit quæ populum Dei magis affligebant, & querenti Petro non tot malis superesset aliquod remedium, respondit Patriarcha, quoad Græcos nullum auxilium ab illis sperandum esse, quia infra paucos annos plusquam dimidium amiserunt imperii. Promisit Petrus quod si ille Papæ, & Regibus ac Principibus Occidentis tantas calamitates significare vellet, paratum se esse omnes convenire, & ad afferendum aliquod remedium diligenter invitare. Ecclesiam Dominicæ Resurrectionis ingressus Petrus visionem habuit Christi, ut junctam sibi legationem intrepide perageret exhortantis. Hinc navim conscendit & prope usum navigatione Romam venit, circa quas partes Urbanus II. reperiebatur. Promisit Pontifex se tempore accepto fidelem cooperatorem futurum, interimque Petrus per-

Hujus ex p ditionis Aus tor vel incensor Petrus Eremita.

CHRISTI 1095.

URBANI II. PAP. 8.

HENRICI III. IMP. 12. ALEXII COMN. IMP. 15.

XXXV. Nostis fratres dilectissimi (& vestram hosie id expedit charitatem) quomodo humani generis Reparator pro nostra omnium salute carnem assumens, & homo inter homines conversatus, terram promissionis, quam pridem Patribus promiserat, propria illustravit presentia & assumptæ dispensationis operibus, & crebra sicut miraculorum exhibitione reddidit specialiter insignem. Id enim & veteris & novi in omnibus syllabis docet series Testamenti. Quadam sane dilectionis prerogativa certum est eam dilexisse, ita ut eam orbis partem, immo particulam, Hereditatem suam dignatus sit appellare, cum ejus sit omnis terra & plenitudo ejus. Unde per Isaiam ait. (a) Hereditas mea Israel. Et item: (b) Vineam Domini Sabaoth domus Israel est. Et licet totam in partem præcipuam sibi dedicaverit ab initio; peculiaris tamen Urbem sanctam sibi adoptavit in propriam, testante Propbeta, qui ait: (c) Diligit Dominus portam Sion, super omnia tabernacula Jacob. De qua gloria Domini... videlicet quod in ea docens, passus & resurgens Salvator, salutem operatus est in medio terræ. Ad hoc a sæculo est præelecta, ut tantorum esset confectio & cella familiaris inferiorum. Electa nimirum, quod ipse qui elegit, testatur dicens: Es de Hierusalem civitate, quam elegi, & venit vobis Salvator.

(a) Isa. 19. (b) Idem 5. (c) Psal. 86.

XXXVI. Quam etsi peccatis inhabitantium id exigentibus, iusto iudicio suo in manus impiorum sæpius tradi permisit Dominus, & duræ jugum servitutis ad tempus eam sustinere passus sit; non tamen arbitrandum est, quod eam quasi a se repudiata abiiecerit, cum scriptum sit: (d) Flagellat Dominus inenim filium quem recipit; illi vero thesaurizat iram, cui Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS mens Italia Alpes tranſiit, Occidentales Principes omnes sigillatim monuit, increpavit, rogavitque, ut fratribus in tanta afflictione positus subvenire non differrent. Fuitque domino Papa, qui eum ultra montes suæ dilatione sequi decreverat in eodem verbo plurimum necessarius. Nam præcursoris sanctus officio, auditorum mentes ad obediendum præparaverat, ut facilius idem persuadere volens, obtineret propositum, & universorum animos ad se compendiosius inclinaret, inquit Tyrrius cap. 13.

XIII. Urbanus II. in Concilio Claromontano promulgatis canonibus, qui ad morum adificationem, & corrigendam delictorum enormitatem, poterant proficere, suggerente Petro Eremita, pluribus horatus est omnes qui in Synodo erant, ut Christianis in afflictione positus subvenirent: Noverunt, inquit, ex vobis nonnulli, qui hæc qua loquimur, oculata conspexerunt fide, & præsent illorum per manus Petri, viri venerabilis (qui præsent est) ad nos delata docet Ecclesia. Nos autem de misericordia Dei & B. Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, & onus sibi hujus peregrinationis as-

sumpserint injunctas sibi pro suis delictis penitentias relaxamus. Non solum præsentibus, sed etiam absentibus Urbani II. verba accenderunt. Non erat in regnis Occidentalibus, qui aut atatis, aut sexus, aut conditionis, aut status vellet esse memor, aut aliquibus persuasionibus deterritus ab incepto desisteret: sed omnes indifferenter manus dabant, omnes unanimiter corde & ore votum præstabantur. Cateroatim concurrebant populi, ubicunque unum de Principibus iturum novissime audierant, ut se illius comitatu sociarent, ejusque super se in toto itinere invocarent nomen, obsequia promittentes & fidem.

In hoc Concilio Urbanus II. Philippum Regem Galliarum excommunicavit, ut refert Baronius num. XXXIV. ex Bertholdo in Chron. Fulco enim Andegavorum Comes, Bertrada maritus questus est, quod sibi uxorem subtraxisset, & etiam illicite retineret. Is hoc anno piam quandam Donationem fecit Monasterio Andegavensi Sancti Sergii pro suorum, & parentum peccatorum abolitione, Misique singulis hebdomadis celebranda, quæ his verbis clauditur: Facta est autem hæc donatio anno

dicitur: (e) Recessit zelus meus a te: (e) Ezech. 16. jam amplius non irascar tibi. Diligere ergo eam, nec intepuit erga eam dilectionis fervor, cui dicit: (f) Eris corona (f) Isa. gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui; & non vocaberis amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea, quia complacuit Dominus in te.

Hæc igitur salutis nostræ cunabula, Domini patriam, religionis matrem, populus absque Deo, ancilla filius Ægyptiæ possidet violenter, & captivitatis liberæ filiis extremas imponit condiciones, quibus versa vice merito servare tenebatur.

Sed quid scriptum est? (g) Elice ancillam & filium ejus. Sarracenorum enim gens impia, & mundanarum sectarum traditio, loca sancta, in quibus steterunt pedes Domini, jam a multis retro temporibus violenta premit tyrannide; subactis fidelibus & in servitutem damnatis ingressi sunt canes in sancta, profanatum est Sanctuarium, humiliatus est cultor Dei populus, angarias patitur indignas genus electum, servit in luto & in latere regale sacerdotium: princeps provinciarum facta est sub tributo civitas Dei. Cujus non liqueſcit anima, cujus non tabescant præcordia iis ad animum recurrentibus? Quis hæc fœcis oculis audire potest, fratres charissimi.

Templum Domini, de quo zelans (h) Dominus vendentes ejecit & ementes, ne (h) Luc. 19. Domus Patris ejus fieret spelunca latronum, facta est sedes demoniorum. Idipsum enim & Marthiam sacerdotem magnum, sanctorum progenitorem Machabeorum, ad zelum accendit commendabilem, sicut ipse testatur dicens: (i) Templum Domini quasi vir ignobilis vasa gloria ejus abducta sunt captiva. Civitas Regis Regum omnium, quæ aliis regulas

D 2 in-

XIV. Philippus Rex Gallicus in hoc Concilio excommunicatus, ut refert Baronius num. XXXIV. ex Bertholdo in Chron. Fulco enim Andegavorum Comes, Bertrada maritus questus est, quod sibi uxorem subtraxisset, & etiam illicite retineret. Is hoc anno piam quandam Donationem fecit Monasterio Andegavensi Sancti Sergii pro suorum, & parentum peccatorum abolitione, Misique singulis hebdomadis celebranda, quæ his verbis clauditur: Facta est autem hæc donatio anno

Deplorat Urbanus Pap. calamitates terræ sanctæ.

xxxvii. (g) Gen. 21.

xxxviii. (h) Luc. 19.

(i) 1. Mac. 2.

XIV. Philippus Rex Gallicus in hoc Concilio excommunicatus, ut refert Baronius num. XXXIV. ex Bertholdo in Chron. Fulco enim Andegavorum Comes, Bertrada maritus questus est, quod sibi uxorem subtraxisset, & etiam illicite retineret. Is hoc anno piam quandam Donationem fecit Monasterio Andegavensi Sancti Sergii pro suorum, & parentum peccatorum abolitione, Misique singulis hebdomadis celebranda, quæ his verbis clauditur: Facta est autem hæc donatio anno

CHRISTI 1095.

URBANI II. PAP. 8.

HENRICI III. IMP. 12. ALEXII COMN. IMP. 15.

intemerata tradidit Fidei, Gentium superstitutionibus cogitar invita deseruire. Sanctae Resurrectionis ecclesia, requies dormientis Domini, eorum sustinet imperia, fodatar spurcitiis eorum, qui Resurrectionis non habebunt participium; sed stipula ignis aeterni, perennibus deputabuntur incendiis. Loca venerabilia divinis deputata mysteriis, qua Dominum in carne susceperunt hospitem, signa viderunt, senserunt beneficia, quorum omnium in se plena fide praetendunt argumenta, facta sunt gregum praesepia, stabula iumentorum. Laudabilis populus, cui benedixit Dominus exercituum, sub angariarum & sordidarum patrationum pondere gemit fatigatus, rapiuntur eorum filii, matricis ecclesiae chara pignora, ut Gentium immunditiis deserviant, & nomen Dei vivi abneget, vel ore blasphemant sacrilego, compelluntur; aut imperia detrectantes caduntur gladiis more bidentium, sanctis martyribus sociandi. Non est sacrilegis locorum differentia, non est personarum respectus. In sanctuariis occiduntur sacerdotes & levitae, coguntur virgines fornicari, aut per tormenta perire; nec matronis etas maturior suffragatur.

- XXXIX. Va nobis, qui in hanc tam periculosa temporis descendimus miseriam, quam in spiritu praevidens electus a Domino David Rex fidelis deplorat, dicens: (a) Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, & item: (b) Populum tuum humiliaverunt, & hereditatem tuam vexaverunt. (c) Ut quid Domine irasceris in finem, accendetur velut ignis ira tua? (d) Ubi sunt miseri-

PAGIUS no ab Incarnat. domini millesimo nonagesimo quinto, indictione III. die sabbati, Luna XXV. Urbano Apostolico Francia ex adultero Philippi indigni Regis facta, Rodulfo Turonesium Metropolitano, Gofrido Andegavorum Episcopo. Deo gratias. Amen. Exhibet eam integram Peireskii in Registro LVII. iussu suo anno MDCXXII. a duobus Notariis ex archetypo recognitam. Fuit Fulco pater Fulconis saculo sequenti Regis Hierusalem renuciati.

Decreto primo Concilio Claromontani, a Baronio num. XXXI. relato, simonia prohibetur. Idem hoc seculo praestitum fuerat a Leone IX. in Concilio Remensi, deinde a Gregorio VII. per suos Legatos Amatium Oleronensem, & Hugonem Diensem Episcopos, ac sanctum Hugonem Abbatem Cluniacensem, qui coactis variis in provinciis Synodis Episcopos & Canonicos simoniacos in ordinem rededere, verum hac corruptela adeo hoc & sequenti seculo invaluit, ut ei etiam Principes ipsi auctoritatem darent. Indeque Guibertus Abbas de Novingto lib. 1. cap. 7. testatur, suae etate, hoc scilicet & sequenti saeculo, quo mortuus est anno MCXXIV. Presbyteros aegre semper tulisse, tum simoniacorum abusu emendationem, tum etiam sibi interdista subinde matrimonia. Carpit Guibertus Henricum Primum Franciae Regem, qui, ut ait, multum

XV. Simonia prohibetur.

cordiae tuae antiqua Domine? Verumne est quod dicitur, Non obliuiscetur miseriari Deus: non continebit in ira sua misericordias suas? (e) Recordare Domine, quid acciderit nobis: intueri & vide opprobrium nostrum. (f) Vae nobis: ut quid nati sumus videre corruptionem populi nostri, & contritionem civitatis sanctae (g) & sedere illic, cum dantur in manibus inimicorum sancta?

Vos igitur, dilectissimi, armamini zelo Dei, accingimini unusquisque gladio suo super femur suum potentissime. (h) Accingimini, & estote filii potentes: melius est enim nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostrae & Sanctorum. Si quis zelum legis Dei habet adjungat se nobis. Subveniamus fratribus nostris, dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis jugum ipsorum. Egredimini, & Dominus erit vobiscum, armaque eade mutua illicite * cruentatis, in hostes Fidei & nominis Christiani convertite. Furia, incendia, rapinas, homicidia, & caetera, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, hoc Deo bene placito redimite obsequio, ut delictorum, quibus Dominum ad iracundiam provocastis, celerem indulgentiam haec vobis obtineant pietatis opera, & deprecatio collata Sanctorum. Monemus igitur & exhortamur in Domino, & in remissionem peccatorum adiungimus, ut fratribus nostris & caelestis regni coheredibus (omnes enim invicem sumus membra, coheredes autem Christi) qui Hierosolymis, & in finibus ejus habitant, afflictioni & laboribus compatientes, infidelium insolentiam, qui sibi regna, principatus & potestates subice-

(e) Ps. 76. (f) Thre. (g) 1. Mar. 2.

XL. Urbanus Pap. hortatur fideles ad subveniendum oppressis. (h) 1. Mar. 3.

* f. cruciata

* f. epistola XLII.

XLII.

(a) Voill. de reb. Angl. l. 4. c. 2.

CHRISTI 1095.

URBANI II. PAP. 8.

HENRICI III. IMP. 12. ALEXII COMN. IMP. 15.

re contendunt, debita compescatis animadversione, & illis totis viribus occurratis, quibus est propositum nomen delevit Christianum. Alioquin futurum est, ut in proximo ecclesia Dei jugum indebita perferens servitutis, Fidei sentiat dispendium, prevalente Gentium superstitione. In quanta autem positi sint afflictione, noverunt ex vobis nonnulli, qui haec que loquimur oculata aspexerunt fide, & praesens illorum per manum Petri viri venerabilis, qui praesens est, ad nos delata docet * ecclesia.

Nos autem misericordia Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, & onus sibi hujus peregrinationis assumpserint, immensas pro suis delictis poenitentias relaxamus. Qui autem in vera poenitentia decesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum aeternae mercedis se non dubitent habituros. Interim vero eos, qui ardore Fidei ad expugnandos illos laborem istum assumpserint; sub Ecclesiae defensione, & beatorum Petri & Pauli protectione, tamquam vera obedientiae filios, recipimus, & ab universis inquietationibus, tam in rebus alienis, quam in propriis statui-mus manere securos. Si vero quispiam molestat eos ausu temerario praesumpserit; per Episcopum loci excommunicatione feriatur, & tandiu sententia ab omnibus observetur, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congrue satisfiat.

Episcopi vero & presbyteri, qui talibus forsitan non resisterint, officii suspensione multentur, donec misericordiam Sedis Apostolicae obtineant. Haec Urbanus in Synodo peroravit. Subiicit vero ista Tyrius: His dictis finem dicendi fecit, praecipiens iis, qui aderant ecclesiarum Praelatis, ut ad propria reversi, cum omni instantia & debita sollicitudine plebes suas ad idem hortentur, & invitent diligentius. Et paulo post: Aute omnia, juxta statuta Synodi fideliter laborantes, ut pax qua verbo vulgari Treuga dicitur, ab omnibus observaretur illibata, ne ire volentibus, & ad necessaria discurrere, ullum obiceretur impedimentum. Extat alius adhuc sermo ab hoc plane diversus, ejusdem Urbani Pontificis, recitatus a (a) willelmo Malmesburiensi in historia rerum Anglicarum; ut non mirum sit in eodem Concilio de re tanta eundem Pontificem saepius perorasse, vel in aliis Conciliis ab eo eadem ex causa habitis, sermones alios habuisse. Quin etiam inter schedas Vaticanae bibliothecae adhuc alium sermonem Urbani Papae reperimus, a duobus nominatis plane diversum, quem hic describendo, ne pereat, perpetuitati conservandum putavimus; sic se habet:

Sermo Urbani Papae in Concilio Claromontensi.

Audvimus, fratres dilectissimi, & audistis, quod sine profundis singultibus tractare nequaquam possimus, quantis calamitatibus, quantis incommoditatibus, quam diris contritionibus in Hierusalem & in Antiochia, & in caeteris Orientalis plagae civitatibus, Christiani nostri, fratres nostri, membra Christi flagellantur, opprimuntur, injuriuntur. Germani fratres vestri, contubernales vestri, ceterum vestri (nam & ejusdem Christi, & ejusdem etiam Dei filii estis) & in ipsis suis domibus hereditariis ab alienis dominis mancipantur, vel ex ipsis exploduntur, aut inter vos mendicant, aut, quod gravius est, in ipsis suis patrimonii venales exulant, & vapulant. Effunditur sanguis Christianus Christi sanguine redemptus, & caro Christiana, carni Christi consanguinea, nefandis ineptis & servitutibus nefariis mancipatur. Illis in urbibus ubique luctus, ubique miseria, ubique gemitus. Spiritus haec dico, ecclesiae, in quibus olim divina celebrata sunt sacrificia, prob dolor! ecce animalibus eorum sunt stabula. Nequaquam homines sanctus occupaverunt civitates; Turcae spurci & immundi nostris fratribus dominantur. Antiochia B. Petrus praesedit Episcopus; ecce in ipsa ecclesia Gentiles suas collocaverunt superstitiones, & religionem Christianam quam potissimum coluisse debuerant, ab antiquo Deo dedicata turpiter eliminarunt.

Pradia Sanctorum stipendiis dedita, & nobilium patrimonia sustentandis pauperibus contradita, Pagana tyrannidi subiciuntur, eisque in proprios usus redactis, domini crudeles abutuntur. Sacerdotium Dei humo tenus conculcatum est, Sanctuarium Dei per nefas ubique profanatum est: si qui adhuc ibi latitant, Christiani, ubi audistis, exquiruntur tormentis. De sancta Hierusalem, fratres. loqui dissimulavimus, quod valde de ea loqui pertimescimus, quoniam ipsa civitas, in qua (prout omnes nostis) Jesus Christus pro nobis passus, peccatis nostris exigentibus sub spurcitiis paganorum redacta, ad ignominiam nostram dico subducta est. Quod enim superest imperii nostri, tantillum est. Christianorum qui ista promeruimus, est dedecus. Cui servit nunc ecclesia B. Mariae, in qua ipsa pro corpore sepulta fuit in valle Josaphat? Sed quid templum Salomonis, immo Domini, pratermittimus, in quo simulacra sua barbarae nationes contra jus & fas modo collocata venerantur? De sepulcro Dominico ideo reminsce super sedemus, quoniam oculis vestris vidistis, quanta abominationi traditum sit.

Inde violenter abstrahunt, quas ibi procul-

XLIII. Sermo Urbanus PP. in concilio.

XLIV.

XLV.

CHRISTI 1095.

URBANI II. PAP. 8.

HENRICI III. IMP. 12. ALEXII COMN. IMP. 15.

cultu illius multoties intulistis oblationes. Ibi nimirum multas & innumeras religio- ni nostrae ingerunt irrisiones. Et tamen in illo loco (non ignara loquor) requie- vit Deus ; ibi pro nobis mortuus est , ibi sepultus est . Neque quidem ibi Deus hoc annuatim praetermittit facere miraculum ; cum in diebus passionis suae , extinctis om- nibus , & in sepulchro , & in ecclesia circumcirca , luminibus , jubare divino lampades extinctae reaccendantur . Cujus peccus silicium factum tantum miraculum non emolliat ? Credite mihi , bestialis ho- mo & insulsi capitis est , cuius cor vir- tus divina tam praesens ad fidem non ver- berat , & cum Gentiles cum Christianis ista videant communiter , nec emendantur . Perterrentur equidem hi , nec convertuntur ad fidem ; nec mirum , quoniam mentis obsecratio illis dominatur . Quantis affli- ctionibus vos , qui adestis , qui redistis , invaserunt ; vos ipsi melius nostis , qui substantias vestras , qui sanguinem ve- strum ibi Deo immolastis .

XLVI.

Hae idcirco fratres diximus , ut vos ip- sos sermonis nostri testes habeamus . Plu- res sunt & fratrum nostrorum miseriae , & Ecclesiarum Dei depopulationes , quae sigillatim possemus referre ; sed instant lacrymae & gemitus , & instant suspiria & singultus . Ploramus fratres , eja plo- remus ; & cum (a) Psalmista medullitus plorantes , ingemiscamus , nos miseri , nos infelices , quorum tempore Dei prophetia ista completa est : Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam , polluerunt templum sanctum tuum : posuerunt Hierusalem in- pondorum custodiam . Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus caeli , carnes Sanctorum tuorum bestiis terrae . Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem , & non erat qui sepeliret . Va nobis fratres , nos qui jam facti sumus opprobrium vicinis nostris , subannatio & illusio his , qui in circuitu nostro sunt . Condoleamus & com- patiamur fratribus nostris saltem in la- crymis . Nos abjectio plebis facti , & om- nibus deteriores immanissimam sanctissima terrae plangamus devastationem . Quam terram merito sanctam diximus , in qua non est etiam passus pedis , quem non il- lustraverit , & sanctificaverit vel corpus , vel umbra Salvatoris , vel gloriosa praesentia sanctae Dei Genitricis vel ample- ctendus Apostolorum comaeatus , vel Martyrum ebibendus sanguis effusus . Quam beati , o Stephane protomartyr , qui te lauraverunt lapides ? Quam felices , o dunc Baptista Joannes , qui tibi ad Sal- vatorum baptizandum servierunt Jorda- nici latices ? Filii Israel ab Aegyptiis educti , qui rubri maris transitu vos praeservaverunt , terram illam armis suis , Jesu duce , sibi vendicaverunt . Jebusaeos ,

(a) Ps. 78.

& alios convenas inde expulerunt , & instar Hierusalem caelestis , Hierusalem terrenam excoluerunt .

XLVII.

Quid dicimus fratres ! audite & in- telligite . Vos accincti cingulo militiae magno supercilio fratres vestros dilania- tis , atque inter vos dissecamini . Non est militia Christi , qua discerpit ovile Redemptoris . Sancta Ecclesia ad suorum opitulationem sibi reservavit militiam (ut veritatem fateamur) cujus praecones esse debemus . Non tenetis vere viam , per quam eatis ad salutem , & vitam . Vos pupillorum oppressores , vos viduarum praedatores , vos homicidae , vos sacrilegi , vos alieni juris directores , vos pro ef- fundendo sanguine Christiano expectatis latrocinantium stipendia , & sicut vultu- res odorantur cadavera , sic longinquo- rum partium auspicamini & sectamini bella . Certe via ista pessima est , quoniam a Deo omnino remota est . Porro si vultis animabus vestris consuli , istius- modi militiae cingulum quantumcunque depo- nite , & ad defendendam Orientalem Ec- clesiam velocius concurrite . Hae est enim , de qua totius vestrae salutis emanaverunt gaudia , quae distillavit in os vestrum di- vini lactis ubera , quae nobis propinavit Evangeliorum sacrosancta dogmata . Hae ideo , fratres , dicimus , ut & manus ho- micidas a fraternae necis contineatis , & pro fidei domesticis vos externis nationi- bus opponatis , & sub JESU Christo du- ce vestro , acies Christiana , acies invic- tissima melius , quam ipsi veteres Israe- litae pro vestra Hierusalem deceratis , & Turcos , qui in ea sunt nefandiores , quam Jebusei , impugnetis , & expugnetis .

XLVIII.

Pulchrum sit vobis in illa civitate mo- ri pro Christo , in qua pro vobis Chri- stus mortuus est . Caterum si vos antea mori contigerit , id ipsum autumate mori in via ; si tamen Christus in sua vos in- venerit militia . Deus enim denarii retri- butor est prima & hora sexta . Horren- dum est fratres , horrendum est , vos in Christianos rapacem manum extendere . In Sarracenos gladium vibrare , singula- re bonum est , quia & charitas est , pro fratribus animas deponere . Ne vero de crastinis eventibus solliciti sitis , scia- tis , quia timentibus Deum nihil deest , nec iis , qui eum diligunt in veritate . Facultates etiam inimicorum nostrorum vestrae erunt , quoniam & illorum thesau- ros expoliabitis , & vel victoriosi ad propria remeabitis , vel sanguine vestro purpurati perenne bravium adipiscemini . Tali Imperatori militare deberis , cui panis deesse non potest , cui quae rependat nulla desunt stipendia . Via brevis est , labor permodicum est , qui tamen immar- cescibilem vobis rependat coronam . Jam nunc ergo auctoritate loquamur prophe-

56

CHRISTI 1095.

URBANI II. PAP. 8.

HENRICI III. IMP. 12. ALEXII COMN. IMP. 15.

(a) Ps. 44. tica : (a) Accingere homo unusquisque gladio tuo super femur tuum potentissi- me . Accingimini , inquam , (b) & estote filii potentes ; quoniam melius est nobis mori in bello , quam videre mala gentis nostrae & Sanctorum . Non vos demul- ceant illecebrosa blandimenta mulierum , rerumque vestrarum , quin eatis ; nec vos deterreat perferendi labores , quatenus remaneatis . Et conversus ad Episcopos : Vos , inquit , fratres & Coepiscopi , consacerdotes & coheredes Christi per Ec- clesias vobis commissas id ipsum annun- tiate , & viam in Hierusalem toto ore , universaliter predicare . Confessi pecca- torum suorum ignorantiam , securi de Chri- sto celerem impetrent veniam . Vos autem qui ituri estis , habebitis nos pro vobis oratores ; nos habeamus vos pro populo Dei pugnatores . Nostrum est orare , ve- strum est contra Amalechitas pugnare : nos extendemus cum Moysse manus inde- fessas orantes in caelum ; vos exerite & vibrare intrepidi praedatores in Amalech gladium . Amen . Haecenus ibi .

Urban. Pap. multus in exhortando .

Fuisse autem multum in exhortando suis concionibus Urbanum Papam , docet etiam Dominico presbyter in vita Mathil- dis veribus istis ; quibus & plurimum ipsum Christianum populum profecisse testatur .

Urbanus Galli Papa Petri quasi sancti dicta receperunt , & ei bona multa de- derunt . Verba salutis eis dabat hic pastor vice Petri ; Nam docuit summus Pater illos ire Sepulchrum Ad Domini nostri , locus ut purgetur , & hostis Inde repellatur populus Paganus ama- rus . O fidei semen ! bona germina quot mo- do praebes , Cum * utiles flores resuunt pastoris ab ore , Et pariunt fructus , &c .

L.

Sed ne quid rerum gestarum ac verbo- rum Papae Urbani percat , accipe ad eam- dem expeditionem spectantem praesentem canonem :

Item placuit omnia bona eorum , qui Hierosolymas pergunt , semper & ubique esse salva in pace & tregua , quousque redierint . Recitantur ista ibidem inter canones tunc ab Urbano Papa editos ; inter quos primus est de pace & tregua constitutus .

Ut autem indicatam in Synodo expedi- tionem promoveret Urbanus Papa , per- mansit in Gallias . Episcopi autem ad sua

PAGIUS Ad num. LII. Divus Bruno Cartusienis in- stitutor anno MXC. Romam ab Urbano II. vocatus fuit , ut supra diximus : Qui cogente

reversi haud otiosi perstitere , sed in suis dioecibus singuli singula circumeuntes oppida , Hierosolymitanam expeditionem magno animi fervore litteris pontificiis indicabant . Porro eorum , qui ejusmodi caelesti tuba excitati nomina dabant , in- finita erat propemodum multitudo , ut opus fuerit dehortari plurimos , quorum vel aetas , vel sexus , vel valetudo pon- deri militari subeundo impar esse mani- festis iudiciis videbatur , adeo ut magnus fuerit delectus habendus .

Pro stipendio erat Indulgentia peccato- rum proposita , atque ut (c) Petrus dia- conus ait : Erat pro tessera militari signum sanctissima Crucis . De qua inquit : Ad hujus autem rei evidens indicium , communi consilio signum sanctae Crucis su- per scapulam dexteram impressere vesti- bus . At ista anno sequenti , quo ad bel- lum sacrum delectus est habitus . Post Synodum enim absolutam , labente ad finem anno , urgente hieme , promoven- di ulterius rem tantam interclusus est aditus .

Ut autem res difficillima inchoanda , haecenus in Ecclesia Catholica intentata optatum consequi posset effectum , placuit Urbano Pontifici Dei Genitricis precibus innitendum , ut conciliaret sibi coele- ste numen ; quod probe sciret experimen- to , quaeque ardua progressura feliciter , quibus beatae Mariae Virginis faveret gratia , & aspiraret auxilium . Ad quod promerendum idem Christi Vicarius eo- dem Claromontensi Concilio , rogata sententia Patrum egit , ut horariae illae preces & laudes , quae vulgo Dei Ge- nitricis appellari consueverunt Officium , apud monachos eremitas institutionis Pe- tri Damiani (ut superius vidimus) fre- quentari coepit , ex illis deducerentur ad clericos , a quibus digne ex animo eidem sanctissimae Virgini persolvi debe- rent ; ut ipsa apud Filium precibus age- ret , quo fidelis populus in tot & tantis discriminibus subeundis , ejus fulciretur auxilio , atque praesidio muniretur . Quod quidem tunc a sancta Synodo , Urbano agente , ea occasione indictum , & a cle- ricis pie susceptum , ad laicos quoque fuit tam viros , quam mulieres propa- gatum , & quidem cum magno foenore gratiarum , ut experti sunt omnes jugi- terque experiuntur Fideles , illud ex ani- mo frequentantes : quas preces & Car- thusiani divino monitu haud pridem susce- pere dicendas .

Qui & ejusdem ipsorum ordinis eam- dem Dei Matrem adscivere sibi patronam , prout in rebus gestis S. (d) Brunonis ejus

Pradica- tur ubi- que ex- peditio Hieroso- lymit.

Indul- gentia stipen- dium . (c) Petr. Diacon. Chron. Cass. l. 4. c. 11.

Crux tes- sera mili- taris .

LI. Officium Dei Ge- nitricis Mariae .

LII. (d) Apud Sur. t. 5. die 6. Oct. in vit. S. Brun. c. 21. 22.

Papa Urbano , cujus quondam Praeceptor fuerat , S. Bruno Romanam perrexit ad Curiam , eundem Papam Curiam Rom. re- linquit .

ejus ordinis institutoris apparet, in quibus & de præceptis in dicto Claramontensi Concilio iisdem precibus, mentio habetur. Ipse autem S. Bruno aliquamdiu retentus ab eodem Urbano Pontifice, celebrato hoc anno Concilio Placentino, ab eodem dimissus, & in eremum abire permissus, abiit. (ut dictum est) in Calabriam, ubi liberalitate Rogerii Ducis nobile erexit in Squillacensi regione monasterium. Sed de sancto Brunone, atque Rogerio rursus inferius suo loco dicendum erit.

Cum autem hoc anno post celebrata duo Concilia ab Urbano Pontifice, Legatus Apostolicæ Sedis aliud adhuc indixisset in proximam Quadragesimam; rumor quidam pervenit ad Regem Francorum, eodem anno aliud generale Concilium celebrandum. Qua de causa de multiplicitate ejusmodi Conciliorum nonnihil offensus ipse Philippus, consuluit Ivonem Carnotensem Episcopum, num liceret & tertium eodem anno per Legatum indictum haberi Concilium. Ad quæ breviter

(a) Ivo ep. 67.

Philippo Dei gratia serenissimo Regi Francorum Ivo humilis presbyter suus salutem, sicut & domina & Regi suo fidele servitium.

LIII. De multiplicibus concil. eodem anno indictis.

De eo quod parvitati meæ mandavit vestra sublimitas, post duo Concilia hoc anno a domino Papa celebrata, nunc Legatum ejus Lugdunensem Archiepiscopum infra eundem annum, tertium generale convocare, & ad hoc regni vestri Episcopos invitare; serenitati vestre respondeo, quia cum nuper litteras ejusdem habuerim, nihil tale ibi legi, vel a Misso ejus audiivi. Quod tamen si faceret, non esset hac Apostolica institutio, vel Ecclesiastica consuetudo. Si autem aliquis pro culpis suis, indulto sibi congruo spacio,

PAGIUS

turus. Sed cum tumultus, & mores Curia ferre non posset, relicta solitudinis & quietis amove flagrans, relicta Curia, contempto etiam Archiepiscopatu Rhegensi Ecclesia, ad quem ipso Papa volente electus fuerat, in Calabria evanum, cui Turris nomen est, secessit, ibique laicis & Clericis quamplurimis adunatis solitaria vita propositum, quandiu vixit, exercuit, inquit Auctor Anonymus Libelli de Institutioni-

NOTÆ

[1] S. Brunonis Carthusiani ordinis institutoris ex aula Romana in eremum secessus uno saltem anno anticipandus est, cum anno 1094. die festa Assumptionis B. M. V. in Calabria jam ageret. Præfens enim aderat eo anno & die dedicationi templi S. Mariæ de Arsfia quam Rogerius Calabriae & Siciliae Comes eodem simul tempore publicis confectis tabulis Magistro Brunoni, Laduino cæterisque fratribus eremitis præsentibus & assensibus perpetuo attribuit. Tabulas hæc recitat Rocchus Pyrrhus in Sicil. Sacr. in Notit. Catanens. qui tamen in eo fallitur, quod cum illis legerit Magistro Brunone Lanuino, & cæteris fratribus nullo interposito commate inter nomina Brunonis, & Laduini, unum eundemque virum designari censuit. Profecto Laduinus Lucensis S. Brunonis socius fidissimus nunquam Brunonis prænomine, sed Laduini tantummodo designatur, ut discimus ex Bulla Paschalis II. ad dilectum filium Lanuinum (eundem nempe) scripta quam apud eundem in Notit. Messan. legas. Ita ergo charta legenda est: Magistro Brunoni, Lanuino &c. MANSI

a Legatis Apostolicis vocatus fuerit; non potest subterfugere, qui ad diem sibi præscriptum occurrat, nisi eum legitima causa detineat. Quod si quis eos ultra terminos a Patribus constitutos angariare voluerit; vos habito cum eis communi consilio, iniustis oppressionibus pro persona vestra resistite; sic ut quæ sunt Dei, Deo reddant, & quæ Cæsaris sunt, Cæsari reddere non omittant. Valeat multo tempore sublimitas vestra. Vides quantum obant Ecclesiæ indiscreti ministri, cum præcipiunt interdum absque consilio dura, quæ præstari vix possint.

Celebratur hoc item anno & in Anglia generalis Synodus in causa Urbani Papæ, quem Anselmus ut legitimum Pontificem receperat; Rex vero inhæret potius Guiberto, qui & edixisset in Anglia, neminem Episcoporum alium aliquem recipere debere Romanum Pontificem, nisi quem Rex ipse pro Pontifice receperat. Quid actum in Synodo, (b) Edinerus, qui aderat, ita describit: Factum est & tertia septimana Quadragesimæ juxta editum convenerunt omnes Episcopi totius Angliæ & Abbates, causa prædicta in medium adducitur, & Anselmus diversis querelis hinc inde concutitur. Siquidem multi, & maxime Episcopi regia voluntati favere volentes, spreto æquitatis iudicio id probare nitentur, quod Anselmus salva fide, quam Regi debebat, nullatenus posset in regno Urbanum Sedis Apostolicæ Præsulem pro Papa tenere. Quibus cum plura quæ ratio tulerat, objecta fuissent; & Anselmus ex verbis Domini: (c) Reddite quæ sunt Cæsari Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, aliisque nonnullis quæ ratio nulla resillere poterat, penitus infranasset; illi e contra quid dicerent, non habentes, cum in Regem blasphemaræ, uno strepitu conclama-

LIV. Concilium Anglicanum in causa Urbani Papæ.

(b) Edin. in vit. S. Anselm. l. 2. apud Sur. tom. 2. die 27. April.

(c) Matr. 22.

bus Ordinis Cartusienfis. Cum autem Auctor Vitæ Sancti Brunonis a Surio ad diem VI. mensis Octobris editæ scribat, Brunonem Calabriam petiisse, antequam Pontifex e Placentia abiret in Gallias, celebrato nempe hoc anno Concilio Placentino; apparet Brunonem non annos tres, ut habet Baronius, sed annos quinque in Curia Romana mansisse. [1]

A num.

manere, quandoquidem ausus esset in regno ejus, nisi eo concedente, quidquam vel Deo adscribere. Igitur ad unam regie indignationis vocem quidam ex Episcopis Archiepiscopo suo atque Primati, omnem subjectionem, professam obedientiam uno impetu abnegant, eique unitatem fraternæ societatis pari voto miserandi abjurant.

LV.

Quidam vero in eis tantum, quæ ex parte Urbani Papæ præciperet, illi se obdituros negant. Episcopi itaque omnes qui assuerunt, Rossens solo excepto, aut uno, aut alio modo debitam illi subjectionem & obedientiam abnegant. Rex etiam ipse cunctam ei confidentiam & securitatem sui in omnibus adimit; nec se illum pro Archiepiscopo vel patre amplius habiturum jurat, nisi ipse Vicario beati Petri se ulterius obditurum statim denegat. Tres dies in isto negotio, clamoribus in Anselmum & contumeliis gravidi expensæ sunt, & tandem in hoc quem dixi sine conversi sunt. Tunc Anselmus in suo proposito constans, per internum conductum a Rege postulat, quo tutus regno decedat. Quod Principes multi damnosum fore dignoscunt, pro restituenda pace inducias utrimque usque ad Pentecosten dari precantur & obtinent; ac sic eum ne de regno decedat, impediunt. Spondet igitur Rex se rebus ejus, usque ad præfixum tempus induciarum plenam pacem & tranquillitatem indulturum; & tunc voluntate illius pro sua religione descendendum. Verum omnino in contraria lapsus est, & Anselmus, domino Balduino ejus, domus præfecto, extra regnum depulso, hominibusque suis captis & expoliatis, terrisque vastatis, in immensum afflictus est. Hæcenus Edinerus; sed ista pluribus est profecutus Willielmus, qui & ea quæ ista sunt consecuta, sic enarrat: (a)

(a) Voil. Ist. Mal. m. de gest. Pont. Angl. l. 1.

LVI. Episc. Albanensis defert pallium Anselmo.

Nuntii duo singulares versutiarum artifices, ipso ignorante, & nihil minus suspicante, Romam missi, ut explorato Urbis statu, agerent apud Papam, ut Regi pallium mitteret, tradendum cui liberet. Strenue illi & impigre qui missi fuerant, executi, Albanensem Episcopum Vualterum ex præcepto Urbani Papæ in Angliam adducunt. Is Doctis impulsus, clam Anselmo in curiam venit, ingentibusque promissis animum Voillelmi Regis sitientem Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS XVII. Institutio Congregationis Antonii M. in Gallia.

A num. LVIII. Postquam Gasto vir nobilissimus provinciæ Viennensis & Girinus filius ejus meritis Sancti Antonii Magni sanitatem receperat, statim se & sua pietatis operibus exercendis dedicavit, quibus in hoc sancto proposito haud multo post octo viri se se adjunxerunt, & piissimam inter se societatem & fraternitatem inierunt. Hæc paulatim sublimius processa, postquam custodiam corporis Sancti

explevit, si Urbanus in Anglia reciperetur in Papam, fore ut quæcumque Rex petenda existimasset, ille privilegio Sedis Apostolicæ roboraret. Cæterum ad causam Archiepiscopi nihil suffragii, nisi quod rogatus, ut eum expelleret; impossibile factu respondit, ut vir celebratissima sanctitatis & scientiæ, & in præsulatum introductus legitime, deturbaratur nullius obnoxius culpa. Continuo igitur edictum per provinciam promulgatur, Urbanum Apostolicum debere dici & credi. Eo audito, mirari Anselmus.

LVII.

Cum ecce frequentes Episcopi ad eum missi venerunt, pertentatoque sensim homine, utrum ad redimendam Regis amicitiam esset infractor; cum nibilo mutatum experirentur, quod latebat, aperire; dominum Regem sua opera, & impensa pallium a Roma meruisse, suoque labore transgisse negotium, quod illi constaret multis maris. Par esse ut tanto Principis beneficio digno responderet numeris officio. Ingemuit ille doli machinam in effectum deductam, dicta Episcoporum largis suspiriis excipiens, negavitque se quidquam propter hoc daturum, quia parvi æstimaret beneficium, cujus amplitudinem ipsi tanti penderent. Per hoc Rex edoctus, nullo modo mentis ejus robur enervari posse, ut in amicitiam suam cederet, salva dignitatis suæ magnanimitate, ultero eam expetit & imperavit. Dataque ei publice potestate, ut per totum regnum primatus sui jus exerceret libere, dies præfixa, qua Albanensis Episcopus cum pallio Cantuariam veniret. Venienti, & sacrum insigne in vase argenteo deferenti, vulgo applausum, ab Archiepiscopo nudipede, sed sacerdotaliibus vestimentis induto occursum. Inde super altare Domini Salvatoris pallium assumptum sacratu pontifex beatis humeris composuit, & ad divina celebranda processit. Erat tunc dies Dominica, quarto Idus Junii, fuitque nonnullis ingenti miraculo, quod idem Evangelium illa die occurrit, quod ante prognosticon ejus fuerat: (b) Homo quidam fecit cenam magnam, & vocavit multos, & misit servos suos hora cena &c.

(b) Lucæ 14.

Dum dies certa signatur, nempe incidisse diem Dominicum in quartum Idus Junii, plane præfens annus Redemptoris millestus nonagesimusquintus ostenditur, quo littera Dominicalis fuit G. E ex

LVIII.

Antonii adepta, Regulam Sancti Augustini amplexa est, hujusque instituti plurium monasteria paulatim erecta sunt per Galliam, Italiam, Hispaniam, Germaniam, aliasque orbis Christiani provincias, ut narrat Aimarus in Historia hujus Ordinis parte 2.

XVIII.

Antoniani Xenodochii Sancti Antonii curam gessere usque ad annum MCCVIII. & Præfecturam Falconis, proprio carentes Templo, in quo

CHRISTI
1095.URBANI II. PAP.
8.HENRICI III. IMP. 12.
ALEXII COMN. IMP. 15.

ex quo sequitur diem decimam Junii, idest quartum Idus Junii, qui ea littera signantur, fuisse Dominicum diem. Ita pace composita, anno integro eam perdurasse, idem auctor Vvillhelmus affirmat.

PAGIUS quo privatis pietatis exercitiis possent incumbere. Postea Falco Ecclesiam construere cepit; Benedictini quidem ad quos Sancti Antonii Prioratus pertinebat, aggredienti obstitere, sed Humbertus Archiepiscopus Viennensis utrumque partium compromissarius causam Antonianis adjudicavit, & Innocentius III. ejus sententiam confirmavit. His non contentus Falco suos solemnibus votis obstringere meditatus est, idque ab Honorio III. Summo Pontifice anno millesimo ducentesimo decimo octavo obtinuit; a quo tempore Antoniana Congregatio, quæ per centum viginti tres annos aut circiter nulla vota emiserat, ad statum Religionis & Ordinis Sancti Antonii erecta est. Tandem Bonifacius VIII. anno MCCXCIV. Bulla sua Quarto Idus Junii data, Prioratum Sancti Antonii imperpetuum Abbatiam esse voluit; Religiosos ejusdem Ordinis Canonicos declaravit; & ut Regula Sancti Augustini ab illis deinceps fervaretur, statuit. Tunc Anno primus Abbas Ordinis Sancti Antonii institutus, ut Aimarus Falco in Historia ejusdem Ordinis narrat.

XIX.
Concilium
Lemovicense.

Urbanus II. postquam Concilium Claromontanum celebravit, cum pluribus Archiepiscopis & Episcopis mense Decembrio, X. Kal. Januarii Lemovicas venit; & Basilicam Sancti Martialis dedicavit Secundo Kal. Januarii, ac in perpetuum diem illum solemnem & celebrem dedicationis agi constituit, ut narrat Belyus in Historia Pictaviensi, ex Tabulario Lemovicensi. Gaufridus Prior Vossensis in Chron. hoc anno scribit: Decimo Kal. Januarii, Lemovicas adventit Urbanus Papa, additque Humbaldum Lemovicensem Episcopum accusatum, & convictum ab Urbano II. depositum esse. In Synodo ibi ab eodem Pontifice habita de protectione Hierosolymitana, sicut & in omnibus per Galliam Conciliis, sine dubio actum. Chronographus enim Malleacensis, qui hoc tempore vivebat, ad annum MXCVI. scribit: Ubi cumque fuit, præcepit Cruces facere hominibus, & pergere Hierusalem, & liberare eam a Turcis, & aliis Gentibus. Hoc autem anno refert Urbanum Papam celebrato Concilio Claromontano Lemovicas venisse, & præfatum Humbaldum deposuisse, die & mense non memoratis. Idem Gaufridus ibidem jam dixerat, Urbanum II. Assumptionem B. Mariæ apud Anicium peregrasse; monasterium Sancti Roberti

Eadem de pallio Edinerus; sed paucis rem agit.

Hoc eodem anno, Gastono Franco viro nobili provincie Viennensis cum Gerardo filio ejus, auctore, junctis sibi octo aliis

de Casa Dei decimo quinto Kalend. Septembris consecrasset; in festo Sancti Thomæ Ursaricie hospitatum esse, decimo Kalendas Januarii Lemovicas venisse; die post festum Innocentium Cathedralem Ecclesiam dedicasse; sequenti die quietuisse; pridie Kalendas Januarii Basilicam Regalem consecrasset. Indeque patet, quantum Bertoldus in Chron. aberrarit, qui asserit Urbanum II. Nativitatem Christi apud Arelatensem celebrasse. Non memorat Gaufridus singula oppida ab Urbano II. invisa. [1]

Duchefnius in Notis ad Vitam Sancti Hugonis Abbatis Cluniacensis pag. 86. recitat Diploma, quo bona & privilegia Cœnobii puelaris Marciniacensis, positi in territorio castri antiquitus Simmuro nuncupati, prope alveum Ligeris in Episcopatu Augustidunensi, (Marciniacus dicitur), confirmantur. Hujus hæc subscriptio: Datum apud oppidum Sancti Flori (in Alvernia situm XV. leucis a Claromonte) per manum Joannis S. R. E. Diaconi Carb. Indict. III. anno Dom. Incarnat. MXCVI. Pontificatus autem domini Urbani II. Papa VIII. VII. Idus [2] Decemb. Est hic annus Incarn. Pifanus, qui nobis est tantum MXCV. Ex quo & liquet, Urbanum II. Era Pifana aliquando usum esse, quam infra videbimus quandoque etiam usurpatam fuisse a Gelasio II. & Callisto II. Sed suspicor mendum in indictionem irrepisse, legendumque, Indict. IV. alii enim Pontifices, qui ea Era usi sunt, indictionem a Septembri inchoarunt. Porro Urbanum Eram Pifanam quandoque usurpasse, liquet etiam ex ejus Epistolis XI. & XII. Tom. X. Concil. recitatis, ubi perperam in margine anni Incarnationis Pifani corriguntur, qui tamen puri sunt.

In Chron. Hungarorum a Thwrocio scripto, de morte Sancti Ladislai Hungariæ Regis, habetur: Sanctitate & gratia plenus transit ad consortia Angelorum anno Regni sui XIX. & sepultus Vvaradini in monasterio suo, anno Domini MXCV. tertio Kalend. Augusti feria prima, sed legendum, quarto Kalendas Augusti, in quem diem hoc anno Dominica incidit. Ladislai hoc anno demortuum, testantur etiam Chronographus Hildensheimensis, alique. Ei successit Colomannus, ut habet idem Thwroczius. Rogerii Comitissæ Siciliæ filiam uxorem postea duxit Colomannus, ut testatur Malaterra lib. 4. cap. 25. Erat autem filius Geisæ Sancti Ladislai fratris.

XX.

Urbanus
II. Era
Pifana
quandoque
usus.

XXI.

Obitus
Ladislai
Hungariæ
Regis.

NOTE [1] AD hunc annum vel ad superiorem pertinere censo concilium quoddam Compendiense a Raynoldo Remensi cum Suffraganeis celebratum, in quo Hugo quidam de Incico (Gallice Iney) anathemate punitus fuit causa dissidii cum Gerardo Cameracensi Episcopo. Concilii hujus mentio unice occurrit in Epistola Raynoldi ad Lambertum Atrebatensem Spicileg. t. 3. pag. 424. nov. edit. in quo cum mentio fiat de colloquio quodam factum tunc cum Roberto Seniore Comite Flandrensi qui anno 1096. ultra mare ad loca sancta transit; ideo ante vel circa illud tempus celebratum fuisse discimus, cum præsertim constet Lambertum non ante annum 1094. Episcopum consecratum fuisse. Huius Concilii nulla adhuc mentio in Collectionibus facta est. MANSI

[2] Mendum quidem in hoc Diplomate irrepit, sed non ita corrigendum ac putat Pagius. Genuina ejus lectio eruitur ex alio diplomate pro monasterio Celsiniacensi eadem die & eodem loco dato, quod ita legitur apud Baluzium t. VI. Miscell. p. 376. Datum apud oppidum S. Flori Ind. III. VII. Id. Dec. A. 1095. Urbani 8. Ex quo liquet Urbanum nec aram Pifanam tunc tenuisse, nec mutasse in Septembri indictionem. MANSI

CHRISTI
1095.URBANI II. PAP.
8.HENRICI III. IMP. 12.
ALEXII COMN. IMP. 15.

Ordo ministrorum Hospit. S. Antonii. aliis institutus afferitur ordo ministrantium infirmis, qui sacro igne consumpti perpetuo viverent, truncatis membris calamitate: qui cum laici essent, pro in-

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS Anno MXCV. Vir venerabilis & valde admirabilis Vita Vvifanus Episcopus Sancta Vigornienfis Ecclesia ab adolescentia divinis munitus obsequiis, post multos sancti sudoris agones, quibus pro gloria Regni celestis adipiscenda, magna mentis devotione & humilitate, sedulos Deo servavit intensissimo, die mensis Januarii decimo octavo nocte Sabbati septima hora mediante migravit e seculo, inquit Hovedenus part. I. Annal. pag. 465. Idem habet Vigornienfis ejus Vita scriptor, sed loco, die mensis Januarii XVIII. in utroque Auctore legendum, die mensis Januarii XIX. ut methodus cyclica docet, quo etiam die in variis Martyrologiis a Bollando ad diem XIX. Januarii, ubi ejus Vitam exhibet, relatis, consignatur.

XXIII. Mortuus est hoc anno Sanctus Geraldus Abbas monasterii Silvæ-Majoris non longe Burdegala positi, Nonis Aprilis, ut legitur in ejus Vita a Christiano Monacho Silvæ-Majoris, Paulo post ejus mortem composita, [1] & in alia ejus Vita ab Anonymo Auctore ferme synchrono

signibus Thau signum sibi sumpserunt. Hæc pluribus in historia Antoniana dicta, cujus auctor extitit Himarus Fulco ejusdem ordinis Præceptor.

E 2 Se.

scripta, in Actis SS. Bollandianis ad diem V. Obitus S. mensis Aprilis recitatis. Venit Geraldus ex Geraldino monasterio Corbeia in Aquitaniam. Auctor Anonymus laudatus cap. 3. scribit: O quanta reverentia ille venerandus est dies ab hujus patriæ incolis, quo beatus vir a Deo missus, de vama-jonginquis terra partibus huc adventit! Anno vis. siquidem ab Incarnat. Domini millesimo septuagesimo nono cum sociis suis venit Dominus Geraldus in Silvam-majoram in solitudine (ut fertur) Apostolorum Simonis & Judæ. Fama igitur tanti viri per diversas regiones se velociter extendit; in secundo anno incæptum est monasterium, quinto scilicet Idus Maii in honore Domini & B. Mariæ Virginis & SS. Apostolorum Simonis & Judæ. Ejus Congregatio latissime quondam propagata fuit, illumque Cœlestinus III. anno MCXCVII. in Sanctorum numerum retulit, ut liquet ex Rescripto ab illo Laterani V. Kalendas, Pontificatus anno septimo dato.

NOTE [1] Vita a Christiano monacho Silvæ-Majoris paulo post ejus mortem composita &c. Nempe post centum ab ejus obitu annos, nam Christianum Lucubrationem illam exarasse, anno circiter 1190. Bollandistæ probant. MANSI

JESU CHRISTI
ANNUS
1096.

URBANI II. PAP.
ANNUS
9.

HENRICI III. IMP. 13.
ALEXII COMNENI IMP. 16.

I.
Concil.
Turon.
ab Urba-
no Pap.
celebra-
tum.

SEquitur annus Redemptoris millesimus nonagesimus sextus, Indictione quarta, quo Urbanus Papa degens in Gallis totus in Synodis, complura Romano Pontifice digna peregit, atque inter alia indictam Hierosolymitanam expeditionem promovit. Bertholdus dum eiusdem Pontificis iter relegit, hæc de ipso hoc anno: Dominus Papa Arelati diem Dominicæ Nativitatis cum diversarum provinciarum Episcopis gloriosissime celebravit. In his locis ex parte schismaticorum Wirceburgensis Episcopus ad Apostolicum pervenit, ejusque misericordiam consecutus est; ita tamen ut eadem misericordia a Legatis Papæ in Teutonicis partibus persisteret eidem. In tertia hebdomada Quadragesimæ dominus Papa Synodum celebravit cum diversarum Episcopis provinciarum in civitate Turonensi, ubi iterum suorum præteritorum statuta Conciliorum generalis Synodi assensione roboravit. Et non multo post Episc. Strazburgensem de excommunicatione respicientem recepit in communionem, ita tamen ut de illatis criminibus se expurgaret. Pergit agere de Hierosolymitana expeditione ibi decreta, deque his qui in Hungaria periclitati sunt militibus, ac deinde de Regis Francorum absolutione his verbis:

Philippus Rex Galliarum, jam dudum pro adulterio excommunicatus, tandem domino Papæ, dum adhuc in Gallis moraretur, satis humiliter ad satisfactionem venit, & abjurata adultera, in gratiam receptus est, sequæ in servitium domino Papæ promptum exhibuit. Hæc ipse, reliqua in fine anni hujus.

Hic autem duo sunt subiicienda diplomata ab eodem Urbano Pontifice data; atque primum, Turonis dum esset, quo edita jura ac privilegia ejusdem Ecclesiæ Turonensis cognovit, probavit, ac etiam Apostolica auctoritate firmavit: quod nuper acceptum hic tibi primum describendum curavimus; sic enim se habet:

Urbanus Episcopus servus servorum Dei universis sanctæ Ecclesiæ filiis salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum fore volumus tam futuris, quam presentibus, quoniam omnium bonorum largitor Deus devotionem nostram ad B. Martini tumulum visitandum sua miseratione perduxit. Quia vero in ejusdem beati Confessoris Ecclesia quadam inoleverant, que in melius promovenda, salutis falce extirpanda videbantur; nos per septem dies & eo amplius immorati, medicinam animarum, frequentius inter eos intrantes & exeuntes, eis impertivimus, & nobis in omnibus obedientes & bene-

II.
Philippus
Rex
Francor.
absolutus
a Papa.

III.
Confirmat
anti-
quum pri-
vilegium
Turon.
Eccles.

PAGIUS
SÆC. XI.
Anno Era-
re Hisp.
MC-
XXXIV.
Anno He-
gire
CDXC.
inchoato
die 19.
Decembr.
fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6589.

☉ 13. FE. ☽ 14. P. 13. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1096.

URBANI II. PAPÆ 9.

HENRICI IV. REG. 41. IMP. 13.

ALEXII COMNENI IMP. 16.

Num. I. ad XI. Urbanus II. non Arelate, ut perperam habet Bertoldus in Chron. a Baronio num. I. citatus, sed apud Lemovicas Natale Domini anni superioris celebravit, ut patet ex iis, quæ eo anno num. XIX. in medium adduximus. Bertoldus enim annum a Natali Domini exorditur, & in rebus extra Germaniam gestis narrandis quandoque peccat. Verum autem est quod is postea ibidem refert, Urbanum nempe in tertia hebdomada Quadragesimæ Synodum in civitate Turonensi celebrasse, & Philippum Galliarum Regem abjurata Bertrada in gratiam a Pontifice receptum fuisse. Baronius enim num. V. refert Diploma Urbani II. quo Privilegia Ecclesiæ Turonensis confirmavit, Dat. Turonis secundo Idus Martii indict. IV. & num. VIII. aliud Diploma ejusdem Pontificis datum Pictavis quarto Kal. Aprilis indict. IV. ideoque hoc Christi anno.

Confirmantur hæc omnia, & magis illustrantur primo ex Chronographo Malleacensi hujus temporis Scriptore ad annum MXXVI. ubi ait: Urbanus Papa veniens ad festivitatem Sancti Hilarii (quæ celebratur vel XII. vel XIII. vel XIV. Januarii) fuit Pictavis, & benedixit monasterium Novum sexto Kalendas Februarii (qui hoc anno in Dominicam incidit. Monasterium novum vulgo Montiers-neuf fundatum fuerat anno MLXVIII. a Guidone Gofrido Comite Pictaviensi, Duce Aquitanie, ut dicitur in eodem Chronico Malleacensi). Post hæc pervexit Andegavis & benedixit monasterium Sancti Nicolai (quod ipsemet Urbanus in literis datis apud Sableulsum, quæ urbicula est media inter Andegavum, & Cenomanum, vulgo Sable, XVI. Kalend. Mart. indict. IV. a San-Marthanis in Tomo de Abbatibus Galliarum recitatis testatur). Inde abiens Turonis tenuit Concilium in monasterio Sancti Martini, in quo inter alia restauravit Abbatiam Sancti Mauri, & præcepit habere Abbates, &c. Inde reversus est Sanctonas civitatem & celebravit ibi Sanctum Pascha: & inde remeavit Romam, & in eundo remeavit Nemausum civitatem, ubi item tenuit Concilium & reconciliavit Philippum Regem Francorum.

Holtkenius in Collectione Romana part. II. pag. 222. ex libello MS. Fulconis Comitiss Andegavenis hæc refert: In fine istius anni MXXVI. (legendum, MXXV. ut ex dictis liquet, & verba sequentia demonstrant,) appropinquante quadragesima, ideoque Fulco illius libelli Auctor annum a Paschate auspiciatur, venit An-

II.
Ad varias
urbes per-
git, &
Philip-
pum
Regem in
amicitiam
recipit.

III.
Gesta ab
Urbano II.
apud An-
degavos.

CHRISTI
1096.

URBANI II. PAP.
9.

HENRICI III. IMP. 13.
ALEXII COMN. IMP. 16.

volos, Deo inspirante, & in eis cooperante nobiscum, experti sumus. Sed quoniam ad nostras aures pervenerat, quod Legatos Romanæ Ecclesiæ suscipere cum processione benigne superederant, neque etiam eis, videlicet Legatis, auctoritas hujus Ecclesiæ per notitiam privilegiorum ejus innotuerat; succensimus, & graviter eos increpavimus, cur tantam inobedientiam offensionem incurrerant. Illis itaque humiliter nobis scripta patrum nostrorum Romanorum Pontificum pretenduntibus, diligenter attendimus eorum privilegia. Et quia præter Apostolicum, & Regem, & Turonensem Archiepiscopum semel in vita sua, neminem ad processione susceptionem admittebant, studiose notavimus, nostris Cardinalibus Teuzone, Alberto, Gregorio Papiensi, Raufgerio & Hugone Lugdunensi Primate, & aliis tam Episcopis, quam aliarum dignitatum personis presentibus, Brunone Signiensi Episcopo, & Ingelramo Sussionensi Ecclesiæ Archidiacono.

IV. Porro nos tanta auctoritate refecti, eorum antiquam consuetudinem, eorum scriptis suffragantes, auctoritate nostra corroboravimus, in presentia nostrorum prædictorum fratrum. Et quia filius noster Amatus Burdegalis Archiepiscopus unus erat de Legatis Romanæ Ecclesiæ, a Gregorio Septimo prædecessore nostro in Galliam destinatus, non ab hac Ecclesiæ processione solemnitate susceptus. Un-

de etiam graviter contra eosdem clericos commotus, in Exulduensi Concilio eos excommunicatione perfoderat; cum in concordiam & pacem eorum reformavimus. Neque eos ad ullam satisfactionem, quia auctoritate pollente sese manerant, compulimus, neque qualibet pro tali excessu absolute purgandos censuimus. Denique quoniam in quibusdam sue Ecclesiæ privilegiis proprium eis habere Episcopum, concessum est, ejus vice nos Romano eos sancimus specialiter adberere Pontifici, & graviores eorum causas ejus pendere iudicio.

Si quis sane in crastinum Cardinalis, aut Legatus, aut Episcopus, aut quilibet a nostro latere missus hanc nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, & nostram perfringens auctoritatem, processione ab ipsa sancti Confessoris Ecclesiæ expetierit, si communitus non destiterit, potestatis, honorisque dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata presumptione cognoscat. Cunctis autem ista servantibus sit pax Domini nostri JESU Christi Amen, Amen, Amen. Dat. Turonis, castello sancti Martini, per manum Joannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi Cardinalis secundo, Idus Martii, indict. quarta, anno Dominicæ Incarnationis *MXXVII. Pontificatus autem Domini Urbani Secundi Papæ nono. Turonis autem recedens Urbanus Pa-

V.

* M. xcvi.

PAGIUS degavum Papa Romanus Urbanus, & ammovit gentem nostram, ut irent Jerusalem expugnaturi gentilem populum, qui civitatem illam & totam terram Christianorum usque Constantinopolim occupaverunt. Tunc in Septuagesima dedicata est Ecclesiæ Sancti Nicolai ab ipso Papa. Constituit etiam idem Apostolicus, & edito jussu, ut in eodem termino, quo dedicationem fecerat, indictum publicum celebraretur (id est, nundine, ut recte Ducangius in Glossario explicat) unoquoque anno apud S. Nicolaum, septima pars pauperum populo convenienti ad illam celebritatem dimitteretur. Unde discedens Cenomanum venit, & inde Turonum; ibique datis venerabili Concilio decretis media Quadragesima coronatus est, & cum solemnitate processione ab Ecclesiâ S. Mauricii ad Ecclesiâ B. Martini deductus; ubi mihi florem aureum, quem manu gerebat, donavit: quem ego etiam ob memoriam & amorem illius in Ojannæ semper mihi meisque successoribus defendendum constitui.

IV. Ad hæc Chiffletius in Probationibus Historiæ Trenorciensis pag. 333. refert ex veteri Urbano II. Diplomate, in Concilio Turonensi presente Urbano II. hoc anno habito, Ecclesiâ Sanctæ Crucis & Sancti Nicolai de Lauduno, Petro Trenorciensi Abbati, ejusque monasterio adjudicatas esse. In fine legitur: Actum Turonis anno ab Incarnat. Domini MXXV. indict. III. XIII. Kalendas Aprilis feria V. ideoque ni error sit in numeris Notarii annum & indictionem a Paschate inchoat, ut feria V. cum die XX. Martii copulata indubitatum reddit.

Et postea refert Chiffletius ex tabulis autographis: Tempore P. Abbatis, mense Januario, anni MXXV. a Paschate deducti (ideoque jam numerabatur annus MXXVI. juxta nostrum calculum) indictione IV. (ex quo liquet, Notarium indictionem a Septembri, annum vero a Paschate exorsum esse) Petrus Pictavorum Episcopus natam inter Monachos Turonenses, & Canonicos Sanctæ Crucis de Lauduno controversiam dirimit. Subscribunt ejus sententia, Urbanus Papa II. &c. Quare verum est quod scribit Chronographus Malleacensis, Urbanum II. in die festivitatis Sancti Hilarii Pictavos venisse, qua etiam in urbe erat die XXIX. Martii, ut patet ex dictis anno MXXIV. num. XX. Insuper Urbanus II. postulante Petro Trenorciensi Abbate, Turonis, hoc anno, ejus monasterii bona, juraque omnia recepit in tutelam Apostolicæ Sedis, ut liquet ex ejus Rescripto ibidem a Chiffletio relato, ab Urbano Papa subscripto, datoque Turonis XIII. Kalendas Aprilis, indict. IV. Incarnat. Dominica anno MXXVI.

V. Catellus in Hist. Comitum Tolosæ lib. 2. cap. 3. hæc refert ex codice MS. Anno Domini Gesta Tolosæ. MXXVI. indict. IV. nono Kalend. Junii Dominus Papa Urbanus una cum Archiepiscopo Tolosano Bernardo, & Amato Burdegalis Archiepiscopo, Pisanogues Archiepiscopo (aliisque Episcopis ibidem designatis) consecravit Ecclesiam Sancti Saturnini Martyris, Tolosæ Episcopi. Quod & testatur ipsemet Urbanus II. in Rescripto a se anno infrequenti emisso, & a Castello ibidem memorato, qui addit Bernardum Gui-

CHRISTI 1096.

URBANI II. PAP. 9.

HENRICI III. IMP. 13. ALEXII COMN. IMP. 16.

CHRISTI 1096.

URBANI II. PAP. 9.

HENRICI III. IMP. 13. ALEXII COMN. IMP. 16.

pa, cum Pictavos se contulisset, ibi dum esset, quod accepit de inuito abusu, ut non nisi pretio prebende, atque canonicatus in Ecclesia S. Martini conferrentur, abolendum curavit, sancito decreto, quod sequenti diplomate continetur, reliqua vero Apostolica auctoritate munivit. Diploma autem sic se habet:

VI. Urbanus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Ecclesie beati Martini canonicis tam presentibus, quam futuris in perpetuum.

Bonorum omnium largitori Deo gratias agimus, qui devotionem nostram ad beati Martini tumulum visitandum suam miseratione perduxit. Quia vero in eisdem beati Confessoris Ecclesia consuetudo pravitate ejusmodi inoleverat, ut honores, seu prebende omnes pretio acquirerentur; nos locum illum sanctum emundare ab hac peste execrabili cupientes, religiosos viros ad premonitionem nostram decrevimus premitendos. Quibus estis fideliter, Domino inspirante, polliciti, & preceptis nostris omnimodis obedire, & simoniace pravitate iniquitamentum deserere. Quod & presentibus nobis per Dei gratiam perfecistis, in nostra, tamquam beati Petri manu firmantes, nihil vos ulterius honorum, nihil prebendarum vendituros aut empturos, nec ut vendantur, aut emantur aliquando consensuros. Adicietes etiam, nullum deinceps in canonicorum numerum admittendum, nisi eandem sponsonem jurjurando firmaverit. Que videlicet inversa nos sanctorum Apostolorum aucto-

ritate firmavimus, & violatores omnes anathematis mucrone confodimus. Et preteritorum igitur gratia respondentes: & futurorum spem longe meliorem gerentes, secundum predecessorum nostrorum Ecclesie Romana Pontificum privilegia, vos in spirituales filios Apostolica Sedis assumpsimus, & eadem auctoritate statuimus, nullum Pontificum, nullum Regum, nullum cujusque dignitatis, aut ordinis preter Prepositos vestros in vestra Ecclesia, vel ejus pertinentiis potestatem aut dominium exercere; ut Romana Ecclesia precepta servantes, Romana Ecclesia libertate perpetua gaudeatis, salvo nimirum jure seu consuetudine, quam hactenus erga vos Turonensis noscitur Archiepiscopus habuisse.

Quicumque igitur venerabilis illa beati Martini Ecclesia legitimo jure, vel Pontificum collatione, vel Regum & Principum liberalitate, vel Fidelium oblatione possidet, seu in futurum prestante Domino, juste poterit & canonicè adipisci, firma vobis semper & illibata permaneat. Nullus in villis, aut mansionibus, sive territorii, sive Ecclesie, aut pagis, ad vestram Ecclesiam pertinentibus, invidis vobis, judicium agere, ingenios, servosve seculi potestate constringere, nec teloneum, aut navium presumat exigere. Possessionum vero vestrarum decima, seu nova in pauperum usum proficiant. Episcopus autem, in cuius diocesi eadem possessiones sunt, ordinandorum clericorum tantum curam gerat, nihil de cetero gravaminis clericis in-

VII.

copis Magalonenfibus videntes Verdalam deinde scribere Urbanum II. eodem anno XCVI. Concilium apud Clarum montem celebrasse, & existimantes eum in anno adversus Urbani II. Magalona, uti in anno Concilii Claromontani peccasse, Verdala nomine alto silentio suppresso hac ejus verbis cum anno MXCV. copulant. Verum Verdala, qui in Historia generali parum versatus erat, hac ex Actis publicis desumpsit, & ei adscribenda erant.

Dacherius in Spicilegio Tom. IV. publicavit Concilium Nemausense, ab Urbano II. mense Julio celebratum, cujus extant tantum Canonnes. Hoc Concilium nunc legitur Tom. X. Concilii pagin. 605. in eoque varia continentur ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentia. De eo intelligendus Bertoldus de Philippo Francorum Rege verba faciens: Dum adhuc in Gallis moraretur (nempe Urbanus), satis humiliter ad satisfactionem venit, & abiurata adultera in gratiam receptus est. In illo confirmata donatio facta Odiloni Abbati & ejus Monachis, terræ Sancti Egidii, per Raimundum Comitem Tolosanorum & Autenensium, Ducem Narbonæ, & Marchionem Provincie. In fine legitur: Facta & confirmata Charta in Nemausensi Concilio a domino Papa Urbano II. celebrata anno ab Incarnat. Domini MXCVI. indit. IV. septima (legendum sexta) feria, IV. Idus Julii, Pontificatus domini Urbani Papæ anno IX. regnante Philippo Rege. Chartæ subscripti ipse Rati.

VII.

Urbanus II. Nemausi Concilium celebrat.

inferat, nec Ecclesiarum altaria, vel alia bona per Regum precepta vobis antiquitus data & Pontificum Romanorum privilegiis confirmata vel aliis dare, vel venalitate distrahere, vel modo quolibet alienare presumat.

VIII.

Quidquid preterea libertatis, quidquid immunitatis vel predecessores nostri Romani Pontifices, vel Turonenses Archiepiscopi, vel Gallicanarum Ecclesiarum apud Tulliacum in Tullenfi parochia generalis Synodus congregata pro B. & apostolici Confessoris Martini reverentia vestra Ecclesie, vestrisque predecessoribus contulerunt; nos presentis decreti pagina confirmamus. Et quia in quibusdam vestra Ecclesia privilegiis proprium vobis habere Episcopum concessum est; nos ejus vice Romano vos sanctimus specialiter adhibere Pontifici, & graviores vestri causas ex ejus pendere judicio. Si quis sane in crastinum Archiepiscopus aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut Ecclesiastica qualibet, secularisve persona hanc nostram Constitutionem paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove communitis, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri JESU Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesie iuxta servantibus sit pax Domini nostri JESU Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia eterna pacis inveniant. Amen. Amen. Datum Pictavis per manum Joannis sanctæ Romanæ Ecclesie diaconi Cardinalis quarto Kal. Aprilis, Indictione quarta, anno Domini Incarnationis millesimo * XCVII. Pontificatus autem Domini Urbani Secundi Papæ IX.

M. CXV

IX.

PAGIUS Raimundus Comes. Hanc donationem Urbanus iterum Avenione post aliquot dies confirmavit, & monasterium Sancti Egidii immunitate donavit, rescripto dato apud Avenionem in monasterio sancti Andrea XI. Kalendas Augusti, indictione IV. Incarn. Dominica MXCVI. Pontificatus autem Domini Urbani II. Papa IX. Tam donatio quam ejus confirmatio Tom. X. Concilii recitantur, ex iisque constat, Concilium Nemausense mense Julio habitum, indeque Urbanum II. Avenionem profectum.

VIII.

Ex urbe Nemausensi ad monasterium Sancti Egidii paucis leucis ab illa distans Urbanus II. antea venerat. ubi confirmavit quæcumque privilegia Revipollensi monasterio in Comitatu Aufonensi sito, antea a Pontificibus Rom. ac Principibus concessa fuerant. Baluzius Avenionem.

gumenta ad dictum Concilium Turonense spectantia, hic describenda, ut quæ spectant ad causam monachorum monasterii sancti Mauri. Etenim testatur (a) Petrus diaconus hæc de monasterio sancti Mauri: In Turonensi Concilio, ubi ipse Urbanus Papa præsidebat, monasterium sancti Mauri in Glanualio a Fossatensium monachorum abstractum tyrannide, præstina dignitati, libertatique restituit, sub magisterio tantum Cassinensis cœnobii perpetuo mansurum. Hæc Petrus. At hic recitanda est brevis Ivonis Episcopi Carnotensis epistola, qua exoptulat, ad successorem Urbani Papæ scribens, de injusta sententia per subreptionem contra Fossatenses monachos in hoc ipso Turonensi Concilio ab Urbano Papa neficente lata. Epistola sic se habet: (b)

(a) Petrus diaconus. Chr. Cassin. l. 4. c. 18. De Monasterio S. Mauri.

(b) Ivo ep. 183.

Paschali summo Pontifici Ivo humilis Ecclesie Carnotensis minister per mare hujus mundi prospere navigare, & post superata naufragia navem in tuto collocare.

X.

Quoniam judicium Romanæ Ecclesie a nemine foris retractari posse, eadem Romana Ecclesia docente, didicimus; si qui aliquando se prægravatos ipsius Ecclesie auctoritate conqueruntur, hoc eis consilium damus, ut non descendant in Ægyptum propter auxilium, sed ab ipsa ad ipsam confugiant, & inde expectent levamen, unde se conqueruntur accepisse gravamen; quia quæ aliquando corripit paterna severitate, eadem frequenter colligit materna pietate. Quod ideo prælavimus beatitudini vestræ, ut causam Fossatensium monachorum patienter audiat; & quantum salva Apostolica reverentia fieri potest, anxietatem eorum misericorditer relevetis. Conqueruntur enim se in Concilio Turonensi prægravatos, quoniam ad suggestionem Comitis Andegavensis dicunt fuisse subreptum domno Papæ Urbano, ut monasterium S. Mauri, situm in patria Andegavensi, quod sub jure Fossatensis monasterii antea per trecentos, aut eo amplius annos extiterat, de ejusdem monasterii jure auferret, & ordinato ibi Abbate, liberum esse constitueret,

hoc est ad Principes sæculares.

Ivo laborat pro Fossatens. Monachis

in Appendice Marcæ Hisp. Urbani rescriptum recitat, datum in monasterio S. Egidii, &c. XVII. Kal. Augusti, indit. IV. Incarnat. Dominica anno MXCVII. (Pisano, ut tam inditio IV. quam annus IX. Urbani demonstrant) Pontificatus autem domni Urbani II. Papa IX. Postridie idem Pontifex Apostolico Privilegio munivit monasterium Balneolense in Comitatu Bisuldinensi positum. Ejus Rescriptum ibidem recitatur: datum in monasterio Sancti Egidii apud Vallem Flavianam XVI. Kalendas Augusti, indictione quarta, Incarnat. Dominica anno MXCVII. (Pisano) Pontificatus autem domni Urbani II. Papa nono. Sancti Egidii monasterium Benedictinum, quod urbi nomen dedit, ad Presbyteros sæculares postea translatum.

Ad

PAGIUS Guidonis recensere Concilia ab Urbano II. celebrata, & habere apud se Epitomen MS. ab eodem Bernardo editam inscriptamque: De Temporibus & annis generalium & particularium Conciliorum.

VI. Gesta Magalona.

Urbanum II. ex urbe Tolosana Magalona profectum esse colligo ex tempore, quo in utraque urbe fuit, & ex Arnaldo de Verdala Episc. Magalonenfi in Catalogo Episc. Magalonenfium, a se circa annum MCCCXL. scripto & Tom. I. Biblioth. Labbei relato: Anno XCVI. (legendum MXCVI.) in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli Urbanus Papa II. qui ad visitandas & confirmandas Gallie Ecclesias Alpes transisset, ad preces dicti Gothofredi Episcopi (nempe Magalonenfis) intravit Magalona, ibique stetit per quinque dies, & tunc secunda die abventus sui, scilicet dominica (quæ hoc anno incidit in diem XXIX. mensis Junii, festo SS. Apostolorum Petri & Pauli facrum) Congregatio totius pene Magalonenfis Episcopatus, Clero & populo sermone facto, assistentibus Archiepiscopis, Pisano & Tarraconenfi, ac Episcopo Albanensi, Signensi, Nemausensi, & Magalonenfi; presentibus Comite Substantionensi, Guillelmo Montipessulani domino, de terra nobilibus totam insulam Magalonenfem solemniter consecravit, & omnibus in ea sepulcris ac sepeliendis absolutionem omnium delictorum concessit; & multa alia Privilegia eidem Ecclesie donavit, &c. San. Marthani in Episc.

ret, quod & factum est, Fossatenfisibus monachis jus suum reclamantibus, & multis, qui Concilio intererant, aliter sententibus, cum viderent privilegium, quod nitebantur Fossatenfes monachi, de manibus eorum ab Andegavensibus fuisse ceptum, & in plures partes fuisse concessum. Adhibitis ergo multorum intercessionibus supplicanti predicti monachi, ut eorum negotium a maiestate vestra legitima discussione retractetur, & vel misericordia flectente, vel iustitia distante terminetur. Hucusque Ivo nis epistola.

XI. Hoc eodem anno, expeditio Occidentium pro Orientalium Christianorum, sub Turcis periclitantium subventionem, indicta per Urbanum Papam anno supe-

riori, sub diversis ducibus, diverso tempore, diversis locis in prociectu posita, Constantinopolim versus iter arripit; aliique ex ipsis, qui primi fuerunt sub Galtero duce, octava die mensis Martii, alii paulo post sub Petro eremita proficiuntur: Godefredus autem Dux Lotharingia, cum aliis Ducibus & Comitibus mense Augusti die decimaquinta, alii vero, ut Boamundus Comes Apuliae, anno sequenti, ut suo loco dicemus. Hæc autem pluribus prosecutus est (a) Tyrus, quem consulat qui ista cupit addiscere: commentarium enim eo argumento elaboravit lectione dignum. Nobis autem in proposito est, ista tantum nota temporum consignare, non autem

Expeditio occidentalis in Orientem parata.

(a) Willel. Tyr. de bell. sac. lib. x. c. 18. h. c.

PAGIUS

Ad num. XI. & seq. Mabillonius Tom. I. Musei Italici part. II. Historiam Belli sacri ab Auctore Anonymo, quem coetaneum arbitratur, scriptam publicavit. Is Geita hoc anno recte in compendium redegit. Quare licet eum ab aliis, qui interfuerunt, quæ narrat, excerpisse existimem, ejus tamen verbis utar, quia quæ isto anno referunt in Scripturis contemporaneis etiam habentur: Primum, inquit, cepit arripere iter, fecerunt tres partes. Una pars Francorum in Ungaria intravit regionem, scilicet Petrus Eremita, & Dux Godefredus (Bullonius dictus), & Balduinus frater ejus & Comes Balduinus de monte. Petrus vero Eremita Constantinopolim venit in Kal. Augusti, & cum eo maxima generatio Alamannorum. Illic invenit Lombardos & Longobardos, & alios plures congregatos, quibus Imperator Crasorum jussu dari mercatum (id est, cibaria ad alimoniam exercitus) scuti mos erat in civitate. Dixitque illis: Nolite transmeare Brachium (nempe S. Georgii, seu Helephantum), donec veniat maxima Christianorum virtus, quia vos tot non estis, quod cum Turcis preliari valeatis. Ipsique Christiani nequiter deducebant se, quoniam civitatis Palatia sternebant & incendebant, & auferebant lumina, unde Ecclesia erant cooperta, & vendebant Græcis. Deo quo magis iratus Imperator mox iussit illos transmeare ultra Brachium. Postquam vero transfretaverunt, non cessabant agere omnia mala. Tandem pervenerunt Nicomediam. Illic divisi sunt Lombardi, & Longobardi, & Alamanni a Francigenis, quia Francigena erant tumidi superbia. Elegerunt autem Lombardi & Longobardi Dominum super se, cui nomen Raynaldi, & Alamanni similiter; & intraverunt in Romaniam, & per quatuor dies iterunt ultra Nicaeam civitatem, & invenerunt quoddam castrum, cui nomen Sceregorgo, quod vacuum erat gente, & apprehenderunt illud, in quo invenerunt satis frumentum, & vinum, & carnem, & omnia bona.

Audientes itaque Turci, quia Christiani essent in castrum, venerunt continuo obsidere illud. Ante portam castrum erat quidam puteus, & ad pedem castrum erat fons unus, juxta quem exiit Raynaldus, excubare, scilicet Turcos. Venientes autem Turci in die dedicationis S. Michaelis Archangeli, scilicet duobus diebus sancti mensis Septembris, invenerunt Raynaldum & alios omnes, qui cum eo erant, & occiderunt multos ex eis. Alii qui remanserunt vivi, fugerunt in castrum, quod Turci obsederunt con-

X. Male habentur a Turcis circa Nicetiam.

tinuo, eisque abstulerunt aquam: fueruntque nostri in tanta afflictione siti, quod febotomari faciebant suos equos & asinos, quorum sanguinem bibebant. Hac persecutio fuit per octo dies. At Dominus Alamannorum (scilicet Raynaldus) consiliatus est cum Turcis, qualiter traderet alios omnes; & fingens se exire ab bellum, fugit ad illos, & cum eo multi ex aliis. Turci ceperunt castrum: illi autem, qui Deum abnegare noluissent, capitalem sententiam susceperunt: qui vivi remanserunt, decapitati sunt a Turcis. Isti primo acceperunt feliciter martyrium pro Christi nomine. Audientes autem Turci, quod Petrus Eremita & Gualterius sine habere (ita cognominabatur) fuissent in civitate, quæ supra Nicaeam, venerunt illic gaudentes occidere illos. Cumque venirent, latentes obviamerunt Gualterius & sui milites, quos omnes confestim occiderunt.

Petrus vero Eremita paululum antea recesserat Constantinopolim; eo quod nequibat retinere illam diversam gentem, quæ volebat eum audire, nec verba ejus audire. Turci vero post hæc malignam illorum victoriam, ubicumque inveniebantur Peregrini, irruebant super eos: quorum alios inveniebant vigilantes, alios dormientes, alios nudos jacentes, quos omnes interficiebant. Presbyterum quoque unum invenerunt celebrare sanctam Missam super altare, eumque martyrizaverunt. Alii, qui poterunt evadere, fugerunt ad civitatem: alii miserunt se in mare, alii in silvis, alii ascenderunt in montanis, & introierunt in quoddam castrum. Turci namque persequentes illos, adunaverunt ligna, ut illos incenderent simul cum castrum. Christiani igitur, qui in castello erant, miserunt ignem in lignis adunatis, & reversus ignis adversus Turcos, quoniam Deus noluit suos relinquere. Illos vero qui capti erant a Turcis, diviserunt inter se, sicut prius fecerunt per universas eorum regiones. Hoc totum factum est in mense Octobri. Audiens hoc Imperator, quod Turci ita dispassent nostros, laetus & gavisus fuit: & mandavit, & fecit eos transmeare Brachium; & postquam reversi fuerunt, comparavit ab eis omnia arma eorum.

Secunda vero pars intravit in Sclavonia partibus, sc. Raymundus Comes sancti Egidii, & cum eo Podiensis Episcopus (Ademarus appellatus): in qua Sclavonia multa pars passi sunt pro Christi nomine, & sancti Sepulchri. Nam per quadraginta dies ambulaverunt per obscura loca propter nebulas, quæ erant tam dense, ut vix paululum longe conspicerent, & Tur-

XI. Alexius imp. latætur de strago Christianorum.

XII. Secunda pars exercitus Christiani male etiam habet.

Judæi a militibus Christianis trucidati.

tem singula profequi, quia jam notissima cunctis Scriptorum copia facta sunt. Ante professionem autem hoc anno magnam ab eis pluribus in locis stragem factam esse Judæorum, Bertholdus atque alii horum temporum Scriptores affirmant. Qui enim divino instinctu adversus Christiani nominis hostes dedere facræ militiæ nomen, in quos primos incidunt Christi hostes Judæos infelices, animi impetu, legum habenis excussis, feruntur, eosque trucidant, fugant, vel obsident, atque ex desperatione ad confiscandam sibi mortem impellunt: damnum tantum illis venia, qui Christianam Fidem, abjurato Judaismo, profiteri vellent.

XII. Profectique sunt cum militibus Christianis Episcopi; inter quos Ademarus Podiensis, Anicii Vellunorum Episcopus eminuit Apostolica legatione sublimis, insuper cum illis Willelmus Aurassii. Hi primi Cruce signati alios eodem sacro signo nobilitarunt. Eodem Urbani Papæ classico excitatus Bernardus Toletanus Archiepiscopus, iterum in Terram sanctam hac Cruce signatus, est peregrinationem aggressus, sed primo ob clericos Toletanos, qui eo absente, quasi numquam amplius reverfuro, alium subrogandum putarunt Archiepiscopus, Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

ci undique eos insidiantes. Sed belli potens, & providus Comes minutam gentem faciebat ire in medio, & ipse cum exercitu suo custodiebat eos ante & retro ab insidiis Turcorum. Itaque plures & suis militibus perdidit fame & gladio, quoniam mala terra erat. Viam etiam nesciebant, nisi per ortum solis. Vides Raimundum Comitem sancti Egidii hoc anno in Terram sanctam profectum, & hunc Anonymum suffragari Tudebodo, Fulcherio Carnotensi, aliisque qui id etiam scripserunt.

XIII. Tertia pars per antiquam viam Romam venit. In ista vero parte fuit Robertus Comes Flandrensium, & Robertus Comes Normannus & Ugo Magnus (qui frater erat Philippi Francorum Regis), & alii plures: ac deinde apertim propinquarunt ad portum Brondusii aut Bari, ubi conantur Tarenti. Ugo vero Magnus, & Guillelmus Marchus filius confestim miserunt se in mari ad portum Bari, & transfretantes applicerunt Durachium. Audiens itaque Dux illius civitatis illos prudentissimos viros esse applicatos, continuo mala cogitatione in cor ejus ascendente iussit eos moveri, & Constantinopolim ante infelicem Imperatorem caute deduci, quo ei fidelitatem facerent.

XIV. Dux itaque Godefredus, nostrorum Comitum primus, Constantinopolim venit cum suo magno exercitu diebus duobus ante Nativitatem Domini nostri, & hospitatus est juxta Constantinopolim: fuitque ibi donec iniqui Imperator iussit eum honorabiliter hospitari in burgo. Cumque hospitatus fuisset secire, mandabat armigeros suos foras per unumquemque diem, quatenus paleam & alia necessaria apportarent. Cum vero jam putabant cum fiducia exire quocumque voluissent, inimicus Imperator, Alexius nomine, flagaciter faciebat ipsos observari: suisque

reverti coactus, sed pulsus illis, monachis sancti Facundi in eandem Ecclesiam introductis, iterum se ad iter illud capeffendum accinxit, pervenitque ad Urbanum Papam, qui miserus ejus Ecclesiæ tunc coalescentis, nondum adultæ, iussit illum redire Toletum. Qui parens Pontifici, rediens, quos potuit ex Gallia secum duxit viros, quos eruditione & moribus ad regendas Ecclesias putavit idoneos; sed (quod humanum est) iudicio erravit in electione Burdini, quem Lemovicis secum duxit Toletum, & Archidiaconi dignitate nobilitavit, atque inde in Coimbricensem, postea in Bracharensem Archiepiscopum extulit, hominem verisipellem, astutum, ad decipiendum quemlibet licet sapientem optime comparatum, de quo inferius sæpe dicendum. Hæc ex (a) Roderico ejusdem Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopo.

Demum vero, ut Urbani Papæ Romam ex Galliis redeuntis vestigia assestemur; hæc de ipso qui tunc ea scribebat Bertholdus Constantiensis hoc anno: Dominus Papa bene dispositis rebus in Gallia, post reconciliationem Regis Galliarum & post multa Concilia tandem in Longobardiam cum magno triumpho & gloria repeditavit, & exaltationem S. Crucis apud Hortarium prope Papiam solemniter.

(a) Rod. Tolet. l. 6. c. 27. 28.

XIII.

Turcopolis & Piccinæ imperabat, quod eos invaderent, & occiderent. Balduinus itaque, Ducis frater audiens hoc, quod traditor Imperator suis imperabat hominibus, statim misit se in unam attentionem, si forte illos invenire posset. Ad ultimum invenit eos occidentes gentem suam, illosque invisit toto corde, & Deo adjuvante superavit, & apprehendit sexaginta. Ex eis partim occidit, & partim ante conspectum Ducis conduxit. Cumque vidisset hoc Imperator infelix, valde iratus est. Videns autem Dux quod Imperator eis esset iratus, iussit suis militibus exire de Burgo, & hospitari extra civitatem, ubi fuerant prius. Sevo autem superveniente, mandavit infelix Imperator exercitum suum, & fecit invadere Ducem simul cum Christi gente: quos persequens invidus Dux una cum Christi militibus, occidit septem ex illis; & persequendo alios, venit usque ad civitatis portam. Reversus itaque Dux ad sua ventoria, & fuit in campo illo fere per quinque dies, donec passus est cum Imperatore: dixitque illi imperator, quod transfretaret Brachium S. Georgii: promisitque facere illuc conduci omnem mercatum, sicut erat Constantinopolim, & pauperibus elemosynam erogare, unde vivere possent. Ita Anonymus testis oculatus eorum quæ narrat, cujus aliquas tantum phrasas non necessarias prætermisi. Quæ hoc anno peracta esse docet Chronographus Malleacensis, cuius verba anno sequenti referam.

Ad num. XIII. Bertoldus in Chron. quem sequitur Baronius, refert, Urbanum II. Exaltationem S. Crucis apud Hortarium prope Papiam, & Nativitatem Domini Romæ celebrasse. Verum Urbanus triduo ante festum Exaltationis sanctæ Crucis, Tarasci ad Rhodanum quatuor leucis ab Avenione distanti agebat, ut do.

XV. Urbanus II. Romanam rediit.

CHRISTI
1096.URBANI II. PAP.
9.HENRICI III. IMP. 13.
ALEXII COMN. IMP. 16.

miter celebravit: multosque Episcopos & Principes in suo comitatu habuit. Et inferius de reditu Romam: Dominus Papa tandem ad Apostolicam Sedem cum magna gloria & trispudio reversus, Na-

PAGIUS

docet Charta ex cartulario monasterii sancti Victoris Massiliensis descripta, & a Bucheo lib. IX. Hist. Provinciae pag. 83. relata, in qua habetur: Notum fieri volumus, quod venerabilis Papa Urbanus anno Incar. Domin. MXXVI. sui autem Pontificatus octavo, III. Idus Septemb. per castrum Tavasconem transiens, &c. sed loco, Pontificatus octavo, legendum, Pontificatus anno nono. Praeterea Noguierus in libello de Episcopis Avenionensibus, hujus Pontificis bullam XVII. Kalendis Octobris Avenione datam recitat, qua Canonorum Ecclesiae Cathedralis Regulam sancti Augustini assumere volentium consilium promovit, & confirmavit. Vita regularis in ea Ecclesia observata usque ad annum MCCCCLXXV. quo Sixtus IV. Canonicos religiosi legibus solvit, ut habet idem Noguierus. Fulcherius Carnotensis in Historia Hierosolymitana ab anno MXCV. ad annum usque MCXXVII. lib. 1. cap. 2. loquens de exercitu Francorum in Orientem proficiscente ait: Nos Franci Occidentales per Italiam excursa Gallia transeuntes, cum usque Lucam pervenissimus, invenimus prope Urbem illam Urbanum Apostolicum, cum quo locuti sunt Comes Robertus Normannus, & Comes Stephanus, nos quoque ceteri qui volumus. Et ab eo benedictione suscepta, gaudentes Romam ivimus. Paulo antea scripserat: mense Septembris Robertus Normannia Comes iter arripuit, cum quo ivit etiam Stephanus Comes Blouensis Theobaldi filius, &c. Landulphus vero a sancto Paulo in suo Chronico cap. 28. mentionem faciens cuiusdam rei in juventute sua gestae ait: Urbanus Papa Synodum Placentia celebravit, atque de Francia, (non vero de Alemannia ut perperam ponit Galvancus) in Chron. Mediolanum rediit. In qua civitate cum ipse Papa staret (currenti nempe anno) in pulpito sancta Thecla immensa multitudi hominum utriusque sexus predicavit, quod minimus Clericus de Ecclesia Dei est major quolibet Rege mortali. Addidit etiam, quod Clerici & Sacerdotes per pecuniam in Ecclesias non sunt introducendi.

XVI. Urbanus II. Mediolani Herlembaldum in SS. refert.

Per Urbem Mediolanensem transferat etiam Urbanus II. in Franciam veniens; Superiori autem potius anno, quam presenti, inquit Paricellus lib. 4. cap. 81. ego Herlembaldum ab Urbano Papa communeratum sanctis Martyribus, & nobiliori tumulo traditum, ideo credidi, quia & causa ipsius iustitia, & Sedes ipsius Apostolica dignitas omnino deponere videretur, ut hoc utrumque fieret, qua primum posset oportunitate, nec ulla ceteroqui veniret in mentem ratio, cur in aliud postea tempus differendum esset. Verum haec conjectura mihi parum verosimilis videtur, eum enim Pontifex urgentibus tunc universalis Ecclesiae negotiis, totus intentus esset, & major de Herlembaldi virtutibus & miraculis informatio capienda, rem in suum reditum distulisse existimo. Herlembaldum vero ab Urbano II. in numerum Sanctorum relatum, testatur Auctor Chronici cui titulus Flor. Florum anno MCCCXCIX. compositi, in quo apud Paricellum lib. 1. cap. VI. num. 2. sub Guidone Archiepiscopo Mediolanensi haec leguntur: Hoc tempore passus est beatus Arialdus Martyr & Levita. Jacet in cor-

tiuitatem Domini Romae cum suis Cardinalibus gloriosissime celebravit; quippe zora Romana Urbe pene sibi subjugata, praeter turrim Crescentis, in qua adhuc latitabant Guibertini. Haec ipse exordio se-

pore (nempe Ecclesiae) Sancti Dionysii. Beatus quoque Hernebaldu miles, qui amastus Sacerdotum persequabatur, occiditur, & per Urbanum secundum Papam in Ecclesia beati Dionysii sepelitur in navello (id est in sepulcro) in pariete, ubi ejus passio depicta est.

In Hispania ipso anno, inquit Chronographus Malleacensis ad annum MXXVI. subacta est Osea civitas, & Rex Petrus Aragoniae (id est Aragoniae) pugnavit cum quinque millibus militum, & viginti millibus peditum contra centum millia peditum Moabitum & novem millia militum. Fuerat enim possessa civitas cum aliis civitatibus Hispaniae trecentum annorum, & eo amplius. Hoc bellum & victoria domino donante facta est mediante Novembri mense. Hoc eodem anno devicerunt Moabita Hildesum Regem Hispaniae, & nonaginta milites occiderunt. De expugnatione Osea vide dicta an. MXCLV.

Ordericus lib. IX. pag. 721. postquam de Claramontano Concilio sermonem habuit, aliud refert, in quo Canones septem conditi, cuius initium est: Odo Episcopus Bajocensis, Gisbertus Ebroicensis, & Serlo Sagiensis, Legati quoque aliorum de Normannia Praesulum, cum excusatoriis apicibus Arvernensi Concilio interfuerunt: & inde cum benedictione Apostolica regressi, Synodales Episcopos Coepiscopis suis detulerunt. Guillelmus igitur Archiepiscopus Concilium Rotomagi aggregavit, & cum suffraganeis Episcopis de utilitatibus Ecclesiasticis tractavit. Tunc omnes mense Februario Rotomum convenerunt, capitula Synodi, qua apud Claramontem facta est, unanimiter contemplati sunt: scita quoque Apostolica confirmavit, & huiusmodi scriptum posteris dimiserunt. Statuit Synodus sancta, ut Trevis Dei firmiter custoditur, &c. In Concilio Claramontano Trenga Dei confirmata fuerat, induciae nempe in bellis inter privatas personas gētis, de quibus frequens hoc & sequenti saeculo mentio occurrit.

Hoc anno Raimundus Comes sancti Aegidii ad bellum sacrum profectus est, ut num. XII. jam vidimus. Antequam e Gallis discederet, Comitatum Tolosanum Bertrando filio suo non commendavit, ut refert Guibertus de Nongento in Hist. Hierosolymitana lib. 2. capit. XVII. Qui quidem, inquit, naturali cuidam suo filio Comitatu, quem regebat, relicto, propriam conjugem (nempe Elviram Alphonfi VI. Castellae & Legionis Regis filiam) cum filio, quem ab ea exegerat unico, secum duxit. Ordericus lib. XIII. Bertrandum Comitem Tolosae semper appellat, atque Alphonsum fratrem ei in Comitatum successisse, Gaufridus vero Prior Vossensis in Chron. apud Labbeum Tom. II. Biblioth. habet: Raimundus (sc. Comes sancti Aegidii) filius Pontii Tolosani, pro argento cum quo Hierosolymam abiit, Ruthenis praefecit Comitem Richardum, filium Richardi Vicecomitis de Carlat, cum scribere debuisset, Richardum filium Berengarii Vicecomitis de Carlat, ut demonstrat Boucheus in posterioribus Additionibus ad Tom. II. Historiae Provinciae pag. 2. & seq. qui ibidem etiam ostendit hunc Richardum hujus nominis II. fratrem extitisse Gilberti Comitis Emiliani & Provinciae. Qua-

CHRISTI
1096.URBANI II. PAP.
9.HENRICI III. IMP. 13.
ALEXII COMN. IMP. 16.

sequentis anni, incipiens more suo annicujuslibet exordium a Natali die Domini numerare: juxta autem a nobis more Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

Quare Raimundus Comes sancti Aegidii hoc anno, postquam castrum Sancti Maximini invasit, pacem cum Gilberto composuit, & ex tunc is Comitatum Provinciae pacifice obtinuit, extinctumque bellum a morte Bertrami Comitis Provinciae inter utrumque per annos circiter

majorum initram rationem, in fine praefentis anni sunt collocanda.

F 2 Sc-

XVI. magno Provincialium damno gestum. Vide dicta anno MLXXXI. Semper tamen Raimundus Provincia Comes dictus est, sed ratione tantum partis Provinciae seu Comitatus Venascini ad Tolosanum Comites pertinentis.

XVII.

Saraceni in Aragonia vidi.

XVIII.

Concilium Rotomagensis.

XIX.

Pax inter Raymundum & Gilbertum de Comitatu Tolosano.

JESU CHRISTI
ANNUS
1097.

URBANI II. PAP.
ANNUS
10.

HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMNENI IMP. 17.

I.
Concil.
Barense
indicitur.

Sequitur annus Redemptoris millesimus nonagesimusseptimus, Indictione quinta, quo Urbanus Papa, cum (ut vidimus) anno superiori expeditionem Hierosolymitanam in Gallias promovisset; ne Græcorum Ecclesiæ schismate officii posset, ut eos cum Latinis uniret, sollicitè curavit, Romæ dum esset. Quamobrem ea de causa convocatis Græcis, Bari in Apulia Concilium celebrandum indixit ad Kalendas Octobris; cui contigit, Deo ita disponente, interfuisse sanctum Anselmum Cantuariensis Archiepiscopum. Quomodo autem id acciderit, ex Edinero comite ejus peregrinationis addiscimus; cum alioqui adfuit Willelmus Malmesburiensis bibliothecarius his temporibus proximus, res ab Anselmo tunc gestas fusius profecutus.

II. Sed præstat audire Edinerum, quem iisdem interfuisse, tractasse, & vidisse certo comperimus, qui vix annum in pace cum Rege sanctum Anselmum transegitte testatur; inde vero Regem persecutorem fuisse expertum, adeo ut desperatione juvandi suos victus, unum illud remedium esse reliquum senserit, Principem pastorum Urbanum adire, penesque eum vel deponere sarcinam, vel per eum

apud Regem juvari quo securus, quod sui esset muneris, libere exerceret. Anno enim superiori, mense Octobris Wintoniam vocatus a Rege, vix tandem post plurimam contentionem, profectionem hanc extorsit ab eo. Sed quis tunc inter eos sermo contentionis extiterit, & quæ transacta fuerint inter utrumque, alibi se scripsisse testatur Edinerus; quæ quidem a Willelmo descripta hic tibi legenda proponimus, Annalibus digna; sic enim se habent:

Sæpiebat, credo, instinctu diaboli contra pontificem fortuna, parabantque in proximam curiam contra eum machinamenta, quæ omnia, petendo licentiam eundi Romam, quassavit & depulit, cum prius multis moliminibus voluntatem ejus super Ecclesiarum statum attentasset. Quocirca hæc communicaturus cum Papa, rogavit (ut dixi) licentiam pergendi Romam, bis terque frustra. Intelligo enim (ajebat Rex) licentiam interdendam, cum eum nullo gravi peccato sciam onerari, cujus a Roma petat absolutionem; nec egere illius loci consilio, cum ei nullius scientiæ desit copia. Magis certe dixerim Urbanum Anselmum cedere sapientiæ, quam Anselmum Urbano indigere. Quod

III.
S. Anselmi
cum
Rege
Angl.
confli-
tus.

* al. per-
missu.

IV.

*Quod si pertinacius ceptis insisterit, omnem Archiepiscopatum in meum Fiscum redigam: transgreditur enim promissam suam, quibus fidem suam astrinxit, omnes consuetudines servaturum regni mei. Insolitum est quippe mihi, ut quisquam procerum meorum eat Romam, nisi meo potissimum *missu. Ideo vel juret mihi, se nunquam deinceps pro qualibet oppressione Sedem Apostolicam appellaturum, vel evacuet regnum. Hac, inquit, vos fideles mei dicite sibi. Et si videritis eum velle desistere itinere; tunc vigorem curialis judicii experiat, quod me toties inquietare non timuerit de re, quam ad summam perducere nolit. Contra hæc per nuntios Anselmus agendum non ratus, ipse ad Regem ingressus, pro more, dextera illius ascedit, habuitque orationem in hanc sententiam.*

Quod dicit me non debere ire Romam, quod gravi peccato caream, & scientia affluam; quamvis neutrum pro vero arrogem; tamen Dei libere committo examinanda. Quod dicit me promississe, ut consuetudines tuas servarem; amplector, sed condiciones requiro. Cum exceptione enim dixi me servaturum, illas dumtaxat, quæ legibus Dei consentaneæ cum honestate essent constitutæ. Quod dicit me fidem excedere, quod prævaricatis consuetudinibus tuis, Sedem appello Apostolicam, custodita reverentia principatus tui, non verum esse, alter diceret. Fidelitatem enim, quam tibi, Rex, debeo, ex Dei fide habeo, cujus Vicarius est sanctus Petrus, cujus Sedem appello.

Quod dicit, debere me jurare, ne ulterius pro quavis causa Romam appellem; publice pronuntio: Quod Christianus Princeps ab Archiepiscopo suo tale sacramentum exigit injuste. Si enim sanctum Petrum jurejurando abjurarem; negarem Christum. Quando vero pro ulla re Christum negavero; tunc tibi de petita licentiæ peccato satisfacere non rardabo. Forsitan autem, me discedente, procurabit Deus, ut non diu res Ecclesiastica, sicut minaris, tuis famulentur compendiiis.

Obstreperunt dicenti Rex & proceres, illud maxime objurgantes, nunquam in consuetudinibus servandis mentionem Dei fuisse, vel honesti rectique. Tum ille comi vultu, & pene in risum resolutus, dixit hæc verba eadem: Papa! Si nec Deum nec rectitudinis mentio, ut dicit, facta fuit, cujus tunc? Absit ab omni Christiano, leges, vel consuetudines tenere, & tueri, quæ Deo & rectitudini noscuntur esse contraria.

*Hoc illi dicto, quasi malleo frontes impudentes repercussit, demissione capitum. & vocis silentio injuriam suam testati sunt. Nihil enim ille turbabatur, sed quædamque illi succlamarent, taceus rursus ad caput sententiæ impernotus revertatur. Verumtamen non continuit Rex animam, quin crudeles minas intorguens diceret, Non illum quidquam de regno suo *expulsurum. At ille impavidus: pedes, inquit, & nudus pergam, si sequituras meas, & vestes, vestrum esse quis affirmaverit.*

Appella-
tionem
negare,
esse Chri-
stum ab-
jurare.

V.

* f. ex-
portatu-
rum.

Pu-

PAGIUS
SÆC. XI.
Anno E-
ræ Hisp.
MC-
XXXV.
Anno
Hegiræ
CDXCI.
inchoato
die 8.
Decemb.
fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6590.

© 14. D. 15. P. 5. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1097.

URBANI II. PAPÆ 10.

HENRICI IV. REG. 42. IMP. 14.

ALEXII COMNENI IMP. 17.

A. C. 1097
I.
Concilium
Barense
anno se-
quenti
habitu.

AD Num. I. ad XI. Edimerus in Vita Sancti Anselmi Cantuariensis Episcopi lib. 2. cap. 5. loquens de iis, quæ anno MXCVIII. gessit Anselmus, narrata obsidione Capuanæ civitatis hoc anno suscepta, & insequenti soluta, ait: dein soluta obsidione, Anselmus multa prece Papam ad hoc flectere conatus est, quatenus ab onere Pontificali eum absolveret, & quieti liberum vicare concederet. Verum cum, quantum quidem ad effectum spectabat, in nihilum laborasset, fretus benedictione ejus, Sclaviam reversus est, operiens ibi tempus Concilii, quod idem Papa apud Barum Kalendis Octobris erat celebraturus. Cum vero Baronius persuasum haberet, Concilium Barense Kalendis Octobris præsentis anni habitum, & Capuam obsidione liberatam, quæ ad sequentem annum pertinet, cum iis quæ currenti gesta permiscuit, quemadmodum & Alfordus in Annal. Angl. & Labbeus Tom. X. Concil. Sed, ut hæc certus suis annis reddantur, obiter hic quæ anno superiori in Anglia contigere, referenda. Edimerus in Historia Novorum lib. 2. part.

II.

x. cap. x. scribit: *Eo tempore (nempe tertio anno Pontificatus Anselmi; ut antea dixerat, qui annus a die IV. mensis Decembris anni MXCV. inchoatur.) Robertus Comes Normannia superioris in expeditionem Hierosolymitanam proficisci disponens, fratri suo Willelmo Regi Angliæ, Normanniam spatio trium annorum, pecunia gratia in Dominium tradidit: quæ pecunia per Angliam partim data, partim exakta, totum regnum in immensum vastavit. Nihil Ecclesiarum ornamentis hæc in parte indulgit dominandi cupiditas, nihil sacris altarium vastis, nihil Reliquiarum capsis nihil Evangeliorum libris aure vel argento paratis. Subiungit postea Edimerus conventum tunc fuisse Anselmum, qui de thesauro Ecclesiæ aliquam quidem summam obtulit, sed vicissim Ecclesiæ donavit villam suam cum nonnullis aliis. Venit postea Willelmus Rex in Normanniam, quo cum demoraretur, Rex Hibernia Murchbertachus nomine, & Dofnaldus Episcopus cum ceteris Episcopis, & quique Nobiles cum Clero & populo ipsius Insula miserunt nuncios ac literas ad Anselmum, innotescentes ei civitatem quandam, Voatafordiam nomine, in una suarum provinciarum esse, cui ob numerosam civium multitudinem expediret Episcopus institui, &c. Jam enim secula multa transierant, in quibus eadem civitas absque providentia & cura Pontificali consensu, per diversa tentationum pericula jactabatur, &c. Igitur Anselmus, considerans & intelligens eos justa & utilia petere, petitioni eorum libens annuit. Electum ergo pontificem, &c. dignum Episcopatu comprobatum, summa ab eo ex more de subjectionis sua obedientia professione, sacrauit eum Cantuaris quinto Kal. Januarii, idest die XXVIII. mensis Decembris, qui anno MXCVI.*

Concilium
Hiberni-
cum am
MXCV. inchoatur.)
Robertus Comes Normannia
superioris
in expeditionem Hierosolymitanam
proficisci dis-
ponens.

PAGIUS

MXCVI. in dominicam incidebat, quo ideo Malchus Watafordiensis Episcopus consecratus est, ut recte vidit Alfordus, non vero anno currenti, quod perperam Tom. X. Concil. Concilium Hibernicum tunc habitum consignatur. Ubi observabis, Edimerum uno tenore hæc recitare, quia hujus ordinationis tempore jam quartus Anselmi Pontificatus annus in cursu erat, licet Concilium anno tertio ejus præfulatus in Hibernia fuerit congregatum. Porro mense Septembri Robertum Willelmo Regi fratri Neutriam commisisse, & postea ad expeditionem Hierosolymitanam profectum esse, testantur Ordericus lib. IX. pag. 724. Hovedenus & Simeon Dunelmensis.

III.
S. Anselmi
Romam
proficiscendi
facultatem a Re-
ge extor-
quet.

Baronius a num. II. ad VII. narrat, Sanctum Anselmum mense Octobri Wintoniam a Willelmo Rege vocatum esse, & vix tandem post plurimam contentionem, quam ex Edimero in hujus Sancti Vita refert, facultatem ab eo extorsisse Romam ad Urbanum II. proficiscendi. Addit, hæc contigisse mense Octobris superioris Christi anni. Verum Hovedenus part. 1. pag. 466. hæc accurate refert ad præsentem annum, ad quem hæc habet: Mox inter Regem & Dorobornensem Archiep. Anselmum orta dissensione (quia ex quo Archiepiscopus factus est, Synodum tenere, & præva, quæ per Angliam pullulaverant, non licuit corrigere) mare transiit: & ad tempus in Gallia mansit & post

ad Urbanum Papam perrexit Romam, quod ipissimis verbis legitur etiam in Simeone Dunelmensi in lib. de Gest. Reg. Sed Edimerus lib. 2. Novorum cap. 2. rem extra omnem controversiam ponit: Anselmus, inquit, cepta petitionis sua non immemor, rogavit Regem quatenus quædam jam olim licentiam, vel tunc, repetitis precibus non negaret. Sed secundo negat, sicut primo negat. Postea conventu soluto in mense Octobri, Wintonia ad Regem, ex condito venimus. Instantius itaque tam per se, quam per alios Regem Pontifex orat, quatenus bono animo sibi concedat, quod se jam tertio postulare necessitas sua cogebat. Multis interpositis, narrataque facultate a Rege tandem concessa, ait Anselmum Romam aditurum Regi benedixisse: Nunc igitur ignorans, quando vos iterum visurus sim, Deo vos commendo, & sicut spiritualis Pater dilectio filio, sicut Archiepiscopus Cantuariensis Regi Angliæ, vobis Dei & meam benedictionem, antequam abeam, si eam non abiicitis, tribuere volo. Tunc Rex Benedictionem, ait, tuam non abiicio. Mox ille surgens, levata dextra signum Sanctæ Crucis super Regem ad hoc caput humilientem edidit & abscessit; viri alacritatem Rege cum suis administrante. Anno ab Incarnatione filii Dei millesimo nonagesimo septimo acta sunt hæc feria quinta, quæ fuit Idus Octobris.

Al-

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

VI.

Puduit Principem dicti, & rubore rinfus ora: Non ita, inquit, volo, sed undecimo ab hinc die, cum ad portum veneris, Nuntio meo in portandis, vel dimittendis parebis. Irasceret alius, sed Anselmus imperturbatus manens, benedictionem suam Regi non abnucnti obtulit, pralocutus moleffe se quidem, & egre iram regiam ferre: sed si dignaretur intelligere, ad commodum ejus anime viam inchoatam spectare. Quomodo autem antequam recederet, ex omnibus Episcopis, quos contrarios expertus fuerat, duos poenitentes recepit ad veniam, & quomodo Nuntius Regis concensuri navim Archiepiscopi cunctas sarcinulas indigne fit percuratus, sed nihil pecuniarum inveniens, eum tandem abire permiserit, idem pluribus narrat. Hæc (ut accepisti) in fine anni superioris fieri contigerunt; reliqua peregrinationis, sive miracula, sive sacre functiones sanctissimi viri, & singulæ mansiones atque superata pericula, moraque Lugduni apud Hugonem ejus civitatis Archiepiscopum Sedis Apostolicæ Legatum, per singula ab eodem Edinero, necnon ab ipso Willemo pluribus describuntur, quæ brevitate causa præterimus. Quæ vero tantum ad ejus Romæ adventum spectant, ab Edinero ejus peregrinationis comite narrantur, sic tu accipe:

VII.
Urban.
PP. excipit hono-
rificè S.
Anselmum.

Celebratis debine in cœnobio sancti Michaelis Archangeli, quod in monte situm, Clusa vocatur, Passionis & Resurrectionis Dominice solemnibus, in iter revertenti Romam festinavimus. Mirum dictu, pauci atque ignoti per loca peregrini ibamus, neminem agnoscentes, nemini, qui & unde essemus innotescerent; & ecce,

PAGIUS
IV.
Hac facultas hoc anno S. Anselmo concessa.

Alfordus anno MXCVI. ubi fufe totam Historiam ex Edinero lib. 2. Novorum recitat ad citata verba, quæ nulla explicatione eludi possunt, ait ea Edinero asluta fuisse oportere; cum is antea tertii anni Pontificatus Anselmi mentionem fecerit, & mense Octobri anni MXCVII. Concilium Barense coactum sit. Veram ex citato loco intelligere potuit Vir doctissimus Concilium Barense ad annum MXCVIII. pertinere, & Edimerum, quando tertium Pontificatus Anselmi annum numerat, illum ad omnia sequentia non extendere. Ex certissimo itaque temporis caractere, feria nempe quinta cum Idibus Octobris conjuncta, certo liquet, non solum Anselmum hoc anno ex Anglia discessisse; sed etiam Concilium Ebornicum, cujus paulo ante meminimus, & ordinationem Episcopi Watafordiensis contigisse anno superiori; cum hic Præful die XXVIII. mensis Decembris ab Anselmo Cantuariæ consecratus fuerit, & currenti eo die in Galliis Anselmus egerit; Edimerus enim ait: *Venimus Cluniacum, tertio die ante Nativitatem Domini, &c.*

V.

Celebratis debine in cœnobio Sancti Michaelis Archangeli, quod in monte situm, Clusa vocatur, Passionis & Resurrectionis dominica solem-

solus Anselmi aspectus in admirationem sui populos excitabat, eumque esse virum vite designabat. Unde cum jam hospitati etiam inter eos, quorum insidias metuebamus, fuisset; nonnumquam viri cum mulieribus hospitium intravere, & ut hominem videre, ejusque mererentur benedictione potiri, obmixe precabantur. Tali ergo vulgi favore Romam usque profectus, Lateranis, ubi tunc temporis Summus Pontifex morabatur, adventit. Nuntiatum Pontifici Patris adventus, & ovens jubet illum in parte sui palatii hospitari, & die illo indulgere quieti. Mane, confuit ad Papam Romana nobilitas, & de novi hospitis adventu sermo conseritur. Adducitur cum reverentia vir in medium, & in qua coram Papa sedeat, sella profertur. Ingressus humiliter se pro more ad pedes summi Pontificis, sed statim ab ipso erigitur ad osculum ejus, sedet, ac pro adventu illius letari se Apostolicus cum Romana Curia dicit. Acclamat Curia tertio.

Postremo, silentio facto, multa in laudem hominis Papa locutus est, virum illum virtutis ac totius religionis esse contestans, & quidem inquit, ita est. Cumque illum utpote hominem cunctis liberalium artium disciplinis innutritum, pro magistro teneamus, & quasi comparem vult alterius orbis Apostolicum & Patriarcham, jure venerandum censeamus; ita tamen excellens menti ejus humilitatis constantia præsidet, ut nec marinis periculis, nec longissimis peregrinæ terræ spaciis terreri potuerit, quin vestigiis beati Petri, nostræ parvitatis ministerio se præsentare, nosque magis illius, quam illum nostro egentem consilio super causis suis

VIII.
Laudat
Urbanus
Anselmum.

nis in iter reverti Romam festinavimus, inquit Edimerus a Baronio citatus num. VIII. qui ex eodem addit, Anselmum, ubi Romæ fuit, ab Urbano II. valde laudatum esse. Verum Edimerus non de Paschate currentis anni, ut eum interpretatur Baronius, sed de Paschate anni millesimi nonagesimi octavi die vicefima octava Martii celebrato verba facit, uti ex dictis certo sequitur, & ex dicendis magis constabit.

VI.
Illo anno
librum,
Cur Deus
homo,
composuit.

Sed, quia *instabat aſtas*, Joannes quidam olim Monachus Becci suscepit Anselmum, ut proprium patrem, & duxit eum in suam villam, ubi *insigne volumen edidit, quod, Cur Deus homo, titulavit: quod opus, sicut in prologo ejus ipse testatur, in Anglia capit, sed hic in Capuana videlicet provincia, constitutus, absolvit*, inquit Edimerus in Vita Sancti Anselmi, quæ Baronius num. X. ad præsentem annum revocat, quæque juxta ea, quæ mox in medium attulimus, ad annum sequentem spectant. Porro villa illa, sicuti cœnobium Joannis, prope Telesinam urbem sita erant, ut habet Edimerus lib. 2. Novorum cap. 3. & Telesia urbs Episcopalis, nunc fere deserta, Beventano Archiepiscopo parebat.

A NUM.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

IX.

fuis consulendos adire studuerit. Quapropter considerate quo amore, quo honore suscipiendus sit & amplectendus. Hæc cum Anselmus de se, & multo his plura pro sui laude dici audiret (sicut ipsemet sepe fateri solebat) non parum erubuit, quoniam se talem apud se, qualem a tanto viro prædicabatur, omnino cognovit. Verumtamen erat inter verba tacens, decentius fore perpensens, ad hujusmodi silere, quam loqui. Post hæc de sui adventus causa perunctatus a Papa; eo sibi modo narravit omnia, quo veritatis & discretionis ratio poposcit. Ille audita miratur, & subventionem plenam pollicetur. Præcepit itaque ut subventionis ipsius effectum circa se Anselmus prætolaretur. Hæc de Anselmi in Urbem adventu Edimerus.

Quod autem Barense Concilium non nisi ad Kalendas Octobris celebrandum indictum fuit, quid inter hæc sanctus Anselmus egerit, ex eodem Edinero dicendum erit: non enim transiegit toto mensium tempus otiosus, siquidem nihil otio Sanctorum operosius. Quoniam secesserit ætivo tempore, ita narrat Edimerus: *Verum quia calor æstatis in partibus illis cunctis urebat, & habitatio Urbis nimium insalubris, sed præcipue peregrinis hominibus erat; Joannes quidam nomine, olim monachus Becci, ubi Anselmus fuerat Abbas, tunc autem Abbas cœnobii S. Salvatoris Telesini, annuente Papa, suscepit eum, ut proprium patrem amice, & duxit in suam villam, Sclavianam nomine, quæ in montis vertice sita, sano fugiter aere, atque tepente, conversantibus illic habitis extat. Igitur habitatio nostra in montis erat summitate colloca-*

X.

PAGIUS
VII.
Honorificè
excipitur
a Rogerio
Duce Capuam
obsidente.

A num. XI. ad XVII. Gaufrédus Monachus, Malaterra didus, cujus verba recitat Baronius, asserit Urbanum II. cum Rogerio Comite colloquium habere cupientem Capuam venisse, ubi *obsessionem tenebat*, hoc anno inchoatam, ut habet idem Malaterra. Verum obsidio usque ad sequentem Christi annum perduravit, tuncque, non vero anno currenti, contigit quod narrat idem Edimerus mox citatus: *Hic ferme diebus (anno nempe MXCVIII.) Rogerius Dux Apulia, adunato grandi exercitu, Capuanam civitatem a sua Ditione resiliens, obsidebat; & audita fama Anselmi, divellens nuntiis, rogavit eum venire ad se, cupiens illum videre & alloqui, atque per eum, his qua salutis sua adminiculari poterant, informari. Igitur Pater ad eum. Adhuc longe cramus, & ecce Dux ipse, copiosa Ducum multitudine septus, Patri occurrit; ac in oscula ruens, ei pro suo adventu gratias egit. Plures ex hinc dies in obsidione fecimus, remoti in tentoriis a frequentia & tumultu perstreptantis exercitus. Cum autem inter hæc Sedis Apostolica Pontifex Urbanus illo adventaret, & ei ab Anselmo ac Principibus totius exercitus obviam itum esset, ingenti seculari gloria pompa profectus, datus est in tentorium, quod ei prope nos erat*

ta, a barbarum tumultu, instar solitudinis vacua. Quod Anselmus advertens, & spe futura quietis exbilaratus ait: Hic requies mea, hic habitabo. Ad primum igitur conversationis ordinem, quem antequam Abbas esset, habebat, quemque se in pontificatu postum maxime perdidisse deslebat, vitam instituit, sanctis operibus, divina contemplationi, mysticarum rerum enodationi die noctuque mentem intendens. Unde Christianæ Fidei amore permotus, insigne volumen edidit, quod, cur Deus homo? titulavit, quod opus (sicut in prologo ejus ipse testatur) in Anglia cepit, sed hic in Capuana videlicet provincia constitutus absoluit. Contra Infideles elaboratum esse librum illum, idem Anselmus in præfatione docet. Quamplurimos ibi fuisse Infideles stipendia merentes sub Rogerio Siciliae Comite in obsidione Capuana, idem qui supra Edimerus, qui videbat, ostendit, eosque plurimum coluisse Anselmum testatur. Mahometi cultores erant isti, qui nihil auditu magis horrent, quam Deum factum hominem dici; quos ad fidem amplexandam ab eo suafos, quo minus impleverint, sævitia Principis esse prohibitos, idem testatus est Edimerus.

Anselm.
edit com-
mentari-
um car-
Deus ho-
mo.

De Capuana obsidione acturus, primo quod ad tempus spectat, Gaufrédus monachus, qui tunc temporis res gestas eisdem Rogerii Comitis scribebat, æque hoc anno millesimo nonagesimo septimo contigisse tradit ipsam obsidionem Capuæ per Rogerium Comitem factam; deque adventu Urbani Papæ, ad ipsum componendarum rerum causa illuc Roma proficiscens hæc habet: (a) *Cum ista aguntur, de obsidione scilicet Capuæ, Papa Ur-*

XI.
Obsidio
Capuana.

(a) Gaufr.
lib. 2. cap. 7.

eteris excellentius constitutum. Sicque donec civitas in deditioem transit, obsidio illius Dominum Papam, & Anselmum vicinos habuit, ita ut familia illorum magis videretur una quam due. Subiicit paulo post Edimerus, Obsidione debine soluta, Anselmus cum Papa ad Aversanam civitatem vadit, quæ Capuam inter & Neapolim sita est.

Hæc autem anno sequenti accidisse, extra omne dubium esse debet. Lupus enim Protospata, qui hoc tempore in illa regione vivebat, in Chronico suo scribit: *Anno MXCVIII. tantum comprehensa est Capua a Rogerio mense Martio, sequenti.* Verum loco, mense Martio, legendum, Mense Junio, itque error ascribendus Librario, qui mentem male exaratum in alium mutavit. Pascha enim illo Christi anno die XXVIII. Martii celebratum, quo tempore Sanctus Anselmus in Abbatia Sancti Michaelis adhuc versabatur, & ubi Romam pervenit, illic per dies decem resedit in Palatio Lateranensi cum Urbano II. ut narrat Edimerus in lib. 2. Novorum citato. Præterea Capuanae urbis obsidio per aliquod tempus duravit post Anselmi in eam adventum, ut ex memoratis Edimeri verbis colligitur.

A NUM.

CHRISTI 1097.

URBANI II. PAP. 10.

HENRICI III. IMP. 14. ALEXII COMN. IMP. 17.

(a) Rom. 10. (b) Matt. 5. (c) 2. Cor. 13.

Urbanus colloquium Ducis & comitis desiderans, a Roma progrediens, apud Capuam, ubi obsessionem tenebat, venit: Comesque sex tentoria illi delibans ad hospitandum, sumptus necessarios abundantissime ministravit. Porro ille sciens scriptum: (a) Beati pedes evangelizantium pacem. Et (b) Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Et alibi scriptum est: (c) Pacem habere, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum: & maxime quia sciebat, totius Christianitatis curam suae provisioni delegatam de pace inter ipsos reformanda, primo Ducem & Comitem, Principemque pariter conveniens, attentare cepit.

XII.

Qui consilio Comitum, prudenti responsione usi, in praesentia Apostolici, copia beati Petri, dicunt se jus inire, si a Capuanis pari discrimine idem exequatur, concedunt. Papa intra urbem idem de Capuanis rescitum vadens, dum ab utrisque partibus conceditur, spe conficienda pacis frustra gaudens, renuntiat; dies disputandi statuitur. His opponentibus, & illis prout sese res habebat, respondentibus, gravi syllogismo Capuanis a iudicibus legaliter conclusio determinatur. Capuani audientes, se iudicio praegravari, vel oppositione, vel rationabili contradictione contra iudices usi, publice se injuriosos ostentantes, exequi vel nolle, vel non posse, denuntiant. Quod audiens vir Apostolicus, & quia haec ab illis exequendi internuntius fuerat; & aliquantum erubescens, gladio B. Petri animadvertens, interminat. Partis nostrorum ex toto favendo se contulit, constantiam Comitum in fortia exercendo plurimum laudans, vitamque ejus omni cura Romae & Italia pernecessariam asserens. Nam timor ejus plures ab insolentia plusquam zelus honestatis compecebat. Apostolicus itaque Ecclesiasticis negotiis, plusquam expeditionalibus exercitiis intentus, totalibus tumultibus mente declinatis, his tribus Principibus, sed & omni exercitui Apostolica benedictione concessa, Beneventum secessit. Pergit auctor de oblatione & deditioe reliqua recensere.

XIII. (d) Edin. in Ansel. 12. Apud Sur. die 21. Apr.

S. Anselmus in castris laborat pro infidelium conversione.

Nos Sanctorum facta prosequamur, quae tunc contigerunt. Narrat ea (d) Edinerus qui & ipse aderat, in Vita sancti Anselmi. Quem tunc contigit una cum Urbano Papa in castris versari; de quo ista: Humanitas sancti Anselmi sine personarum acceptione suscipiebat omnes. Et quos omnes? Paganos etiam, ut de Christianis taceam. Siquidem nonnulli talium fama bonitatis ejus inter suos excitati, mansuetudinem nostram frequentabant, & sumptibus ab Anselmo corporalibus cibis, gratiosius revertebantur, admirandam viri benignitatem suis predicantes, quam experiebantur. Unde in tanta deinceps veneratione

apud eos habitus est, ut cum per castra illorum, qua in unum collocata erant, transiremus, ingens multitudo eorum elevatis in caelum manibus, ei prospera inprecarentur, & osculatis pro ritu suo manibus propriis, etiam coram eo genibus flexis, pro sua benigna largitate grates agendo venerarentur. Quorum etiam plurimi, velut comperimus, se libenter ejus doctrinae submississent instruendos, ac Christianae Fidei jugo sua per eum colla infecerant, si crudelitatem Comitis sui per hoc in se servituras non formidassent. Nam revera nullum eorum pati volebat Christianum impune fieri. Quod qua industria (ut ita dicam) faciebat: nihil mea interest. Deus ipse viderit. Hucusque Edinerus.

Sed quomodo ipse Rogerius Comes, dum ad Capuanam perfleret obfidionem per sanctum Brunonem Carthusianorum auctorem ei per visum apparentem, a Sergii ducis militum sit liberatus insidiis; cuius rei erga ipsum munificentia factum est, ut eadem Carthusianorum familia propagaretur latioribus spatiis in Calabria, ejusmodi tunc scripto (e) diplomate, videamus. Sic se habet:

XIV.

Ego Rogerius divina misericordia Comes Calabriae & Siciliae, nota esse volo omnibus fidelibus Christianis beneficia, quae mihi peccatori concessit Deus orationibus reverendi mei fratris Brunonis piissimi patris Fratrum, qui habitant in Ecclesiis sanctae Mariae de Eremito, & S. Stephani protomartyris, quae sitae sunt in terra mea inter oppidum quod dicitur, Stellum & Arenam. Cum essem in oblatione Capuae Kalendis Martii, & praefecissem Sergium, natione Graecum principem super ducentos armigeros nationis suae, & exercitus excubiarum Magistrum, qui satanica persuasione praeventus, prius ipsi Principi Capuae promittenti auri non modicam quantitatem, ad invadendum me, meumque exercitum, noctu auditum pollicitus est se praebere. Nox proditiois advenit, Princeps Capuae ejusque exercitus juxta promissum est paratus ad arma. Dumque me sopori dedissem, interiecto aliquanto noctis spatio, astitit cubili meo quidam senex reverendi vultus, vestibus scissis, non valens lacrymas continere. Cui cum in visu dicerem, quae causa ploratus, & lacrymarum esset; visus est mihi durius lacrymari. Iterato quaerenti mihi, quis esset ploratus, sic ait: Fleo animas Christianorum, teque cum illis simul: Esurge quamprimum, sume arma, si liberare te Deus permiserit tuorumque animas pugnantium.

(e) Extat apud Sur. die 6. Oct. tom. 5.

* Mail.

Hic mihi per totum videbatur, velut si esset per omnia venerabilis pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi, pro visione patrescens. Illuc sumptus

XV.

CHRISTI 1097.

URBANI II. PAP. 10.

HENRICI III. IMP. 14. ALEXII COMN. IMP. 17.

arma, clamans militibus, ut armati equos conscenderent, visionem si vera esset facerent comprobare. Ad quem strepitum & clangorem fugientes impius Sergius ejusque sequaces, subsecuti sunt Principem Capuae, sperantes se in dictam civitatem confugium habuisse. Ceperunt autem milites inter vulneratos & Janos centum sexaginta duos, a quibus visionem fore veram comprobavimus. Reversus sum, Deo volente, vigesima nona Julii mensis Squillatum, perhabita Capua civitate, ubi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit vero jam dictus venerabilis Bruno cum quatuor de Fratribus suis, qui me suis sanctis devotisque colloquiis consolati sunt. Cui reverendo viro visionem retuli, & humiles gratias egi, qui de me etiam absente suis in orationibus curam habuisset. Qui se humiliter asseruit, non ipsum fuisse, quem vidi, sed Dei Angelum, qui astat Principi tempore belli. Rogavi quoque ipsum humiliter, ut propterea de rebus meis in terra Squillacensi sumere dignaretur largos redditus, quos donabam. Renuens ille, recipere nolle dicebat, quod ad hoc domum sui patris, meamque dimiserat, ut omnino de rebus extraneis liber deserviret Deo suo. Hic fuerat, in domo mea quasi primus & magnus. Tandem vix ab eo impetrare potui, ut gratis acquiesceret sumere modicum munus meum. Donavi enim eidem patri Brunoni ejusque successoribus ad habendum in perpetuum absque temporali servitio monasterium sancti Jacobi cum castro, & quamplura res & bona alia cum amplissimis libertatibus in dictis litteris specificis declaratis. Haec Sicilia comes Rogerius.

XVI. Urbanus Salernitanus se confert ad Rogerium comitem.

Qui non post multos dies ad deditioem Capuanam civitatem coegit, prout idem qui supra Gaufredus enarrat. Interea vero sanctus Anselmus de missione sua ardenti studio cum Urbano Papa egit, sed frustra. De eo enim haec Edinerus: Deinde soluta oblatione, multa prece Anselmus Papam ad hoc flectere conatus est, quatenus ab onere pontificali eum absolveret, & quieti liberum vacare concederet. Verum cum quantum ad effectum, ad nihilum laborasset, fretus benedictione ejus Sclaviam reversus est, operiens tempus Concilii, quod idem Papa apud Barum, Kalendis Octobris erat celebraturus. Quae autem, dum ibi maneret, digna Apostolico viro ediderit Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS IX. Quo & Salernum Urbanus II. venit.

A num. XVII. ad CXLIV. Cum Malaterra lib. 4. cap. 29. cujus verba Baronius exhibet, doceat, Capua expugnata Urbanum II. Salernum venisse, & cum Rogerio Duce colloquium habuisse, ex dictis sequitur quatenus hoc in loco Baronius habet, cum anno MXCVIII. quem admodum & praecedentia connectenda esse. Confirmat haec omnia Epistola Urbani II. ad

miracula, & illud praecipuum, cum scienti populo e rupe aquam eduxit, idem auctor pluribus narrat. Nos vero ex instituto Urbani Papae vestigia ascedemus.

Gaufredus monachus, qui tunc ista quae inspiciebat, & scribebat, his subiicit, Rogerium Comitem Siciliae una cum Rogerio Duce Guiscardi filio post deditioem Capuae mox perrexisset Salernum, illicque ad eum advenisse Urbanum Papam, qui haec Beneventi rerum eventum expectans sese continuisset. Quomodo autem ab eo ipse Pontifex acceptus fuerit, ita narrat: (a) Papa urbem redditam, & pacem inter ipsos factam audiens, & gaudet de fraude compressa, & de pace confecta. Sed quia Ducem & Comitem, Salernum secessisse audivit, nolens Comitem, donec sibi loquatur, versus Siciliam remeare: illorum accelerat. Veniensque cum Archiepiscopis apud sanctum Matthaum, ut cum debito honore eum acciperet, cum processione praestolatur. Et tamen propter amabilem venerationem, quam versus Comitem habebat, primum ad ejus hospitium eum amabiliter visum vadit; diuque ejus colloquio usus, ad processioem quae praestolabatur, suscipiendus accessit. In crastinumque convenientes, alter alterius colloquio cum maxima dilectione fruuntur. Haec de adventu Urbani Papae Salernum, & de congressu cum Rogerio Siciliae Comite Gaufredus, qui tunc ibi potuit esse praesens.

XVII. Congressus Urb. Pap. cum Rogerio comite.

(a) Gaufredus l. 4. c. 9.

* delectatione.

Hic Auctor aggreditur serio admodum tractare de male instituta Monarchia Siciliae occasione diplomatis Urbani Papae hoc anno dati Rogerio Siciliae Comiti.

AT quae sequuntur de privilegio ab eodem Urbano Papa ipse Rogerio Comiti concessio atque filii ejus haereditibus, maxima indigent peruestigatione atque discussione, quo veritas ipsa elucidata perspicua omnibus fiat, nec amplius mendacii circumtectis celetur. Rem plane aggredimur, quae multipliciter parere nobis possit invidiam, atque in nos odium concitare multorum. Sed summa inde nobis parata est dicendi fiducia, quod ipse ad quem spectat ista corrigere, Rex sit veritatis amantissimus, justitiae observantissimus, & in omnibus animo tranquillissimus. Atque insuper ex eo augetur

XVIII. De diplomate ab Urban. Pap. dato Rogerio.

Rogerium Calabriae & Siciliae Comitem, a Baronio num. XXIII. recitata, quae data dicitur Salerni III. Nonas Julii, indit. VII. anno Pontificatus nostri XI. anno sc. MXCVIII. quo ideo, non vero currenti, Urbano II. tam Barrii, quam Salerni fuit. Sed inditio mendose a Librario descripta, legendumque, inditioe VI. loco, inditioe VII.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

magis alacritas cum libertate dicendi, quod non contra ipsum Regem, sed pro ipso (ita dixerim cum (a) sancto Ambrosio ad Theodosium) sint a nobis ista tractanda. Pro Rege namque agimus, immo & cum Rege, dum pro veritate, cuius est cultor, & pro iustitia, cuius est rector, atque pro religione, cuius est custos & defensor, nos laboramus. Quod & cum a nobis id exigat institutum, tacere non liceat: nos silentio arguerent iure multi, ac obicerent, esse passos auream anginam Demosthenis. Qui enim elucidandæ historicæ veritatis ex instituto provinciam subierimus, atque hactenus, quantum nostræ fuit facultatis, indefesso studio, non pœnitendo labore, pro viribus præstiterimus: quoniam modo quæ maximi ponderis esse noscuntur, absque culpa gravi præterierunt poterimus intentata, relinquere indiscussa, vel omittere insoluta? Aggredimur igitur, Christo prævio, qui est Veritas, veritatem exultantem postliminio restituere, & obscuratam tenebris in lucem apertissimam vindicare. Equo, rogo, patriatur animo Lector, si nos in his diutius necessitas detinuerit.

In isto quem diximus, Salernitano congressu ab Urbano Papa datum asseritur diploma illud amplissimum, super quod, veluti fundamentum immobile, recentem Siciliæ Monarchiam esse fundatam, atque firmiter stabilitam, asserunt omnes, qui ejus sunt pugnacissimi defensores; & inter alios Fazellus Siculus, qui illud ipsum diploma in sua historia de rebus Siculis, veluti emblemata pretiosum intexit, quod & fecit rerum Hispaniarum recens historicus, sicque quod latebat in angulo, perstreperantibus hisce tubis sacerdotibus in Sicilia altera, altera in Hispania, est divulgatum in orbe, quarum clangoribus non destruantur moenia Hierichontina, sed magis qui in bona voluntate, (b) Domini sunt ædificati muri Hierusalem; cum bellicum insonuerint, quo excitati sunt plures pugnare adversus Ecclesiam, ejus expugnare jura, & adimere libertatem, captivamque pati cogere miseram servitutem. Par erat, prius de ipso, antequam ederent, investigare, & a quo sic primum editum, intelligere, & in quam fidem acceptum, cognoscere, & an integrum, examinare, originem petere, & prototypum, si posset reperiri, consulere; denique vero illud ipsum erroribus purgatum, in candorem pristinum revocatum, scholiisque illustratum proferre, atque ita bene mereri de Ecclesiastica antiquitate. Ista vero prætermissis, & inemendatum, immo & depravatum penitus edidisse, nec commouisse Lectorem, quam grave peccatum sit, judicet ipse Lector, qui eo-

XIX.
Inconful-
ta nimis
editio di-
plomatis
Urban.
PP.

(b) P. 50.

rum fidem secutus, in Scylleos se delatum vortices non cognoverit, cum ita navigaverit in tenebris, nec nisi admota veritatis face, in quod periclitandus discrimen inductus fuerit, postremo vix sentiat.

De ipso igitur diplomate nos acturi, quo tempore ipsum, uti scriptum legitur, & quo auctore editum fuerit, primo dicendum; ac deinde, in quam tunc auctoritatem atque fidem acceptum. Rem haud ignotam prodimus, sed jam ore ferre omnium pervulgatam, ac veram, atque monumentis etiam publicis comprobata. Tempore siquidem Ferdinandi Regis cognomento Catholici, Siculus quidam, Joannes Luca Barberius dictus, anno Domini millesimo quingentesimo decimotertio, egit cum eodem Rege, ut ejus auctoritate perquisita undique antiqua diplomata, eadem in unum volumen, quod Caput Brevium appellaret, ad regni jura noscenda colligeret. In quo præter alia multa illud, de quo agitur, Urbani Papæ diploma, uti editum legitur, pariter scripsit; sed sicut cætera unde acceperit, verbum nullum. In quem talium inventorem, ut impostorem, publice conclamatum ab iis, quorum antiquæ possessiones recens inventis hisce diplomatibus turbarentur. A quibus & eidem Ferdinando Regi fuit libellus oblatus, quo regia implorabatur clementia, ne in præjudicium plurimorum Barberianæ collectioni fides aliqua adhiberi deberet, nisi de singulis doceretur autographum, quod quisque cum opus esset, consulere posset.

Quorum iustissimæ petitioni Princeps iustissimus annuit. Porro autem rerum gestarum fides, ne quis de his dubitare aliquo modo possit, expressa habetur, & descripta legitur in libro Capitulorum regni Siciliæ, capite, 109. pagina ducentesima vigesimapræima, eademque per eundem Ferdinandum Regem confirmata die vigesimaquarta Junii, tertia Indictionis, anno Domini millesimo quingentesimo decimoquinto. Qui enim illa diligenter exploravit & vidit testis fidelis, scriptis nobis tradidit quam fidelissime. Sic igitur, ut evidenter apparet, nullam penitus conciliat diploma editum sibi fidem, nec auctoritatem aliquam sibi vindicat, nisi ex autographo accipiat eam. Provocandum igitur ad prototypum, ex cuius fide pendet hujus auctoritas atque veritas: quod cum numquam hactenus factum sciatur, ut ei credatur in rebus præsertim magni momenti, nihil prosum est quod cogat, vel aliquo modo suadeat.

Vis videre, Lector, atque perspicue intelligere, istud ipsum, quod est editum Urbani diploma, aliud omnino est, quod diversum esse ab eo, quod datum est

XX.
Quomodo
diploma
in lu-
cem pro-
ditum.

XXI.

XXII.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

Diploma
quod Ur-
bani asse-
ritur in-
cognitum
majori-
bus.

Salerni ab eodem Urbano Papa Rogerio Siciliæ Comiti? accipe perspicuam de his rationem. Cum sæpe contigerit, adversus Apostolicam Sedem Siciliæ Reges de Ecclesiæ & Regum juribus altercari: utique ex eodem diplomate faceffere negotium ipsi, si ita ut se habet, extitisset, minime prætermisissent; usque eo fuisset, ut nunc utuntur, tamquam potentissimo telo. Sed cum nusquam vel levis sit mentio, ipsum citatum, vel nominatum aliquando, plurimis, ut id faererent, occasionibus exigentibus: utique dici posse videtur, ipsum haud ejusmodi fuisse, ut nunc describitur, Ecclesiæ Romanæ jure adversarium. Cur, inquam, non eo usus Rogerius Rogerii hujus filius, cum adversus Innocentium & Eugenium ageret de juribus Romanæ Eccl. in regno Siciliæ? Cur non hujus nepos Guillelmus, cum adversus Hadrianum Quartum de iisdem juribus misceret litigia & contentiones? Cur non aliorum successores regni ejusdem? Cur nec ipsi tyranni prætensionum audacissimi ac pertinacissimi defensores? Omittimus de reliquis dicere, quorum nec unus quidem usque ad Carolum Quintum ostendi poterit citasse illud uti causæ suæ proficuum testimonium. Sed jam istud ipsum diploma quale sit, uti nunc cufum legitur, hic describamus. Sic se habet:

XXIII.
Urbanus
Pap. as-
sertum
diploma.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei, charissimo filio Rogerio Comiti Calabriae & Siciliae salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia prudentiam tuam supernæ Majestatis dignatio multis triumphis & honoribus exaltavit, & probitas tua in Saracenorum subitus Ecclesiam Dei plurimum dilatavit, & sanctæ Sedis Apostolicæ devotam se multis modis semper exhibuit: nos in specialem atque charissimum filium ejusdem universalis Ecclesiæ te assumpsimus. Idcirco de tua probitatis sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promissimus, ita litterarum auctoritate firmamus: Quod omni vita tua tempore, vel filii tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in terra potestatis vestrae, præter voluntatem aut consilium vestram, Legatum Romanæ Ecclesiæ statuemus. Quinimmo quæ per Legatum acturi sumus, per vestram industriam, Legati vice, cohiberi volumus. Quando ad vos ex latere nostro mitteremus ad salutem & sanctarum Ecclesiarum, quæ sub vestra potestate consistunt, ad honorem beati Petri, sanctæque ejus Apostolicæ sedis, cui devotè hactenus obedisti, quamque in necessitatibus suis strenue & fideliter adjuvisti.

XXIV.
* celebra-
bitur.

Si vero celebratur Concilium, & tibi mandavero, quatenus Episcopus & Abates tuæ terræ mihi mittas: quos & quos

voveris * mittas: alios vero ad servitium Ecclesiarum tuarum * retineas. Omnipotens Deus actus tuos in beneplacito suo dirigat, & te a peccatis absolutum in vitam æternam perducat. Datum Salerni per manus Joannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi, tertio Nonas Julii, Indictionis septimæ, anno Pontificatus nostri undecimo. Hactenus diploma.

Quod quidem toties abrogatum fuisse oportuit, quoties inter ipsos Romanos Pontifices atque Siciliæ Reges de his constat fuisse tractatum; ut cum inter Rogerium atque Eugenium Papam ita est concordatum, quod nullum Legatum mitteret in Siciliam Pontifex, nisi quem Rex ipse peteret; non autem ut Rex ipse Legati Apostolici vicem teneret, quod ab Urbano fuisse concessum, asseritur. Quod constat ex Romani Senatus epistola ad Conradum Regem Romanorum, quam recitat Otto (a) Frisingensis Episcopus ejus temporis auctor. At de aliis transactionibus initis in favorem Romanæ Ecclesiæ, inferius dicturi sumus.

Sed antequam ulterius procedamus: corrigamus primo errorem illapsum in tempus. Nam cum constat diploma datum esse Salerni, & adventum Urbani illuc hoc ipso anno contigisse, exploratissimum sit testificationibus ejus temporis Scriptorum omnium, quos recensuimus: utique signatum ipsum oportuit Indictione non septima, sed quinta, neque anno undecimo Urbani Papæ, sed decimo: confirmantur ista eo validius, quod non anno sequenti, quo annus undecimus Urbani Pontificis numeratur, qui in diplomate scribitur, potuit datum esse diploma. Nam eo tempore, anno sequenti scilicet, non Salerni, ubi datum legitur, sed Romæ constitit Urbanus ad celebrandum Concilium, ut suo loco patebit: neque post sequentem annum, quo signata in diplomate septima currit Indictio: nam eodem pariter anno, eo tempore non Salernum, sed Romæ Urbanum tenuit pariter in alio celebrando Concilio, ut intelliges suo loco. Sic igitur quæ depravata ostendimus, sunt in diplomate corrigenda. Cum tamen non adeo severi exactores simus, ut ob ejusmodi librariorum vitia illapfa, velimus idem diploma reicere.

At istud ipsum, quidquid sit, & quale sit, a nobis nuper recitatum diploma scias, uti oraculum cælitus lapsum, in plenissimam fidem acceptum atque in fundatione Monarchicæ molis fundamentum positum esse. Horrefcit auditus, ut explosum sententia Ferdinandi, cuius nullum extaret quod ostendi posset autographum, nullius esset auctoritatis assertum Urbani Papæ diploma: illud ipsum sub ejus successore Carolo Quinto Impe-

XXV.
Diploma
deprava-
tum in
tempore
consigna-
to.

(a) Otto
Frising.
in Frida-
vic. l. i. c. 28.

XXVI.

XXVII.
Quando
& a quo
diploma
in aucto-
ritatem
accep-
tum.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

ratore bellicis rebus intento Principe invictissimo, tunc in regno Siciliae opera Advocati Fiscalis, uti quidpiam divinum in sublime attolleretur, praconis laudaretur, summoque plausu exciperetur, & ut lapis angularis faciens utraque unum, temporali simul & spiritali juncta auctoritate, nova, haecenus in Ecclesia Catholica inaudita constituta fuerit Monarchia. Sic itaque cum de his est agitur, Consiliarios fecerit iniquitas religionis obducta velo, dum servandum proponitur, quod Papa sanctissimus, Urbanus Secundus sacro diplomate statueret; cui adversari nefas duceretur, diceretur & impium.

XXVIII.

Prætena igitur Apostolica auctoritate, contra Apostolicam ipsam Sedem, grande piaculum perpetratur, dum ipsa inconsulta Apostolica Sedes, ejus in regno Siciliae, potestas labefactatur, auctoritas abrogatur, læditur jurisdictio, & cum ea leges violantur Ecclesiasticæ, patiturque dispendium antiqua traditio, atque demum, ut ipsa erigatur in Sicilia Monarchia, jura omnia Ecclesiae dissipantur. Nomen haecenus inauditum tunc proclamatur infaustum, adscribitur chartis, & memoriae perpetuæ consecratur, jam regis cum typis, & Imperatorio promulgatum edito. Ita abusi ministri illi nomine tanti Imperatoris, ut tantum nefas auderent. Siquidem anno Redemptoris millesimo quingentesimo vigesimo sexto die septima mensis Decembris datum legitur edictum Caroli Quinti nomine potius, quam voluntate, de confirmatione Pandectarum impressi voluminis, in quo asseritur Monarchia, atque ipse seorsum scriptus legitur liber, qui inscribitur, Monarchia, omnium regni Consiliariorum subscriptione munitus, cujus autographum asservatur in Siciliae Cancellaria, ex quo exemplaria duo descripta dicuntur, quorum alterum fertur ad Regem missum, alterum vero ad Aragonense Consilium datum. Qui se vidisse testatur, vir pius, retulit ista.

XXIX.
Quæ contineat
Monarchia.

Sed & quæ sibi jura eadem vendicat Monarchia, dicendum. Quod enim auctoritate Urbani Papæ diplomatis ipsum Rogerium Siciliae Comitem atque ejus hæredes Legatos a latere constitutos omnino velint: omnes pariter successores Reges esse in Sicilia regno Legatos natos esse contendunt, eosdemque omnia, quæ sunt Legatorum a latere, efficere posse confirmant: immo & substituendi potestatem habere cum eadem auctoritate, nimirum, ut judicare & punire possint, absolvere & excommunicare quos velint, laicos, monachos, clericos, etiam Ecclesiastica dignitate Prælatos, Abbates, Episcopos, & Archiepiscopos, immo & S. R. E. Cardinales ibi degentes eidem

Monarchiæ subditos esse velint. Eiusdem quoque Monarchiæ esse facultatis, appellationes ad sanctam Sedem Apostolicam impedire, Nuntios ejusdem sanctæ Sedis nonmittere, atque demum respectu Ecclesiasticæ jurisdictionis, neque ipsam Apostolicam Sedem recognoscere, & habere superiorem, nisi in casu præventionis. Ista sunt, quæ Urbani auctoritate diplomatis Reges in Sicilia velint sibi licere. Quid tu ad ista dixeris Lector, nisi vocabulo Monarchiæ, præter monarchiam unum, quod unicum caput visibile in Ecclesia a Fidelibus omnibus semper est cognitum atque cultum, aliud in monarchia Siciliae obortum, aliud superinductum, pro monstro & ostento caput Ecclesiæ, in qua non amplius, ut semper antea unus, sed duo audiantur, scribantur, legantur esse monarchiæ, ac duo insuper in ea deformiter ostentari capita?

At quod ad ipsum in primis nomen spectat: quomodo post quadringentos triginta annos a tempore dati ab Urbano Papa diplomatis, quod nunquam a piis Regibus, nec a tyrannis ipsis Romanæ Ecclesiæ perduellibus, neque ipsis acerbissimis Romanæ Ecclesiæ persecutoribus Friderico, filio, atque nepotibus ejusmodi Monarchiæ nomen usurpatum ullatenus reperitur: recens natum invenitur superinductum? potuitne tot sæculis intra viscera latuisse parentis, ut nonnisi hoc postremo tempore tantum, pareretur ostentum? Exhorruit semper Catholica Ecclesia, afflicta servare quod antiquitus traditum, voces novas, nisi cum ad novas profligandas hæreses, nova ipsa oportuit excogitasse remedia, custodiens in Timotheo Pauli depositum, ita scribens ad eum: (a) O Timothee, depositum custodi, devitans prophanas vocum novitates. Hinc inquam, ut serpentis sibilos, consuevit Ecclesia Catholica novas hujuscemodi audire, atque horrescere voces, & execrari. Et quomodo ipsa patietur istam, quæ adversatur custodiæ mordicus in Ecclesia unitati? Si una est consensu Fidelium omnium in Ecclesia a tempore Evangelii promulgati monarchia, nec alteram superinduci ab illa, quæ Christi ore noscitur stabilita, ad Petrum tantum, non ad alium quempiam Apostolorum ista dicentis: (b) Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Et ad eundem post resurrectionem: (c) Pasce agnos meos, pasce oves meas. Umquam passi sunt Orthodoxi: quomodo hodie infaustum nomen, vox infelix, altera auditur in Ecclesia monarchia?

Quod si dixerint, non est dicenda ista altera monarchia, cum pendere istam dicamus ab illa, dum eam auctoritate diplo-

XXX.
De ipso nomine Monarchiæ.

(a) 1. Tim. 6.

(b) Matt. 16.

(c) Joann. 21.

XXXI.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

Abolendum omnino nomen Monarchiæ.

plomatis Pontificii vendicamus: & nos hoc ipsum dicimus, si non est altera, sed una cum ea; utique non altera dicenda est monarchia, sed unicum relinquendum, servandum, & custodiendum Monarchiæ nomen est illi, quod ipsi impertitum a Christo, in ea solum semper sunt venerati Fideles. Si igitur auctoritate diplomatis Pontificii id vobis juris quæsitum contenditis (ministros illos Regios compello) cur plusquam concessum sit illo, vobis sumitis in novitate vocabuli? Demus, quod dicitis, Urbanus voluit Reges Siciliae esse Legatos natos a latere: numquid diplomate sanxit, eos dicendos esse monarchas? nequaquam. Magna quidem inter utramque vocem est differentia. Cum autem plures sint hodie in Ecclesia Catholica nobilissimarum Ecclesiarum Antistes, qui ex vero certoque privilegio Apostolicæ Sedis Legati nati obtinent dignitatem: num ex eo aliquis eorum ausus est aliquando sese appellare monarcham? minime gentium. Quamobrem etsi non alia ex causa, vel ex hac saltem succidendum est nomen adulterinum, ne tali exemplo propagetur in alios: alioqui in Ecclesia Dei, in qua nonnisi unus possit esse monarcha, monarcharum turba (horrendum dictu) succresceret infamia sempiterna primatus Romanæ ipsius Ecclesiæ. At hæc, quod ad nomen ipsum, dicta satis; res autem ipsas ad examen modo revocemus.

XXXII.

Quoniam jure, qua ratione ex eodem Urbani Papæ superius recitato diplomate tanta vobis sumpseritis, ut ex eo, Legatos a latere, itemque natos, atque demum monarchas effectos Reges omnes Siciliae dicere præsumpseritis? Esto, concesserit ista Rogerio ejusque filiis Urbani Papa: numquid hæredibus cunctis, & successoribus omnibus esse concessa, affirmare poteritis? nullo modo. Recitentur eadem verba Pontificis; sic se habent:

XXXIII. Quod omni vita tua tempore, vel filii tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in terra potestatis vestrae &c. En quam caute Papa voluit expressisse personas, quibus illud concederet privilegium. Expressit enim Rogerium patrem, Simonem filium, & alterum filium, si extiterit ipse hæres. Duo namque Rogerio Comiti erant filii, Simon major natus, atque Rogerius, quem voluit expressisse voce illa, alterius, quod quidem nomen non de pluribus, sed de uno ex duobus duntaxat dici, sciunt omnes, qui Latinas litteras didicerunt. Sic igitur cautum, ut filios illos duos Rogerii privilegium non excederet. Quomodo ergo deducitis ad hæredes omnes? quomodo adhuc insuper, cum hæredes Rogerii

omnino defecerint trahitis etiam ad successores omnes? Ubi de hæredibus omnibus, & successoribus aliqua inest mentio in diplomate? quod quidem, cum id præstari voluerint Romani Pontifices expressè conscribi, exacte notari, dilucide poni, minime prætermisisse noscuntur.

At quid amplius? etiam si expresse Urbanus Pontifex ea concessisset omnibus hæredibus atque etiam successoribus omnibus Rogerii Comitis: adhuc tamen ea ipsa nullo modo deduci potuisse ad Carolum Quintum, hac apertissima ratione firmamus. Quod cum plurima extant Pontificum Romanorum diplomata, quibus sunt collata Investituræ de regno Siciliae diversis Regibus, atque in eis disertis verbis revocentur cuncta sigillatim, quæ adversus Ecclesiasticam immunitatem quoquo modo sint præsumpta: plane nihil est, ut adversus tot Pontificum documenta, de quibus sigillatim inferius fiet mentio, istiusmodi diploma aliquid sibi vendicare possit auctoritatis.

At nec quod præteritur, ullo pacto concesserim, per Urbani diploma creatum Legatum a latere fuisse Rogerium ipsum, atque filios ejus. Hæc ut plenius cognoscantur, ejusdem hic Papæ diplomatis verba sunt repetenda, quæ sic se habent: Nullum in terra potestatis vestrae, præter voluntatem aut consilium vestrum Legatum Romanæ Ecclesiæ statuumus. Quinimo, qui per Legatum acturi sumus, per vestram industriam Legati vice cohiberi volumus. Quis ista perlegens, non percipiat ex verbis ejus, non legationem a latere concessam esse Rogerio, sed eum vicem Legati implere voluisse, & in his tantum cohibendis, quæ per Legatum Apostolicæ Sedis cohibenda forent? Aliis namque formulis, iidemque plenioribus, atque adeo specificis consuevisse concedi ab ipsis Romanis Pontificibus legationes a latere, nemo ignorat, qui ejusmodi lectionibus affuevit.

Præterea non perpendunt, quanta ab ipsis irrogetur injuria Urbano Pontifici, cum velint ea concessisse ipsum Urbanum Rogerio, quæ per Reges hujus temporis male adversus Ecclesiastica jura, universa Ecclesia Catholica scandalum patiente, exercentur: cum in vendicandis Ecclesiæ juribus ab usurpatione laicorum, idem sanctissimus Pontifex nulli reperiatur fuisse secundus, sed inter primos ejusmodi zelo exarsuantes claros Romanos Pontifices numerandus, qui que iis ipsis temporibus vixerit, quibus jugiter certandum erat pro his ipsis adversus invasores Romanæ Ecclesiæ jurium. In quibus laboribus obeundis, quæ ejusdem Urbani Pontificis partes fuerint, docent quæ de eo sunt enarrata per annos singulos Pon-

XXXIV.
Urbani Papæ diploma sæpius revocatum.XXXV.
Vices legagere Rogerium jussu ab Urb. Papa.XXXVI.
Vendicatur Urb. Papa ab irrogata injuria.

Pontificatus ejus, quorum causa Concilia adeo frequentia indicenda, peregrinationes assidue ab ipso obeunda fuere, scribique ad diversos epistolas frequenter oportuit; ne vel latam unguem praejudicium inferri sineret Ecclesiasticae immunitati.

XXXVII Potuitne tanta concessisse Rogerio, quorum partem aliquam tantum si Imperatori Henrico ferocissimo Ecclesiae persecutori cessisset, pacem proculdubio universalis Ecclesiae redemisset, & tot tantisque cladibus afflictam diutius Ecclesiam liberasset? Si quid igitur vulneris fuisset infligendum Ecclesiae: plane pacis universalis causa comparandae, & pseudo-pontificis propulsandi tolerandum utique fuisset illud: sed prius cuncta pati, quam quid minimum Ecclesiae jurium imminui decrevit animo Urbanus Papa, quod & dum vixit, effectu ipso egregie praestitit, nihil magis sollicite curans tota ipsa sui Pontificatus functione, nihil studiosius tractans, vel cupidius fatagens, quam ne quid minimum Ecclesiae jurium sibi saeculares Principes vendicarent. Nam audi, quae de Urbano ipso ejusdem temporis Scriptor dicat Dominizo.

Numquam decrevit libertas denique Sedis Romanae per eum.

Haec ipse in vita Mathildis, citata saepe superius. Immo audi Urbanum ipsum ita rescribentem ad Rudolphum Comitem:

(a) Nolle te volumus, quia nulli saecularium domino potestatem in clericis habere licet: sed omnes clerici Episcopo soli esse debent subiecti. Quicumque vero aliter praesumpserit; canonica proculdubio sententiae subiacebit. Sed & eodem argumento scriptam ab eo ad Salernitanum Clerum & populum brevem epistolam legito. Sic se habet:

XXXVIII Urbanus in omnibus defensor Ecclesiasticae immunitatis.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Clero & populo Salernitano salutem & Apostolicam benedictionem. Lanzonem presbyterum, qui Ecclesiam sanctae Mariae per manum laicam invasi, expulso eo qui legitime possidebat: noverritis sententia nostra officio & beneficio interdictum. Omnes praeterea, qui Ecclesias, vel Ecclesiastica beneficia, aut capellanas sine Episcopi sui consensu, per manum laicam obtinuerint; donec satisfaciant suo Episcopo secundum sanctorum canonum constituta, ab officio & beneficio interdicimus. Haec ex monumentis Salernitanae Ecclesiae, quae in Vaticana bibliotheca asservantur. Quae quod certo careant anno, quo data sunt, hic volumus descripsisse, cum ceteris fer-

me annis singulis Pontificatus ejus res gestae ab ipso haec de eo latius praedicent.

An potuit, quae tanto labore aedificavit tot annis, una hora in congressu illo Salernitano cum Rogerio Urbanus Pontifex destruxisse: ut secundum illud Apostoli: (b) Si qua destruxi, iterum haec aedifico; praevanicatorem me constituto. Ipse turpiter praevanicationis nomine fuerit arguendus, si tanta diplomate illo, quanta isti proferunt renovata per recentis Reges Siciliae, Rogerio ac posteris concessisset? Absit, absit, longe longius, inquam, proculque absit, ut Monarchiae illius dicatur Urbanus aedificator, aedificatorque turris Babel in contumeliam Dei, & opprobrium Apostolicae Sedis; cujus plane non aedificatorem, sed destructorem se dum vixit, semper Urbanus exhibuit, qui & nunc de caelo in ipsam Fidelibus clamet illud Davidicum: (c) Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea. Utpote quae ipsis eam erigentibus, atque tuentibus aeternum exitium pariat, in cuius tantum ruina spes sit eorum ad salutem erectionis. Sed & in Concilio universalis Romae sub ejus successore Paschali Pontifice celebrato, ab universa Synodo acclamatum est eidem Urbano Pontifici, uti jurium Ecclesiae acerrimo vindici, defensori atque propagatori; idque saepius factitatum, prout suo loco, sequenti Tomo, dicitur; quod profecto fieri minime potuisset, si aedificatorem Monarchiae Siciliae posse dici modo aliquo contigisset.

Sed quid detineo ultra Lectorem, & non cito detego adversantium malas artes, qui non ut se habuit, ipsum verum, germanum, legitimum, in omnibus integrum ediderunt diploma; sed mutilatum, decurtatum, atque corruptum in omnibus, quibus jura Romanae Ecclesiae salva essent, exhibuerunt ipsum? Agimus immensas Deo gratias, quia caecitate percutiens illos, qui manu sacrilega sacrum diploma Pontificis in pluribus mutilarunt, non sivit eos videre illa, quibus istiusmodi per eos patratum scelus aperta luce, certa probatione, atque evidentissimo argumento probari posset. Si enim vidissent, atque considerassent; quis dubitet, id ipsum, ab eis eadem falce adhibita falsitatis, fuisse peractum? Quemnam putas, ad haec probanda adhiberi simus testem? illum ipsum ex adversantium domo petitum, ab ipsis jure laudatum receptum, probatum, cui nec sit quod obici possit, quippe qui hoc eodem tempore vixit, & scripsit historiam Siculam, eodem ipso (ut profitetur) expositente Rogerio Comite, de quo agitur. Nominatus est iste Gaufredus, professio- ne monachus Benedictinus, cujus opus

XXXIX. Procul ab Urbano proditio Ecclesiasticae jurium. (b) Gal. 6.

(c) Psal. 130.

XL. Detegitur diplomatis depravatio.

antiquitate ipsa plane venerandum delituit pene sepultum inter vetera monumenta Regum Aragonum ad nostram usque aetatem; cum illud ipsum Hieronymus Surita, vir celebris, de rerum antiquitate bene merens in lucem protulit, ediditque Caesaraugustae typis Dominici a Portonariis anno salutis millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, idemque munitum adhuc & laudatum Regio privilegio (ne quid ad absolutissimam fidem ejus deesse posset) dedicatum vero Antonio Augustino tunc Archiepiscopo Tarraconensi, eruditione legum sacrarum suae aetatis in Hispania facile principi.

XLI. Occasio aperitur concedendi privilegii.

(a) Gau. li. 4. c. 29.

Hic ipse auctor a nobis superius citatus eadem occasione congressus Urbani Papae cum Rogerio Siciliae Comite, acturus de ejusmodi privilegii concessione, facta ab Urbano Pontifice ipsi Rogerio, ista petendi ejusmodi praecessisse sic narrat: (a) occasionem: Sed quia ipse Apostolicus jamdudum Robertum Episcopum Trainensem, Comitem inconsulto, Legatum in Sicilia ad exequendum jus sanctae Romanae Ecclesiae posuerat, perpendens hoc Comitem grave ferre, & nullo modo, ut stabile permaneat, assentire: cognoscens etiam, ipsum Comitem in omnibus negotiis Ecclesiasticis exequendis zelo divini ardoris exferrescere: cassato quod de Episcopo Trainensi fecerat, legationem beati Petri super totam Siciliam, vel habendam hereditatiter ponit, ea discretione, ut dum ipse Comes advoixerit, vel aliquis heredum suorum zeli paterni Ecclesiastici executor superstes fuerit, Legatus alius a Romana Sede, ipsi invitit, nullus superponatur. Haec ipse. Quae plane integra ut vidisti, in ipso recitato superius diplomate continentur.

XLII. Quae ex diplomate sint dolose sublati.

Sed quae malis artibus, & dolo malo de eo sint dempta, quae in eo contineri, idem ipse testatur, jam demonstramus, atque nos hic, honoris causa rediditae postliminio diu exulis veritatis, grandiusculis litteris describamus, sic se habent:

† Chartulariis, necessario legendum cum paulo post dicat, per ipsos.

SED SI QUA ROMANAE ECCLESIAE JURIS EXEQUENDA FUERINT, CHARTULIS A ROMANA SEDE IN SICILIAM VEL CALABRIAM DIRECTIS, PER IPSOS CONSILIO EPISCOPORUM EARUMDEM PROVINCIARUM AUTHENTICE DEFINIANTUR. Ita sunt quae manus audent ad sacrilegium prompta abstulit a recitato Papae diplomate. Quae tanti nocentur esse momenti, ut si ista restituantur in ipsum, nullum penitus videas irrogatum damnum per eam concessionem privilegii Rogerio factam jurebus Apostolicae Sedis, cum sit in his verbis illi integrum reservatum, ut cum opus esse

judicaverit Papa, ministros suos in Siciliam mittat causas urgentes cognoscere; qui, & si ita placuerit ipsis, Episcopos ad Synodum congregent, quorum consilio ipsorum sententia expectetur. Talia igitur, tantaque e diplomate subduxisse, quanti reatus fuerit, judicent omnes.

XLIII.

Porro istud ipsum, ut pro tuendis juribus Romanae Sedis post hujuscemodi privilegium ab Urbano Rogerio imperitum, usu frequentaverint Romani Pontifices mittere in Siciliam ministros, cum opus fuerit, certum esse, certo exemplo monstratur de Urbani ipsius successore Paschali Papae, qui legitur misisse Apocrisarios in Siciliam ad exigenda Apostolicae Sedis jura, dum ab Archiepiscopo Panormitano praestari jubetur juramentum fidelitatis sanctae Apostolicae Sedi. Extant de his ejusdem Paschalis Pontificis litterae, quas Gregorius Nonus intertextit inter (b) Decretales a se collectas epistolas. Habes ex his igitur, & quod ex diplomate demptum fuerat restitutum, & quod fuit in eo declaratum ejusdem Urbani Papae successoris exemplo, ut nihil sit, quod de his desiderari ulterius possit.

(b) cap. significasti, extra de elect.

At non hic finis latrocinii expilati diplomatis. Aperiantur caetera, ut restituantur in integrum tantopere passa damnata veritas ipsa. Subiicit idem Gaufredus auctor, de his dicere, quae post haec eodem ipso diplomate continentur, sic pergens: Quod si episcopi ad Concilium invitati fuerint: quot & quos ipsi Comiti vel suis futuris heredibus visum fuerit, illuc dirigant. Haec integra sunt conservata in textu, sed quae fuit addita limitatio ab Urbano, penitus sublata noscitur, quae mox ab eodem Gaufredo de sincera ita subicitur: NISI FORTE DE ALIQUO IPSORUM IN CONCILIO AGENDUM SIT IN SICILIA VEL CALABRIA * IN Praesentia sua AUTHENTICE DEFINIRI NEQUIVERIT. En quanta ista, quae dolose artifex in gratiam Principum abstulit, similis illi de quo in Psalmo: (c) Sicut novacula acuta fecisti dolum. Abradens a diplomate, quae sibi ad concinnandam quam moliretur fraudem, viderentur esse contraria.

XLIV. Alia adhuc ex diplomate sublata.

* Ut

(b) Ps. 51.

Qui enim visus est indulgisse Urbanus Papa Rogerio, ut vocatos ad Concilium Episcopos, quos vellent retinere vel mitteret, cum superaddidit: Nisi forte de aliquo ipsorum in Concilio agendum sit. Plane significavit, quod ipsi essent liberum, cum vellent Siculos & Calabros Episcopos ad dicendam causam vocare ad Apostolicam Sedem, cum videlicet (ut subdit) ipsorum causa in Sicilia vel Calabria authentice in praesentia sua defini-

XLV.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

vi nequiverit. Nam quid est quod ait: Authentice desuiri non posse? nisi canonicæ, secundum leges Ecclesiasticas terminari? quæ prohibent Principes cognoscere & judicare causas Episcoporum, quibus quidem casibus causæ Episcoporum, quæ agitari authentice, ut ait, coram Principe sæculari non possunt, ad Sedem Apostolicam sint deferendæ. En vides Lector, quanta subtraxerit, & quanti momenti veterator (quisquis fuerit ille) quæ si in locum suum restituantur; sicut etiam integra una cum diplomate Sedis Apostolicæ jura, & Urbani Papæ laudanda prudentia erit, quod ita indulserit roganti Comiti, ut tamen voluerit Romanæ Ecclesiæ juribus in omnibus esse consultum.

XLVI.
Detestatio patris scelesti.

Quis ista considerans, non exclamet. O fraudem solemnem, Cornelia lege plectendam! quam non timuit, in quam peccavit, qui ista adeo enormia ad conciliandam sibi Principum gratiam perpetravit, cum descriptum mox ab eodem auctore ac redditum ipsum integrum Urbani Papæ diploma, ut proficitur, cum iisdem haud dubium per ipsum asfertis sententiis, turpiter mutilavit, dum in ipso diplomate apud Gaufrédum edito desiderentur eadem ipsæ sententiæ, paulo ante ab eodem auctore, qui vidit & descripsit, integre, ut vidimus, recitatæ. Quando autem admissum portentosum adeo scelus, & a quo fuerit perpetratum adeo pudendum facinus, haud adeo exploratum habemus, ut possimus asserere: verum illos minime vacare culpa, libere dicimus, qui ex eodem Gaufrédo illud ipsum diploma describentes, atque edentes, sententias illas ab eodem superius recitatas describere penitus prætermiserint, quarum vel saltem meminisse debuerant. Siccine bona fide res acta, ut ad Monarchiam construendam oportuerit prius ita destruere Urbani Papæ diploma, & ita ipsum reddere mutilatum? cum in promptu esset refarcire jacturam, & sublata fragmenta conjungere, ab eodem Gaufrédo suppeditata, deque his monere Lectorem, atque ita bene mereri de prodita veritate? quo nomine ab unoquoque legentium immortales gratiæ fuissent agenda. Agimus vero nos iterum Deo gratias, qui sic, cum ipse sit Veritas, patrociniū suscipit veritatis, ut demonet fraudulentos, nec permittat facere cuncta, quæ velint, cum voluit Urbani Papæ diploma illibatam & integrum in Gaufrédo mansisse, atque sententiæ recitantur: quod postea, ut vidisti, eodem modo manus fraudulenta corruptit, & malus artifex mutilavit.

XLVII.

Quod si integrum ipsum reddatur,

*prout ab ipso Pontifice noscitur esse datum, restitutus in ipsum clausulis illis atque sententiis per Gaufrédum verbis totidem recitatis: tantum abest, ut a nobis reiiciatur, ut exofculemur illud, utpote sanctissimi Pontificis monumentum, quo magna cautela ita Principi voluerit satisfactum, ut tamen Apostolicæ Sedis immunitati nihil passus sit esse detractum. Tantum, inquam, abest, ut restitutum ipsum integrum, esse Urbani genuinum, negare velimus; quin potius parati sumus ostendere aliud id genus privilegium ab alio Romano Pontifice, eodemque Urbano non impare, alii Christiano Principi esse concessum; sed nec per ipsum Apostolicæ Sedis jura esse sublata, ut aliqua super ipsum erecta fuerit Monarchia, sicut super ipsum Urbani datum Rogerio factum appareret. Qui enim post Urbanum Secundum successit tertio loco Callistus Papa Secundus; quique in vendicandis, & extorquendis de manu Imperatoris abreptis Ecclesiasticis juribus, summam præ omnibus suis antecessoribus sibi gloriam comparavit: post celebratum ab ipso Rhemense generale Concilium, congressu habito cum Henrico Anglorum Rege, quid petierit, Rex ab eo, & quid concesserit ipsi Callistus, sic in Annalibus Anglorum Rogerius narrat, quod & nos inferius suo loco ponemus: *Rex a Papa impetravit, ut omnes consuetudines, quas pater suus in Anglia & Northmannia habuerat, sibi concederet, & maxime, Ut neminem aliquando Legati officio in Anglia fungi permetteret, si non ipse aliqua præcipua querela exigente, quæ ab Episcopis regni sui terminari non posset, hoc fieri, a Papa postularet.* Hæc ipse. Quibus plane nihil derogarum scitur Apostolicæ Sedis juribus, quia majoribus exigentibus causis, ab Ecclesia Romana legationes in Angliam fuerint frequentatæ, eademque decenti cultu a Regibus Anglorum exceptæ, prout declarantur eventa. At sicut his non contradicimus, ita nec reiicimus Urbani diploma, si reddatur integrum, & non, ut est demonstratum, tot sententiis mutilatum.*

Sed nec est, quod verba Gaufrédi, XLVIII.

quæ in diplomate scripta fuisse docet, aliquis in alium sensum convertere jure possit, ut nullum eidem concessionem afferat præjudicium: nam vel ex eo tantum, quod e textu ablata noscuntur, ipsum delictum arguit malam fidem, & contrariam ipsis veritatem magis insinuat. Sed & ipsa narrata nuper Paschalis Papæ legatio in Siciliam missa, quæ sunt dicta, declarat eo modo esse intelligenda; nempe ut cum in Sicilia de juribus Apostolicæ Sedis agitur conservandis; tunc esse liberum Romano Pontifici Car-

Quomodo recipiendum Urbani diploma.

XLIX.

L.
Quæ alia ad probandam Monarchiam inducantur.LI.
Execrationes apponi solitæ ab unoquoque.

thularios, quos ipse Paschalis nominat Apocriarios, illuc pro arbitrio mittere. Quænam verborum interpretatio poterit esse verior, certiorque probari ea, quam ipso usu experientia comprobavit? nimirum dum mox post Urbanum a successore Paschali vidimus factitatum, quod faciendum ejus diplomate cautum erat.

Jam igitur patefacta fraude, & ostenso ipso diplomate vitiatum, adulteratum, depravatum, atque corruptum: & quod ita ut est editum corruat penitus & non subsistat: plane necesse est, ut ingens ista moles erectæ desuper Monarchiæ magno fragore ruat, si res jure agitur, & non violentia. Quod existimare nefas de Rege Catholico maxime pio, Christianæ religionis cultore studiosissimo, Fidei orthodoxæ custode vigilantissimo, atque potentissimo defensore; quem & libentissime scriptionis hujus nostræ arbitrum constituimus, probe scientes, a justissimo Principe non nisi iusta fore præstanda.

Quod vero præter eandem Urbani asertam epistolam adhuc alia quædam eademque levissima pro Monarchiæ Siciliæ firmitate in medium afferuntur: hic eadem sunt convellenda. Dicunt enim, reperiri nonnulla Siciliæ Regum diplomata, in quibus ab iisdem Regibus legatur anathematis sententia promulgata adversus eos, qui ea quæ ipsi iussissent, non implerent, sed everterent. Siquidem in Cancellaria regni Siciliæ de omnibus regni patronatibus liber collectus est, qui continet donationes ab iisdem Regibus in diversas Ecclesias, atque monasteria collatas: ad quarum finem hæc vel his similes formulæ legantur appositæ, quæ excommunicationem videantur inferre, videlicet: Si quis hanc nostram donationem infregerit, anathemate condemnetur, vel auctoritate Apostolica anathemate damnetur, itemque: cum Juda traditore partem habeat, & alia his similia, quæ velint isti ab eis apposita auctoritate legationis Apostolicæ Sedis, qua Reges Siciliæ (ut nugantur) Urbani Papæ fingerentur auctoritate.

Potuisset fortasse isti ejusmodi exemplis suadere simplicibus quod conantur: verum qui antiquarum formularum ex inspectione ejusmodi a diversis solitarum fieri donationum notitiam habet, ridebit ista; cum vix aliquod sit reperiri instrumentum ejusmodi donationum, quæ sive a Principibus, sive a privatis utriusque sexus fieri solerent hominibus, in quibus eadem formulæ non legantur, & interdum atrociores: quæ quidem non sententiam continent (ut putant) excommunicationis Ecclesiasticæ, quæ ab Episcopis infligi solet in subditos, sed imprecationes potius ad terrendum eos, qui aliquid contra præscripta moliri tentarent. Sunt

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

de his superius diversis in locis in recitatis ejusmodi diplomatibus exempla patentia: quin etiam in eodem ab illis scripto codice aliæ diversorum privatorum, quæ ibi sunt scriptæ, locis piis factæ donationes continent easdem omnino imprecationes: ut liberum fuisse quibuscumque videatur, ejusmodi apponere formulas imprecatorias anathematis adversus eos, qui moliri aliquid adversus ea, quæ illi statuerent, conarentur. Adde his insuper, non solum in ejusmodi scriptis solitis diplomatibus asseri ista, sed etiam a nonnullis consueta fuisse apponi sepulchris, ut violatores absterrent. Quorum exempla habes superius recitata ut inter alia sepulturæ Theodini subdiaconi:

SI QUIS PRÆSUMPSERIT HUNC TUMULUM VIOLARE, ERIT ANATHEMATIS VINCULIS INNODATUS. Et in Ecclesia sancti Gregorii Romæ ad Clivum Scauri erat in abside, fracto tamen lapide, cujusdam Anastasii Lectoris epitaphium, in cuius sine habetur:

SI QUIS HINC ABSTULERIT SEPULCRUM, SIT EXCOMMUNICATUS ET DAMNATUS IN INFERNUM, ET HABEAT PARTEM CUM CAIN ET JUDA TRADITORE. Et in principio Tomi hujus in epitaphio sepulcri cujusdam Joannis in fine. NEMO SUUM, NEC ALIENUM CORPUS SUPER ME MITTAT. QUOD SI HOC PRÆSUMPSERIT, SIT MALEDICTUS, ET IN PERPETUUM ANATHEMATE CONSTRICTUS. En vides an ista ex functione legationis Apostolicæ ponerentur a Regibus ut anathema, vel potius imprecationes ad terrorem ab unoquoque pro arbitrio in qua vellent prohibitionem usurpari solerent.

*Sed inspicimus cæteras, quæ ad roborandam jam sua sponte collabentem Monarchiam afferunt. Abbatis Panormitani celebris canonici Juxis interpretis sententiam descriptam proferunt in suo ipsorum Monarchiæ libro, quæ est: *Liceat Regi ex longa consuetudine appellationes eorum, qui ad Sedem Apostolicam provocant, impedire.* Quam tamen postea dicitur declarasse, ut intelligi debeat, quando non esset tutus accessus ad Apostolicam Sedem, vel tempore schismatis, tunc Regi licere de appellationibus ad Apostolicam Sedem cognoscere: sicque respondisse Abbatem tempore Alphonfi Regis sub Martino Papa Quinto, cui Rex valde esset infensus. Cujus declarationis exemplum non scribitur in dicto Monarchiæ libro, sed reperitur in Abbatis dicta Novæ lucis in eodem regno posita, & in aliquibus aliis monasteriis.*

At tanti æstimantur responsa prudentis, ut illa in legem accipiantur, qua-

LII.

LIII.
Abbas Panormitani auctoritatem adducitur.

LIV.

H lia.

CHRISTI 1097.

URBANI II. PAP. 10.

HENRICI III. IMP. 14. ALEXII COMN. IMP. 17.

liacumque sint? eo praesertim tempore, cum idem Abbas Panormitanus colligeret cum schismaticis adversus Catholicam Sedis Antistitem? quis umquam adversus Ecclesiam testimonium accepit hostis Ecclesiae? Si ista sapuit, immo si sic desipuit Abbas, quomodo in commentariis, quos elaboravit, & edidit, ista non defendit, atque probavit?

IV. Rex Alphon. monarchiae infuitor.

Addunt praeterea Alphonfi Regis ejusdem exempla, quod ejusmodi ad Papam impediret appellationes. At quid? Num erunt accipienda pro lege, quae Rex contra id quod jurasset perjurus, percitus furore facere aliquando voluisset? dum & potentibus, & rogantibus Siculis, ne appellationes ad Apostolicam Sedem ejusmodi (quod Rex facere coeperat) per magistratus laicos cognoscerentur, sed per Ecclesiasticos Praelatos potius: Rex eorum petitionibus annuit, datis anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto de hoc litteris. Cujus petitionis extat exemplum, & legitur ibidem Rescriptum Regis perjury. At quanam fortiora contra Alphonsum Regem afferri possunt, quam diplomata ejusdem Regis, cum investituram accepit ab Eugenio Papa Quarto, data anno superiori a dicto Rescripto, nempe millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto? Extat in Vaticana bibliotheca investitura ei ab Eugenio Papa Quarto factae exemplar in libro privilegiorum Romanae Ecclesiae; & alio codice, qui apud nos existit, quod sic incipit: Cum sanctissimus dominus noster Eugenius divina providentia Papa Quartus, anno a Nativitate Domini nostri JESU Christi millesimo quadragesimo quadragesimo tertio Idibus Julii, Pontificatus sui anno tertio decimo &c. Ubi inferius ista habet de appellationibus libere dimittendis ad Apostolicam Sedem, praeter alia multa de immunitate Ecclesiastica libera conservanda:

LVI.

Omnesque etiam causa ad forum Ecclesiasticum in regno, & terra praedictis pertinentes, libere, & absque ulla impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram Ordinariis, & aliis Ecclesiasticis iudicibus, & terminabuntur per eos. Et si ad Sedem Apostolicam super hujusmodi causis appellari contigerit: tam appellantes, quam appellati ad eandem venire sedem pro appellationum prosecutionibus libere & absque inhibitione aliqua permittentur. Haec ibi de appellationibus ad Sedem Apostolicam libere defendendis, per eundem Regem solemniter iuramento firmatis. Et quidem in Investitura facta de ipsa Sicilia & terra citra Pharam, ratificata ab eodem Alphonso: cujus ratificationis hoc est exordium:

LVII.

Ego Alphonfus Dei gratia Rex Siciliae

plenum homagium, ligium & vassallagium faciens vobis domino meo Eugenio Papae Quarto & Ecclesiae Romanae pro regno Siciliae, & tota terra ipsius, quae est citra Pharam usque ad confinia &c. In fine vero bullae aureae ejusdem Alphonfi Regis haec de tempore dati diplomatis atque loco: Datum Neapoli apud majorem Ecclesiam per manus nostri praedicti Regis Alphonfi, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, die vero secunda mensis Junii, octavae Indictionis, regnorum nostrorum trigesimo, hujus vero Siciliae & terrae citra Pharam, anno regni undecimo. Haec ibi Quid igitur his adversans citatur Rescriptum Alphonfi, datum anno sequenti, contentum capitulo trecentesimo nonagesimo septimo, pag. cxxviii? Nam ore suo perjurus esse convincitur atque praevicator, ut qui ea ipsa, quae iuramento promiserat, rata habuerat, firmaveratque, pejerando destruxerit, atque praevicando impie dissipavit. En quale instituentium principum Monarchiae. Quod quidem nomen, quo significatur, sub uno eodemque dominio Regum Siciliae junctam simul spirituales, ac seculares auctoritatem & potestatem, ut insolitum, nec usurpatum fuisse a tyrannico, manifestis Romanae Ecclesiae perduellibus, ut Friderico & ejus filiis, nec ab infaustibus ejusdem regni, ut Petro vel aliis, satis constat; cum tamen res ipsa saepius per tyrannidem atque invasionem fuerit perturbata, ut ex his quae sumus dicturi, patebit.

LVIII.

Si quis enim antiquiora abolenda vestigia ejusmodi Monarchatus curiosius indaganda putaverit; plane inveniet, non Urbani, vel alterius alicujus Catholici Antistitis inventum esse, sed (si conjeturatur aliquid deferendum) primum auctorem fuisse schismaticum Papam, non Christi, sed Antichristi Vicarium, Petrum, Leonis; non Columbae filium, eundemque contra Innocentium Secundum legitimum Ecclesiae Romanae Pontificem ex adverso sedentem, dictum pulchro nomine (ut sic deciperet populum) Anacletum. Iste enim, ubi Pontificatum arripuit violenter, ut contra legitimum Pontificem, ejusque fautores prevalere aliquo modo posset, quo minus iusta causa polleret, eo amplius potentia seculari sese studuit roborare, communireque adversus Romanos praesertim, quos erga Innocentium sciret esse proclives: magnoque sibi fore existimans adjumento, si Northmannos, Northmannorumque Principem sibi conjungeret; nihil praetermisit officii vel obsequii, quibus Rogerium, Rogerii superioris filium, qui tunc non Siciliae tantum, sed dominaretur Apuliae, atque Calabriae, concilia-

Quis fuerit primus auctor monarchatus Siciliae.

CHRISTI 1097.

URBANI II. PAP. 10.

HENRICI III. IMP. 14. ALEXII COMN. IMP. 17.

ret sibi amicam, & constitueret defensorem.

LIX.

Quamobrem ubi Sedem invasit, nihil antiquius habuit, quam ut ad demerendum hominem eidem quaecumque praestaret; sicque eum ex Comite Regem constituit; cui & inter alia illud quoque concessit, ut sicut laicis, ita & clericis, Abbatibus, Episcopis, & Archiepiscopis, qui in ejus ditionis provinciis essent, dominaretur, ac si esset re ipsa, si non nomine, Monarcha unus Christianorum, utriusque ordinis, laicalis, & clericalis. Id quidem ejusdem temporis auctor, quique ea videbat quae scripsit, testatur Petrus diaconus Cassinensis: qui tamen intentus rebus ejusdem monasterii conscribendis, caetera obiter tantum attigit, non tamen incognita praetermisit: deque his agens, haec breviter habet: (a) Defuncto Honorio, electi sunt Gregorius diaconus Cardinalis sancti Angeli in Papam Innocentium, & Petrus presbyter Cardinalis sancti Callisti in Anacletum. Anacletus autem aliquantulum tempus in Urbe permanens cum Episcopis & Cardinalibus, qui suae parti favebant, ad civitatem Pisanam perrexit, Conradum Sabinsensem Episcopum vicarium in Urbe relinquentes.

(a) Petr. Diacon. Chron. Cass. l. 4. c. 99.

LX.

Antipapa archidiscipulus monarchiae.

Petrus autem Cardinalis Rogerio Ducem Apuliae coronam tribuens, & per privilegium Capuanum principatum, & Ducatum Neapolitanum cum Apulia, & Calabria & Sicilia illi confirmans, Regemque constituens, ad se attraxit, praecipiens, ut Episcopi, & Abbates, qui in sua ditionis solo manebant, ei obtemperarent. Haec tantum de his Petrus, ad res confirmatas stylum revocans. Qui quidem cum ista tantum ex omnibus, quae in diplomate essent, expresserit: aliquid specialius indicasse voluit per ea verba, praeter communem ex apostolicis iussis debitam Regibus observantiam; quod tacuit auctor aequae schismaticus, nullam eundem laudandi Rogerium praetermittens occasionem, quem tamen S. Bernardus, cum opus fuit ejus meminisse, absque regio titulo nominat tantum (b) Ducem Apuliae, (c) tyrannum Siculum, atque usurpatorem coronae regiae. Sed & quanam fuerint ista singula, quibus Anacletus subiecit Rogerio universum ordinem Ecclesiasticum, plane intelliges, cum ea revocata a Romanae Ecclesiae Pontificibus, recitanda inferius audies. Mercedem igitur possidenda Sedis, quam invaserat Anacletus, ingressus in ovile ovium non nisi ut fur, qui mactet & perdat, quaelibet cuique petenti concedere conseruit, si promitteret, quae sibi in schismate inhereret. Quod sancti Bernardi testantur epistola (d) qui etiam de Rogerii nundinaria Monarchia haec ad Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(b) Bern. ep. 127. 129. (c) Id. ep. 130. 139. 140.

(d) Idem ep. 126.

Guilhermum Comitem Pistavientem Aquitaniae Ducem nomine Ducissae Burgundiae: (e) Habet tamen, Anacletus scilicet, Ducem Apuliae, sed solum ex Principibus, ipsumque usurpatae coronae mercede ridicula comparatum.

(e) Id. 127.

At ista adeo verisimilia ejusdem temporis Scriptoribus consignata vel non novit, vel nosse distulavit ipse Fazellus, ne Monarchiae auctorem (ut erat) pseudopapam assereret; qui ut ista sibi adeo adversa vitaret, inextricabiles plane mendaciorum quaesivit anfractus. Nam non solum ista de collata Rogerio ab Anacletum in Ecclesiasticos potestate penitus tacuit; sed etiam ad ista vitanda nequaquam una cum Innocentii creatione simul ortum schisma Petri Leonis ponit (quod omnes absque controversia sive veteres, sive recentiores affirmant) ipsumque schismaticum Papam Anacletum obortum, sed longe postea, nec antea, nisi ubi est auditus ipse Innocentius ab eodem Rogerio detineri captivum. Hos sinuosos oportuit lubricum anguem excogitasse reflexus, ne si recta via serperet, in Antipapam ipsum offenderet, atque quod nollet, cogeretur asserere, Anacletum ipsi auctorem fuisse regni Monarchici, ex laicis, clericisque compacti. Vides, Lector, quam male meritis invenitur de historica veritate Fazellus, nihil magis conatus, quam Monarchiae vanae favendo Ecclesiasticam libertatem alta scrobe relinquere sepultam, dum in ejus favorem non solum quod non esset omnino, Urbanum Papam viciato diplomate ejus demonstravit auctorem, sed qui revera dici potuisset ejus inventor Antipapa ille, Antichristi successor, minister satanae, caput schismatis Anacletus, ne proderetur, ipse adeo prodidit veritatem? Ut exhorrescere quisque Catholicus debeat sub hujus capitibus membrum annumerari.

LXI. Fazell. noluic verum Monarchiae auctorem detegere.

At quid post haec actum? nisi quod male ortum, malum accepit occasum, ex adverso sententia illa Christi vigente, & in perpetuum feriente: (f) Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur. Et insuper quod praerogatio divinae sapientiae in Ecclesia jugiter intonatum Fidelium omnium aures pulsat: (g) Adulterinae plantationes, sive spuriae vitulinae non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita a vento commovebuntur, & a nimietate ventorum eradicabuntur: confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutilis & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ita plantae accidit, ut per falsum agricolam male plantata arbor infelix nequaquam altas radices emiserit, licet patrocinio Regum aliquantisper frondescere visa sit. Etenim

LXII.

(f) Mat. 15.

(g) Sap. 4.

Cito deiecit male plantata Monarchia Siciliae.

CHRISTI 1097.

URBANI II. PAP. IO.

HENRICI III. IMP. 14. ALEXII COMN. IMP. 17.

etſi peculiare Regibus ſit, ut per ſas & nefas ſemel parta amittere nolint, ſed tueri velint; tamen non eo uſque contentio eſt progreſſa, ut non ceſſerint juſſionibus Romanorum Pontificum, ſed ſicut Rogerius, qui accepit, ita Willelmus filius ejus ſucceſſor: licet ad tempus reſiſterit Hadriano Quarto Romano Pontifici, tamen eidem ſunt in omnibus obſecuti. Teſtes omnium iſtorum adducimus publica monumenta, hæc ipſa teſtantia, diplomata inquam Innocentii Papæ Tertii, ſæculi ſequentis ſine conſcripta, quibus cuncta, quæ facta ſunt in illam uſque diem, quam fideliffime elucidantur. Atque in primis ſatis aperte, fide integra intelligitur, quid in prima inveſtitura, facta Willelmo Rogerii filio, poſt ejus obitum ab Hadriano PP. fuerit conſeſſum in deſtructionem vanæ Monarchiæ, inani ſtudio per Antipapam Anacle- tum erectæ. Nam eſti illa ipſa facta ab Hadriano Willelmo inveſtitura non repe- riatur, ſed tantum, quæ petit ab eo præ- ſtari Willelmus; tamen quod extitit inve- ſtitura Innocentii Papæ ad inſtar illius fa- cta, idem plane eſt, ac ſi ipſa Hadriani inveſtitura integra haberetur.

LXIII.

De Ha- driani PP. inve- ſtitura conceſſa Willel- mo Regi.

Hæc ut, Lector, accipias, ſcire debes, Rogerium, qui talem Monarchiam acce- pit ab Anacleto, anno Redemptoris mil- leſimo centeſimo trigefimo, perveniſſe ætate uſque ac annum milleſimum cente- ſimum quinquageſimum quartum; ipſoque mortuo, filium ipſius Willelmum ſucceſ- ſiſſe in paternum regnum; atque inveſti- turam quaſiſſe ab ipſo Hadriano ejus nomi- nis Quarto Romano Pontifice: cujus cauſa hæud fuit levis altercatum; ex- perente illo litteris ſuis ab Hadriano in- veſtituram conditionibus valde iniquis, ac fortasſe iſdem, quibus Rogerius pater regnum accepitſet de Anacleto. At licet Legati ab Hadriano ad eum pacis cauſa miſſi viſi ſint ex parte aliqua his, quæ petierat, conceſſiſſe: Hadrianus ta- men omnino reſiliit, nec inveſtituram concedere voluit cum infamibus condi- tionibus illis, quibus Monarchia illa male compoſita per ſchiſmaticum Papam ſub- ſiſteret, ſed aliis plane contrariis. Qua- lis autem iſta fuerit, mox auditurus eris. Siquidem poſt tumultuarios Reges, abſque inveſtitura regnantes, anno Re- demptoris milleſimo centeſimo nonageſi- monono, cum Conſtantia Imperatrix at- que Regina Siciliæ, deſuncto viro Hen- rico Imperatore, ſibi, filioque parvulo Fiderico inveſtituram quaereret ab Inno- centio ejus nominis Tertio nuper crea- to Pontifice, conceſſit ille ipſis eam ad inſtar illius, quam Willelmo Regi con- ceſſerat Hadrianus. Quod idem ipſe In- nocentius teſtatur in ipſius inveſtituræ di- plomate. Adeo ut qui legerit idem In-

nocentii Papæ diploma, quale illud fue- rit olim ab Hadriano Willelmo Regi con- ceſſum, intelligat, & lectione unius no- ſcat utrumque.

LXIV.

Quamobrem hic ipſum tibi deſcriben- dum operæ pretium exiſtimavimus. Ex- tat ipſum in Regiſtri epistoliarum In- nocentii tomo primo, Romæ cuſo an- no Redemptoris milleſimo quingenteſimo quadrageſimoterzio apud Prificianum Flo- rentinum. Sic enim ſe habet: (a)

(a) Tom. 1. Regiſt. Innoc. ep. 412. l. 1. pag. 203. 2. Inveſtitu- ra conceſ- ſa ab In- noc. PP. Conſtan- tiæ & ſi- lio.

Conſtantie Imperatrici glorioſe Regi- ne Siciliæ ac chariſſimo filio Friderico il- luſtri Regi Siciliæ, eorumque hæredibus in perpetuum.

Super gentes, & ſuper regna divina providentia conſtituti, ut excellamus no- ſtra, & ſalubria cum Prophecia plante- mus; ſic ad univerſas provincias noſtra conſiderationis aciem extendere volumus, & circa ear præ ſollicitudinis ſtudium, exercere, ut ſopitis turbiniſus tempeſta- tum, quas parit mater diverſitas, ſer- vent ad invicem mutæ charitatis affe- ctum. Porro ſpecialiter, & præcipue ſpe- ciatem ac præcipuam ſollicitudinem circa regnum Siciliæ nos convenit adhibere, quod in Apoſtolica Sedis ferventius ba- ſtenus devotione permanſit. Ad quod etiam inclyte recordationis Rogerii quon- dam patris Voillelmi, fratris, & Voillel- mi nepotis tuorum Regum Siciliæ, filia Imperatrix, grata memoria inducit, qui in Apoſtolica Sedis, ac prædeceſſo- rum noſtrorum dilectione firmiſus perſiſten- tes, ab ejus non potuerunt unitatis fir- mitate divelli, quin tanto fortius in i- pſius obſequio permanerent, quanto adver- ſus eam ſe amplius impetus extolleret tem- peſtatis.

LXV.

Hæc igitur conſideratione diligenter inducti, ac credentes quod prædictorum Regum veſtigia regia ſerentitas in devo- tione ac obſequiis imitatur: vobis & hæ- redibus veſtris (qui, ſicut dixi dictus Rex Voillelmus quondam frater tuus felicis memoria Hadriano Papæ prædeceſſori no- ſtro exhibuit; nobis & ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ fidelitatem & hominum exhibere, ac qua ſubſcribuntur voluerint obſervare) concedimus regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, principatum Capuæ cum omnibus pertinentiis ſuis, Neapolim, Sa- lernum, Amalpbiam cum pertinentiis ſuis, & alia quæ ultra Marſam habere de- betis, & reliqua tenimenta, qua tenetis, a prædeceſſoribus veſtris, hominibus ſa- croſanctæ Romanæ Eccleſiæ jure detenta, & contra omnes homines adjuvabimus ho- noriſſice manu tenere.

LXVI.

Pro quibus omnibus coram venerabili fratre noſtro Ottone Epifcopo Oſienſi, Apoſtolica Sedis Legato, quem ad jura- mentum tuum, filia Imperatrix, recipien- dum tranſmiſimus, fidelitatem nobis no- ſtris.

CHRISTI 1097.

URBANI II. PAP. IO.

HENRICI III. IMP. 14. ALEXII COMN. IMP. 17.

Capitula- ria mutuo conſigna- ta.

ſtrisque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Roma- næ juraſti, ſicut continetur in duobus ſimilibus Capitalaribus, quorum unum penes te ſigillo noſtro, alterum penes nos ſigillo tuo ſignatum habetur, firmiter re- promittent, quod quia præſens præſenti hominum debet exhibere: quancumque nos & ſucceſſores noſtri te in aliqua parte regni, quam ſecure poſſis adire, ad noſtram præſentiam vocaverimus, reve- renter accedes hominum præſtatura, niſi certum impedimentum, aut neceſſitas evi- dens interveniat, quibus ceſſantibus, ſine fraude venias ad ligium hominum facien- dum. Cum autem tu, fili Rex, pervente Domino, ad legitimam ætatem pervene- ris: nobis ac ſucceſſoribus noſtris, ac Eccleſiæ Romanæ fidelitatem, & ligium hominum exhibebitis. Cenſum vero ſex- centorum ſquifatorum de Apulia & Ca- labria, quadringentorum vero de Mar- ſia, vel æquivalens in auro, vel argen- to vos ac hæredes veſtros ſtatuiſtis Ec- cleſiæ Romanæ ſoluturos, niſi forte im- pedimentum aliquod interveniat, quo ceſ- ſante cenſus integer perſolvatur.

LXVII.

Electioes autem ſecundum Deum per totum regnum canonicè ſiant de talibus quidem perſonis, quibus vos ac hæredes veſtri requiſitum a nobis præbere debeatis aſſenſum. Ut autem hæc qua ſupra diximus, tam noſtro, quam ſucceſſorum noſtrorum tem- pore perpetuam obtineant firmitatem, nec veſtris, nec hæredum veſtrarum temporibus alicujus valeant præſumptione tur- bari: nos ea de conſilio & voluntate fra- trum noſtrorum auctoritate Apoſtolica confirmamus, & valitura in perpetuum præſenti pagina communimus, & tam a nobis, quam a ſucceſſoribus noſtris, per- petuis temporibus ſtatuiſimus obſervandu. Nulli ergo &c. Uſque ad verbum, In- dignationem incurrat: eam ſe divino Ju- dicio de perpetrata iniquitate cognoſcat &c. In modum privilegii: Cunctis autem prædicta ſervantibus &c. Ita in codice edito, ſæque nulla prorfus mentio, ut conceſſerit Regi, quæ revera ab Anti- papa Rogerius obtinuiſſet, vel ab Urba- no Papa per mutilatum illud diploma aſſeritur conſecutus. Sed iſta ſunt reve- ra (ut audiſti) quæ Innocentius Conſtan- tiæ & Friderico filio conceſſit, præter hæc autem nihil. Quenam autem in duo- bus illis, quorum meminit Innocentius Papa, Capitalaribus continerentur, pro- xime auditurus eris, ubi prius dixerimus, quomodo his (ut vididiſti) firmiter con- ſtituti novæ petitioni Conſtantie idem Innocentius adhuc ſatisfaciendum putavit, nimirum, ut quæ ſeipſe nimis de elec- tionibus faciendis in diplomate recita- to continerentur, paulo ſufius ab eodem Pontifice explicarentur. Cum ei annuens

idem Pontifex, diploma, quod ordine ſequitur, ſcripſit, quod incipit: (a) Nec novum, nec injuſtum exiſtit &c. Ubi inferius hæc de electionibus con- tinet:

(a) Inno- centii ep. 413. pag. 204. 2.

Quantum cum Deo, & noſtra poſſumus honeſtate, deferre velimus, ſalva juſti- tia, & Eccleſiarum canonica libertate, petitionibus veſtris aſſenſum facilem ex- hibere. Ne igitur ulla de cætero inter nos & ſucceſſores noſtros, & vos & hæ- redes veſtros ſuper electionibus diſſenſio ſuſcitetur, modum faciendæ in poſterum electionis præſentibus curavimus litteris explicare: in quibus ſic in multis regia ſerentitati deferimus, ut libertatem Ec- cleſiæ non ladamus.

LXVIII. De ele- tionibus faciendis.

Sede vacante, Capitulum ſignificabit vobis & veſtris hæredibus obitum de- ceſſoris: deinde convenientes in unum, in- vocata Spiritus ſancti gratia, ſecundum Deum eligent canonicè perſonam idoneam, cui requiſitum a vobis præbere debeatis aſſenſum, & electionem factam non diſſe- rent publicare. Electionem vero factam, & publicatam denuntiabunt vobis, & ve- ſtrum requirent aſſenſum. Sed antequam aſſenſus regius requiratur, non intro- netur electus, nec decantetur laudis ſo- lemnitas, quæ introizationi videtur annexa. Nec, antequam auctoritate Pon- tificali fuerit confirmatus, adminiſtratio- ni ſe ullatenus immiſcebit. Sic enim ho- nori veſtro volumus condeſcendere, ut li- bertatem canonicam obſervemus, nullo prorfus obſtante Reſcripto, quod a Sede Apoſtolica fuerit impetratum. Hæc de electionibus faciendis. Quæ omnia ſeor- ſum, datis litteris Apoſtolicis, idem In- nocentius Papa innotescenda curavit om- nibus Archiepiſcopis, & Epifcopis, at- que univerſo denique inferiori Clero Si- cilie regni. Quas litteras, quod conti- neant illa etiam, quæ in aſſertis ſuperius Capitalaribus ſcripta erant, hic tibi ver- batim curavimus deſcribendas. Sic ſe ha- bent:

LXIX.

Archiepiſcopis, Epifcopis, & aliis Ec- cleſiarum Prælatiſ, & univerſo Clero in Sicilia conſtitutiſ.

Inno- centii Pap. litteræ Apoſt. ad Siciliæ Epifco- pos.

Si chariſſima in Chriſto filia noſtra Conſtantia Imperatrici Regine una cum chariſſimo filio illuſtri Rege Siciliæ in- multis gratiam fecimus ſpeciatem: non eſt ab aliquibus in admiratione ducendam, cum regnum Siciliæ ad jus & proprietatem Eccleſiæ Romanæ pertineat, & in e- jus fidelitate perſiſterit, ac permanſerit unitate. Noſtis enim, qualiter inclyte recordationis Rogerius, Voillelmus, & Voillelmus Siciliæ Reges illuſtres in Apoſtolica devotionis fere ſemper perman- ſerint firmitate; qualiter prædeceſſores noſtros fuerint humiliter venerati; qua- liter etiam in Eccleſiæ Romana poſt Deum ſue

CHRISTI
1097.

URBANI II. PAP.
10.

HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

... sua spei posuerint & gaudia fundamentum, & in eam & per eam se crediderint exaltari. Nostis etiam, qualiter predecessores nostri Romani Pontifices Reges ipsos, ac regnum Siciliae quadam semper prerogativa dilexerint, & ad augmentum ipsius, utpote quod peculiare, sicut est, & proprium reputabant, intenderint & quietem. Quia vero quantumcumque velimus eorum bonori deferre; libertatem canonicam & honestatem Ecclesiasticam intendimus observare. Ne igitur ulla de cetero inter nos, & successores nostros, & praedictam Imperatricem, & ejus filium, Siciliae Regem illustrem, vel heredes eorum super electiones denuo dissensio suscitetur, qua hactenus inter Ecclesiam & regnum rancoris cujusdam & indignationis fomitem ministrabant: modum faciendae in posterum electionis, praesentibus curavimus litteris explicare: in quibus sic regiae serenitati deferimus, ut libertatem Ecclesiasticam non laedamus. Sede vacante Capitulum &c. Prout in superioribus litteris, ad Constantiam & filium datis sunt descripta de electionibus faciendis. Quibus recitatis, vel ex parte, quae ad rem spectarent, sic pergit describere, quae superius nominavit Capitularia.

LXX.

Ideoque universitati vestra per Apostolica scripta mandamus, & districte praecipimus, quatenus cum aliquam Ecclesiarum vestrarum pastore vacare contigerit, secundum praescriptam electionis formam, omni gratia & timore postpositis faciatis, nec contra eam aliqua praesumptionis occasionis venire. Alioquin electione taliter facta, diligenti discussione praebita, dante Domino infermare curabimus, & elegantium transgressionem animadversione debita castigare.

Capitularia contra Monarchiam Siciliae.

Volumus etiam nihilominus, & mandamus, ut de cetero ad Romanam Ecclesiam libere, cum opus fuerit, appellatis, & interpositis ad nos appellationibus, curetis humiliter & devoto deferre.

Nos etiam quoties necessitas postulaverit, Apostolica Sedis Legatos ad vos curabimus destinare, qui quae plantanda sunt plantent, & evellant quae fuerint evellenda: quorum obedientis monitis & praecipis: nullo prorsus in omnibus praescriptis capitulis obstante privilegio, quod a Sede Apostolica fuerat impetratum.

Ut autem quae praescripta sunt, apud vos nulla possint oblivione deleri, mandamus atque praecipimus, quatenus forma litterarum ipsarum ad perpetuam memoriam in majoribus Ecclesiis transscripta serventur. Posthaec in codice ista subduntur:

LXXI.

In eundem modum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus & universo Clero in Apulia constituto. Scri-

ptum est scilicet. Atque hactenus Capitularia, primum (ut audisti) ab Adriano Papa praescripta Willelmo Rogerii filio, deinde ad instar illius concessionis ab Innocentio repetita in investitura facta Constantiae & filio Friderico, quibus quae concessisset Urbanus de non mittendis Legatis, & aliis, audisti sublata.

At ne quis putet, eundem Fridericum adhuc puerum invitum his concessisse puberem vero factum resillisse: hic describendam putamus Auream bullam, quam post annos quatuordecim, nempe Redemptoris millesimo ducentesimo decimotertio dedit, acceptam ipsam ex libro privilegiorum Romanae Ecclesiae, quam etiam scriptam invenimus in alio codice, qui inscribitur liber Censuum, hisce verbis:

In nomine sanctae & individuae Trinitatis Amen. Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex & semper Augustus & Rex Siciliae.

Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum Altissimum, de cujus manu ea quae possidemus, bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hostias operis & devotionis astringimur, quanto ipsum misericordem in nobis & mirabilem experimur. Cognoscetes igitur gratiam, quae data est nobis ab ipso: habentes quoque praeculis immensa & innumera beneficia vestra, domine & reverentissime pater, protector & benefactor noster, domine Innocenti, Dei gratia summe Pontifici venerande, per cuius beneficium, operam, & tutelam aliti sumus, protecti pariter & promoti, postquam in sollicitudinem nostram mater vestra felicitis memoria Constantia Imperatrix & Sicilia Regina ex ipso quasi utero nos jactavit: vobis, beatissime pater: & omnibus successoribus vestris Catholicis, sanctaeque Romanae Ecclesiae specialis matri nostrae omnem obedientiam, honorificentiam, atque reverentiam semper humiliter corde, ac devoto spiritu impendimus, quam predecessores nostri Reges & Imperatores Catholicos vestris antecessoribus impendisse noscuntur: nihil exinde volentes diminui, sed magis augeri, ut major devotio enitescat.

Illam igitur volentes abolere absum, quem quidam predecessorum nostrorum exercuisse dignoscuntur, decretum in electionibus Praelatorum: concedimus, & sancimus, ut electiones Praelatorum libere & canonicè fiant, quatenus ille praeficiatur Ecclesia viduata, quem totum Capitulum, vel major & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil de se ei de canonicis institutis.

Appellationes autem in negotiis & causis Ecclesiasticis ad Sedem Apostolicam libere fiant, earum prosecutionem sive pra-

Bulla aurea Friderici contra monarchiam. LXXII.

LXXIII.

CHRISTI
1097.

URBANI II. PAP.
10.

HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

processum nullus impedire praesumat. Illum quoque dimittimus & resutamus absum, quem in occupandis bonis decedentium Praelatorum, aut etiam Ecclesiarum vacantium nostri consueverant antecessores committere pro motu propriae voluntatis. Omnia nos spiritualia vobis & aliis Ecclesiarum Praelatis relinquinimus libere disponere, ut quae sunt Caesaris Casari, & quae Dei Deo recta distributione reddantur.

Super eradicando autem haeretica praevitatis errorem auxilium dabitur & operam efficacem.

Possessiones etiam, quas Ecclesia Romana recuperavit, ab antecessoribus nostris, seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adjuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adjuvatores: & quaecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ac mora eas restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, quae est a Radicofano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitissa Matildis, Comitatus Bertinorii, Exarchatus Ravenna, Pentapolis, Massa Trebaria cum adjacentibus terris, & omnibus aliis ad Romanam Ecclesiam pertinentibus cum omni jurisdictione, districtu & honore suo.

LXXIV.

* f. feudum

Veruntamen cum ad recipiendum coronam Imperii, vel pro necessitatibus Ecclesiae ab Apostolica Sede vocati venerimus, de mandato summi Pontificis recipimus procurationes sive ** Feudum* ab ipsis. Omnia igitur supradicta, & quaecumque alia pertinent ad Romanam Ecclesiam de voluntate & conscientia, consilio & consensu Principum Imperii libere illi dimittimus, renuntiamus, & restituimus; necnon ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet & efficacius intelligitur concedimus, conferimus, donamus, ut sublata omni contentione & dissensionis materia, firma pax & plena concordia inter Ecclesiam & Imperium, perseverent.

Adjuvatores etiam erimus ad retinendum, & ad defendendum Ecclesiae Romanae regnum Siciliae, cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Pbarum, quam ultra, necnon Corsicam & Sardiniam, ac cetera jura, quae ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius & Catholicus Princeps.

Ut autem haec omnia memorato sanctissimo patri nostro domino Innocentio sacrosanctae Romanae Ecclesiae summo Pontifici, ejusque successoribus per nos & nostros successores Romanorum Reges & Imperatores observentur, firma & inconvulsa semper permanent, praesens privilegium con-

scriptum, majestatis nostrae aurea bulla iussimus communiri. Testes autem sunt hi.

- Sigefridus Moguntinus Archiepiscopus, Sedis Apostolicae Legatus.
- Eberhardus Salisburgensis Archiepiscopus.
- Conradus Ratisponensis Episcopus.
- Otto Vuirzburgensis Episcopus.
- Munegoldus Potaviensis Episcopus.
- Engerardus Zisenstis Episcopus.
- Giadiacus Bohemorum Rex.
- Ludovicus Dux Bavariae.
- Leopoldus Dux Austriae & Stiriae.
- Hermannus Landgravius Turingiae.
- Comes Albertus de Eberstein.
- Comes Adolphus de Sonneberch.
- Comes Burchardus de Mannefaedel.
- Berardus Bers Comes.
- Ludovicus de Vuirtemberg.
- Gebehardus Buslavivius Magdeburgensis.
- Henricus de Stabenuverch.
- Vualterus de Langenberg.
- Henricus de Calandina.
- Marescalcus Imperii Vualterus, & Seps, pincerna Imperii, & alii quamplures.

LXXV.

Signum domini Friderici Secundi Romanorum Regis invictissimi, & Regis Siciliae.

* Loco sigilli.

Ego Conradus Dei gratia & Apostolicae Sedis Metensis & Spirensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius vice domini Sigefridi Moguntini Archiepiscopi, & Apostolicae Sedis Legati, ac totius Germaniae Archicancellarii recognovi.

LXXVI.

Acta sunt haec anno Domini nostri IESU Christi millesimo ducentesimo decimotertio, indictione prima, regnante domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioso, & Rege Siciliae, anno regni ejus Romani primo, regni vero ejus Siciliae decimosexto.

Datum apud Egram per manus Bertholdi de Nise, regalis aulae Protonotarii, quarto Idus Julii.

Rursum vero post annos sex huic per omnia similem Auream bullam dedisse reperitur Honorio Papae Tertio, totidem verbis conceptam, quae in nominatis eodibus extat: in qua post testes descriptos haec leguntur:

Acta sunt haec anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo decimonono, mense Septembris, Indictione octava regnante domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioso, regni ipsius in Germania sexto, & in Sicilia vigesimo secundo feliciter. Amen.

LXXVII. Friderici confirmatio facta Honorio III.

Datum apud Agnov. per manus Henrici regalis aulae Protonotarii, anno, mense & Indictione praescriptis. Idemque in edito, quod promulgandum curavit die, qua ab eodem Honorio coronatus est Imperator, haec primo loco servanda praecipit his verbis.

Nor

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

Nos Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus hac edita-
li lege irritamus, & precipimus irritari
omnia statuta, & consuetudines quæ civi-
tates, vel loca, potestates, Consules,
vel quæcumque alie personæ contra liber-
tatem Ecclesiæ, vel personas Ecclesiasti-
cas edere, vel servare tentaverint adver-
sus canonicas, vel Imperiales sanctiones.
Et ea de Capitularibus suis infra duos
menses post hujusmodi publicationem edi-
cti penitus aboleri &c. Plura alia eodem
edicto sanciens in favorem Ecclesiasticæ
libertatis. Est inter Honorii Papæ epi-
stolas libro quinto epistola quadringen-
tesima octogesimatertia. Hæc quidem Fri-
dericus in destructionem male erectæ a
Rogerio, vel ejus filio Vvillmo cogno-
mento, Malo, Monarchiæ Siciliae.

Verum non tantum hæc in regno Si-
ciliæ, sed quidquid per universam Ita-
liam per dominos & magistratus præsum-
ptum esset contra Ecclesiasticam liberta-
tem, idem Fridericus anno Domini mille-
simo ducentesimo vigesimo abrogandum
curavit, Constitutione hac edita:

LXXVIII. Fridericus Dei gratia Romanorum Rex
semper Augustus, & Rex Siciliae, Pote-
statis, Consulibus ac Comitibus uni-
versorum Comitatum, & Castrorum Ita-
liæ.
Alia
const.
Frid. pro
eccl. li-
bertate.

Cum diva memoria Imperatores Ro-
mani sacrosanctam Ecclesiam multiplici
libertate dotarint: nos disponente Deo,
a quo est omnis potestas, ad fastigium
culminis Imperialis electi, que pie ab illis,
& a sanctissima Sedis Præsulibus pro statu
Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum virorum
sunt edita, conservare volumus inconcussa;
& illis contraria, sicut ad nos spectare di-
gnoscitur, amputare. Cum igitur ad au-
res celsitudinis nostræ pervenerit, non-
nullos vestrum cupidine cæca seductos que-
dam detestanda edidisse statuta, præju-
dicantia Ecclesiasticæ libertati, ac di-
vino & humano juri obstantia: manife-
ste nos ea tanquam de radice pravitate
hereticæ provenientia, auctoritate præ-
sentium cassamus sub pœna mille marca-
rum, districtius inhibentes, ne quis ve-
strum illis de cætero inherere præsumat,
aut eorum prætextu Ecclesias & Eccle-
siasticos viros contra sanctiones canoni-
cas & legitimas molestare. Quinimmo ea
de nostris Capitularibus, seu breviaris
condemnata penitus abolentes, Ecclesias
& Ecclesiasticas personas permittatis in-
dulta sibi libertate gaudere, si vultis pœ-
nam effugere prænotatam, & indignatio-
nem regiam evitare. Datum in castris a-
pud sanctum Leonem, anno Domini mil-
lesimo ducentesimo vigesimo, Indictione
octava, Kalendis Octobris. Hæc in li-
bro collectionis Nicolai de Aragonia,
qui in Vaticana bibliotheca servatur sub
numero CCCCXCVIII,

At dicit aliquis eundem Fridericum LXXIX.
post hæc in acerbissimum tyrannum con-
versum Ecclesiam oppugnasse, hæcque o-
mnia operibus destruxisse. Attamen cer-
tum est, nullius fuisse roboris, quæ si-
bi absque consensu Romanæ Sedis Pon-
tificis tyrannice vendicavit. Cum enim
quid sibi juris Rex arrogat in Ecclesias
non concedente Pontifice, nullatenus id
posse subsistere, & nullius penitus esse
momenti, quis ignorat? Cum alioquin
idem Fridericus conversus in arcum præ-
vum, effectus prævaricator eorum, quæ
tot publicis monumentis sancte pieque
statuerat, primum sub Gregorio Nono,
ut ab excommunicatione absolveretur,
scriptis publicis iteratis omnino corre-
xit. Extant ipsa in Registro ejusdem
Gregorii IX. data anno Domini mille-
simo ducentesimo trigesimo, mense Julii
Indict. tertia, apud sanctum Germanum.
Inde vero eundem iterum rerum Eccle-
siæ statum in Sicilia perturbantem, his
ad eum litteris datis compefcuit idem
Gregorius:

Ascendit ad nos clamor, ululatus & LXXX.
stridor miserabilis, validus & horrendus
Ecclesiarum & clericorum regni Siciliae &
Apuliae, quod in eos ultra quam de fa-
cili exprimi valeat, inique deservens,
ipso affigis cruciatibus infinitis, bona
eorum diripiens & extorquens, in mani-
festam contumeliam Redemptoris, & a-
trocem injuriam Ecclesia generaliter, ut
taceamus Apostolica Sedis contemptum;
in quam cadunt ex hoc opprobria expro-
brantium. Cum igitur hæc nequeamus si-
ne periculo sustinere, qui Christi Vica-
rii licet immeriti constituti pro tuenda
justitia, & defendenda Ecclesiastica li-
bertate tenemur; & volumus impendere
nosmetipsos, ab eo nobis digna vicissitu-
dine rependenda, qui beatificat tribula-
tionem propter justitiam patientes. Impe-
rialem celsitudinem tuam monemus & bor-
tamur attente, quatenus Ecclesiis & per-
sonis Ecclesiasticis ablata restituens in-
tegre universa, ab illorum molestatione
penitus conquiescas, fama tuæ consulens
& saluti. Alioquin ne contra Deum homi-
ni deferamus, super hoc procedemus, dan-
te Domino, sicut fuerit procedendum. Ad
hoc autem dilectos filios B. & R. fratres
minores ad te mittimus, si forsitan sal-
tem sero salubriter monitionibus nostris
aures aperias, quas hactenus nimium in-
consulte clausisti. Datum Reate Non. Maii,
Pontificatus nostri anno secundo.

Fuit autem ex his, & aliis ab eo per- LXXXI.
peram factis idem Fridericus ab eodem
Pontifice excommunicatus, absolutus au-
tem, cum ea omnia emendare promissit,
ultore existente non solum, quæ in Ec-
clesiam & personas, juraque Ecclesiasti-
ca deliquisset; sed & in laicos ipsos,
mi-

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

miserabiles personas, pupillos & viduas,
immo & omnes homines nobiles sive i-
gnobiles perpetrasset: ut apparet ex ca-
pitibus, quæ, ut absolveretur idem Fri-
dericus, est pollicitus observare. Scri-
pta illa anno Domini millesimo ducente-
simo tricesimo, Indictione tertia, men-
se Julii.

Rursus vero longe prolixiori (a) e-
pistola in eum invehitur, cum jura Ec-
clesiæ sibi inique impieque usurpat. Ut
plane intelligas, exhoruisse Romanos
Pontifices, vindicare sibi Reges quæ ef-
fent Ecclesiæ, in eisdemque vigore sa-
cerdotali insurrexisset, pariterque dam-
nasse.

(a) Greg.
IX. anno
Pont. 10.
p. 252.

LXXXII At Fridericus ipse, licet aliquamdiu
aversione contentiosa restiterit monenti
Pontifici, tandem ultimo elogio, testa-
mento condito, nullius decrevit esse mo-
menti, quæcumque contra libertatem Ec-
clesiasticam statuisset. Habentur autem
ejus testamenti præcipua capita recitata
a Mattheo Paris in Annalibus sui tem-
poris, in quibus hæc inter alia: Item
relinquo totam terram Ecclesiæ liberam,
& volo quod jura Ecclesiæ restituantur
&c. Sicque juxta illud (b) propheticum
de inimicis Ecclesiæ: Sanctifica illos in
die occisionis. Hoc impio tyranno ma-
gna Dei misericordia concessum, ut no-
vissimo elogio, quæ pii principis essent,
præfere posset.

(b) Jer.
22.

Monar-
chia Sic-
liæ diffi-
nita.

LXXXIII

(c) Lit. 7.
Poller. c.
29.

Vidisti Lector ex his, omnem illam
molem aeream Monarchiæ penitus cor-
ruisse, quæ non, ut fingunt, conceden-
te Urbano Papa, sed pseudopontifice A-
nacieto, Rogerio, absque fundamento
super arenam, nullo sibi glutino co hæ-
rens, male composita fuit. Cujus hic ex
parte quamdam representamus imagi-
nem.

Reperitur, quod Rogerii hujus primi
Regis temporibus non in Sicilia modo,
sed etiam in Apulia, cæterisque ejus re-
gni provinciis Episcopatus per regios co-
dicillos conferebantur, ut declarat Ro-
berti ejusdem Regis Cancellarii exem-
plum apud Joannem Sarisberiensis (c).
Narrat enim, Robertum hunc Ecclesiam
Avellanam, tunc forte vacantem, tri-
bus diversis, qui oblato pretio eam ex-
petebant, per simulatam speciem addi-
xisse, ac deinde quartum quemdam nec
opinantem, illis rejectis, consecrandum
curasse. Quæ quidem per successores le-
gitimos Romanos Pontifices, præsertim
vero per Innocentium Tertium, cujus
de horum abrogatione extant diplomata
abroganda fuerunt. Sed per Hadrianum
Papam ista postea fuisse sublata, cum con-
cessit investituram Guillelmo Regi Ro-
gerii filio, ita declarat Robertus (d) Ab-
bas in additamento ad Sigebertum his ver-
bis: Cum Papa Hadriano pacem fecit,
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(d) In Ad-
dit. ad
Sigebert.
an. 1157.

concedendo ei consecrationes Episcoporum
regni sui & Ducatus, sicut antiquitus eas
habuit Ecclesia Romana, unde discordia
fuerat inter patrem suum Rogerium & In-
nocentium & Eugenium Romanos Pontifi-
ces. Idem vero Apostolicus concessit ei re-
gnum Siciliae & Ducatum Apuliae & Prin-
cipatum Capuæ. Porro ista cum aliis ab
Antipapa Anacleto fuisse concessa Roge-
rio, quis poterit dubitare, cum aliunde
accepisse, dici non possit, laboranti-
bus in contrarium omnibus antecessoribus
Pontificibus Romanis, & in hoc ipsum
usque ad mortem insistentibus, ut ista
a laicis Principibus male usurpata in pri-
stinum usum atque libertatem Ecclesiasti-
cam revocarent?

Verum liquet tot Romanorum Ponti- LXXXIV.
ficum, potissimum vero Innocentii, im-
mo & contrariis edictis Siciliae Regum;
eamdem jam solo æquatam jacuisse pro-
stratam, immo potius veluti absorptam
terræ chasmate, nullatenus vel in rui-
nis aliqua ejus superfuisse vestigia; sed
& in anathema oblivionis sub dira il-
la maledictionis sententia constitutam;
(e) Maledictus vir coram Domino, qui
suscitaverit & edificaverit civitatem Hier-
icho. Cujus muri in altum erecti, Ar-
ca Domini circumducta, in tonantibus
bis sacerdotalibus, corruerunt. Ubi er-
go quod posuerunt recentiores Siculæ
Monarchiæ fundamentum, Urbani Papæ
diploma? nonne oportuit, si ita fuisset
aliquando, ea tanta totius ejus molis rui-
na, tam Pontificia auctoritate, quam re-
gia potestate remansisse sepultum, tot
contrariis edictis scriptis tum ab ipso Pon-
tifice, tum etiam a dominantibus Prin-
cipibus ipsis adversus omnes quascumque
Ecclesiasticorum jurium oppressiones?
Quid si aliis adhuc pluribus ostendamus,
& Pontificis atque regis publicis docu-
mentis eadem ipsa contra Ecclesiasticam
immunitatem rediviva funesta decreta,
fuisse mox sui ortus principio condem-
nata, penitusque rescissa; ut nihil fue-
rit in Ecclesia adeo vigilantissimo studio
pertractatum, vel propensissima solertia
agitatum, curatumque, quam hoc ipsum
ne quid injuria Principum, præter jus
sæpe cuncta sibi fumentium, adversus
antiquam a Patribus acceptam, legibus
custoditam Ecclesiasticam libertatem e-
mergeret?

Quod igitur rem semel aggressi, ingre- LXXXV.
sque latissimum campum, qui finibus suis
tempora nostra pertingat, quibus sæpe
dejecta, penitusque disjecta ejusmodi
Monarchia, auctoritate prætensa ejusdem
Urbani Papæ diplomatis revocatur in
usum: eo usque progredi, licet inviti
compellimur; ita tamen, ut compendia-
ria via prolixum nimis conficiamus iter,
per quod sumus majori otio, longiori mo-
I ra,

CHRISTI
1097.

URBANI II. PAP.
10.

HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

ra, commodioribus, mansionibus, ipsa
scriptione Annalium annos singulos sin-
gulis stationibus metientes iterum transi-
turi. Attingemus enim tantum ea, &
quam brevissime possumus, quæ ad in-
stitutum semel susceptum spectare noscun-
tur, nimirum quoties istiusmodi perosam
Monarchiam restituere sint aggressi Si-
ciliæ Reges, eamque disjecerint sacris
legibus Romani Pontifices, ac Reges
ipsi, dum singulis concessis investituris,
voluerunt in omnibus esse consultum Ec-
clesiasticæ immunitati, inferemusque ip-
sum rerum usum: quibus perspicua luce
perspectis, Lector cuncta quæ ad hæc
spectant, habeat explorata.

LXXXVI.
Stadium
Roman.
Pont. in
confer-
vandis
eccl. juri-
bus.

Primum vero summam illud scien-
dum, omnes Romanos Pontifices, usque
ad tempora Caroli Quinti, investuras
conferuisse conferre, tam Siciliæ re-
gni positi ultra Pharam, quam etiam Si-
ciliæ (sic eam libuit appellare) citra
Pharam, sæpe conjunctæ, aliquando ve-
ro distinctæ ab invicem. In omnibus ve-
ro investituris istis magna consideratio-
ne consultum in primis Ecclesiasticæ im-
munitati, quibusdam semper præscriptis
capitibus ad ista spectantibus, iisdemque
per Reges accipientes eisdem investitu-
ras subscriptis, atque juramento firmatis:
quorum omnium gestorum adhuc integra
apud nos extant vetera monumenta, ead-
emque omni fide probata. Ut plane in
singulis ipsorum appareat, nihil magis
omnes Romanos cavisse Pontifices, quam
ut in omnibus factam testam inviolatam-
que libertatem Ecclesiasticam conserva-
rent; ea enim polliceri reventibus, de-
negasse, vel pollicita præstare detrectan-
tes, censuris Ecclesiasticis exagitate.
Sed cum omnes impense adeo in his per-
severarint: admiratione quidem haud
mediocri dignum videri potest, unde
emerferit, ut falce Apostolica succisi
radicitus Monarchiæ infelices palmites,
iisdem sæpe densiori atque altiori germi-
ne pullulaverint, & excreverint; & quæ
Christi damnata sententia infructuosa ar-
bor aruerit, rursus majori bonorum fru-
ctuum sterilitate, & malorum fertilitate
viruerit, jam ab Ecclesiæ terra, quam
male occupat, penitus evellenda.

LXXXVII

Ita vero causam roganti: Unde in be-
ne fato atque culto agro zizania? nihil
proprius respondendum quam illud Evan-
gel. patris familias, dicentis: (a) Inimicus
homo hoc fecit. Sed non cum dormirent
homines, tantum scelus præsumptum;
immo ipsis vigilantibus, reclamantibus
etiam, & exclamantibus, damnantibus pa-
xiter, atque auctoritate Apostolica, quan-
tum licuit tyrannos istos, Fridericum,
Conradum, atque Manfredum, cum id
violenter agerent, cohibentibus. Præva-
luit tamen ad tempus vis tyrannica, graf-

(a) Mat.
23.

ratio violenta, Principum latrocinium, A Tiran-
nis tyran-
nice se-
cundo re-
stituta
monar-
chia.
Sic dixerim, secundum Justini martyris
sententiam ad Antoninum Pium scriben-
tis, atque libere profitentis: *Tantum
valent Principes, opinionem veritati præ-
ferentes, quantum prædones, in solitudi-
ne.* Dum sicut isti, ita illi grassantur,
sed majori ista potentia, minori tamen
verecundia, cum quod nefas est, id jure
factum velint; & quod per vim tyran-
nicam imperant; & extorquent, hoc ve-
luti ratione summa sancitum jubeant, pa-
riter ut sacrosanctum ab omnibus custo-
diri, atque transmitti curent ad posteros.
Ita plane accidit, ut cum Monarchia il-
la pristina excisa penitus atque extincta
fuerit Romanæ Ecclesiæ juribus; rursus
tyrannorum Principum viribus sit ne-
farius restituta, sed Romanis semper Pon-
tificibus obnitentibus, atque fortissime re-
sistentibus.

LXXXVIII.

Fuerunt primi, qui ista tentarunt, post
Rogerii Regis & ejus filii Willelmi au-
sus temerarios condemnatos atque rescis-
sos, Fridericus Imperator, idemque ma-
xime impius, & infestissimus omnium
Romanæ Ecclesiæ persecutor, itemque
patri filius non dissimilis Conradus, at-
que Manfredus frater, qui eisdem su-
peravit impietate. Hi tres in primis ju-
rato bello adversus Romanos Pontifices,
in servitutem deduxerunt Ecclesias omnes,
& cum Ecclesiis etiam viros Ecclesiasti-
cos summa tyrannide compresserunt, cum
Pharaone dicente superbo factu: (b) *Ne-
seio Dominum, & Israel non dimittam.*
Hi tres igitur everte penitus Siculæ Mo-
narchiæ restitutores fuere, atque propa-
gatores amplissimi; quos tandem ab
ipsis Romanis Pontificibus condemnatos
atque magno prodigio, Dei dira vindi-
cta sublatis, erubescant, atque simul
horrescant imitari Principes orthodoxi.
Imitantur plane atque sectantur, qui iis-
dem quibus illi legibus Siculam revocant
atque renovant Monarchiam. Ad quam
evertendam ab his temporibus quotquot
fuere Romani Pontifices, ad quos per-
tinuit investuras conferre Siciliæ Regi-
bus, omnes uno consensu, sicut uno spi-
ritu laborarunt, ut inter alias expres-
sas condiciones præscriptas ipsis servan-
das illæ essent potissimæ, quibus abro-
garent, quascumque ab his sancitas leges
adversus Ecclesiasticam libertatem.
Hæc ut ostendamus, agendum de singulis.

LXXXIX.

Atque primum quod spectat ad tres hos
tyrannos, Fridericum, Conradum, atque
Manfredum, ob violata jura Ecclesiasti-
ca Fridericus a Gregorio Nono primum
excommunicatus fuit, deinde in Conci-
lio Lugdunensi ab Innocentio Quarto Re-
gno simul & Imperio spoliatus est. In-
ter alias vero causas ejus abdicacionis
hæc allata est, quod electiones sacrorum
An-

CHRISTI
1097.

URBANI II. PAP.
10.

HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

Antistitum in Sicilia, atque in Imperio
turbasset, Ecclesiasticosque coram laicis
conveniri permisisset. Hujus exemplum
fecuti Conradus atque Manfredus non le-
gitimi Reges, sed tyranni, quippe qui
Siciliam absque investitura accepta, invi-
tis Pontificibus occupassent, cum multa
contra Sedis Apostolicæ auctoritatem &
jurisdictionem impiis legibus suis sancire
conati essent: successores Pontifices ip-
sis damnatis in singulis ab eis traditis in-
vestituris, de abrogandis iisdem legibus
ab ipsis promulgatis egerunt, hoc adjecto
ab Alexandro Papa Quarto magni consi-
deratione: ut quoniam invadendæ Ec-
clesiasticæ libertatis in Friderico occasio fue-
rat auctum Imperio regnum Siciliæ, quo
munitus despexit parere Pontifici: non li-
ceret in posterum ulla penitus ratione
jungi regnum Siciliæ cum Imperio. Quæ
quidem tunc præscripta conditio, consue-
vit in omnibus postea concessis Siciliæ
Regibus a successoribus Romanis Pon-
tificibus investituris addi, atque verbis
totidem innovari. Sicque procul abfuit,
ut ex Ecclesiæ juribus passi sint Monar-
chiam Siciliæ innovari, qui & additamen-
to secularis potentiae eam consilari peni-
tus vetuere: tantum abest, ut ex spiri-
tualibus eam augeri voluerint. Sed de
ipsis agamus investituris.

XC.

Vivente adhuc Manfredi tyranno Sici-
liæ, dum primo Innocentius Papa Quar-
tus, & post eum Alexander Papa item
Quartus, anno Redemptoris millesimo
ducentesimo quinquagesimo quinto, Indi-
ctione decimatercia, die sexta Novem-
bris investirent de regno Siciliæ Eadmun-
dum filium Henrici Regis Anglorum, in-
ter alias pro libertate Ecclesiæ in Sici-
lia restituenda, conditiones servandas
proposuere, quæ in bulla aurea ita le-
guntur expressæ:

XCI.
Omne
privile-
gium su-
blatum
contra
eccl. li-
bertatem.

Omnes quoque Ecclesiæ de regno &
terra prædicti, tam Cathedralis, quam
alia Regularis & secularis, nec non &
universæ Ecclesiasticæ personæ illis liber-
tatis, & immunitatis omnino gaude-
bunt, quæ ipsis competunt secundum ca-
nonicas sanctiones. Itaque circa easdem
Ecclesiis, & personis, tam in faciendis
provisionibus & electionibus confirmandis,
quam in omnibus aliis Romanus Ponti-
fex, & Romana Ecclesiæ, jurisdictionem,
& auctoritatem omnimodam libere exerce-
bunt, salvo debito Regi, & suis here-
ditibus jure patronatus, si quod Reges Si-
ciliæ, seu ejusdem regni, & terre domi-
ni habent in aliqua, vel aliquibus Ec-
clesiarum ipsarum consueverunt habere;
in tantum tamen, in quantum Ecclesiæ
patronis canonica instituta concedunt.
Hæc in aurea bulla investituræ. Extat
apud nos una cum aliis ad hæc spectan-
tibus documentis five ex Vaticana biblio-
theca, Ann. Eccl. Tom. 2. V. III.

theca, five ex archivo munitionis fan-
cti Angeli, five ex Registris Camera
Apostolicæ, aut aliunde petitis. Ex qui-
bus vides solo æquari tures illas exal-
tatas a tyrannis illis super omnem Ec-
clesiasticam libertatem, cum nullum re-
linquitur contra eam Regibus privilegium;
dum tam res omnes, quam personas Ec-
clesiasticas in libertatem illam vendica-
tas voluit, quæ sacris legibus debetur ip-
sis; nec in jure patronatus Regibus tri-
butum aliquid amplius, quam ceteri om-
nes patroni jure debitum possidere so-
lerent.

XCII.
Transla-
tum re-
gnum in
Andega-
vos.

Cum autem dicta investitura facta An-
glorum Regi, ipso non curante, effectu
caruit, & Carolus Andegavensis Comes,
sancti Ludovici Regis Francorum frater
investituram a Clemente Papa Quarto
accepit: occiso in bello Manfredi Sici-
liæ regni invasore, liberiori dispositione
idem Siciliæ regnum ad jura Romanæ Ec-
clesiæ reversum est. Sicque post hæc am-
pliori forma in ipsis investituris per Se-
dem Apostolicam factis libertas Ec-
clesiastica est declarata, atque munita, cum
prohibitione semper, ac detestatione le-
gum dictorum Principum tyrannorum,
quæ fuerant ab eis promulgatæ pro Mo-
narchia contra Ecclesiasticam libertatem.
Nam audi quæ in aurea bulla continen-
tur Caroli Andegavensis Siciliæ Regis,
qui auctoritate Apostolica ibi regnavit.
Ipse enim, cum regni investituram acce-
pisset a Clemente Papa Quarto, anno
Domini millesimo ducentesimo sexagesi-
mo quinto, Indictione septima, hæc in-
ter alia se fore servaturum promisit,
quæ his ipsis verbis in eodem diplomate
scripta leguntur:

XCIII.
Bulla Ca-
roli Regis
ad Clem.
PP. IV.
destruitur
Monar-
chia Si-
cil.

Omnes insuper Ecclesiæ, tam cathedra-
les, quam alia regulares, &culares, ac
necnon & omnes Prælati, & clerici, ac
omnes personæ Ecclesiasticæ, regulares,
& religiosæ, ac quæcumque religionis loca
cum omnibus bonis suis in electionibus, po-
stulationibus, nominationibus, provisio-
nibus, & omnibus aliis plena libertate
gaudebunt. Nec ante electionem, five in
electione, five post, regis assensus, vel
consilium aliquod requiretur. Quam uti-
que libertatem promitto ego, & mei in
regno heredes semper manutenebimus, &
conservabimus, & manuteneri, & conser-
vari faciemus ab omnibus subditis nostris;
& quod dicta Ecclesiæ atque personæ uti
possint libere omnibus bonis, & juribus
suis, salvo mihi, meisque in regno ha-
reditibus jure patronatus in Ecclesiis, in
tantum, quantum in hac parte patronis
Ecclesiarum canonica instituta concedunt,
ubi antiqui Reges Siciliæ hujusmodi jus
patronatus in ipsis Ecclesiis habuerunt.

XCIV.

Omnes etiam causæ ad Forum Ecclesiasti-
cum pertinentes, libere, & absque ul-

lo impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram Ordinariis, & aliis Ecclesiasticis iudicibus, & terminabuntur per eos. Et si ad Sedem Apostolicam super huiusmodi causis appellari contigerit: tam appellantes, quam appellati ad eam venire Sedem pro appellationum prosecutionibus libere, & absque inhibitione aliqua permittantur. Et promitto tam me, quam heredes meos facturos, curaturos, & permitturos, quod sic agitari, tractari, & ventilari, ac terminari possint, & sic quod possit appellari, & libere venire Romam.

XCIV. Sacramenta vero fidelitatis præstabuntur secundum antiquam & rationabilem consuetudinem, prout canonica instituta permittunt, ab illis Ecclesiarum Prælatibus, quorum prædecessores antiqui illa Sicilia Regibus præstiterunt. Ab illis autem Prælatibus, & Ecclesiis, qui regalia, sive temporalia bona tenent, si qui tamen sunt, qui huiusmodi bona teneant a domino regni, & aliis dominis temporalibus, & qui ratione huiusmodi bonorum ab antiquo consueverunt Regibus, & ipsi dominis temporalibus servitia exhibere, ejusmodi honesta & antiqua servitia eis secundum rationabilem & antiquam consuetudinem, prout statuta patiuntur canonica, impendantur, salva semper circa Ecclesias cathedrales, & alius regularis, ac personas, ac loca Ecclesiastica tam in faciendis provisionibus, & electionibus confirmandis, quam in aliis quibuscumque, Romani Pontificis, & Ecclesie Romanæ jurisdictione, ac auctoritate plenaria, & libera potestate.

XCVI. Revocabo quoque omnes Constitutiones, seu leges, per prædictum Fridericum, vel per Reges Siciliae, sive per Conradum ipsius Friderici filium, aut Manfredum, quondam Principem Tarentinum, qui de facto regnum ipsum detinuit occupatum, editas contra Ecclesiasticam libertatem. Nec statuta, vel Constitutiones aliquas edam, aut etiam promulgabo, per quæ juri, vel libertati Ecclesiastica derogetur. Quænam autem fuerint Friderici ejusmodi Constitutiones contra Ecclesiasticam libertatem, possumus intelligere ex bulla anathematis, qua Innocentius Quartus in Concilio Lugdunensi excommunicavit eundem Fridericum Imperatorem, ex his scilicet causis, quod in regno Siciliae Prælatorum electiones perturbabat, tributa, quæ talliam vocant, eis solvenda præscribebat; quodque clericos coram iudice seculari conveniri permittebat &c. Pergit vero:

CXVII. Promitto etiam, quod tam ego, quam mei heredes non patiemur, quod aliquis clericus, vel persona Ecclesiastica eorundem regni & terræ, in civili, vel criminali causa conveniatur coram iudice se-

culari, nisi super feudis iudicio petitorio conveniatur civiliter: ita quod omnes Ecclesie, ac personæ Ecclesiasticæ omnimodo erant liberae, & etiam in nullo Regi, vel Principi subiacerent.

Et quod nullas tallias, vel collectas imponemus Ecclesiis, monasteriis, clericis, & viris Ecclesiasticis, vel rebus eorum, & quod in Ecclesiis vacantibus nos, vel nostri in regno meo heredes nulla habebimus regalia, nullosque fructus, redditus, & proventus, nullas etiam obventiones, ac nulla prorsus alia percipiemus ex iisdem, custodia eorundem Ecclesiarum interim libera remanente penes personas Ecclesiasticas, juxta canonicas sanctiones &c. Plura alia addit facienda in favorem Romanæ Ecclesie, a qua regnum acceperat. Repetite sunt autem hæc in diplomate investituræ, factæ eidem Carolo ab eodem Clemente Pontifice, cuius est exordium: Constituti ab eo, per quem Reges regnant &c. In fine autem ipsius ista: Actum apud Lateranum in basilica sancti Salvatoris, qua appellatur Constantiniana, ante sanctissimum altare ipsius basilicæ quarto Kalendas Julii, anno Domini MCCLXV. Pontificatus Clementis Quarti anno primo.

Tenuit Carolus regnum Siciliae ultra Pharam usque ad annum Redemptoris millesimum ducentessimum octogesimum secundum, quo cæsis Francis, eam occupavit Rex Aragonum Petrus, de quo inferius dicturi sumus: modo coeptam semel Andegavorum successionem suo ordine prosequemur, qui singulas a successoribus Romanis Pontificibus de utraque Sicilia investituras sunt consecuti iisdem conditionibus, quibus a Clemente Quarto Carolus Primus acceperat, licet ipsa possessores tantum essent Siciliae citra Pharam.

Carolo Primo successit anno salutis millesimo ducentesimo octogesimonono, decimoquarto Kal. Julii, Carolus Secundus Rex Siciliae, exhibens juramentum fidelitatis Nicolao Papæ Quarto. Idemque inter alia, quæ brevitatis causa recensere omittimus, eadem servanda promisit, quæ pollicitus fuerat Rex Carolus prædecessor Clementi Papæ Quarto, iisdem capitibus, totidem verbis superius recitatis, atque ex eadem bulla descriptis, cum abrogatione omnium legum trium tyrannorum, contra libertatem Ecclesiasticam sancitarum: quæ omnia repetita habentur atque descripta in bulla ejusdem Nicolai Papæ. In fine autem ipsius Caroli promissionis ista de ejus tempore scripta leguntur: Actum Reate in majori palatio juxta cathedralem Ecclesiam Reatinam decimoquarto Kal. Julii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimonono, Indictione secunda, regni Sicilia anno quarto.

Carolus II. profigitor Monarchiæ.

XCIX. Anno vero millesimo ducentesimo nonagesimoquinto idem Carolus investituram accipiens a Bonifacio Papa Octavo, die decima septima mensis Februarii, Indictionis octavæ, anno undecimo regni ejus, parem in omnibus eidem bullam auream fecit, in qua per singula quæque verba, in iis, quæ spectant ad libertatem Ecclesiasticam factam testam in omnibus custoditam, eadem quæ superius sunt recitata in diplomate Clementis Papæ Quarti, & aurea bulla Caroli Regis, sunt repetita; itidemque abrogatio legum tyrannorum, contra Ecclesiasticam libertatem sancitarum, æque descripta totidem syllabis reperitur. Quibus plane omnibus omnes Monarchiæ nervi succissi penitus sunt, ut stare nullatenus possit. Extat ipsam diploma in iisdem tribus codicibus superius nominatis, quod qui voluerit, inspicere poterit.

C. Nepos vero Caroli Robertus Rex utriusque Siciliae regni investituram accepit a Clemente Papa Quinto, salutis anno millesimo trecentesimo nono, Indictione septima, die vigesimo sexto mensis Augusti, primo ipsius regni anno, ut in ejus aurea bulla signatur, eademque promissiones præstitit pro conservandis libere juribus Ecclesiasticis, ita ut ex Clementis Quarti investitura per apices singulos esse descriptæ apparent, cum eadem detestatione legum trium tyrannorum contra Ecclesiasticam libertatem in Sicilia editarum, ita ut sic per suos intonante desuper Sancto de coelo: (a) Succidite arborem. Una omnium tam Romanorum Pontificum, quam Regum Siciliae, eademque fuisse conspiratio videatur destruentæ male plantatæ ab initio Monarchiæ. Extat ipsa bulla aurea in iisdem citatis superius libris.

(a) Dan. Rursus vero idem Robertus Siciliae Rex cum præstitisset juramentum fidelitatis Benedicto Duodecimo Romano Pontifici, bullam auream pariter scribendam curavit de his, quæ ab eo observanda essent, cuius exordium tempus ita exacte describitur, scilicet: Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimoquinto, Indictione tertia, die vigesima quinta mensis Junii, Pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Benedicti, divina providentia Papæ Duodecimi anno primo &c. Ubi inferius inter alias obligationes quas a se fore servandas expressit, de libertate Ecclesiastica, in regno Siciliae jugiter retinenda, eadem totidem verbis sunt expressa, quæ in regio diplomate avi sui Caroli Regis sunt superius recitata; specialisque pariter facta habetur abrogatio legum tyrannorum illorum Friderici, Conradi, atque Manfredi, qua videri possit convulsa penitus Monarchia.

CII. Quæ huic successit Joanna, anno Re-

demptoris millesimo trecentesimo quadragesimoquarto, a Clemente Papa Sexto investituram accepit de utraque Sicilia iisdem prorsus conditionibus de libertate Ecclesiastica conservanda, quibus Carolus Primus atque alii successores superius nominati a Romanis Pontificibus trecentesimo septuagesimosecundo, novo Pontifici Gregorio Undecimo fidelitatis juramentum exhibens, omnia quæ supra, servare promisit, quæ tum ipsa, tum prædecessores promiserant de Ecclesiastica immunitate tuenda. Hæc Avenione anno secundo Pontificatus ejus, die quarta Januarii. Extant de his tunc scripta diplomata. Hi omnes igitur Andegavi Caroli Primi successores investituras iisdem supra narratis conditionibus pro Ecclesiastica libertate præscriptis a dictis Romanis Pontificibus accepere de utraque Sicilia, quamvis Siciliam ultra Pharam minime possiderent, quam occuparant Aragonenses, Petrus Primus, & successores.

Ita quidem Romani Pontifices, cum Petrus & successores non peterent (ut par erat) ab Ecclesia Romana investituras, damnatis illis, ut iniustis occupatoribus, jura ut sibi illæsa servarent, quæ a tempore Roberti Guiscardii Sedes Apostolica possidisset: perseverarunt de eodem regno ultra Pharam, ut prius, conferre petentibus Regibus Andegavensibus more solito investituras, iisdem, ut dictum est, conditionibus, quibus a tribus tyrannis Monarchia restituta atque collata restitui ultra non posset: quæ tamen ab Aragonensibus in Sicilia ultra Pharam regnantibus interea pararetur tyrannica potestate, ita dixerim, prout contra eos lata sæpe sententia a Romanis Pontificibus atque Conciliis comprobavit, scriptis de his publicis monumentis, quæ extant adhuc.

Petrus enim Aragonum Rex, qui cæsis Francis Siciliam insulam occupavit, cum antiqua jura hætenus possessa ab Ecclesia Romana super ipso regno recognoscere nollet, nec ab ea vellet investituram accipere, ipsique censum pendere, juramentum fidelitatis præstare, & homagium exhibere, a Martino Papa Quarto excommunicatur, ipsumque regnum interdicto subiicitur. Extant de his litteræ Apostolicæ apud Eberardum in Chronico. Duxerat hic Constantiam filiam Manfredi nothi filii Friderici in matrimonio, quo putavit conjugio ad se jure regnum Siciliae pertinere. At quid? Non enim propterea solutus, qui non accipere deberet investituram ab Apostolica Sede: nam & Guillelmus quantumlibet Malus, accepit eam ab Hadriano, ipsaque Constantia major Friderici mater, ipseque Fridericus, ac denique præter tyrann-

CIII.

CIV.

Reges Aragonum. Monarchiæ siculæ restitutores.

CV.

rannum Manfredum investituram omnes acceperunt.

Quantum autem fuerit iste a prædecessorum pietate degener, & ingratus in Apostolicam Sedem, ex eo poteris intelligere, quod ipse feudatarius antea esset Romanæ Ecclesiæ ratione regni Aragonum, regiumque titulum regni ejus beneficio Sedis Apostolicæ possideret, cum avus ejus pater Jacobi, cujus filius erat, itidem Petrus dictus, Aragonum Rex regnum Romanæ Ecclesiæ obtulisset. Quod apparet ex ejusdem primi Aragonum Regis diplomate, quod hic tibi (quod per breve fit) describendum curavimus. Sic se habet:

CVI.

Tum corde credam & ore confitear, quod Romanus Pontifex, qui est beati Petri successor, Vicarius sit illius, per quem Reges regnant & Principes principantur, qui dominatur in regno hominum, & cui vult, dat illud. Ego Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barcinonensis, & dominus Montispessulani, cupiens principali post Deum beati Petri & Apostolicæ Sedis protectione muniri: Tibi, reverentissime pater & domine summe Pontifex Innocenti, & per te sacrosanctæ Romanæ Apostolicæ Sedi offero regnum meum, illudque tibi & successoribus tuis in perpetuum divini amoris intuitu, & pro remedio anime meæ & progenitorum meorum consilio censuale, ut annuatim de Camera Regis ducenta quinquaginta massenutina Apostolicæ Sedi reddantur, & ego & successores mei specialiter ei fideles, & obnoxii & neamur. Hoc autem lege perpetua servandum fore decerno; quia spero firmiter & confido, quod tu & successores tui, me ac successores meos, & regnum prædictum Apostolica auctoritate defendetis: præsertim cum ex multo devotionis affectu me ad Sedem Apostolicam accedentem tuis, quasi beati Petri manibus, in Regem solemniter coronandum voluisti. Ut autem hæc regalis concessio inviolabilem obtineat firmitatem: de consilio procerum Curie meæ, præsentem venerabili patre meo Arrelatensi Archiepiscopo, & Sancio patruo meo, & Hugone de Baucio, & Arnaldo de Fociano Baronibus meis, sigilli mei feci munimine roborari. Actum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimoquarto, quarto Idus Novembris, anno regni mei octavo. Fuit idem annus Innocentii Papæ Tertii scriptus. Bernardus ejus temporis scriptor in Chronico, dum de his agit, elucida summam polliciti census, nempe fuisse ducentas quinquaginta uncias auri. Extat in codice privilegiorum Romanæ Ecclesiæ.

CVII.

Qui igitur feudatarius Romanæ Ecclesiæ erat, atque juramentum fidelitatis præ-

stiterat eidem, invadens regnum Siciliae feudatarium Romanæ Ecclesiæ, adversus eam rebellis extitit, & contumax adversarius, rursus erigens Monarchatum: quam ob causam (ut audisti) sententia excommunicationis affectus, in ea dum vixit perseveravit impoenitens, regnum relinquens Jacobo filio anno millesimo ducentesimo octogesimoquarto, qui eadem cum patre est sententia condemnatus, ipso regno per annos septuaginta (ut Gregorius Undecimus Papa testatur) interdicti poenam subeunte. Dixerisne tu Lector, si bona fide rem agis, eos omnes, qui eo temporis spacio Reges Aragonum in Sicilia, qui invita contradicente atque irrogante poena Sede Apostolica, regnare, legitimos fuisse Reges, an potius jure censueris nominandos fuisse tyrannos? Dixerisne, si æquitatis es arbiter, ipsos Romanos Pontifices eodem tempore consulentes Romanæ Ecclesiæ juribus in Sicilia colabantibus, non legitime investisse de eodem Siciliae regno a tyrannis eo modo occupato atque detento Andegavenses, quousque Aragonenses in ea contumacia perstitere, & pulsando osium Romanæ Ecclesiæ, ea aperiente ingredienti, legitimi facti sunt regni Siciliae possessores.

Qui primi osium pulsavere fuere duo Friderici, Secundus & Tertius dicti, iidem Siciliae Reges, quorum prior fuit Petri filius, qui post Jacobum fratrem regnavit; posterior vero idemque Sextus numeratur Aragonensium Siciliae Rex Friderici prioris nepos, filius vero Petri Secundi. Senior Fridericus inita concordia cum Andegavensibus Carolo Secundo & Roberto nepote Siciliae Regibus legitimis, qui investituram acceperant a Romano Pontifice, junctoque foedere nuptiarum, inter eos cum Elionora Caroli filiam in conjugem accepisset, sic pactus est cum illis, ut ipse dum viveret Fridericus, dominus Siciliae ultra Pharam esset, ita tamen, ut non Siciliae, sed Rex Trinacriæ diceretur, & post ejus obitum regnum illud rediret ad Carolum sive hæredesejus: recognosceret vero Romanam Ecclesiam ejusdem Trinacriæ regni dominam, cui census more majorum persolveret & præscriptas conditiones imple-ret, & inter alias eas, quæ libertatem & immunitatem Ecclesiasticam in omnibus in statum pristinum revocarent, atque plenissime restituerent. Extat de his Bonifacii Papæ VIII. diploma, quod incipit: *Rex pacificus, cujus locus factus est in pace &c.* Et paulo post hæc de Aragonensibus, qui regnum Siciliae occupassent, & hætenus tyrannice possidissent: *Sane post commotionis amara dissidium, & protervæ rebellionis insulsum*

Petrus Aragoniæ Romanæ rebellis eccles.

CVIII. Fridericus II. Aragon. primus recognovit Dominium Apoll. sedi.

CIX.

in insula Sicilia ex favore reprobae præsumptionis exortam, ac subsequatam invasionem & occupationem ipsius, per Petrum olim Regem Aragonum attentatas, ejusque posteros cum accessione vitii continuatas, in culpam rebellionis ex eodem & invasionis excessu, & illicita continuatione protracta, prout sana judicia supponunt, &c. Datum habetur Anagninæ duodecimo Kalendas Junii, anno nono ejus Pontificatus, qui est Redemptoris millesimus trecentessimussecundus. Sic igitur Monarchia per Petrum restituta, ejusque filium primogenitum Jacobum, successorem propagata, demum per Fridericum ejus filium, hujus fratrem est penitus fracta, libertas vero Ecclesiæ revocata, cum se dictis conditionibus obligavit, quibus Romanam Ecclesiam, cui eo nomine census solveret, dominam recognosceret, eamque potiri juribus omnibus immunitatis in Sicilia, ut prius ex præscripto sacrorum canonum possedisset, promissit, atque juramento firmavit. Quæ hæc omnia ad tempus vite suæ servanda a Friderico II. promissa, Fridericus III. cumulatius præstitit, dum se suosque in perpetuum successores, ad ea cuncta implenda, quæ innovatam violentam Monarchiam destruerent, voluit quam firmissime obligasse.

Monarchia renovata iterum recisa.

CX.

Iterum monarchia instaurata.

Porro Fridericus Secundus bellum cum Roberto aggressit anno Redemptoris millesimo trecentesimo decimotertio, quod & prosecutus est Petrus Secundus & Ludovicus, per quos increbrescentibus præliis religio ubique coli neglecta est, & Monarchiæ aconitum in necem miserorum hominum Ecclesiæ perduellium crevit. Tandem vero cum post diuturnas bella, quæ per septuaginta, eoque plures annos inter Andegavenses legitimos Siciliae Reges, & Aragonios, Petri Regis, qui Insulam adversus Carolum Primum occuparat, successores gesta fuerant, pax & concordia a Joanna Regina, Caroli abnepte, cum Friderico Tertio, Petri ejusdem pronepote, his conditionibus inita fuisset, ut Fridericus ejusque hæredes Siciliae Insulam, seu regnum Trinacriæ (sic enim nuncupari placuerat) possiderent, ita tamen, ut eam a Regina ejusque posteris se tenere agnoscerent, ac pro ea fidelitatem & homagium illis jurarent, & quotannis in festo Apostolorum Petri & Pauli Regiæ ejusque successoribus auri unciarum tria millia Neapoli persolverent; quæ congruentem Insulæ partem consuebant octo millium, quæ a Siciliae Regibus, totius regni nomine quotannis Sedi Apostolicæ debebantur: cum his, inquam, aliisque de mutua inter utrosque confederatione & auxilio legibus, sub Pontificis Ecclesiæque Romanæ, ad quam directum ejus regni

dominium spectabant, beneplacito & assensu convenissent; Gregorius Undecimus, qui Ecclesiam tum regebat, etsi animadverterebat divisionem hanc regni a Clementis Quarti constitutione, qui in Caroli Primi investitura Siciliam a terra, quæ est citra Pharam, sejungi veterat, alienam esse; permotus tamen tot stragium & deprædationum, quæ ex bellis prodierant, consideratione; & quod propter interdictum, cui Sicilia per multos annos subjacuerat, divini cultus ratio, populique pietas usque adeo decreverant, ut periclitari in ea Fides Catholica videretur; exemplo Bonifacii, de quo dictum, relaxandam hac ex parte prædictam constitutionem (quam in cæteris, quæ hujus concordie articulis non continerentur, integram atque intactam manere jubebat) quoad regni partes iterum aliquando coalescerent, conventionisque inter Joannam & Fridericum tabulas approbandas censuit: nonnullis tamen adjectis & explicatis, quæ desiderari judicaret, ac tribus maxime capitulis, quæ ut in omnibus olim Regum Siciliae investituris proponi consueverant, ita in posterum a Regibus Trinacriæ pari studio servari oporteret.

CXI.

Primum quidem ad homagium, sacramentumque fidelitatis pertinebat, quod Romano Pontifici præstaret, suisque temporibus renovare, ac regis quoque litteris testari jubebantur. Deinde ad successores, ut descendentes dumtaxat a Friderico, sique legitimi in Trinacriæ regno succederent. His autem deficientibus, regnum ad Joannæ hæredes si qui essent, aut his quoque sublati, ad Romanam Ecclesiam devolveretur.

CVII. Conditio- nes præscriptæ Frider. III. & succ.

Alterum ad Ecclesiasticorum jura, eorumque conservationem; de bonis scilicet ipsorum restituendis, omnibusque privilegiis a jure concessis conservandis: De tuendo electionum & nominationum jure ac libertate, sine ulla regii consensus necessitate: De causis clericorum per Ordinarios aut Pontificis delegatos terminandis; appellationibusque ad Sedem Apostolicam non inhibendis: De revocandis statutis & legibus, si quæ a Friderico ipso, prædecessoribusque editæ essent contra Ecclesiasticam libertatem; aliisque in posterum non sancien-dis.

CVIII.

Tertium, ne regnum Trinacriæ cum Imperio Romano, vel regno Teutoniæ, seu dominio Longobardiæ, vel Tusciæ sine expressa Pontificis voluntate conjungi umquam posset: si secus fieret, regno exciderent Reges, & ad Ecclesiam Romanam devolurum censeretur.

His ergo adjectis conditionibus Gregorius, cum Joannæ & Friderici Concordiæ capitula apud Villam novam Aven-

nen-

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

nenfis diœcesis oppidum vi. Kalendas Septembris Pontificatus sui anno secundo confirmasset: Joanna eadem omnia postmodum cum Friderici Legatis, Regis sui nomine acceptantibus coram Joanne Episcopo Sarlatensi, Sedis Apostolicæ Nuntio, in eam rem delegato, ratificavit Averſæ die ultima mensis Martii decimæ Indictionis, anno Domini MCLXXXIII. Deinde Fridericus ipse in eisdem Episcopi manibus homagium pro Trinacriæ regno Pontifici juravit Messanæ anno MCLXXIV. die decimaseptima Januarii Indictione undecima, Pontificatus Gregorii anno quarto, ut ex publicis instrumentis constat, quæ omnia in omnibus integerrima tum Vaticana bibliotheca, tum Apostolicæ Sedis archiva conservant. Porro autem ex hujus concordatæ auctoritate in Regno Trinacriæ successuri erant Friderici posterii.

CXIV.
Revocata
rursus
tyrannis.

Verum is unicam filiam reliquit, qua sine liberis defuncta, Aragonii Siciliam occuparunt, non ut Friderici hujus, sed quod profiterentur, ut Petri primi tyranni hæredes; & homagium, utpote qui sine investitura regnabant, nullum præstiterunt. Sicque ex consueta atque sæpe iterata tyrannide parta est violenta iterum Monarchia, profitentes successores se, ut Petri primi invaloris hæredes, Siciliam possidere, utpote, quos necessario fateri oporteat, se hæredes esse tyrannidis, invasionis, cum in hæredes vitia tranſeant hæreditatis, quos sequatur & pœna excommunicationis, quæ Petrum, cujus se jactant hæredes, affecerat; sicque in hoc vocati sint omnes, iisdem non dico iuribus, sed injuriis innitentes, ut maledictionem hæreditate possideant; quorum adeo fuit deplorata conditio, ut eos non a sacrilegiis his revocaverit timor ille, qui tonitru summi Tonantis mortales concutit verbis illis: (a) *Et quid prodest homini si universum mundum lucratur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?*

(a) Mat.
26.

CXV.
Hæredes
Petri
quot ma-
la sequan-
tur.

Quod autem religiosiores omnino existimemus esse recentiores Siciliæ Reges, procul abest, ut credere vel opinari velimus, eos in Siciliæ ultra Pharus regni possessione inniti Petro, manifesta tyrannide jura Ecclesiæ invadenti ac perfumdanti, ob idque ad interitum usque execrationibus diris affecto: quin potius quod pietas & ratio persuadent, eorum se Siciliæ Regum successores esse legitimos gloriantur, qui legitime illud ab habente ejus verum dominium, ab ipsa ejus domina Sede Apostolica obtinuerunt, ut Friderici Tertii de quo diximus, qui recentis superius pro immunitate ac libertate Ecclesiastica conditionibus observandis, illud ad successores omnes poste-

ros voluit propagari. Cujus si qui dedignantur hæredes haberi; sed magis Petri successores voluerint nominari: plane (quod horresco dicere) cum illo dici tyranni, & iisdem cum illa infamari probrosis titulis in bullis a Romanis Pontificibus irrogatis, & eorum percelli sententiis anathematis velint. Quod Deus profusus avertat. Cum præsertim ejusmodi professione, omni se penitus ejus adipiscendi regni jure privarent, cum nullus penitus asserere legitime possit, cum fuisse vere Siciliæ dominum, quam non ab Ecclesia Romana, habente ejus directum dominium, accepisset. Nam esto quod Carolus eodem regno privati valuerit: numquid aliquam de ipso pati jacturam Romana Ecclesia potuit, & sic suis iuribus spoliari? quod nemo certe divinarum & humanarum legum peritus vel somnians poterit affirmare.

Sed prosequamur posteriores Siciliæ Reges, atque rerum eventa quam breviter perstringamus, acturi rursus de singulis suo tempore, si Deus conceverit, locupletius. Deficiente Andegavensium stirpe in Joanna Secunda, cum Martinus Quintus anno Redemptoris millesimo quadringentesimo vigesimo eam abdicasset, Ludovicumque Tertium ducem Andegavensium ejus loco Regem designasset: illa Alphonsum Regem Aragonum & Siciliæ insulæ, deinde mutato consilio, Ludovicum eundem, reſecto Alphonso, adoptavit anno millesimo quadringentesimo vigesimotertio. Cæterum præliis rem agentibus, post varia bella victor Alphonso, ut stabiliret sua, investituram Siciliæ, & terræ citra Pharus ab Eugenio Papa Quarto tandem obtinuit, anno Christi millesimo quadringentesimo quadragiesimotertio, atque ita utriusque Siciliæ, sive Siciliæ citra & ultra Pharus, partibus regni post tot annos conjunctis, factus est Rex. Ita dicto anno, concedente Eugenio, Id. Julii. Cujus diplomate juberetur utraque Sicilia indivisa ab invicem semper in posterum permanere. Extat ratificatio ejusdem Alphonso, facta post ferme biennium, nempe anno Salutis millesimo quadringentesimo quadragiesimo quinto, die secunda mensis Junii, qua & continetur homagium ab ipso Romæ præstitum istis verbis:

Ego Alphonso Dei gratia Rex Siciliæ plenum homagium ligium & vassallagium faciens vobis domino meo Eugenio Papa IV. & Ecclesiæ Romanæ pro REGNO SICILIÆ ET TOTA TERRA IPSIUS, quæ est citra Pharus usque ad consinitatem Beneventanæ cum toto territorio ac omnibus districtibus ac pertinentiis suis secundum antiquos fines, territorii pertinentiarum, & districtus civitatis ejusdem,

CXVI.
De investitura
ab
Eugenio
Papa IV.
Alphonso
Regi.

CXVII.
Alphonso
juramentum
fidei
exhibi-
tum Eu-
gen. Pap.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

Item, per Romanum Pontificem distinctos, vel in posterum distinguendos: ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro, & vobis domino meo domino Eugenio Papa IV. vestrisque successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ. Non ero in consilio, vel consensu, seu facto, ut vitæ perdati seu perdati, aut membrum, sive capiamini, vel capiantur mala captione. Consilium, quod mihi credituri estis per vos aut Nuntios vestros, vel per litteras, ad vestrum, vel eorum damnum scienter nemini pandam. Et si scivero fieri aut procurari, seu tractari aliquid, quod sit in vestrum, aut ipsorum damnum: illud pro posse impediam. Et si hoc impedire non possum, illud vobis vel eis significare curabo. Papatum Romanum, Regalia S. Petri tam in REGNO SICILIÆ ET TERRA prædictis, quam alibi consistentia adjutor vobis, & eis ero ad retinendum, defendendum & recuperandum, ac reputata manutenuendum contra omnes homines.

CXVIII.

Universas & singulas conditiones superscriptas, & contentas in presentibus litteris Apostolicis, super IPSORUM REGNI ET TERRÆ concessione confectis, & omnia, & singula, quæ continentur in eisdem litteris, plenarie adimplebo, & nullo unquam tempore veniam contra illa: & maxime, quod ego numquam per me, vel alium, seu alios quoquo modo procurabo ut eligar, vel nominer in Regem vel Imperatorem Romanorum, seu Regem Teutoniarum, aut dominum Longobardiarum, vel Tusciæ, seu majoris partis earundem; & si electio de me celebrari cogerit: nullum hujusmodi electioni, seu nominationi assensum præstabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum, vel alicujus ipsorum regimine, neque etiam de civitate Beneventana & suis pertinentiis, seu Campania, vel Maritima, Ducatu Spoletano, Marchia Anconitana, Patrimonio beati Petri in Tuscia, Massa Trebaria, Romandiola, alma Urbe, in civitatibus Perusina, Civitate castelli, Bononiensi, Ferrariensi, & Avenionensi, Comitatu Venassini, seu in aliis terris quibuscumque vestris & demanibus, seu feudis ipsius Ecclesiæ ubilibet constitutis ex successione vel legato, aut venditione, seu donatione, seu alio quovis titulo, vel contractu: nihil unquam mihi acquiram seu vendicabo, seu potero acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil unquam recipiam vel habebō, vel potero recipere, habere vel retinere in illis; neque ullam potestariam, capitariam, vel rectoriam, nullumque aliud officium recipiam, seu accipere potero, habebō vel retinebo, aut habere, seu retinere potero in eisdem, aut ipsorum aliquo; nec etiam occupabo,

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

aut occupare permittam, seu faciam præmissa, vel partem aliquam eorundem; nec illa offendam vel molestabo; nec etiam Romanam Ecclesiam quoquo modo sub censuris, pœnisque spiritualibus & temporalibus in superscriptis conditionibus & in feudationibus contentis, quas hic haberi volo in singulis partibus alias pro specifice repetitis etiam & expressis.

Item perditionis alumno Amodeo heretico & schismatico, a fide devio, & ab ipsa Ecclesia præciso & sententialiter condemnato, ejusque sequacibus & dantibus ei auxilium, consilium vel favorem non dabo quovis modo per me, seu alium, seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium, vel favorem; nec ab aliis quantum in me fuerit, si impedire potero, dari permittam, sed eos juxta posse meum, donec convertantur, persequar & invadam. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Evangelia. Hactenus homagium & juramentum intextum in ipsa Alphonso ratificatione, ubi in fine: Datum Neapoli apud majorem Ecclesiam per manus mei prædicti Regis Alphonso, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragiesimo quinto, die secunda mensis Junii, octavæ Indictionis, regnorum nostrorum anno tricesimo, hujus vero Siciliæ citra Pharus regni undecimo. Hæc ibi.

Qui cavillantur, ex eo quod semel ejus ratificationis exordio scriptum invenitur, investituram Eugenii esse de regno Siciliæ citra Pharus, non nisi pro eo ratificationem factam esse contendunt. Verum cum ipsum ibi ab eo integrum Eugenii diploma recitetur verbatim, in quocenties reperitur, dari ab eo investituram de utraque Sicilia, sicque formandam homagium & juramentum, quod ibi cum Eugenii bulla recensuerit atque descripserit in ipsa sua ratificatione: quomodo ex ipso non convincitur mendacium, ut amplius dubitandi locus reliquus esse non possit, cum præsertim de creto Eugenii ibidem descripto junctum sic fuerit ab eo utrumque regnum, ut non licuerit ipsa ab invicem separari?

Recitantur autem in ratificatione facta ab eodem Alphonso omnes conditiones ab Eugenio propositæ, a se autem acceptæ atque ratæ habitæ, juratæ, atque subscriptæ, & ipsæ quidem, quibus omnia Ecclesiæ jura collapsa, a Regibus usurpata revocantur in pristinum usum, quæ vendicarent ipsam Ecclesiam in pristinam libertatem, præcisus vinculis omnibus tyrannicæ Monarchiæ, iisdem plane & amplioribus appositis conditionibus, quas superius recitatas legisti ex diplomate Clementis Papæ Quarti de investitura facta Carolo Regi: ut non sit quod possit desiderari ad perfectam extin-

CXIX.
Fuit iste
Antipapa
dictus Fe-
lix Quar-
tus.

CXX.

CXXI.
Revocata
Ecclesiæ
jura.

K

tin-

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

inctionem infauste Monarchiæ, & absolutissimam restitutionem Ecclesiasticæ libertatis.

Ut autem prosequamur de reliquis dicere. Ex novo accidente, nova rursus regni divisio facta est. Sicilia enim insula cum regno Aragoniæ ad Joannem eius fratrem, quod Alphonso legitima prole careret, transit, cujus filius & successor fuit postea Rex Catholicus. Qui quidem Joannes cum absque investitura ab Apostolica Sede accepta regnaret, nec peteret: Pius Papa Secundus concessit investituram Ferdinando Alphonso filio naturali de utraque Sicilia, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Extrat ipsum Pontificum diploma de investitura utriusque Siciliæ facta eidem Ferdinando, quod incipit: *Divina dispensante clementia, per quam Reges regnant & principes imperant &c.*

CXXII. Ferdinandi Alphonso filii investitura.

In quo primum mentio habetur de investitura facta ab Eugenio Papa Quarto ejus patri Alphonso expressissime de regno utriusque Siciliæ, deque alia itidem de utroque regno facta ab Eugenio successore Nicolao Papa Quinto eidem Ferdinando post obitum patris sui, quem habilitasset ad utriusque regni successionem simulque posteros omnes. In eodem patenter omnes & singulæ recentia habentur inter alias multas conditiones illæ, quibus detestabilis Monarchia proscribebatur omnino, & sancta libertas Ecclesiæ in omnibus restitueretur, atque conservaretur illæsa in suis omnibus juribus & privilegiis, cum iisdem plane conditionibus & capitulis, quæ superius sunt recitata in Caroli Regis investitura per Clementem Quartum facta. Nam in ea sigillatim sunt posita, ad verbumque repetita omnia illa, cum solita detestatione & prohibitione omnium legum, quæ a tribus illis tyrannis, sive a Joanna Regina, sive ab aliis promulgata fuissent. Extrat ipsum diploma una cum subscriptione testium, datum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, quarto Idus Novembris Pontificatus Pii Secundi Papæ anno primo. Cui mox subicitur ratificatio ipsius Ferdinandi, habita sæpius expressissima mentione de facta & ratificata investitura Siciliæ utriusque ultra & citra Pharam, ut nihil penitus sit, quod in iis desiderari possit.

Sixti PP. IV. confirmatio.

Sed & Sixtum Papam Quartum eandem investituram, a Pio Secundo factam de Sicilia, & terra quoque citra Pharam, eidem Ferdinando iisdem conditionibus confirmasse, ex ejus apparet diplomate, dato anno primo sui Pontificatus, Redemptoris vero anno millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Ipse etiam Ferdinandus Rex prospiciens in futurum, egit apud Innocentium Papam Octavum, ut investiret de Regno Siciliæ, & terra citra Pharam filium suum primogenitum Alphonsum, tunc Ducem Calabriæ, nec non ejusdem Alphonso filium primogenitum Ferdinandum tunc Capuæ Principem itidem de regno Siciliæ & terra citra Pharam, in qua solemniter investitura omnes illæ positæ & descriptæ fuerunt conditiones pro libertate & immunitate Ecclesiastica tam locorum, quam personarum, quas conscriptas superius legitur in investitura a Clemente Papa Carolo Regi facta, continentem libera jura appellandi ad Apostolicam Sedem, & abrogationes legum Friderici, sive aliorum quorumcumque contra libertatem Ecclesiasticam editarum: ita ut ne vel minimum quidpiam præmissum, vel diminutum a recitatis superius iisdem conditionibus inveniat.

Facta est ejusmodi investitura, datumque diploma Romæ, anno Redemptoris millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, pridie Nonas Junii, anno ejusdem Innocentii Pontificatus octavo: cujus est exordium: *Romanus Pontifex inter curas multiplices, &c.* Habemus exemplaria ejusdem investituræ in Vaticana bibliotheca; authentica vero originalia in archivo in castello sancti Angeli asservantur.

Sed modo dicendum de alio Ferdinando, cognomento, Catholico, qui de Sicilia citra Pharam a Julio II. Papa investituram accepit, cum tamen Siciliæ ultra Pharam regnum, quod succedens (ut dictum est) Joanni patri acceperat, absque investitura aliqua possideret. Sed quæ ratio, ut Siciliæ citra Pharam peteret investituram ab Apostolica Sede, Siciliæ vero ultra Pharam minime? cum æque utriusque Siciliæ dominium penes eandem Apostolicam Sedem esset, & sicut illius, ita & istius investituram conferre consueverint Romani Pontifices a primis temporibus, cum ea Sarracenis expulsis, sunt potiti Northmanni, & Robertus Guiscardus, qui primus invasit, & frater ejus Rogerius, qui plene possedit (ut pluribus de singulis dictum est superius suis locis) sicut & posteri usque ad tyrannos Conradum, atque Manfredum, & Corradinum, de Sicilia ultra Pharam, sicut de Sicilia citra Pharam, quam vocant, æque ab Apostolica Sede acceperunt investituram.

Sed num quia non accepit Petrus, de quo superius dictum, bene factum probari potuit, cum quantumlibet juste, ut sibi visum est, eam vendicasset a Carolo? numquid ab ipsa Sede Apostolica potuit abstulisse dominium, quod & posside-

CXXIII. De investitura facta Ferd. filio & nepoti ab Innoc. Pap. VIII.

CXXIV. De Julii Pap. II. investitura facta Ferdinando Catholico Reg.

CXXV.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

steriores, iidemque prudentiores Reges sunt venerati, Fridericus Secundus, Tertius, & alii superius recensiti, qui ab ipsa Sede Apostolica non alterius, sed utriusque Siciliæ investituram ab Apostolica Sede petierunt & acceperunt? Sed numquid Julius, qui Siciliæ citra Pharam tantum investituram petenti tradidit Ferdinando, voluit Ecclesiæ Romanæ juribus super Siciliam ultra Pharam, aliquid derogatum contra omnia prædecessorum diplomata? vel ejus successores Romani Pontifices, qui ad instar Julii successoribus Regibus investituram concessere Siciliæ citra Pharam, demptum & abrogatum voluerunt dominium directum, quod semper habuit eadem Romana Ecclesia in regno Siciliæ ultra Pharam? minime gentium. Siquidem de ea re privilegia per singulas investuras diversis collatas usu recepta, probata, confirmata, atque adeo stabilita fuerunt, ut ad abrogationem eorum, specialem mentionem requirerent, & causam magnam exposcerent. Cum igitur a nullo penitus Romanorum Pontificum iisdem vel in minimo derogatum possit ostendi: eadem Ecclesiæ Romanæ jura suo robore intacta permanere quis est qui negare præsumat? Cæterum ipsi Romani Pontifices uti patres ista interdum toleranda, pro temporum ratione, & dissimulanda putarunt ad tempus, timentes ad iracundiam provocare filios suos. (a) Sed numquid dormiet vel dormitabit, qui custodit Israel, ut non sit de his exacturus rationem? non puto. An patietur ipse cujus sunt ista, Petrus, (b) qui de suo ipsorum vendito agro exigens severus exactor a dominis rationem, eosdem partem pretii occultantes, obtegentes fraudem mendacii, interfecit spiritu oris sui? non certe.

(a) Ps. 120.

(b) Act. 5.

CXXVI.

Quod vero magnopere admiramur illud est; quomodo in investitura facta Ferdinando Catholico a Julio Papa, usurpata adeo reperit inversio nominum, ut per Siciliam & terram citra Pharam non utraque Sicilia intelligatur, cum semper a majoribus, ex quo etiam facta est ante Carolum Primum investitura Henrico Anglorum Regi, & per eum ejus filio Eadmundo, & sic in cæteris omnibus usque ad hæc tempora Julii, in omnibus investituris, & earum per Reges exhibitas ratificationibus, in illis verbis frequenter adhiberi solitis, Sicilia cum terra ultra Pharam, seu Sicilia, & terra ultra Pharam; semper, inquam, per hæc verba intelligi voluerunt utramque Siciliam, ultra Pharam videlicet, & citra Pharam? At in dicta Julii investitura per eadem verba, Sicilia & terra citra Pharam, seu Sicilia cum tota terra citra Pharam, nisi Siciliam citra Pharam.

Ann. Eccl. Tom. XXVIII.

rum intelligi debere, de qua facta legitur investitura contendunt. Cæterum si verba illa more majorum sunt intelligenda, haud dubium de utraque Sicilia Ferdinandum dixeris accepisse, dum sic ipse jurat:

Ego Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliae citra Pharam, & Hierusalem, plenum homagium ligium & vassallagium faciens vobis domino nostro domino Julio Papa Secundo & Ecclesie Romanae pro regno Siciliae & Hierusalem, atque tota terra, quæ est citra Pharam, usque ad confinium terrarum ipsius Ecclesie, excepta civitate Beneventana &c. Et inferius, ex parte hæredum & successorum: *in proprio, inquit, juramento fitebuntur, & recognoscent expresse, regnum Siciliae & Hierusalem ac totam terram eorum, quæ est citra Pharam usque ad confinia, ut supra.* Pergit: *Et mera liberalitate Sedis Apostolicæ, & nostra sibi suisque hæredibus & successoribus fuisse concessa, ipsosque recepisse & tenere regnum Siciliae & terram hujusmodi a nobis, & dicta Romana Ecclesia, &c.* Quæ inquam verba, si posita sint eo sensu, quo poni usque ad ea tempora consueverunt in omnibus investituris: res pie ac religiose confecta est, ut facta dicatur investitura de utraque Sicilia, etiam si de Sicilia citra Pharam tantum factam investituram, sit dictum superius: si vero alio sensu quam sonant sint posita, ecce in verbis captio, & deceptio. Cæterum Julius Papa, qui rebellionem Alphonso Ferrariæ Ducis, & aliorum magnopere urgebatur, egebatque auxilio (ut ipse ibi testatur) ejusdem Ferdinandi contra rebelles, atque tyrannos: haud de investitura Siciliæ ultra Pharam explicatus agendum existimavit; cum tamen nequidquam jura Apostolicæ Sedis super idem regnum Siciliæ ultra Pharam dimisisset eo diplomate vel alio, neque aliquis successorum, qui eadem verborum forma conceperit investituram a se factas sive Carolo V. sive Philippis Regibus, dici possit, ita ut in omnibus penitus remaneant integra necesse sit jura Apostolicæ Sedis in regno Siciliæ ultra Pharam, sicut & citra Pharam, quæ possidet.

Quibus a Nicolai Papæ Secundi tempore, per spacium quingentorum fere annorum possessis per investituram ab eo factam Roberto Guiscardo, & per successores Romanorum Pontificum successoribus Northmannis Comitibus, Ducibus, atque Regibus, & post eos Costantiæ & ejus filio Friderico, inde Anglorum Regi, deinde Carolo & successoribus Andegavensibus, postea Fridericis, Secundo, Tertio Aragonensibus, inde Alphonso, & ejus filio Ferdinando notho atque nepotibus: & his omnibus exhibitis,

K 2

bitis,

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

bitis semper investituris cum conditionibus omnibus, quibus sunt jura Ecclesiastica immunitatis semper conservata in omnibus integra & illæsa, iisdemque a nemine Romanorum Pont. revocatis speciali aliqua, quæ exigebatur, abrogatione, derogatione, abrenuntiatione, & sic alteri facta expressa concessione: quomodo absque speciali facta investitura ab ipsa Apostolica Sede vere domina, de regno Siciliae ultra Pharam, illud ab eis dici potest legitime possideri, & non potius occupari, & præter omne jus fasque violentia detineri? Cum ostendendum sit, quando vel quomodo semel ab eius directo dominio excidit Apostolica Sedes, ut absque investitura per eum facienda possit a quopiam illud regnum legitime possideri. At hæc cursum modo, suis autem temporibus agendum pluribus.

CXXXIX.
Ufus re-
rum in
possessio-
ne jurium
Apost.
Sedis.

Sed quod polliciti sumus ea etiam, licet breviter, de his quæ spectant ad rem usum, insinuare: de his acturi, incipiamus ab eo tempore, quo sub Innocentio Papa Tertio ipsa male cœpta extincta est Monarchia, perveniamusque usque ad Carolum Quintum, quo restituta ponitur, per quæque sæcula, ætates omnes, in quibus ostendamus jugem continuatamque possessionem omnium jurium Romanæ Ecclesiæ in omnem Ecclesiam Siciliae etiam ultra Pharam. Ecce Innocentius ipse Visitatorem mittit illuc plenissima facultate, ea quæ opus essent agendi, Cardinalem Episcopum Ostiensem. Extant adhuc datæ litteræ Apostolicæ ad Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios. Innoc. Registr. tom. 1. lib. 1. epist. 415. Insuper missæ reperitur rursus Legatum presbyterum Cardinalem S. Laurentii in Lucina, ut apparet in 2. & 3. cap. sub tit. de offic. deleg. extr. Adhuc etiam constituisse Legatum Syracusanum Episcopum, ut habet epist. 511. lib. 1. postea vero alia occasione missæ item Legatum a latere Gerardum diaconum Cardinalem S. Mariæ in Porticu, ut patet ex litteris ipsi datis pluribus ejusdem argumenti lib. cod. epist. 571. 572. 574. Rursus post hæc Legatos misit a latere Julium presbyterum Cardinalem tituli S. Stephani in monte Cælio, & Gerardum diaconum Cardinalem S. Hadriani, ut apparet ex litteris datis epist. 573. lib. 1. Causas insuper deferri solitas ad Sedem Apostolicam, & ab illa delegatas diversis ejusdem Insulæ Episcopis, docent alia ejusdem Pontificis litteræ epist. 180. 310. 576. lib. 1. lib. 2. epist. 14. Hæc quæ cursum legendo invenimus in cuso primo tomo epistolarum ejusdem Innocentii Papæ Tertii, cum alioqui nec omnes datæ ab eo epistolæ inveniantur, plurimas ex eis excidisse constat; alia vero in aliis voluminibus antiquitus scri-

ptæ in Vaticana bibliotheca asservantur, ex quibus aliqua ad rem spectantia volumus deprompsisse; hincque non eas descripsisse, sed indicasse tantum, signasseque loca, ut si velit Lector, consulere ipsas possit.

Post alia namque habentur in iisdem quod idem Pontifex anno quinto sui Pontificatus misit in Siciliam R. S. Marcelli presbyterum Cardinalem, & cum eo consobrinum suum Jacobum Marefchalcum amplissima facultate. Extant de his litteræ Apostolicæ tomo tertio epistolarum ejusdem Pontificis, incipiunt: *Opera testimonium perhibent veritati &c.* Rursus anno septimo sui Pontificatus missæ reperitur Legatum in Siciliam G. diaconum Cardinalem S. Hadriani, cui suas vices tribuit tam in spiritualibus, quam temporalibus. Datæ de his litteræ incipiunt. *Egressus satan &c.* Extant libro septimo. Et ad Regem Siciliae Fridericum, ut ejusdem Legati monitis, & consiliis acquiescat. Incipit epistola: *Regiæ excellentiæ litteras &c.* Et ad eundem Legatum litteræ de optimo statu regni instituendo.

Ejus vero successor Honorius Papa Tertius, cujus epistolarum adhuc extant volumina, nihil magis curasse videtur, quam ut jura Romanæ Ecclesiæ in Sicilia integra servarentur: sicque cum concedit privilegia Archimandritæ Messanensi, salvis Ecclesiæ Romanæ juribus id se facere contestatur epistola 43. libro primo, data Kalendis Novembris anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto Pontificatus anno primo. Litteris quoque sæpe redarguit Regem ipsum, quod se immisceat electionibus, & aliis juribus Ecclesiasticis: cum ipse Rex Fridericus se id nec cogitasse facere excuset. Extant de his litteræ 527. libro tertio, & 531. Regis vero epistola 572. ad eundem Honorium Papam, quibus excusans, hæc inter alia ipse Rex ait: *An forte nos ignorare creditis, quia qui præsumunt offendere sanctam matrem Ecclesiam, ipsi bibunt in calice Babilonis? &c.* Cujus Friderici Regis tempore quamvis idem Honorius Papa eum experiretur adversum, nihilominus liberam in regno Siciliae jurisdictionem exercuisse reperitur, nimirum indixisse collectam de persolvenda vigesima omnium Ecclesiasticorum reddituum, pro subsidio Terræ sanctæ. Cujus causa legationem instituit ad ipsum Siciliae regnum. Extant de his litteræ Apostolicæ 104. 359. datæ anno primo Pontificatus. Rursus de alia collecta indicta pro Templariis epistola 131. libro tertio, data anno tertio sui Pontificatus. Insuper de appellationibus ad Sedem Apostolicam extat epistola ejusdem Honorii Papæ sexcentesima, data anno secundo

CXXX.

CXXXI.
Continuata
possessio
sub Honorio
Tertio.CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

do sui Pontificatus ad Syracusanum Episcopum, cum tempore Innocentii Papæ ad sedem Apostolicam appellasset: cujus causæ juribus inspectis idem Honorius adversariis perpetuum silentium indixit.

CXXXII. Sub Innocentio Pap. IV.
Successor Honorii post Gregorium & Cælestinum Innocentius Papa Quartus duos Legatos in Siciliam misisse reperitur anno tertio sui Pontificatus, nempe S. presbyterum Cardinalem S. Mariæ trans Tiberim, & R. sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconum Cardinalem, amplissima concessa eidem facultate. Extant de his ejusdem Pontificis litteræ ad Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, atque Barones ejus regni. Est undecima ejus anni tertii epistolarum, quæ incipit: *Nostra ferventer in hoc aspirat affectio &c.* Alia rursus ad eosdem Legatos, cum tribuit eis facultatem beneficia conferendi est 14. ordine, incipit: *Si circumspector Dominus &c.* Insuper idem Pontifex post hæc reperitur misisse Nuntios in Siciliam. Extant de his litteræ Apostolicæ, datæ Lugduni anno ejus Pontificatus octavo, mense Februarii. Est earum exordium: *Latentur cæli &c.* Et ternæ alia quæ sequuntur, ejusdem sunt argumenti. Alia insuper, quibus continentur collationes beneficiorum ejusdem regni Siciliae factæ diversis.

CXXXIII. Sed quod tædio putamus fore Lectori, si successorum singulorum Pontificum Romanorum hic nimia prolixitate describere velimus singula, sive de appellationibus ad Apostolicam Sedem ex eodem Siciliae regno delatis, sive de legationibus ab eadem Sede in Siciliam missis; aliisque juribus libere jugiter administratis: satis esse putamus, si missis cæteris conjungamus postrema prioribus, quibus significetur, eadem ipsa, quæ asserita videmus, etiam usque ad dicta tempora Caroli V. Imperatoris perseverasse, nec umquam penitus desisse. Proredientes igitur ex Vaticana bibliothecæ epistolarum voluminibus antiquorum Romanorum Pontificum, divertamus aliquantisper ad Tabularium Camerale, ex cujus aliquibus scriptis libris, ista in exemplum perseverantis usus adduxisse sufficiat.

CXXXIV. Nuntii pro diversis negotiis in Sicilia loci commorari.
In libro bullarum primo Bonifacii Papæ Noni, qui in dicto Tabulario sive archivio Camerali usque hodie asservatur, in primis bulla habetur, qua mandatur Nuntio Sedis Apostolicæ in regno Siciliae restitutio rebellium. Data Romæ quarto Kalendas Februarii anno primo Pontificatus. Hæc fol. cxv.

Alia bulla insuper, qua datur facultas eidem Nuntio absolvendi excommunicatos ob violentas manus injectas in clericos. Dat. Rom. ut sup. fol. cxvii. & fol. cxix. Habentur insuper litteræ Apo-

stolicæ, quibus datur facultas Nuntio Apostolico in regno Siciliae colligendi decimas: Datæ habentur Romæ tertio Kal. Februarii anno primo.

Rursus alia bulla, qua datur facultas eidem Nuntio in Sicilia consistenti, exigendi charitativum subsidium ab omnibus bona Ecclesiastica possidentibus, pro supportandis Apostolicæ Sedis oneribus. Data Romæ tertio Kal. Februarii anno itidem primo Pontificatus ejusdem. Ibid. fol. cxxv. Eidem Nuntio facultas mittitur concedendi comæatum octo navibus Alexandria solventibus, ibid. fol. cxxix. cxxx. Facultas eidem Nuntio datur dispensandi super defectum natalium fol. cxxx.

CXXXV. Anno vero secundo ipsius missus reperitur in Siciliam ab eodem Pontifice Nicolaus de summa ripa ad componendas controversias ejusdem Siciliae regni. Extat de his bulla data Romæ quarto Nonas Julii, fol. cxxxv. & fol. cxxxvi. facultas concessa componendi cum proceribus, de censibus non solutis Romanæ Ecclesiæ debitis. Quo pariter anno deputatur ab eodem ad regnum Siciliae Raymondus de Baucio de Ursinis Confolonerius Papæ. Est de his bulla data Idibus Augusti. fol. cxli.

Anno autem Pontificatus quarto alia datæ habentur litteræ Apostolicæ quarto Kalendas Decembris ad Apostolicæ Sedis Nuntium, cum ei tribuuntur pro expensis quotidianis decem floreni aurei a Clero ejusdem regni exigendis. Extant fol. cxxxii. libro secundo.

Libro vero tertio bullarum ejusdem Nuntii Bonifacii Papæ Noni est bulla de Commisario deputato in Siciliam contra occupantes bona Ecclesiæ Panormitanæ.

Data Romæ Idibus Novembris anno septimo, ibid. fol. x. Qua die etiam habetur data alia bulla de simili commissione contra occupatores bonorum Sedis Apostolicæ in Sicilia.

Libro ultimo Clementis Papæ Sexti diploma extat, quo Guillelmus Episcopus Nazarenus deputatur Nuntius Apostolicæ Sedis, & Collector in regno Siciliae ultra Pharam loco Theobaldi Archiepiscopi Panormitani defuncti. Datum habetur Avinione tertio Kalendas Februarii anno primo ibid. fol. dxxxix.

In eodem Camerali Tabulario inter monumenta Innocentii Papæ Sexti habetur bulla, qua committitur Apostolicæ Sedis Nuntio in regno Siciliae commoranti exactio spoliatorum defuncti Episcopi Arigentini. Data undecimo Kalendas Februarii anno quarto Pontificatus ejus, ibid. fol. cxcxi. & duodecimo Kalendas Martii. Eodem anno quarto Pontificatus ejus habetur data bulla, qua committitur Episcopo Catanensi exactio omnium spoliatorum Siciliae.

Eju-

Nuntii
exactores.

CXXXV.

defenso-
res rerum
ecclesiæ.CXXXVI.
Exactores
spoliatorum
constituti
in Sicilia.

CHRISTI
1097.

URBANI II. PAP.
10.

HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

Ejusdem vero Innocentii Papæ Sexti tempore Nicolaus de Aragonia S. R. E. Cardinalis, commentarium scripsit de jurisdictione quadruplici demonstrata Romanæ Ecclesiæ in regnum Siciliæ. Extat volumen antiquitus scriptum in Vaticana bibliotheca una cum aliis ejusdem auctoris commentariis.

CXXXVII. Successor Innocentii Urbanus Quintus reperitur misisse Nuntium & Collectorem decimarum in Siciliam ultra Pharium Dominicum de Saffonorio canonicum Beneventanum. Extant de his ejus litteræ datæ anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus ejus anno sexto, die decimasexta Maii.

Reformatores missi in Siciliam. Ex libro tertio Apostolicarum litterarum Joannis Papæ Vigesima tertii extant litteræ Apostolicæ, quibus Arago de Masaspina decernitur Reformatore in regno Siciliæ in rebus temporalibus, cui pro expensis persolvantur viginti quinque floreni a Clero Siciliæ qualibet die, Conceditur eidem facultas conferendi canonicatus & alia beneficia Ecclesiastica. Datæ habentur litteræ decima quinta Kalendas Novembris anno secundo ejus Pontificatus. fol. cxvii.

CXXXVIII. Collectores missi a Romanis Pont. in Siciliam. Insuper etiam consuevisse frequenter Apostolicam Sedem in Siciliam Collectores mittere, cum vetera recensita, tum recentia sunt exempla. Extant enim in eodem Tabulario Camerali Martini V. litteræ Apostolicæ, quibus quidam Cyprius Balaverius deputatur in Sicilia Collector reddituum & fructuum quorumcumque Cameræ Apostolicæ debitorum. Datæ habentur Constantiæ, decimo Kal. Octob. anno primo Pontificatus ejus, ibid. fol. xi. Novissime vero reperitur, quod Paulus Papa III. misit etiam speciatim in Siciliam Collectores Tobiam Palavicinum, & Lucam Justinianum deputatos ad colligendum subsidium medietatis veri annui valoris (ut verbis utar litterarum Apostolicarum) omnium fructuum beneficiorum Ecclesiasticorum. Missi sunt autem iidem idipsum præstare per universam Italianam; adeo ut nihil minus juris in Sicilia, quam in cæteris Italiæ provinciis usque ad nostra tempora sibi Pontifex vendicaret. Quod quidem de his scriptum diploma extat in libro impositionum Cameræ Apostolicæ, datum in eadem Camera Apostolica ultima Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Pontificatus vero ipsius anno nono, ibid. fol. cliv. Ita sunt quæ spectant ad ipsum rerum usum, quem cursum rem agenti licuit reperisse.

CXXXIX. Si autem Deus concesserit, ut in Annalium prosecutione futura tempora disquiramus, locupletiores de his tractationem pollicemur ex uberiori messe col-

ligendam, quibus appareat, quantam scriptis omnibus reclamationibus, juribus omnibus contradicentibus, coelo terraque testantibus, Apostolica Sedes in regno Siciliæ patiatur injuriam, & sentiat suorum jurium detrimentum, & inauditam hætenus inter Catholicos ignominiam subire cogatur, rebus ipsis (quod est gravius) in deterius prolabantibus. Nam quæ est in his grave passa dispendium, & adhuc graviore in dies in eodem regno afficiatur opprobrio, jamque a tempore Caroli V. experta plane intolerabile in spiritualibus & temporalibus damnum, cum in temporalis dominio domina ignoretur, & in spirituali esse nesciatur, quod est, Universalis Ecclesia; cum in his quæ sunt divini, humanique juris, exercendis in Sicilia careat facultate, ut quæ recensita sunt superius manifestant: lugubre cum Propheta lamentum occidit: (a) Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Quot enim oportuisset tanta ista quæ audent, diplomatibus esse concessa, quot specificis a sexta sententiis, definita clausulis, elucidata periodis, ob signata sigillis, subscriptionibusque munita, ut vim aliquam obtinerent, si tamen vel sic obtinere potuissent? ut non levissimo prætextu diplomatis Urbani Papæ, nihil hujusmodi (ut ostensum est) concedentis, omnique ex parte nutantis, penitusque ruentis, ea servanda sancirent, usu rerum inducerent, retinerent, defenderent, in diebusque deterius propagarent, quibus desciscant a matre, dissideant ab Ecclesia, cui renuant vel in his quæ juris divini, naturalis, canonici, communisque sint, parere.

Quæ quidem etsi authentico, ob signato, subscripto, omnique ex parte fide constante diplomate alicujus Romani Pontificis concessa monstrari possent: nec sic subsisterent, quæ contra præcipua Ecclesiæ Romanæ jura invenirentur esse disposita. Nam audi quæ mascula voce, energia virili, vigore sacerdotali in Henricum Imperatorem, istiusmodi jura Ecclesiastica invadentem Desiderius, idemque Victor Papa Tertius, cum ei in faciem restitit, verba protulit: (b) Sedes enim, inquit, Apostolica domina est nostra, non ancilla, nec alicui subdita, sed omnibus prælata; & ideo nulla omnino ratione sub jugum a quoquam mitti potest. Quod si a Nicolao Papa factum est: scilicet ut arbitrium expectaretur Imperatoris in electione Romani Pontificis, quod ut dictum est falso prætendebatur: injuste profecto & temere præsumptum est: non tamen cujusquam stultitia vel temeritate amittit Ecclesia dignitatem suam. Hæc ipse. Quæ etiam eodem tempore Deusedit Cardinalis tituli Eudoxiæ (de quo

Auctoris juste querela promovenda.

(a) Ps. 68.

CXL. Concessa contra Ecclesiæ jura non tenent.

(b) Chron. Cass. l. 3. c. 49.

CHRISTI
1097.

URBANI II. PAP.
10.

HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

quo suo loco dictum) scripto insigni volumine ad eundem Victorem Tertium, Papam, pluribus argumentis asseruit. Sed & sanctus Brunus Episcopus Signiæ, & cum eo plurimi alii Episcopi & Cardinales in Concilio Romano coegerunt Paschalem Papam revocare, quæ contra Romanæ Ecclesiæ jura promississet Henrico Imperatori, ut suo loco inferius dicturi sumus.

CXLI. Cum alioqui in confesso sit apud omnes, privilegia ab Apostolica Sede collata, non debere contra eandem Ecclesiam militare. In quam sententiam Nicolaus Papa, idemque Sanctus, ejus nominis Primus, in decretali epistola, quam scripsit ad Henricum Archiepiscopum Turonensem, quam superius suo loco reddimus, ubi agit de privilegio ab Apostolica Sede concessa Rhemeni Ecclesiæ, quo ejus Archiepiscopus Hincmarus contra ipsam abuteretur, hæc inter alia habet: Sic Apostolica Sedes aliena jura custodit, ut sua non minuatur; sic honorem debitum dat, ut suum non tribuat alienis. Nam & arma illi a nobis collata, ita volumus, ut pro eo sint valida, ut potius pro nobis, ubi necesse est, non contra nos firmitatem obtineant. Hæc ipse, qui de privilegio Apostolicæ Sedis agens, quo ipsa præsideat Ecclesiis omnibus, & ab omnibus exigat obedientiam, hæc habet, scribens ad Carolum Francorum Regem: Quæ tanta Sedis Apostolicæ privilegia usque ad mortem, ope freti divina, prædecessorum meorum vestigia sequendo, casari taliter minime patiemur. Et quod ad eam omnes appellandi, nullius obice privilegii habeant facultatem, subicit ista: Privilegia namque Romana Ecclesiæ, totius sunt Christi (ut ita dicamus) remedia Ecclesiæ Catholice; privilegia inquam, Petri arma sunt contra omnes impetus pravitarum, & monumenta & documenta domini sacerdotum, & omnium prorsus, qui in sublimitate consistunt, immo cunctorum, qui ab iisdem potestatibus diversis afficiuntur incommodis. At tanta ista Deo accepta, qui eorum est auctor, Angelis & hominibus reverenda, qui in eorum semper custodiam vigilarunt, ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ usu recepta atque probata, unius sed mutilati, nihilque hujusmodi concedentis diplomatis occasione adducenda sunt in discrimen, exponenda ludibrio, atque penitus abolenda? At aboleri non possunt quæ vivunt in radice sua; sed qui præciditur ex eis ramus arefcit.

CXLII. Quæ rursus ratio postulat, ut contra tot Romanorum Pontificum antea & postea data diplomata unum proponatur depravatam, omnino concisam, nunquam

a successorum aliquo confirmatum diploma Urbani Papæ, idemque etiam si germanum, legitimumque fuisset, jam in Rogerii hæredibus desinens, nullius alterius Romanorum Pontificum confirmatione roboratum, immo contrariis penitus constitutionibus rescissum & abolitum post tot sæcula oblivione sepultum, a nemine Regum, qui contra Sedem Apostolicam pugnaverunt, nec nomine tenus cognitum, nedum exhibitum vel citatum: hoc ipsum, inquam, hoc sæculo nostro sub Carolo Quinto, ad erigendam contra Romanam Ecclesiam Monarchiam emerexit redivivum? Cujus occasione flamma semel incensa in dies magis magisque majoribus incrementis Siculam depascit Ecclesiam, de qua illud propheticum jure occini posuit: (a) Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum; ad vocem loquela grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fructa ejus. At quæ loquela grandis? utique male usurpatam Monarchiæ infausum nomen, quo eadem infelix Ecclesia veluti igne consumpta, redacta spiret in cinerem. Unica nobis reliqua spes in nostro Zorobabel, in Philippo Tertio, qui incensum restituit templum, & efficiat, ut (b) major sit gloria domus hujus novissimæ, quam prioris, qui (c) & exæquet magnum superbiæ montem in planum.

Quod utique æquum est me sentire de tanto Catholico Rege, pietate insigni, virtutum omnium corona fulgente. Cui in his explendis faveat, rogemus jugiter Spiritus sanctus. Hæc nobis occasione Urbani Papæ diplomatis dicta sunt simpliciter stylo, candore animi, ex (d) corde puro (Deum testem, in vivo) conscientia bona, & fide non ficta. Cæterum sciat Lector, nos ista hic obiter occasione Urbani Papæ diplomatis tractasse: verum de his, quæ ad investuras Romanorum Pontificum de regno Siciliæ ultra citraque Pharium posita spectant, prolixior atque lucubrior tractatio erit, cum ad ipsa earum tempora, quibus datæ noscuntur, pervenerimus, simulque reliqua omnia, quæ sive per Legatos vel Nuntios, aut per epistolas cum Regibus, vel Episcopis, Abbatibus aliisque religiosis personis vel laicis ab ipsis Romanis Pontificibus sunt transacta, majori otio, opportuniorque occasione, reddentes cuncta temporibus suis, ex instituto, omni fide constantia in medium afferemus. Jam vero canentes receptui, quæ post Urbani Papæ datum diploma Salerni, sunt secuta, narremus.

(a) Jer. 11.

(b) Agg. 2. (c) Zacc. 4.

(d) Tim. 1.

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMM. IMP. 17.

CXLIV.

(a) Chron.
Cassin. l. 4.
c. 111.

Accepta Capua in deditioem, Boamundus frater Rogeri Ducis ad militiam sacram accingitur, parat expeditionem, Hierosolymam profecturus, de quo ista (a) Petrus diaconus Cassinensis: *Interea Boamundus Roberti Ducis filius, qui primum cum parte, & per se postmodum multa cum Constantinopolitano Imperatore ejusque exercitibus proelia prospere gesserat cum esset in expeditione una cum Duce Rogerio in Campania partibus, & hac omnia confecerat (maximum hoc ipsum negotium) celesti instinctu protinus jussit afferri pannum sericum, rotumque in frustra concidi, ut tam sibi, quam suis & aliis ad se confluentibus, cruces inde confectas superponeret humeris; omnesque istidem DEUS LO VOLT, clamare magnis vocibus jussit. Hac fama exciti Rogerii milites, tam multi repente confluxere, ut vix paucis cum Comite Rogerio scilicet relictis, in Siciliam solus ferme redierit. Hac Petrus de expeditionis exordio. De cujus prociectu & progressu, de litteris ab Alexio Imperatore ad eum missi, deque adventu Constantinopolim, & cum eodem Imperatore congressu, atque rebus ab eo præclare gestis agit diffuse Tyrius de bello sacro, quem tu, si his plura cupis, pro arbitrio consulas. Mirum dictu, quanto animi ardore susceperint in Occidente ibidem locorum Christiani milites sacram tesseram, sanctissimæ crucis signo decoram: cum, Urbanus Papa, sive voce, sive litteris ad omnes promovendos ardentissimus promotor accederet. Cujus hic modo recitandæ sunt litteræ ad Alexium Imperatorem datæ, ubi ex hac peregrinatione reversus est Romam. Sic se habent:*

PAGIUS
X.
Boamundus Dux
crucem
assumit.

Ad num. CXLIV. & seq. Boamundus Tarenti Princeps, non hoc anno, sed præcedenti cum suo exercitu mare transiit, & in Orientem perrexit, teste Fulcherio Carnotensi lib. 1. cap. 2. qui ad annum MXXVI. ait, Hugonem Magni Philippi Regis Francorum fratrem primum Heroum mare transiisse, & post eum Boamundum Roberti Guiscardii filium. Dum tanta nobilitas in unum convenit, inquit Ordericus lib. IX. & incomparabilis probitas sine fictione ad opus Dei se obtulit, ingens cunctis timoribus Deum qui aderant, tripudium fuit. Alexius autem Imperator, qui jam dudum Cissalpinorum arma graviter expertus est, audito adventu tantorum Baronum nimis territus est; & perbella arte, per quam periculum evadere, sub specie pacis eos dolo decipere conatus est. Erat enim callidus & facundus, largus & fallendi artifex ingeniosus. Legatos igitur ad mobiles peregrinos misit, & pacem ab eis humiliter requisivit, liberumque transitum per terram suam, & necessarium negotium atque subsidium se illis daturum cum juramento promissit. Dux vero Boamundus, qui fraudes ejus bene dudum expertus erat, eumque bello bis devicerat, simulatis concionibus non acquievit, sed

Urbanus Secundus Romanus Pontifex Alexio Constantinopolitano Imperatori, &c.

Cum statutum fuisset ad Clavum montem Arvernia, ut communibus votis bellum adversus Saracenos gereretur: tanta hominum multitudo cruce signata est, ut ad trecenta hominum millia censa fuerint. Ducum autem fortissimorum tantus ardor, ut de recuperanda Hierosolyma multum sperare debeamus. Primus omnium Petrus eremita innumerabilibus se duces præbuit, cui Godofredus, Eustachius & Balduinus fratres Boloniæ Comeses se addiderunt, majores etiam copias paraverunt. Hinc Podiensis Episcopus belli dux, & Raymundus S. Egidii Comes, inde Hugo Magnus Philippæ Francorum Regis frater, & Robertus Norrthmanniæ, & alter Robertus Flandriæ, & Stephanus Corneli Comites. Quid dicam de Boamundo ipso qui ingenti animi magnanimitate is se comitem adjunxit cum septem millibus delectæ juventutis Italicæ, relicta fratri rerum omnium cura, quocum diu bello contenderat? ad hos belli maximos apparatus unum illud in primis est necessarium, ut tuo præsidio commeatuque tanta copia juventur. Quare abs te peto majorem in modum, ut quibuscumque rebus poteris justissimo bello, gloriosoque favoreas. Illud autem, tametsi non dubitem abs te curatum iri, volui tamen te per litteras nostras scire, id mihi & universæ Christianæ Republicæ jucundissimum fore. Vale Romæ &c. Cusæ extant ejusmodi Urbani litteræ in volumine litterarum diverforum Principum, sed ut apparet, ab eo qui edidit redditæ cultiores.

Ad

focios suos ad obsidendam Constantinopolim viriliter incitavit: & multis ac probabilibus hoc sibi commodissimum esse allegationibus manifeste ostendit. Franci autem dixerunt: Nos divitias nostras dereliquimus, & peregrinationem sponte aggressi sumus, ut pro amore Christi Paganos confundamus & Christianos liberemus. Græci autem Christiani sunt. Pacem ergo cum illis faciamus, & quæ Turcis eis abtulerunt, reddamus. Coactus est itaque sagax Boamundus consiliis Francorum, ut pacem faceret cum Imperatore Græcorum, ad magnum, ut postea claruit, detrimentum Christianorum. Ita Ordericus de rebus hoc anno gestis verba faciens. Tyrius vero lib. 2. cap. 20. Quotidie, magis & magis Græcorum dolus, & fraus Imperatoris detegebatur; ita ut jam nemo esset de Principibus, cui non esset manifestum, & luce meridiana clarius quanto odio populam prosequeretur nostrum, & omne Latinorum genus haberet invisum. Verumtamen quoniam ad alia eorum properabat intentio, & a Deo magis placitum propositum anhelabant, tutius judicabant, illatos dissimulari injurias, quam se a tam pio revocare concepto, aut assumpto labori impedimentum ministrare.

Ad

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMM. IMP. 17.

CXLVI.

(a) Voill.
de gest.
Pont.
Angl. l. 1.

Ad postremum autem, hoc eodem anno ab eodem Urbano Papa celebratur Barense Concilium, indictum ad Kalendas Octobris, quo in primis inter Græcos illuc vocatos & Latinos agitatae sunt controversiæ inter eos diutius ventilatae, potissimum vero de processione Spiritus sancti. Porro nobilissimi Concilii hujus perierunt Acta: quorum ea dumtaxat nota facta sunt nobis quæ ad Græcorum confutationem a sancto Anselmo, qui interfuit, sunt scripta; & quæ familiaris ejus qui aderat Edinerus, itidem scriptorum monumentis posteris tradidit, qui ait: Cui Concilio dum Anselmus se præsentasset, & persuasus a Papa, Græcos in processione Spiritus sancti, utpote quem a Patre, & non a Filio procedere Græci astruant errantes, rationabili & Catholica disputatione confutasset: magni apud omnes est habitus, & veneratione dignissimus comprobatus. Finito Concilio cum Apostolico profecti sumus. Hæc tantum de his Edinerus. Apud (a) Vvillhelmum autem Malmesburientem sua paulo gloriosius ostentantem, hæc scriptis mandata legimus: *Ut ergo ventum ad Concilium, Apostolicum ante corpus S. Nicolai constratus, tapetibus & palliis, ipse casula cum pallio amictus tribunal ascendit, ceteri cum cappis sedebant. Omnibus ergo suum locum ex antiquo vendicantibus, Anselmus humilitate summus, quo poterat, assedit. Exciderat animo summi Pontificis, ingrante tumultu, ut ei locum delegaret. Sed erroris admonitus est questionis necessitate, a Græcis propositæ, probare volentibus Spiritum Sanctum non nisi a Patre procedere.*

CXLVII.

PAGIUS
XI.
Concilium
Barense.

Hanc ergo questionem dum expedire Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Ad num. CXLVI. ad CLIV. Urbanus II. post professionem suam, tam Capuanam, quam Salernitanam ante sequenti peractam apud Barium Apuliæ urbem Concilium celebravit, idque Kalendis Octobris, ut jam ex Anselmi Vita diximus, Edimerum de Kalendis Octob. sequentis Christi anni interpretandum, recte viderunt Hovedenus part. 1. Annal. pag. 467. & Simeon Dunelmensis de Gestis Reg. qui ad annum MXXVIII. habent: Urbanus Papa committente secum Dorobernensi Archiepiscopo Anselmo, ut illi mandaret, ad Concilium, quod apud Barium Kal. Octobris celebrari constituit, proficiscitur. In quo Concilio plurima de fide Catholica ab Apostolico disserta sunt facunda ratione, &c.

XII.
Anno
MXXVIII.
constitutum.

Præterea Lupus Protospata in Chron. ubi quandoque annum Incarnat. a Kalendis Septembris, sicut Græci cum quibus vivebat, autplicantur, ait: Anno MXXIX. mense Octobri Papa Urbanus congregavit universam Synodum in civitate Bari, in qua fuerunt CLXXXV. Episcopi, & mense Junii in festivitate S. Petri Apostoli comprehensa est Hierusalem civitas a Christianis. . . . & mense Julii prædictus Papa Urbanus obiit, & datus est Paschalis Papa. Chronographus vero Barenis: MXXIX. indict.

tentans magis involveret, Græcis contra Quid pri- non improbabiler occurrentibus; Ansel- ma dic. mi recordatus exclamat: *vivide vocis tonitruum adis capacitas, & turba multiplicitas ingeminat. Pater & magister Anselme Anglorum Archiepiscopo ubi es? Ille ubi se vocari audivit, in pedes constitit. Quem Apostolicus compellans: Nunc, inquit, magister, opus est scientia, opus eloquentia tua opera. Veni ascende huc, & defende matrem tuam Ecclesiam, quam Græci labefactare conantur. Succurre ergo quasi a Deo huc missus. Continuo cuncti astantes & assistentes, oculos & ora in eum conversti, percunctari quis esset; annitentibusque proximis ad confesum Apostolici levatus sedere jussus juxta Romanum Archidiaconum, cui ante Papam sedere moris est: Includamus, inquit, hunc in orbe nostro, quasi alterius orbis Papam. Nec morantibus, omnibus exposuit palam qui genus, unde domo, cujus scientia, cujus facundia, quam religiosus, quanta pro fidelitate Romana Sedis passus esset. Dilatusque in posteram diem questionis tractatus, quamvis Anselmus statim respondere non dubitaret.*

Sed sequenti die solito maturius cætu CXLVIII. coacto promotus in editum, ita tractavit Quid se- questionis latera, ita penetravit & enu- cunda die. bilavit intima, ut Latini clamore testarentur gaudium, Græci de se præberi doleant ridiculum: nullus porro inops & inanis scientia discederet. Sensus illius sermonis procedente tempore luculenter digessit in libro de Processione Spiritus sancti factu. Tunc ubi verbum absolvit, omnes in eum oculos & ora conversti, hic laudare fidem, ille scientiam, omnes eloquen-

VII. tertia die intrante mense Octobr. venit Papa Urbanus cum plures Archiepiscopi & Episcopi (solesismi Auctoris sunt) Abbatibus & Comitibus intraverunt in Bari, & suscepti sunt cum magna reverentia, & preparavit domino Helia nostro Archiepiscopus mirificam sedem (ad dendum, pro Papa, cujus gratia sedes illa Helia jussu parata,) intus in Ecclesia beatissimi Nicolai Confessoris Christi, & fecit ibi Synodum per unam hebdomadam. Post completis dies octo perrexit in pace (nempe Papa); & in mense Julii obiit ipse Papa Urbanus, & surrexit Paschalis Papa. Ex his liquet, Protospatam, & Chronographum Barensem annum illum Christi MXXIX. a Kalendis Septemb. anni Christi MXXVIII. inchoare, exemplo Græcorum Apuliam, Calabriam & Siciliam incolementium, qui tam indictionem quam annum mundi juxta Eram Constantinopolitanam a Septembri incipiebant. Uterque enim post mensem Julium collocat, mortem Urbani Papæ cum mense Julio anni Christi MXXIX. connectit, asseritque Urbanum II. mense Octobri ejusdem Christi anni Concilium Barense celebrare quod nonnulli de mense Octobri anni MXXVIII. intelligi posse, indicatque utrumque Scriptorem a Kalendis Septembris annum

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
IO.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMM. IMP. 17.

quentiam. Sedato fragore quem Igu
ejus suscitaverat, intendens in eum sum-
mus Pontifex, ait: Benedictum sit cor-
tuum, & spiritus tuus, os & sermo oris
tui benedictus. Nec mora, cum consensu
omnium roboratus in aliter sentientes ful-
men excommunicationis intorisset: ven-
tilari de Rege Anglorum sermo coepit.
Proferuntur in medium scelera dictu
horrenda; adicitur contemptui humano
caelestis injuria, quod scilicet bis ter-
que admonitus, nihil correctionis exhib-
uerit. Quocirca cum suffragio & clamo-
re omnium Papa ad excommunicandum jam
paratus esset; Anselmus genibus affusus
ejus, orat dilationem & vix impetrat.
Que res ei non mediocrem apud cunctos
videntes peperit gratiam, eo quod offen-
sione vera sanctitatis vicisset fumæ sue
gloriam. Quam pulchrum erat, ut ille
oraret veniam, a quo tantam acceperat
contumeliam? Hucusque de Barenfi Con-
cilio apud Vvillelmum.

CXLIX. Certum est autem in hoc Concilio S.
Anselmum in confutandis Græcis primas
tulisse; cui & ea ex parte plurimum Ec-
clesia Catholica debet, quod cum ipsius
Synodi Acta perierint, ipse tamen pul-
satus precibus amicorum, quod in con-
troversia illa tractavit, scriptorum mo-
nimentis perpetuæ memoriæ commenda-
vit. Inter alios qui hoc ab eo exegit,
fuit Hildebertus Cenomanensis Episcopus,
ipse quidem hac ætate inter celebres do-
ctrina & sanctitate viros annumerandus;
cujus adhuc extat absque titulo tamen in
codice exarata (a) epistola itis verbis
ad eum, postquam in Angliam est re-
versus:

(a) Hild-
ep. 2. tom.
3. biblio-
th. sancto-
rum Pa-
trum.

CL.
S. Hilde-
bertus
exigit a
S. Ansel-
mo li-
brum de
spiritu
sancto.

Familiares est sapienti, tolerare nescien-
tem. Hinc est, quod inscitiam meam a-
perire non timui, quia erat cum sapien-
te colloquium. Eam, ni fallor, & scien-
tia vestra erudit, & charitas suppor-
tabit. Felicem me, inquam, si meruissim
vel præfens instrui, vel tamquam fami-
liaris epistolam suscipere destinatam. Hoc
autem invidet mihi locus, nec aliter sa-
lutationis indulset obsequia, nisi prius or-
bis dimidium consultiarem. Oportet enim

PAGIUS num quandoque exordiri, licet sæpe alibi il-
lum a Januario, vel a Natali Christi repe-
tant. Hujus itaque Concilii epocha nunc cer-
ta & indubitata, recteque annotata a Gerbe-
ronio in Censura Operum Sancti Anselmi no-
va editione a se donatorum.

XIII.
Hildeber-
tus sit
Episcopus
Cenoman-
ensis.

Hildebertus Cenomanensis Episcopus hoc an-
no renunciatus, in Epistola ad Anselmum post
Concilium Barense scripta, & a Baronio num.
CL. & seq. relata, ait: A proborum relatio-
nibus didici, vos in Concilio Barenfi sermonem
habuisse de Spiritu sancto, quem calumniosa
Græcorum versutia a filio minime procedere fa-
bulatur, &c. De processione itaque Spiritus
Sancti in illo Concilio inter alia actum. Hil-
debertum hoc anno dictum Episcopum Ceno-

maris & aeris explorare clementiam, si
quem in Anglia judicamus salutandum.
Ceterum incommoda separationis, chari-
tatis copula supplentur, que neminem non
familiarem. Ea enim nihil est diffusus.
Par enim est latitudo charitatis & mun-
di. Charitas amplectitur quidquid ocean-
us; charitas in sacrario dilectionis &
amicum colligit in Deum, & inimicum
propter Deum: eadem diligere non des-
nit, cum diligi desinitur. Suos habet præ-
sentes, omnes affines; quibus non potest
obsequio, subvenit affectu. Absit igitur,
ut publicum charitatis beneficium maris
fluctibus auferatur, cum scriptum sit: A-
qua multa non potuerunt extinguere cha-
ritatem. Facile enim est, ut diversis li-
toris cultores charitas uniat, que unam
Republicam terram facit & celum. Hu-
jus itaque fiducia injecta est mihi præ-
sumptio inquirendi atque postulandi id,
quod impensum non minuet erogantem. Si
votorum summa queritur, sequens illam
pagina declarat.

CLL. A proborum relationibus didici, vos in
Concilio Barenfi sermonem habuisse de Spi-
ritu sancto, quem calumniosa Græcorum
versutia a Filio minime procedere fabu-
latur. Quod igitur adversus hanc illo-
rum demeritiam in præfato promulgastis
Concilio, succincto tractatu deprecor an-
notari. Et quia ipsi Latinorum Patrum
testimonia non suscipiunt; his auctorita-
tibus opus flagitatum munire non tade-
bit quas Græca calliditas & suas fateat-
ur & nostras. Magna quidem beate pa-
ter postulo; sed que pariter suscipienti
proficient & danti. Nobilis enim est pos-
sessio scientia, qua distributa suscipit in-
crementum, & avarum indignata posses-
sorem, nisi publicetur, elabitur. Conser-
vet nobis Dominus sanctitatem vestram,
& videant vos oculi mei, antequam mo-
riar. Hæc Hildebertus, etsi ad quem
scribat, exciderit titulus; tamen quod
ad Anglicanum Antistitem scripserit, &
eum, qui interfuerit Barenfi Concilio,
ibique de Spiritu sancto adversus Græcos
sermonem habuerit, alium quem dica-
mus

manensem, docent Vetera Gesta Episcoporum
Cenomanensium, a Mabillonio Tom. III. Ana-
lect. publicata. Ibi enim cap. 34. legitur,
Hoellum anno sua ordinationis XII. obiisse 17.
Kalend. Augusti anno Dominica Incarnationis,
MXCVII. & Hildebertum Scholarum Magistrum,
& Archidiaconum propter scientia & honesta-
tis sua meritum in locum ejus substitutum ef-
se: ipse autem, ni fallor, inquit idem Au-
dior Anonimus Gestorum illorum, nondum XL.
annos ætatis exegerat, cum ad honorem Episco-
patus electus est. Unde metuens, ne caro more
suo semper adversus spiritum concupisceret, vi-
gorem spiritus sui blanditiis emolliret; capie
corpus suum cibi & potus parcimonia, stratus
duritia ac cilicii asperitate domare, &c. Et
si qua

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
IO.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMM. IMP. 17.

mus præter Anselmum, invenimus nemi-
nem, cum non nisi unus ex Anglia Epif-
copus illic interfuisse inveniatur sanctus
Anselmus.

CLIII.
Scriptit
S. Ansel-
mus li-
brum de
procef-
sione
spiritus
sancti.

Rescriptit sanctus Anselmus quæsitus
epistolam (ita enim librum illum de
Processione Spiritus sancti contra Græcos
inscripsit) sed ad quem illam scripserit,
pariter reticetur: quam quidem post Ba-
rense Concilium esse scriptam ipsemet te-
stat. Sed non ut Hildebertus postula-
verat, ex doctoribus Græcis testimonia
accesit, sicut nec ex Latinis, prout
in eodem Concilio Barenfi fecisse videtur,
eo quod Latinorum testimonia Græci il-
li non esse fidelia, sed ut testes domesticos
suspicionem non vacuos dicerent; quod-
que Græcorum Patrum assertiones non
absque calumnia illata de codicibus de-
pravatis solerent excipere: S. Anselmus
justæ causæ fidens, abstinens se ab omni-
bus his tam Latinis quam Græcis, ex
divinæ tantum Scripturæ phætora peti-
tas sagittas in hostes, quos confecit, e-
misit, ut ex eodem commentario ipse
Lector satis intelliget.

Insuper non nisi adversus eisdem Græ-
cos post hæc librum sive epistolam illam
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

si qua fuerant juvenutis delicta, elemosyna-
rum largitione redimere: Tum pag. 324. post-
quam plura in ejus laudem protulit, inquit:
charitatis gestis seminarium, quod intra & su-
pra omnia ejus opera honestatis pariter & reli-
gionis emicat splendore, & liberalitatis. Hoc
plane beneficium suis præponderat excessibus. [1]
Baronius anno MLXXXVIII. num. XIX. refert
Epistolam ab Ivone Carnotensi Hildeberto Ceno-
manensi Ecclesia electo datam, alias CCLXXXIX.
nunc CCLXXVII. in qua Ivo scribit: dicunt
quidam de majoribus Cenomanensis Ecclesia, qui
anteactam vitam tuam se nosse testantur, quod
ultra modum laxaveris fræna pudicitia, intan-
tum ut post acceptum Archidiaconatum, accu-
sante lateribus tuis plebe muliercularum, mul-
tam genueris peccem puerorum, & puellarum.
Paulo post: Addunt quoque huic calumnia præ-
arata persona, quod nec earum consilio fueris
electus, nec consensu. Quibus verbis freti Ba-
ronius & Sirmundus in Notis ad Epistolas
Goffridi Abbatis Vindocinensis, Hildeberto
Archidiacono solutoris vitæ & impudicitia
notam inurant.

XIV.
Laudatur.

Contra vero Juretus in illius Epistolæ Ivo-
nis margine, & in Notis ad eam, contem-
dit, Epistolam, non Hildeberto, sed Alder-
to Cenomanensi Ecclesia electo datam esse; quod
ita in duobus antiquis exemplaribus MSS. le-
gatur. Adhuc asserit, extare præcedentes li-
teras ad Hildebertum jam Cenomanensem Epi-
scopum, quæ suo ordini restituta fide aliquot
præcorum codicum, subindicant, hanc poste-

scripsit de Fermentato & Azymo ad Wal-
ramum Episcopum; quem quoniam suspi-
cabatur esse ex classe schismaticorum
Episcoporum, quibus præfens sæculum
abundabat, in titulo epistolæ a saluta-
tione abstinere ita scribens:

Anselmus servus Ecclesiæ Cantuariensis
Voltramo Episcopo * Hurremburgensi.
At quod salutationem non sit imperti-
tus, exordiens, sic excusat: Scienti bre-
viter loquor si certus essem prudentiam
vestram non favere successoribus Julii Cæsa-
ris, & Neronis, & Juliani Apostatæ (ita
jure legit (a) Dodechinus, non ut ha-
bet editio Parisiensis Audoeni, quæ de-
pravate legit, loco Apostatæ, potestati)
contra successorem & Vicarium Petri A-
postoli, libentissime vos & amicissimum &
reuerendum Episcopum salutarem, &c.
Vidisti quibus laudibus Henricum Impe-
ratorem schismaticum ornet: nempe cum
post Julium Cæsarem, a quo dimanavit
nomen Imperatoris in posteros, Neronis
& Juliani Apostatæ eum nominet succes-
sorem, a quorum altero crudelitatem
ab altero impietatem & fraudulentiam
hereditate possederit. Ut & hic memi-
nisse Lector debeat, quotquot hoc sæculo

CLIII.
* Nuren-
burgensi.

(a) Dode-
chin. in
Chron.
anno Do-
mini
1094.

Henric.
Imp. r.
Schimat.
quibus
compare-
tur Augu-
stus.

L 2 vi-

riorem vix posse eidem recte inscribi. Ita Ju-
retus. Verum hæc sententia prorsus exploden-
da; cum ex laudatis Gestis Episcoporum Ce-
nomanensium, aliisque documentis certo cer-
ket, Hildebertum fuisse immediatum successo-
rem Hoelli anno currenti demortui, nullumque
Aldbertum Ecclesiam Cenomanensem Ivonis
tempore rexisse. Librarii itaque Hildeberti no-
men in duobus illis MSS. depravarunt, ut
non raro in aliis. Præterea, cum ex lectio-
ne ejusdem Epistolæ manifeste appareat, eam
primam esse, quam ad Hildebertum jam Epi-
scopum Ivo scripserit, aliæ, quæ nomen Hil-
deberti præferunt, post præsentem annum da-
tæ, & in codicibus tam MSS. quam impressis
male collocatæ, ac post hunc annum exarata.
Quoad opinionem Baronii & Sirmundi, verum
quidem est, Hildebertum ab Hoello anno
MLXXXV. Episcopo Cenomanensi creato, ad
Archidiaconatum ejusdem Ecclesiæ promotum,
prioribus Archidiaconatus sui annis dissolu-
tionis vitæ fuisse, ut ex verbis mox a no-
bis in medium allatis eruitur; sed cum a Gof-
frido Vindocinensi Abbate, cujus ad eum va-
riæ extant Epistolæ, a Malmesburiensi lib. 3.
de Gest. Reg. a Sancto Bernardo, præsertim-
que ab Audore Anonymo Gestorum Ceno-
manensium Episcoporum pietas ejus, aliæque
præclaræ virtutes commendentur, nullaque
ei vitia imputentur, perspicuum est, Hilde-
bertum jam ante Episcopatum sancte vixisse,
ejusque amulos aliquot juvenutis ejus delicta
non solum refricasse; sed calumnias etiam in
eum

NOTÆ [1] O Uamquam de anno assumpti in cathedram Cenomanensem Hildeberti constat, diem ta-
men huc usque ignotum in lucem produxit charta quædam donationis ejusdem factæ
Monasterio S. Vincentii Cenomanensis vulgata a Durand. Veter. Monum. tom. I. col. 566. Ibi
ergo legitur assumptus a Radulpho Turonensi archiepiscopo die Natalis Domini. MANST

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

vixere viri sancti atque scientia clari, eosdem absque aliqua dubitatione inhæsisse Ecclesie Catholice, ipsique Romano Pontifici adversus schismaticum Imperatorem & pseudopontificem Guibertum. Anselmus vero, ubi certo novit, eundem Valramum Episcopum, communionis esse Catholicæ, scribens ad ipsum postea librum de diversitate sacramentorum, in qua eum salutatione voluit honestasse. *Domino & amico Valramo venerabili Episcopo Anselmus servus, Ecclesie Cantuariensis Archiepiscopus, salutem, servitium, orationis dilectionis effectum. Cur autem tanta mutatio, sic exordio verbis hinc significat: Gaudeo & gratias ago Deo, quia sicut scribitis, Glorificat cum in vobis Catholica Ecclesia: quoniam in vestra mutatione divine voluntatis apparet gratia, domini Papa Paschalis a-*

PAGIUS eum tenuisse. Hinc saculo sequenti ad Archiepiscopatum Turonensem evedus fuit, & utriusque Ecclesie summa cum laude præfuit, ut ibidem ostendetur.

XV. Ad num. CLIV. Chronographus Malleacensis ad annum MXCVII. gesta in Bello Hierosolymitano his verbis refert: *Acta sunt tria bella in via de Hierusalem cum Turcis, in quibus Christianos usque ad interfectionem persecuti sunt occulto Dei iudicio. In primo bello Lombardi seu Longobardi & Alamanni cum Rainaldo Domino suo perierunt in castro quodam Exceregorgo in die dedicationis Sancti Michaelis: in secundo Petrus Eremita & Gauterius intrantes Civitatem quod est supra Nicanam civitatem, confestim venerunt illic Turci, & omnes occiderunt, solus Petrus evasit, & hoc factum est in mense Octobri. Hac facta sunt in precedenti anno millesimo nonagesimo sexto ab incarnatione Domini (quo ea narravimus, licet Mabillonius in margine ad Historiam Belli Sacri a se publicatam ea cum currenti perperam illigavit). Deinde in sequenti anno MXCVII. Alii Principes venerunt Constantinopolim & in Slaviam, & fuerunt in magna persecutione. At Boamundus & Tancredus & Guillelmus frater ejus, & multi postquam acceperunt cruces, persecuti sunt Turcopolos, & Pincinnatos & vicerunt, & superaverunt in quarta feria, quod est Caput jejunii. Deinde in alio bello Turci & Pincinnati, & Commani, & Slavi, Vifi & Athenasi omnes contra Christianos erant, & quodam die Episcopum Podiensem acceperunt, & per vim perdididerunt, & a Christianis superati sunt.*

XVI. Tandem ergo Kal. Maii concordæ & unanimis effecti cum Imperatore Alexio causa sanctæ expeditionis. Collecti itaque Principes & consociati firmiter mediante Maio, pugnaverunt apud Nicaam civitatem cum Turcis, & interfecerunt innumerabilem multitudinem Turcorum, ipsamque, quæ est caput totius Romanae urbis, & multa alia ceperunt, fueruntque in obsessone illa per septem hebdomadas, & in die Ascensionis pridie Idus (nempe mensis Maii) ceperunt primum invadere. Fueruntque vulnerati, multi, & martyrizati: quas inter duas pugnas ceciderunt tredecim millia Christianorum & ducenta millia Turcorum. Eodem anno apparuit stella Cometa pridie Nonas Octobris per septem

noctes, fuitque terra motus tertio Idus Octobris. Mense Novembri fuit magna perditio femininum, partim ex vermibus, partim ex pluviiis, & flumina creverunt magna, & castella, & vicus, & homines necaverunt, maxime pedites. Fuitque bellum aliud primo die Julii contra trecentos & sexaginta millia Turcorum, Sarracenorum, Publicanorum, Persarum & Agulanorum, in quinque generalibus bellis, Deo opitulante triumphaverunt, acceperunt quadraginta & unam principalem civitatem & ducenta castra in Romania & Suria & post hac omnia duodecimo Kal. Novembris obsederunt tres partes civitatis Antiochia, quæ anno sequenti in Crucesignatorum potestatem venit, ut ibidem videbimus.

CLIV. Eodem anno decima Junii ab Occidentalium exercitu, post plura adversus Turcas confecta certamina, capta est Nicea in Bithynia. Quomodo vero ista se habuerunt, consule Tyrium (a).

Hunc insuper annum suo ad Deum illustravit transitu (ut Rogerius notat) S. Margarita Regina Scotiæ, quæ collapsam illic infeliciter Ecclesiasticam disciplinam restituendam curavit; adeo ut Scotorum Ecclesiam jam silvescentem defectu culturæ, reddiderit speciosam. Ista pluribus, qui ejus vitam scripsit Adelredus Abbas. Hujus etiam viget, mentio apud re-

noctes, fuitque terra motus tertio Idus Octobris. Mense Novembri fuit magna perditio femininum, partim ex vermibus, partim ex pluviiis, & flumina creverunt magna, & castella, & vicus, & homines necaverunt, maxime pedites. Fuitque bellum aliud primo die Julii contra trecentos & sexaginta millia Turcorum, Sarracenorum, Publicanorum, Persarum & Agulanorum, in quinque generalibus bellis, Deo opitulante triumphaverunt, acceperunt quadraginta & unam principalem civitatem & ducenta castra in Romania & Suria & post hac omnia duodecimo Kal. Novembris obsederunt tres partes civitatis Antiochia, quæ anno sequenti in Crucesignatorum potestatem venit, ut ibidem videbimus.

XVII. Sanctam Margaritam Scotiæ Reginam anno MXCVII. animam Deo reddidisse, ibidem monstravimus. Afferit Baronius ejus Vitam ab Adelredo Abbate scriptam fuisse, sed eum falli suspicor, erroremque inde procedere, quod Adelredus seu Ailredus Abbas Rievallensis in Epistola ad Henricum Ducem, postea Anglorum Regem, scripta, de Sancta Margarita, ejusque Genealogia agit. Gemmeticensis lib. 7. Hist. Normannorum cap. 10. loquens de Mathilde Sanctæ Margaritæ filia, ab eodem Henrico Rege in uxorem accepta, de utraque ait: *quanta sanctitatis & scientiæ in a seculari, quam spiritualis utraque Regina, Margareta scilicet & Mathildis, fuerint; liber qui de vita ipsarum scriptus est, plano sermone describit.*

XVIII. Bertoldus in Chronico ad annum MXCVII. ait: *Domina Mathildis egregia Dux & Marchionissa devotissima Sancti Petri filia magnum sibi nomen ubique eo tempore acquisivit. Nam ipsa pene sola cum suis contra Henricum, & haresarcham Gilbertum, complicesque eorum jam coactus. septennio prudentissime pugnavit, tandemque Henricum de Langobardia satis viriliter fugavit, & ipsa recuperatis suis bonis Deo & S. Petro gratias referre non desistit. Henricum autem Imp. currenti anno ex Italia in Germaniam rediisse, affirmant Urspergensis Abbas & Dodechinus Abbas in Appendice ad Marianum Scotum. Mansit Henricus in Italia ab anno MXC. quo illuc venit, usque ad præsentem.*

XIX. Vivebat adhuc hoc anno beatus Hedelmarius fundator Aroasæ in Belgio, cui hoc anno Lam-

CHRISTI
1097.URBANI II. PAP.
10.HENRICI III. IMP. 14.
ALEXII COMN. IMP. 17.

retum Anglicanarum historicos hujus tem-

poris Willelmum Malmesburiensem & alios.

An-

PAGIUS bertus Episcopus Attrebatensis donationem fecit a Locris in Chron. Belgico recitatam. *Congregatio Aroasensis* Canonorum Regularium congregatio ab Heldemaro, Conone Presbytero, ac Rogero laico circiter annum MXC. instituta, & a Jacobo Vitriaco in Historia Occident. cap.

23. valde commendata, initium cepit Aroasæ, altero lapide ab Apalma Artesiæ oppido positæ. Hæc Congregatio etiamnum floret, de eaque legendus Bollandus in Encomio beati Heldemari ad diem XIII. mensis Januarii.

(a) Voillel. Tyr. de bello sac. 3. c. 11. Obitus S. Margaritæ Regine Scotorum.

S. Margarita ante quadrienium demortua.

JESU CHRISTI ANNUS 1098.

URBANI II. PAP. ANNUS II.

HENRICI III. IMP. 15. ALEXII COMNENI IMP. 18.

I. Res Urb. in melio- rem sta- tum col- locata.

ANus Redemptoris millesimus no- nagesimus octavus ordine sequitur Indictione sexta, quo (inquit Berthol- dus) dominus Papa Romae Natalem Do- mini celebravit, maximamque pacem in ipsa Urbe & ejus finibus firmissime com- posuit, ibidemque Paschalem solemnita- tem cum magna gloria iridem celebra- vit; sed amulus ejus Guibertus in par- tibus Ravennae eo tempore demoratus, quamdam munitionem perdidit, in qua ipse spem suam maxime habuit, videlicet Castellum, nomine Argentum, quod Pa- do imminet, & omnes Padum transeuntes distringere potest.

Constat insuper hoc eodem anno post Pascha ab eodem Urbano Pontifice Ro- mae fuisse Synodum celebratam, cui vo- luit interesse sanctum Anselmum Archie- piscopum Cantuariensem; quem discede- re properantem, ea de causa Romae Pa- pa detinuit. De quo Edinerus qui ade- rat, ista scribit (a) :

(a) Edin. in vit. S. Anselm. l. 2. apud Sur. tom. 2. die 21. April. Concil. Romae ad S. Petr. cui inter- fuit S. Ansel- mus.

Finito (inquit) Concilio Barenfi, Ro- mam cum Apostolico profecti sumus. Tran- sactis autem aliquantulis diebus, venit Ro- manum Willelmus ille, cujus in exitu An- gliae memoriam fecimus. Inter alia hoc effecit apud Apostolicum, ut inducias Re- gi Angliae daret usque ad festum S. Mi- chaelis Archangeli. Quod Anselmus a- gnoscens, illico Lugdunum redire vole- bat, sed prohibitus a Papa est propter Concilium, quod se tertia hebdomada Pa- schae Romae habiturum statuerat. Quae au- tem constituta fuerint in Concilio, praeterit Edinerus, sed Willelmus Malms- burienfis in historia rerum gestarum Pon- tificum Anglorum de his agens, sugil- lat Urbanum Papam ac suos, quod pe-

cuniae mercimonio inducias Regi conce- sisset usque ad festum S. Michaelis Ar- changeli.

Verum idem auctor meminisse debuit, a se paulo superius dictum, anno supe- riori in Concilio Barenfi, quod idem Urbanus Pontifex jam sententiam excom- municationis in Regem ibi laturus statim intercessione sancti Anselmi, ne faceret, cohibitus esset. Accusari potuit tardi- tatis Urbanus, qui ab Anselmo actore, ne in eum dicat sententiam, continetur? Quod si petenti Regi per nuntium in- ducias usque ad festum sancti Michaelis Archangeli concessit Urbanus; potuitne vel istas ipse negasse, non dico Regi, sed cuilibet homuncioni petenti, ut a- cturus causam Romae, ex Anglia testes & testimonia perduceret, atque produ- ceret, ex tanto terrarum spacio? An & vitio dari potuit summo Pontifici, ali- quid indulgisse Regi, quem vidimus ha- ud pridem a schismaticis defecisse, at- que ad communicationem Urbani Catho- lici Antistitis convolasse? Ubi illud de (b) Domino dictum, & repetitum (ut omittamus externa) Arundinem conquis- satam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec cicciat ad victo- riam judicium? Vel illud Apostoli: (c) Vos patres nolite ad iracundiam provo- care filios vestros. De qua dictum: (d) Sicut fremitus Leonis, ita & Regis ira. Attamen declamatas esse per Lucensem Episcopum has inducias, ita idem Wil- lelmus enarrat:

In Ecclesia S. Petri erat Concilium, ingens strepitus astantium, multus con- cursus ventientium. Ideoque cum decreta- minus audirent, praecepti Papa Reinge- rio

II. Excusa- tur Urb. Pap.

(b) Mart. 12. ex Mai. 42.

(c) Eph. 6.

(d) Prov. 19.

III. Quid pro Anselmo Lucensis episc.

rato, vix obtinuit, ne in regem faceret, quod communis omnium sententia promulgavit. Multis interpositis: Finito Concilio a Baro disces- simus, comitatum Papa Romam usque non de- serentes. Subdit, Willelmum quendam nuntium a Willelmo Angliae Rege missum causam spo- liati Anselmi reddidisse, sed eam Urbanum II. non probasse, eique dixisse: Redi, quantocius, redi; & praecepti illi ex parte B. Petri, quate- nus muta omni contradictione illum suis om- nibus integre revestat, si excommunicari recu- sat. Itaque fac, ut quid hinc velit, seive me faciat ante Concilium, quod tertia hebdomada Pascha (anni nempe millesimi nonagesimi no- ni, non vero currentis, ut apud Baronium, & Tom. X. Concil. etiam legitur) in hac ur- be sum celebraturus; alioquin certissime nove- rit, se in eodem Concilio damnationis senten- tia puniri, quam promeruit. At ille: Prius- quam abeam, tecum secretius agam. Mansit ergo ibi per dies plurimos idem Willelmus, prudenter operam dando hos & illos sua causa auctores efficere: ac, ut Domini sui voluntati satisfaceret, munera quibus ea cordi esse ani- mad-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6591.

SÆC. XI. Anno E- ræ Hisp. MC- XXXVI. Anno Hegiræ CDXCII. inchoato die 28. Novemb. fer. 1. A. C. 1098

© 15. C.) 16. P. 28. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1098.

URBANI II. PAPÆ II.

HENRICI IV. REG. 43. IMP. 15.

ALEXII COMNENI IMP. 18.

Num. I. ad IX. Edimerus seu Eadmerus, corrupte Edinerus appellatus, in lib. 2. Novorum cap. 4. postquam capite superiori narravit professionem Capuanam Urbani II. & D. Anselmi hoc anno susceptam, ut praecedenti monstravimus, differit de Concilio Barenfi Kalend. Octob. hujus anni congregato, ut etiam ibidem visum, atque de Anselmo: Flexis genibus coram Papa, prafatum Regem (Angliae nempe) jam tunc excommunicare pa- nensis.

CHRISTI 1098.

URBANI II. PAP. II.

HENRICI III. IMP. 15. ALEXII COMN. IMP. 18.

rio Lucensi Episcopo, ut vocali sonori- tate cuncta enuntiaret in vulgus. Assur- git ille imperato mueri, nec clamor in- ceptus frustrabatur hiantem; sed etiam longe postorum pulsabat & penetrabat au- ditum. Multaque parte decretorum edif- ferta, repente, quasi animo excussus, a- liena, & qua a negotio diffidere vide- bantur, verba intulit; ista scilicet: Sed vae. Quid faciemus? praeceptis subditos oneramus, & auxilium a nobis quaerenti- bus nullam offerimus. Dolet hinc & con- queritur totus mundus, quod caput om- nium membris suis non conquiritur. Ec- ce quidam inter nos modeste sedet & ta- cite; cujus silentium clamor magnus est apud Deum, qui jam secundo anno Apo- stolica Sedis vigorem opperens, de om- nibus suis injuste ablatis, quid quaeso ex- cepit auxilium? Anselmus est, de quo di- co, Archiepiscopus Angliae. Haec dicens virga quam tenebat, gravi ad pavimen- tum illusione indignitatem rei exaggera- re visus est. Hic Papa in eum tendens: Absiste, inquit, moveri, frater Reinge- ri; procurabitur huic rei correctio. At Reingerius fervore spiritus actus, cum dixisset: Ita expedit; aut, Justum ju- dicem res non transibit, rursus interrup- tam seriem decretorum contexit. Ho- rum dictorum stupor affecit Anselmum, cum sciret nec suorum, nec suis querelis Reingerium ad haec commemoranda indu- ctum fuisse. In hoc Concilio Papa cum omnibus sententiam excommunicationis vi- bravit in laicos investitores Ecclesiarum & investitos a laicis, & in raltier in- vestitos consecrantes, & in illos, qui pro Ecclesiasticis honoribus laicorum homines sunt. Haec de Concilio tunc in basilica Vaticana celebrato Willelmus; moxque de discessione Anselmi ab Urbe narra- tionem aggreditur.

PAGIUS madvertebat dispersiendo, & pollicendo, parvi habere. Deductus ergo a sententia Romanus Pontifex est: ac pro voto Willelmi, inducias usque ad festum S. Michaelis dedit Regi. Acta sunt hac in ipsis solemnibus Nativitatis Christi, currentis nempe anni, non vero superioris, ut ex dictis necessario sequitur.

Reprehendit Baronius Malmsburiensem, quod lib. r. de Gest. Pont. scribat, Urbanum II. muneribus victum Regi Angliae terminum ad festum Sancti Michaelis protraxisse. Eadme- rus tamen, cujus libri Novorum Baronii tem- pore nondum lucem viderant, id tantum de ministris Curiae Romanae asserit, atque, cum Pontifex Reingerio Lucensi Episcopo praecepisset, ut statuta in Synodo Romana, sonora qua pollebat voce, legeret, Reingerum pa- ruille: verum nonnullis ab eo capitulis in au- dientia omnium diserte expositis, subito admi- rantibus cunctis, vultu, voce ac gestu cor- poris in alium habitum demutatus est: unde suorum luminum acie in circumsedentes dire- cta, vulnerata mentis dolorem ultra dissimula- re non potuit. Rupta igitur decretorum serie,

Sed quibus tunc, diebus illis morarum in Urbe Anselmi, Urbanus Papa cum of- ficii ac beneficiis frequentaverit, sic ac- cipe ab Edinero teste fideli, qui aderat illis fruens: Morati itaque Romae sumus ferme per dimidium annum, hujus scili- cet anni ferme sex mensibus, continue circa Papam degentes, & quasi in com- mune viventes. Unde & ipse Papa non- numquam ad Anselmum veniebat, late cum eo sese agendo, & curiam ei faciendõ. Dedit ei quoque hospitium, in quo con- versabatur eo jure, ut si aliquando Romam rediret, contra omnes homines illud sibi vendicaret. Ipse in conventu nobi- lium, in processionibus, semper, & ubi- que a Papa Secundus erat, praecunclis honoratus, praecunclis acceptus, & ipse omnibus simplici humilitate submissus. Praeterea Angli illo tempore Romam ve- nientes, pedes ejus ad instar pedum Ro- mani Pontificis in sua oblatione honora- re desiderant; quibus ille nequaquam ac- quiescens, in secretiorem domus partem fugiebat, & eos pro tali re nullo patie- batur ad se pacto accedere. Quod ubi Papa relatum est, admiratus in homine humilitatem, mundi que contemptum, jus- sit sese in se tenere, & nullum beneface- re volentem prohibere, sed omnes pro ta- li causa adventantes patienter admittere. At ille modesta quadam verecundia actus, jussa profecto postponeret, si non inobe- dientia novo corrumpi timeret.

Quid referam nonnullos cives Urbis, quorum ingens multitudo propter fideli- tatem Imperatoris ipsa Papae erat infesta, nonnumquam in unum conglobatos, An- selmum a Lateranis ad sanctum Petrum euntem cum suis, propter odium Papae capere volentes; sed mox viso vultu ejus territos, projectis armis terra procumbe- re

IV. Urbani erga An- selmum officia.

V. S. Ansel- mum ve- nerati ho- res.

CHRISTI
1098.URBANI II. PAP.
II.HENRICI III. IMP. 15.
ALEXII COMN. IMP. 18.

re, & se illius benedictione deponere instigari? Hi honores, & horum similes ubique illum comitabantur, quia mores ejus in cunctis Deo famulabantur. Hinc etiam erat, quod non facile a quoquam Romæ simpliciter homo, vel Archiepiscopus, sed quasi a proprio nomine, Sanctus homo, vocabatur. Quicumque igitur ei serviebamus, amori & honori cunctis eramus. Hæc Edimerus, pergens dicere de ejus recessu ab Urbe Lugdunum; ubi ad biennium quoque permansit, cum audita morte Regis est reverfus in Angliam. Sed hæc modo nobis satis ad institutum.

VI.

(a) Voil-
del. Mal-
mesbur.
l. x.Obedi-
di suo fa-
mulo ab
Urban. S.
Ansel-
mus ex-
torquet
justitiam.(b) Ansel-
Episc.
ep. 9.

Verum quid ante recessum petierit ab Urbano, non prætereundum, sed in exemplum omnium Christianam modestiam profitentium, in tanti viri commendationem est enarranda: Antequam ab Urbe recederet, inquit Vvilelmus in rebus gestis Pontificum (a) Anglorum, ipse Anselmus obedientiam pertinax custos, cum Archiepiscopus liberæ potestatis esset, rogavit Papam Urbanum, ut sibi aliquem præponeret, cujus jussis vitam disponeret. Is Edmerum (quem alii Edimerum vocant) exhibuit; cujus Anselmus tanti jussa faciebat, ut cum eum cubili locasset, non solum sine præcepto ejus non surgeret, sed nec latus inverteret. Erat iste famulus ejus a secretis, qui (ut dictum est) ejus res gestas conscripsit. At his plane consentientia sunt, quæ idem ipse Anselmus rogatus scribit de seipso (b) ad Falconem Episcop. Bellocensem, cum excusat se non teneri amore honoris & gloriæ in Archiepiscopatu, sicut apud quosdam in suspensionem adductus fuerat, post multa ista, subjungens:

PAGIUS
III.
Male il-
lud Conci-
lium in
duo dis-
partitum
fuit.

Tom. X. Concil. & apud Baronium hoc Concilium Romanum in duo dispersitur, quorum alterum præfenti anno coactum fuerit, in eoque de Anselmi causa actum; alterum vero anno MXCIX. in quo Canones XVIII. ibidem recitati, conditi fuerint. Verum secundum illud Concilium Romanum mere fictitium, ut ex die & mense ejus celebrationis evidenter apparet. Chronographus enim Malleacensis scribit, Concilium Romanum VII. Kalend. Maii anni MXCIX. in uno MS. VI. Kal. Maii in alio, Pridie Kalendas Maii celebratum, qui dies omnes in tertiam hebdomadam post Pascha anno sequenti die decima mensis Aprilis habitum, incidunt. Quare Hovedenus in priori parte Annal. & Simeon Dunelmensis in lib. de Gest. Concilium Romanum cum anno MXCIX. & tertia post Pascha hebdomada accurate alligavit, neque hoc impostum in controversiam venire debet. Hæc Chronographi Malleacensis verba ad annum MXCIX. Eo anno fuit factum Roma Concilium, quod novissime tenuit Urbanus Papa (inter Romana ordine II. non vero III.) septimo Kalendas Maii, in quo confirmavit viam Sancti Sepulchri Domini nostri J. C. & decrevit

Sciant ergo omnes, sicut mea conscientia mihi dicit coram Deo, quem invocare testem mendacii nefas esse scio; quia non me rapit, aut alligat ad Archiepiscopatum Anglorum cupiditas alicujus rei, quam servus Dei contemptor mundi contemnere debet; sed timor Dei me cogit pati, ut quamvis dolens & timens, ab Ecclesia Dei trahar. Et quia si mihi liceret, servata obedientia & charitate, quas Deo debeo & Ecclesia ejus matri meæ; propter eum potius ac libentius eligerem sub Abbate & regulari disciplina in monastica paupertate & humilitate esse & obedire & servire, quam regnare in hoc mundo seculariter, aut dominari, aut Archiepiscopatum, sive Episcopatum possidere, vel Abbatiam aut hominibus quibuslibet præesse ad animarum gubernationem, sive ad corporum sustentationem in magna terrarum & rerum terrenarum possessione & opulentia.

Quod ego ipse non imputo mihi ad tantum, quantum ad hoc, quia talem me scio, tam parum utilem, tam parum fortem, parum strenuum, parum prudentem, parum justum, ut potius mihi congruat & expediat subesse Prælato, quam præesse aliis; obedire, quam præcipere; servire, quam dominari; ministrare, quam ministrari. Cogor hæc de me confiteri; sed malo hæc in simplicitate mea, ut puto, sine duplicitate dicere, quam pati, ut alii homines peccent in me, aut malum exemplum sumant per ignorantiam & errorem suum de me &c. At de S. Anselmo modo hæcenus: inferius nobis occurret sæpe de præclaris ejus actionibus agere. Jam vero quæ anni hujus sunt reliqua, prosequamur. Conveniendi sunt nobis ipsi schismatici, eorumque opera propalanda. Ita plane in via ista omnibus,

in ipsa Synodo, omni sexta feria jejunare pro peccatis suis, omnibus Christianis; & maxime pro illis, quibus non confessi sunt immemores. Bertoldus in Chron. ad annum MXCIX. Concilium Romanum tertia post Pascha hebdomada indictum refert, qui licet Anselmi mentionem non faciat, non dubium tamen, quin de Concilio, cui ipse interfuit, interpretandus sit, nempe de Concilio Rom. tertia post Pascha hebdomada coacto, de quo etiam anno præcedenti sermonem habuimus.

Pertinet ad hoc Concilium Romanum, quod refert Joannes de Colle-medio in Vita Beati Joannis Morinorum Episcopi, qui ei annos quatuordecim cohabitavit. Ecclesia Morinensis viginti circiter annis multis tribulationibus vexata fuerat, & ad magnam confusionem redacta. Cumque Canonici Auberthum Ambianensem, Ecclesiæ Morinensis Canonicum contra Canonum sanctiones elegerint, Abbates religiosi, & viri quidam laicalis ordinis Joannem Atrabatensem Archidiaconum etiam renitentem Episcopum elegerint. Eodem tempore, inquit Joannes de Colle-medio cap. 3. Romæ Concilium generale de diversis mundi partibus Papa indicavit. In quo Concilio Morinensi causa tracta-

VII.
Anselmi
ingens a-
nimi mo-
destia.

VIII.

IV.
In eo ele-
ctio B. Jo-
annis Mo-
rinorum
episcopi
confirmata.CHRISTI
1098.URBANI II. PAP.
II.HENRICI III. IMP. 15.
ALEXII COMN. IMP. 18.IX.
Concilia-
bulum
schismatico-
rum
Romæ ha-
bitum.X.
Episc.
schismatico-
rum.

XI.

PAGIUS

bus, bonis, scilicet, & malis, usu communi contigit, ut occurramus.

Quod enim mali æmulatione bonorum, quæ ab ipsis pie sancteque fieri vident, facere æque nitantur, ne quid minus ab ipsis habere virium & facultatis cessando demonstrent; cum scirent per Catholicos assidue cogi Concilia, legitimosque agitari conventus, ipsa quoque æmulatione schismaticorum cogit Romæ suos, non ad Concilium, sed conciliabulum, & conventiculum celebrat, at nequam in Spiritu sancto legitime congregatum. Imitari possunt & vesperæ apes, favum & ipsæ fabricant, sed repleti ad melle non æque præstare valent, cum extra Catholicæ Ecclesiæ alvearium una conveniant. Qui igitur gregarii erant pseudo-pontificis Cardinales Romæ conveniunt adversus Catholicos, contra quos synodalem constant epistolam, quæ ad calcem commentarii Bennonis unius ex illis extra cardinem Cardinalis, his verbis scripta legitur:

Adalbertus Episcopus sanctæ Ruffinæ Silvæcandide, Joannes Episcopus Ostiensis, Hugo Episcopus Prænestinus, Albertus Episcopus Nepestinus, Benno Cardinalis presbyter Urbis Romæ, Romanus Cardinalis presbyter Urbis Romæ, Guido Cardinalis presbyter Urbis Romæ, Octavianus Cardinalis presbyter designatus, Paulus Primicerius Romane Ecclesiæ, Nicolaus electus Abbas sancti Silvestri Urbis Romæ, N. Abbas sancti Pancratii Urbis Romæ, & Clerus, & clarissimi Principes laici Theobaldus Chinebii, & Udalricus de S. Eustathio, & Populus Romanus, omnibus Deum timentibus, & salutem Romane Reipublicæ diligentibus. Vidisti ex titulo acephalum conventiculum, carens capite conciliabulum: Guibertus enim (ut audisti anni hujus exordio) in Longobardia commorabatur ipsorum auctor pseudopontifex, epistola sic se habet:

Nolumus ignorare prudentiam vestram, quod ad destruendas hæreses, noviter ab Hildebrando inventas, & antiquas sub nomine pietatis impie ab ipso renovatas, & ad defensionem Fidei Catholice, & ad exterminandam impietatem eorum, qui noviter ipsam Fidem Catholicam (quantum in ipsis erat) scindere non timuerunt, Deo auctore, Nonis . . . apud sanctum Ann. Eccl. Tom. XVII.

ta, & Auberthi electione haud difficile reprobara, dominus Joannes, cujus sanctitatem celebris fama vulgaverat multorum vocibus dignus pronuntiatur, & electio ejus ex sententia Concilii a Domino Papa solemniter confirmatur. Quæ cum ipso ignorante acti fuissent, Urbanus II. ne subterfugere tentaret, literis ad eum datis injunxit, ut oneri collum submitteret: Annus erat, subdit Joannes de Colle-medio, ab Incarnat. Domini N. J. C. MXCIX. Hoc igitur anno II. Nonas Junii Evesbyteratus

Blasium convenimus, octavo Idus apud sanctum Celsum, septimo Idus apud sanctam Mariam in ecclesia, quæ vocatur Rotunda, consedimus, ipsas hæreses damnatas, sicut majores nostri, & nos damnamus omnes sectatores, communicatores, complices semel damnata pravitate parè forte censemus, ne si vel paululum taceamus, consentire videamur. Eos vero qui auctoribus eorum communicant, data securitate libere veniendi & abeundi vocamus, ut per majores suos dominum Rainerium & Joannem Burgundionem causam suam agant, admonemus; securitatem integram, in quantum possumus, usque ad festum omnium Sanctorum proponimus; etiam cum in causa sua defecerint, neminem circumvenientes, nullius sanguinem, sed omnium vitam & honorem sitientes, nec seditiones in populo commoventes. De causa enim sua diffidere videtur, quisquis auctor est seditionis. Pacem vero & dilectionem, sinceram proponimus omnibus, pacem, & veritatem, & unitatem Catholicæ Ecclesiæ amplectentibus, ut simus filii Patris nostri, qui in cælis est. Qui enim ex patre diabolo sunt, opera patris sui faciunt, conspirationibus, seditionibus, & ejus filii sunt, manifeste ostendunt. Nos vero illius discipuli esse desideramus, cujus doctrina etiam inimicis sane est intelligenda. Orent pro nobis Ecclesiæ filii, ut crescat sermo Domini &c. Data Romæ contra schismaticos in sacro conventu, anno ab Incarnatione Domini millesimo nonagesimo octavo, Indictione sexta, septimo Idus Augusti.

His litteris vocati sunt. Declinarunt autem audientiam schismatici per sexdecim annos, per obsides potentes & clarissimos, etiam per sacramenta invitati, ne caperentur suis mendaciis, ne suis libellis convincerentur, quibus auctores eorum corruperunt terram hæresibus variis, longe lateque diffeminatis per apostolos multiplicis erroris. Sacer etiam conventus toties deprehensa eorum astutia, in conspectu Ecclesiæ, coram multitudine Romanorum ait: Eos qui S. Ecclesiam scindere non timuerunt, iterum vocamus ad Synodum, quam Deo auctore, celebrare disposuimus circa Kalendas Novembris. In præfenti tamen, quia venire veniunt, testes invocamus contra eos.

ordinatione suscepta, sequenti mense, XVI. videlicet Kal. Augusti a Manasse Archiep. Remensi consecratus est, & IX. Kal. ejusdem mensis apud Tarvennam solemniter inthronizatus. Concilium itaque Romanum sub Urbano ordine II. non vero III. ut perperam habet Bollandus in Notis ad cap. 3. laudatum, anno tantum sequenti celebratum.

Fuerunt illo tempore, ait Joannes de Colle-medio loco citato, diversarum Ecclesiarum Episcopi, religione conspicui, scientia præcipui, fama

XII.

Vj

cælum & terram, quod nullum consensum adhibemus eorum peruersitati. Et in testimonium illius, in medio Ecclesie, in conspectu Angelorum & hominum incendio tradimus decreta eorum hæretica, quibus orbem terræ peruerterunt, uerbum Dei adulterantes, sub ementito colore pietatis, quærentes plus se, quam Fidem Catholicam amari. Qui per sexdecim annos nullum dederunt lucem ueritati, fugientes lucem examinationis, tenebris errorum asueti, falsis expositionibus uolenter intorquentes Scripturas in adjuuentum nefandissimi schismatis.

XIII. Hildebrandus in extremis suis uocauit ad se unum de Cardinalibus duodecim, quem multum diligebat præ cæteris, & confessus est omnipotenti Deo, & toti Ecclesie, se ualde peccasse in pastoralis cura, quæ ei ad regendum erat commissa. Atque hunc confessorem suum misit ad Imperatorem, & ad totam Ecclesiam, ut optarent illi ueniam. Hucusque Acta pseudofynodi apud Bennonem in uita Gregorii Papæ Septimi edita: quorum partem postreimam de Gregorii Papæ poenitentia tempore mortis, jam sæpe superius apertissimis demonstrationibus confutatam audisti, ut non sit opus, eandem rursus erroris convincere.

XIV. Inter hæc autem cum prospera nuntiarentur de Orientali expeditione, uisum

PAGIUS fama celeberrimi. Ex quibus fuit Hugo Lugdunensis Archiep. Apostolica Sedis in Galliam Legatus, Manasses Archiep. Remensis, Ivo Carnotensis, Lambertus Atrebatensis, Odo Cameracensis, Noalo (legendum, Gualo) Parisiensis, Godefridus Ambianensis, præter alios, quos illi illa habuit aras. Sed de Hugone & Manasse uide dicta suis locis. [1]

VI. A num. XIV. ad XVII. Literæ Boamundi Tarenti Principis ad Rogerium Apulie Comitem datæ, in quibus sermo de expugnatione Nicææ, & de uictoria a Cruce signatis post eam urbem captam reportata, ad annum superiorem pertinent. Tunc enim mense Junio XX. die mensis, ut habet Tyrius lib. 3. Nicæa capta, & in ipsa die Kalend. Juliarum pugnatum est uiribus longe imparibus, & numero multum dissimili. Nam qui Solimanum secuti fuerant, centum quinquaginta millium, solis connumeratis equitibus, dicebantur excedere numerum. Nostorum autem qui præfentes illo in tanto certamine desudarunt, uix fuit numerus equitum ad millia quinquaginta, inquit Tyrius.

NOTÆ [1] Anno huic siue proximo alteri assignatur a Bollandistis Synodus quædam Bituricensis, cuius sola mentio superest penes authorem secundi operis de miraculis S. Rictrudis uulgatum ab iisdem Bollandistis ad diem 12. maii pag. 122. cuius hæc sunt uerba: Alio quoque tempore, si bene memini, iuuenili adhuc seruire uanitati . . . cum Synodalem concilium Bituricensis expeteretis ciuitatis &c. author iste facris ordinibus initiatus fuit a Roberto Atrebatensi, qui ab anno 1115. usque ad 1131. facris præfuit. Ex his igitur colligunt Bollandistæ circa finem sæculi XI. uel XII. initio Synodum hanc coactam fuisse, de qua tamen altum est silentium apud Conciliorum Collectores etiam nouissimos. Suspicio tamen concilium istud aliud non esse ab eo quod anno 1123. habitum ex Simeone Dunelmensi Pagius ad eundem annum num. 21. produxit. MANSI

est Urbano Papæ Apostolicum Legatum in partes illas decernere. De qua legatione habet ista Bertholdus horum inspector hoc anno: Dominus Papa ad eandem multitudinem suam legationem direxit, uidelicet uenerabilem Theobertum Pisane Ecclesie Archiepiscopum, & qui illis in omnibus Apostolica uice adisset, & Ecclesias in locis, unde Pagani expulsi sunt, instauraret. Sed Constantinopolitanus Rex huic dispositioni impedimento fuit, qui se omnimode a nostrorum adiutorio subtraxit. Nam ciuitates illas, quas nostris de manibus eripuerunt, ille penitus incendio deuastare, & Pagani reddere non timuit, iterque Hierosolymitanum per suam potestatem omnibus peregrinis omnino prohibuit. Hæc ipse. Post Nicæam uero captam has reperimus uisas iam datas litteras a Boamundo: Boamundus Rogerio Northmanno fratri.

XV. Postquam Nicæam urbem per ditionem accepimus, copia comæatus inopia, in duo diuisa sunt: erat inde nobis iter per inculta, & deserta loca: demum cum ad flumen quoddam deuenissemus, oportunitate loci aquari, & instaurari exercitus cepit. Vix datum fuerat momentum temporis quieti, cum Saraceni una cum Solimanno Principe innumerabilibus copiis castra inuadunt. Pugnatum est aliquan-

VII. Gesta uero hoc anno his uerbis narrat Chronographus Malleacensis: Anno MXXVIII. fuit bellum cum Turcis quinto Kalend. Januarii, & idibus Februarii, fueruntque Christiani septingenti & Turci uiginti quinque millia. Fuit & aliud bellum, ubi Amiralii duodecim sunt occisi post Pascha, quod fuit isto anno V. Kalend. Aprilis. Acta sunt hac mense Aprilii & Maio. Subacta est Antiochia intrante tertia die mensis Junii, in die Iouis. Tertia die post hac obsessi est ciuitas a Curbalando, qui adduxit trecenta sexaginta quinque millia, excepto Amiralio Hierosolymitano, qui fuit cum sua gente & Rege Damasii cum suis, & Rege Aleph similiter cum suis; & ita fuit exercitus circa Antiochiam per undecim dies. Tandem uisione Domini Jesu & Sanctæ Mariæ, Sanctique Petri Apostoli confirmati & uisione & reuelatione simul Sancti Andree Apostoli & reptione lanceæ Domini nostri Jesu Christi, acceptis poenitentibus & processionibus actis construxerunt actus suas Principes Christiani contra Curbalan, & illam innumerabilem gentem Turcorum

quantisper nostro aliquo incommodo, cum Godefredus, & Hugo Bolionii fratres quadraginta millibus equitum opem tulerunt. Magna cædes edita est hostium: uidere, eras frues, & montes Sarracenorum, qui maxima ex parte deleti sunt. Fuere in castris hostium Medi, Syri, Chaldaei, Turca, Saraceni, Arabes, quorum spiritus compressi sunt. Nos hac satis insigni uictoria futurum speramus, ut Christianorum armis omnia cedant. Tancredus filius plurimam tibi salutem dicit in castris. Edita est epistola inter casus litteras Principum.

XVI. Porro non Nicæa tantum, & plures aliæ ciuitates capte sunt a Christianis Occidentalibus aduersus Turcas bellantibus, sed hoc ipso anno Antiochia in Syria capta est die tertia mensis Junii. Quomodo autem ista contigerint, (a) Tyrium consule. Sed & quonam pacto iidem, qui urbe illa potiti sunt, ab hostium immensa multitudine obfessi, fame ac morbo consumpti, in uentione lanceæ illius quæ Christi latus perforauit, animosiores effecti, in hostes irrupentes ingentibus potiti uictoria, idem pluribus narrat: quod factum affirmat hoc anno uigesimo octauo die mensis eiusdem Junii. Sed & quomodo aliis Syriæ ciuitatibus sint potiti, & plures sint consecuti uictorias, eundem copiosissime res gestas prosequentem adeas; istorum nobis tantum meminisse, eademque certa nota temporis consignasse pro instituto, sat erit.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS eorum, Arabum, Saracenorum, Publicanorum, Azymitarum, Curtorum, Perfarum, Agulanorum & aliarum multarum, quæ nominari, nec numerari poterant. In prima acie fuit Hugo Magnus cum Francigenis & Flandrensibus Comitibus. In secunda uero Dux Godefredus cum suis. In tertia Robertus Normannus cum suis. In quarta autem Ademarus cum lancea & cum exercitu suo & exercitu Raimundi S. Egidii. In quinta Tancredus & Gasto cum Aquitanis. In sexta fuit Boamundus cum suo exercitu, Episcopi & Clerici reuestiti simul cruce in manibus tenentes. Septimam aciem fecerunt ex aliis coacti, quam ducit Raimundus Comes. Postquam uenerunt Sancti Martyres Demetrius, Georgius & Theodorus, quos Dominus promiserat mittere in auxilium eorum cum sancto exercitu, uersi sunt in fugam, & fugerunt inimici Dei uicti; & hoc bellum factum est quarto Kal. Julii. In illa fuerunt inclusi per uiginti & septem dies, & obfederunt per octo menses, & post captionem requieuerunt per quinque menses & dimidium.

VIII. Urbis potestatem, inquit Tyrius lib. 7. cap. 23. de Antiochia uerba faciens, & dominium, sicuti ab initio promiserant, omnes unanimiter Domino Boamundo concesserunt. Ioannes uero Patriarcha, egregius sub Saracenis Confessor, in sua dignitate remansit, sed hoc intra biennium ultro cedente, quod non satis utiliter præfuit Græcis Latinis, urbe cedens, Constantinopolim abiit. Post cuius discessum Bernar-

XVII. Hoc ipso anno Sedis Apostolicæ auctoritate iacta sunt prima fundamenta Cisterciensis ordinis, ex quo tamquam fonte rivi uniuersum Occidentalem orbem donis cælestibus irrigarunt; cum construendi monasterii Cisterciensis sanctus Robertus Abbas Molismensis monasterii, quod situm est in Episcopatu Lingoniensi, auctor extitit, qui una cum uigintiduoibus suis monachis illuc profectus habitauit: sed ubi ipse redire coactus est ad suos Molismenses, Albericum illis propositum Abbatem reliquit: cui defuncto successit Stephanus, omnes uiri sanctissimi, sub quibus Cistercium monachorum sanctorum frequentia mirifice est propagatum. Quod totum factum Sedis Apostolicæ auctoritate, hoc ipso anno, Legato Apostolico annuente, & adiuuante, Sigebertus ita testatur his uerbis: Hoc igitur anno, ab Incarnatione scilicet Domini millesimo nonagesimo octauo uenerabilis Hugonis Lugdunensis Ecclesie Archiepiscopi Sedis Apostolicæ tunc Legati, & religiosi uiri Vualterii Cabillonensis Episcopi licentia & assensu, necnon & clarissimi principis Odonis Burgundie Ducis freti consilio, auctoritate roborati, inuentum eremum in Abbatiam construere ceperunt, præfate Abbate Roberto ab illius diocesis Episcopo, uidelicet Cabillonensi suscipiente curam, uirgamque pastoralem, ceteris sub ipso in eodem loco firmantibus stabilitatem. At uero post non multum temporis factum est, ut ipse Abbas Robertus, M 2 tus,

dux Legati Apostolici Capellanus, natione Valentinus, idem, Valentinus Francus Patriarcha electus est, ut ibidem Tyrius habet. Antiochia autem circa annum MLXXXIV. in Turcorum potestatem uenerat, testibus Raimundo de Agiles pag. 148. Orderico lib. 13. cap. 914. & Tyrio lib. 5. cap. 11. afferentibus, eam Turcos per annos XIV. antequam a Francis caperetur, obtinuisse. Dacherius Tom. IV. Spicilegii pag. 257. inter alias Epistolas refert quam Stephanus Comes Carnotensis & Blesensis hoc anno scripsit ad Adelam uxorem, in qua ei accurate refert quæ in castris ante Antiochiam a Christianis acta sunt, quam uerbit legere.

IX. Ad num. XVII. & seq. Annum fundati Ordinis Cisterciensis exhibent uersus in fronte Ecclesie Cisterciensis descripti:

Anno milleno, centeno, bis minus uno, Pontifice Urbano, Gallorum Rege Philippo, Burgundis Odone Duce & fundamina dante, Sub Patre Roberto capiti Cistercius Ordo.

Ordericus lib. 8. pag. 711. & seqq. de hac fundatione pluribus agit, ex quo, relectis minus necessariis, hæc excerpti: In Burgundia locus est, qui dicitur Molismus, &c. Ibi tempore Philippi Regis Francorum uenerabilis Robertus Abbas camobium condidit, & inspirante gratia Spiritus Sancti, discipulos magne religionis aggregauit, studioque uirtutum in sanctis

CHRISTI
1098.URBANI II. PAP.
II.HENRICI III. IMP. 15.
ALEXII COMN. IMP. 18.

XVIII. tus, requirentibus eum monachis Molismensibus, Papæ Urbani Secundi jussu, Walterii Cabillonensis Episcopi licentia & assensu Molisium reduceretur, & Albericus vir religiosus & sanctus in ipsius loco substitueretur, hoc sane inter utramque Ecclesiam sequestro, pacis gratia, retento, & Apostolica auctoritate

PAGIUS

ita paupertate juxta usum aliorum cœnobiorum comites instruxit. Post aliquot annos Sancti Benedicti Regulam diligenter persecutus est, aliorumque Sanctorum documentis Patrum perspectis, convocans fratres sic affatus est: Nos, fratres charissimi, secundum normam S. Patris Benedicti professionem fecimus; sed, ut mihi videtur, non eam ex integro tenemus. Multa que ibi non recipiuntur, observamus, & de mandatis ejus plura negligentes intermittimus. Manibus nostris non laboramus, ut sanctos Patres fecisse legimus, &c. His dictis Monachorum conventus non acquievit: imo prædecessorum, quorum vita evidentibus miraculis insignita manifeste refulsit, exempla & instituta, venerabilium vestigiis trita virorum moderatis novitatibus objecit, &c. De hoc, quod redarguimus a te, Pater venerande, quia exorbitamus a rigore monachalis regula, nec aspero gradimur Egyptiorum Patrum tramite, qui in Thebaida & sancta in Terra commorabantur; inter Barbaros antiquo tempore necessariam rationem subtili confidera examinatione. Nullus doctor jure cogit fideles omnia pati pacis tempore, qua sancti Martyres compulsi sunt in persecutionibus Paganorum tolerare; quoniam nec ipsi eadem ante pressuram impiorum ultra perpessi sunt, qua necessitate postmodum cogente pro fide certantes sustinuerunt, &c.

X. Monachi Molismenses huic fundationi aduersentur.

Sic palam Monachis repugnantibus dixit Abbas Robertus: Inimitabilem Egyptiorum Patrum vitam ad informationem boni commemoro; sed inde nulla vobis violenta imponitur exactio, imo salubris proponitur persuasio, &c. Adhuc Monachi responderunt: Beatus pater Benedictus, ut nobis omnibus evidenter patefecit, B. Maximus Monasterii sui Priorem quem a pueritia nutritus, in Galliam misit, &c. Hoc, o Reverende Pater, Sanctitati vestrae indubitanter notum sit, qua a prioribus Cœnobiis, qui religiose vixerunt servanda didicimus, ac ut hæc Ordinis & professionis habemus, quamdiu Clunienses, sive Turonenses, aliique Regulares viri ea nacti fuerint, non dimitemus; neque temerarii novitatum adinventores a fratribus nostris longe lateque condemnari volumus.

XI. Urbani II. auxilium implorant.

Hæc & plura his similia Monachis constanter dicentibus, Abbas in sua satis pertinax sententia recessit ab eis, cum duodecim sibi assentientibus; diuque locum quaesivit idoneum sibi suisque sodalibus, qui sancti decreverant Regulam Benedicti, sicut Judæi legem Moysi, ad litteram servare penitus. Tandem Odo filius Henrici, Burgundia Dux, illis compassus est, & prædium in loco, qui Cistercius dicitur in Episcopatu Cabillonensi largitus est. Ibi Robertus Abbas cum electis fratribus aliquandiu habitavit in eremo; nimia districtionis & religionis Cœnobium construere cepit; Deoque donante in brevi plerisque sanctitatis amulatores habuit. Cumque Molismenses cœnobita per aliquod tempus Pastore caverent, viroque Dei virtutibus famoso discedente, despiciabiles erga vicinos & notor fierent, Urbanum Papam supplices adierunt, eique prorsus enedato serie verum, quas

confirmato; ut ex eo jam tempore, neutra earum utriuslibet monachum ad habitandum sine commendatione regulari susciperent. Quo facto novum monasterium novi patris sollicitudine, & industria in brevi, & non mediocriter, Deo cooperante, in sancta conversatione profecit, opinione claruit rebus necessariis crevit.

Hu-

supra retuli, consilium & auxilium ab eo postulaverunt. Ille vero paterno affectu utriusque consuluit; Abbati enim Apostolica jussu auctoritate, ut prius monasterium repeteret, & ne laboraret, regulariter reget, ac in alio, quod postmodum coeperat, quemlibet de suis idoneum substitueret. Deinde firma statuit sanctione, ut imprimis quisque quam vellet institutionem vitæ arriperet, ipsamque omni vita sua irrefragabiliter teneret, &c.

Coactus itaque Robertus Abbas Molisium repedavit, ibique laudabiliter usque ad finem vitam sua Deo militavit. Albericum vero magna religionis virum ad opus Cistercii vicarium sibi elegit, & Joanni ac Hilbodo Atrebatensibus aliisque viginti duobus fratribus Abbatem Cistercii constituit, qui magna egestate per X. annos ibi degit, &c. Ita Ordericus ad annum MXCIV. Labbeus Tom. I. Biblioth. pag. 640. refert Origines Cisterciensis Ordinis incertis Auctoribus scriptas, ubi plura de ejus fundatione habentur in quibus literæ Urbani II. Paschalis II. & aliorum hujus fundationis occasione datæ, & processus canonizationis S. Roberti Abbatis Molismensis & primi Cisterciensis Ordinis fundatoris mandato Honorii III. factus; recitantur. Annus emortalis S. Roberti incomptus. Vita ejus Auctore Monacho Molismensi Anonymo sub Adone Abbate sæculo XII. scripta extat in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. mensis Aprilis. Gaudfridus a Collone adhuc ineditus, qui cæteris omnibus accuratius Senonensium Antistitem Chronologiam expendit usque ad an. MCCXCIV. quo vivere desit, ut docet Mathoudus in Præfat. ad Catalogum Archiep. Senonensium, Molismensis Monasterii fundationem his verbis notavit: Anno Domini MLXXV. fundatum fuit Molismense Monasterium in territorio S. Petri Vivi prope Villam de Riciaco per sanctum Virum Robertum Monachum; qui postea habitum album accipiens, Cisterciensem Ordinem instituit secundum Regulam S. Benedicti.

Mabillonius lib. 6. de Re Diplom. refert Rescriptum Urbani Papæ II. de translatione cœmeterii S. Michaelis ad Mosam, in cujus fine legitur: Data Laterani VII. Kalend. April. anno ab Incarnatione Domini secundum Dionysium unum annum MCVIII. Secundum vero certiore Evangelii XXII probationem millesimo centesimo XXI. Indict. VI. numerat Epacta XVI. concurrente IIII. Verum hæc notæ plusquam Chronica, excepto die mensis, additiæ sunt. Neque Pontifices Romani duplici illa Incarnationis Era, quod saltem legerim usi fuerunt, & cum anno Dionysiano MLXXXVIII. non annus Domini secundum Evangelium. MCXXI. sed MCXX. concurrat. Mabillonius quidem lib. 2. de Re Diplom. num. XIII. de duplici illo calculo loquens ait, Marianum Scotum & Siebertum in Chron. ratos esse Dionysium annos XXIII. Christi annis detraxisse; sed certum est quod scribit Gervasius in Chronico pag. 137. Si quis annos Domini, qui secundum Evangelium dicuntur esse conscripti, nosse desiderat, supputationi Dionysii, quem i-

mi-

CHRISTI
1098.URBANI II. PAP.
II.HENRICI III. IMP. 15.
ALEXII COMN. IMP. 18.

Hucusque Siebertus. Sed ista locuple-

tius in vita sancti Roberti (a) Abbatis (a) Extat. apud. Sur. tom. 2. die 29. April.

An-

PAGIUS

mitamur, viginti duos annos apponat. Hæc est enim de annis Domini inter Evangelium & præfatum Dionysium dissonantia, sicut in suis Chronicis testatur Marianus Scotus, spatium scilicet annorum viginti duorum. In Diploma-

tis Regum MeroVingicorum inditio, aliæque notæ Chronologica, uti & in Actis Sanctorum sæpe adiciuntur, a quibus omnino cavendum.

JESU CHRISTI ANNUS 1099.

URBANI II. PAP. ANNUS 12.

HENRICI III. IMP. 16. ALEXII COMNENI IMP. 19.

I. De gravi controversia inter Ivo- nem & Legatum Apost. Sedis.

(a) Ivo ep. 68.

II. (b) Id. ep. 63.

PAGIUS SÆC. XI. Anno Era H'ip. MCXXXVII. Anno Hegira CDXCIII. inchoato die 17. Novemb. fer. 5. A.C. 1099.

I. Controversia de Primatu inter Archiepiscopos Lugdunenses & Senonenses.

Annus agitur salutis humanæ millesimus undecentesimus, Indict. VII. Quo perdifficilis controversia agitatur inter Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem Apostolicæ Sedis Legatum, atque Ivonem Episcopum Carnotensem; cujus causa Urbanus Papa querelatur plenam ad eundem Ivonem epistolam scripsit. Quoniam quidem in ea pertractata est magni momenti controversia, par est, ut eam (quod ajunt) ab ovo exordiamur, atque primum tempora consignemus ex more. Præsentem quidem annum ejus fuisse controversiæ certum tempus, ipse Ivo in ultima (a) epistola ad Urbanum Papam evidenter ostendit, dum septem numerat expletos annos a sua ad Carnotensem Episcopatum promotione in illum diem. Dico illam esse ultimam ad Urbanum epistolam, quoniam illa in codice edito epistolarum Ivonis posita numero centesima decima sexta extravagatur, nec suo loco collocata est: sed non sic in codice Vaticano, ubi inter epistolas ad Urbanum ab Ivone scriptas ponitur ordine. Cum ergo ex his, quæ superius dicta sunt, constet, Ivonem creatum ab Urbano Episcopum anno Redemptoris millesimo nonagesimo secundo, post illud præsignatum tempus si adde septem, hunc oportet intelligas annum consignatum esse. Hæc de tempore.

Quod autem ad rem gestam pertinet, sic habeto. Mortuo Richerio Senonensi Archiepiscopo in die (b) Purificationis

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6592. 16. B. D 17. P. 10. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1099.

PASCHALIS II. PAPÆ 1.

HENRICI IV. REG. 44. IMP. 16.

ALEXII COMNENI IMP. 19.

Num. I. ad. XX. Controversia inter Hugonem Galliarum Primatem ac Sedis Apostolicæ Legatum, & Daimbertum Archiepiscopum Senonensem, qui Richerio successit, anno millesimo nonagesimo septimo exorta, annoque nonagesimo octavo continuata, ideoque eam Baronius loco suo non refert. Continuator enim Chronici Sancti Petri Vivi hæc de Richerio, cujus mortem Baronius hoc anno consignat, & de Daimberto scribit ad annum MXCVI. Eodem anno obiit Richerius Archiepiscopus, vir bona vita & beata memoria, qui antequam moveretur VI. Kalendas Januariæ, in die scilicet festi Joannis Evangelistæ, accessit personis Sanctæ matris Ecclesiæ Senonum, Daim-

Mariæ, electus est in locum ipsius Daimbertus, & ut sequenti Dominica consecraretur, instabat Senonensis Ecclesiæ apud Ivonem, qui negans id fieri posse, nisi temporibus proximi jejunii, facere distulit. Inter hæc afferuntur litteræ Legati consecrationem impediens ad eundem Ivonem, quibus deberet impertire omnes provinciales Episcopos. His acceptis Ivo, quid de his sentiret Urbanus Papa, explorandum putavit, data ad eum (c) epistola, in qua hæc de Senonensi electo, quem consecrandum Legatus Apostolicus impedit: De Senonensi electo, cujus consecratio a Legato vestro Lugdunensi Archiepiscopo ob hæc impeditur, quia ei jure primatus sui ante consecrationem suam obedientiam non proficitur; quid nobis agendum sit, rescribat vestra paternitas. Cum enim nulla, aliquo accusante, alia causa prætenderetur, propter quam ejus consecratio differretur, eo tamen jubente, propter reverentiam vestram manus ab ejus consecratione continuamus; cum de professione a Metropolitanis primatibus facienda nihil legamus consuetudine firmatum, vel legibus institutum. Ultra quas metas nihil concessum esse Primatibus, testatur Papa Nicolaus, ita scribens inter alia Rudolpho Bituricensi Archiepiscopo: Primates vel Patriarchas nihil privilegii habere præ cæteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit, definimus. Hæc ad Urbanum Papam Ivo Episcopus.

(c) Id. ep. 58. Que præsumat, Legatus contra consuetudinem.

berto Præposito & Archidiacono (id est Thefaurario, quæ dignitas in Ecclesiis Cathedralibus & in monasteriis ea voce appellata sæpe reperitur) nondum, sed mox post eum futuro Episcopo & Helduino Archidiacono, & reliquis Archidiaconis & Præcentore, & nonnullis Proceribus Senonica urbis, misit & mandavit fratribus monasterii Sancti Petri, ut eo vivente eligerent, & providerent sibi Abbatem, quod & fecerunt. Paulo post: Verum præfatus Richerius de medio sublato successit Daimbertus ipsius Ecclesiæ Vicedominus, nobilis & clarus, ab omnibus clero & populo electus. Permanit autem sine benedictione Pastoralis, anno uno, & duobus mensibus. Postea vero Romæ a Papa Urbano consecratus, cum Apostolica benedictione & Pallii decore reavit, in sede collocatus XIV. Kal. Maii, anno MXCVIII. ab Incarnat. Domini, latente Clevo, & bona devotione populi. Cujus jam in Archiepiscopio XI. anno pene peractio, testor Deum nusquam Abbatiam Sancti Petri, vel audisse, vel legisse, aut vidisse, quietius vixisse, vel fuisse ab omni inquietudine. Det Deus succedentia tempora sub eo & cum eo habere læta & prospera. Quibus ex verbis intelligimus, Continuatores istum hoc tempore vixisse, vel eum ex Auctore hoc tempore vivente ista accepisse, & in prima persona, ut sæpe fit protulisse.

Die

CHRISTI 1099.

URBANI II. PAP. 12.

HENRICI III. IMP. 16. ALEXII COMN. IMP. 19.

III.

(a) r. Pet. 5. Legatus Abutitur auctoritate.

(b) Ivo ep. 65.

IV. Quæ Ivo ad Legatum de antiquitate servanda.

Ad Archiepiscopum autem Lugdunensem, qui hæc exigeret nimis audacter & importune magno cum imperio, & cum Petri uteretur auctoritate, Petri tamen immemor doctrinæ dicentis: (a) Neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo. Aculeatam satis scripsit epistolam, cum tamen ejus parere mandato, differendo consecrationem electi, minime prætermiserit. Reddenda hic est igitur Ivonis ad Legatum epistola, cujus causa Urbanus Papa in eundem Ivonem est valde commotus. Sic enim se habet: (b) Hugoni Lugdunensi, Archiepiscopo, Sedis Apostolicæ Legato Ivo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister salutem & servitium.

Factum est, ut imperastis, & manus a consecratione Senonensis electi continuimus, & litteras vestras per provinciales Episcopos pro Apostolicæ auctoritatis obedientia direximus. Petendo itaque consulimus, & consulendo petimus discretionem vestram, ut parcius de cætero nos Apostolicæ obedientiæ vinculis astringatis, ne humeris nostris importabilia imponendo, in inobedientiam labi, prohibente aliqua impossibilitate, vel imperante aliqua necessitate, faciatis. Quia facile est vobis, comminante arcu de longinquo pugnare; nobis autem nimis periculosum, adversantem gladio de præfatis ferire. Nos tamen interdita seu mandata pro fideli defensione, pro fidelium correctione, pro sceleratorum emendatione, pro imminentium vel futurorum malorum interdictione promulgata a Sede Apostolica sic volumus observare, ut parati simus, Deo cooperante, qualibet adversa pro eorum defensione tolerare. Cum vero ea, quæ indifferenter se habent, in quibus non observatis minime salus periclitatur, vel observatis minime juvatur; tam obnixè servanda sancitis,

PAGIUS II. Contigit anno MXCVII.

Die itaque vicefima septima mensis Decembris anni MXCVI. Richerio Senonensi Archiepiscopo vita functo Daimbertus in locum ejus subrogatus est, statimque post ejus electionem Clerus ad provinciales de ejus electione scripsit. Hi ordinationem celebrare volebant Quadragesimæ tempore, sed Hugo Lugdunensis Archiepiscopus & Summi Pontificis Legatus prohibuit, nisi prius sibi tanquam Primati reverentiam, quam Richerius denegaverat, profiteretur; missique literis ad Provinciam Episcopos, ut a consecratione manus abstinere, discrete jussit. Paritum quidem est Legati mandato; sed rescripsit Ivo Episcopus Carnotensis Epistolam ordine LX. alias LXV. Baronio num. IV. & seqq. recitatan, personalem illam exhibitionem ante susceptum consecrationis munus nulli Primati deberi ex more, sed neque Legatis jus illud competere, nisi electus alicujus criminis reus delatus sit. Quare petiit; ut præmitteret liberam illius ordinationem provincialibus Episcopis. Cum vero Hugo de-

vel cum ea, quæ antiquitas sanxit, consueto servavit, & venerabilium auctoritas Patrum sacrata firmavit prout vultis, minuitis, aut mutatis: attendere debet prudentia vestra, quid saluti eorum, quibus per omnia prodesse debetis conferatis: vel quorum institutio sit potius tenenda, vel quibus obedientia potius sit exhibenda, an illis sanctis Patribus, Romanis scilicet Pontificibus, qui adhuc nobis in scriptis suis loquuntur; an vobis, quibus nihil est aliud propositum, nisi priorum sequi & honorare vestigia.

Neque hæc dico, quod contra novos excessus non liceat nova promulgare mandata; sed hoc dico quod dicit Papa Zosimus Narbon. Contra statuta Patrum concedere aliquid vel immutare, nec hujus quidem Sedis potest auctoritas; apud nos enim inconculsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta, Patrum sanxere reverentiam. In libro quoque Pontificum, qui dicitur Diurnus, ita continetur de professione Romani Pontificis. Nihil de traditione, quam a probatissimis prædecessoribus meis traditam & servatam reperi, diminuerè, vel mutare aut aliquam novitatem admittere; sed ferventer ut eorum discipulus & sequipeda totis mentis meæ conatibus, quæ tradita canonice compertio, observare ac venerari profiteor. Beatus quoque Gregorius Maurontio magistro pro causa Theodori: Grave nimis est, contra veterem usum sacerdotes sibi quidem quam arripere. Item idem: Omnia quæ usus antiquitatis statuit, intemerata servantur. Inde Leo Quartus scribit Judicæ Sardinia: Nec mos nec noviter introducta consuetudo nostræ Ecclesiæ nostris prædecessoribus fuit, contra canonum statuta nova vel iniustata præsumere. Item Gregorius universis Episcopis Numidia: Consuetudinem, quæ contra fidem nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, si de Primatibus constituentis

V.

Professio solita fiera Rom. Pont.

III.

natis pertinaciter adhæreret, Ivo ea de re certior fecit Urbanum II. Epistola LKV. relata a Baronio num. II. De Senonensi Electo, inquit, cujus consecratio a Legato vestro Lugdunensi Archiepiscopo ob hoc impeditur, quia ei jure Primatus sui ante consecrationem suam obedientiam non proficitur, quid nobis agendum sit, rescribat vestra paternitas. Cum enim nulla aliquo accusante alia causa prætenderetur propter quam ejus consecratio differretur, eo tamen jubente propter reverentiam vestram manus ab ejus consecratione continuamus, cum de professione a Metropolitanis primatibus facienda nihil legamus consuetudine firmatum, vel legibus institutum: ultra quas metas nihil concessum esse Primatibus testatur Papa Nicolaus. Hæc Epistola veteri ordine est LVIII. Daimbertus, cum nec Ordinationem a Provincialibus Episcopis obtinere posset, neque contra jura suæ Sedis Lugdunensis Archiepiscopi Primatum vellet agnoscere; intelligeret etiam Hugonem in sua sententia permanere, pro-

CHRISTI
1099.

URBANI II. PAP.
12.

HENRICI III. IMP. 16.
ALEXII COMN. IMP. 19.

VI.
Relin-
quenda
Ecclesiis
sua pri-
vilegia

dis, sive de ceteris Capitulis. Item Leo Quartus Lothario: Quod iusta ac sedula consuetudo nos imitari non precepit; ita ab hoc velut a magno preceptio nos custodire oportet. Nicolaus quoque inter cetera sic scribit Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo: Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitus a Patribus suscepimus, infringi patiamur.

Gelasius quoque universis Episcopis per Dardaniam de hac eadem re ita scribit: Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam Ecclesiarum iura turbare, & privilegia, quae Metropolitanis vel provincialibus Episcopis decrevit antiquitas, avida presumptione pervadere, non respicientes, quoniam aeterno iudici rationem tam de Catholica sinceritatis injuria, quam de traditionum praedictis paternarum, non sine perpetuo damnationis interitu sint reddituri: si in hac oblatione permanserint, charitatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres per Dardaniam, sive per contiguam quamque provinciam constituti, qui vos sub Metropolitanis vestris esse meministis, & ab eisdem substitui decedentes, sicut vetus consuetudo deposcit, unanimiter studeatis Antistes: & vicissim si Metropolitanus humana conditionis sorte recesserit, a comprovinci- libus Episcopis, sicut vetus forma transmisi, sacrari modis omnibus constituatis. Cum ergo tam ista, quam alia generalia instituta absolute consecrationem Metropolitanis continent; miramur, cur privatis legibus, & novis traditionibus veteres traditiones & consuetudines removere contenditis, precipiendo, ut Senonensis electus ante consecrationem suam vobis praesentetur, & jure primatus vestri subjectionem & obedientiam profiteatur. Quod hactenus nec in Senonensi provincia, nec in aliis provinciis antiquitas instituit, nec consuetudo servavit.

PAGIUS
Daimber-
tus ele-
ctus Seno-
nensis or-
dinatus
est Romae
anno super-
riori.

prohibitorumque provinciales Episcopos, quominus ordinationem eius peregerint, Romam profectus est, ubi absque ulla conditione ab Urbano II. consecratus fuit, ut discimus ex Epistola ejusdem Pontificis ad Hugonem Lugdunensem Archiepiscopo data, & a Marca in Differt. de Primatibus num. CXVIII. ex MS. Lugdunensi eruta, scriptaque Roma apud B. Petrum indictione septima, VIII. Kalend. Maii anno Dominica Incarnat. MXCIX. Pontificatus Domini Urbani II. Papa duodecimo. Anno itaque millesimo nonagesimo septimo Hugo Archiepiscopus Lugdunensis prohibuit Suffraganeis Archiepiscopi Senonensis, ne Daimbertum ordinarent; quod cum accepisset Ivo Episcopus Carnotensis & Suffraganeis unus, ad eundem Hugonem scripsit Epistolam ordine LX. eo Christi anno, non vero currenti, quo eam recitat Baronius, & Daimbertus sub illius anni finem, vel initio anni MXCVIII. Romam profectus, postquam ab Urbano II. consecra-

Unde Papa Nicolaus inter cetera sic scribit Radulpho Archiepiscopo Bituricensi, aliqua ultra jus sibi usurpanti: Primate vel Patriarchas nihil privilegii habere praeter ceteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt & praeter illa illis consuetudo contulit, ita desinimus, ut secundum regulas Nicenas sua privilegia serventur Ecclesiis. Quod si privilegio vestrae legationis eum vobis contenditis; presentari, qui nec apud nos, nec apud vos ab aliquo est accusatus; non ita Papa Leo Anastasio instituit Thesalonicensi Episcopo vicario suo, sed ut tantum de nomine electi ad notitiam ejus provinciales referant sacerdotes: ipse autem nullis difficultatibus, nullis dilationibus iustas fatigaret electiones.

Quantum enim auditimus, persona nobiliter nata, competenter erudita, boni testimonii inter viros, cum in Ecclesia sua diaconatus fungeretur officio, sine ulla dissonantia gratuitam habuit electionem. Sed si his actionibus cederet, diceretur, munere linguae vel officii suam comparasse consecrationem. Haec Ivo de his, quae spectant ad jura male usurpata per Archiepiscopum Lugdunensem, contra antiquam consuetudinem, atque sancita decreta Patrum, sanctorum Romanorum Pontificum, eo magis temere agentem, cum ex privilegiis concessis a Gregorio Papa Septimo Ecclesiae Lugdunensi, ut super quatuor provincias primatum gereret, nempe super Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, & Senonensem; nihil amplius tribuit ipsi, quam quod antiquitus ab aliis Romanis Pontificibus eidem concessum esset. Extat ipsum privilegium inter ejusdem Gregorii (a) epistolas editum, & ipsum continens (b) epistola ab eodem data ad quatuor illarum provinciarum Archiepiscopos.

At quae ejusdem Ivonis epistole reliqua sunt, scabrosiora plane esse noscuntur

tus fuit in Galliam rediit, ubi in sede propria locatus est XIV. Kal. Maii, seu die decima octava mensis Aprilis, qui anno MXCVIII. in Dominica incidit. Consecratus autem est Romae mense Martio anni MXCVIII. cum Anonymus laudatus affirmet Daimbertum fuisse sine benedictione Pastoralis anno uno & duobus mensibus.

Post haec Ivo anno millesimo nonagesimo octavo ineunte dedit ad Urbanum II. Epistolam novo ordine LXVII. a Baronio num. XV. & seqq. relatum in qua significat, se Episcopatum renunciare velle: Ecce jam, inquit, hoc transacto septennio vineam mihi commissam pro posse meo excolui, sercora etiam circumposui. Fructum autem quarebam, & non inveni. Deur ergo mihi libertas octavo anno, ut hoc principium verae octavae aggrediar, ut possim mihi sabbatizare, dulces fructus concupitionis carpere, & octavae illius gaudia praeferre. Quae verba ostendunt Ivonem anno MXC. ante diem

VII.

VIII.

(a) Greg.
l. 6. ep.
34.
(b) Id. ep.
35.

IV.

Initium
Episcopa-
tus Ivonis
obiter sta-
tuatur.

XXIV.

CHRISTI
1099.

URBANI II. PAP.
12.

HENRICI III. IMP. 16.
ALEXII COMN. IMP. 19.

IX.
De inve-
stituris
quae Ivo

X.

PAGIUS

tur, cum de investituris vetitis nimis abjecte loquatur, immo despecte multa ingerat, quae nisi corrigerentur ab aliis ejusdem auctoris epistolis, famam suam, & nomen gloriosum, quod ex defensione Apostolica Sedis & Catholica veritatis sibi dignissime comparaverat, in discrimen maximum adduxisset. Audi igitur quae sint ista. Sic enim habet:

Quod autem scripsisti, praedictum electum investituram Episcopatus de manu Regis accepisse; nec relatum nobis ab aliquo, qui vidit, nec cognitum. Quod tamen si factum esset, cum hoc nullam vim sacramenti gerat in constituendo Episcopo, vel admissum, vel ommissum, quid fidei, quid sacrae religioni officiat, ignoramus: Cum post canonicam electionem Reges ipsos Apostolica auctoritate a consecratione Episcopatum prohibito videamus. Legimus enim sanctae recordationis summus Pontifex aliquando apud Reges pro electis Ecclesiarum, ut eis ab ipsis Regibus concederentur Episcopatus, ad quos electi erant, intercessisse; aliorum, quia concessionem Regum nondum consecuti fuerant, consecrationes distulisse; quorum exempla supposuimus, nisi prolixitate epistolae vitassemus. Dominus quoque Papa Urbanus Reges tantum a corporali investitura excludit, quantum intelleximus, non ab electione, in quantum sunt caput populi, vel concessione, quamvis octava Synodus solum prohibebat eos interesse electioni, non concessioni.

Quae concessio sive fiat manu, sive nutu, sive lingua, sive virga, quid refert? cum Reges nihil spirituale se dare intendant, sed tantum aut votis petentium annuere, aut villas Ecclesiasticas, & alia bona exteriora, quae de munificentia Regum obtinent Ecclesiae, ipsis electis concedere. Unde Augustinus super Joannem prima parte, tractatu sexto: Quo jure defendis villas Ecclesiae, divino an humano? divinum jus in Scripturis habemus, humanum in legibus Regum: Unde quisque quod possidet nonne jure humano? nam jure divino, Domini est terra, & plenitudo ejus: jure humano dicitur, haec villa mea est, haec domus mea est, hic servus meus. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

est. Tolle jura Imperatorum, quis audeat dicere, haec villa mea est, meus est iste servus, mea est ista domus? Item noli dicere: Quid mihi & Regi? Quid tibi ergo & possessioni? per jura Regum possidentur possessiones. Dixisti: Quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa jura renuntiaisti humana, quibus possessiones possidentur. Quod si haec, & aeterna lege sancita essent, non esset in manu praesidentium, ut ea in quibusdam districte judicarent, in quibusdam misericorditer relaxarent, ipsi in honore accepto permanentibus, contra quos ista loquantur. Nunc vero quia ea illicita maxime facit praesidentium prohibitio, licita quoque eorumdem pro sua aestimatione remissa; videmus nullos aut penes nullos pro hujusmodi transgressionibus damnatos, plurimos autem vexatos, plurimas Ecclesias spoliatas, plurima scandala exorta, divisum regnum & sacerdotium, sine quorum concordia res humana nec incolumes esse possunt, nec tutae. Videmus quoque miseros Episcopos & Abbates, nec ruinis morum, nec murorum reficiendis, velle vel posse vacare, solum ad hoc intentos, ut possint sibi aliquam linguam magniloquam amicam facere, cujus nudandis se possint utcumque defendere.

Multi quoque electi qui gratuitam & canonicam habent electionem, quia hujusmodi dilationibus vel fatigationibus impediuntur, comparatis sibi pecunia mediatoribus, & prolocutoribus, ne turpem patiantur repulsam, in synodicam offendunt aliquando consecrationem. Cum ergo omnis institutio Ecclesiasticarum legum ad salutem referenda sit animarum, istarum institutionum transgressiones, aut districtius essent corrigendae, ut saluti prodessent; aut interim silentio premendae, ne spiritualia vel temporalia commoda supraedictis modis impedirent. Haec autem Ivonis, quod in deteriorem partem accepta non nihil videri poterant virus habere, iis mox apponens antidotum, ista subjungit:

Non ista dico tamquam velim adversus Sedem Apostolicam caput erigere, vel ejus salutaribus dispositionibus obviare, vel meliorum sententiarum praedictarum fa-

N cere

Innocentium, ut in ea legitur, manifestum est, Ivonem haec scripsisse initio superioris anni. Sed redeo ad Daimbertum.

Daimbertus, postquam mense Aprili anni MXCVIII. in praesulatum Senonensis possessionem inducitur fuit, circa praesentis anni initium Romam rediit, & in Synodo Romana hoc anno coacta Urbano II. promisit se Lugdunensis Ecclesiae Primatum super Senonensem agiturum, ut nos docet Epistola ejusdem Pontificis ad Hugonem Lugdunensem data, cujus mox mentionem fecimus. In ea enim postquam dixit Pontifex se Daimbertum consecrasse, subdit. Nuper autem, cum ad Apo-

XI.

V.
Daimber-
tus Pri-
matum
Lugdunensis Archiep. a-
gnovit.

cere, si vivis nitantur rationibus, & evidentioribus: sed hæc vellem cum multis mecum pie sentientibus, ut Romanæ Ecclesiæ ministri tamquam probati medici majoribus morbis sanandis intenderent, & non al irrisoribus suis audirent: (a) Culicem excolantes, & camelum glutientes, mentam, rutam, cymintum, & anethum decematis: graviora autem legis prætermittitis, cum per totum pene mundum flagitia & facinora videamus publice perpetrari, nec ea a vobis aliqua justitia falce refecari. Quorum exempla, quia vel a vobis non sunt remota, vel vobis non ignota, non est meum ea speciali sermone taxare. Vos videritis, quid de his, & similibus agere debeatis. Nunc vero specialiter ad hoc intendit stylus meus, ut electum Senonensis Ecclesiæ, si nihil in eo quod sacris canonibus obviet, repertum fuerit; secundum morem antiquum consecrari permittatis.

(a) Matt. 23. & Luc. 11.

XII.

Quia de tantillo jure, quod habent Ecclesiæ nostræ, nec volumus, nec debemus cedere, cum beatus dicat Cyprianus: Quam periculosum sit in divinis rebus, ut quis cedat jure suo & potestate: (b) Scriptura sacra declarat, cum Esau primatus suos inde perdidit, nec recipere id postmodum poterit, quod semel cessit. Quod si huic Petitioni nostræ acquieveritis; consecrato omni studio persuasurum, ut primatum Lugdunensis Ecclesiæ recognoscat, vobis sicut Primati suo deferat, & omnem debitam reverentiam secundum traditiones Patrum exhibeat. Qui se acquiescere noluerit nostris persuasionibus; nos tamen ab his, quæ præcepit Apostolica Sedes, non recedemus. Si autem petitionibus nostris non acquieveritis, & aliquod schisma inde fuerit exortum contra votum nostrum; seure dicam: (c) Neque iniquitas mea, neque peccatum meum. Neque vos poteritis dicere vobis non fuisse prædictum. Audisti periculum imminens, ut non adeo mireris, si Ivo ita commotus appareat. Qui tamen ruituram domum contemplatus, se in tutum recipit locum, dum se ab Apostolicæ Sedis jussionibus non recessurum aliquando, nuper, ut accepisti, consulto professus est. Ad postremum vero has in eum querelas ingerit:

(b) Gen. 25. Imminens schisma cavendum menet.

(c) Ps. 58.

XIII.

De cætero prædium, a Puteuensis in me, & in Carnotensem Ecclesiam factam jure posse a vobis repetere, si reveren-

PAGIUS

stolorum limina tam pro ejusdem causa actione, quam pro communi Synodica vocatione rediit, presentibus Legatis tuis, &c. Sedis Apostolicæ cogente judicio, omni demum tergiversatione cassata, in manu nostrâ professus est, se & Lugdunensis Ecclesiæ super Senonensem Primatum agnoscere & de cætero tibi, tuisque legitimis successoribus tamquam Prælatibus obedire &c.

tiam vestram in jus vocare possem, qui ad suggestionem amulorum meorum prædictos sacrilegos a me, & Coepiscopis meis communionem privatos, me nesciente, communioni reddidistis, ac per hoc scelerum suorum impunitate ad perpetranda majora sacrilegia relaxastis. Quod utrum faciendum fuerit, vel post factum cognita veritate corrigendum; judicet justitia vestra, cum justa vincula non solvat, nisi vera penitentia. Si ad hæc omnia respondere non licet, vel non placet, ad hæc saltem duo ultima respondeat sanctitas vestra. Bene Vale.

Vidisti, Lector, in quot quantaque discrimina minister improvidus coniecit Ecclesiæ statum? Si enim quæ sua sunt (d) querere, ut charitati Christianæ repugnans, vetat Apostolus; quomodo Apostolicæ Sedis Legatus quæ sua non erant, cum tanta jactura Ecclesiæ Gallicanæ præsumpsit? Sed quoniam prudentia carnis & non spiritus perperam facta a ministris defendi soleant ab eorum dominis, cum legibus divinis, atque humanis quemque peccantem poena consequi debeat, Urbanus Papa humani quid quid passus, his Ivonis acceptis litteris a Legato, vehementer in Ivonem ipsum commotus est: cujus iræ pondus ipse Ivo non ferens, eo desperationis adactus est, ut se ab Episcopatu abdicare statuerit, licentiamque id peragendi ab eodem Urbano petierit, has ad eum litteras scribens: (e)

XIV. Quantum obfunt ministri imprudentes Eccl. Rom. (d) Rom. 8.

(e) Ivo ep. 62.

Urbano summo Pontifici Ivo minimus sanctitatis suæ filius, misericordiam & judicium.

Audivi dulcedinem vestram in me amaritatem, serenitatem vestram adversum me turbatam. Audivi & conturbatus est venter meus, & ossa mea conturbata sunt. Et diligenter consului memoriam meam, quid dixerim, quid fecerim, unde mansuetudinem vestram exasperaverim. Nec occurrit mihi, nisi quod dixerunt quidam mihi, quasdam litteras me composuisse adversus Romanam disceptantes Ecclesiam, quas miseram Legato vestro Lugdunensi Archiepiscopo pro causa Senonensis electi. Sed cum has apud me reperiens diligenter perlegissem; multa ibi pro Romana Ecclesia, nihil contra Romanam Ecclesiam in his scriptum intellexi, nisi quis forte ad voluntatem Scriptoris non accedens, & unam faciem castorum eloquiorum non atten-

XV. Ivonis postrema Epistola ad Urbanum Pap.

presentibus fratribus nostris quorum infra scripta sunt nomina, Anselmo, videlicet Cantuariensi, Leodegario Bituricensi, &c. Hæc autem Epistola VIII. Kalend. Maii, ut supra diximus, presentis anni exarata, quo quidem tempore S. Anselmus Romæ versabatur, ut statim debemus.

attendens, dicat (quod absit) authentica scripta sibi invicem adversari, & auctoritatem auctoritate impugnari, cum multa dissimulata ibi legantur, nisi suo modo intelligantur, & ad sententiam Scriptoris accommodentur.

XVI.

In his enim litteris, sicut mihi testis est conscientia mea, & ipsarum tenor litterarum, nihil aliud intendi, nisi quod propter crebras invectiones ac murmurationes adversus Romanam Ecclesiam, quibus quotidie tinnunt aures meæ, per dominum Archiepiscopum Lugdunensem, cui consilia vestra committitis, sollicitudinem vestram volui esse præmonitam, quantum Conviciariis vestris sic vestra decreta libraretis, ut Ecclesia non gravaretur, & eorundem transgressores sua sententia multatus, aliis se corrigendi exemplum præberetur, & fama vestra illibata servaretur. Hinc simplex oculus totum defendit corpus illarum litterarum. Sed quia domino Lugdunensi Archiepiscopo quadam sibi verba adversa, secus quam vellet, sonuerunt, maxime de primatu Lugdunensi, postposita contemplatione, Scriptoris, secundum quod tunc affectus fuit, participem vos suæ amaritudinis fieri voluit. Liceat cuique dicere, quod sentit: Ego de me sentio, quod non est aliqua persona Transmontana, quæ fidelitate vestra, pro assertionem præceptorum vestrorum tot contumelias pertulerit, tot injurias acceperit.

XVII. Ivo petitionem ab Episc.

Sed quia illa verba quacumque occasione animum vestrum exacerbaverint, non est meum adversum vos intrare in iudicium: Malo enim Episcopatu renuntiare, quam iram vestram justam vel injustam sustinere. Hæc satis factio si placuerit vestra paternitati, placet & mea parvitati. Hanc si placet, accipite: si plus placet, plus addite. Si desisto vester esse servus, non desistam vester esse filius; & sicut expertus sum ante Episcopatum, plus potero prodesse in Ecclesia Dei exemplo privatus, quam verbo Prælati. Gratissimum enim mihi est nudum nudam Christi Crucem portare, ut in illo uberrimo & amplissimo prædio contendam, in quo amor paupertatis copiosus, amor divitiarum facit erumosos. Ecce jam hoc transacto septennio vineam mihi commissam pro posse meo excolui, iterum etiam circumposui; fructum autem quarebam, & non inveni.

XVIII.

Detur ergo mihi libertas octavo anno, ut hoc principium veræ octavæ agrediar, ut possim mihi sabbatizare, dulces fructus contemplationis carpere, & octavæ illius gaudia prælibare. Quod si vestra permissione id modo non facio; Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS VI.

A num. XX. ad XXIII. Ivo in Epistola laudata, ordine LXVII. ad Urbanum data,

necessitate tamen me oporteret id facere propter novitatem in me veteri de causa Regis inimicitias, & propter parochianos meos contemptores verbi Dei, qui prohi sunt solis terrenis inhiare, numquam autem parati sursum cor levare; qui neque propter timorem Dei, neque propter ruborem temporalis excommunicationis, sacrilegia, quæ perpetrant in Ecclesiis, voluit dimittere, nec justitiam Dei recognoscere.

XIX. De promotione turpissimi pueri admonitio.

Per portitorem ergo presentium, quod vobis placet, mihi rescribite, & si petitioni meæ acquiescitis, in vestra manu me retinete, ne possint me pseudoepiscopi pro libitu suo fatigare. De cætero quid quid de me fiat, obsecro vos per charitatem Christi, ut si Turonensis Archiepiscopus, vel aliquis Aurelianensis clericus pro electione pueri sui ad vos venerit; non ei aurem præbeat. Cujusdotes ut vobis breviter amplectar; persona est ignominiosa, & de inhonestâ familiaritate Turonensis Archiepiscopi, & fratris ejus defuncti, multorumque aliorum inhoneste viventium, per urbes Franciæ turpissime diffamata. Quidam enim concubii sui appellantes cum Floram multas rhythmicas cantilenas de eo composuerunt; quæ a fœdis adolescentibus (sicut nostris miseriam terræ illius) per urbes Franciæ in plateis & compitis cantantur, quas & ipse cantitare, & coram se cantitari non erubuit. Harum unam domino Lugdunensi in testimonium misi, quam cuidam cum cantari violenter abstuli. Providendo itaque vestræ honestati & Ecclesiæ utilitati, numquam eum consecrari permittatis, ne Ecclesiam Dei postribulum publicum, & speluncam latronum faciatis. Sciatis etiam quia Turonensis Archiepiscopus contra interdictum Legati vestri in Natali Regi coronam imposuit, & ut iste Episcopus fieret, hanc mercedem promeruit. Et ut sciatis puerilem fuisse electionem, quidam etiam de eligentibus in natale innocentium in eligendo ita jocatus est:

Eligimus puerum, puerorum festa colentes, Non nostrum morem, sed Regis jussa sequentes.

Hucusque Ivonis epistola ad Urbanum, eademque novissima ex iis, quæ ab eodem ad ipsum sunt datæ: intercedente enim hoc anno ejusdem Urbani obitu (ut in fine suo loco dicitur) scribendi rursus ad eum est omnis occasio intermissa.

Extat, quam citat idem Ivo, epistola N 2 la de

XX.

cum rogat, ut si Turonensis Archiepiscopus vel aliquis Aurelianensis Clericus pro electione

CHRISTI 1099.

URBANI II. PAP. 12.

HENRICI III. IMP. 16. ALEXII COMN. IMP. 19.

la de turpitudine pueri electi in Aurelianensem Episcopum, inter ejusdem epistolae editas sexagesimaseptima ordine posita, in qua turpia dictu, horrenda cogitatu, opere vero nefanda de Turonensi Archiepiscopo promovente & promotu puero Aurelianensi, & Rege assentiente narrantur. Ibidemque de corona imposta Regi contra interdictum ipsius Urbani Papae ab ipso Turonensi praesule, qui ab eo in praemium Aurelianensem Episcopatum acceperat pro puero illo probrolo, mentio habetur. Obstitisse autem Ivonem, ne impudicus ille puer eligeretur Joannes nomine, Archidiaconus illius Ecclesiae, sed ordinaretur legitime Decanus, idem ipse in alia ad eundem (a) Hugonem Lugdunensem Archiepiscopum Legatum significat, in qua totius rei gestae narratur historia: cujus etiam argumenti extant aliae ejusdem Ivonis epistolae. (b)

(a) Ivo ep. 122. (b) Id. ep. 64. 119. & 126. XXI.

Quod vero ad impositionem coronae Regi factam in die Natalis Domini pertinet, scias idem ipsum postea etiam praesumptum anno sequenti in die Pentecostes ab aliis Episcopis, ut ejusdem (c) Ivonis aliae litterae docent, de quibus suo loco dicendum. Ad postremum, ne qua suspicio praevagationis ex recitatis litteris Ivonis ad Hugonem Legatum,

(c) Id. ep. 34.

ne Joannis pueri ad eum veniret, ei, aures Philippus Rex anno 1119. ad Bertrada consuetudinem reddi. ne Joannis pueri ad eum veniret, ei, aures non praeberet: Persona est, inquit, ignominiosa, & de inhonesta familiaritate Turonensis Archiepiscopi, &c. per urbem Francia turpissime diffamata. Paulo post: Sciatis etiam, quia Turonensis Archiep. contra Interdictum Legati vestri in Natale Domini Regi coronam imposuit, & ut iste Episcopus fieret, hac mercede promeruit. Et ut sciatis puerilem fuisse electionem quidam etiam de eligentibus in Natale Innocentium in eligendo ita jocatus est.

Eligimus puerum, puerorum festa colentes, Non nostrum morem, sed Regis iussa sequentes.

Quare Epistola illa, in qua festi Sanctorum Innocentium mentio, initio praecedentis anni scripta & Philippus Francorum Rex in Natali Domini anni MXCVII. a Turonensi Archiep. coronam accepit, cum jam antea eodem anno ad consortium Bertrada reversus fuisset. Nam, id ante annum illum contingere non potuit; cum primo restitutus Ecclesiasticae paci sub conditione abjuranda Bertrada anno MCXVI. Rex fuerit, & improbable sit, ad eandem mora nulla interposita reversum, & annuix minor dari possit. Secundo, Joanni Episcopo Aurelianensi, qui ad anni MCXV. finem Claromontano Concilio interfuerat, defuncto anno MXCVII. successus est ab Ivone Carnotensi & Wilhelmo Parisiensi Sanctio, ut liquet ex Epistola LIV. Joannis ad Hugonem Lugdunensem Archiep. Sedis Apostolicae Vicarium. Sed Sanctione ob intrusionem & simoniam eodem anno deposito, Joannes hujus nominis II. in quem pluribus invenitur Ivo Epist.

quibus investiturarum prohibitionem incessit in legentis animum aliquo modo irreperere possit; sequenti Tomo suo locoponenda erit alia ejusdem Ivonis sub Paschalis Papae naufragio data epistola (d) qua docetur quantum Ivo ipse fuerit assessor & praedicator decretorum Gregorii & Urbani, prohibentium investituras.

(d) Id. ep. 235.

Præter hæc autem idem Hugo Sedis Apostolicae Legatus, alia quoque occasione in se provocavit Ivonem & alios Episcopos provinciae Senonensis, dum electum Nivernensem Episcopum absque aliqua necessitate consecrandum extra provinciam Augustodunum vocavit præter omnem antiquum morem, omnemque Ecclesiae Catholicae consuetudinem.

Hugo Legatus quanta conatus in Episc. Senon. Provin. c.

Ad quem cohibendum idem Ivo egregiam plane epistolam scripsit, & inter alia de comprimendo Apostolicae legationis fastu hæc habet: (e) Licet enim prudentia vestra velit, & debeat ministerium suum honorare; reminisci tamen debet, quia cum Petrus Paulus esset praelatus, dederunt tamen sibi invicem dexteram societatis, ut alter in Gentibus, alter in Circumcisione predicaret. Attendat ergo discretio vestra, utrum hoc fieri liceat, & si liceat, utrum expediat; ne forte odisse & detrectare incipiant jugum

XXII.

(e) Ivo ep. 116.

LXVII. Episcopus Aurelianensis dictus est, electus die Natali Sanctorum Innocentium anni MXCVII. postquam die Natali Christi praecedenti Philippus Rex per Rodulfum Turonensem Archiep. coronatus fuisset. Cum enim Ivo ille Epistolam adversus Joannem hujus nominis II. ad Urbanum II. data afferat, octavum Episcopatus sui annum se attingisse, ea ab initio praecedentis Christi anni disjungi non potest, quia Ivo mense Novembri anni MXCVII. octavum Praefulatus annum inchoavit, & Epistolam illam post festum Sanctorum Innocentium, uti jam diximus, exaravit. Cæterum duratio Sedis Joannis I. & Sanctionis Episcoporum Aurelianensium, neque a Sauffaio in Annal. Aurelian. neque a San-Marthanis ex antiquis documentis notata, non potuit non esse brevis. Sed Joannes II. plures annos Aurelianus sedet. In Biblioth. Clun. pag. 531. & seq. refertur donatio ab eo facta Ecclesiae Pitueri coenobio Cluniacensi subdita, in cuius fine legitur: Actum est istud anno ab Incarnati. Dom. MCIII. Episcopatus Joannis Aurelianensis Episcopi anno XVII. ubi reiiciendus denarius numerus, ab oscitanti Librario intrusus, numerusque septenarius, qui restat, ab anno MXCVII. exeunte repetendus. Quae emendatio certa: Joannes enim diserte in ea donatione alterius meminit sub eodem anno a Ludovico Rege Francorum designato factae mense Octobri anni MCIII. ibidem recitata. Ex quo & liquet, Joannem die Innocentium anni MXCVII. Episcopum Aurelianensem electum.

VII.

Revocata Bertrada causa adscribenda videtur consensui Fulconis mariti, quem ipsa blandimentis muliebribus ad suam voluntatem alliciebat: Inter opulentos rivales, inquit Ord-

CHRISTI 1099.

URBANI II. PAP. 12.

HENRICI III. IMP. 16. ALEXII COMN. IMP. 19.

gum vestrum, quos vultis habere subiectos, dum hoc exemplo suo intellexerint esse jure privandos &c. Idemque Imperium adversus Bellovacensem electum, importune nimis idem Legatus exercuit prout idem Ivo in aliis ad eum datis litteris docet. (a)

(a) Id. ep. 60. & 106. XXIII. Res gesta Urb. Pap. anni hujus.

Hæc in Galliis. Quænam autem Romæ reliquæ fuerint ejusdem Pontificis res gestæ ad obitum usque, ejus temporis scriptor Bertholdus, incipiens annum a Nativitate Domini, sic aggreditur enarrare: Hoc anno millesimo nonagesimono dominus Papa Natalem Domini Romæ cum magna pace celebravit: nam & castellum sancti Angeli cum aliis munitionibus in sua potestate detinuit, omnesque emulos suos in civitate cum Dei adiutorio satis viriliter, aut placavit, aut vi perdomuit. Synodum quoque suam in tertia hebdomada Romæ celebrandum post Pascha, missis litteris usquequaque denuntiavit. Hæc de Synodi indictione. De celebratione autem ipsius ita inferius:

Conc. Rom. sub Urb. Pap. II.

Roma dominus Papa generalem Synodum centum quinquaginta Episcoporum, Abbatum, & clericorum innumerabilium tertia hebdomada post Pascha collegit: in qua Synodo confirmatis suorum antecessorum statutis, etiam sententiam anathematis super Guiberium hæresiarcham, & omnes ejus complices iteravit. Statuit quoque ibi, ne communicare praesumerent eis, qui concubinus haberent, nisi prius eas dimitterent. De Hierosolymitano itinere multum rogavit, ut irent & fratribus suis laborantibus succurrerent. Hucusque de Concilio Romano Bertholdus.

XXIV. Obitus Urb. Pap.

Idemque & inferius, hoc quoque annum, quarto Kal. Augusti, eundem Urbanum Papam esse defunctum affirmat. Rebus jam sedatis, munitionibus vendicatis, Romanis omnibus sibi conciliatis, paceque diu exulte restituta, ipsaque Ecclesia Catholica in statum tranquilliorum vendicata. Cum igitur sedisset annos un-

decim, menses quatuor, dies decem & octo S. R. E. Pontificatu bene perfuncto, ultimum spiritum Deo reddidit dicta die, in ædibus Petri Leonis, apud S. Nicolaum in carcere Tulliano positus. Ab eodem enim nobilissimo Romano civis hospitio semper exceptum, cum tot tantisque premeretur angustiis, defensumque in insula Tiberina inter duos pontes, in eodem Vaticano codice legitur; in quo vita ipsius, ut audisti, describitur ab ejus temporis auctore: ubi etiam asseritur, corpus ejus per Transiberianam regionem fuisse delatum in basilicam Vaticanam, atque ibidem honorifice sepultum.

XXV.

Porro de obitus tempore, ejusque laudibus Dominico in Mathilde instar epitaphii sepulchralis habet hos versus musa rudi, ut ætas illa ferebat, ex quibus tu sentum potius, quam verba capies, sic se habent:

Non erat hic Rector tremulus quasi Laudes cannula vento, Urb. Pap.

Sed veluti ferrum truncabat noxia verbo.

Ut cervum serpens, hæresum sic turba timet quem:

Cuncta sibi prava subduntur dogmata falsa.

Numquam decrevit libertas ænique Sedis

Romanæ per eum, sanctum peramat quia Petrum

Aureus Antistes, color optimus extitit ipse

Scilicet Urbanus, Sanctis merito sociatus.

Talem via Romæ cum perdidit Uplio-nem.

Mortuus est Romæ, digno conditus honore,

Julius ipse dies binos cum dat prope finem,

Anno millesimo, nonagenoque noveno A nato celfo de prima Virgine Verbo. Huc.

PAGIUS Nec diffentit Fulco maritus ejus.

ricus lib. 8. de Philippo Rege & de Fulcone Comite Andegavensi verba faciens, ingens tumultus & praeriorum conatus exortus est (initio scilicet conjunctionis Bertradae cum Philippo) verum versipellis mulier inter rivales similitatem compefecit, ingenioque suo in tantam pacem eos compaginavit, ut splendidum eis convivium prepararet, & apte prout placuit illis ministraret. Sugerius vero in vita Ludovici cap. 17. Andegavensem priorem maritum, licet, thoro omnino repudiatum, ita mollificaverat, ut eam tanquam dominam veneraretur, & scabellum pedum ejus sapius residens, ac si praesidio fieret voluntati ejus omnino obsequeretur.

VIII.

Ad num. XXIII. Baronius post Concilium Barense Kalendis Octobris praecedentis anni habitum unam Synodum Romanam in duas dividit autumavitque priorem anno praeterito, posteriorem currenti congregatam fuisse. Ve-

rum ut jam anno superiori monstravimus, post Concilium Barense unicum Romanum coactum, & quidem hoc anno, tertia post Pascha hebdomada, eique sanctus Anselmus interfuit.

Synodus Rom. II. sub Urbano II. IX. Moritur Urbanus II. PP.

A num. XXIV. ad XL. Simeon Dunelmensis in Historia de Gest. Reg. ad annum MXCIX. Urbanus Papa, inquit, IV. Kal. Augusti feria V. obiit. Verum loco, feria V. legendum feria VI. ut litera Dominicalis B. demonstrat. Urbanum autem II. quarto Kalendas Augusti, seu die XXIX. mensis Julii currentis anni, e vivis excessisse, constans est Auditorum antiquorum sententia. Quare cum an. MLXXXVIII. die XII. mensis Martii Pontifex Romanus consecratus fuerit, sedit annos undecim, menses quatuor, & dies octodecim; die emortuali incluso, & hoc sine controversia. Paschalis II. ei post dies XVI. successit, ut anno sequenti videbimus.

XXVI.

Hucusque Domnizo. Sed non prætereat, quod ad triumphum pertinet Urbani Papæ, nimirum eodem tempore contigisse capi Hierosolimam civitatem ab exercitu Christiano sub Godofredo Duce: cujus sanctæ expeditionis (ut vidisti) idem Urbanus promotor fuit. Sic igitur in coelo meruit sanctissimus triumphare, cui non erat in terris par laboribus honor. Res gestas memoria dignas omni scriptorum genere illustratas, & ab eorundem temporum auctoribus fidelissimis cujuslibet propemodum nationis monumentis perpetuis consignatas, a deo constat esse vulgatas, ut non indigeant stylo nostro. Tu autem Lector, si ista cupis, habes (a) Willelmum Tyrri Archiepiscopum, qui colligens in unum volumen plura diversorum volumina, ista locupletius fide sincera pertractat.

(a) Voill. Tyr. de bell. sac. l. 8. c. 9. usque ad 13.

XXVII. De Urb. Pap. Ep. decretal.

At vero antequam præsentem Tomum cum Urbano claudamus, quæ in manus nostras devenerint scriptorum ejusdem Pontificis, hic describamus. Cujus quot apices, tot gemmas existimamus: periisse autem epistolarum Registrum, doluimus. Apud Anselmum Lucensem in volumine, quod magno labore collegit ex Conciliorum canonibus atque decretis summorum Pontificum, nonnulla reperies. Sed & Ivo pariter Carnotensis Episcopus, qui item his temporibus doctrina clarus enituit, nonnulla etiam ex epistolis ejusdem Urbani Papæ accepit, atque in Corpus canonum, quod elaboravit, inferens, suis locis apte disposuit. Novissime vero Gratianus id ipsum abundantius præstitit. Quæ cum jam edita habeantur, haud nobis laborandum, ut hic singula describantur. Illa vero hic integra est reddenda ejusdem Pontificis decretalis epistola, quæ data habetur Præposita sancti Inventii Papiensis civitatis, quam necdum cusam reperimus. Extat enim ipsa apud Anselmum Lucensem, cujus librum collectionis canonum adhuc scriptum tantum, nondum editum scimus; qui & incrementum ab aliquo hujus temporis Scriptore accepisse videtur. Etenim quæ ex Urbano Papa desumpta decreta continet, oportet ab aliquo esse adita: siquidem ipsum ante Urbanum Papam esse defunctum, superius fati est demonstratum. Porro quam etiam apud Gratianum diversis in locis sub diversis titulis per fragmenta positam habes epistolam, hic ut scripta fuit, simul integram leges; quæ sic se habet:

XXVIII Urb. Ep. decretal.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Lucio Præposito Ecclesiæ S. Juventis apud Ticinum salutem & Apostolicam benedictionem.

Salvator prædicat in Evangelio circa

finem sæculi pseudochristos, & pseudopphetas surgere, & multos seducere; & Fideles suos in mundo multas habituros pressuras; sed tamen portas inferi adversus Ecclesiam non prævalituras. Proin quia, ut ait Apostolus, oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Oportet nos cum Propheta ex adverso ascendere, & murum opponere pro domo Israel, & cum eodem Apostolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei. Unde non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Igitur quia innotuisti nobis, quod tibi obicitur, Utrum vendere Ecclesiasticam rem, simoniacum sit: Hoc simoniacum esse, patenter colligitur ex hoc, quod beatus Petrus Apostolus ait Simoni (b): Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Donum quippe Dei est Spiritus sanctus, & donum Dei est res ipsius Ecclesiæ oblata. Et si bene advertis, Simon magus, qui fide ad fidem accessit, non Spiritum sanctum propter Spiritum sanctum, quo ipse indignus erat (quoniam ut scriptum est (c) Spiritus sanctus disciplina effugiet fillum) sed ideo, quantum in ipso erat, emere voluit, ut ex venditione signorum, quæ per eundem fiebant, multiplicatam pecuniam, quam obtulerat, lucraretur. Nec Apostolus emptionem Spiritus sancti, quam bene noverat fieri non posse, sed ambitionem talis quæstus, idest avaritiam quod est idolorum servitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis jaculo percussit.

(b) Act. 8.

(c) 1. Cor. 12.

Quisquis itaque res Ecclesiasticas, quæ Dei dona sunt, quoniam a Deo Fidelibus, & a Fidelibus Deo donantur, quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat. Ideo, qui easdem res non ad hoc, ad quod instituta sunt; sed ad propria lucra munere lingue, vel indebiti obsequii, vel pecunia largitur, vel adipiscitur, simoniacus est: cum principalis intentio Simonis fuerit sola pecuniæ avaritia, idest idololatria, ut ait Apostolus Paulus. Alioquin cur Synodus Chalcedonensis sexcentorum triginta Episcoporum, procuratorem, vel defensorem Ecclesiæ, vel quemquam regulæ subjectum, adeo per pecuniam ordinari prohibet, ut intervenitores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quod eosdem simoniacos judicet? Quod si præfati milites Ecclesiæ ob hujus scelus taliter percussuntur; nemo sapiens negabit non militantes Ecclesiæ multo damnabilius hanc ob causam, idest venditionis vel emptionis, debere percelli.

XXIX.

XXX. * PAICH. Primus.

Sed & beatus prædecessor noster * Paschalis de consecratione, & de rebus, quæ proveniunt ex consecratione, affirmat, quod quisquis alterum eorum vendit, sine quo alterum habere non potest, neutrum non venditum derelinquit. Ac per hoc eum, qui rem Ecclesiæ vendit, vel emit, simoniacum intelligit. In nomine vero Procuratoris intelligit præfata Synodus quemlibet Ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratia Præpositum, Oeconomum, Vicedominum; Defensorem nomine Advocatum sive Castaldum, & Judicem; In Subiecto regula Archipresbyterum, Archidiaconum, canonicum, monachum, vel quemlibet Ecclesiastico manipatum officio. Quod vero Spiritum sanctum, quantum in se vendat, vel emit, qui Præposituram vel hujusmodi vendit, vel emit, audi Augustinum super Joannem: O quot proposita fecerunt? Alterum propositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos jam nec nominare sufficimus. Circumvit ergo aliquis emere columbam? unusquisque propositum suum laudat, quod vendit &c.

XXXI.

Ecce venerabilis Augustinus de Præpositura distractione agens, in nomine columba sancti Spiritus venditionem vel emptionem accipit, sicut & omnes hujus Evangelici capituli tractatores. Pensandum vero est, quæ pena multentur, qui jam Deo, & Ecclesiæ suæ oblata vendunt, vel emunt; si cum flagellis a Dei templo ejecti sunt, qui quæ Deo erant offerenda vendebant, vel emebant. Si de offerendorum venditoribus, vel emptoribus dictum est: (a) Vos fecistis domum Patris mei domum negotiationis, & speculancam latronum; quid dicitur jam de Ecclesiæ oblaturum venditoribus, vel emptoribus? Et ne quis insanus obiciat, merito hos Dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in Dei templo, Ecclesiastica vero res modo extra templum distabantur; attendat super his Augustini non determinantem locum venditionis, vel emptionis propositum, sed tantum indefinite dicentem: Circuit aliquis emere columbam? unusquisque propositum suum laudat, quod vendit, non adiciens in templo, vel extra templum. Hæc contra venditores, vel emptores sacrarum rerum.

XXXII.

Ad hoc vero, quod in epistola tua sequitur, idest, Utrum obedire his tentantibus ad mortem nefas sit & circa finem ejusdem epistolæ hoc idem iterum inculcatur; illud beati Petri respondemus: (b) Obedire Deo oportet magis, quam hominibus. In quo exemplo notandum est, hominibus interdum obediri debere, sed

magis Deo; hominibus quidem in his, quæ contra fidem & religionem non sunt. Quoniam civis Hierusalem legimus Babylonis civibus militasse, ut sanctum Joseph, & socios Danielis: quorum primus stuprum domine, sequentes vero idololatriam perhorrentes, rempublicam & alienigenarum Principum strenue gubernaverunt. Et in Evangelio habes: (c) Cum eo qui te angariaverit uno milliaro, alia duo ambulare debere: & reddere quæ sunt Cesaris Cesaris, & quæ sunt Dei Deo. Item Hieronymus super epistola ad Philipenses (d) Si dominus ea jubet, quæ non sunt adversa Scripturis sanctis, subiiciatur domino servus: si vero contraria præcepit, magis obediatur spiritus, quam corporis domino. Et infra: Si bonum est, quod præcepit Imperator, jubentis exequere voluntatem; si malum, responde: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

(c) Mat. 5.

(d) 1. Cor. 7.

XXXIII. Ad hoc vero, (e) quod subjungitur in eadem epistola, idest, Utrum sit utendum ordinationibus & reliquis sacramentis a criminosis exhibitis, ut ab adulteris, vel sanctimonialium violatoribus, vel hujusmodi, ad hoc inquam ita respondemus: Si sebisnate, vel hæresi ab Ecclesiâ non separantur, eorundem ordinationes, & reliqua sacramenta sancta, & veneranda non negamus, sequentes beatum Augustinum, qui super Joannem de hujusmodi tam copiose, quam veraciter differuit. At enim: Baptizet servus bonus, sive servus malus non sciat si ille, qui baptizatur, baptizari non ab eo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem. Et paulo post: Non horreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem. Si fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur, sed per illum Christi sacramentum non contaminatur. Quod per illum fluit, purum est, quod per illum transit, liquidum est. Item: Spiritualis vero virtus sacramenti ita est, ut lux, quæ & ab illuminandis pura excipitur, & si per immunda transeat, non inquinatur. Quos baptizat ebriosus, quos baptizat homicida, quos baptizat adulter, Christus baptizat, & cetera hujusmodi. Attamen decessores nostri Nicolaus ac Gregorius a Missis sacerdotum, quos tales revera esse constiterit, Fideles abstinere decreverunt; ut & peccandi licentiam cæteris auferrent, & hujusmodi ad dignam penitentiam lamenta revocarent. Scribit hoc prædecessor noster (f) Gregorius Rudolpho & Beroldo Ducibus inter cetera: Officium simoniacorum, & in fornicatione jacentium scientes nullo modo recipiatis, & quantum potestis, tales sanctis deservire mysteriis vi, si oportuerit, prohibeatis, &c.

(e) 6. diff. c. 6. in ad.

(f) Greg. 7. l. 2. ep. 45.

Por-

XXXIV.

Porro ad hæc, quæ tibi syllogistice in eadem epistola obiciuntur, idest, Si corpus, & sanguis Christi non sunt, & alia quæ prædicimus, proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obijunt: quod si habent, cur spernuntur, scilicet ab indigno præsumuntur? Ad hæc, inquam, ita respondemus: Proprias quidem habent virtutis dignitates, ut præfatus Augustinus ait super Joannem contra Donatistas; sed agentibus, vel suscipientibus eadem sacramenta contra præfatorum Pontificum instituta, nisi forte sola * morte interveniente, utpote nefine baptisate, vel communione quilibet humanis rebus excedat; eis, inquam, in tantum obsunt, ut veri idololatæ sint, cum talibus & ordinationum & sacramentorum confectio, & aliter quam præmissum est, scienter susceptio vehementer a sanctis canonibus prohibeatur. Ait namque Samuel propheta: (a) Quoniam peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Hæc de malis Catholicis, qui intra Ecclesiam sunt. Ceterum schismaticorum & hereticorum sacramenta, quoniam extra Ecclesiam sunt, juxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagii, Gregorii, Cypriani, Augustini, Hieronymi, formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis initiati per manus impositionem ad Catholicam redierint unitatem.

XXXV.

Sciendum vero est, quod canones Apostolorum, quorum auctoritate Orientalis, & ex parte Romana utitur Ecclesia, & insignis martyr Cyprianus & LXXX. Episcopi cum eodem baptismum hereticorum lavacrum diaboli appellant. Stephanus vero & Cornelius martyres & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus in libro de baptisate eundem Cyprianum & præfatos Episcopos hanc ob causam vehementer redarguunt; affirmantes, baptismum sive ab heretico, sive schismatico, Ecclesiastico more celebratum, ratum esse: & merito, quia alia in baptisate, & alia in reliquis sacramentis consideratio est; quippe cum & ordine prior, & necessarius sit: subito enim morituro prius baptisate, quam Dominici corporis communione vel aliis sacramentis insulitur. Et dum forte Catholicis non invenitur, fatius est ab heretico baptisati sacramentum sumere, quam in æternum perire. Et hanc sententiam præscriptorum Pontificum, Cornelii, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius, Siricius, Leo, Anastasius, & Magnus Gregorius, & omnis Ecclesia Catholica. Et quoniam epistolæ brevis propositis tibi questionibus fortasse non sufficit, eorundem temeritatem ad Sedem Apostolicam instruendam

* nisi in casu necessitatis, qui a præciso accepit sacramentum extra casum necessitatis, peccat, non item qui a malo. D. Th. p. 3. q. 6. art. 9. ad 2. & q. 67. art. 1. (a) 1. Reg. 23.

mitte, aut juxta (b) Apostolum veluti sana doctrina adversarium post secundam & tertiam correctionem devota. Tu vero esto fidelis usque ad mortem, ut percipias coronam vitæ. Data Romæ.

Ex his autem illud inferitur, quod apud Gratianum apponitur istis verbis: Prohibetur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quia non sint vera quo ad formam & effectum; sed quia dum hujusmodi sacerdotes se a populo contemptos viderint, rubore veracundia facilius ad penitentiam provocentur. Porro eadem in diversis orbis partibus agitata, & in controversiam deducta, sed præscripto decreti Urbani Papæ correctæ definita esse inveniuntur. Est inter alia de his scripta epistola S. (c) Anselmi Cantuariensis Episcopi ad Guillelmum Abbatem, in quo ejusmodi Urbani Papæ decreti mentionem fecisse videtur his verbis: De presbyteris vero, qui se aperta reprobæ libidinis conversatione Deo reprobabilis exhibent, omnino tenendum est, quod Apostolica providentia Ecclesiastico justoque rigore constituit; nempe: Nullatenus convenit, ut ibi reverenter astetur, ubi pertinaciter aperta & impudenti libidine fetentes, Dei & Sanctorum prohibitionem contemnendo, sacris altaribus deserviunt, immo non deserviunt, sed quantum ad ipsos, conculcant, non quo quis ea, quæ tractant, contemnenda, sed tractantes execratos existimet.

Ut qui Dei & Angelorum præsentiam non reverentur, vel hominum detestatione repulsi, sacra contaminare desistant. Nec ullatenus oportet, ut illi sint consortes de altari participantium, qui per immunditiam se faciunt exortes altari servientium. Hucusque sanctus Anselmus. Sed & hæc ipsa rursus aditata reperies in Concilio Pictaviensi sub Paschali Papa anno sequenti celebrato; de quo suo loco Tomo sequenti pluribus dicendum erit.

Sed quæ sunt reliqua Urbani Papæ scriptorum videamus. Extat ad Alphanum Salernitanum Archiepiscopum ejusdem Pontificis data epistola, qua collatum illi Ecclesiæ privilegium continetur: quam quidem ejusdem sancti Pontificis ultimum fuisse elogium satis apparet, cum data habeatur hoc anno decimotertio Kalendarum Augusti. Accepimus eam ex scripto codice bibliothecæ Cardinalis Sirleti, modo autem Cardinalis Columnæ, sed non integram, amputatis scilicet iis, quæ ad privilegia spectare videbantur ejus Ecclesiæ; quæ vero nos habuimus, sic se habent:

Urbanus servus servorum Dei, dilecto fratri Alphano Salernitano Episcopo, ejusque successoribus canonicè promovendis in perpetuum.

(b) Tit. 3.

XXXVI. De concubinariis Sacerdotibus.

(c) Anselm. 8.

XXXVII.

Urb. Pap. ultimæ literæ datæ ad Arch. Salernit.

XXXVIII.

Sin-

Singulare semper Sedis Apostolica privilegium claruit, subiectas sibi per orbem terrarum Ecclesias & auctoritate disponere & benignitate clementius conferre. Quibus autem superna majestatis dignatio sue gratiæ plenior contulit largitatem, ipsi etiam consuevit excellentiorem contribuere dignitatem. Unde non immerito existimamus, Salernitanam Ecclesiam amplioribus nostræ benignitatis muneribus honorandam, quam omnipotens Dominus eximia sue benignitatis prerogativa per misericordiam gratuitam sublimavit. Ex novissimis namque terrarum finibus beati Matthei Evangelistæ corpus ad hanc deferri, apud hanc haberi, clementissima sue dispositionis dignitate permisit. Cujus scilicet Apostoli quantitas in Deo & Ecclesia gloriæ excellentia, collatorum divinorum munerum gratia cumulata demonstrat. Hec enim primus inter ceteros Evangelistæ scribere inspiratione divina exorsus est: hic in divini seminis fructu trium ordinum coronam centesimam reportavit, ut simul Apostolus, & Evangelista, & Martyr existeret. Adiecit ad hæc omnipotens Deus ut eandem Ecclesiam gloriosorum martyrum Fortunati, Gaiti, & Athes triumphantis simul & corporibus honoraret. Apposuit etiam tertii muneris claritatem, ut eam nostris temporibus Gregorii Apostolicæ memoriæ Septimi Papæ tam exilio, quam tumultu illustraret. Cujus quam egregia jura, quam præclara doctrina, quam miranda constantia fuerit, Romana Ecclesia prædicat, Occidens universus agnoscat, tyrannorum pertinacia tolerat, & conculcata testatur. Hucusque in codice Sirleti.

Ad postremum, quod pertinet ad eundem Urbani Pontificis sepulturam, non Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

X. Gesta ante expugnationem Hierosolymæ.

Ad num. XL. & seq. Chronographus Malleanensis huius temporis Scriptor, civitatis Hierosolymitanæ expugnationem hoc modo refert: Raimundus Comes Sancti Egidii exivit de civitate Maira Idibus Januarii, & venit ad castrum Capharda, ibique junxit se cum eo Comes Robertus Normannia: Robertus Flandrensis & Dux Godofredus venerunt usque Liciam (Laodiciam) civitatem sequentes Raimundum sancti Egidii. Ibi Raimundus separavit se ab aliis, & reversus est Antiochiam. Indeque tendentes venerunt Tripulim, & ibi pugnaverunt contra Turcos & maximam partem occiderunt. Alia die equitaverunt ultrawallem Ediffem, & inde ad castrum Archa. Quod tenuerunt obsesum per tres menses uno die minus; ibique Pascha Domini celebraverunt tertio Idus Aprilis (legendum, quarto Idus Aprilis). Fecerunt placitum cum Rege Tripulim & discesserunt a castro, & pervenerunt, in sexta feria quarto Idus Maii (legendum, tertio Idus Maii, qui hoc anno in feriam sextam incidit). Postea discesserunt a civitate, veneruntque ad castrum Betolon, deinde Gibelon, (Biblum), & inde ad civitatem Barut, & de

prætermittamus, quod breviter Manlius attigit in libro de antiquis monumentis Ecclesiæ S. Petri in Vaticano, nimirum ejusdem Urbani Papæ sepulturam satis pulchro schemate fuisse constructam in memoriam tanti Pontificis, adeo de universa sancta Ecclesia benemeriti, juxta Oratorium Hadriani Papæ Primi in eadem basilica Vaticana, quam Fideles frequentantes, quisque intimo cordis affectu bene precaretur animæ ejus, & laudaret nomen ejus, sicque ejus vigens memoria semper aucto fœnore benedictionum sit summa gloria ad posteros propagata.

Sed transferat se rursus oratio in Orientem in enarrandis quæ memoria digna post Hierosolymas expugnatas fieri contigerunt; & inter alia illud celebre de certitudine venerandæ imaginis Jesu Christi Redemptoris nostri Crucifixi schemate regio pictura antiquitus ad similitudinem ejus expressæ, curante id scilicet (ut vetus traditio delapsa ad posteros firmiter testabatur) Nicodemo nocturno Christi discipulo, prout didicit, & retulit inde pius valde vir Stephanus nomine, patria Lucanus, qui religionis causa una cum aliis anno superiori peregrinationem susceperat ad Terram sanctam, quam acceperat a Gregorio quodam Syro homine, eaque insigniter esse illustratam Lucanam in Tuscia civitatem, ubi hæcenus religiosissime conservatur; apud quam & totius rei gestæ historia antiquitus scripta servatur.

Cur autem regio culta, non ut passus est nudus, idem Redemptor noster fuerit expressus, a pluribus quæri scimus: quibus aliquando respondimus, id præstitum olim ab eo ad evacuandum scandalum Crucis, & illustrandam magis gloriam

illa ad Sagittam [Sidonem], & de Sagitta civitate ad civitatem Sur (Tyrum) de civitate autem Sur ad Aram civitatem; & de Aram ad Caiphas, indeque pervenerunt ad civitatem Casaream; ibidem Pentecosten celebraverunt quarto Kal. Junii, unde venerunt ad civitatem Ramam, & ibi ordinarunt Episcopum.

Et inde venerunt latantes Hierusalem septimo Idus Junii, eamque robustissime prope muros civitatis obsederunt. Robertus Normannus obsedit eam a Septentrione & juxta eum Flandrensis Christianus Comes Robertus, a meridie Comes Raimundus vis exsancti Egidii, Quinto Idus fecerunt bellum: quarto Idus aggrediuntur civitatem, & minorem murum straverunt, & unam scalam ad majorem erexerunt, & super suis ensibus ac lanceis cominus pugnabant. Fuerunt in illa obsidione per decem dies in magna siti & fame, & fecerunt processionem circa civitatem, & postea fecerunt duo lignea castra, & VII. Idus deportaverunt ad civitatem. Sexto Idus, & quinto & quarto aptaverunt machinas, & pridie aggrediuntur mirabiliter civitatem usque in noctem. Sexta feria summo mane undique aggrediuntur eam, & nimis stupefacti erant, usque

XL.

XXI.

CHRISTI 1099.

URBANI II. PAP. 12.

HENRICI III. IMP. 16. ALEXII COMN. IMP. 19.

riam Christi, ut quem inter latrones audierint Crucifixum, scirent revera fuisse Regem Judeorum unctum a Deo (a), eundemque Regem (b) Regum ac Dominum dominantium; ita, inquam, Jesum Christum Crucifixum Judæis scandalum, Gentibus sultitiam, ea de causa pietas Nicodemi effigiandum curavit, & non honestatis causa tantum. Nam qui ejus ratione habendam censuerunt, ipsum Dominum nostrum Redemptorem indutum solum interula sive indusio Crucis affixum, sive sculptura sive pictura repræsentare consueverunt. Sed de his alias nos dixisse meminimus. Stet ergo veneranda sacrosancta Imago Christi Regis in Cruce pendens adversus infelicissimos Iconoclastas, semper loquens perpetuum ab exordio nascentis Ecclesiæ monumentum transmissum ad posterum. Sed jam de his hactenus, cætera profequamur.

XLIII. S. Petrus divinitus monetur ad Ecclesiam ingredi. Quid autem tunc temporis, hoc, inquam, ipso anno, memoria dignum, Hierosolymis receptis, acciderit S. Petro Episcopo Anagninæ, qui suos perterritus, a quibus plurima indigna passus esset, cum Boamundi exercitu navigavit in Orientem; hic describendum ex sancto Bruno Signiæ Episcopo, hujus temporis scriptore celebri, qui in vita ejusdem Petri, quam scripsit, hæc habet: *Petro in Anagnino manente, non amplius scilicet ad Anagninam Ecclesiam redeundi, sed permanendi Hierosolymis usque ad mortem, beatus Magnus ejusdem Ecclesiæ Anagninæ patronus et assistit in habitu peregrini. Qui a beato Petro, quis esset, & unde veniret, interrogatus:*

PAGIUS usque venit illa hora, in qua Dominus noster JESUS CHRISTUS passus est in ipsa civitate mortem. Tunc expugnata est & subjugata, quamvis pugnant foriter, nisi per voluntatem Dei intraverunt. Primus qui intravit miles exiit Letor, secundus Godofredus Dux, tertius Eustachius Comes frater ejus. Octava postquam civitas capta fuit, celebraverunt festivitatem erectionis per omnem civitatem Hierusalem, & legerunt Principem Godofredum, qui pugnaret Paganos, & custodiret Christianos. Similiter in loco Patriarcha elegerunt Arnulfum in festivitatis sancti Petri ad Vincula. Aliud bellum fecerunt apud Ascalonem pridie Idus Augusti cum Amiravillo Babylonia, ubi nonaginta [nongenta] sexaginta millia erant: sic dictum fuit, & tamen nemo scivit numerum, nisi solus Deus.

XI. Gothofredus Bullionius Rex Hierosolyma creatur. Hæc fuit ab Auctoribus, qui bellum Hierosolymitanum scribere, narratur. Chronographus Maxentianus mensem & diem capte urbis annotarat, sed ab amanuensi prætermisus fuit. Capta est autem, inquit Tyrius lib. 8. cap. ult. prædicta civitas, anno ab Incarnatione Domini MXCIX. mense Julio, quinta decima die mensis, feria sexta, circa horam diei novam: anno tertio, ex quo fidelis populus tanta peregrinationis sibi onus assumerat. Dies &

Peregrinus respondit: *Italus ego sum, jugalis consortia fugiens, huc salvationis meæ causa, quoad vixero, moraturus accessi fugiens debitum ipsi reddere postulatam, tuum peto consilium: Ne saluabor? Petrus inquit: In obscenitate criminalis propositi salvationem hic expetis contra vinculum conjugale? Quod Deus conjunxit (c), homo non separet, originaliter Domino statuerit. Cur ergo (beatus Magnus intulit) Ecclesiam jugaliter tibi meis interventionibus desponsatam, contra propriæ salutis consilium & Dei voluntatem temerarius abdicasti? Ubi jam vota tua peregrinationis implesti; tuam in Dei nutu Ecclesiam repetens, regredi non moreris. His dictis evanuit. Cum Petrus his acceptis monitis, dicto tempore ad suam est reversus Ecclesiam. Hucusque Brunus.*

XLIII. Conc. Hierosolym. In fine autem anni hujus itidem Hierosolymis, post celebratum solemnem diem Natalis Domini, habito generali conventu Principum, & eorum qui aderant Episcoporum Theobertus Pisanus Archiepiscopus, idemque Apostolicæ Sedis Legatus eligitur in Patriarcham Hierosolymitanum, pulso nefario homine, qui thronum illum invaserat, Arnulpho, qui sequebatur Principem Northmannorum. Cum inter ea throno Antiocheno Bernardus Patriarcha electus esset. A quibus religiose admodum Christiani Principes accipere voluerunt singuli suorum principatuum investituras, Godofredus regni Hierosolymorum a suo Patriarcha eam accipiens, Boamundus principatus Antiochiæ ab Antiocheno Patriarcha. Quo facta ab iisdem constituta sunt do-

mensis ab Historicis, qui testes oculati fuere confirmati. Octavo post urbem captam die Gothofredus Bullionius Lotharingæ Dux, Rex Hierosolymitanus unanimi consensu electus: Promotus autem, inquit Tyrius lib. 9. cap. 9. humilitatis causa, corona aurea, Regum more, in sancta civitate noluit insigniri; ea contentus, & illi reverentiam exhibens, quam humani generis Reparator, in eodem loco usque ad Crucis patibulum pro nostra salute spinam deportavit. Unde quidam in catalogo Regum, non distinguentes merita, eum dubitant commutare; magis attendentes que exterius geruntur in corpore, quam que fidelis & Deo placens anima mereatur. Nobis autem non solum Rex, sed Regum optimus, lumen & speculum videtur aliorum. Non enim consecrationis munus & Ecclesiastica sprevisse credendus est Princeps fidelis sacramenta, sed pompam seculi, & cui omnis creatura subiecta est, vanitatem; & perituram humiliter declinasse coronam, ut immarcescibilem alibi consequeretur.

XIII. Ad num. XLIII. Petrus Tudebodus Presbyter Sicracensis apud Pictones, qui descripsit iter Hierosolymitanum, cui interfuerat, quique res per quinque priores annos gestas narravit, lib. 1. pag. 812. apud Duchesnum Tom. IV. postquam locutus est de expugnatione ci-

CHRISTI 1099.

URBANI II. PAP. 12.

HENRICI III. IMP. 16. ALEXII COMN. IMP. 19.

tes iisdem Ecclesijs, quales antecessores Patriarchæ habuissent scirentur; licet horum occasione multæ sint postea obortæ contentiones, de quibus dicendum erit inferius suis locis. Ista omnia pluribus narrat (a) Willelmus Tyrius, quem tu consulas pro arbitrio.

(a) Vill. l. 8. c. 1. l. 9. c. 11. & 18. 19.

Quæ autem hoc item anno dicenda essent de Urbani successoris electione, in sequentem Tomum reicimus, ne eisdem Pontificis electio a reliquis ab eo rebus gestis ex divisione Tomorum magno Lectoris incommodo disjuncta ponatur.

XLIV. Auctoritas digna consideratio.

XLIV. Hic modo mecum post diuturnum laborem fessus, sicut ego scribendo, tu legendo, Lector considerato, & una pariter admiremur Dei providentiam in sancta Ecclesia Catholica moderanda; memores, in quot quantaque discrimina sæpe vidimus incidisse Petri naviculam, quanta subisse pericula, disjectam ventis, absorptam fluctibus, sed iterum ex insperato emergentem ex abyssi profundis, rursus vero novis flatibus repercussam conspeximus obruendam, ad momenta singula periclitantem, borealibus rabidis ventis magno impetu debacchantem. *Ann. Eccl. Tom. XVIII.*

PAGIUS Arnulphus deinde Daymber- triarcha Hierosolymorum dicitur.

vitatis Hierosolymitanæ, & de electione Godofridi in Regem quæ facta est octava die a capta civitate, ait: *Similiter elegerunt in loco Patriarcha quemdam sapientissimum & honorabilem Clericum, cui nomen erat Arnulphus, in festivitatis sancti Petri ad Vincula. Simon enim ultimus Patriarcharum Græcorum propter minas Turcorum ad insulam Cyprum profectus erat; sed illo, tempore obstitit, in prædicta insula ex hac luce substracto, Ecclesia suo Pastore viduata remansit, inquit Albertus Aquensis lib. 6. §. 39. qui Arnulphum valde laudat, de quo tamen variant Scriptorum judicia, sicuti & affectus. Post aliquantulum temporis, cum facta usque ad Apostolicam Sedem proceperisset electio, Papa Paschalis, post obitum Podiensis Episcopi (Adhevari appellati) vices super Dominici exercitus curas suas, Archiepiscopo Dayberto (seu Daymberro) Pisanomandavit, inquit Guibertus Abbas Monasterii S. Mariæ Novigenti, hujus temporis Scriptor, lib. 7. qui Arnulphum in aliquibus culpatur, additque eum cum dignitate motus fuisset, auctorem fuisse, ut Daymberro Legatus Patriarcha eligeretur, quod exequente hoc anno factum fuisse prodit Fulcherius Carnotensis, qui præfatus erat lib. 1. cap. 21. Historia Hierosolymitanæ ab anno MXCV. ad annum MCXXVII. perductæ.*

Hospitale Hierosolymitanum Sancti Joannis, uti narrat Tyrius lib. 18. cap. 5. & Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 64. in hunc modum initium habuit. *Amalphitani* (qui Nor-

NOTÆ [1] Bitus Ademari Podiensis Episcopi, cui legatio apostolica in exercitu Cruce signato commissa erat, suo quidem anno a Pagio consignatur, sed mensem & diem quem ille ignorat, prodit Richardus Cluniacensis, qui ad medium circiter sæculum XII. Chronicon suum perduxit, vulgatum a Muratorio Antiquit. Ital. to. IV. col. 1089. Ita enim ibi: *Tunc temporis obiit Ademarus Podiensis Episcopus, Kalendis scilicet Augusti.* MANSI

tibus, infanientibus, inquam, & favientibus ab Aquilone adversus Ecclesiam, Germanorum Imperatoribus miscentibus omnia, atque turbantibus, intrudentibus tot potentissimos schismaticos pseudopapas in Romanæ Ecclesiæ extremum exitum atque perditionem. Qui enim magnæ moli suffultas columnas auferat, & stupea fulcimenta earum loco sufficiat; quid fenseris de isto, nisi hoc unum agere, ut totum simul erectum miro opere ædificium penitus demolatur? Quid vero si tanta passam sæpius adhuc tamen subsistere inconcussam, sibi que ipsi firmiter inhaerentem perspexeris celsam domum; quid fenseris, nisi invisibili Dei potentia eam sic subsistere, suspendique divino præsidio, ne sic subruta machina ruat?

XLV. Ita plane recte censueris, ejus tantum ope factum, ut talia tantaque passa sancta Ecclesia damna subsistere potuerit, camque non nisi invisibili Dei manu, omni columna potentiori, quæ (b) terræ molem appendit tribus digitis, sustentari. Sicque firmiter asserueris adhuc inhabitare perpetuo in eadem Ecclesia Christum, qui migraturus e terra in cælum.

manni erant), quia merces peregrinas afferbant, Caliphum Aegypti muneribus sibi bene-volum reddidere, & ab eo obtinere, ut prope Ecclesiam Sepulcri Domini Ecclesiam Latinorum construerent, dictam postea Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Latina, quia Abbatem & Monachos more Latinorum Divina celebrantes in ea statuerunt. Illuc postea confluerent Peregrinorum multitudo, cum tam Monasterium illud, quam Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalene pro peregrinis mulieribus Latinis ab ipsis fundatum ad excipiendos omnes pauperes & infirmos non sufficerent, prædictus Abbas & Monachi Hospitale & capellam in honorem Sancti Joannis Eleemosynarii Patriarchæ Alexandrini in eodem loco construxerunt. Postquam vero Hierosolyma a Christianis capta fuit, vir quidam sanctæ vitæ nomine Gerardus, qui diu de mandato Abbatis in prædicto Hospitali pauperibus ministrarat, adjunctis sibi quibusdam aliis habitum regularem suscepit, vestibus suis albam crucem exterius affigens in pectore Regula salutari & honestis institutionibus factis solemniter professione, se ipsum obligavit, inquit Jacobus de Vitriaco, cui consonat Tyrius citatus.

XV. At Equites Hierosolymitani negant Gerardum dedisse Sancto Joanni Eleemosynario Hospitale quod Hierosolymis ante initium belli sacri edificavit, affirmantque nullam unquam in Ordine Ecclesiam in honorem Sancti Joannis Eleemosynarii constructam, aut aliquod fe-

XLV.

(b) If. 40.

XIV. Instituti Equitum Hospitaliariorum.

XV. Sub patrono S. Joannis Baptistæ.

(a) Mat. 28.

lum, hoc suis firmatum testamento reliquit, dicens (a): Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Pariterque etiam affirmaveris, in navicula illa, quae nullo ventorum impetu & maris violentia jactata potuerit unquam pati naufragium; ipsum

PAGIUS

stum de eo celebratum, sed Sanctum Joannem Baptistam semper Ordinis Patronum agnitionem, varia per annum festa ab antiquissimis temporibus de illo facta ejusque mentionem in votis ab Equitibus Hierosolymitanis quando professionem emittunt, fieri solitis, semper habitam. Hanc difficultatem quanta potui diligentia examinavi, comperique Ordinis traditionem in dubium revocandam non esse. Exstat apud San-Marthanos in Archiepiscopis Arelatenfis Charta Bernardi Arelatenfis Archiep. qua confirmat Deo & Sancto Joanni Baptista & Hospitali sancti Sepulchri, & pauperibus ac Fratibus Hospitalariis Donationem Ecclesiae Sancti Thomae Apostoli in urbe Arelatenfis factam ab Atone antecessore ejus, in eaque dicitur: Acta est charta in civitate Arelate in mense Octob. XIV. Kal. Novemb. anno ab Incarnat. MCXXXIX. indist. VII. a Natali Domini vel a Januario inchoata. Quare cum Atto circa anno MCXV. ut apud eundem San-Marthanos videre est, sedere coepit, evidens est ipso Ordinis initio, non Sanctum Joannem Eleemosynarium, sed Sanctum Joannem Baptistam Equitum Hierosolymitanorum Patronum extitisse.

XVI. Quod probatur ex Actis publicis.

Ad haec Tom. II. Monastici Anglicani pag. 509. refertur Charta Willelmi filii Audeini Henrici Angliae Regis Dapiferi, qua confirmat quandam donationem a se factam Deo & B. Mariae & S. Joanni Baptista, & beatis pauperibus sanctae domus Hospitalis Hierusalem, & Fratibus in eadem domo Deo servientibus. Scripta Charta anno Incarnation. Dominica MCLXXXVI. XVI. Kal. April. apud Londoniam. Tum p. 520. recitatur alia Charta Joannis Angliae Regis, qua confirmantur Donationes factae Deo, & Fratibus sancti Hospitalis Hierusalem. Donationes autem, quae ibidem sigillatim confirmantur, paulo ante fine anno & die referuntur; dicunturque factae in honorem Sancti Joannis Hierosolymitani. [1] Joannes anno MCXCIX. in Anglia regnare coepit, ideoque primo hujus Ordinis saeculo, non sanctus Joannes Eleemosynarius, sed sanctus Joannes Baptista Patronus agnitus in Anglia, & Guillelmi Tyrrii ac Jacobi de Vitriaco narratio praefatis Chartis pla-

adhuc existere, & assistere, qui (b) facit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. (c) Qui clausit ostis mare, & dixit: Hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Idem ipse Dominus noster Jesus Christus, qui olim in eadem Petri na-

(b) Job. 28. (c) Id. 38.

ne convulsa. Nec video quid ad eas responderi possit. Verum quidem est, has Donationes factas fuisse Hospitali Londoniensi, cujus Ecclesiam Heraclius Patriarcha Hierosolymitanus anno MCLXXXV. sexto Idus Martii, cum in Anglia versaretur, in honorem Sancti Joannis Baptistae dicavit, ut legere est loco laudato Monastici Anglic. pag. 505. sed quemadmodum Hospitali illud dicitur Hierosolymitanum, & in honorem sancti Joannis Baptistae fundatum est; ita alia per Occidentem adificata, ideo appellantur Hospitalia & Ecclesiae sancti Joannis, tam in libris, quam in Actis publicis, quia Domus Hierosolymitana ceterarum caput ac mater, primo Ordinis saeculo sanctum Joannem Baptistam Patronum reverebatur.

XVII. Refellitur opinio contraria.

Bollandus tamen ad diem XXIII. Januarii relata Vita Sancti Joannis Eleemosynarii Patriarchae Alexandrini, & notis illustrata pag. 533. Patrocinium Ordinis Hospitaliariorum ei attribuit, & de opinione contraria ait: At nobis frivolum id videtur. A quo enim veterum traditum est literis, aut quis omnino usquam meminuit Sacellum vero illud, cui dicatum fuerit utri tandem certius nosse potuerunt, Tyrrius & Vitriacus, qui id suis ipsi oculis illustrarunt? An Recentiores, qui sola ratiocinatione id concludunt, & quidem sententia dubii? Sed praeter ratiocinia Acta publica quorum, mox meminimus, traditionem Ordinis Hierosolymitani extra omnem dubitationem ponunt. Neque ratiocinia ad eam corroborandam in medium allata parum roboris habent. Nam verum quidem est sanctum Joannem Eleemosynarium toto Oriente celeberrimum fuisse, sed minime verosimile, Gerardum & Equites Hierosolymitanos, a quibus instituti Monachi & Sanctimonialis, qui ritu Latino divina officia Hierosolymis peragerent, alium Patronum elegisse, quam qui in Ecclesia Occidentali in summa celebritate esset: Improbabile pariter in aliquo Ordine Religioso nunquam aliquam Ecclesiam in honorem Patroni sui adificatam fuisse, nullamve de eo in Officiis Divinis mentionem unquam factam.

Ar-

NOTAE

[1] Nullum jam superesse dubium potest circa agitatam hanc controversiam, cui potissimum patrono ecclesia Hospitalis Hierosolymitana dicata fuerit, S. Joanni Eleemosynario ne five potius S. Joanni Baptistae; nullum inquam modo dubium superest, ex quo opera Viri Cl. P. Sebastiani Pauli Congregationis nostrae scriptoris incliti prodit Codex Diplomaticus Sacri Ordinis Hierosolymitani. In eo enim tom. I. pag. 268. vulgata est bulla Paschalis II. data Beneventi per manum Joannis Sanctae R. Ecclesiae gard. ac bibliothecarii, XV. Kalend. Martii Indist. VI. Incarnationis Dominicae anno MCXIII. Pontificatus autem Domini Paschalis PP. II. anno XIV. Data est ad Gerardum institutorem ac praepositum Hierosolymitani Xenodochii; in ea vero sub tutela sedis Apostolicae suscipitur Xenodochium quod in Civitate Jerusalem juxta B. Joannis Baptistae Ecclesiam instituit. Perspicuum inde fit ecclesiam hospitalis Hierosolymitani ab ipsa institutione sua S. Joanni Baptistae dicatam fuisse. Idem pariter repetit Callistus II. in sua Bulla ad eundem Gerardum data anno MCXX. XIII. Kalendas Julii Indist. XII. Callisti anno I. in qua privilegia Paschalis confirmans exprimit inter cetera Xenodochium juxta ecclesiam S. Joannis Baptistae institutum. MANSI

(a) Mat. 8.

navicula constitutus, periclitantibus una cum ipsa Discipulis, e somno surgens: (a) imperavit ventis, & mari, & fa-

PAGIUS XVIII. Testimonium Guillelmi Tyrrii huc in contrarium versum infirmum.

Argumentum, quod ab auctoritate Guillelmi Tyrrii desumitur, in specie quidem validum, sed revera infirmum; nam quoad Jacobum de Vitriaco, is serius Hierosolymam venit, & Tyrrii opinionem amplexus est. In Praefatione libri XVI. quem Tyrrius exorditur ab his quae anno MCXIII. accidisse credit, ait se haec stenus narraffe, quae relatione acceperat, sed impofterum scriptis mandaturum, quae vel ipsemet vidit, vel a testibus oculatis didicit; & tamen eo anno & consequentibus non paucis refert, de quibus constat eum male edoctum fuisse, & in his fidem ejus nutare. Neque dici potest Scriptor coaevus respectu fundationis istius Ordinis; cum lib. 19. cap. 4. verba faciens de divortio Amalrici III. Regis Hierosolymitani, & Agnetis filiae Comitis Edessani, quod contigit anno MCLXII. affirmet se tunc in juvenilibus annis versatum fuisse; cum scribat: Nondum de sebalis redieramus, sed transmare adhuc, circa liberalium artium detinebamur studia, quando Hierosolymis haec facta sunt. Quare Tyrrius longe post conditum Ordinem in Orientem perrexit, neque Operi suo manum admovere potuit ante ultima tempora Amalrici III. anno MCLXIII. demortui. In Praefatione enim suae Histor. & in fine lib. XX ait, se ad hujus Regis postulationem eam scripisse. Tyrrius igitur Auditor coaevus non fuit; imo Audaces coaevos non raro in errore abripi ac hallucinari saepius insinuavimus, sed immerito adversus traditionem Ordinis, cui tot monumenta favent, profertur testimonium Guillelmi Tyrrii, qui prorsus abhorruit ab Equitibus Hierosolymitanis post dissidia inter Clerum Hierosolymitanum & eosdem Equites exorta, quod hi se ab Episcoporum jurisdictione subtraxissent, & ab Hadriano IV. obtinissent, ne honorum a se possessorem decimas eisdem solverent. Legenda quae hanc in rem a nobis dicentur anno MCLV. num. VII. & seq. illa itaque fabula tandem explodenda. Porro Charta laudata Bernardi Archiep. Arelat. extra-acta fuerat a Petreskio ex libro Authentico, uti vocatur, Capituli Arelatenfis, ut legi in ejus Registro res Ecclesiae Arelatenfis continene.

XIX. Henricus Imperator, inquit Abbas Urspergenensis in Epiphania, Aquis filium suum juniorem Henricum quintum Regem fecit, reprobatorem suum Chunnado, quem prius coronavit. Chunnado vero causam rebellionis suae paucis tantum sibi familiarissimis in regno detegens, assumpto quodam ex ordine ministerialium patris, aequae Chunnado nomine, forti admodum & prudenti viro, per quasdam Italiae partes & nomen & dignitatem Regis annis fere novem obtinuit: tantum indolis suae per orbem Romanum diffundens interim odorem, ut nemo religiosus, nemo sapiens in ipso saltem Republicam constituendam fore dubitaret. Erat enim vir per omnia Catholicus, & Apostolicae sedi subiectissimus, plus religioni quam fascibus vel armis deditus, &c. Calibatus pudorem perpetualliter & servare cum proposuisset, coactus tamen a suis filium Ruggeri Ducis Siciliae, famosissimi pene nostrorum temporum viri, auxit uxorem: cuius tam caste usus est conjunctione, ut vix crederetur eum unquam cognovisse, &c. Eandem Henrici Quinti inaugurationem cum hoc Christi anno copulat Chronographus Hildensheimensis.

cta est tranquillitas magna. Quod si ita est (b): intelligite Reges, & erudimini qui judicatis terram. Intelligite vos contra

(b) Psal. 2.

Usque ad hunc annum Gaufredus a Malaterra Monachus Benedictinus Opus suum perduxit, nempe libros IV. de Gestis Roberti Viscardi Calabriae Ducis & Rogerii ejus fratris, Principum Normannorum, & eorum fratrum in Campania, Apulia, Sicilia, insertos in Tomum IV. Scriptorum Hispania Illustrata, initio hujus saeculi editorum. Inde Possivinus eum Hispanum male credidit, hunc enim in Normannia Galliae provincia natum non dubitandum.

XX. Floret Malaterra

Obiit hoc anno magnus ille heros & fidei in Hispania defensor Rodrigus Diaz, Cidus vulgo appellatus, quem jure merito queritur Sandovallius in Historia Ferdinandi Magni Castellae & Legionis Regis, Historicum natum non esse, qui illustres ejus actiones posteritati commendavit. Pauca enim, quae de eo scripta, fabulosis narrationibus plena. Post Valentiam captam, & post alia egregia facinora e vivis excessit, postquam Valentiae annis quinque praefuisset. Annus ejus emortalis in Tumbo Nigro Sancti Jacobi apud Sandovallium pag. 56. era MCX XXXVII. consignatur, quod & in antiquo documento MS. apud eundem Sandovallium etiam legitur. Denique Chronographus Malleacensis, qui hoc tempore floruit, ad hunc annum habet: In Hispania apud Valentiam Rodericus Comes (Cidus scilicet) defunctus est, de quo maximus luctus Christianis fuit, & gaudium inimicis paganis. Plurique Hispanorum Scriptores tradunt, mortuo Cido Christianos conservandae Valentiae spe abjecta eam deseruisse. Verum in eodem Documento lingua Castellana scripto apud Sandovallium pag. 56. discrete dicitur, Alphonsum Regem Valentiam mense Maio era MCXL. anno nempe Christi MCII. dereliquisse, & Maurum, quem nominat Regem, eidem praefectum fuisse.

XXI. Obiit Rodericus Cidi.

Philippus Francorum Rex Ludovicum filium, qui post ejus mortem Monarchiae Francicae praefuit, hoc vel superiori anno in confortium regni adscivit, deceptique qui hanc designationem in annum MCIII. aut etiam serius differunt. In Bibliotheca enim Cluniacensi pag. 530. extat Diploma ab eo solo, nulla patris mentione facta emissum, in cuius fine legitur: Actum est istud mense Octobri apud Toriacum, regnante Ludovico Rege, V. anno, anno ab Incarnat. domini MCIII. Quare hoc anno ante mensis Octobris finem, vel forsitan superiori post ejusdem mensis initium Franciae Rex dictus fuerat. Ad haec Catellus in Hist. Comit. Tolosae lib. 2. cap. 2. refert reperiri in Cartulario S. Saturnini donationem quandam cum hac subscriptione: Facta Charta in mense Augusto feria quinta, anno ab Incarnat. Domini millesimo centesimo, Ludovico Rege Francorum regnante, Bertrando Comitente (in Comitatu sc. Tolosano) & Anselio Episcopante. Denique Simon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. ait: Anno MCL. Henricus Rex (nempe Angliae) tenuit curiam suam Londonia in Nativitate Domini; ubi interfuit Ludovicus electus Rex Francorum, quod & Hovedenus in Henrico I. pag. 468. etiam habet, & uterque annum a Natali Christi exorditur. De Ludovico hujus nominis VI. saepe infra sermo fiet.

XXII. Philippus Francia Rex Ludovicum filium Regis dicit.

Blondellus in Diatriba de formula regnante Christo sec. I. contendit, Ludovicum Grossum, hu-

XXIII.

CHRISTI
1099.URBANI II. PAP.
12.HENRICI III. IMP. 16.
ALEXII COMN. IMP. 19.tra Ecclesiam, cui præest Deus, frustra
pugnare; erudimini, dum hoc facitis,contra vos ipsos magna vestri jactura
laccessere Deum bello. PE.

PAGIUS hujus nominis VI. Philippi Regis filium, ante patris mortem nunquam Regem absolute, sed tantum *Regem designatum*, vel *Regni defensore* vocatum fuisse, ideoque subscriptionem, quam ex Catello produximus, mendose descriptam, ac loco, *anno ab Incarnat. Domini MC.* legendum esse, *anno ab Incarnat. Domini MCVIII.* quo in *mensis Augusto* post Philippi patris obitum coronatus fuit. Verum si Vir pereruditus animum advertisset ad Diploma Regis Ludovici in Bibl. Cluniacensi, quam legerat, recitatum, in eam sententiam non abisset. Charta enim, quam mox ex ea memoravimus, non solum dicitur scripta *regnante Ludovico Rege, V. anno*; sed etiam in ea videtur magna crux; circum quam scriptum, *Signum Ludovici Regis*, ejusque in alia Charta in eadem Bibliotheca immediate post recitata, dataque a Joanne Episcopo Aurelianensi *anno ab Incarnat. Domini MCVIII.* eodem sc. anno ac Charta Regis, mentio est, quia utraque in gratiam Ecclesie *Pitneri* conobio Clu-

niacensi subjectæ emissa. Cæterum Ludovicus plerumque Rex designatus tantum ab Historicis appellatur, vel, ut in Charta a Mabillonio lib. VI. de Re Diplom. pag. 594. relata, *Ludovicus Regius filius Dei gratia Francorum Rex designatus*, & anni Regni eius perraro notati; imo postquam solus regnavit, non nisi a Philippi patris morte deducti, cum tamen tam *Philippus*, quam *Ludovicus VII* Ludovici Grossi filius, & *Philippus Augustus*, qui ei successit, annos suos a die, quo coronati sunt, & cum patribus regnare cœpere repetant. At Ludovicum VI. a Philippo patre etiam coronatum fuisse & aliquando Regni ejus annos a prima illa coronatione in ejus Diplomatis numeratos, demonstrat præceptum ab eo emissum, & a Jacobo Petito post Theodori Archiepiscopi Cantuariensis Pœnitentiale pag. 481. relatum in cujus calce dicitur: *Actum Parisius anno Incarnat. Verbi MCX. indict. tertia, pridie Nonas Februarii, anno unctiōis nostræ XI. Stephanus Cancellarius relendo subscripsit.*

CHRISTI
1099.URBANI II. PAP.
12.HENRICI III. IMP. 16.
ALEXII COMN. IMP. 19.

PERORATIO CUM GRATIARUM ACTIONE.

I. **J**AM ad litus rete. Instar enim sagenæ piscium congregantis Annalium scriptio se habet, quæ sui amplitudine in collectione rerum gestarum in vasto pelago sæculi hujus, quot continet Tomos, tot tu Læctor veluti retis jactus enumeres. Sed ubi ductum est rete, non Judaico more secus litus sedendum ad delectum piscium; quin potius una cum Paulo (b) in litore positus genibus nobis orandum, & gratiæ agendæ Deo, cujus totum id muneris esse cognoscimus; sicque cui cuncta accepta ferimus, eidem dignas laudes pariter referamus; procul abhorrentes ab illorum arrogantia, qui sibi omnia tribuentes, immolant (c) sagenæ suæ, & sacrificant reti suo. Petri namque nobis potius proponimus imitandum exemplum, a quo & rete accepimus ad piscandum (d): qui stupens ad insperatam copiosissimam capturam piscium, procidit ad genua Jesu, a quo se totum intelligeret consecutum. Sed cum omnem gratiarum actionem tanto beneficio impari esse sciret; sese ad humilem peccatorum confessionem convertit, ex abundantia cordis in illud erumpens admirandum humilitatis elogium: *Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.* Proci- do & ipse, sed eo humilior, quo gra-

vius peccans, ad pedes ejus; ut humi stratus, non os tantum, sed omnia ossa mea dicant (e): *Domine, quis similis tibi? qui tot tantaque confers in immeritum beneficia, quorum excrescent diluvio propemodum obruendus, æque cum Petro exclamare compellat: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine, propriæ conscius infirmitatis, longe impar ad tanti ponderis beneficia subeunda.*

II. Quod insuper ex tanta ac toties repetita piscatione nec sit hæcenus rete conscissum, sed & ad jactus alios adhuc integrum perseveret; quod, inquam, nec defecerint ex laboribus in senio vires, sed virescant ad opus; totum id gratiæ est Abisag (f) Sunamitidis nostræ, senilia membra foventis, ipsius videlicet sanctissimæ atque purissimæ Virginis operi cœpto faventis, cunctaque nostræ curantis, atque feliciter promoventis. Cui pro meritis, quot hujus scriptionis sunt apices, tot fluant gratiarum actionum imbres, quot syllabæ, tot laudum fontes erumpant fluxu perenni ad vastum illud pelagus confluentes, ex quo omnia prodierunt, ad ipsum dico bonorum omnium copiosissimum largitorem Deum optimum maximum: cui semper laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Hic Baronius undecimum Annalium Tomum absolvit.

ANNALES ECCLESIASTICI.

I. **P**OST alios editos Annalium Tomos, ecce Duodecimum, Deo favente, ad Ecclesiam inferre paramus, id conantes, ut simul omnes divinatorum operum indices persitent velut inscriptæ columnæ, quæ tum veritatis firmitate constantes, quassatam. jugiter istibus persecutorum Sanctam Ecclesiam fervent illæsam, tum inscriptione vocales prædicent ubique terrarum in ejus regimine gloriam summi Dei, haud oblivioni tradendam, sed mille titulis illustrandam, atque Angelorum & hominum linguis perpetuo celebrandam. Ita namque divino illo erudimur exemplo, cum post transmissas magno miraculo cum sacra sarcina sicco vestigio Jordanis undas, in perennem memoriam supernæ potentia, Deus duodecim lapides e profundo fluminis alveo tolli, & in Galgalis elevatos, perpetuæ memoriæ suæ gloriæ consecrari præcepit, dicens (a): *Tollant de medio Jordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, in signum videlicet, quod defecerint aquæ Jordanis ante Arcam fœderis.*

II. At quod semel tunc accidit, cum ad inferendam in Terram promissionis, Josue duce, humeris sacerdotalibus Arcam, obices ponerentur aquæ Jordanis; cohibita ipsæ Dei nutu, deorsum fluere desinentes, sursum intumescerent, conversæ retrorsum, liberum transeuntibus exiccatum alveum reliquere: in sancta Ecclesia, cujus typum Arca illa gerabat, frequentius aditatum ostenditur, dum adhuc ipsa peregrinans, JESU CHRISTO prævio, perducitur in Terram viventium, non unius tantum turgentis amnis vortices superans, sed quæcumque ad mergendam eam e portis inferi dirus

Præfatio Auctoris cum exploratio- ne divini auxilii.

(a) Josue 4.

JESU CHRISTI
ANNUS
1100.

PASCHALIS PAP. II.
ANNUS
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

Millesimus centesimus Christi Redemptoris incipit annus octava Indi-

PAGIUS S.A.C.XI. Hic incipit Critica in Tomum XII. Annalium Card. Baronii. Anno E. H. H. P.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6593.

17. AG. 18. P. 1. April. Indi. 8.

JESU CHRISTI 1100.

PASCHALIS II. PAPÆ 2.

ille draco (b) flumina vomuit. Quotquot enim Ecclesiæ persecutiones numeras superatas, tot dixeris fluvios magno impetu rapidos esse divina potentia arefactos, atque secure transmissos, sive cum a Gentilibus, sive cum ab hæreticis, schismaticisque, aliisque persecutoribus sancta Ecclesia jugiter exagitata, victrix semper emergens, de ipsis omnibus gloriosissime triumphavit. Quæ cuncta cum omnes hæcenus editi Annalium Tomi copiose atque manifeste demonstrant: merito quot ipsos numeras Tomos, tot lapides dixeris de antiquitatis abyssis erutos, & in memoriam sempiternam divinæ gloriæ, in Galgalis (quod interpretatur Acervus acervi) alterum super alterum, aucto cumulo sublimes in Ecclesia collocatos.

(b) Apoc. 12.

Ut autem, quod in reliquis jam editis Tomis, id ipsum in hoc Duodecimo, quem præ manibus habemus, æque feliciter præstare possimus: consuetum præsidium illud nobis tutum, indeficiens atque præsentaneum summa fiducia imploramus, ipsam videlicet patronam nostram sanctissimam Virginem Dei genitricem Mariam, ut quæ Dei Verbum e profunda divinitatis abyssu susceptum, & in alvo conceptum, tamquam (c) lapidem vivum, summum, angularem, electum in domo Dei, super (d) montem posita, in vertice montium Angelis & hominibus adorandum, in salutem credentium exaltavit; ipsa nobis subveniat in imo alveo laborantibus ad erigendum duodecimum lapidem istum, multiplicibus sæculi hujus victoriarum titulis exarandum, in laudem honorem & gloriam sempiternam CHRISTI JESU, qui pro Ecclesia sua jugiter pugnat, vincit semper, atque triumphat in sæcula. Amen.

III.

(c) 1. Pet. 2. (d) Isa. 2.

stione, idemque primus Paschalis Romani Pontificis, inchoatus tamen mense

Au- MCXX. XVIIII. Anno Hegiræ CCCC. XCIV. inchoato die 6. Novemb. fer. 3. A.C. 1100 1.

HENRICI IV. REG. 45. IMP. 17. ALEXII COMNENI IMP. 20.

Num. II. ad VII. Anno superiori, Urbano II. demortuo, Paschalis II. Summus Pontifex electus est, ut ad annum MXCIX. his verbis narrat Bertoldus in Chronico, quod il-

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

Augusti anni superioris, cujus electionem hic describendam distulimus, ut novo Tomo cum novo Pontifice incipiente, hic una simul Lector inveniat, quæ facta noscuntur anno superiori; nec sint ipsi ea petenda ab eo quem absolvimus, præcedenti Annalium Tomo, sed hic habeat etiam electionem ejus, cujus hic primum annum incipimus numerare. Mortuo igitur, ut dictum est, anno superiori Urbano Papa, summus dolor Orthodoxos omnes obtinuit, eo quod ejus obitu videretur, secundum illud (a) Hieremiæ lamentum, murus seu antemurale pariter dissipatus. Ita quidem, cum qui adversus schismaticum Imperatorem jugiter perseverasset infractus, & Antipapæ reititisset invictus; qui que etiam adversus infideles, Christianæ religionis hostes bella movisset, vicisset, & loca sancta ab impiorum manibus vendicasset, fuit ex hac vita, Deo vocante, subductus: Occidentali atque Orientali simul orbi dolorem haud mediocrem reliquit. Contra vero desertores Catholicæ unitatis, schismatici sectatores vehementer sunt tanti Pontificis obitu gratulati: potissimum vero ipse schismaticus Antipapa Guiberus, exultans, ac insultans pariter, quod tres ipso vivente atque in Petri Cathedra confidente (ut vane gloriabatur) Deo vindice essent extincti Pontifices, Gregorius Septimus, Victor Tertius, atque Urbanus secundus, nesciens infelix jam suæ domus pulsantem ostium astare mortem ancipiti gladio formidandam, ut duplici feriens acie, & præsentem vitam auferat & futuram. Hoc siquidem annum contigit ex hac vita ad inferos morte repentina perducere, ut suo loco dicendum erit inferius.

(a) Thre. 2.

II.

Ubi igitur facer Senatus licet moerens ac tristis Urbano Pontifici persolvisset extrema, ad successoris electionem comitia ex more frequentat diebus quatuordecim. Una omnium illa erat precibus declarata sententia, ut eo calamitose Ecclesiæ tempore, nemo quod suum esset quæreret, sed quæ JESU CHRISTI, utque consuleretur lugenti Ecclesiæ viduatæ pastore: ad hoc preces Fidelium adhibentur & piorum omnium vota conspiciantur. *Ann. Eccl. Tom. XVIII.*

Nulla eos turbat dissensio, nulla discordia dividit, vel schisma dissolvit quos charitas in sancta unitate conjunxit, & pax sancto fœdere strinxit. Sic igitur die decimoquarto ab Urbani Papæ obitu, hoc est, duodecima mensis Augusti, subrogatur in locum ipsius Rainerius, sive Raginerius, presbyter Cardinalis tituli Sancti Clementis, Abbas vero monasterii sanctorum Laurentii & Stephani extra muros, nominatusque est Paschalis Secundus; de quo istæ prædicationes a Dodechino hujus temporis scriptore narrantur: *Cuidam Religioso revelata est mors Urbani. Cui interroganti, quis post eum futurus esset Pontifex? Respondit is qui apparuit, * Rainerius Abbas. Rursum illo interrogante, quamdiu vivere deberet: Respice, ait, ad suppedaneum lectuli tui. Cumque respexisset, vidit jacentem schedulam parvulam, ex una parte pilosam, ex alia puram, paucis litteris taliter inscriptam: TERNI TER QUATERNI TERNIQUE, qui simul sunt decem & octo. Ita apud Dodechinum, signantem numerum decem & octo annorum, quos explevit. Sed quod decimumnonum inchoaverit, in Anonymo Vaticano ejusdem quoque temporis scriptore in hunc modum: QUATER QUATERNI TERNIQUE, utpote quod pervenerit ad annum decimumnonum sui Pontificatus. Sedit enim annos decem & octo, menses quinque, dies quatuor. Pergit vero Dodechinus: *Rursum autem illo sciscitante, cur prædicta schedula partim pilosa, partim pura esset? respondit. Tempus Papatus ejus partim placidum, partim turbulentum erit, quod verum fuit. Hucusque ipse.**

Paschalis II. Pap. electio.

* Rainerius.

III. Primordia Paschalis.

Antequam autem ulterius de Paschalis electione agamus, hæc, quæ ejus vitæ primordiis tunc temporis scripta reperiantur hic describenda putamus. Idem qui supra citatus Anonymus habet, fuisse Paschalem natione Tuscum, patria Bledanum, patre Crescentio, & matre Alfatia natum, eumque amore vitæ religiosæ celebre sanctitate Cluniacense monasterium petiisse, ibique sub sancto Hugone Abbate monasticam vitam excoluisse. Quem cum mitti contigerit Romam

PAGIUS Paschalis II. anno XI. annos, & V. menses (præter paucos dies ab hoc Chronographo neglectos) gubernavit, præcedenti Papa post multas tribulationes, tandem IV. Kal. Augusti de hac luce migravit, post cujus obitum Dominus Paschalis, qui & Regengerus (seu Ragingerius vel Rainerus dicitur) in ordine CLXII. Papa ordinatur, & hoc ex divina revelatione factum (ubi respicit Bertoldus ad id, quod refert Baronius num. II. ex Dodechino Abbate) ubique divulgatur. Ordinatus est autem a Clero & populo, post discessum sui præ-

decessoris die decima sexta, seu die decima quarta mensis Augusti anni præcedentis, in quam Dominica cadebat. In Vita Paschalis II. a Pandulfo Pisano, Auctore coætaneo scripta, qui tantum ex hac litera P. eidem præfixa innotescit, & a Baronio sub Anonymi nomine citatur, ac a Papebrocio in Conatu Chron. Hist. perperam Petrus Pisano creditur. Ait Pandulfus eum ex Monaco Cluniacensi creatum fuisse Cardinalem Presbyterum Sancti Clementis, & postea ad Pontificatum dirigitentem evedam Electionis modum implevit, inquit idem Pandulfus, die altera (nempe ab

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

ob negotia monasterii, tempore Gregorii Papae Septimi, ab eodem Pontifice retentum, creatum presbyterum Cardinalem tituli S. Clementis: postea vero Abbatem monasterii (ut dictum est) electum fuisse. Haec summam ex Anonymo Vaticano. Ex quo etiam, quomodo idem promotus fuerit in Romanum Pontificem, haec his verbis habentur:

IV.

Solemnis memoriae domno Urbano Papa magnanimo defuncto, Ecclesia, quae erat in Urbe, pastorem sibi dari expetiit. Ob hoc Patres Cardinales Episcopi, presbyteri, diaconi primores Urbis, Primiscrinarii, & Scribae regionarii in Ecclesia sancti Clementis conveniunt. Hic dum de multis agitur, subito eum eligendum commodius placuit. Quod compertum Rainerio ipsi displicuit, volensque vitare fugit, latuitque. Sed non diu potuit invisus humano latere consilio, quem in multorum salutem divini numinis gratia revelare disposuit. Invenitur, trahitur in conventum, convenitur de fuga, redarguitur a Patribus. Fugere me (inquit ille) magis oportuit, Patres, quam inaequalis sarcina pondus immoderata nimis praesumptione suscipere: nec decebat me sacerdotem illius honoris cingulo accingi, cujus oneris vinculo involutus succumberem. Non sic (ajunt Patres) non sic facias oportet; sed illic tua se debet cohibere intentio, quo divini intuitus cognoveris te dirigere sapientiam. Ecce te in pastorem sibi dari expetit populus Urbis, elegit Clerus, te collaudant Patres, dominique: in te solo quiescit totius Ecclesiae examinatio. Divinitus ista proveniunt, divinitus hic congregati, in nomine Domini te ad Pontificatus apicem & eligimus, & confirmamus.

V.
Praenuntiata de Pontificatu Paschalis.

Sed licet eo renitente, sic a Primiscrinariis, & scribis regionariis, murato nomine, ibi acclamatum est, responsumque: PASCHALEM PAPAM SANCTUS PETRUS ELEGIT. His aliisque laudibus solemniter peractis, chlamyde coccinea

PAGIUS

electione) mensis sexti XII. (sc. Augusti qui sextus est a Martio), die primo (id est, die Dominico) consecrandus in Pontificem. Porro Pandulfum Auctorem esse Vitae Paschalis II. ex eo colligitur, quod Gelasti II. successoris vitam lib. 3. mandarit, quod certo constat, & Onuphrius initio Chron. Ecclesiastici Auctores enumerans, quibus in Historia Ecclesiastica conscribenda usus est dicit: Guillelmus S. R.

induitur a Patribus, & tiara capiti ejus imposta, comitante turba, cum cantico Lateranum vectus equo, ante eam porticum, qua ducitur ab australi plaga ad basilicam Salvatoris, quam Constantinianam dicunt, adducitur, equo descendit, locaturque in Sede, qua ibidem est. Deinde in Patriarchale ascendentes palatium, ad duas curules devenit. Hic balbeo succingitur cum septem exinde pendentes clavibus, ex quo sciat, septem (a) sigillis septiformem Spiritus sancti gratiam cunctarum Ecclesiarum, quibus simul, Deo auctore, praest, regimini in claudendo, aperiendoque tanta ratione, providere debere, quanto solertius id quod intenditur, operatur. Est locatus in utriusque curulibus, sedibus scilicet eburneis: data est ei ferula in manu. Per cetera palatii loca, Romanis Pontificibus * al. restituta.

(a) Apoc. 3. 6.

Die altera mensis sexti, Augusti videlicet decimaquarta, consecrandus in Pontificem, consecraturi Pontificem pontifices, cum frequentia populi plebisque basilicam beati Petri adeunt, quorum nomina sunt, Oddo Ostiensis, Mauritius Portuensis, Gualterius Albanensis, Bono, alias Boso, Lavicanus, Milo Pranesinus, Oro Nepesinus: & inter Missarum solennia, loco, & termino, quem decuit, manum ipsi imponunt. Primus in consecratione Oddo Ostiensis, qui ad hoc utitur pallio, & benedixit, & inivit eum christomate. Catholice igitur a Catholicis & orthodoxis Episcopis in Pontificem consecratus, translato in se pallio, explevisque iis, quae restabant, Missarum solennibus, cum plenitudine laudum, cum ingenti applausu populi plebisque, cum alacritate Patrum ac devotione, dominus Paschalis Papa Secundus coronatus in Urbem rediit, convalescitque Ecclesia, dum haec Romae agerentur. Et inferius: Robur autem ex successu ejus in his quae Dei sunt, hominumque, multiplicabatur, & crescebat.

VI.

Consecratio Paschalis Papae.

E. Bibliothecarius Anastasium supplevit ab Adriano II. usque ad Alexandrum II. Vixit anno MLX. Pandulfus Pisanus Subdiaconus Apostolicus Guillelmum supplevit a Gregorio VII. usque ad Honorium II. Vixit anno MCXXX. Neque dubitandum, quin Onuphrius utriusque Scriptoris Opus, aliaque quadam quae perire, praemanibus habuerit. [1]

NOTAE

[1] Hujus anni octobri mense Synodum Melphi celebratam fuisse hucusque ignoratum fuit. Unus, quem sciam, concilii hujus meminit Anonymus author chronici Beneventani vulgatus a Muratorio Antiquit. Ital. to. I. col. 261. Ita enim ad hunc annum: Paschalis Papa descendit in Apuliam, & fecit Synodum in Melphia in mense Octobri: & excommunicavit Beneventanam civitatem, & permansit excommunicata menses XI. dies XXXI. Hujus synodi in novis, si quae fient, Conciliorum Collectionibus mentio facienda est. MANSI

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

bat devotione solemnem, spe melioris gratia certi, cuncta prospera, cuncta salubria in Urbe inveniebantur, quies pro tumultu, pax pro bello, pro seditione, concordia gentes indissociabili connectebantur, omnes gaudebant, & coelitus eum advenisse clamabant, & merito dominari debere dicebant, qui statum Urbis mutare, mores componere, & in copiam egestatem mutare cognoverit. Is multorum hominum saluti publice privatimque providere cepit, omnibus erat amabilis, ab omnibus diligebatur, ut toto affectu in ejus Pontificio quisque tantum sibi applauderet, quanta familiaritate in ejus sacerdotio fuerat conjunctus. Instabant causa, & multiplicabantur, densioribus turmis hinc inde plebs popululique ad eum confluere cepit, ad aurem loqui, novam afferre nunc certa, certiora nunc nuntiare. Providendum sibi nunc, quisque commodius cepit ei intimare. Haec auctor; idcirco ingerit copiose, quod vivente adhuc Guiberto Antipapa, & ob eum in factiones olim Urbe conscissa, pro miraculo duceretur, ut in electionem ipsius omnes simul in Urbe, nemine adversante, confenserint. At quae post haec secuta sint, anno praesenti suo loco dicturi sumus.

VII.

Paschalis Papae litterae ad Mathildem.

Ubi igitur Apostolicum thronum Paschalis Papa descendit, Catholicos Principes litteris ex more de sua electione reddidit certiores, eosque in fide perstare Ecclesiae Romanae commouit: in primis vero admirabilem illam foeminam, quam ob confusionem tyrannice superbiae posuit Deus obicem in ipso Italiae ingressu, Mathildem dico, litteris frequentavit, hortatus eam, & ut filiam Apostolica benedictione munivit. Dominus enim in vita ipsius haec de his habet, dum de Paschalis Papae promotione agit:

Dogmate pro Christi certanti porro Mathildi Signatos apices benedicentes sibi mittens, Illos ut mores teneat monet anteriores. Quos docuere Patres ipsam vehementer amantes.

VIII.

Quod praestitit ipsa quidem, usque ad obitum in fide praestans. At sicut ipse ad Catholicos Principes litteras dedit: ita vice versa ab illis accepit, & inter alias quidem extant a Godefrido Duce post Hierosolimam captam, quas Encyclicas esse voluit ad omnes Occidentales, quibus eos permoveret ad exhibendum auxilium Dei exercitui, in terra aliena peregrinanti. Scitent litterae mendis, sed ut nobile antiquitatis monumentum Annalibus dignas Ann. Eccl. Tom. XVIII.

diximus, quas ex Willelmo Tyrjo, quantum fas fuit, mendis purgavimus. Sic enim se habent:

Paschali Papae Romanae Ecclesiae, & omnibus Episcopis, & universis Christianis ab exercitu terciae sanctae Litterae Fidei cultoribus Pisanus Archiepiscopus Apostolicae Sedis Legatus, & Godefridus Dux, gratia Dei Ecclesiae sancti Sepulchri nunc Advocatus, & Regimundus Comes sancti Aegidii, & universus Dei exercitus, qui est in terra Israel, salutem. Quod autem hic in titulo Pisanus Archiepiscopus non se nominat Hierosolymae Patriarcham, satis apparet, hanc ipsam epistolam superiori anno datam, non praesenti; siquidem in fine anni superioris liquet eundem fuisse electum Patriarcham, ut superius dictum est. Sed ipsam audi epistolam, immo compendium rerum gestarum Occidentalium in Oriente.

Multiplicate preces & orationes cum jucunditate, * quomodo Deus magnificavit suam misericordiam, complendo in nobis ea, quae antiquis temporibus promiserat. Etenim cum capta (a) Nicaea cunctus exercitus inde discessisset, plusquam trecenta millia armatorum ibi fuerunt. Et licet tanta multitudo esset, quae universam Romaniam occupare, atque epotare flumina omnia, compascere omnes segetes una die posset; tamen cum plenitudine tanta conduxit nos Dominus, ut de ariete * minime vix duodecim acciperentur. Praeterea etsi Principes, & Reges Sarracenorum contra nos surrexerunt; tamen Deo volente, facile victi & concussati sunt. Ob quae quidem feliciter acta, quia quidam intumuerant, opposuit vobis Dominus (b) Antiochiam, humanis viribus inexpugnabilem; ibique per novem menses nos detinuit, atque in obsidione extra ita nos humiliavit, ut in toto exercitu nostro vix boni centum equi reperirentur. Tandem aperuit nobis Dominus copiam suae benedictionis, & nunc etiam induxit in civitatem, & turres, & omnia eorum potestati nostrae tribuit. Cum haec quasi viribus nostris acquisita teneremus: tanta multitudo Sarracenorum obsessi sumus, ut de tanta civitate nullus egrediri audeat. Praeterea famas (c) ita invaluerat, ut vix ab humanis dapibus aliquis abstinuerit. Longum est enarrare miseriae, quae in civitate fuerunt.

Litterae ab exercitu terciae sanctae

IX. quomodo Deus magnificavit suam misericordiam, complendo in nobis ea, quae antiquis temporibus promiserat.

(a) Voil. Tyr. l. 3. c. 13. 14.

* nummi

(b) Id. l. 4. c. 9. 10. 1. 5. c. 22.

(c) Id. l. 6. c. 5. 6. 7.

X. Sacra Lanca revelata.

Respicens autem Dominus populum, quem ita diu flagellaverat, benigne consolatus est nos. Itaque primo quasi pro satisfactione tribulationis lanceam suam, a nemine inventam a tempore Apostolorum, pignus victoriae nobis contulit: deinde corda hominum adeo animavit, ut illis, quibus aegritudo, vel fames ambulandi vires negaverat, arma sumendi, & viriliter contra hostes dimicandi virtutem infunderet. . . . Denique cum triumphavit . . .

(a) Vail.
Tyr. l. 7.
c. 8. 9.
10. 11. 12.

XI.
(b) Idem l.
2. c. 21.
22.
* Lyca-
nia.

(c) Idem l.
2. c. 11.

XII.
(d) Idem l.
2. c. 18.

(e) Idem l.
2. c. 27.

(f) Idem l.
9. c. 10.
11. 12. 13.

phantibus hostibus, fame ac radio deficeret exercitus Antiochia, & maxime propter (a) discordias Principum, in Syriam profecti, Varram & Mavram urbes Sarracenorum expugnauimus, & castella regionis obtinuimus.

XI. Cumque ibi moram facere disposuissimus; tanta famas (b) in exercitu fuit, ut corpora Sarracenorum jam foetentium, a populo Christiano ibi comesta sint. Deinde cum interiora * Hispanie ingredere mur, largissimam, & misericordiam, & victoriosissimam manum omnipotentis Dei Patris nobiscum habuimus. Etenim ciues, & castellani regionis, per quam procedebamus, ad nos cum multis donariis legationes praeiitabant, parati seruire nobis, & oppida sua dedere. Sed quia exercitus noster non multus erat, & in Hierusalem unanimiter venire festinabat: acceptis securitatibus, tributarias eas fecimus, quippe quod de multis ciuitatibus, in una de illis, quae ex minimis est, plures homines haberentur, quam in nostro exercitu essent. Cumque auditum esset Antiochie & Rhoes, quia manus Domini nobiscum esset, plures de exercitu, qui ibi manserant, consecuti sunt nos apud Tyrum. Hinc itaque Deo cooperante usque ad Hierusalem peruenimus. Cumque in obsidione multum exercitus laboraret, maxime propter inopiam aquae: habito consilio, Episcopi & Principes circumeundam esse ciuitatem nudis (c) pedibus praedicauerunt, ut ille, qui pro nobis humiliter ingressus est, per se iudicium de his hostibus faciendo nobis eam aperiret.

XII. Placatus itaque Dominus hac humilitate, (d) octavo die post humiliationem, cum suis hostibus ciuitatem nobis tribuit, eo videlicet die, quo primitiua Ecclesia inde abiecta fuit, cum festum dispersionis Apostolorum celebraretur. In porticu Salomonis & in templo ejus (e) nostri equitabant in sanguine Sarracenorum usque ad equorum genua. Deinde cum ordinatum esset, qui ciuitatem retinere deberent, cum alii amore patriae, & pietate parentum suorum redire voluissent: nuntiatum est nobis, Regem (f) Babyloniae Ascalonam venisse cum innumerabili multitudine militum, ducturum Francos, qui Hierosolymis erant, in captiuitatem, & expugnaturum Antiochiam. Sed aliud Deus de nobis statuerat. Itaque descendimus obviam illis, relictis sarcinis & infirmis Hierusalem cum praesidio. Cumque exercitus noster & hostium se conspexissent, genibus flexis adiutorem Deum invocauimus, ut qui in aliis necessitatibus legem Christianam confirmauerat, in praesenti bello, confractis viribus Sarracenorum, & diaboli, regnum Christi & Ecclesiae a mare usque ad mare usqueaque dilataret. Hic Dominus affuit, & tantis tri-

buit vires, ut in hostem currere, * ut videntem fontem aquae vix sitientem ceruicium segnem iudicarent: miro videlicet modo, cum in nostro exercitu non ultra quinque millia equitum, & centum quinquaginta millia peditum fuissent, & in exercitu hostium centum millia equitum, & quadringenta millia peditum esse potuissent. Tunc mirabilis in seruis suis Dominus apparuit, cum antequam confli-geremus, pro solo aspectu nostro hanc multitudinem in fugam vertit, & omnia eorum arma diripuit, ut si deinceps velent repugnare, non cito haberent arma. Spo-lia inaudita, thesaurum Regis Babylonis obtinuimus: ceciderunt ibi Maurorum ultra centum millia gladio. Timor autem eorum tantus erat, ut in porta ciuitatis ad duo millia suffocati sint. De his vero qui in mari interierunt, non est numerus, spineta etiam ex ipsis occiderunt: pugnabat certe pro nobis Deus. Pridie, quam bellum fieret, multa millia camelorum, & bouum, & ovium cepit exercitus. Principum iustu populus haec diuisit. Ad pugnam progredientes multae turmae horum animalium comitabantur miraculose, & stabant cum stantibus, & curbebant cum currentibus. Nubes ab aestu solis defende-runt nos, & refrigerabant.

XIII. Celebrata itaque victoria, reuersus est exercitus Hierusalem, relicto ibi Godofredo Duce. Comes S. Egidii, & Robertus Comes Northmanniae, & Robertus Comes Flandriae Laodiciam reuersi sunt: ibi classem Pisanorum, & Ba-mundi inuenerunt. Cumque Archiepiscopus Pisanus Bozmundam, & dominos nostros concordare fecisset; regredi Hierusalem pro Deo & fratribus suis Regimundus disposuit. Ad hanc igitur tam admirabilem fratrum nostrorum fortitudinis deuotionem, ad tam gloriosam omnipotentis Dei retributionem, ad tam exoptabilem omnium peccatorum nostrorum per Dei gratiam remissionem, & Catholicae Christi Ecclesiae & ipsius Latinae, invitamus vos ad exultationem, & omnes Episcopos, & bonae vitae clericos & monachos, & omnes laicos, ut ille vos ad dexteram Dei confidere faciat, qui vivit & regnat per secula. Rogamus & obsecramus vos per Dominum IESUM, qui nobiscum semper fuit, & collaboravit, & ex omnibus tribulationibus nos eripuit, ut fratrum satis memores vestrorum, qui ad vos reuertuntur, bene faci-endo eis, & solvendo debita eorum, ut vobis Deus benefaciat, & vos absoluat ab omnibus peccatis & in omnibus quae vel nos vel illi apud Dominum meruimus, partem vobis concedat. Hactenus epistola Hierosolymis militantium, quae in Occidentali orbe ubique vulgata, omnium ferme incen-dit animos Hierosolymam adeundi, & sub-

XIII.

(a) Vail.
l. 10. c.
12. 13. 14.
XIV.

(b) Ivo ep.
33.
Ivois ad
Pascha-
lem Pap.
litterae.

(c) Idem
ep. 53.
XV.

PAGIUS
11.
Wigber-
tus Anti-
papa mo-
ti, ut est
diuersa di-
uersorum
Scriptorum
asserit
vante Con-
cilio Va-
lentino.

subsidio esse fratribus. Sicque nova ex-peditio jam (a) coepta est procurari in Gallia, & in Italia classis Ianuensium praeparatur ad opus.

Ubi innotuit trans Alpes, Paschalem Papam Urbano defuncto subrogatum esse, inter alios Ivo Carnotensis Episcopus ad eum litteras dedit de bene dis-ponenda Ecclesia Gallicana; quae sic se habent (b):

Paschali summo Pontifici Ivo humilis Ecclesiae Carnotensis minister debitam obedientiam cum fidei orationum obse-quo.

Paternitatem vestram Apostolici cul-minis gradum ascendisse, & in locum beatae memoriae Papae Urbani successisse, nostra parvitas gratulatur, & summae praesentia gratias inde referens: scribere decreuimus Sanctitati vestrae, ut a-licui Transalpino legationem Sedis Apo-stolicae iniungatis, qui & vicinius surre-putia mala cognoscat, & ea vel per se, vel per relationem ad Sedem Apostolicam maturius curare praeualeat. Cui sollicitu-dini nullum magis cognovimus idoneum, quam dominum Lugdunensem Archiepisco-pum, qui & in eodem officio iam diu mi-nistravit, & ut experimento cognovimus iam Romana Ecclesia, quam transalpinis Ecclesiis venerabiliter profuit. Post haec pluribus se excusat, cur praesens ipsam sanctam Apostolicam Sedem non viderit, nempe ob pericula, indigentiam, & debilem corporis valetudinem. Certe quidem quae ad pericula spectant, ita ab ho-stibus vias obseffas hoc tempore, Dom-nizo scribit de Henrico Imperatore per-duelle Romanae Ecclesiae:

si urget nos, ut dolorem cordis nostri, quo pro morte & morbis ovium Christi cruciamur, Paternitati vestrae revelemus. Interest enim capitis, membrorum imbecillitatibus providere, & pro valetudi-num quantitate vel qualitate congrua re-media procurare. Cum enim a latere ve-stro mittitis ad nos Cardinales vestros, tamquam filios uterinos, quia in trans-itu apud nos non tantum possunt curan-da curare, sed nec curanda prospicere: inde est, quod multi Praepositorum facta gladio linguae ferire cupientes, dicunt, Sedem Apostolicam non subditorum qua-erere sanitatem, sed suam aut lateralium suorum quaerere commoditatem. Unde e-go, & quidam correptionales nostri hoc murmur non equanimiter accipientes, ut-pote Romanae Ecclesiae filii unanimes: scri-bere decreuimus Sanctitati vestrae, ut a-licui Transalpino legationem Sedis Apo-stolicae iniungatis, qui & vicinius surre-putia mala cognoscat, & ea vel per se, vel per relationem ad Sedem Apostolicam maturius curare praeualeat. Cui sollicitu-dini nullum magis cognovimus idoneum, quam dominum Lugdunensem Archiepisco-pum, qui & in eodem officio iam diu mi-nistravit, & ut experimento cognovimus iam Romana Ecclesia, quam transalpinis Ecclesiis venerabiliter profuit. Post haec pluribus se excusat, cur praesens ipsam sanctam Apostolicam Sedem non viderit, nempe ob pericula, indigentiam, & debilem corporis valetudinem. Certe quidem quae ad pericula spectant, ita ab ho-stibus vias obseffas hoc tempore, Dom-nizo scribit de Henrico Imperatore per-duelle Romanae Ecclesiae:

Atque viam Domini Petri faciebat hic hostis Custodire, viros spoliare iubens peregrinos.

Atque viam Domini Petri faciebat hic hostis Custodire, viros spoliare iubens peregrinos.

Paschalis vero ita ut vidisti, super so-lum Apostolicum exaltatus, super uni-versalem Ecclesiam figens obtutus, cum undique illatas per schismaticos clades in-felici spectaculo contemplantur; ad cu-randas illas quas intulisset, atque in dies magis inferret pestilens Antipapa, mo-nitu suorum firmat animum. Quoniam i-fli ingerent, addentes currenti calca-ria, ita in vita ipsius refert eisdem tem-po-

De lega-tione mit-tenda in Gallias a Paschale Pap.

XVI.
Gauberti
Antipapae
interitus.

A num. XVI. ad XIX. Exonius de Gui-berti seu Wiberti Antipapae Clementis III. nomine appellati, morte locutus ait, eam diem clausisse extremum hoc anno, sive sequens-papa mo-ti, ut est di-versa di- versorum Scriptorum asserit vante Con-cilio Va- lentino.

post testimonium Hugonis Flaviniacensis Ab-batis in dubium revocari non potest. Is in Chro-nico Virdunensi de Synodo Valentina, in eius causa habita verba faciens ait: Anno Incarnat. Dom. MC. advenerunt missi ad Gallias Legati Sanctae Romanae Ecclesiae, Joannes & Benedictus, a quibus Concilium primo apud Eduam designa-tum, apud urbem Valentianam institutum est II. Kal. Octobris, ad quod convenerunt Archie-piscopi, Episcopi, & Abbates numero XXIV. con- cur-

CHRISTI
1100.PASCHALIS II. PAP.
I.HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

poris scriptor Anonymus: Turpe tibi merito videri debere dicebant, hæresiarbam Guibertum, ab Ecclesia toties in capite damnatum, a gloriosæ memoriæ domino Gregorio, Urbano magnanimo, & Victore religioso prædecessoribus tuis miræ virtutis Pontificibus diu acriterque divexit in Urbe, suburbiiisque: in eum etiam aliquid perniciosum machinari; atque patri eum non posse, omnes clamabant. Et Patres: Si pecuniæ, inquit, defunt: auro, argentoque subveniemus. Dum hujus dispositionis acriter ageretur negotium, Legati Rogerii Comitis in Urbem ventum, Curiam intrant, ex more ex parte Comitis officiosissime Papam salutant, & resalutant; atque inclinati ad pedes ejus posuerunt auri uncias mille. Id tam devote susceptum est, quam opportune mandatum. His auxiliis ad expugnandum prædictum hæresiarbam desuper collatis, audaciam adeptus dominus Pontifex: operari, inquit, jam Dei gratia magis, quam consilium tempus est. Hæc de studio Paschalis ad expellendum fugandumque longe longius a Romana Ecclesia Antipapam. Fervens studio cætus Orthodoxorum sic feram illam bestiam assiduo venari est infectatus, ut de loco ad locum fugere cogeretur, donec infelix cum fuga diem clausit extremum hoc anno, sive sequenti, ut est diversa diversorum Scriptorum assertio. Hujus namque temporis Germani scriptores, Dodechinus, Sigebertus, & Urspergensis hoc anno eum defunctum affirmant; Itali vero anno sequenti ponunt, ut Donnizo, atque Petrus diaconus in Chronico Cassinate,

PAGIUS

currentibus Legatis domni Lugdunensi Archiepiscopi (scilicet Hugonis ex Dieni Antistite creati Lugdunensis) quia ipse infirmabatur, quamquam Episcopi diocesanos ejus, Lingonensis & Cabilonensis (Matiscensis enim in redeundo a Roma captus a Wiverto in custodia detinebatur) non interfuerint, prohiberi, ut dicebatur, ab eodem Lugdunensi. Eduensis autem interfuit, quia accusabatur a Canonicis suis de simonia & aliis quibusdam, pro cuius defensione maxime illo convenerant Lugdunenses. Ibi ego in primo aditu Concilii purgationem illatorum offerens, accusatoribus tacentibus & deficientibus, iudicio Concilii ad primam Abbatis Divionensis vocem de Abbacia investitus, astantibus Canonicis Eduensibus & laudantibus, cappa & baculo donatus in circo residere iussus, post soluto Concilio ad propria sum remissus literis Apostolicis munitus, quas postea recitat.

VII.
Ea mors
hoc anno
removeri
non potest.

Paulo post subdit Hugo: In spatio temporis, quo Valentiniense celebratum est Concilium, obiit Wivertus, vicelesimo anno, ex quo Sedem invasit Apostolicam, eum habere in captione Matiscensem Episcopum, & alios quamplures Clericis Ordinis, quos omnes pro absolutione sua in egressu suo per se absolvit, monens Episcopum, ut Romam remeans apud Papam pro sua laboraret ereptione. Quare Otto Friūgenis, Sigebertus, Dodechinus Abbas, & Urspergensis Abbas hanc mortem cum hoc anno accurrate al-

lidemque ipsi hujus quoque temporis auctores, & quidem integræ fidei. Donnizo enim in vita Mathildis hæc habet de tempore obitus Guiberti Antipapæ nefandissimi:

Hic per viginti tres annos denique Christi Ecclesiam nisu toto turbarat iniquus. Post annos binos Urbanus erat quod ab isto sæculo portatus, cælique choro sociatus: Iste dolore gravi tactus Guibertus inanis Mortuus est, secum portans anathema per ævum. Propterea cæli populus, pariterque fidelis, Exultentque boni, periit quia perditionis Filius. Ut surgat similis non det Deus unquam.

Ista Donnizo hic posuit uti dignum perditissimo homine Epiraphium. Sed quomodo ad postremum sepulcro quoque caruit, projectis ossibus ejus in aquas inferius suo loco disturi sumus.

Porro quod spectat ad numerum vigintitrium annorum, quem ponit, non referendus est iste ad tempus integrum quo sedit pseudopapa, quod contrigisse vidimus anno Redemptoris millesimo octogesimo; sed ex quo idem pessimus omnium hominum factio schismate, a Gregorio Papa descivit. Sic igitur exitiale monstrum, fax, luctusque Fidelium, cujus

ligarunt. Vir utique, inquit Urspergensis, satius ingenio, facundia, nobilitate, personaque reverentia clarus, nec Roma tunc, nec Ravenna bene usus; & qui super unum Papam viventem (sc. Gregorium VII.) quamvis coactus, ut aiunt, ipse tres sibi met alternatim succedentes supervixit (sc. Gregorium VII. Victorem III. & Urbanum II.) extorris utraque sede Roma & Ravenna, malens ut ab ipsis ore didicimus, Apostolici nomen nunquam suscepisse; quod ab Auctore hoc tempore vivente accepit Urspergensis Abbas, qui ejus verba describit, & in ejus persona loquitur. Qui loquendi modus a variis aliis Scripturibus etiam usurpatus plures Criticos in errorem induxit; existimant enim, qui eum adhibent, eo tempore floruisse, quo se visa narrare dicunt; non animadvertentes, eos testium oculatorum verba proferre, non vero sua, licet eosdem non citent, quia tunc is invaluerat usus. Neque Urspergensis, quæ de Wiverto refert, ab ipso ore didicisse potuit, cum Chronicon suum usque ad annum MCCXXVIII. perduxerit.

Wiverto de medio sublato duo statim deliguntur Papa, alter post alterum. Et unus quidem eodem, alter vero post CV. electionis suæ diem a fidelibus captus; qui Albertus vocabatur, apud S. Laurentium retrudi, & qui Theodoricus, apud S. Trinitatem in Cava eremiticam vitam addiscere, Patrum iudicio adjudicari

XVII.

PAGIUS

cati sunt, inquit Auctor Vitæ Paschalis II. qui addit eledum fuisse & tertium Maginolfum nomine, sed hanc amissa urbe exulem vitam misere finisse, sique Ecclesiam quiescisse. Quod sibi nomen hi pseudo Pontifices imposuerunt, ab Antiquis notatum non inveniri asserit Papebrocius laudatus; at in genuino Chronico Sigeberti a Miræo publicato ad annum MCV. refertur Excerptam Epistolam direxisse Henrico Imp. a Guarnero Principe Anconitano, qui schismaticis adharebat, in qua Maginolfus Archiepiscopus appellatur & subicitur: Maginolfus & infidias hominum, & onus Apostolici honoris fugiens, in munitissimum locum se contulit. Berto vero caput & Rector Romana militiæ, quasi causa audiendi verbi vita, ad eum accedens cum expeditione Cleri, & populi eum inde extraxit, & ad Vvarnerum Principem Anconam in Tiburtinam urbem adduxit, & sic electus IV. Non. Novembris in sedem Apostolicam promotus, & Silvester quartus appellatus est. Sigebertus vero ibidem ait: Maginolfus invasionis reus non multo post reprobatur a Romanis, & fama nominis ejus evanuit.

V.
Nullus ex
Antiquis
Wiverti
mortem in
annum sequentem
distulit.

Baronius ait eorum opinionem, qui Wiverti mortem in annum sequentem differunt, inniti Petro Diacono, qui lib. 4. Chron. Casinensis cap. 21. scribit: Cum ab electione Paschalis II. Summi Pontificis secundus jam annus esset elapsus ab Incarnatione Domini MXXIX. volveretur, Wivertus hereticus invasor Apostolica Sedis, vita privatus est. Verum vel librarius in anno Incarnationis exarando erravit, vel Petrus Diaconus secundum Paschalis II. annum imperite cum anno MXXIX. copulavit. Mor-

IV.
Et tres
antipape
deinceps
succedereCHRISTI
1100.URBANI II. PAP.
I.HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

cujus opus & studium non nisi suadere, vel urgere Christianos adorare bestiam, ab Ecclesia vera recedere, & in latronum speluncam cum schismaticis convenire, periit infelix mœrore consumptus, desperationis dentibus devoratus. Quod enim in Urbani Papæ obitu suam omnem fiduciam collocasset, cum vidisset, eo defuncto, nihilominus res Catholicorum in Paschale successore magis magisque virefcere: exiccatus est ipse dolore, tristitiaque consumptus, & tristem animam diabolo extorquente, decessit tandem, relinquens post se sibi a cunctis Fidelibus maledictionem cum dira execratione atque blasphemis, in eum inferri jurgiter consuetis.

XVIII.

Quod autem nequaquam una cum Antipapæ obitu extinctum est schisma, vivente adhuc qui fovet illud Henrico Imperatore: haud mediocres labores superferre Paschali. Etenim Henrici opera tres post Guibertum sunt subrogati sibi invicem succedentes pseudopontifices, Albertus, Theodoricus, & Maginolfus, arefcensibus suo ipsorum ortu maledictionis palmitibus infelicibus; de quibus dicendum inferius. At vero Paschalis Papa, cujus munus Apostolicum in eo erat, ut evelleret atque plantaret, destrueret pariter & ædificaret, in his erat totus, ut Romanam Ecclesiam in splendorem pristinum restitueret, atque ea quæ di-

repta novisset, eadem e tyrannorum manibus vindicaret; quænam autem ista fuerint, ita idem qui supra auctor vitæ Paschalis narrat: Eodem tempore dominus Papa civitatem Castellanam per suos aggressus, locum natura satis munitum miro Dei auxilio virtuteque obtinuit: parum post obtinuit & Beneventum. His diebus Petrus de Columna Cava oppidum de jure beati Petri invaserat; sed dum aliena contumaciter retinere nititur, turpiter amisit propria. Egressus Urbe dominus Papa Cava recepit, Columna, & Zagarolum oppida juris illius sapienter expugnata, atque potenter sunt capta. Hæc ipse, qui inferius, eundem Petrum Abbatem fuisse Farfensem, eundemque Romanæ Ecclesiæ perduellem, ostendit. Hic primum occurrit mentio nobilissimæ familiæ Columensium; optassem honestioris tituli occasione. Addit auctor, ab eodem Paschale perdomitam Corcorum familiam; insuper Stephanum, atque filium cepisse, qui invadentes monasterium sancti Pauli, illud in munitiorem converterant, illicque recepta sceleratorum manu, haud mediocre facebant Urbi negotium; loco capto, eundem Stephanum iussit Pontifex in exilium duci. Hi primi fuerunt Paschalis Papæ labores, qui eum haud leviter fatigarunt.

His accesserunt exteriora mala, quæ ipsium

XIX.

tus quidem Wivertus anno II. Paschalis Papæ, sed is annus die XIV. mensis Augusti currentis Christi anni, uti inter omnes convenit, inchoatus est, & adhuc in cursu erat sub finem mensis Septembris, ac mense Octobri insequenti, quo alterutro mense Ecclesia peste illa liberata. Afferit etiam Baronius ibidem hos Donnizonis testis cœvi Versus:

Post annos binos Urbanus erat, quod ab isto sæculo portatus, cælique choro sociatus: Iste dolore gravi tactus Guibertus inanis Mortuus est.

At Donnizo more multorum aliorum partem superioris Christi anni & partem præsentis pro biennio usurpat, & duos annos Julianos, utrimque incompletos biennium appellat. Cujus rei tot exempla in hac Critica in medium adduxi, ut similes loquendi formulæ nullum negotium impofterum facefcere debeant.

Anno MLXXX. Wigbertus pseudo-Pontifex creatus fuerat, ideoque Hugo Flaviniacensis in Chronico recte scripsit, eum per annos viginti Ecclesiam turbasse. Et tamen Donnizo laudatus numerum illum auget, atque:

Hic per viginti tres annos denique Christi Ecclesiam nisu toto turbarat iniquus.

Verum Baronius numi. XVII. recte observavit, illum viginti trium annorum numerum non ferri a Donnizone ad tempus, quo in pseudo-Pontificatu vixit, sed ad illud, quo a Gregorio VII. Papa descivit, & schisma constavit.

A num. XIX. ad XXIII. Francia propter ille.

VI.

Duratio
schismatis
ab eo con-
flati.

VII.

CHRISTI
1100.PASCHALIS II. PAP.
I.HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

psum valde molestia affecerunt; illa vero omnium maxima, quæ Regum sunt inobediencia parta, quæ licet ab Urbano Papa medicamento penitentiæ jam ante sublata fuissent; tamen iterum, cum ex cicatrice male obducta recrudesceret multa sanis apostema tumescens, ferro chirurgi potius, quam unguenti lenitate curandum fuit. Debet Lector hic meminisse, Philippum Francorum Regem ob legitimam uxorem ejectam, atque pellicem subintroducã, fuisse in Claramontensi Concilio ab Urbano Pontifice excommunicatum, penitentem vero postea absolutum, sed rursus ad vomitum redeuntem, rursus ab Urbano subiectum interdicto. Qui ut audivit, Urbanum ipsum esse defunctum; perinde atque cum ipso sacræ leges pariter essent extinctæ, fregit vincula, quibus tenebatur astrictus, idque summa injuria violatæ censuræ Ecclesiasticæ. His auditis Paschalis Papa vindex legum exurgens, decernit legationem in Gallias, per quam in Regem Concilium indiceretur, cui Rex ipse ad dicendam causam reus assisteret. Credita est legatio tanti ponderis duobus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Joanni ac Benedicto; quorum alter, nempe Joannes, cum de his scriberet ad Ivonem Episcopum Carnotensem, mirum de loco, & tempore congregandi Concilii, hanc ad redditas litteras accepit ab Ivone responsionem (a):

PAGIUS illegitimas Philippi Francorum Regis cum Bertrada Fulconis Andegavensium Comitis uxore nuptias, quam contra omnes Urbani Papæ preces, minaque retinere voluit, valde turbata fuit. Quare Paschalis II. ubi Pontificatum adeptus est, per Joannem [1] & Benedictum Cardinales Legatos suos Concilium Pictaviense celebravit, Episcoporum quidem Abbatumque frequentia illustre, sed vi & furore Willelmi Aquitanicæ Ducis disturbatum. Diffugientibus tamen Episcopis, aliisque qui intererant, subfugere Sanctus Bernardus Abbas Tironiensis in Diocesi Carnotensi, & Robertus de Arbrissellis. Godfredus Grossus Monachus Tironiensis utri-

NOTÆ [1] Quo tempore Joannes iste cardinalis legatione in Gallia fungebatur, hoc forte vel sequenti anno Manasses Remensis archiepiscopus concilium Sueffonis una cum suffraganeis apud Baluzium Miscellon. to. V. col. 321. Lambertum rogant Belvacenses. ut electum a se episcopum Stephanum archidiaconum Parisiensem, ea qua pollet gratia apud pontificem (Paschalem) & Joannem presbyterum cardinalem atque Legatum S. R. E. faveat; quam pariter in rem, adiant, a domino Manasse Remorum archiepiscopo, & cæteris coepiscopis, qui conventui Sueffonis habito interfuerunt, quasivimus & impetramus litteras summo pontifici dirigendas. De hoc concilio nihil in Collectionibus. Ideo vero Belvacenses pro Stephano tanta moliebantur, quia discors fuerat electio, cum averfa his factio Galonem elegisset, qui tamen cedere coactus dein in Parisiensem episcopum assumptus fuit anno 1103. Qua de re legas Du-Bois Hist. Eccles. Paris. to. I. lib. XI. cap. IV. Porro concilium hoc plane diversum esse ab eo quod anno 1092. vel 1093. a Labbeo collocatur, ex eo discimus quod Sueffonense hoc nostrum tunc habitum fuit, cum Belvacensis Ecclesia pastore carebat defuncto Fulcone, quem tamen subscripsisse concilio Placentino anni 1095. satis constat. Insuper concilio Labbei Raynaldus; nostro vero successore ejus Manasses Remensis præerat. **MANSE**

Joanni presbytero Cardinali Romana Ecclesiæ Legato, Ivo humilis Carnotensium Ecclesiæ minister legatione fungi in Christo.

Litteras tuæ benevolentie indices nuper accepi, quibus aliqua constantia tuæ opera parvitati meæ notificasti. In quibus hoc egregie laudabile intellexi, quod te a communione Regis abstinuisti: quoniam in hoc & fama tuæ, & legationi tibi commissæ sane consulisti: licet quidam Belgicæ provincie Episcopi in Pentecoste contra interdictum bonæ memoriæ Papæ Urbani coronam ipsi Regi imposuerint, tamquam mortuo præcone, justitiam mortuum esse crediderint. Quod autem Pictavis, aut intra provinciam Aquitanicam Concilium celebrare disponis, omnino laudo. Quod si intra provinciam Belgicam, vel Celticam Concilium celebraretur, multæ premi silentio oporteret, quæ ventilatæ scandalum generarent, & totum pene fructum Concilii aliqua exæstuatione præfocarent; pressa vero silentio, tamquam verbo Dei alligato, legationis tuæ auctoritati plurimum derogarent. De termino vero habendi Concilii, quem quarto Kalendarum Augusti designasti, facile occasionem quærent Episcopi partium nostrarum, dicturi, non esse congruum spacium ad peragendam viam, & preparandum viaticum. Non enim poterunt multi Episcoporum ad locum pervenire Concilii, nisi per multos circuitus, & per acquisitos undecumque conductus. Si ergo videtur pruden-

que coactaneus in Vita ejusdem Bernardi rem paulo aliter narrat, quam Baronius & Hugo Flaviniacensis in Chron. Quare ad majorem rei tanti momenti intelligentiam, hic nobis ejus verba referenda.

Per idem tempus duo Cardinales Joannes atque Benedictus Apostolica Sedis legatione fungentes ad urbem Pictavium Concilium convocarunt. In quo centum quadraginta Patres adfuerunt, qui Philippum Regem Francorum propter Fulconis Consulis (ideest Comititis) Andegavensium uxorem, quam in adulterio tenebat, anathematizata vindicta percusserunt. Qua excommunicatione comperta, Willelmus Dux Aquitanorum, qui

XX.

Ivonis ep.
Carnot.
ad Joan.
Leg. epist.
de concil.
celebrando.

XXI.

(a) Fragm.
hist. Franc.
post Hel-
gald. pag.
93.S. Hilarius
monet lega-
tum stare
proposito.

VIII.

In eo Phi-
lippus
Francor.
Rex ex-
communi-
catur.CHRISTI
1100.PASCHALIS II. PAP.
I.HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

dentia tua, convenientior videretur mihi terminus in capite Autumni: quoniam & annus erit fertilior, & unusquisque invitatus, indulto sibi congruo spatio, ad eundem paratior. Si autem præter spem evenerint hæc omnia: cum Deus invicem nos loqui concesserit, & de termino, & de loco habendi Concilii, & de multis aliis cum prudentia tua tractabo; quia multa prætereo, quæ non sine ratione interim charta commendare dissimulo. Mito itaque tibi cum brevigerulo tuo cursorium istum, per quem mihi remandes & de tempore & de loco colloqui nostri, & de constitutione habendi Concilii. Vale.

Convenit tandem, ut Pictavis Concilium cogeretur, Legatis Sedis Apostolicæ rem agentibus; de quibus ita in fragmentis Francorum historia: (a) Urbano obeunte successerunt ipsius Paschalis in Gallias misit duos de suis Cardinalibus probabiles viros, Joannem, & Benedictum &c. Cum autem Episcopi ibi collecti contra Philippum, essent ejus litteris inde pellendi quid mirandum Deo agente tunc acciderit, accipe ex Annalibus Aquitanicæ, a Joanne Boucheto conscriptis, in quibus hæc habentur: Cum innotuisset Regi, cogendum esse Concilium, scripsisse illum Guillelmo Duci Aquitanicæ cognato suo Pictavis agenti, petiisque, ne talem sibi fieret injuriam in urbe sua inferri. Tum Guillelmus Legatis denuntiavit, ut de urbe excederent. Qui cum spacium deliberandi ac respondendi unum diem postulassent, & impetrassent: nocte, quæ interjecta fuit, visus est astare Legato S. Hilarius & hortari, ne minus Guillelmi Ducis terretur, ab incepto desisteret: non enim passurum Deum, ut ea res ei fraudi esset, aut male succederet. Quam visionem cum postridie Guillelmo recitasset Legatus permisit ille, ut pro arbitrio cuncta perficeret. Itaque quæ habita questione de Regis adulterio: censuris Apostolicis Rex admonitus est, ut Bertradam a se ablegaret: quod & fecit. Hæc ibi. Sed hæc de penitentia Regis & obedientia exhibita decreto Concilii, postea contigere. Interim autem (in citata supra fragmenta Francorum historia Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

qui adevat, totius pudicitia ac sanctitatis inimicus, timens ne similem vindictam pro consimilibus actis pateretur, nimio furore successus, justis omnes illos depradavi, flagellari, occidi. Quod ministris suis facere incipientibus, Pontifices & Abbates omnes huc illucque diffugiunt: & ut temporalem vitam retinerent, tuta latibula querere contendunt. At vero Bernardus atque Robertus Avessellensis, qui Concilio intererant, fortissimi jussu propugnatores, ac totius iniquitatis & injustitiae expugnatores, aliis turpiter diffugientibus, ita immobiles, constanterque persistenter, ut nec ab incepto excommunicationis desisterent: sed pro

habent) renitentem Regem ipsum & refragamem penitus Apostolicæ jussioni per Legatos significatæ, resistentemque Concilii Pictaviensis decreto, liquet fuisse anathemate condemnatum. De eadem in Regem excommunicatione meminit idem qui supra Ivo in epistola ad Rudolphum Rhemensem Archiepiscopum, paucis his rem gestam perstringens: (b) Propter quam accusationem & patrati incensus comprobationem excommunicatus est Rex Philippus a domno Papa Urbano in Claramontensi Concilio. Et cum post factum divortium prædictus Rex esset reversus ad prædictæ mulieris consortium, excommunicatus est in Pictavensi Concilio a Cardinalibus Joanne & Benedicto. Hæc Ivo superioribus consentientia, idemque alia occasione meminit ejusdem Concilii Pictaviensis. (c)

De canonibus autem in dicto Concilio constitutis hæc referat nobis Vaticanus codex: Decrevit sancta Synodus, ut nullus Episcopus, Abbas, presbyter, vel qualibet persona de Clero accipiat de manu Regis, vel Comititis, vel cujuslibet laicæ persone donum Episcopatus, vel Abbatia, vel Ecclesiæ, vel reliquarum rerum Ecclesiasticarum: sed Episcopi a suo Metropolitanano, Abbates, presbyteri, & cæteræ inferiores persone a proprio Episcopo. Si vero laici decretis canonicis resistentes Ecclesiis violenter retinere præsumpserint: ipsi excommunicentur. In Ecclesiis vero illis nullum divinum officium fiat, nullus oret, lumen non ponatur, mortuus non sepeliatur; tantum baptisimæ gratia ibi non negetur; infirmis remedio penitentiæ, & communionis subveniatur.

Item, ut nemo Episcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Præbendam, vel alios Ecclesiasticos honores, vel Prælationes in duabus Ecclesiis exerceat, nisi in una tantum, & neutram horum quisquam per pecuniam acquirat, & quidquid tali modo acquisisse comprobantur, omni remota occasione, deponantur.

Item, ut nullus de Clero, sive de populo Ecclesiastica bona jure consanguinitatis requirat sibi habenda.

Q Item

Christo mortem vel contumeliam pati gloriosissimum ducerent. Hugo Flaviniacensis in Chronico diem Concilii celebrati notavit, diem nempe Octavarum S. Martini, qui in XIV. Kal. Decemb. incidit. Tom. X. Concil. pag. 724. recitantur Canones XVII. in hoc Concilio statuti, qui Baronii tempore latebant, & observantur, Canones decem, quos Baronius num. XXII. recitat, pertinere ad aliud Concilium Pictavense anno MLXXVIII. præsidente Hugone Diensi Episcopo Legato Gregorii VII. celebratum, de quo desertam mentionem facit Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 202. Porro Guillelmus ille Aquitanicæ Dux & Comes Picta-

(b) Ivo ep.
212.
Excommuni-
catur iterum in
Conc. Pict.
Rex Franc.(c) Idem
ep. 137.XXII.
Canones
Concilii
Pictaven-
sis.

Item, ut nullus Ep. pro sacris ordinibus, vel pro Eccl. benedictionibus vel quibuslibet alijs benedictionibus munus accipiat.

Ut nullus Abbas, vel monachus, vel quilibet alius poenitentias injungat, nisi quibus proprius Episcopus hanc curam dederit.

Ut Abbas, monachi, Canonici, Ecclesias quas numquam habuerunt, non emant, vel aliquo modo sibi vendicent, nisi consentiente Episcopo, in cuius fuerint diocesi. In illis vero, quas hactenus absque calumnia habuerunt, redditus, beneficiaque obtineant. Presbyter autem de cura animarum, & de Christianitatis misterio Episcopo respondeat.

Ut Abbates, Decani, qui presbyteri non sunt, presbyteri fiant, aut praelationes amittant.

Qui Archidiaconatus tenent, diaconi fiant; qui presbyteratus, presbyteri fiant, aut honores amittant. Quod si aliqui, iuxta causa prohibente, presbyteri, aut diaconi esse non possunt, praelationes amittant.

(a) Cap. r. de astate & qual.

Ut filii (a) presbyterorum, & ceteri in fornicatione nati ad sacros ordines non promoveantur, nisi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viuentes, praelationes vero nullatenus habeant: sed neque servi, nisi a dominis suis libertate donentur.

Ut nullus presbyter, diaconus, vel subdiaconus concubinam habeat, sed nec aliam feminam, unde magna suspicio habeatur in una domo secum teneat. Et quicumque hujusmodi sacerdotis concubinarij, sive per pecuniam ordinati Missam scientes audierint: excommunicationi subjacere debeant.

Clerici arma portantes, vel usurarii, excommunicentur. Hucusque canones Concilii Pictaviensis.

XXIII.

Occasione autem sancti ibi canonis adversus clericos concubinarios, hic opportune describenda putamus, quæ adversus ejus contemptorem in eadem provincia, immo in eadem diocesi Pictaviensi contigisse plane miranda narrantur ab integerrimo scriptore Petro Venerabili Ab-

PAGIUS

viæ fuit hujus nominis VIII. qui teste Chronographo Malleacensi hujus temporis Scriptore duxit anno MXCIV. uxorem, Philippam nomine, filiam Willelmi Comitis Tolosani, dictam etiam Mathildem, ex qua suscepit Willelmum IX. ultimum Aquitaniæ Ducem.

IX. Clericorum & Monialium hujus temporis incontinens.

A num. XXIII. ad XXVII. Occasione Canonis adversus clericos concubinarios in Concilio Pictaviensi sancti narrat Baronius ex Petro Venerabili, quæ adversus ejus contemptorem contigere. Verum, ut jam dixi, Canon ille aliique hic a Baronio recitati pertinent ad aliud Concilium Pictavente an. MLXXVIII. coactum. Fatendum tamen hoc tempore Clericorum & Monialium incontinentiam non minus, quam tunc in variis Gallie partibus invaluisse. Hinc Ivo Carnotensis in Epistola Gal-

bate Cluniacense, hujus temporis auctore fidelissimo: Ait enim: (b)

Apud castrum Liziniacum, quod in Pictaviensi pago situm est, nuper quidam presbyter erat, qui sacerdotalis ordinis super cœlestem dignitatem miserrimè vitæ conversatione deturpans, non ad animarum quibus præerat, curam, sed ad carnis suæ voluptatem explendam sacro ministerio utebatur. Qui juxta (c) Prophetam lac gregis sui comedens, & ejus se lanis operiens, absque ulla spe æternorum mercedibus mercenarii avidissime pascebatur. Mundissimam atque omniamundantem Christi carnem & sanguinem in altaris sacramento frequenter officio, non devotione sumebat, nec ab immundis tamen carnis operibus sese cohibebat. Cumque ut sus immunda multo tempore in cœno luxuria versaretur, & sui ipsius toribus delectaretur: territus conscientie malo (sicut aliquando & mali ad bonam compunguntur) familiaritatem quorundam bonorum virorum expetiit: & Abbati Bonavallis, ac Fratribus ejusdem monasterii se in amicitiam specietenus copulavit. Qui longo tempore eum de vitæ emendatione commonebat, & ut sæculo renuntiaret, assidue exhortantes, nihil ab eo impetrare præter inanem spem aliquando potuerunt. Nam libenter, quæ dicebant, audire se fingens, & semper eos de conversatione suspendens, de societate Sanctorum illorum gloriabatur, nec admonitione vel exemplis eorum a malis retrabebatur. In his atque alijs perditæ atque perdendæ vitæ suæ actibus perdurans, & obstinatione impia iram sibi in die ira thesaurizans, in morbum incidit, quo post aliquot dies ingravescente, ad extrema pervenit. Adierat eum visitationis gratia Prior jam dicti monasterii, atque cum eo per aliquantum diei spacium ipso quoque rogante, permanerat.

Et ecce nocte superveniente, cum cunctis discendentibus solus lecto ejus assideret, clamare terribiliter ager ille ad Priorem cepit: Succurre, ait, succurre, ecce duo super omnem feritatem expaves-

(b) Petr. Venerab. l. 1. m. rac. c. 25. XXIV.

(c) Ezec. 34.

De presbytero fornicario admiranda & metuenda.

terio Meldensi Episcopo hoc circiter anno data, ordine LXX. eum hortatur, ut nullus timor incommodorum ab officii sui intentione dimoveat. Quod ideo, inquit, suggero dilectioni vestra, quia tam ex verbis Turonensium Monachorum, quam ex literis domina Adeleidis venerabilis Comitissa audivi turpissimam fumam de monasterio Sancta Fara, quod jam non locus Sanctimonialium, sed mulierum demonialium prostibulum dicendum est corpora sua ad turper usum omni generi hominum prostituentium. Juratus in Notis ad illam Epistolam ostendit, annis MCVII. & MCXXXIX. Moniales ob turpem vitam ex aliquot Monasteriis expulsas fuisse, & in ea Monachos introductos.

Mabillonius lib. 5. de Re Diplom. pag. 368. recitat Epistolam Philippi Francorum Regis Ber-

XX.

scendi leones in me impetam faciunt, biante ore ac rictu feroci per frustra decerpenti me totum consumere volunt. Deprecare cito Dominum, us ab his eripiar, antequam morsibus eorum consumar. Dicebat hæc, & tremebat, ac velut devoraturus fugiens timore defecto corpori vires addente, retro cedebat. Prior vero vocis illius ac gestus terrore turbatus, non sine multo & ipse timore erat; ad preces tamen, ipsa necessitate impellente conversus, pro misero illo, ut poterat, Dominum exorabat. Quo orante, mutata voce ager, bene, inquit, bene, receperunt crudelēs bestie, & per orationes tuas jam ultra nusquam apparent. Et quia usque ad ultimum spiritum semper compos sui exiit (nec ut quidam morientium solent, vel in modico sensu imminutus fuit) conversus ad Priorem, loqui cum eo de quibuslibet veluti suavissimus cepit. Cumque tam de his, quam de alijs multa inter se verba conferrent, hora fere unius spacio elapso, rursus inclamare longe terribilius quam primo exorsus est: En inquit, en ignis de cœlo, ut torrens inundans descendit, & super hunc lectum meum veniens, jamjam me in favillam usque comburet. Festina, adjuva, ora: si forte & ab hac morte eripi valeam. Et hæc dicens, manibus, & brachijs oportoria sublevabat, eaque velut aliquid juvare possent, invisibilibus ignibus turbatus opponebat; sed nequidquam: non enim corporalia tegmina a spiritalibus incendiis tegere poterant, quem cœlesti vindicta impia opera exponebant. Prior adactio timore, denuo ad orationem convertitur, & quantum in tali casu possibile erat, Domini misericordiam deprecatur: Illo, ut supra, orationi instante, post paululum patiens gratulationis vocibus preces ejus interruptit, dicens: Quiesce, jam ab igne tutus sum: nam dum super me (ut dixi) cum impetu descenderet, interpositus est linteus, usque ad quem ignis pervenit, sed eum transire non potuit. Jam & ab isto periculo Ann. Eccl. Tom. XVIII.

creptus, oro ne a me discedas quousque quis istorum finis futurus sit, agnoscas. Tum prior, qui tam timore quam hospitandi necessitate recedere volebat, substitit, & ab oratione surgens, rursus ei assedit. Cumque eum tantis terroribus anxium consolaretur, & uterque ad invicem (ut prius) colloqueretur; subito egrotus ad invisibilia raptus obmutuit. Prior raptum cum ab humanis intelligens, rei exitum præsolabatur.

XXV.

Cum ecce post multum noctis spatium homo ad se rediit, & miserabiliter ingemiscens ait: Ha, ha; ad judicium æternum raptus sum, & heu miser, æterna morte damnatus sum. Traditus sum horrendis tortoribus, igne inextinguibili cum diabolo, & angelis ejus perpetuo cruciandus. Ecce, ecce ignita sartago plena bullienti adipe, quam coram me tormentorum ministri detulerunt, eamque ad me frigidum undique succenderunt. Qui enim carnis voluptatibus, succedente libidinis igne carnis concupiscentiam, Deum offenderat; iuste ei succensa igne adipe cruciandum fore, per visum ostensum est. Pergit vero: Et cum Prior orationis, sicut jam bis fecerat, tertio quoque incubisset, ille ait: cessa, cessa pro me orare: nec pro illo ultra fatigeris, pro quo nullatenus exaudieris. Priore vero dicente: Frater redi ad cor, & misericordiam dum adhuc vivis, a Deo require: ille adjecit: Putas ait, me, ut insanum loqui? Non insano, sed sana mente, quæ dixi confirmo. Et cucullam Prioris manu tenens eum interrogavit: Nonne hoc quod manu teneo, cuculla tua est? Quo respondente, est: adjunxit: Sicut hæc vestis cuculla est, & sicut hoc quod substratum mihi est, palea est: sic & hoc quod coram cerno, ignita sartago est. Et dum hæc loqueretur, gutta invisibilis ignis de illa quam dicebat sartagine exiens, in manum ejus, Priore vidente, cecidit. Et, mirabile dictu, cutem & carnem usque ad intima ossis consumpsit. Tum ille acris cum gemitu: En, inquit, Q 2 28-

PAGIUS Bernardo Majoris-monasterii Abbati datam, in qua ait: Sequendo vestigia prædecessorum nostrorum, monasterium Sancta Maria semper Virginitatis, sanctaque Fara, in quo ex infirmitate & S. Fara e incuria inhabitantium omnis religio & Monasticus Ordo penitus est ad nullatenus, & (quod miserabilis est) prostibulum factum esse condolemus; pro salute anima mea per presentem carnem in cellam vobis jure perpetuo possidendam tradimus, concedimus & auctoritate Regis confirmamus. Quatinus &c. Ecclesia Dei, qua hactenus (proh dolor!) adulterinis facta est complexibus, & tanto tempore a servitio Dei privata est, cum Ecclesia vestra filiis de valle lachrymarum ascendere, & canticum graduum se cantare congratuletur. Postum illud Sancta Fara Monasterium in regione Briac ac Comitatu Meldensi, cujus tara regionis, quam Co-

mitatus Adalais domina erat. Conatum omnes tam Principum, quam Episcoporum ad hoc Monasterium reformandum adhibiti frustra fuere usque ad Ludovicum Juniolem Francorum Regem, & Sugerium Monasterij Sandionysiani Abbatem. Tunc enim, ut legere est apud Doubletum in Antiquitatibus Sancti Dionysii pag. 219. Abbatis Sancta Fara ad pristinum splendorem restituta. Quæ tunc Doubletus in Archivis Monasterii Sancti Dionysii legit, nunc præ vetustate deleta, licet ante triginta aut quadraginta annos, uti a quibusdam Viris doctis mihi relatum, non pauca ex illis adhuc legi possent.

XXI.

Porro fallitur Mabillonius citatus, cum ait eam Philippi Regis Epistolam: non de Eboriacensi Sancta Fara apud Brigenses parthenone Diocesis Meldensis, sed de quadam cella et subje-

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

indubia rei probatio: nam sicut ista quam
videt, de sartagine prolapsa gutta car-
nis partem consumpsit: sic confestim to-
tum me ignea vorago consumet. Priore
ad ista stupente, iterum dixit: Ecce sar-
taginem istam ministri infernales propius
affrunt, ut me in illam iniciant, jam
namque manus adaptant. Et post modicum:
Ecce linteum in quo jaceo, undique
concurrentes accipiunt, & me in igni-
tam sartagine, eternam fixuram proci-
ciant. Hoc velut ultimum Vale mox ut
Priori atque his, qui ad hoc horrendum
spectaculum convenerant, dixit; subtra-
cta voce, ac reflexa cervice, puniendum
spiritum condemnatis spiritibus tradidit.
Tantus vero terror omnes invasit, ut il-
lico universi aufugerent, neque aliqui in
domo, ubi cadaver mortis remanserat,
remanere auderent. Facto mane miseram
cadaver sepulturae mandatum est.

XXVI.

Post aliquot autem dies, cum ad uni-
versos circa positos hæc tam terribilis
fama pervenisset, rei veritatem probare
volentes, tumultum aperuerunt atque fos-
sam illam, quam in manu adhuc viven-
tis presbyteri gutta præsentia damnatio-
nis fecerat, in mortui cadavere inven-
erunt. Hæc Petrus & alia de tanti mi-
raculi horrendo visu, & divina vindic-
ta; de qua per Prophetam (a): *Pluet
super peccatores laqueos; ignis & sul-
phur & spiritus procellarum, pars cali-
cis eorum. Quæ omnia (inquit Petrus)
secundum quod beatus Gregorius dicit,
nullo modo propter se infelix presbyter
vidit, cui nihil visio ista profuit; sed
quanta cautela sacerdotale officium admi-
nistrandum, quam reverenter divina my-
steria tractanda, superna per eum dispo-
sitis demonstravit. Tunc temporis possi-
simum, cum in sacrorum ministrorum im-*

PAGIUS
De eorum
inconti-
nentia lo-
quitur I-
vo Episc.
Carnoten-
sis.

ta intelligendum esse; hanc enim interpreta-
tionem citata Ivonis Epistola plane convellit.
Subdit Vir doctissimus. Nescio, an de Gaiaco
Pagi VVastinensis B. Maria sacro: quo Ludovi-
cus Augustus S. Fara celebri Parthenoni attri-
buit, idque confirmavit Lotharius Augustus,
intelligenda sit. At Monasterium illud B. Ma-
riae in Comitatu Wastinensi & Diocesi Seno-
nensi situm; cum tamen Monasterium, de quo
agitur, in Diocesi & Comitatu Meldensi,
Ivone citato teste, positum fuerit. Si tamen
ea Ivonis Epistola non extaret, cum aliqua
verosimilitudine dici posset, Philippum Regem
verba facere de antiquo Monasterio Campel-
la, quod oppidum est Britegit, haud procul
a Meloduno, a Sancta Fara de sui patrimonii
redditis fundato, & Eboracensi Monasterio
annexo, cuius Monache cum incorrigibiles es-
sent, ab O.ome Soli.icensi Episcopo Parisiensi,
regnante Philippo Augusto, circa annum MCC.
ad magnam Sancte Farae monasterium, tum
sicuti & hodie, valde reformatum traductæ, &
Canonici sæculares XII. in eorum locum sub-
rogati; quia de re legendus Rovillæus in Hi-
storia Meloduni. Sed non tantum in Gallia,

pudicitia ejusmodi Nicolaitarum hæresis
nominata magnopere invaluisse. Ad
quam excidendam cum minime satis ef-
set Apostolicæ censuræ gladius, toties
sanctis Patribus in eisdem delinquentes
sacros canones innovantibus: placuit di-
vinæ misericordiæ ad correctionem mul-
torum, eo modo tantam vindictam ita
multipliciter testatam, reddere Fidelibus
manifestam. Hæc dicta sunt occasione
Concilii Pictavenis, hoc anno per Lega-
tos Apostolicos habit.

Sed ad reliquas legationes, hoc anno
a Paschali Pontifice ad diversas provin-
cias missas convertamus orationem. Qui
anno superiori litteras acceperat de fe-
lici progressu Christiani exercitus in Pa-
læstina Paschalis Papa, decernit legatio-
nem in Orientem: Legatus vero eligi-
tur Cardinalis Episcopus Portuensis, cui
has litteras dedit, quas etiam accepi-
mus ex scripto codice Antonii Augu-
stini.

XXVII.

Paschalis Episcopus servus servorum
Dei, venerabilibus fratribus, sive filiis,
Episcopis, clericis, proceribus, militi-
bus, & omni populo militia Christianæ
in Asia triumphantis salutem & Aposto-
licam benedictionem.

XXVIII.
Legatio
a Paschali
Papa mis-
sa in O-
rientem.

Quod per Prophetam populo suo Do-
minus pollicetur, impletam in vobis co-
gnoscimus (b): *Inhabitabo, inquit, in
eis, & inambulabo cum eis, quia per fi-
dem in vestris pectoribus habitat, & per
operationem ita inambulat, ut patienter
in vobis inimicos suos expugnasse videat-
ur. Renovavit enim Dominus antiqua
miracula (c), ut in uno mille, & in duo-
bus decem milia persequeretur, & his
Ecclesiæ annis, sacerdotium (d) precum
tubis inimicarum urbium moenia aperiret.
Illud vero quanti gaudii, quam potentis
mi-*

(b) Leut.
16. & 2.
Cor. 6.

(c) Deut.
32.

(d) Jos. 6.

Lotharingia & Belgio; verum etiam in Ger-
mania aliqua Sanctimonialis voto castitatis
contempto vitam sæcularem amplexæ sunt, &
eo processit Ecclesiasticorum incontinentia, ut
cœlibatus abolitus videretur, & concubinatus
quasi lege constitutus.

Licet hoc tempore Gallia tot Viris doctis
abundaret, magna tamen in ea penuria erat
Grammaticorum, qui linguam Latinam doce-
rent. Guibertus enim de Novigento, qui hoc
tempore floruit, lib. I. de Vita sua scribit:
Erat paulo ante id temporis, & adhuc par-
tim sub meo tempore tanta Grammaticorum ca-
ritas, ut in oppidis fere nullus, in urbibus
vix aliquis reperiri potuisset; & quos inveniri
contigerat, eorum scientia tenuis erat, nec
etiam moderni temporis Clericulis vagantibus
comparari poterat, &c.

XII.
Penuria
Gramma-
ticorum
in Gallia

A num. XXVII. ad XXXV. Mense Julio
Godefridus Hierosolymorum Rex ægrotare cœ-
pit, & invalescente morbo obiit quinto decimo
Kalendas Augusti; anno ab Incarnat. Domini
MC. inquit Willelmus Tyrus lib. 9. cap. ult.
cui quoad annum & diem emortualem consen-
tiant Fulcherius Carnotensis lib. I. aliique.

XIII.
Obitus
Godefridi
primi
Hierosoly-
morum
Regis o-
Uno

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

miraculi æstimatis, quod sacrosancti lateris
sanguine cruentam lanceam, & vivificæ
crucis partem vestris oculis revelavit, ve-
stris tractandam manibus obtulit? Quantas
super his Redemptori nostro gratias debea-
mus, nec humanus animus opinatur, nec lin-
gua prævalet enarrare. Videmus enim Chri-
stianæ Fidei hostes, Christiani populi
oppressores per divinam misericordiam
manu vestra partim contritos, partim e-
diu possessis regionibus effugatos: vide-
mus Orientalem Ecclesiam post longa ca-
ptivitatibus tempora, magna ex parte ad
antiquam libertatis gloriam rediisse. Di-
cendum igitur ore, dicendum corde (a):
*Cloria in altissimis Deo, & in terra pax
hominibus bonæ voluntatis. Orationi et-
iam & vigiliis insistendum, ut quod cœ-
pit, adimpleat, & manus vestras, quas
hostium suorum sanguine consecravit, im-
maculatas usque ad finem, affluentes fir-
ma pietate, custodiat.*

Quapropter agite, filii in Christo de-
sideratissimi, rememoramini, quanta pro
amore Domini reliqueritis, quanta pro
fratrum salute & ereptione pericula sub-
teritis: patriam, domos, parentes post-
habuistis, vosmetipsos exilio addixistis,
morti opposuistis: curate nunc ad melio-
ra semper tendere, pacem cum omnibus
conservate, ut possitis ad eternam pacem
Domini misericordia pervenire. Pluri-
ma vobis significare per chartam & atri-
mentum super sedemus, quoniam ex Aposto-
licæ Sedis gremio charissimum fratrem Mau-
ritium Portuensem Episcopum destinamus,
ut qui per beati Petri Vicarium, sanctæ
in Christo memoria prædecessorem nostrum
Urbanum tanti peregrinationem itineris
assumpsistis, beati Petri solatii semper
abundetis, & quem fundamentum tanti
operis habuistis, ipsum quoque ad finem
caput in fide & obedientia teneatis. Vi-
ces etiam nostras eidem fratri Mauritio
& Episcopo commisimus, ut eum in om-
nibus reverenter excipere, audire, & per
ipsum nobis, immo beato Petro obsequi
debeat. Cui nimirum in præceptis de-
dinamus, ut Ecclesiæ, quam per vos Do-
minus liberavit, seu liberaturus est, or-
dinationi vigilanter imminet, si quæ mi-
nus canonicis regulis apta repererit, cor-
rigat, & in eisdem cum vestro auxilio
plantanda plantet, edificanda edificet.

(a) Luc. 2.

XXIX.

Uno tantum anno, inquit Abbas Urspergensis,
populo Dei profuit, langore superatus XV. Kal.
Aug. plenam fide, bonisque operibus presentem
in Christo vitam finivit. Exceptis sive tacitis
cunctis, quibus pollebat virtutibus, tanta se
mansuetudine conjunxerat tam indigentis, quam
cum peregrinis, ut vix adverteretur, Francis
ne plus plangeretur, quam Syris vel Græcis. In
ejus locum Balduinus frater ejus Rex electus
est, qui Hierosolymam pervenit die, quo sol-
stitium hyemale accidit, inquit idem Fulche-

Hortamur itaque, hortantesque præcipi-
mus, ut ei tamquam personam nostram præ-
ferenti, in omnibus obedire curetis. Om-
nipotens Dominus & velle & posse in-
vobis tribuat, ut quæ eo auctore facien-
da cognoscitis, ipso adjuvante implea-
tis. Ipse vos ab omnibus peccatis absol-
vat, & exilio vestro patriam eternam
tribuat. Dat. Romæ quarto Nonas Maii,
Indictionis octava, per manum Joannis
diaconi. Hæc ad militantes in Oriente
Occidentales Fideles Paschalis Papa.

Haud multum temporis post hæc ef-
fluxit, cum Godefridus Dux, sive (ut
vult Tyrus) Rex Hierusalem ex hac vi-
ta migrat, nempe hoc eodem anno, XV.
Kal. Augusti, vir quidem præter peri-
tiam ac fortitudinem militarem pietate
insignis, ut qui jam, quo ab impio Im-
peratore, cui militabat, se divelleret,
professionem eam sanctam instituit, in
qua eum Deus multiplice gratia est con-
solatus, ut omnes qui stylo profecuti
sunt res Orientales, affirmant. Eidem
vero est subrogatus Balduinus Principum
omnium consensu. Hæc pluribus Willel-
mus Tyrus, (b) qui & obortas mox
diffensiones inter ipsum Balduinum, &
Patriarcham Hierosolymorum enarrat.
Pessimo enim Arnulpho illo, de quo su-
perius, instigante, post obitum Gode-
fredi multa est passus Daibertus Patriar-
cha a Balduino, sibi usurpante jura Hiero-
solymorum Ecclesiæ, quarum causa
contentionum tunc idem Daibertus An-
tiochiæ Principem Boamundum interpel-
lavit, ut protector accederet pro conser-
vatione jurium Hierosolymitanæ Ecclesiæ
ad quem & has litteras dedit, quibus de
cunctis quæ gesta essent, ipsum reddit certi-
orem: (c)

XXX.
Obitus
Godefredi
Regis Hieroso-
lymit.

(b) Vvill.
Tyr. l. 9.
c. ult. &
l. 10. c. 1.

(c) Vvill.
Tyr. l. 10.
c. 4.

Scis fili charissime, quoniam me igno-
rantem, & invitum, bonæ tamen ac san-
ctæ intentionis affectu, in eam, quæ om-
nium Ecclesiarum singularis est mater &
Gentium domina, rectorem & Patriarcham
elegeris, electumque communi tam Cleri,
ac plebis, quam Principum assensu in hu-
jus summa dignitatis sedem licet indi-
gnum, Dei præeunte gratia, locaveris.
In quo ego culmine constitutus, quanta
pericula, quot labores, quot persecutio-
nes sustineam, injuriis offensus mille,
meus cognoscit animus, & ipse cognoscit
omnium

XXXI.
Epist. Pa-
triarch.
Hierosol.
ad Boa-
mundum
Princ.
Antioch.

rius, qui eum comitabatur, qui addit: Et
preparatis ornamentis, quæ Regi competant
coronando, pacificatoque Daiberto cum domo Bal-
duino, & cum Canonicis Sancti Sepulchri ali-
quantis, quia viri sensati de hoc tractaverunt,
cessavit contentio eorum. Anno ab Incarnat. Do-
mini MCL. in Exsilia B. Maria apud Bethleem
die Nativitatis Domini a Patriarcha memorato
(nempe Daiberto) una cum Episcopis, Clero-
que ac populo assistentibus, in Regem honorifice
sub sacra unctione sublimatus, & coronatus est
Rex

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

omnium inspector Christus. Vix enim Dux Godefredus, dum adhuc viveret, non tam propriae voluntatis arbitrio, quam malorum persuasione seductus, ea reliquit Ecclesiae tenenda, quae Turcarum temporibus qui tunc fuerat Patriarcha, tenuerat, & sancta Ecclesia cum amplius honorari, & exaltari debuerat: tunc majora desolationis, & confusiois suae opprobria sustinuit. Resipuit ille tamen, & per misericordiam Dei ab impietatis desistens proposito, in die Purificationis Beatae Mariae Virginis de Joppe quartam partem Ecclesiae sancti Sepulchri dedit, & post in die Paschalis solemnitate jam ultra superbe sapere, aut in seculari pompa confidere respuens, divino nutu compunctus, cuncta quae juris erant Ecclesiae, libera reddidit, & homo Sancti Sepulchri ac noster effectus, fideliter se Deo & . . .

* nobis .

XXXII. Turbae concitatae in Ecclesia Hierosolymit.

Quo defuncto, Comes Garnerius ut hostis contra Ecclesiam Dei insurgens, fidem, & pactum justitiae nihili pendens, Turrim David contra nos munivit, & Legatis suis ad Balduinum directis, mandat, uti Ecclesiam Dei direpturus, resque ejus violenter occupaturus quantocius veniat. Unde iudicio Dei percussus, quarto post obitum Ducis die obiit. Hoc autem ipso mortuo, viri ignobiles ac de plebe adhuc eandem Turrim cum tota urbe occupantes tenent, adventum Balduini ad ruinam Ecclesiae, & totius Christianitatis interitum praestolantes. At ego, qui solius Dei clementia, tuaque dilectioni, fili charissime, sum relictus, miseris omnibus, calumniis insidiantium mihi malignorum circumventus, tibi soli, quia in te solo post Deum confido, & spei meae ancoram in tua dilectionis soliditate figo: tibi, inquam, soli quas patior aerumnas, immo quas Ecclesia patitur, voce flebili, & anxia pietate, & cogitatione refero.

PAGIUS

Rex Balduinus. Et quod fratri suo Pradecessori non fecerant, quoniam noluit, & tunc laudatum a quibusdam non fuit, huic ratione pru-

Tu autem, si quid pietatis habes, & nisi paternae gloriae vis esse degener filius, qui tyrannica crudelitate clausum ab impia manu dominum Apostolicum Gregorium de Urbe Roma eripuit, unde memorabile saeculis omnibus nomen meruit: omni occasione remota, festina venire, & terrae regni que tui cura in militibus tuis prudentioribus sapienter disposita, sanctae Ecclesiae miserabiliter laboranti misericorditer succurre. Et certe scis ipse, quoniam auxilium tuum consiliumque promiseris, & debitorem sanctae Ecclesiae, ac mihi sponte tua feceris. Scribe igitur ad Balduinum litteras, interdicens ei, ne sine licentia nostra, & legatione, (cum ille tecum in Patriarcham, & Rectorem Ecclesiae Hierosolymitanam elegerit) sanctam Ecclesiam devastaturus, & res ejus occupaturus ullo modo veniat, monstrans ei, quoniam ignobile est, tot vos pro eadem Ecclesia labores sustinuisse, totque pericula, ut illa libera fieret, non ut nunc vilis & abjecta servare cogatur illis, quibus dominari & praesse jure materno debet. Quod si illa justitiae resistens, rationabilibus acquiescere noluerit: per eam, quam beato Petro debes obedientiam, contestor, ut quibuscumque modis vales, aut etiam si necesse sit, armis adventum ejus impedias. Quidquid autem super iis quae mando, tu facturus sis: galea tua ad me sub festinatione missa, per hunc eundem, quem ad te mitto nuntium, mihi, charissime, manifesta. Hucusque Patriarcha Hierosolymorum ad Principem Antiochiae Boamundum. Sed hanc epistolam minime ad eum pervenisse, idem auctor existimat, eo quod inter haec idem Princeps eodem mense, quo obiit Godefredus, dum invasurus pergeret Mesopotamiam, interceptus insidiis, ab hostibus captus est. Quomodo autem dolo adversariorum Hierosolymis idem Patriarcha pulsus, Romam ad Paschalem Pontificem venerit, suo loco dicturi sumus.

XXXIV.

En quam male meritis de acceptis a Deo beneficiis Balduinus, sui Principatus auspicatur exordia, ut iram offensivae numinis in se converteret, ita mala jactans sui regiminis fundamenta, non nisi cum labore, & dolore regnavit. Ut nihil sibi ipsis Principes infelicitius consulant quam ecclesiastica jura deprimeret, & sic sibi omnia vindicare; qui enim, lacerat Ecclesiam, sibi quidem Deum adversarium constituere & ultorem, innumera docent exempla. Caeterum quibus rationibus tanta sibi vindicaret pro ea Ecclesia Patriarcha, pluribus idem Wil-

lcl.

dentius considerata feri decreverunt. Ubi Fulcherius de die Natali currentis Christi anni, a quo sequentem incipit, quemadmodum & Wil-

Wil-

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

Ielms ostendit, quem tu consulas. Porro ipsum, qui illi praerat Ecclesiae Dairbertus, constantissimi animi fuisse Antistitem, omnibus numeris absolutum ad sedem illam regendam, cum Scriptorum omnium hujus temporis, tum testificatione Ivonis Episcopi Carnotensis, ad eum post creationem ipsius scribentis, epistolam, satis apparet, cujus hoc est exordium: (a) Quia divina miseratio sollicitudinem vestram illi Ecclesiae praesse voluit, de qua Verbum Dei processit: gaudemus, tum propter familiarem, qua vos amplectimur, charitatem; tum propter utilitatem, quam populo Dei collaturam speramus vestram sollicitudinem, &c.

(a) Ivo ep. 39.

XXXV. S. Ansel. redit in Angliam.

Eodem anno mortuo Willelmo Anglorum Rege perturbatore Ecclesiasticae libertatis, cujus causa S. Anselmus (ut vidisti) extorris ab Ecclesia sua Cantuariensis in Gallia exul degebat: eidem redeundi facultas ab ejus successore Henrico data est. Sed ad breve tempus pace retenta, rursus eadem novo turbine sub Rege novo exagitur Ecclesia: cujus occasione opus fuit Paschali Papae decernere legationes in Angliam. Sed cum haec ad plures annos sint propagata, quid annis singulis gestum sit, ex more dicemus. Jam triennium explebatur sancti Anselmi extra suam Ecclesiam in Galliis exilium, cum Deus ultor tandem exurgens, in Regem persecutorem vindictam exercuit. Cujus quidem irae Dei complura ostensa sunt antea documenta, signis pluribus manifestissime declarata; quae recitant ejusdem temporis rerum Anglorum historici, qui haec spectarent oculis: Edinerus in primis in rebus gestis Anselmi, & Willelmi Malmesburienensis monasterii Bibliothecarius, quos tu, si scire cupis, pro arbitrio consulas; nobis satis, si quae viri sanctissimi Hugonis scilicet, magni nominis ejusdem temporis Cluniacensis Abbatis testificatione recitat Edinerus, referamus (b):

(b) Edin. in Ansel. l. 2.

XXXVI. De obitu Willelmi Angliae Regis.

Hinc exilii nostri anno tertio, qui, quo e Roma Lugdunum venimus, erat secundus, venit Anselmus Marciniacum, loqui domino, Abbati Cluniacensi Hugoni, & sanctimonialibus. Ubi cum ante ipsum

PAGIUS XIV. Willelmus, II. Angliae Rex occiditur.

Willelmus Tyrius lib. 10. cap. 1. verba facit. A num. XXXV. ad XL. Anno ab Incarnatione Domini MC. feria quinta, IV. Nonas Augusti, Willelmus Rufus in Nova foresta istu sagitta mortuus est, postquam XII. annis, & pene X. mensibus regno Anglia potius est, inquit Ordericus lib. 10. pag. 783. qui subdit, Henricum fratrem ejus dominico sequenti consecratum fuisse ab Episcopo Londoniensi, quod Sanctus Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus exulare. Tum subiungit: Triginta annorum erat Henricus cum regnare coepisset, & XXXV. annis & IV. mensibus regnavit. Ille inter prospera & adversa regnum sibi divinitus commis-

Abbatem confedissentus, & de his, quae inter Anselmum & Regem eoque versabantur, verba (ut sit) nonnulla hinc inde proferrentur: intulit idem venerabilis Abbas sub testimonio veritatis, proxime praeterita nocte eundem Regem ante thronum Dei accusatum, judicatum, sententiam tum damnationis in eum promulgatam. Ex quibus verbis admirari non modice sumus. Sed perpendentes & viventis sanctitatem & reverentiam ejus, fidem his quae dicebantur, nullatenus habere nequivimus. Facta sunt ista ultima Julii, ipsis vero Kalendis Augusti, cum S. Anselmus Lugdunum reversus esset, alia sunt divinitus ostensa de ipsius interitu Regis, quam jam pluribus deterritum ante prodigiis, in venatione dum esset, sagitta in cervum emissae ejus praecordia subiens interfecit die sequenti, nempe secunda mensis Augusti.

XXXVII.

Haec tu, Lector, obiter nequaquam velim praetereas, sed sapienter attendas secundum illam Domini sententiam, clades Hierosolymorum lugentis: (c) Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? si tali meruit sententia condemnari Catholicus Princeps, ob unius dumtaxat Episcopi extorris injuriam: qualem iudicium sunt habituri, qui Fidei Catholicae perduelles, Anglicanos Catholicos omnes Episcopos sive ferro, sive exilio consumpserunt, & alias injurias nefandas ipsis Ecclesiis intulerunt? Non patitur Deus inultum umquam remanere peccatum, quod non diluit poenitentia, qui ad tempus puniendi reservat; nam ipse: (d) Nonne haec condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? mea est ultio, ut reddam illis in tempore. Sed sic ulciscitur saepe minor peccata, nec ex his timere discant, qui maxima perpetrarunt. Cujus rei gratia casum turris Siloe nuntiantibus (e) posuit eum in exemplum futuri iudicii magni Dei.

(c) Luc. 24. Digna confideratio.

(d) Luc. 13.

(e) Luc. XXXVII. Renovatur controversia in Ecclesia Anglicana.

Sublato igitur e medio Rege persecutore, ejus germanus Henricus regnum capessit: qui statim S. Anselmum ad suam Ecclesiam in Angliam revocavit, quem & suscepit honorifice redeuntem. Sed quod pax diuturna esse non possit, ubi ju-

sum prudenter & commode moderatus est, ac inter praecipuos totius Christianitatis Principes, obtentu pacis & justitiae fulgens insignis habitus est. In diebus ejus Ecclesia Dei divitiis & honoribus alacriter emicuit, & omnis ordo Religiosorum ad laudem Creatoris multipliciter crevit. Quarto mense, ex quo coepit regnare, Mathildem Malcolmi Regis Scottorum, & Sanctae Margaritae Reginae filiam sibi desponsavit, quam Sanctus Anselmus die dominica festivitatis Sancti Martini Reginae consecravit & coronavit, inquit Simeon Dunelmensis, qui jam dixerat Anselmum de Gallia ab Henrico Rege revocatum fuisse. Henrichenius Tom. II. 55.

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

justitia procul abest, quam ad pacem conservandam oporteat semper esse præsentem, juxta Davidicum illud: (a) *Justitia & pax se osculatae sunt: Quæ hanc concordiam interceperint, sic accipe ab Edinero: Ubi S. Anselmus Saresberiam ad Regem venit, & ei quid de Ecclesiarum investituris in Romano Concilio statutum acceperit, plano sermone innotuit: turbatus est Rex, ac vehementissime indoluit, nec nutum ejus in aliquo, sicut Nuntii dixerant, expectare voluit. Hæc tantum paucis agens Edinerus in vita Anselmi, eo quod ista omnia in alio commentario seorsum scriberet, ex quo ista qui eum præ manibus habuit idem qui supra Willelmus enarrat: Veruntamen cum Rex more antecessorum suorum ab Archiepiscopo Anselmo hominum interrogaret, & ille pro excommunicatione Romæ facta differret: missi sunt Romam ab utraque parte Nuntii. Jubetur Anselmus Regi interea hominum facere, vel absolutis morarum nexibus, regno excedere. Quin potius, respondit ille, inspiciantur Apostolicae litteræ, & quod tenor earum continet, fiat. Redierant enim jam Roma Nuntii, & casto labore sententiam antecessoris invidio robore tuebatur. Quid ad me de litteris Apostolicis, ait Rex jura regni mei nolo amittere. Procedente in contentionem sermone, assertur Anselmus, terram se non exiturum, sed ad suam iturum Ecclesiam, consideraturum, quid sibi, vel suis expediret, scilicet. Ita tunc discessum. Sed posterioribus diebus molliores ex parte Regis virum convenere litteræ, ut pacato animo Curie suam presentiam exhiberet, futurum ut habito inter se colloquio, omnis sopiretur controversia. Non negat ille adven-*

PAGIUS SS. Aprilis ad diem XXI. ejusdem mensis, quo Sanctus Anselmus colitur, pag. 927. ait Henricum Regem a Thoma Archiepiscopo Eboracensi benedictum. [1] Verum nullum ad id probandum testem adducit, & tam Ordericus, quam novus Chronographus Saxo ac Simeon Dunelmensis in sua Historia discrete asserunt, factum id esse Londoniæ & a Mauricio ejusdem urbis Episcopo. Matthæus quidem Parisiensis ad annum MC. tradit, Henricum consecratum esse in Regem in die Assumptionis B. Mariae, eique continuo a Mauricio Londinensi Episc. & a Thoma Eboracensi Archiepisc. coronam

NOTE [1] O ptimum jus assitit Heschenio asserenti Henricum benedictum seu potius coronatum fuisse Regem a Thoma Eboracensi, id enim discrete tradit Thomas Eliensis monachus in historia ejusdem monasterii, quam ante finem hujus sæculi scribebat, vulgata a Bollandistis ad diem 23. Junii pag. 533. Ita enim ille lib. 2. cap. 5. n. 36. Anno Domini millesimo centesimo, nonis augusti, die dominico in Westmonasterio a Mauricio Londinensi Episcopo (Henricus) est consecratus in regem, & a Thoma Eboracensi coronatur. Authori pene coævo fides habenda est, in re præsertim, cui nemo veterum refragatur; reliqui enim a Pagio, producti consecrationem factam a Mauricio commemorant, non coronationem. MANSI

rum, si forte Deus instinctu suo regalem contigerit animum. Rursus igitur communi edicto Legati mittuntur Romam, &c. Quid vero per eos actum sit, suo loco, servato temporis ordine, dicturi sumus. Per biennium in his laboratum esse, idem qui supra Edinerus affirmat: adeo ut posterior ista legatio non nisi sequenti anno potuerit contigisse. Sic igitur vides Regis inconstantiam, modo Anselmum ab exilio revocantis, modo exilium comminantis: constantiam vero viri sanctissimi admirare, qua fregit impetum Regis, & eo invito suam Ecclesiam adeuntis, & in ea pariter commorantis. Cum autem ista in Anglia agerentur, Ivo Episcopus Carnotensis fulgor Ecclesiæ Gallicanæ, apud Reges egregios vitæ mores & doctrinam incomparabilem magnæ æstimationis ad eundem Angliæ Regem litteras dedit, quibus in primis eum hortatus est ad exhibendam Christi sacerdotibus reverentiam: quas dignas existimamus Annalibus, ut debeant hic describi; sic enim se habent: (b)

Henrico excellenti Anglorum Regi Ivo humilis Carnotensis Ecclesiæ minister, in eo vivere & regnare, per quem Reges regnant.

Quoniam paterni regni solum conscendere vos fecit divina dispensatio, pro gratia vobis collata divinam interpellamus clementiam, quatenus paternos mores, paternam vos faciat imitari honorificentiam, ut in nullo vestra sublimitas ab eorum nobilitate degeneret, & in nullo ab eorum frugalitate declinet. Et quia res omnes non aliter bene administrantur, nisi cum regnum & sacerdotium in unum convenerint studium: Celsitudinem vestram obsecrando monemus, quatenus in

XXXIX. Ivonis Episc. ad Henric. Regem Anglor.

XV. Adventus S. Anselmi in Angliam.

capiti impositam; sed is non magis in utroque capite audiendus, quam cum matrimonium Mathildis cum Rege Henrico, & adventum Sancti Anselmi in Angliam in annum MCI. differt. Eadmerus, qui præter vitam Sancti Anselmi cujus continuus comes fuit, scripsit Historiam Novorum sex libris comprehensam, quam Baronius non vidit, lib. III. cap. I. narrat Anselmum, in cujus comitatu ipse erat, nono Kal. Octobris Dubrim appulisse, & cum post paucos sui reditus dies ad Henricum Regem venisset, postulatus est pro consuetudine antecessorum

CHRISTI
1100.

PASCHALIS II. PAP.
I.

HENRICI III. IMP. 17.
ALEXII COMN. IMP. 20.

regno vobis commissio verbum Dei currare permittatis, & regnum terrenum caelesti regno, quod Ecclesiæ commissum est, subditum esse debere, semper cogitetis. Sicut enim sensus animalis subditus debet esse rationi; ita potestas terrena subdita esse debet Ecclesiastico regimini. Et quantum valet corpus, nisi regatur ab anima, tantum valet terrena potestas nisi informetur & regatur Ecclesiastica disciplina. Et sicut pacatum est regnum corporis, cum jam non resistit caro spiritui; sic in pace possidetur regnum mundi, cum jam resistere non molitur regno Dei. Hoc cogitando, servum servorum Dei vos esse intelligite, non dominum: protectorem, non possessorem: unam debere esse de cedris Libani, quas plantavit Dominus, in qua nidificent passeris, id est, sub cuius tutela quiete fructificent, & converfentur Christi pauperes, quorum orationes pro statu regni vestri & incolunitate vestra quanto quietiores, tanto * juniores, quanto saniores, tanto constabit, esse efficaciores. Hoc enim faciendum, & regnum terrenum quiete, Deo cooperante, possidebitis, & ad regnum æternum ejusdem miseratione pervenietis. Hucusque Ivonis ad novum Regem epistola, digna plane, quæ Regibus omnibus legenda jugiter ingeratur, his nostris præsertim temporibus, quibus execranda Politicorum hæresis velata jure regnandi, Regum penetrabilibus interdum se immittat, ubi & honesto sub nomine delitescat.

* sanctior.

XI. Legatio a Pasch. Papa Gebhardo

PAGIUS

form suorum Regi hominum facere & Archiepiscopatum de manu ejus recipere, & Anselmum respondisse: Si dominus Rex ista suscipere, & suscepta servare voluerit, bene inter nos firma pax erit: sin autem non video remanere mecum in Anglia utile fore vel honestum, præsertim cum, si Episcopatus aut Abbatias dederim, privari me penitus tam a sui, quam eorum qui susceperint, communionem necesse sit. Nec enim ea de causa Angliam redii, ut si ipse Romano Pontifici obedire nollet, in ea resideam. Regem inter & Anselmum conventum, ut utrimque Romam mitterentur, interimque induciae usque ad Pascha essent. Hinc paucis diebus interpositis, Mathildis nuptiis Henrico Regi, & Anselmus eos conjunxit.

XVI. Legatus in Angliam missus re infectare vertitur.

Eodem anno, subiungit Eadmerus, venit in Angliam Guido Archiepiscopus Viennensis (Pontifex postea Romanus sub Callisti II. nomine) functurus, ut dicebat, legatione totius Britannia, ex præcepto & auctoritate Apostolica Sedis. Quod per Angliam auditum, in admirationem omnibus venit, inauditum scilicet in Britannia cuncti scientes quemlibet hominum super se vices Apostolicas gerere, nisi solum Archiepiscopum Cantuariæ. Quapropter sicut venit, ita reversus est, a nomine pro Legato susceptus, nec

tione vexabat, legationem Apostolicam credidit Gebhardo Constantiensi Episcopo, Apostolico plane viro, qui præ cæteris stetit pro muro domui Israel perditissimis hisce temporibus: ut nisi Deus tale semen illis Ecclesiis reliquisset, penitus fortasse interissent: de quo ista hoc anno Bertholdus: Dominus Paschalis Papa Nativitatem Domini Romæ cum magna pace celebravit, & per litteras suas venerabili Gebhardo Constantiensi Episcopo in Teutonicis partibus Apostolicas vices commendavit, quas ab antecessoribus multis annis obtinuit. Hæc Bertholdus, qui & hic scribendi finem fecit, forte præventus morte: qui ex vitæ integritate, & Catholico nomine summam sibi gloriam comparavit inter Chronographos hujus temporis: cui ut veritatis studiosissimo bene precamur. Sed quod post hæc in manus nostras pervenit accipe privilegium, quod hoc anno Paschalis Papa concessit sancti Alberici Abbatis monasterio nuper fundato in territorio Cabilonensi, ubi prima plantatio coaluit Ordinis Cisterciensis, de quo dictum Tomo superiori ante biennium, Litteræ Apostolicæ Paschalis sic se habent:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei venerabili filio Alberico novi monasterii Abbati, quod in Cabilonensi parochia situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religiosum propositum, & animarum salutem pertinere monstratur (auctore Deo) sine aliqua dilatione est complendum. Unde nos, o filii in Domino dilectissimi, citra difficultatem omnem vestrarum precum petitionem

Constant. Episcopo credita.

XLI. Privileg. Cisterciensium Monachorum.

in aliquo Legati officio functus. Exinde, cum ad tempus induciarum Pascha (sequentis Christi anni) ventum esset, & qui Romam missi fuerant Nuntii, necdum redissent, usque ad adventum illorum inducia dilatae sunt. Agebatur de Investituris, quas Henricus Rex petebat, & Anselmus a summi Pontificis sententia recedere volebat.

Ad num. XLI. B. Robertus Abbas Molis-ciente in Diocesi Cabilonensi construxit, hoc anno duos Monachos Romam misit cum litteris commendatitiis Joannis & Benedicti Cardinalium Sedis Apostolicæ in Gallia Legatorum, Hugonis Archiepiscopi Lugdunensis, atque Walteri Præfalis Cabilonensis, quorum precibus Paschalis II. Ordinem Cisterciensem confirmavit, rescripto Troia dato XIV. Kal. Maii, indict. VIII. quod integrum a Baronio recitatur. Tum Albericus Cistercii Abbas anno sequenti arduissimam Regulam Sancti Benedicti observationem instituit in novo suo Monasterio, ut videre est apud Manriquem in Annal. Cisterciensium.

XVII. Paschalis II. confirmat ordinem Cisterciensium.

Toti erant hoc tempore Hispaniarum Reges in Sarracenis debellandi; quam in rem Chronographus Malleacensis hoc anno scribit: Guilelmus

XVIII.

CHRISTI 1100.

PASCHALIS II. PAP. I.

HENRICI III. IMP. 17. ALEXII COMN. IMP. 20.

nem admittimus: quia religioni vestrae paterno congratulamur affectu. Locum igitur illum, quem inhabitandum pro quiete monastica elegistis, ab omnium mortaliu molestis tutum ac liberum fore sancimus, & Abbatiam illic perpetuo haberi, ac sub Apostolica Sedis tutela specialiter protegi, quamdiu vos, ac successores vestri in ea quam hodie observatis, disciplina ac frugalitatis observantia permanseritis, salva Cabilonenfis Ecclesia canonica reverentia. Praesentis itaque decreti pagina interdicimus, ne cuiquam omnino persona liceat statum vestrae conversationis immutare; neque vestri (quod novum dicitur) coenobii monachos sine regulari commendatione suscipere, neque congregationem vestram astutis quibuslibet aut violentiis perturbare.

PAGIUS Petrus Aragonia Rex Saraceno bello venat.

XIX. Anselmus Archiep. Mediolanensis anno sequenti in Orientem profectus.

XX. Cruciatam praedicat in Longobardia.

bare. Eam sane controversia decisionem, quam inter vos, & Molisimensis Eccl. monachos frater noster Lugdunensis Episcopus, tunc Apostolica Sedis Vicarius, cum provinciae suae Episcopis aliisque religiosi viris ex praecepto praedecessoris nostri Apostolicae memoriae Urbani II. perpetravit, nos tamquam rationabilem ac laudabilem confirmamus. Vos igitur filii in Christo dilectissimi ac desideratissimi, meminisse debetis; quia pars vestri saeculares latitudines, pars ipsa etiam monasterii laxioris minus austeras angustias reliquistis. Ut ergo hac semper gratia digniores conseamini, Dei semper timorem & amorem in vestris cordibus habere satagite, ut quanto a saecularibus tumultibus liberiores estis & delictis, tanto amplius placere Deo totius men-

lanensis urbis, ab anno Christi MXCVI. usque ad millesimum centesimum tricesimum sextum, perducum, apud Puricellum citatum, licet ordine praeposito, testatur: Cum adhuc homo iste simplex (sc. Anselmus) Mediolani viveret, & exercitum congregaret, habuit consilium statuendi sibi Vicarium, hominem multarum artium. Unde quidam sagacissimi viri ab eo ordinati Sacerdotes, mandatum eundi Saonam (sive Savonam) susceperunt, ut in ipsa civitate suo jussu & auctoritate electionem Episcopi admonerent, & sevi cogerent. Qui dum iter facerent, venerunt Ferrariam (aliam a Ferraria ad Padum posita) in quo nemore amplexi sunt Grosulanum & ejus consilium. Quorum Sacerdotum exercitum instantum valuit, quod quidam ex Saonenfibus ipsum Grosulanum in vestitu abjectum, in vestitu abjectum, elegerunt sibi Episcopum. Eligentes una cum illo Electro & illi duobus Sacerdotibus ab Archiepiscopo missi Mediolanum pervenerunt, ibique per justificationem Archiepiscopi, QUI JAM ERAT IN EXPEDITIONE POSITUS, Grosulanus... ordinatus est Episcopus, & Archiepiscopi Vicarius. Et tamen Grosulanus, quo factus Episcopus Savonensis eo munere functus est, in Instrumento citato subscriptus in verbis indignus Episcopus subscripsit. Contra vero ejus nomen non legitur in judicio in causa Monachorum Sancti Simpliciani anno superiori quarto Nonas Februarii habito, licet Abbates omnes, Priores & Dignitates Cleri Mediolanensis eidem subscribentes officii sui Titulum addant. Quare Grosulanus mente Februarii superioris Christi anni nondum Episcopus ac Vicarius Archiepiscopi Mediolanensis erat, nondumque tunc forte ab Anselmo Cruciatam praedicabatur.

Puricellus laudatus contendit, gesta haec fuisse anno MXCVIII. Conradum Henrici Imperatoris filium ante Urbanum II. Papam demortuum esse, & Grosulanum consecratum eo tempore, quo Anselmus erat in expeditione positus, in Oriente scilicet, ut Puricellus interpretatur. Verum is Landulphum Juniorem non intellexit, qui tantum indicat Anselmum Mediolano abfuisse, praedicantem tunc Cruciatam in urbibus Longobardiae, indeque cap. 2. Landulphus ait: Ad vocem hujus prudentis viri (sc. Anselmi) viri cujuslibet conditionis per civitates Longobardorum, villas & castella eorum cruces susceperunt. Hac expeditione, in qua positus erat Anselmus, non vero in

XXI. Multi crucem accipiunt.

CHRISTI 1100.

PASCHALIS II. PAP. I.

HENRICI III. IMP. 17. ALEXII COMN. IMP. 20.

mentis & anime virtutibus anbeletis, Sane si quis in crastinum Archiepiscopus aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Comes aut Vicecomes, iudex aut Ecclesiastica quavis, saecularisve persona, hanc nostrae Constitutionis paginam sciens; contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertioque commonita si non satisfactio congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri JESU CHRISTI aliena fiat, atque Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS in Orientali, ubi paucissimo tempore moratus est, & in ipso adventu male habitus. Conradum vero anno tantum sequenti, non vero anno MXCVIII. vita functum esse, anno sequenti demonstrabimus.

XXII. Reseritur Puricellus Conradi Regis mortem praevertit. Ut ostendat Puricellus Conradum Regem ante Urbanum II. demortuum adhibet verba Landulphi Junioris cap. I. Cono (idest Conradus) quoque Rex, qui dum Henricus pater ejus viveret, per contraventionem Mathildis Comitisse, & officium hujus Anselmi de Rhode (hujus nominis III.) fuit coronatus Madoetia, & in Ecclesia Sancti Ambrosii Regali more... regnans in loco, qui Burgus Sancti Domini dicitur (in Parmensi tractu posito) vidit Presbyterum Luitprandum propter PATARIAM naso & auribus truncatum (vides factionem Pontificiam. Patariam Mediolanensibus appellatam fuisse) eundem ad Urbanum Pontificem Romanum (anno MXCVIII. secundum Puricellum, aut potius anno MXCVI.) cui Presbytero Rex ipse dum devotione inquit: Cum sis Magister PATARIORUM, quid sentis de Pontificibus & Sacerdotibus Regia jura possidentibus, & Regi nulla alimenta praestantibus? Et Presbyter ipse absque ullo rancore in beneplacito Dei, & ipsius Regis respondit. Verum tamen altera die faciens iter suum cum Presbytero Arnaldo Magistro scholarum Mediolanensium, & Syro sacerdote Ecclesia Sancta Maria Podonia (quem Puricellus eum esse credit, qui Vitam Sancti Arialdi, quae nunc non extat, composuerat) captus est ab hominibus Parmensibus Episcopi... per quatuor dies retentus excoxiatus, inde Mediolanum redit. Rex vero ipse, prout audivi a raptoribus illis, emendam (idest, quod datum fuerat a Presbytero pro sua redemptione), & mulum ipsius Presbyteri suscepit, & MOX in Tusciam adire tentavit. Et cum pervenisset Florentiam, Rex ipse prudens & sapiens atque decorus specie, prob dolor! adolevens correpta ratione ab Ariano Medico Mathildis Comitisse Vitam sinit.

XXIII. Explicatur locus Landulphi Junioris. Ex praefato adverbio mox Puricellus sequi putat statim a Luitprandi expoliatione Conradum in Tusciam perrexisse, ibique an. MXCVIII. vitam cum morte commutasse. Verum haec adverbia mox statim, aliaque tempus exprimentia aliquam latitudinem habent; neque itud mox semper significat nullam moram interpositam fuisse, sed aliquando deinde, uti apud Suetonium in Augusto cap. 47. Nec mox (idest, deinde, vel postea) oculo aut causa traicienda fuit. Landulphus itaque intelligit, deinde, idest, biennio post, annoque MCI. Conradum Tusciam petiisse, ibique mense Julio ejusdem anni mortem oppetiisse. Luitprandus enim anno MXCVI. injuriam illam passus est.

in extremo examine districta ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri JESU CHRISTI, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Ego Paschalis Catholica Ecclesia Episcopus subscripsit. Datum Trojae per manum Joannis S. R. E. diaconi Cardinalis quatuordecimo Kal. Maii, Indictione octava, Incarnationis Dominicae anno millesimo centesimo, Pontificatus autem domini Paschalis Secundi Papae secundo.

R 2 Se.

Ait secundo Puricellus, Landulphum Juniorem secundum caput Historiae suae hirs veribus auspicari: Rege igitur (c. Conrado) in regno deficiente, supradictus Anselmus de Buis Mediolanensis Archiepiscopus, quasi monitus Apostolica auctoritate, cum dicto Presbytero (nempe Luitprando) nolente de diversis gentibus exercitum studuit congregare, cum quo caperet Babylonicum regnum. Quibus ex verbis infert Puricellus, quod cum confect ex Catalogo Archiepiscoporum Mediolanensium Anselmum IV. die XXX. mensis Septembris anni MCI. vivere defuisse, certumque sit eum eodem anno in Oriente fuisse, necessario admitendas duas ejusdem Praefulsi professiones in Orientem quarum prior suscepta fuerit anno MXCVIII. eodemque Conrado Rex obierit. Nam si Conradus die XXXI. mensis Julii anni MCI. in Tuscia vita functus esset, ut communis fert opinio, cum Landulphus testetur, eo mortuo Anselmum milites collegisse, se ferre ad expeditionem Hierosolymitanam parasse, quomodo, Anselmus intra diem ultimam mensis Julii, ultimamque mensis Septembris militum copias comparare, & cum iis Constantinopolim pervenire potuisset? Certe ad rem utramque ei tempus non fuisset. Ita Puricellus.

At frustra se Vir doctissimus torquet, ut Landulphum cum aliis Historicis conciliet. Accurate enim ii Conradi mortem cum anno MCI. connexere, & Landulphus Junior, qui unica Anselmi in Orientem peregrinationis mentionem facit, non scribit eam post Conradi Regis obitum, ut eum Puricellus interpretatur inuisse, sed tantum eo in regno deficiente, id est, eo jam morti proximo, vel cum prope esset, ut in regno deficeret. Neque Landulphus Junior, qui annum mortis Conradi ignorare non potuit, ab aliis Scriptoribus etiam coevis in anno hujus Regis emortuali configitando discrepat, uti ex dicendis anno sequenti magis patebit.

Landulphus Senior, qui Rerum Mediolanensium Historiam ab anno millesimo duodecimo exorsus est, eandem currenti absolvit. Eandem typis data, sed Puricellus in Monumentis Basilicae Ambrosiana, aliisque suis Operibus varias ejus Periochas exhibet, quibus Annales Ecclesiasticos locupletare conati sumus. Eodem anno, inquit Chronographus Malteacensis ad hunc Christi annum, Robertus Magister (de Arbricellis cognominatus) cepit digressi apud nos (sc. in Pictoniibus) & incipit Fontis-Euardi (feu Fontis-Ebraldi) adificationem, & Fratres & Monachos adjuvare in pluribus locis, qui sub disciplina sua religiose vivunt. De beato Roberto, ejusque Ordine pluribus infra.

XXIV. Secunda ratio Puricelli.

XXV. Reseritur.

XXVI. Landulphus Senior Historiam suam absolvit.

XXVII. Fundatio Ordinis Fontis-Euardi.

JESU CHRISTI ANNUS 1101.

PASCHALIS II. PAP. ANNUS 2.

HENRICI III. IMP. 18. ALEXII COMNENI IMP. 21.

CHRISTI 1101.

PASCHALIS II. PAP. 2.

HENRICI III. IMP. 18. ALEXII COMN. IMP. 21.

I. Legationes ad Paschalem Pap. ex Anglia.

(a) Vasil. Malmesb. de gest. pontif. Angl. l. x.

Sequitur annus Redemptoris centesimus primus supra millesimum, Indictione nona, quo ad Paschalem Papam tam ab Henrico Anglorum Rege, quam a S. Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo, inter se ob investituras Ecclesiarum concertantibus, legationes missae sunt. Res gestae una cum epistolis ultro citroque missis seorsum ab Edinero, isthaec omnia contuente, descriptae fuerunt, ut ipse testatur in praefatione ad vitam ejusdem Anselmi. Sed cum liber ille exciderit, pauca quaedam, quae ex illo descriptis Willelmus Malmesburiensis Bibliothecarius, hic recitanda erunt, quae sic se habent (a): Rursus igitur communi edicto mittuntur Legati Romam, qui tam dura praecepta tentent vel lenire, vel rescindere, de investituris scilicet a Rege non exhibendis: Ex parte Antistitis Anselmi videlicet, Balduinus, & Alexander monachi: ex parte Regis, Girardus Archiepiscopus Eboracensis, Herbertus Norwicensis, Robertus Cestrensis Episcopi sunt missi. Sed priores hos Episcopos familiaris quoque causa urgebat, Girardum pro adeptione pallii, Herbertum pro rescissione privilegii Abbatiae S. Edmundi, quod Balduinus Abbas illi cenobio per Alexandrum Papam multis laboribus acquisierat. Id erat, ut Abbas illius loci nec Episcopo Norwicensi, in cujus parochia esse cognoscitur, nec ulli alii, nisi Primati Angliae subiciatur. Hoc Herbertus depellere intendens & pergens, ignoro quo infortunio socios relinquens, & devia secutus, praedonum manum incurrit, sed quadraginta marchis datis, servitutem exiit, libertatem viam recepit: primo per omne quod dicitur sanctum, jurare compulsus Guidoni (id no-

men viro raptorum magistro) nihil se Romae acturum, quod ad domini sui Anselmi Archiepiscopi spectaret incommodum. Adeo enim increbuerat S. Anselmi ubique nomen, ut etiam latronibus esset in honore & defensione, exhibentibus se (ponte vindictibus ejus jurum contra Regem Anglorum apud Romanum Pontificem. Sed pergit auctor: Datis ergo nummis raptim socios prosequatur liberiore otio, quia leviore marsupio.

Conjuncti corripiunt viam, Papaeque obtutibus presentibus, quidquid poterant, promissis & muneribus agunt, ut Regis voluntatem effectui mancipare possint; sed nequidquam. Stat ille inflexibilis, nolens (ut dicebat) statuta sanctorum Patrum enervare pro voluntate unius hominis. Nihil ergo isto labor profecit ad aliud, nisi ut lites consenserent in regno, Legatis inter se dissidentibus; nam Rex epistolam ab Episcopis sibi allatam, quod suae voluntati refragari viderat, occultendam putavit. Caeterum nuda verba furas extulit, quibus illi pro Episcopali veritate asserebant, Apostolicum Regis investituras equanimiter ferre, si caetera boni Principis officia exequeretur. Ideo autem noluisse litteris haec videre, ne accepta occasione caeteri Principes in eum inclamarent. Contra, monachi palam clamabant, Apostolicis praeceptis fraudem innecti conquirentes: siquidem & epistola, quam Anselmo attulerant, vulgo jam lectitabatur, in qua non solum investituras non concedere, sed etiam statuta Urbani pertinaciter probabatur Paschalis urgere, servandaque monere. Strepebat igitur omnis aula murmure, non debere attendi monachis, qui libenter fuis veritatem obscurant, dummodo Archiepiscopo placeant: Epi-

II. Paschal. Pap. recusat concedere Regi Anglorum investituras.

* credere.

III. Epist. Paschalis Pap. contra subdolos legatos Episcopos.

Episcopalem gradum & sermonem magni esse ponderis, monachos jus in secularium rerum testimonio perdidisse. At istud (inquit Balduinus) saeculare negotium non est. Tum proceres: Probum & prudentem te scimus virum, nec de illis esse, quae maxima turba ordinem vestrum male vivendo infamat: sed tamen & humana & divina exigit ratio, ut magis tribus Episcopis, quam duorum monachorum credatur testimonio. Diu ergo fluctavit Anselmi sententia, quo vergeret, quod & adversa fronte testimonium Episcoporum resellere, videbatur superbum: porro epistola, quae sigillum Apostolicum praetendebat, non credere, stultum. Confirmato animo respondit, ad certitudinem facti cognoscendam missurum se Romam: interim illis, qui investirentur, nec communionem suam negandam, nec benedictionem impertendam. Quid vero responderit Paschalis Papa in declaranda sententia sua de investituris non concedendis, silentio praeteriit auctor: nescio an in gratiam Regis; cum tamen de his ipsis extet epistola illa inter epistolae S. Anselmi, ordine duodecima posita, quae sic se habet: Paschalis Episcopus servus servorum Dei Anselmo Cantuariensi venerabili fratri & Coepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Suavissimas dilectionis tuae suscepimus litteras, charitatis calamo scriptas: neque enim aliud charta calamus indidit, quam quod de fonte charitatis intinxit. In his reverentiam devotionis tuae complectimur, & perpendimus fidei tuae robur, & pie sollicitudinis instantiam. Exultamus, quia gratia Dei tibi praestante auxilium, te nec mine concutiunt, nec promissa sustollunt. Dolemus autem, quia cum fratres nostros Episcopos Legatos Regis Anglorum benigne suscepimus: quae nec diximus, nec cogitavimus, redeuntes ad propria retulerunt. Audivimus enim eos dixisse: quia si Rex in aliis bene ageret, nos investituras nec prohibere, nec factas excommunicare; & quod ideo nolebamus charta committere, ne sub hac occasione & caeteri Principes in nos in-

clamarent. Unde JESUM, qui vites & corda scrutatur, in animam nostram testem inducimus, si, ex quo hujus sanctae Sedis curam coepimus gerere, hoc immane scelus vel descendit in mentem. Et hoc a nobis Deus avertat, ut est, & non subrependo nos inficiat, ut aliud habeamus ore promptum, & aliud corde reconditum; cum contra mendaces Propheta precetur, dicens: (a) Disperdat Dominus universa labia dolosa. Si vero nostro silentio pateremur Ecclesiam felle amaritudinis, & impietatis radice pollui: qua ratione possemus apud aeternum Judicem excusare, cum Dominus sub specie sacerdotis dicat Prophetae: (b) Speculatorem dedi te domui Israel? Non bene custodisti urbem, qui in specula positus, dum non obstitit ejus hostibus, diripiendam exponit. Sa ergo pastorale signum, si anulum, signaculum Fidei tradit laica manus: quid in Ecclesia pontifices agunt? Ecclesiae honor atteritur, solvitur disciplina vigor, & omnis religio Christiana concalcatur, si quod novimus sacerdotibus solis debere, laica patiamur temeritate praesumi. Non est laicorum, Ecclesiam tradere, nec filiorum, matrem adulterio maculare. Jure ergo privandus est patrimonium, qui matrem polluit adulterio; nec meretur Ecclesiae benedictionis consortium, qui eam impia infestatione persequitur, laicorum est Ecclesiam tuere, non tradere. Quare (c) quidam, cum illicitum sibi sacerdotium vendicaret, lepra percussus est. Filii quoque (d) Aaron, quia ignem alienam imposuerunt, igne divino consumpti sunt. Alienum enim est ab Ecclesia, & a sacris canonibus est inhibendum, ne Principes & saeculares viri investituras non solum dare, sed nec electioni Episcoporum audeant se violenter inferere. In * Septima quippe Synodo (ut nobis) scriptum est: Sancta & universalis Synodus definit, neminem laicorum Principum vel potentum se vi ingerere electioni vel promotioni Episcoporum. Si ergo filii Aaron, quia ignem alienum intulerunt, corporaliter puniti sunt: isti qui a laicis, a quibus alienum est, Ecclesiam susceperunt, spirituali gladio feriuntur. Epi-

(a) Ps. 11.

(b) Exec. 3.

(c) 2. Par. 26.

(d) Levit. 10.

* al. VIII

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6594. SÆC. XII An. Eræ Hisp. MCXX. XIX. An. Hegira CCCC. XCV. inchoato die 16. Octob. ser. 7. A.C. 1101 I.

Num. I. ad VI. Termino induciarum inter Henricum Angliae Regem & S. Anselmum Cantuariæ Archiepiscopum anno superioris pactum adveniente, Nuncios, quos Romanus Henricus Rex miserat, & ante Pascham redituri credebantur, necdum reduces erant. Quare Rex inducias prorogandas censuit. Interim Robertus Normanniae Dux & Henrici Regis frater ex Oriente redierat, & se delu-

sum a fratre dicens de Regno eieripiendi, cogitabat, & non paucos Proceres ad suas partes attraxerat: In subsequenti solemnitate Pentecostes, ait Eadmerus lib. 2. Vitæ S. Anselmi, adventus Comitit Roberti, Fratris Regis, in Angliam; Regem & prava fama, totam Regalem Curiam commovit: & quorundam animos, ut postea patuit, fratrem in diversa permovit. Robertus Regnum sibi debitum contendebat, quod major natu esset, & Guillelmus frater sine prole obiisset. Tota Regni Nobilitas Anselmum, Robertum inter & Regem medium fecere, & Sancti Praesulis opera fratres in concordiam rediere, exercitusque dimissi. Paschalis Papa, qui volebat injuriam fieri Roberto ex Palestina reduci, Anselmum per litteras monuit, ut se pacis sequentium interponeret, interimque Nuncios, quos Henricus Rex ad Paschalem II. miserat, ex Urbe redeunt, referuntque Romanum Pontificem pro Anselmo & Ecclesiarum prerogativa dixisse & scripsisse. Paschalis litterae ad Henricum Regem datæ recitantur ab Eadmero in lib. 3. Novorum cap. 2. iisque

Opera S. Anselmi pax inter Henricum Robertum

PAGIUS iisque Investituræ Regiæ improbantur. Quibus relatis subdit Eadmerus: Cum ad Curiam venissemus, Rex usus consilio fratris sui & amicorum illius, qui acerbo contra Anselmum, pro regni amissione, odio erant inflammati, exegit ab eo, ut aut homo suus feret; & eos quibus Investituræ vel Abbatias se datum dicebat, pro more antecessorum suorum consecraret; aut terram suam sine retributione & festinanter exciret. Verum Anselmus negavit se alterutrum facturum, & Cantuariam abiit. Reversus est Anselmus ad sua, Deo in cunctis placere studens, & oppressibus Ecclesiarum Anglia gravi contritione cordis ingemiscentes. Postea agentibus An-

glia Episcopis Anselmus duos Monachos Romanam destinavit, Rex vero tres Episcopos, quibus Papa incunctanter crederet. Paschalis II. litteris suis sancti Anselmi constantiam laudavit, aliisque litteris Regem monuit, ut Investituras sibi non arrogaret. Sed cum Rex in sententia perstaret, incitantibus eum Episcopis Regnique Proceribus, quatenus sibi Anselmus hominum faceret, & eos quibus se daturum protinus Episcopatus dicebat, consecraturum sponderet, servata in omnibus antecessorum suorum consuetudine, Anselmus Romanum Pontificem sese consulturum respondit, iterumque Nuncios Romanam destinavit. Citatas Pa-

CHRISTI
1101.PASCHALIS II. PAP.
2.HENRICI III. IMP. 18.
ALEXII COMN. IMP. 21.IV.
Excom-
munican-
tur Episc.
qui falsa
retulere.(a) 3. Reg.
13.

* propius.

V.

PAGIUS

III.
Obitus
Conradi
Italia Re-
gis.IV.
Contigit
mense Ju-
lio.

*Episcopus autem, qui veritatem in mendacium commutaverunt, ipsa Veritate, quæ Deus est, in medium introducta, a beati Petri gratia, & nostra societate excludimus, donec Romanæ Ecclesiæ satisficiant, & reatus sui pondus agnoscant. Quicumque vero intra prædictas inducias investiturus, seu consecrationem acceperunt, a consortio fratrum & ordinatores & ordinatores alienos habemus; nec eis ad excusationem deceptio sufficit, quia & propheta (a) ab alio propheta deceptus, nec ideo mortem evasit. Rogamus interea charitatem tuam, nos tuis sanctis præcipibus commendari, ut quanto * propius ad Deum passibus virtutum accedis, nobis orationum tuarum manus extendas. Omnipotens Deus, qui te hujus stadii invitavit ad cursum, felici consummatione perducatur ad præmium. Hucusque ad S. Anselmum Paschalis Papa.*

Hic Anselmus ab Apostolica Sede acceptis litteris, iisdemque promulgatis, ad celebrandum in Anglia generale Concilium anno sequenti se magna animi constantia præparavit, in quo in primis de

Paschalis Papæ literas tam ad Regem, quam ad Anselmum datas refert Eadmerus, cujus libros sex Novorum Angliæ cum Baronius perditos existimaret, hanc controversiam ex Malmesburienſi narrat, sed fusius Alfordus, qui libros Novorum ab Eadmero elucubratos viderat, in Annal. Angliæ hoc anno num. VI. & seqq.

Ad num. VI. Conradum Italiæ Regem filium Henrici Imp. hoc anno e vivis abiisse, superiori inſinuavimus, idque nobis nunc ex Auctoribus coævis probandum. Abbas Urspergenſis in persona Auctoris coævi hæc scribit: Anno Domini MCI. Chunradus Rex adolescens IX. anno postquam a patris Palatio discesserat (anno enim MXCIII. adversus patrem rebellavit, ut ibidem vidimus) Mathildis magna illius & nobilissima, & ut quidam dicunt, religiosa femina, sicut sanguine, ita & contubernio conjunctus, & in rebus per Italiam disponendis tam illius quam domini Apostolici, caterarumque Deum timentium, peronarum consilio semper usus, immaturo præventus occaſu, plena fide & bona confessione a regno transitorio ad æternum creditur regnum migrasse. Sunt etiam qui veneno eum dicant interisse (uti Landolphus Junior hujus temporis Scriptor, cujus verba anno superiori retulimus.) Testari solent, qui aderant, in brachio corporis exanimi, crucis signaculum subito exortum se vidisse, ipsaque ejus exequias quibusdam miraculis honorificatas fuisse (quæ verba Baronius in ista mutavit, funus ejus verbis exornatum.) Visus est & a nostro quodam familiari ab Oriente in Occidentem volans ignis, ad instar non modica civitatis. Vides Urspergenſem loqui in persona testis oculati, quod ei non raro accidit. Ad hæc Sigebertus in Chronic. qui adhuc in vivis erat eam mortem cum præfenti anno etiam copulat.

Immo Dominico Scriptor etiam hujus temporis in Vita Mathildis Comitisse lib. 2. cap. 12. de Conradi morte verba faciens, annum & mensem ejus obitus notavit;

veritis Principum investituris ab Apostolica Sede cum Episcopis ageret: insuper tractaret etiam de restituendis collapsis sacris institutis, atque revocanda pristina Ecclesiastica disciplina, pravosque mores, qui succrevissent, evelleret. Agemus de his suo loco, nempe anni sequentis exordio.

Hoc eodem anno, qui tertius ab Urbani Papæ obitu numeratur, Conradus Rex moritur Florentiæ, ibidemque sepelitur, cum jam antea Mathildi reconciliatus esset, cum qua dissensio oborta erat. Cecinit ista verbis Dominico, simulque Ferrariæ quæ rebellarat, dedicationem, cum ab eadem bello terra marique perfringeretur. De Conrado Rege Urspergenſis testatur funus ejus verbis exornatum.

Inter hæc autem Philippus Rex Francorum, quem vidimus anno superiori in Concilio Pictavenſi ab Apostolica Sedis Legatis fuisse excommunicationis sententia ob pellicem condemnatum, Romam pro absolutione ad Paschalem Papam misit. Cum autem ipse Rex Romam aditu-

*Scribere res gestas cum non sit res inhonesta.
Carmen adeſto meum sic ne promissis nisi verum
Infra Chunradus, Longobardos comitatus dum flaret,
Discors Mathilde fuit ipſo
Tempore. Duravit modicum discordia talis;
Nam petiti partes Tuscanas Rex: ibi tandem
Nobilibus quidam facientibus expulſit iram.
Ad pacem firmam rediit bene cum Comitissa.
Post istam pacem febre tactus JULIUS AUGUSTI
MENSIS erat, magnus moritur Chunradus:
& annus
Tertius, Urbanus, quod transigerat memoratus.
Ejus habet corpus Florentia florida prorsus.*

Obiit Urbanus Papa anno MXCIX. die XXIX. mensis Julii, tertioque post anno Juliano, currenti nempe, Conradus eodem mense Julio vita functus est, postquam pacem iniisset cum Mathilda Comitissa, a qua biennio & paulo amplius averſus fuit. Mitto hic testimonium Ottonis Frisingensis, qui lib. 7. cap. 7. idem in literas misit. Sed Puricellus cum Landolphum Juniores cum aliis Scriptoribus in concordiam adducere non posset, nodum quem solvere non potuit, discidit, scripsitque Conradum Regem juxta Landolphum an. MXCVIII. extinctum esse, aliosque Auctores, qui eam mortem usque ad hunc annum differunt ex Landolpho corrigendos esse; cum tamen idem ac illi hæc in re sentiat. Puricelli dubiis jam satisfecimus.

Ad num. VII. ad XIII. Quæ habet hic Baronius de Philippo Francorum Rege & de Gallone electo Belvacensium Episcopo commodius anno MCIV. examinabimus. Quare ad eum annum Lectorem remittimus.

VI.
Monetur
Paschalis
ab Ivone
de adventu
Regis
Francor.VII.
Monetur
Paschalis
ab Ivone
de adventu
Regis
Francor.V.
Ivone Ep-
lone electo
Belvacensium
Episcopo
Francor.CHRISTI
1101.PASCHALIS II. PAP.
2.HENRICI III. IMP. 18.
ALEXII COMN. IMP. 21.(a) Ivo ep.
49.VIII.
Ivone in
Regem
ob electum
Bellua-
centem.

(b) Id. ib.

* al. Gallonem.

rus diceretur, Ivo Episcopus Carnotensis admonuit Paschalem Pontificem, ne ab ipso deciperetur, extorqueretque manu ipsius absolutionem, ut fecerat ab Urbano, a quo absolutus rursus est reversus ad vomitum. Verba Ivonis ad Paschalem Papam sunt ista: (a) De cetero notum facio Sanctitati vestræ, quod Francorum Rex Romam in proximo se venturum dicit: quod tamen non credimus, sed seu veniat, seu mittat, caveat & nobis & vobis, ut semper clavibus, & catenis Petri fortiter teneatur. Et si forte absolutus fuerit, & ad vomitum, sicut jam contigit, reversus fuerit; e vestigio eisdem clavibus recludatur, eisdem catenis religetur, & hoc litteris vestris omnibus Ecclesiis manifestetur. Ita enim corrosorum dentes confringetis, & justitia satisfaciatis. Quod si forte Deus cor ejus ad penitentiam illustraverit: mementote nostri, qui portavimus pondus dei & æstus; ut sicut fuimus participes tribulationis, ita simus & consolationis. Hæc de Rege ad Paschalem Papam Ivo. Porro adventus Philippi Regis in Urbem absolutionis causa petendæ evanuit; Legatos tamen, ut vidimus, misit, quorum petitione a Paschale Pontifice duo Legati in Gallias missi sunt, ad recipiendam debitam satisfactionem a Rege, qua prævia deberet absolvi: quod & factum est.

Quoniam autem eisdem Ivo litteris ad Paschalem Papam ingerit querelam adversus eundem Regem Philippum de Gallione, sive Gaulone, vel Galone (ita diversimode appellatum invenio) electo Belluacensium Episcopo, cujus electioni assensum præbere volebat; cum ejus causa eisdem Ivoni plurimum fuerit laudabiliter laborandum: quomodo ista se habuerint, ex iisdem ad Paschalem litteris (b) est petenda, narratio quæ sic se habet: Belvacenses clerici melioris fame, & consilii sanioris, præcedente consilio vestro, consilio optimatum diœcesis suæ, & laude populi, dominum * Gallonem, virum vita honestum liberalibusque studiis & Ecclesiasticis disciplinis ornatum in Episcopum sibi elegerunt; pauci tamen ex clericis Stephani illius repudiati complices, quos sibi pellulis peregrinorum marium, atque aliis hujusmodi vanitatum aucupis inescaverat, huic electioni non assenserunt, nec tamen ei aliquid, quod sacris canonibus obviet, obicere potuerunt. Cum vero rem per se impedire non valerent, Regem adierunt, quedam verba auribus ejus instillaverunt, quæ facile in cor ejus eliquaverunt: videlicet, quod prædictus electus discipulus meus fuerit, apud me nutritus, apud me eruditus: ad dentes quod a Sanctitate vestra fuerit electus, & quod magnus ei futurus esset adversarius, si in

regno ejus aliquando fuerit Episcopus. Rex itaque virulentis his verbis succensus, & ab omni bona voluntate turbatus non vult electioni assensum præbere, nec electo bona Episcopalia dimittere. Unde electores ejus ad paternitatem vestram jam confugissent, nisi quia Metropolitanus eorum eos detinet, condito die inter contraditores, & electores, sicut dicitur, pacem volens componere, vel forsitan propter voluntatem Regis rem callide impedire. Superest ergo, dilectissime Pater, ut pro potestate & auctoritate vestra, sicut cepistis, Ecclesiæ, prout clerici rationabiliter postulaverint, succurratis, & consilium vestrum inconfutibile faciatis, ne insidiatores & detractores vestri subornando de vobis dicere incipiant: (c) Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare.

Ita quidem, quod anno superiori Legati Apostolicæ Sedis in Gallias missi prohibuerunt eligi Stephanum illum, hominem scelestum, ante damnatum ab Hugone Archiepiscopo Lugdunensi; sed tamen improbi clerici illi contra prohibitionem eundem Stephanum elegerunt: eadem ex causa idem Ivo ad Paschalem Pontificem has litteras dedit, tanto viro dignas, & cui scriberentur valde utiles: (d)

Paschali summo Pontifici, Ivo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister, quidquid filius patri.

Quoniam uterumque alium Romanæ Ecclesiæ, testante conscientia mea, me esse cognosco; cum scandalizatur, non possum non uri, cum tribulatur, tribulor, cum detractorum livido dente laceratur, dirumpor. Unde suggero dulcissima paternitati vestræ, ut si quæ de partibus nostris accusandorum † Episcoporum, vel aliorum hominum ad aures vestras cause perlatæ fuerint: non statim petitionibus eorum, qui sua querunt, & non qua JESU CHRISTI, acquiescatis; sed indulto congruo & prolixo spatio, religiosorum, qui in vicina regione rem liquide nosse possunt, testimonia requiratis, & ita cognita veritate, prout vobis Deus inspiraverit, juste vel misericorditer quelibet negotia terminetis. Ita enim bonam famam vestram, quæ Sedi Apostolicæ valde necessaria est, conservando, multorum salutem providebitis, & amulorum linguas a maledicto revocabitis. Alioquin si qua pudenda patris (quod Deus advertat) revelata fuerint, non ea ut filii averſionis derideamus; sed tamen ab hujusmodi admonitionibus, quas infructuosas videbimus, styllum & linguam cohibebimus. Non indignetur Sanctitas vestra, si ut filius talia suggero paternitati vestræ, quia multos pastores jam vidi propter remissa flagitia, vel multorum dissimulata facinora

(c) Luc.
14.
IX.(d) Ivo ep.
44.

X.

† vel excusandorum.

Optimum consilium ingerit Papæ Ivo episcopus Carnotensis æstimationi Sedis Apostolicæ consulendum.

CHRISTE
1101.

PASCHALIS II. PAP.
2.

HENRICI III. IMP. 18.
ALEXII COMN. IMP. 21.

CHRISTE
1101.

PASCHALIS II. PAP.
2.

HENRICI III. IMP. 18.
ALEXII COMN. IMP. 21.

ra ori suo silentium posuisse, & a spe corrigendorum malorum plurimum defecisse. Hæc hætenus.

XI.
De infir-
manda
Stephani
Electione.

De cetero notum facio excellentiæ vestræ, Belluacenses clericos contra interdictum vestrum & Legatorum vestrorum quemdam clericum, nomine Stephanum, in Episcopum assumpsisse procul a sacris ordinibus inventum, utpote nondum subdiaconum, hominem illiteratum, aleatorem; mulierum sectatorem, publice olim de adulterio publico infamatum, & ob hoc a domino Lugdunensi Archiepiscopo tunc temporis Sedis Apostolicæ Legato Ecclesiæ communionem privatum. De quo postea dicit multa alia inhonestæ, sed hæc quæ vera & manifesta sunt, ad repulsionem ejus sufficiunt, si Apostolica & canonica instituta vigorem suum non amittunt. Volo itaque Sanctitatem vestram a parvitate mea super hoc esse præmonitam, & præmunitam, ne per surreptionem innocentiam vestram aliquis decipiat, ut licentia vestra ad Episcopatum perveniat. Quod si factum fuerit; quantum in hoc casura sit Sedis Apostolicæ auctoritas, si verbis meis non creditis, tandem rei experientia cognoscetis. Et post alia hæc de munere Romani Pontificis: Vestrum autem est, inquit, & oves errantes & dissipatas per nebulas & avia deserti querere, & ad pastua reducere: pastorem qui gregis curam habeat, eidem providere. Et licet oves ipsæ velint perire, velint errare, velint se voracitati luporum suffocandas obiscere: dicendum est tamen Sanctitati vestræ: Nolo erratis, nolo pereatis. Eodem quoque argumento antea (a) scripserat idem Ivo ad Joannem & Benedictum Cardinales, Sedis Apostolicæ Legatos, cum sic ab eo admoniti vetererunt, ne perditus ille Stephanus eligeretur. Scripsit & alias pro electo idoneo idem Ivo ad Paschalem (b) litteras.

(a) Idem
ep. 36.

(b) Idem
ep. 45.
XII.

(c) Id. ep.
47. vii.
dist. 43.
Reges
non se im-
miscant
Electioni-
bus epi-
scoporum.
(d) Capit.
1. c. 76.

At quod spectaret ad jura Regis deligendi promovendos Episcopos, idem Ivo hæc scripsit tunc ad Archiepiscopum Rhemensem, cum rogat, ut eundem legitime electum debeat consecrare: (c) Non enim, inquit, licet Regibus, sicut sanxit Octava Synodus, quam Romanæ Ecclesiæ commendat & veneratur, electionibus Episcoporum se immiscere, vel aliqua eas ratione impedire. Francorum enim Reges Carolus, & Ludovicus electiones Episcoporum Ecclesiis concesserunt, quod & in suis (d) Capitularibus scriptum reliquerunt, & in Conciliis Episcoporum provincialibus sanciri permiserunt. Habeat ergo Deus in Ecclesia sua principaliter quod suum est; habeat Rex posterior in ordine post Deum, quod sibi a Deo concessum est. Porro obtinuit Ivo quod conatus est, ut Stephanus ille pro-

brus repelleretur, prout aliis ad eundem Paschalem Papam (e) litteris idem Ivo testatur. Sed ut electio Gallonis probaretur, quod adhuc videretur illud obstare de juramento, (f) quo se Rex Ludovicus Philippi filius obstrinxerat, numquam fore ipsum Gallonem, quousque viveret, Episcopum: ut ob id non destineret, scriptis iterum ad eum instare ipse non destitit. Quid tandem prævaluit Paschalis, ut idem Gallo consecraretur Episcopus Belluacensis. Verum, quod Regis inimicitia eum urgerent, factum est per Ivonem, ut idem ab Ecclesia (g) Parisiensi in suum eligeretur Episcopum, Belluacensi autem Ecclesiæ Gaufridus quidam daretur Episcopus, ad quem data Ivonis litteræ extant: (h) sicque negotium istud per triennium agitatatum esse reperitur usque in annum millesimum centesimum quartum, quo etiam Regis absolutio in eisdem Ivonis epistolis legitur pertractata; de qua suo loco dicitur.

(e) Id. ep.
41.

(f) Id. ep.
50.
Causa
quomodo
termina-
ta.

(g) Id. ep.
169. 170.
171.

(h) Ivo ep.
176.

Hoc ipso anno idem Paschalis Papa confirmavit primatum Ecclesiæ Toletanæ, sic scribens ad Bernardum ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopum:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, reverendissimo fratri Bernardo Toletano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Actorum synodaliū decreta scrutantibus liquet, quantæ Toletana Ecclesia dignitatis fuerit ex antiquo, quantamque per eam in Ecclesiasticis negotiis utilitatem accreverunt. * Unde & nos ejusdem urbis statum, quantum nostræ est facultatis, in Ecclesiasticis dignitatibus gloria stabilire, Domino adjuvante, optamus. Igitur tum pro bonitate S. R. E. debita, tum pro digna Toletanæ Ecclesiæ debita reverentia; tum etiam filii nostri præstantissimi Regis Ildesonsi postulationibus, cujus mirum virtute, & prudentia Toletana Ecclesia Maurorum, & Moabitum jugo erepta est; te charissime frater, juxta constitutum prædecessoris nostri sanctæ memoria Urbani Papæ II. in totis Hispaniarum regnis te Primatem fore, presentis privilegii auctoritate sancimus, sicut ejusdem urbis constat antiquitus extitisse pontifices &c. Primatem te universi Hispaniarum Præsules respicient &c. Ego Paschalis Catholice Ecclesiæ Episcopus subscribo. Dat. Laterani per manum Joannis S. R. E. diaconi Cardinalis, secundo Nonas Martii, Indictione octava, Incarnationis Dominicæ, anno MCI. Pontificatus autem domini Paschalis Papæ Secundi, anno Secundo. Præstitit hoc ipsum ferme singuli successores, de quibus inferius suo loco dicendum est.

Hoc.

XIII.
Secunda
expeditio
Hieroso-
lymitana.

Hoc anno innovatur alia expeditio in Terram sanctam, & quidem ingenti numero ingentiora factura, si per Alexii Imper. perfidiam licuisset, qui sub nomine amici, subque tegmine pacis, acerbis quam hostis, crudeliusque quam si aperto bello, eos esse persecutus. Porro ista singula qui scire cupit, consulat Conradum Urspergensem Abbatem, qui cum eadem expeditione profectus est Hierosolymam, atque cuncta quæ acciderunt, fidei stylo perpetuæ memoriæ commendavit; prodicionem videlicet Alexii Imperatoris, erga Turcas magis, quam Latinis propensam; strages Christianorum per Turcas in itinere furtim illatas; grassantem lucem, per quam ingens valde numerus Christianorum est consumptus; insuper etiam pugnas Balduini Regis in Turcas de victoria securos ex responsis suorum, cum sanctæ Crucis virtute, quam Sedis Apostolicæ Legatus ante se per Abbatem Gerardum ferebat, ipsius tantum intuitu hostes perterrefacti, fugam ineierint, cæsi que fuerint quantumlibet victores ipsius pugna exordio extitissent; Joppen insuper obsessam, sed Crucis virtute pariter liberatam: insuper consuetum miraculum de incensione luminum divinitus fieri solita Hierosolymis die magni Sabbathi ante Pascha. Hæc quidem miranda, Dei misericordia populo suo exhibitæ, ipse qui aderat Urspergensis Abbas, exacte describit. Sed & Willelmus Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Crucis
virtutis
victoria
obtentæ.

PAGIUS
VI.
Expeditio
Christi-
anorum
in Terram
sanctam.

Ad num. XIII. Gesta hoc anno in Orientem narrat Urspergensis in persona Auditoris coevi, qui dicit se vidisse quæ refert. [1] Mox profectio populosa, & qua pene priori posset numero duntaxat æquari, subsequitur: qua post auditas ultra spem res Hierosolyma prospere gestas, a residuis totius Occidentis gentibus, maxime ab his quarum prius volis timor vel diffidentia, inopia vel imbecillitas obstiterant, denuo purabatur primum ab Episcopis Mediolanensi (Anselmo sc. IV. de quo mox agemus) Papiensi, caterisque Longobardorum populis ad quinquaginta millia signatis, deinde a diversarum provinciarum Teutonicis; postremo ab Aquitanicis, quibus Willelmus Pictaviensis (hujus nominis VIII. ut supra ostendimus) præerat, præter vulgus ad XXX. millia loricatoris. Longobardorum plebs permissu Henrici Ducis Carinibia permeata, dum post Ungaros tergo reliquos in Bulgaria civitatibus hyemarent, numero rarefcere ceperunt, tandemque Constantinopolim pervenientes, in alteram ripam (illud enim beneficium maledictus Alexius peregrinus accelerare solet) transpositi sunt, imo Pagano- rum sagittis expositi. Turci enim explorata Longobardorum inertia stipularum e s terebant more intantum, ut exercitus Teutonicus, qui

NOTIÆ

[1] Cævus iste scriptor, unde omnia hæc, imo & totam historiam suam usque ad annum 1107. circiter de verbo ad verbum hausit Urspergensis, est Ekkehardus abbas, qui & chronicon rerum in orbe gestarum, & libellum de expeditione Hierosolymitana scripsit anno illo vel circiter. Vulgatus est libellus iste a Martene tom. V. in Collect. Vet. Monum. Vide Præfationem Martenii ad eundem libellum ibidem. MANSI

(a) Tyrius ex eis aliqua attigit, qui & de Januensium classis appulsu, quorum ope capta Antipatrida, & Cæsarea maritima, ubi iidem Januenses portici sunt vase smaragdino, aliisque munitionibus expugnatis, historiam texuit, quem majori otio pro arbitrio consulat; attigisse nobis satis pro instituto.

(a) Vail.
del. Tyr.
L. 10. c. 13.
15. 16.

Sed plane longe his locupletiora, sicut & celebriora fuere sacra pignora, quæ Myra in Licia civitate iidem Januenses pietate insignes in patriam detulere, nempe sacrosancti cineres sanctissimi Præcursoris Joannis Baptistæ quorum suis locis superius mentio facta est. Quæ ipsæ venerandæ reliquæ insignioribus in dies illustratæ miraculis, cujus sint, sublimi voce virtutis annunciant. Quibus etiam factum est, ut cum eadem innotuissent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontificibus: ab iisdem religiose sint cultæ, qui in ipsarum ampliore venerationem Ecclesiæ, ubi sunt collocatæ, indulgentias plurimas contulere: atque insuper addidere, ut in gratiarum actionem tanti a Deo accepti muneris, ejusdem translationis dies anniversaria ageretur officio duplici. Vidimus de his scripta sacra diplomata, ad nos perlata diligentia amici charissimi Domini Angeli Grilli nobilis Januensis Abbatis sancti Pauli hic in Urbe, cui bene precamur, quod ejus opera factum sit, ut quod missum fuerat in editione, restitueretur hic in Appendice, unde postea,

S

eadem via subsecutus, circa JUNII KAL. ad eandem Metropolim pervenit, & cætera, quæ apud cum legi possunt.

Ex his tempus habemus, quo Anselmus IV. Mediolanensis Archiepiscopus, postquam anno superiori ingentem militum numerum in Longobardia collegisset, & ibidem Cruciatam prædicasset, peregrinationem Hierosolymitanam suscepit. Cum enim circa Kalendas Junii exercitus Longobardicus Constantinopoli fuerit, apparet ineunte vere Anselmum cum exercitu se se viam dedisse. Hæc expeditio parum felix fuit. Landolphus quippe Junior cap. 2. hæc de ea habet: Archiepiscopus ille de Buis a Turcis & Saracenis fugatus in gravi luctu Constantinopoli exspiravit. In antiquo vero Catalogo Episcoporum Mediolanensium de Anselmo legitur: Sedit annos III. & menses X. & dies XXVIII. obiit, II. Kalendas Octobris, sepultus est Constantinopoli ut peregrinus. Quare ad Archiepiscopatum evectus fuerat, die tertia mensis Novembris, anni MXCVII. quæ in feriam tertiam incidebat, obiitque die XXX. Septembris præsentis Christi anni. Chalcos in Historia Mediolanensi ait: Caterum Archiepiscopus Mediolanensem conscendisse Genua classem Ligustici Annales habent. Nihil tamen hac de re An-

VII.
Anselmus
Archiep.
Mediola-
nensis
Constanti-
nopoli mo-
ritur.

CHRISTI
1101.PASCHALIS II. PAP.
2.HENRICI III. IMP. 18.
ALEXII COMN. IMP. 21.

ea, cum contigerit eundem Tomum Annalium iterum cudi, in locum suum exacte notatum Typographus adhibita diligentia inferat.

XIV.

Ad extremum autem illustratur præfens annus obitu S. Brunonis Carthusiensium Patriarchæ, qui optimo sine bene institutam vitam felicissime consignavit: ad cuius sepulcrum sequens excisum est epitaphium:

*Primus in hac Christi fundator ovilis
eremo*

*Promerui fieri, qui tegor hoc la-
pide.*

*Bruno mihi nomen, genitrix Germania,
meque*

PAGIUS

Annales Justiniani & Fogliettae, licet de bellicis apparatus anno superiori ac sequentibus factis verba faciant. Cæterum Puricellus, Chalcius, aliqui Genuensium expeditionem, cum Anselmi & Longobardorum expeditione male confundunt; Genuensis enim felicem sortita est exitum, Longobardica vero parum fausta fuit, ut videre est apud Albertum Aquensem lib. 8. ubi fufe de Anselmo Mediolanensi Archiep. & de ejus morte agit.

VIII.

Obitus S.
Brunonis.

Ad num. XIV. In Opusculo de Institutionibus Ordinis Cartusienfis, a Labbeo Tom. I. Biblioth. pag. 638. recitatis, dicitur sanctum Brunonem illius fundatorem in Calabria mortuum esse, post egressum Cartusa undecimo plus minus anno. Quare cum anno MXC. Romam, quo ab Urbano II. vocabatur, reliqua Cartusia venerit, more ejus a Baronio recte hoc anno consignata, liquetque eum perperam scripsisse Brunonem anno MXCII. peregrinationem illam instituisse.

IX.

Sandovallius in Vita Alphonfi VI. Castellæ Regis pag. 91. & seq. refert ex antiquis Hispaniarum Documentis hunc Principem eva-
MCXXXIX. quæ in præsentem Christi annum

*Transiit ad Calabros grata quies
memoris.*

*Doctor eram, præco Christi, vir no-
tus in orbe:*

*Desuper illud erat, gratia, non me-
ritum.*

*Carnis vincula dies Octobris sexta re-
solvit,*

*Ossa manent tumulo, spiritus astra
petit.*

Quem ipsum plurimis illustratum miraculis venerandum suscepit Ecclesia. Porro ejus ordinis institutionem habes duabus clarissimis tubis toto orbe Catholico per-

competit, habuisse Comitiam in urbe Legionensi, sique interfuisse duos Summi Pontificis Legatos nuper Roma in Hispaniam missos, Bernardum scilicet Cardinalem & Archiepiscopum Toletanum, ac Raynaldum: venisse & Abbates Ordinis Sancti Benedicti, aliosque Prælatos, eorum quod Rex voluit, ut confirmaretur Officium Romanum, & per omnia relinqueretur Gothicum pariter egit, ut relinqueretur character Gothorum vel Longobardus, quem Episcopus Ulphila ipse dederat. [1]

Rogerus Comes Calabriae & Siciliae mense Julio præsentis anni, qui usque ad senectutem sanctissime vixit, mortuus est, cui Simon ejus filius successit, & huic anno sequenti vita functo Rogerus Germanus Rogerii frater, [2] ut Sicilia scribit Faellus lib. 7. in posteriori Decade. Is postea Siciliae Rex coronatus, ut infra videbimus.

Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. cap. 9. tradit, Mustalim Billam Calipham Egypti vita functum esse anno Hegiræ CCCCXCV. & durasse Imperium ejus septem annos & duos menses, Innares scilicet. Ei successit Alis Abulmansor filius quinque tantum annos natus. Idem habet Abul-

CHRISTI
1101.PASCHALIS II. PAP.
2.HENRICI III. IMP. 18.
ALEXII COMN. IMP. 21.

personantibus commendatam, nempe fan-
cti Bernardi Abbatis Clarevallensis epi-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

folis ad Guidonam Priorem Carthusiæ
datis.

S 2

Mil-

PAGIUS

Abulpharajus in Hist. Dynastiarum. Sunt hi Caliphæ Egypti e familia Fatemitarum. Mustalis Billæ tempore Franci Japem expugnaverunt & Arzufam receperunt pactionibus, subjun-

garuntque majorem partem regionis maritimæ; inquit Auctor Anonymus Chron. Orientalis, & confirmant Fulcherius Carnotensis, aliique Belli Sacri Scriptores.

NOTÆ

[1] IN nova Conciliorum editione Veneto-Labbeana to. XII. col. 1093. anno huic ascribitur concilium quoddam Gerundæ in Hispania habitum, cujus notitiam suppeditat diploma Berengarii episcopi Barchinonensis vulgatum in Thesaurio Anecdotorum Martenii to. I. col. 584. Diploma illud signatur anno ab Incarnatione Domini MCI. æra millesima centesima XXXIII. VIII. Idus Februarii, feria III. Indictione VIII. anno XXI. Philippi regis. Cum tamen notæ istæ temporariæ inter se non coherant; ideo transferendum Concilium censeo ad præcedentem annum 1100. quo cum Indictio VIII. & annus XXI. Philippi, ac denique feria quarta cum VIII. Kal. Februarii (ita enim pro VIII. Iduum februarii corrigendum censeo) concurrebant. Æræ tamen numeri mendosi sunt, neque vel ista quidem medicina sanantur. Quid si forte prior linea erecta I. in V. transformetur ut sit MCXXXVIII. Tunc utique æra eundem annum 1100. referet; nec transfiguratio ista literæ V. in I. difficilis amanuensis incurioso fuit. MANSI

[2] Rogerus germanus Rogerii frater &c. male; nam Rogerius iste, qui postea in Sicilia regnavit, Rogerii comitis Siciliae non frater, sed filius fuit: Semen istud fuit Rogerius (idem qui postea regnavit) filius Rogerii Siculorum comitis & fratris Guiscardii, ait Alexander Telestinus Scriptor coævus lib. I. cap. 1. Quin & suspicor Rogerium hunc statim post patrem ducatum obtinuisse, quod mihi persuadet anonymus author chronici Beneventani vulgatus a Muratorio in Antiquit. Ital. to. I. col. 262. Ita enim anonymus ad A. 1101. rebus quas hic narrat, ut opinor, coævus: Rogerius comes Siciliae & Calabriae (supple efficitur). Paschalis Papa cum Duce Rogerio & multitudine militum hominumque innumerabilium venit super Beneventum; quorum timore perturbatus Aaso Dathmari filius fugit X. Kal. Octobris, Indictione X. Alio vero die triumphans ingressus Urbem suo dominatui subdens. Hic ergo Rogerius filius fuit non Pater; (cum Pater mense Julio hujus anni obierit) & cum Siciliae & Calabriae Comes hoc anno dicatur; patet utique statim post Patris obitum vel hoc ipso anno quo Pater decessit, principatum adiisse. Hæc autem Paschalis expeditio in Beneventanos in Historia Ecclesiastica nunc primo commemoratur. Beneventani a Paschali anno præcedenti anathemate innodati usque ad hunc annum in eo perseverantes, non prius quam post redditam civitatem suam ad communionem admissi videntur. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1102.

PASCHALIS II. PAP. ANNUS 3.

HENRICI III. IMP. 19. ALEXII COMNENI IMP. 22.

I. Concilium Generale Romanum celebratum.

Millesimus centesimus secundus annus sequitur, Indictione decima inchoatus, quo Romae tempore Quadragesima generale Concilium congregatur, ad conciliandum Henricum Imperatorem ipsi Pontifici, praevia satisfactione, quam promiserat; sed cum defecisset, ut alias ab eo saepe factum, sententiam ibi rursus damnationis accepit. Audi ergo quae de eodem Concilio ejus temporis scriptor Urspergensis Abbas narrat his verbis: Anno Domini millesimo centesimo secundo Imperator Henricus habito cum Principibus colloquio, Romam se profecturum, ac generale Concilium circa Kalendas Februarias inibi convocatum condixit, quatenus tam sua, quam domini Apostolici causa canonice ventilata, Catholica inter regnum & sacerdotium confirmaretur unitas, quae tot annis scissa permansit. Constat tamen, nec ipsum juxta placitum venisse, nec nuntia dignitati Apostolicae subjectionem profertentia misisse. Nec hoc laeret, quod alterum Papam ipsi domino Paschali superponere, si fieri posset, conatus sit, nec profecerit. Transacta post haec media Quadragesima, conventibus universis Apuliae, Campaniae, Siciliae, Tuscaniae, totiusque simul Italiae Praesulibus, Ultramontanorum autem quamplurimorum Patrum Legatis, Synodus magna Romae est habita: ubi praeter antiqua Patrum instituta more solito reverenter confirmata, etiam saepe dictum nostri temporis schisma inter praecipuas haereses computatur, ac perpetuo cum suis auctoribus atque sequacibus anathemate hujusmodi subscripta professione condemnatur: Anathematizo omnem haeresim, & praecipue eam, quae statum praesentis Ec-

clesia perturbat, quae docet & astruit anathema contemnendum, & Ecclesiae ligamenta spernenda esse. Promitto autem obedientiam Apostolicae Sedis Pontifici domino Paschali, ejusque successoribus sub testimonio Christi & Ecclesiae, affirmans quod affirmat, damnans quod damnat sancta & universalis Ecclesia.

Ibi etiam, quam sententiam in Imperatorem vel Patricium Romanum Henricum idem Apostolicus Paschalis promulgaverit: nos quoque inter innumeras diversarum gentium catervas, proxima Coena Domini in Ecclesia Lateranensi ab ejus ore didicimus; nimirum postquam octavo Kal. Octobris maris fluctibus Joppa traditi, Romam sumus per gratiam Christi praedicta majori hebdomada introducti: quae sic se habet:

Quia, inquit, unicum Christi scindere, id est, Ecclesiam rapinis & incendiis devastare, luxuriis, perjuriis, atque homicidiis commaculare non cessavit, primo a beata memoria Gregorio Papa, deinde a Sanctissimo viro Urbano praedecessore meo propter suam inobedientiam excommunicatus est & condemnatus: nos quoque in proxima Synodo nostra iudicio totius Ecclesiae perpetuo eum anathemati tradidimus. Id notum volumus & maxime Ultramontanis esse, quatenus ab ipso se contineant iniquitate. Haecenus quae ex hac Synodo retulit Urspergensis.

In hoc etiam Concilio Archiepiscopus Capuanus a Cassinatibus monachis accusatus sacrilegii sententiam lubit, ac satisfecit. Rem gestam sic narrat Petrus diaconus: (a) Sequenti tempore idem Abbas Capuam pergens, Capellam S. An-

Professio Catholica.

III. Anathema iteratum in Henricum Imper.

IV.

(a) Pet. Diac. Chr. Cass. l. 4. c. 30.

Urspergensis, nos quoque inter innumeras diversarum gentium catervas, proxima Coena Domini, in Ecclesia Lateranensi ab ipsius ore didicimus: nimirum postquam octavo Kalend. Octob. maris fluctibus Joppa traditi, Romam sumus per gratiam Christi praedicta majori hebdomada introducti. Ubi Urspergensis, qui nunquam in Terra Sancta fuit, loquitur in persona Auctoris, qui quae viderat narrat. [r] Ad quem loquendi modum cum animum non advertisset Blondellus Tom. I. Genealogiae Franciae in Disquisitione de Ampulla Remensi, valde probat quod scriptus Bellarminus in lib. de Script. Eccles. dum verba facit de Conrado a Lichteno Abbate Urspergensis: Necessario est, inquit Bellarminus, hanc Historiam, vel non esse unius Auctoris, vel Conradum hunc inseruisse aliqua in Historia sua, ex scriptis aliorum. Siquidem anno MCII. scribit, se Romam fuisse, cum Paschalis secundus Pontifex feria quinta in Coena Domini publice Im-

PAGIUS SÆC. XII Anno Erae Hisp. MCXL. Anno Hegira CCCC. XCVI. inchoato die 15. Octob. fer. 4. A. C. 1102. I. Concilium Lateranense.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6595. © 19. E. D. L. P. 6. April. Indi. Q. 10. JESU CHRISTI 1102. PASCHALIS II. PAPÆ 4. HENRICI IV. REG. 47. IMP. 19. ALEXII COMNENI IMP. 22.

A Num. I. ad V. Concilium Lateranense primum sub Paschali II. habitum refert Baronius ex Urspergensis Abbate, qui tradit promissam in eo fuisse Paschali II. eiusque Successoribus obedientiam, & sententiam in Henricum Imperatorem promulgatam, quam subdit

NOTÆ [1] O Ux hic narrat Urspergensis ex Ekkehardi abbatis chronico desumpta fuisse ne verbo quidem mutato in Nota ad annum 1101. 6. ostendimus. MANSE

CHRISTI 1102.

PASCHALIS II. PAP. 3.

HENRICI III. IMP. 19. ALEXII COMN. IMP. 22.

geli ad Formas, quae in honorem S. Nicolai noviter constructa erat, fecit a Brunone Signiensi Episcopo & hujus monasterii monacho dedicari, convocato etiam Senne Capuano Archiepiscopo. Facta itaque dedicatione, die alia idem Archiepiscopus congregata Capuanorum multitudine, armata manu misit illos ad eandem Ecclesiam violandam, altareque demolendum, & reliquias inde auferendas, sibi que asportandas. Hoc facto conquirebatur contra nostrum Abbatem & dictum Episcopum, quod contra canones egressentur in eadem dedicatione, Metropolitanano non cedentes in his quae deceret Archiepiscopus agere. Nostri una cum Episcopo dicebant, se concorditer egressi omnia quae ibi gesta essent. Hac de re insimulatus a nostris in Synodo Romana idem Archiepiscopus, irruptionem Ecclesiae, destructionem altaris, reliquiarumque violationem obicitibus una cum Clevo civitatis & populo, emendaturum se errata, respondit: quod etiam fecit. Haec Petrus. Sed redeamus ad sancitam in Concilio professionem.

Archiepiscopus Capuanus emendat errata.

V.

Quam autem audisti superius recitatam fidei professionem, exhibere eam tenebantur etiam cum juramento Episcopi, Archiepiscopi, & omnes, a quibus Romanus Pontifex exigere vellet. Accidit autem ea occasione, ut cum accepturus pallium Panormitanus Archiepiscopus, ad idem juramentum praestandum exigeretur ab Apostolica Sede Apocrifariis, & id facere detrectaret: eum Paschalis Papa corripuerit, ut apparet ex Decretali epistola ipsius ad eundem Archiepiscopum data; quae sic se habet: (a)

(a) Extr. de elect. c. 4.

VI.

Significasti, Reges & regni Majores admiratione permotos, quod pallium tibi ab Apocrifariis nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, exhiberes. Et inferius de causa hujus faciendi decreti: Nonne malum est, ab Ecclesia unitate, & Sedis Apostolica obedientia re-

PAGIUS

peratorem Henricum excommunicatum pronunciauit. At ipse (ut paulo ante notavimus) scribit se anno MCCXV. factum esse Abbatem Urspergensis, quae certe non coheret, nisi forte factus sit Abbas cum esset plus quam centum & quindecim annorum. Sed neque hoc dici potest, cum ipse idem loquens de initio Pontificatus Innocentii III. id est de anno MCXCVIII. dicat se tunc fuisse in minori aetate, & adhuc laicum: quomodo enim poterat esse in minori aetate, si plus quam centenarius erat? Verum Abbas Urspergensis hoc anno Romae esse non potuit, cum anno MCCXXVII. adhuc vixerit, & Chronico suo finem imposuerit. Certum itaque indubitatumque tam Urspergensis, quam Auctorem Sanctorum Interpolatorum & abbreviatores varia quandoque in prima persona enarrare, quae tamen ipsi nec viderunt, nec audierunt, sed aliorum nomina taceant. Hujus observationis ope varii errores vitari poterunt.

silire, & contra canonum statuta prorumpere? quod multi etiam post sacramentum praestitum praesumpserunt. Et infra: Hoc nimirum malo ac necessitate compellimur juramentum pro fide, pro obedientia, pro unitate requirere. Ajunt in Conciliis statuta non inveniri: quasi Romanae Ecclesiae Concilia ulla legem praefixerint; cum omnia Concilia per Romanae Ecclesiae auctoritatem & facta sint, & auctoritatem & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipitur auctoritas. Et infra: Cum igitur a Sede Apostolica vestra insignia dignitatis exigeris, quae a B. Petri tantum corpore assumuntur: justum est, ut vos quoque Sedi Apostolicae subjectionis debita signa solvatis, quae vos cum B. Petro, tamquam membra de membro * habere, & Catholici capitis unitatem servare declarent. Haec Paschalis ad Archiepiscopum Panormitanum.

* al. haec unitatem servare declarent. Haec Paschalis ad Archiepiscopum Panormitanum.

VII.

Eodem quoque argumento, eadem praecedente occasione, idem Paschalis Papa tunc scripsit ad Archiepiscopum Poloniae reperitur his verbis in codice Vaticano, qui inscribitur Liber Censusum, ex collectione Cencii Cameralis: Paschalis Episcopus servus servorum Dei N. Polonorum Archiepiscopo.

Significasti frater charissime, Regem & regni Majores admiratione permotos, quod pallium tibi ab Apocrifariis nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, jurares. In pallio frater plenitudo conceditur pontificalis officii, quia juxta Sedis Apostolicae & totius Ecclesiae consuetudinem ante acceptum pallium Metropolitanis minime licet aut Episcopos consecrari, aut Synodum celebrare. Mirentur in hac causa & Dominum JESUM CHRISTUM. Cum enim Dominus (b) JESUS CHRISTUS, ut omnium ovium suarum curam Simon Petro committeret, conditionem posuit, dicens: Diligis me Si-

VIII. Paschalis Pap. ad Archiep. Polon. de jurata profess.

(b) Jo. 21.

A num. V. ad XII. Gregorius VII. Legatorum in provincias mittendorum commodis consulens, Metropolitanis formulam praescripsit secundum quam jurare debebant, cum Pallium eis ab Apostolica Sede dabatur. In ea formula addita est clausula de procuracionibus Legatorum, ut certi essent sibi sumtus ab eis ad quos mittebantur, suppeditatum iri. Clausula illius haec sunt verba apud Baronium anno MLXXIX. num. IX. Legatum Romano eundo & redeundo honorifico tractabo, & in necessitatibus suis adjuvabo. Hungari tamen detrectaverunt illis munera seu tributa dare quae citra contradictionem eis in aliis provinciis solvebantur. Colligitur istud ex Epistola Paschalis II. ad Archiepiscopum Colociensem data, & a Baronio recitata, qui ad eum scripserat, Regem & Regni Majores admiratione permotos, quod Pallium sibi ab Apocrifariis Apo-

II. Sumptus necessarios Legatis Hungari recusant.

Simon Petre? pasce oves meas: si conscientiarum factor & conditor conditione hac usus est, nec semel tantum, sed & secundo, & usque ad contristationem: qua nos sollicitudine, qua provisione oportet tantam Ecclesie prelationem, tantam Christi ovium curam fratribus imponere, quorum conscientias non videmus, illis maxime, quos nullo usu novimus: quorum dilectionem penitus ignoramus? Ajunt (a) omne iuramentum a Christo Deo in Evangelio esse prohibitum, nec ab ipsis Apostolis post Dominum, nec in Conciliis inveniri posse statutum. Quid est ergo quod idem Dominus subsecutus ait: Quod amplius est, a malo est? hoc enim amplius ut exigamus, malum nos, illo permittente, compellit. Nonne malum est, ab Ecclesie unitate, a Sedis Apostolice obedientia resistere? Nonne malum est contra sacrorum canonum statuta prorumpere? Quam multi hoc etiam post sacramentum presumpserunt? Nonne predecessor tuus prater Romani Pontificis conscientiam damnavit Episcopum? Quibus hoc canonibus, quibus Conciliis legitur esse permissum? Quid super Episcoporum translationibus loquar, qua apud vos non auctoritate Apostolica, sed aucto Regis presumuntur? Propter haec mala, & alia evitanda huiusmodi iuramentum exigitur.

IX. Cur autem iuramentum Dominus prohibuerit, Apostolus Jacobus manifeste adiciens docet: Ut non sub iudicium incidatis, ne quisquam (sicut & Augustinus exponit) assidue iurandi ad perjurium per consuetudinem dilabatur. Quapropter iuratione quis non utatur, nisi necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum, quod utile est eis credere, nisi iuratione firmetur. Hoc nimirum malo ac necessitate compellimur iuramentum proficere, pro obedientia, pro unitate requirere. Porro Apostolum Paulum pro auditorem dissidentia iurasse, ejus Epistola testantur.

X. Super Concilia Eccl. Rom. Ajunt in Conciliis Statutum non inveniri, quasi Romane Ecclesie legem Concilia ulla praefixerint: cum omnia Concilia per Ecclesiam Romanam auctoritatem &

PAGIUS solicae Sedis tali conditione oblatum fuisset, si sacramentum iuraret, quod ei per Apocriphos eisdem miserat Summus Pontifex, id est, sacramentum a Gregorio VII. institutum, de quo mox diximus. Quare Paschalis II. ut Hungaros ad obsequium inclinet, ostendit quid sit Pallium, deinde discessit de auctoritate Romani Pontificis in universa Ecclesia, & denique docet iuramentum illud per omnes ubique provincias vigere: Nunquid, inquit, non ultra vos Saxones, Danique consistunt? Et tamen eorum Metropolitanus & idem iuramentum asserunt, & Legatos Apostolicae Sedis honorifice tractant, & in suis necessitatibus adjuvant,

facta sunt & robur acceperint, & in eorum statutis Romana patenter auctoritas excipitur. Nonne in Chalcedonenfis Concilii Actione xvi. statutum est: Ante omnia quidem Primatus honorem praecipuum secundum canones antiquae Romae reverendissimo Archiepiscopo conservari? Itaque, quod censuerunt Rex & magnates a supradicta sacramenti conditione te quiescere: videtur vobis iudicium Evangelicum? videtur Primatus nostri honor praecipuus? Numquid animo cecidit illa sententia Domini: (b) Non est discipulus super magistrum? Numquid Hungarico Principi dictum est: (c) Et tu conversus confirma fratres tuos? Numquid haec nos commodi nostri perfectione requirimus, & non unitatis Catholicae statui-mus firmamentum? Possunt Apostolicam Sedem contemnere, possunt adversum nos calcaneum elevare, datum a Deo privilegium evertere vel auferre non possunt, quo Petro dictum est: (d) Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & Tibi dabo claves regni caelorum. Quibus tamen quatuor Conciliorum decretis dandi pallii modus praescriptus est, & professionis vel obedientiae ordo sancitus est.

XI. Cum igitur a Sede Apostolica vestra insignia dignitatis exigitis, quae a beati tantum Petri corpore assumuntur; iustum est, ut vos quoque Sedis Apostolicae subjectionis debita signa solvatis, quae vos cum beato Petra tamquam membra de membro haerere, & Catholici capitis unitatem servare declarent. In quibus a predecessoribus nostris ea est adhibita moderatio, ut nihil injuriosum, nihil difficile sit appositum, quod non etiam praeter exactiorem nostram ab omnibus debeat Episcopi observari, qui sub Apostolorum principum Petri & Pauli obedientia decreverunt & unitate persistere. Namquid non ultra vos Saxones, Danique consistunt? Et tamen eorum Metropolitanus & idem iuramentum asserunt, & Legatos Apostolicae Sedis honorifice tractant, & in suis necessitatibus adjuvant & Apostolorum Limina per Legatos suos non tantum per triennium, sed annis singulis visitant.

Falsa autem istius Epistolae inscriptio, quae extat in libris Decretalium, Baronium in errorem induxit. Nam, ut observatum a Francisco Florento ad Tit. De usu & auctoritate Pallii, & a Baluzio in Supplemento lib. 5. de Concordia cap. 48. num. III. in libris Decretalium legendum non est, Panormitano Archiepiscopo, ut vulgo editum est, & Baronius habet, sed Colociensi Archiepiscopo.

III. Sumpta inde quandoque occasio ad contributiones indebitas exigendas; indeque illa Joannis Saresberienfis, quereja lib. 5. Politic. cap. 16. Sed nec Legati Sedis Apostolicae manus suas excutiant ab omni munere, qui in-

(b) Matt. 10.
(c) ib. 16.

(d) ibid.

XI.

De obedientia Saxonum, & Danorum.

XII. Concilium Generale Londonicum sub S. Anselmo.

Ita te, frater charissime, fruamur in Domino, ut non per te in Ecclesiis subtractionis & dissidii (quod absit) oriatur occasio. Hucusque in codice Vaticano, consentientia iis quae scripta vidimus ad Archiepiscopum Panormitanum: Subjungit Willelmus Malmesburiensis:

Eodem anno, agente S. Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo, generale Londonicum Concilium celebratum est in Ecclesia S. Petri, circa festum diem S. Michaelis Archangeli, in quo potissimum quae Romae decreta in Concilio generali acciperat de investituris Ecclesiarum, plano sermone descripsit, videlicet.

Quod nullus Ecclesiae Praelatus, Episcopus, vel Abbas, vel clericus investituram alicujus Ecclesiasticae dignitatis de manu suscipiat laicorum. Unde idem Archiepiscopus, asserens hoc animabus expedit, degradavit Abbates & Priores quosdam, qui de manu laicorum & data pecunia Praelatus acceperant, sicut Ricardus &c. Numerat plures ab eodem S. Anselmo redactos ad ordinem Matthaeus Westmonasteriensis, scribens de rebus Britannicis, hoc anno.

Idem Willelmus Malmesburiensis recenset titulos canonum in hoc Concilio editorum, ita primum consignata exacte temporis ratione: Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo secundo, quarto autem Praesulatus Paschalis summi Pontificis, inchoato scilicet, tertio regni Regis gloriosi Henrici Anglorum, ipso annuente &c. Post recensitos diversos diversis ex causis depositos, haec habet de editis in Synodo sacrorum canonum titulis:

XIII. Canones Concilii Londonicis sub S. Anselmo.

Statutum quoque est, ne Episcopi secularium placitorum officium suscipiant, & ut non, sicut laici, sed sicut personas religiosas decet, ordinatas vestes habeant, & ut semper & ubique honestas personas habeant testes conversationis suae.

Ut Archiepiscopus non detur ad Firmam:

PAGIUS Indebite contributiones a quibusdam Legatis petita.

terdum in provinciis ita debacchantur ac si ad Ecclesiam flagellandam egressus sit Satan a facie Domini. Et lib. 6. cap. 24. Provinciarum diripiunt spolia, ac si thesauros Crasti studeant reparare. Quae per haec tempora adeo publica erant, ut S. Bernardus ad Eugenum III. Epistolam scripserit, quae eum monet, ut tales in Cardinalium collegium admittat, qui cum legatione Sedis Apostolicae ornatu fuerint, Ecclesiam non spolient, sed emendant, qui mansueti non exbarbant, sed corda reficiunt, & crimina corrigant, qui cum ad Apostolicam Sedem redierint, redeant fatigati quidem, sed non suffocinati simul & gloriantes, non quod curiosa seu pretiosa quaque terrarum attulerint, sed quod reliquerint pacem regnis, legem Barbaris, quietem Monasteriis, Ecclesiarum ordinem, clericis disciplinam, Deo populum acceptabilem servitorem honorum operum. Haec & alia huiusmodi Baluzius loco citato, de quibus etiam Baronius variis in locis.

Ut Archiepiscopi sint diaconi. Ut nullus Archiepiscopus, presbyter, diaconus, canonicus uxorem ducat, aut ductam retineat. Subdiaconus vero quilibet, qui canonicus non est, si post professionem castitatis uxorem duxerit, eadem regula constringatur.

Ut presbyter, quamdiu illicitam conversationem mulieris habuerit, non sit legalis, nec Missam celebret, nec si celebraverit, ejus Missa audiat.

Ut nullus ad subdiaconatum aut supra ordinetur sine professione castitatis.

Ut filii presbyterorum non sint haeredes Ecclesiarum patrum suorum.

Nec quilibet clericus sint secularium praepositi, vel procuratores, aut iudices sanguinis.

Ut presbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas bibant.

Ut vestes clericorum sint unius coloris, & calceamenta ordinata.

Ut monachi vel clerici, qui ordinem suum abjecerunt, aut redeant, aut excommunicentur.

Ut clerici patentes coronas habeant. Ut ne decimae non nisi Ecclesiis dentur. Ne Ecclesiae aut praebendae emanent.

Ne nova capella fiant sine consensu Episcopi.

Ne Ecclesia sacretur, donec provideantur necessaria & presbytero & Ecclesiae.

Ne Abbates faciant milites, & ut in eadem domo cum monachis suis dormiant, & comedant, nisi aliqua necessitate prohibente.

Ne monachi penitentiam cuiusvis injungant sine consensu Abbatis sui. Et quod Abbates sui de hoc eis licentiam dare non possunt, nisi de eis, quorum animarum curam gerant.

Ne monachi compatres, nec monacha commatres fiant.

Ne monachi teneant villas ad Firmam. Ne monachi Ecclesias nisi per Episcopos accipiant, neque sibi datas ita expono.

IV. Concilium Londonicum.

A num. XII. ad XIV. Divus Anselmus cupiens Gregem sibi commissum in fidei morumque puritate regere; Londonicum Concilium celebravit, in quo praeter Episcopos & Abbates, pluresque Ecclesiastici ordinis Regni etiam Procures affuerunt, ut quae decreta essent, a suis servanda curarent. Refert hanc Synodum Baronius ex Malmesburiensi, quia ejus tempore libri Novorum Eadmeri lucem non videamus, ex iis summario describimus, quae ad rem nostram faciunt. Eadmerus itaque lib. 3. Novorum ait: Anno dominicae Incarnationis. MCII.

quarto autem Praesulatus Paschalis summi Pontificis, III. regni Henrici gloriosi Regis Anglorum, ipso annuente, celebratum est Concilium in Ecclesia S. Petri, &c. in quo praesedit Anselmus Archiepiscopus Dorobornensis, & Primas totius Britanniae, &c. Huic conventui affuerunt, Anselmo Archiepiscopo petente a Rege, Pri-

polient suis redditibus, ne presbyteri ibi fervientes, in his quæ sibi & Ecclesiis necessaria sunt, penuriam patiantur.

Ut fides inter virum & mulierem occulte & sine testibus data de conjugio, si ab alterutro negata fuerit, irrita habeatur.

Ut criniti sic tondeantur, ut pars aurium appareat, & oculi non regantur.

Ne cognati usque ad septimam generationem copulentur, vel copulati simul permaneant: & si quis bujus incestus conscius fuerit, & non ostenderit, ejusdem criminis participem se esse cognoscat.

Ne corpora defunctorum extra parochiam suam sepelienda portentur, ne presbyter parochiæ perdat, quod illi inde jusse debetur.

Ne quis temeraria novitate corporibus mortuorum, aut fontibus, aut aliis rebus (quod contigisse cognovimus) sine Episcopali auctoritate reverentiam sanctitatis exhibeat.

Ne quis illud nefarium negotium, quod hactenus solebant in Anglia homines sicut bruta animaliam vendi, deinceps præsumat.

Sodomiticum flagitium facientes, & eos in hoc voluntarie viventes, in eodem Concilio gravi anathemate damnati sunt, donec confessione & penitentia absolutionem mereantur. Qui vero in hoc crimine publicatus fuerit, statutum est, si quidem fuerit persona religiosa, ut ad nullum amplius gradum promoveatur, & si quem habet, ab eo deponatur: si autem laicus, ut in toto regno Angliæ suæ conditionis dignitate privetur; & ne bujus criminis absolutionem his, qui sub regula non voverunt, aliquis nisi Episcopus deinceps facere præsumat. Statutum quoque est, ut per totam Angliam in omni-

PAGIUS Primates regni: quatenus quidquid ejusdem Concilii auctoritate decerneretur, utriusque ordinis concordia cura & sollicitudine ratum servaretur. In eo Concilio Abbates tres ibi nominati simonia notati depositi sunt, & aliqui alii propter alias causas ab Abbatibus remoti. Decretum etiam, ut nullus Archidiaconus, Presbyter, Diaconus, Canonicus uxorem ducat, vel ducam retineat. Præterea ut Presbyter, quandiu illicitam conversationem mulieris habuerit, non sit legalis: nec Missam celebret, nec si celebraverit, ejus Missa audiat. Alia hujus Synodi Decreta Tom. X. Concil. legenda. Porro Concilium sancti Michaelis festo habitum fuisse notavit novus Chronographus Saxo.

In horum Canonum promulgatione, Anselmus moram nexuit, donec ad incudem revocati essent, ut ipsemet in Epistola ad Willelmum Archidiaconum suum scripsit, ubi inter alia dicit: De Archidiaconibus, & Canonicis, qui uxores suas derelictas, extra domos suas in maneris suis ponunt (idest villis suis) existimo interitum, donec aliud statuatur, tolerandum, si certam promissionem fecerint, se nullam conversationem cum illis habituros, nec sine legitimis testibus locuturos. Simeon Dunelmensis in sua

bus Ecclesiis, & in omnibus Dominicis diebus excommunicatio præfata renovetur. Hactenus de generali Concilio anni hujus ex Willelmo in Gestis Anglorum Episcopo. Porro hujus quoque occasione Concilii S. Anselmo multiplicatæ sunt afflictiones, Rege non ferente, ut exorsisset investiturarum Ecclesiarum. Quamobrem opus fuit eidem sanctissimo viro Romanam iterum ad Paschalem Pontificem redire: quod factum est anno sequenti, ut suo loco dicturi sumus.

Hoc anno, defuncto Ruperto Episcopo Babenbergensi, ab Henrico Imp. substitutus est Otto Cancellarius ejus. Ita Urspergensis hoc anno. Porro cognita est in eodem Ottone electio mutatio dextere Excelsi. Siquidem execratus mox schisma, verum in Ecclesia Catholica caput agnovit, Paschalem Romanum Pontificem; apud quem Romam veniens insignia regni investituræ, quam acceperat ab Imperatore, facti poenitens deposuit, proiciens ea ad pedes ejus. Res ab eo præclare gestas ab auctore ejusdem temporis fidelissime sicut & copiosissime tribus libris conscriptas, e latere antiquitatis nuper edidit opportunè nobis laborans, vir egregius Canisius Noviomagensis secundo tomo antiquæ lectionis. Hic ergo coactus accipere Babenbergensem Ecclesiam, qui jam duos alios recusaverat Episcopatus, primo Augustanæ Ecclesiæ, inde Halberstadtensis: (a) Hic, inquit, vovit numquam se in Episcopatu mansurum, nisi & consecrationem pariter, & investituram canonice consensu, & petitione Ecclesiæ suæ a manu domini Apostolici suscipere mereretur. Et inferius: (b) Memor ergo voti tui, post paucos dies susceptionis suæ, an.

Historia de hoc Concilio loquens ait: Presbyteris concubina interdicta sunt. Unde plures eorum ostia Ecclesiarum observaverunt, omittentes omnia Officia Ecclesiastica. Adeo difficile fuit inveterato malo mederi. Sed quamquam cautionem sanctus Anselmus adhibuerit, Henrici Regis iram avertere non potuit. Hic enim ubi Synodus celebrata fuit, iussit Anselmum manum Episcopis imponere, quos ille nuper per Investituram elegerat; quod tamen ab eo obtinere non potuit, quod lite adhuc Romæ pendente, sine Ecclesiasticæ potestatis præjudicio fieri non posse arbitraretur.

Anno MCII, inquit Chronographus Malleacensis, Principes Christiani ceperunt civitatem Tortosam (in Syria positam) duodecimo Kalendas Maji, & apud Joppen iterum Rex (nempe Hierosolymorum) Balduinus impugnavit sexto Kalendas Junii, ubi devicti fuerunt, & apud Romam civitatem inclusi, & duodecim Consulibus (idest Comitibus) capti cum aliis multis, & ipse Rex evasit. Postea recuperaverunt, & Dei adjutorio devicerunt infestissimam gentem inimicorum. Sed antequam Tortosam sibi subicerent, miserabili prælio victi fuere, teste Fulcherio, qui in Oriente erat: Cum Fran-

XIV. Otto Cancellarius Imp. electus Episcopus Babenbergensis.

(a) Vita Ott. l. 1. c. 3.

(b) eod. l. 1. c. 4. & 5.

Ottonis electi Bamberg. episc. ad Paschal. epistola. XV.

(a) Matt. 16.

(b) Ps. 44.

antequam de aliis rebus suis ordinaret, Nuncios Romam mittit, & litteras in hunc modum:

Domino & patri suo Paschali sanctæ & Apostolicæ Sedis universali Episcopo, Otto Babenbergensis Ecclesiæ id quod est, tam devotæ quam debitæ subjectionis orationes & servitium.

Quia totius Ecclesiasticæ dignitatis ac religionis firmamentum in Christo petra est, & in Petro (a) ejus discipulo, & ejus successoribus: idcirco ab hac linea, ab hac virga (b) directionis, virga regnorum, pontificatum, & omnium potestatum in Ecclesiâ, insanum duxi aberrare. Vobis igitur, Pater sanctissime, & sanctæ matri nostræ Romanæ Ecclesiæ collum devotè submitteus, auxilium & consilium de rebus mei flagito. In obsequio enim domini mei Imperatoris per aliquot annos degens, & gratiam in ejus oculis inveniens, suspectam habens in manu Regis investituram; semel & iterum cum dare vellet, renui Episcopatum: nunc vero jam tertio in Babenbergensi Episcopatu me ordinavi. In quo tamen minime permanebo, nisi vestra complacere Sanctitati per vos me investire & consecrare. Quidquid ergo placeat discretioni vestræ de me, per Nuntios mihi significare servo vestro, ne forte in vanum curram, si ad vos currere incipiam. Omnipotens mihi propitiâ incolumitatem vestram custodiat. Hactenus Otto nis litteræ. Pergit auctor: Dominus autem Apostolicus visis litteris gausus, eo quod pauci Episcopi Teutonici regni in ea malignitate temporum matri suæ, ut justum esset, deferrent, ei tales litteras destinavit.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS corum exercitus ingens, inquit Fulcherius lib. 2. Hierusalem tenderet, aderant in illa multitudine simul Villhelmus Pictaviensis Comes, & Stephanus Comes Blesensis, qui ab Antiochia reliquo exercitu discesserat. Addit cum his etiam fuisse Hugonem Magnum, qui frater erat Philippi Francorum Regis & Veromanduorum Comes, Raimundum Comitem Provincialium, & Stephanum Burgundiæ Comitem, iisque in Romanicæ finibus obtitisse Solimanum Turcum, & exercitum Francorum confudisse, & totum fere internecone delevisse. Sed quia eos fatigatos, & fame & siti anxios, atque pugna sagittaria indostos esse didicit, magis quam centum millia equitum atque peditum gladio pervenit. De mulieribus nempe alias occidit, alias secum adduxit Comes Pictaviensis perdidit quemcumque habebat, vixque mortis periculum evadens, pedes Antiochiam pervenit. Ex his, qui evaserunt, Hugo Magnus Tarsi defunctus est.

Anselmum Archiepiscopum Mediolanensem anno superiori Constantinopoli mortuum esse, non nisi hoc anno Mediolani nuntiatum. Quod nuntium magnos tumultus in ea urbe excitavit, Grosulano, qui Ecclesiam illam regebat, in eam intruso, ut Landulfus Junior cap. 4. apud Puricellum fufe narrat. In antiquo Mediolanensium Episcoporum Catalogo de eo legitur: Grosulano hanc sedem annos IX. & menses VII. perturbavit, usque ad annum nempe MCXII. Bernardus Abbas Umbrosæ Vallis & Cardinalis Romanus Grosulano favit, inquit Landulfus, qui cap. 6. apud Puricellum in Monumento. Ambros. num. 294. de eodem Grosulano habet: Quoscumque non potuit sibi blandiri, (seu blandimentis conciliare) tentavit minis terere, Presbyterum Liprandum precipue, hunc pluribus Landulfus, qui nepos ejus erat, laudat, capiteque nono asserit Grosulano Synodum Provinciale Mediolani indicisse, ut ipsum Liprandum, ejusque assistentibus ab ejusmodi proposito dimoveret. Ambonem ascendit, & adversarios suos his verbis provocavit: Si quis vult adversum me dicere aliquid, nunc dicat, quod si modo tacuerit, amplius adversum me audientiam non habebit. Hoc cum Presbytero Liprando renunciatum fuit: & ipse principales cives ad Ecclesiam sancti Pauli vocavit in die, quibus dixit: Videtis me abscissum naso & auribus pro nomine Christi? Unde mihi magna retributio est promissa, si in finem perseveravero, &c. Et cum hac & plurâ benedicta, benèque sonantia, præsertim adversus simoniam dixisset, proposuit dicens: Grosulano, qui

Paschalis (c) servus servorum Dei Ottoni dilecto fratri Babenbergensi Ecclesiæ electo salutem & Apostolicam benedictionem: (d) Vita Ott. l. 1. c. 6.

Filius (d) sapiens lætificat matrem suam; opera tua, & consilium tuum viciorum præferunt sensatum. Nos igitur honorare, & profectus tuos juvare, congruum duximus. Nihil ergo de nostrâ benevolentia dubitans, tuam nobis quantumcunque valeas, præsentiam exhibeto. Certi enim sumus, quod divina Sapiëntia etiam malis hominibus bene uti novit. Hucusque Paschalis litteræ. Porro adventus ejus Romam, & cum eodem Paschali congressus, contigit anno sequenti, quoniam, Annalium servata mensura, de ipso acturi sumus.

Hoc eodem quoque anno, cum Robertus Flandriæ Comes jam ante biennium reversus ab expeditione Hierosolymitana, arma convertisset adversus schismaticos inhaerentes Henrico Imperatore contra Romanam Ecclesiam, & Cameracenses (ut Sigebertus affirmat) exagitasset: ut adversus Leodientes eadem infamia laborantes vires converteret, his litteris exhortatus est eundem Paschalis Papa:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Roberto Flandrensi somiti salutem & Apostolicam benedictionem.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui in te virtutis efficaciam operatur, qui reversus Hierusalem Syriæ, in caelestem Hierusalem iustæ militiæ operibus ire contendis. Hoc est legitimi militis, ut sui Regis hostes instantius persequatur. Gratias ergo prudentiæ tuæ agimus, quod præceptum nostrum in cameracensi parochiâ

T

diolanensium Episcoporum Catalogo de eo legitur: Grosulano hanc sedem annos IX. & menses VII. perturbavit, usque ad annum nempe MCXII. Bernardus Abbas Umbrosæ Vallis & Cardinalis Romanus Grosulano favit, inquit Landulfus, qui cap. 6. apud Puricellum in Monumento. Ambros. num. 294. de eodem Grosulano habet: Quoscumque non potuit sibi blandiri, (seu blandimentis conciliare) tentavit minis terere, Presbyterum Liprandum precipue, hunc pluribus Landulfus, qui nepos ejus erat, laudat, capiteque nono asserit Grosulano Synodum Provinciale Mediolani indicisse, ut ipsum Liprandum, ejusque assistentibus ab ejusmodi proposito dimoveret. Ambonem ascendit, & adversarios suos his verbis provocavit: Si quis vult adversum me dicere aliquid, nunc dicat, quod si modo tacuerit, amplius adversum me audientiam non habebit. Hoc cum Presbytero Liprando renunciatum fuit: & ipse principales cives ad Ecclesiam sancti Pauli vocavit in die, quibus dixit: Videtis me abscissum naso & auribus pro nomine Christi? Unde mihi magna retributio est promissa, si in finem perseveravero, &c. Et cum hac & plurâ benedicta, benèque sonantia, præsertim adversus simoniam dixisset, proposuit dicens: Grosulano, qui

(d) Vita Ott. l. 1. c. 6.

XVI. Prover. 10. Paschalis Pap. ad Ottonem responsio.

XVII.

XVIII. Epist. Paschalis Pap. ad Robert. comitem Flandr.

executus es: idipsum de Leodiensibus excommunicatis pseudo clericis precipimus. Justum enim est, ut qui semetipso a Catholica Ecclesia segregarunt, per Catholicos ab Ecclesie beneficiis segregentur. Nec in hac tantum parte, sed ubique cum poteris, Henricum hareticorum caput, & ejus fautores pro viribus persequaris. Nullum profecto gratis Deo sacrificium offerre poteris, quam si eum impugnes, qui se contra Deum erexit, qui Ecclesie Dei regnum auferre conatur, qui in loco sancto Simonis idolum statuit, qui a principibus Dei sanctis Apostolis, eorumque Vicariis de Ecclesie domo sancti Spiritus judicio expulsus est. Hoc tibi ac militibus tuis in peccatorum remissionem, & Apostolicam Sedis familiaritatem precipimus, ut his laboribus ac triumphis ad celestem Hierusalem, Domino prestante, pervenias. Datum Albani duodecimo Kalen. Februarii. Hæc ad Robertum Comitem Paschalis Papa.

XIX.

Porro Leodienses schismatici, ubi has a Paschali Pontifice litteras esse scriptas intellexerunt, more suorum in schismate comparum antiquorum Donatistarum, adversus Principes resistentium, contra has Paschalis litteras, quibus in eos censura justitiae animadverti jusserat, scripsere Declamationem acerrimam, cujus hæc est inscriptio: Omnibus bonæ voluntatis hominibus Leodicensis Ecclesie, veritatem fidei, & Catholicam unitatem inconvulsum tenens; ita quidem more (ut dixi) antiquorum schismaticorum, qui licet divelli ab Ecclesie Catholice corpore, affectarent tamen Catholicum nomen. Declamatio autem sic incipit: Stupendo & gemendo exclamo cum Isaiâ, (a) qui onus deserti maris exaggeratus

Schismatici resistentes quid in Paschalem.

(a) Isaiâ 31.

PAGIUS

qui pro Archiepiscopo tenetur, est simoniacus de Archiepiscopatu Mediolanensi per munus a manu, per munus a lingua, per munus ab obsequio. Et cum hac in suo proposito procederet, sepius hortabatur omnes, ut convenirent ad veram cognitionem hujus propositi per divinum iudicium (nempe transitu per ignem) approbatam (subaudi cognitionem) in vita vel morte sua (dum scilicet per ignem transiret) manifestata per ipsum. Sed Grosulani turba hoc perturbabat auctoritate Pontificum, qui Mediolani venerant ad celebrandum Synodum cum Grosulano. Verumtamen Presbyter ipse adversus Episcopos disputans, rationibus & exemplis suam sententiam sustinuit, nec dimisit. Grosulani vero parvipendens hujus Presbyteri verba, velut in presentia ejus non essent prolata, Synodum suam in Ecclesia sancta Maria, qua dicitur Hyemalis, per duos dies traxit. Quæ postea contigerint, anno sequenti referemus. Erat Grosulani caput simoniacorum in urbe Mediolanensi, Liprandus vero Presbyter sanctissimus, ut ex iis, quæ sæculo superiori de eo diximus, perspicuum est. Grosulano tamen fave-

exclamat: Sicut turbines &c. Prolixa nimis est, quæcusa habetur tomo secundo Conciliorum editionis Colonienfis, anno Domini MDLXXXI. & si libet, tu Lector legere poteris, legentque semper memineris ita loquentes esse schismaticos.

Hoc anno Comitissa Mathildis, cum donationem ab ea Romanæ Ecclesie factam sub Gregorio Papa Septimo publicis consignatam monumentis audisset sublatam atque deperditam: renovandam curavit per novum hujusmodi ab ea ipsum scribi diploma, quod ad vitam ipsius a Dominione carmine scriptam, positum vidimus appendicem; seorsum vero in Vaticano codice, quo ejusmodi publica monumenta descripta leguntur. Sed ipsum jam antiquitate nonnihil læsum, ut reperimus, hic fidelissime reddimus:

In nomine sanctæ & individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri JESU CHRISTI millesimo centesimo secundo, quintodecimo die. Kalendas Decembris indictione decima, tempore domini Gregorii Septimi Papa in Lateranensi palatio, in capella sanctæ Crucis, in presentia Cencii Frangipani, Gratiani, Cencii Franculini, & Alberici de Petro Leone, & Benincasæ fratris ejus, Alberti de Tuscio, & aliorum plurium, ego Mathilda Dei gratia Comitissa, pro remedio anime meæ, & parentum meorum, dedi & obtuli Ecclesie S. Petri per interventum domini Gregorii Septimi omnia bona mea jure proprietario, tam quæ tunc habueram, quam ea, quæ in antea acquisitura eram, sive jure successione, sive alio quocumque jure ad me pertinentia, & tam ea quæ ex hac parte montium habebam, quam illa, quæ

XX. Donatio Mathildis renovata.

* al. XI.

118

bat S. Bernardus Abbas Umbrosæ vallis & Cardinalis Presbyter tituli S. Chryzogni, cujus Vita a Scriptore Anonymo, forsitan coævo edita, Romæ anno MDCXII. typis mandata fuit. Papebrocius tamen ad diem XXII. mensis Maii in Vita Sancti Attonis pag. 196. dicit eam a Thesaurio Veli ejusdem Congregationis Monacho, qui initio seculi XVII. vixit, interpolatam fuisse.

Hoc anno mortuus est Vladislavus hujus nominis primus Polonorum Dux, postquam viginti regnasset annos. Cumque de successione ejus inter Boleslaum & Sbigneum filios controversia orta esset, tandem convenit, ut æqualem uterque partem acciperet. Sbigneus filius nothus Vladislavi, & Boleslaus hujus nominis III. Crivouustus cognominatus fuit. De utroque legendus Chromerus lib. 5. de Rebus Polonorum.

IX.

Legatus in Burgundiam & Franciam directus est Richardus Abanensis Episcopus, primo Sancti Stephani Metensis Ecclesie Decanus, inquit Hugo Flaviniacensis in Chron. Exeunte anno MCIV. e Gallia discessit, ut ibidem dicimus.

Richardus Abanensis Episcopus, primo Sancti Stephani Metensis Ecclesie Decanus, inquit Hugo Flaviniacensis in Chron. Exeunte anno MCIV. e Gallia discessit, ut ibidem dicimus.

in Ultramontanis partibus ad me pertinere videbantur. Omnia (sicut dictum est) per manum domni Gregorii Septimi Papa Romanæ Ecclesie dedi & tradidi, & chartulam inde fieri rogavi. Sed quia chartula nusquam apparet, & timeo, ne donatio & oblatio mea in dubium revocetur: ideo ego quæ supradicta Comitissa Mathilda iterum a presenti die dono & offero eidem Romanæ Ecclesie per manum Bernardi Cardinalis, & Legati ejusdem Romanæ Ecclesie, sicut in illo tempore dedi per manum domni Gregorii, omnia bona mea, tam quæ nunc habeo, quam quæ in posterum Deo propitio acquisitura sum, & tam quæ ex hac parte montium, quam in Ultramontanis partibus habeo, quam quæ in posterum Deo propitio acquisitura sum alio quocumque jure, pro mercede, & remedio anime meæ & parentum meorum. Quæ autem ista bona mea juris mei superius dicta, una cum accessionibus & ingressibus seu superioribus, seu inferioribus qualiter supra legavi: in integro ab hac die eidem Ecclesie dono & offero, & per presentem chartulam offerentis eidem habenda confirmo. Insuper per & cultellum, festucam nodatam, guantonem, & gurrascionem terræ, atque ramum arboris, & me exinde foras ex-

† sunt formulæ ex idiotismis ejus temporis, quæ in aliis diplomatis reperuntur, quæ modo excoleverunt.

PAGIUS X. Leobertus Abbas S. Rufi.

Et Legatione fungente Leodegarius Episcopus Vivariensis in Septimania, Ecclesiam Sancti Andeoli Fratris sancti Rufi pro cleemosyna & religione a se concessam passus est eis a Clericis suis auferri, uti refert Paschalis II. in literis ad eum datis, quibus ei prohibet, ne Constitutiones hac de re ab eo factas, & a se confirmatas infringat & jubet, ut Clericos suos emendet, nisi suam Constitutionem integram ratamque custodiant. Præterea R. Albanensis Episcopus & Sedis Apostolicæ Legatus nempe Richardus, mandat eidem Episcopo, ut eandem concessionem factam Ecclesie S. Rufi & domno L. loci ejusdem Abbati, nempe Leoberto, quam ut ipsemet scripto firmaret, petierat, inconvulsam teneri faciat, & qui eam perturbare præsumperit, anathemati subiciat. Utraque Epistola refertur a Jacobo Petito in Appendice ad Pœnitentiale Theodori Archiep. Cantuariensis pag. 505. & seq. Quare Leobertus prætermissus a San-Marthani, & a Castruccio in Catalogo Abbatum Sancti Rufi, circa huius sæculi initium ad illius Abbatie Præfecturam evehus est. Petitus enim laudatus pag. 619. refert ex Chartario Ecclesie Sancti Rufi donationem a Leodegario Vivariensi Episcopo factam Ecclesie Sancti Andeoli in loco, qui in Burgis dicitur, quam donat sub providentia Leoberti Abbatis Sancti Rufi, & successorum ejus ibidem canonicè substituendorum; sed numeri in ea corrupti; dicitur enim ea corroborata anno dominica Incarnat. MCXVIII. Kalend. Junii indictione tertia, & tamen hæc indictio, neque in annum MCXVIII. neque in annum MCVIII. ut errore illum emendant San-Marthani in Episcopis Vivariensibus, competit. Certe hæc Donatio ante annum MCVIII. a Leodegario facta; cum currenti

puli garpini, & absentem me feci, & a parte ipsius Ecclesie habenda reliqui facienda exinde Papæ, aut cui Papa illius Ecclesie dederit a presenti die quidquid voluerit, sine omni mea & heredum & probredum meorum contradictione. Si quid vero (quod futurum esse non credo) sive ego Comitissa Mathilda (quod absit) aut ullus de heredibus aut probredibus, seu qualibet apposta persona, contra hanc chartulam offerentis quandoque agere tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infringere quaesierimus: tunc inferemus in illam partem, contra quam exinde litem intulerimus, multam, hoc est pœnam, auri optimi libras mille, argenti pondera quatuor millia, & quod reperierimus, vendicare non valeamus. Sed ut præsens hæc chartula offerentis omnibus temporibus firma permaneat atque persistat, eam pergamenam cum atramento de terra levavi, paginam Guidoni Notario tradidi, & scribere rogavi, atque subter confirmans, testibus obtuli roborandam, Actum Canusii feliciter.

Mathilda quidquid est, in hac charta a me facta subscripsi.

T 2 Ego

circiter anno Richardus Legatus in Francia cum confirmavit, uti supra diximus.

Composuit Leobertus librum de Floribus Psalmorum, quem Oudin in Supplement. de script. Eccles. testatur se vidisse MS. tribus voluminibus in fol. in Biblioth. Branensii Ordinis Præfectoris in tractu Sueffonico, quem ait esse insignem & prolixum in Psalmos omnes Davidis Commentarium. Præterea Mabillonius Tom. I. Analect. pag. 289. e tenebris eruit Epistolam Galteri Episcopi Magalonensis ad Robertum Præpositum Insulanum datam, in qua Galterus ait, Hescelinum Insulæ in Flandria Canonicum diligenter inquisisse de Floribus Psalmorum, quos a sancta memoria Leoberto, olim Canonico vestro, postmodum Sancti Rufi Abate audierat exceptos, & in unum collectos. Addit Galterus Hescelinum totum aut partem illius operis a se petiisse, seque illud toti Insulanæ Ecclesie mittere. Galterus autem anno MCVIII. Magalonensis Ecclesie Episcopus dicitur, annoque MCXXIX. vita functus.

XI. Est Auctor libri de floribus Psalms.

Trithemius in lib. de Script. Eccles. in voce Galterus, plures Scriptores in errore induxit; ait enim: Scripsit ad petitionem Præpositi & Clericorum Insulanensis Ecclesie super Psalterio lib. 1. Et tamen ex Galteri Epistola laudata, de qua Trithemius loquitur, constat eum librum de Floribus Psalmorum inscriptum, ex Expositionibus Augustini, Cassiodori, & aliorum Ecclesie doctorum a Leoberto compositum, Galterum misisse ad Robertum Præpositum Insulanum, alioque ejusdem Ecclesie Canonicos, non vero Opus aliquod de Floribus Psalmorum a se ipso editum. Hunc Trithemii lapsus cum San-Marthani non animadvertissent, in Episcopis Magalonensibus unum Galterum in duos dividere quorum alter Magalonen-

XII. Liber ille Galtero adscriptus.

CHRISTI
1102.PASCHALIS II. PAP.
3.HENRICI III. IMP. 19.
ALEXII COMN. IMP. 22.

Ego Adericus Judex interfui & subscripsi.
Ego Ubaldu Judex interfui & subscripsi.
Signum manus Attonis de monte Buranzonis, & Bonvicini de Canufo.

Rogati testes.

Ego Guido Notarius palatii scriptor hujus chartulae offerentis, post tractatam complevi & dedi. Haftenus ibi facta collatione cum aliis exemplaribus æque depravatis. Quæ autem hæc secuta sint de bonis relictis Romanæ Ecclesiæ, suo loco dicetur.

XXII. Quod autem spectat ad Bernardum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Legatum ad Mathildam missum, cujus in exordio diplomatis factam audisti mentionem: constat quidem quod Paschalis Papa misit ad Mathildam Comitissam Legatum eundem Bernardum tunc presbyterum Cardinalem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cujus consilio in rebus agendis uteretur & opera. Ita in vita Mathildis Dominizo presbyter tradit, nempe ad hoc opus delectum ex toto sacro collegio Cardinalium virum sanctiorem, Bernardum ipsum, qui ex Abbate monasterii Vallis Umbrosæ, sive Ambrosiæ (ut textus habet) ob egregias animi ejus virtutes ad Cardinalatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ assumptus fuerat. Hic cum apud Mathildam

PAGIUS mensibus unum Galterum in duos dividere quorum alter Magalonenfis Ecclesiæ Episcopus fuerit, alter vero Insulensis Ecclesiæ Canonicus & Auctor Commentariorum in Psalmos, de quo inquit, *Joannes Trithemius.*

XIII. Horum errorum fons & origo *Henricus de Gandavo* in lib. de script. Ecclesiasticis, qui de Galtero scripsit. *Walterus, Insulis, oppido Flan-dria oriundus, Magalonenfis Episcopus exposuit Psalterium limitato sermone, ad petitionem Prægalona postii & Clericorum insulensis Ecclesiæ.* Num hæc verba cum legisset Trithemius Walterum seu Galterum inter Scriptores Ecclesiasticos reposuit. Cum vero illis ista subjecerit *Henricus de Gandavo: Walterus dictus de Castellione, Insulis oriundus (unde est illud monasticum, Insula me genuit, rapuit Castellio nomen) scripsit gesta Alexandri Magni eleganti metro. Qui liber in scholis Grammaticorum tanta dignitate est hodie (post medium scilicet seculum XIII. quo Henricus de Gandavo floruit), ut præ ipso veterum Poetarum lectio negligatur: Valesius Andreas in Biblioth. Belgica, & Miræus in Notis ad Henricum Gandavensem pag. 165. ex illis intulere, *Henricum Gandavensem* unicum Galterum, qui circa annum MCCLV. horuerit, in duos dispersitum esse. At accurate Henricus de Gandavo utrumque Galterum distinxit, certumque est, Poetam ante annum millesimum ducentessimum secundum Opus suum heroicum publicasse; cum illud dicarit *Willelmo II. ex**

dem esset, post sequentem annum Parmenses nonnulli pii viri, quod noissent Bernardi sanctitatem ubique ex fama vulgatam, venerunt rogare eum, ut Parmam se conferret, & civitatem illam, ob schismatici sedem, quæ in illa fuerat, adhuc erroribus plenam prædicationis verbo purgaret.

Annuo ipse, hortatuque Mathildis Parmam perrexit, ipsa die Assumptionis Dei genitricis Mariæ, quæ populo sollemnis erat: in cujus basilica Missam celebrans ritu solemniori, sacro cantato Evangelio, ex more concionem ad populum habuit, in qua cum aliquantisper Henricum schismaticum Imp. perstrinxisset: adeo in eum commota est plebs infidelis adhuc studiosa hæretici Principis, ut impetum nudatis ensibus in eum fecerit in altari sacro ostiam offerentem. Dimovent eum ab altari, trahunt extra Ecclesiam, ut detrudant eum in carcerem, diripiuntque sacra vasa, quæ erant super altare dona Comitissæ Mathildis. Quæ his auditis cum exercitu Parmam venit. Cujus adventu perterriti cives illi sacrilegi dimittunt Bernardum, sacraque ablata vasa restituunt; ut autem ipsa Mathildis parceret iisdem tanti facinoris culpa respersis, intercessio instans effecit ipsius Bernardi, Scripsit pluribus ista verbis Dominizo, qui forte aderat, presbyter. Facta sunt hæc autem, ut dictum est, post biennium. Quomodo vero in Concilio Guastaldensi petentibus iisdem Parmen-

XXIII. Quæ pas-sus a parmen-sibus Bernard. Card.

archiepiscopatu Senonensi ad Remensem translato anno MCLXXVI. ac postea Cardinali creato. De isto Willelmo, filio Theobaldi hujus nominis III. Campaniæ Comitis pluribus agit Marlotus in Metropoli Remensi. docetque ejus mortem contrigisse anno millesimo ducentesimo secundo, & eo Ecclesiam Remensem regente Galterum Vitam Alexandri Magni decem libris constantem, (quot sunt litteræ in vocabulo, *Guillelmus*, non vero *Willelmus*, ut perperam Marlotus) ei consecrassè, ita ut quilibet Poematis liber ab unaquaque incipiat. Addit Marlotus illud adhuc MS. in Bibliotheca Remensi asseruari. Verum seculo elapso ter impressi sunt libri *decem Alexandreides, sive de Gestis Alexandri Magni* sub nomine Philippi Gualteri Castellionensis, quorum antiquissimum manuscriptum Balæus Tom. II. Hist. Universitat. Parisiensis pag. 740. ita inscriptum se se legisse testatur. Vidi tertiam editionem *Philippi Gualteri Poetae Alexandreides* libros decem continentem Lugduni anno MDLVIII. curatam, in Bibliotheca Illustrissimi Domini de Mazaugues, pulchris characteribus, pro ut ferebant illa tempora impressam. Nuper Lugduni Batavorum prodit Collectio veterum aliquot Scriptorum in qua extat *Gualteri Castellionensis disputatio adversus Judæos* hætenus inedita. Hæc fusius discussa, quia hætenus non satis cognita. *Leberto* successit in Abbatiam S. Rufi Beatus *Oldegarius* Prior Monasterii Barcinonensis Sancti Adriani, idque anno MCVIII. ut ha-

CHRISTI
1102.PASCHALIS II. PAP.
3.HENRICI III. IMP. 19.
ALEXII COMN. IMP. 22.

mensibus pœnitentibus, Paschalis Papa eundem sanctum virum Bernardum Par-

mensẽ ordinavit Episcopum, suo loco dicturi sumus.

An-

PAGIUS habet Diagus in Hist. Comitum Barcinonen-

sum lib. 2. cap. 85. De *Oldegario* sæpe mentio infra occurrit.

JESU CHRISTI ANNUS 1103.

PASCHALIS PAP. II. ANNUS 4.

HENRICI III. IMP. 20. ALEXII COMN. IMP. 23.

Annus sequitur millesimus, centesimus tertius Redemptoris, undecima Indictione, quo Paschalis Papa die Pentecostes consecravit Episcopum Babenbergensem Ottonem Cancellarium Imperatoris, a schismaticis transfugam ad Catholicos. Quomodo autem ista se haberint, ex ejusdem vite Actis fidelissime scriptis sic accipe: (a) Igitur acceptis litteris, juxta verbum Domini Apostolici beatus Otto Romam in Ascensione Domini veniens, transiit, & in Anagnina civitate Campanie dominum Apostolicum invenit. Porro viri honorati qui cum eo erant, data & accepta salute, dominum Apostolicum etiam ex parte salutant Ecclesie Babenbergensis, subdentes petitionem & vota pro electo. Otto vero nihil cunctatus, ordinem & modum ascensionis aperit, fatetur omnia, baculum ponit & annulum ad pedes Apostolici, temeritatis vel errati veniam petit; insinuans tamen non voluntate sua, sed potestate factum aliena: pro quo & severius in se canonica districtio sibi imprecatur ultionem. Apostolicus vero vir summe prudentie, constantiam ejus admiratus, levare jubet insignia: negat ille, indignum se & peccatorem protestatus. Cum Apostolicus: Sancti Spiritus, inquit, festum propinquat, tanti arbitri consilium rem hanc commodare debemus. Deinde ubi de his satis utrimque dictum est, benedictione accepta Otto cum suis ad hospitium * adgreditur. Ubi multa secum tota no-

* regreditur.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6596. SÆC. XII. An. Eræ Hlf. MCXLI. An. Hegiræ CCCC. XCVII. inchoato die 5. Octob. fer. 2. A. C. 1103 I.

Num. I. ad V. Canisius Tom. II. Antiq. Bambergensis ab Autore Anonymo scriptam, qui in Præfatione, dicit se narrare, quæ proba-

NOTÆ [I] N On isto quidem anno, sed triennio post, anno 1106. S. Otto a Paschali II. Episcopus Bambergensis consecratur, ut ex vita ejus ab Ebbone, ut putant, conscripta PP. Bollandiste ad diem 2. Julii perspicue demonstrant; ait enim Scriptor ille subæqualis: In die sacra pentecoste qua erat tertio idus Maii (anno nempe 1106. qui eam diem Pentecoste sacram habebat) propriis manibus solemniter Ottonem consecravit. Erravit igitur Pagius, hanc consecrationem triennio anticipans, sed venia dignus est, eo quod ante editum hoc Ebbonis scriptum ignoratum fuerit pii hujus antistitis electionem Romanam consecrationem ejus triennio præcessisse; quare anno 1102. electus, ut recte Urspergensis, non nisi anno 1106. initiatus fuit. MANSI

te & sequenti die tractabat, malitiam temporum, anxietates & pericula pastorum, inobedientiam & inquietudines subditorum, postremo quidquid in tali re duri vel adversi esse potest, ante oculos ponebat; ac plena deliberatione, omnibus depositis, privatus & quietus apud se vivere decrevit. Itaque accitis sociis via, quid deliberasset, aperuit, moxque valefaciens domino Apostolico & Curie, per viam qua venerat, redire cepit.

Cumque iter cucurrissent, missis Legatis, sub sanctæ obedientie mandato Apostolicus redire jubet abeuntem. Mittit dona donorum significantia, monet cor & corpus aptare Spiritus sancti donis. Quid faceret? Obedientia retrahitur, a comitibus repellitur, & cum tremore ac reverentia, juxta mandatum domini Apostolici reversus, in sancto die sacrosanctæ Pentecostes, petentibus Nuntiis... * talis sua ab ipso domino Apostolico investitur, multoque decore ac letitia totius curie, sancti Spiritus invocatione, inter Missarum solemniam in Episcopum consecratus est; & revertens, de itinere litteras expectatas Ecclesie sue præmisit. Quibus narratur, quæ cum ipso a Paschali Pontifice gesta essent; sic enim se habent:

Otto Dei gratia Babenbergensis Episcopus Eberardo Præposito, Adalberto Decano, cæterisque fratribus omne bonum.

Quantum ego novi & expertus sum char-

tissimi Viri ab ipso gesta oculis suis viderunt. S. Otto Lib. 1. cap. 1. ait: ex Suevia duxit originem, & percursis aliquibus Poetis & Philosophis, & Grammaticis, metrorumque regulis tenaci memoria commendatus, &c. in Poloniam peregre vadens, ubi sciebat litteratorum esse penuriam, scholam puerorum accepit, &c. Ob ea igitur studia omnibus gratus, &c. Legationibus etiam & responsis, inter magnas personas differendis apprime aptus erat. Anno superiori renunciatus est Episcopus Bambergensis ab Henrico Imperatore, ut ibidem ex Urspergensis in Chron. Baronius num. XIV. narrat, qui & currenti ex laudato Authore ejus vite ostendit, eum die Pentecostes a Paschali II. consecratum fuisse Bambergensem Episcopum. Fuit is postea Apostolus Pomeranorum, ut suo loco videbimus.

A num.

II. Otto a Paschale Pap. revocatur & consecratur.

*

III. Ottonis episc. ad suam ecclesiam.

† adde, ditionem, sed non quod prope Anagninam sit Apulia, sed quod Northmanni, qui Duces dicerentur Apulie, pene usque Anagninam confinia dilatassent.

IV. Pasc. PP. episc. ad ecel. Bambergensem.

vitatem vestram, scio vos jamdiu expectare eventum nostri laboris, ut de nostro successu, siquidem bene, per misericordiam Dei gaudeatis. Ne ergo diutius suspensi aut dubii sitis de nobis, aut si justum est, sincerissime gaudeatis: litteris istis vobis significare decrevimus, quam misericorditer Deus more suo post immensos labores & sudores plurimos nobiscum operatus sit. In die Pentecostes sancto, qui ex adventu sancti Spiritus factus & cunctis Fidelibus universe solemnis est; illo inquam, die, Deo sic ordinante, in Anagnina civitate Campanie, qua & Romanam dividit & Apuliam, Episcopalis benedictionis munus, quamvis indignus, Domino largiente, suscepit, venerabili Papa domino Paschali manum imponente, cæteris vero Episcopis plurimis cooperantibus, Clero quoque Romana Ecclesie, cujus magna pars ea die in eandem civitatem convenerat, adstante & consentiente. Et quod nulli a Romano Pontifice consecrato nostris temporibus contigerit, sine obligatione alicujus juramenti consecratus sum. Hujus loci, hujus diei, hujus gratiæ misericordie Dei semper memores esse debemus: ut vos memores esse velitis cum gratiarum actione obnixè precamur: præcipue cum alia quamplures venerandæ personæ de magnis rebus ad Apostolicam Sedem agentes, infesto negotio redierunt. Valete. Pergit auditor: Apostolicus vero has commendatitias litteras Ecclesie scripsit pro dilectione Ottonis Episcopi:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, Clero & populo Babenbergensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Quanto affectionis debito Babenbergensis Ecclesie ab ipso sue institutionis primordio Sedi Apostolica constringatur: etsi nos lateret, litterarum vestrarum si-

PAGIUS A num. V. ad XI. Acerrime in Anglia de Jure Investiturarum disputatum. Rem gestam referam ex Eadmero lib. 3. Novorum, qui ait Henricum Regem Cantuariam venisse cum Anselmo Constantiam in juribus Ecclesie conservandis, hæc inter voce summissa Rex Anselmo mandat, & multis precibus obsecrat: quantum ipse per se Romam ire: & quod alii nequiverant, sua sibi industria conetur acquirere, ne ipsi perdendo suorum jura Antecessorum, ei villior sit. Sensit Pater quo hæc vergerent, & respondit: Differantur hæc, si placet, usque in Pascha, ut audito Episcoporum, regni que Primatum Consilio, qui modo non adjunt, respondeam hinc. Noluit Anselmus in re gravissima, aut arbitrio suo, aut turbata Regis menti concedere, & in Paschate in Curiam venit. Communis consilii vocem unam accepit: aquum scilicet fore illum tanta rei gratia, via laborem debere non subterfugere. Finitis itaque Paschalibus festis Angliam reliquit, & V. Kalend. Maii navem conscendit.

Tres Episcopi, qui nuper Romæ Regis cau-

CHRISTI 1103.

PASCHALIS II. PAP. 4.

HENRICI III. IMP. 20. ALEXII COMN. IMP. 23.

gnificatio manifestat. Quod affectionis debitum venerabilis frater Otto, vestra Ecclesie electus, constanter tenuisse ac tenere cognoscitur, cum per tot & tanta pericula ad Apostolicæ Sedis visitationem percurrat. Nos igitur cum debita benignitatis affectione suscepimus, & juxta vestra dilectionis desiderium, nostris tamquam beati Petri manibus, salvo Metropolitanæ jure, vobis per Dei gratiam Præsulem ordinavimus. Hunc igitur sub presentium litterarum prosecutione ad Ecclesie vestra regimen remittentes, plena hortamur affectione diligi, plena humilitate venerari. Confidimus enim cum disciplina Ecclesiastica futurum esse custodem, & salutis vestra sollicitum provisorum. Huic ergo sedulis officiis obedite, & gratiam vobis in eo conciliate celestem. Integritatem Catholica Fidei firmam semper in omnibus conservate: Sedi Apostolica semper devotius adharete, ut per ejus consortium a contagio omnibus liberi, ad æternæ salutis portum feliciter pervenire, Domino largiente, mereamini. Hucusque ex litteris Paschalis Papæ. Ad quem autem sanctitudinis verticem Otto a Romano Pontifice initiatus sacerdotio venerit, aliqua ex parte suis locis dicturi sumus inferius. Qui vero ista uberius scire cupit, quæ citavimus ejus vite Acta perlegat: mox enim una cum Episcopali unctione donis Spiritus sancti ita est abunde repletus, ut Apostolorum instare loqueretur magna Dei, & operatur mirabilia de lege ejus. Paschalis autem tantam virtutem eo mox compensavit honore, ut usum pallii duplicatis diebus ipsi concesserit, cum quater tantum in anno eo utendi ejus prædecessores accepissent a Romanis Pontificibus facultatem.

Hoc eodem anno, rebus Ecclesiasticis in

sam egerant, reduces retulerunt, Paschalem Papam vivæ vocis oraculo aliud Regi indulgisse, quam literæ a Monachis allatæ restarentur; & horum Præsulum auctoritate, suffragioque Rex in vendicando Investiturarum jure pertinacior fuerat. Sed Anselmi constantia fecerat, ut rursum novi Oratores in Urbem pergerent, relaturi certius, an Monachorum literis, an vero Episcoporum testimonio standum esset. Indigne tulit Romanus Pontifex, in dubium vocari, an unum Monachis, aliud Episcopis, mandatum Regi perferendum dederit; & anathematis sententiam in Episcopos fulminavit. Recitat Eadmerus literas ea de re a Paschali II. ad S. Anselmum datas, in quibus inter alia scribit: Dolemus, quia confratres nostros Episcopos, Legatos Regis Anglorum benigne suscepimus: qua nec diximus eis, nec cogitavimus; redeuntes ad propria retulerunt. Audivimus enim eos dixisse: Quia si Rex in aliis bene ageret, nos Investituræ Ecclesiarum, nec prohibere, nec factas excommunicare. Et quod deo nolebamus charta committere: ne sub hæc

Quidam Anglie Episcopi animus Regis expectant.

V.

CHRISTI
1103.PASCHALIS II. PAP.
4.HENRICI III. IMP. 20.
ALEXII COMM. IMP. 23.S. Anselm.
Romam
ad Pas-
chalem
venit.

in Anglia fluctuantibus, vigentibus & in dies magis excrecentibus discordiis inter Regem Henricum, & S. Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem ob investituras Ecclesiasticas, quas sibi Rex sumere, Antistes vero e seculari potentia vendicare studebat: idem S. Anselmus rogatus a Rege, Anglia discedere, & Romam se conferre: quinto Kal. Maii (a) Romam proficiscitur, præcurrente eisdem Henrici Legato ad Paschalem Pontificem, cujus sententia tanta controversia finem accepit. Res gestas ab Edinero itineris comite diffuse fuisse conscriptas, tum idem ipse testatur auctor, (b) tum qui ab eo accepit, affirmat Willelmus Malmesburiensis, qui ea cuncta compendio retexit, ex quo hæc accipe: Conventur Anselmus a Rege, & Episcopis, & magnatibus, ut ipse Romam dignetur proficisci, quod alii minus egerant, sua præsentia suppleturus. Non careret effectu, quod vellet, quem Sedes Apostolica tantum pendere: modo hunc laborem patriæ, quo pacem Ecclesiæ, quo dignitatem repararet imperii. Iste precibus flecti non nescius, ne omnia suo tantum videretur præsumere arbitrio, consensit irurum se, ne cunctorum voluntati deesse. Quamquam Legatorum penuria eos ad unum senem annis gravem, corpore debilem adegisset: scirent tamen, nihil se Apostolico suggesturum, quod antecessoris sui gloriam abrogaret, statuta effringeret. Tu tantum, inquit, vade, & in Apostolici præsentia, Legato si vera dicat, testimonio tuæ auctoritatis astipulare.

VI. Consensu accepto, discessum est ab invicem. Anselmus continuo prosperis statibus maxima pericula transvectus, bona etiam fortuna terrenum iter Romam usque emensus est. Ubi Apostolico favore & senato-

PAGIUS

occasione & cæteri Principes in nos inclamarent. Unde Jesus, qui renes & corda scrutatur, in animam nostram testem inducimur: si ex quo hujus Sanctæ Sedis curam cepimus gerere; hoc immane scelus, vel descendit in mentem; & hoc a nobis Deus avertat, ut est; & non surripendo insciat nos, ut aliud habemus oris promptum, aliud corde reconditum.

IV. Paschalis II. investituras damnat.

Anselmus Romam perveniens Guillelmum Henrici Regis Legatum invenit. Ubi ergo adventus ejus summæ Sedis Antistiti nunciatus, illum deprecatus est, quatenus diem illum atque frequentem a fatigatione sui apud S. Petrum quietos duceret. Dein Papa presentatur, honorifice suscipitur: ac pro ejus adventu, ipse, & qua confluerat Romana Curia, vehementer se latari fatetur, &c. Adest & Willelmus Legationi qua fungebatur, toto studio curam impendens, &c. Exponit etiam statum regni, Regique in Romanis munificentiam: unde ampliori quadam & digniori præ cæteris sublimitate, ex Apostolica largitione Regis Anglorum probat antiquitus usus: eaque re non solum mo-

ria frequentia exceptus, paucis diebus silentio & quieti indulget jubente Papa. Cumque vires resumpsisset otio, die constituto palatium Lateranense ingreditur. Adest & Nuntius, qui paucis diebus adventum ejus prævenerat, notus jam Romæ, Willelmus de Warlewast electus Exoniensis Ecclesiæ. Is omnes impendens eloquentia vires; causam Regis perorabat, ut ei omnes paternæ fraternæque consuetudines redderentur. Angliam peculiarem esse Rom. Ecclesiæ provinciam, & ei tributa quotannis pensitare Regem, sicut municipium ita magnanimum. Deducus ei videri & esse, si antecessorum suorum jura perderet, quos ipse & animi magnitudine & opum affluentia longe præret & premeret. Provideret itaque Papa Regis honori, consuleret sibi, quem non dubitaret magno fructu emungendam pecuniæ, nisi putaret abstinentiam canonum severitate. His & aliis ad causam valentibus dictis, traducta est in sententiam Romana Curia, obnixis favoribus Regis vota debere impleri pronuntians.

Silebat interea Pontifex uterque, perorantis ampullas & adulantium fumos prudenter attendens, latenter irridens. Tum Legatus putans illorum taciturnitatem esse conventiam, securus erupit: Plurima hinc inde possunt agitari verba, sed hæc est summa, quod dominus meus nec pro amissione regni patietur sibi Ecclesiæ investituras auferri. Nec ego, inquit Papa, pro capitis mei redemptione cum investituris permittam impune habere. Hujusmodi dicti tenore converse fautorum lingue, & in diversa mutata: Benedicta, inquit, cordis tui constantia, benedicta oris tui loquela. Legatus confusus obtulit. Recitat & ista Edineros in vita Anselmi istis verbis: Legatus inter alia, quod Rex ipse

lestum & indecens fore, huic suorum Antecessorum jura perdere. Verum etiam sicut se certo cognovisse ferebat, magno hoc ipsum Romani damno futurum, si contingeret. Et dum forte locum recuperandi inventuri non essent; ab eis sevo legendum, &c. ipse nihilominus Pontificum Pastor, cum ad cuncta siletet; & quid quisque diceret, prudenti consideratione examinaret; astimans Willelmus jam jam illum pro favore Romanorum in se, nihil eorum qua quarebat, sibi negaturum, erupit, & ait: Quidquid hinc inde dicatur: volo novint, quicumque assistunt, Dominum meum Regem Anglorum; nec pro amissione regni sui passurum se perdere Investituras Ecclesiæ. Tunc vir Apostolicus paucis hæc verba locutus est. Si quemadmodum dicit: Rex tuus, nec pro regni amissione patietur Ecclesiæ donationes amittere: scias ecce, coram Deo dico: quia nec pro redemptione sui capitis eas illi aliquando Paschalis Papa impune permittet habere. Quod auditum oppido conturbavit Willelmum.

Legatus
Regis
Anglo-
rum cau-
sam agit
coram
Pont.VII.
Paschal.
Pap. con-
stanter a-
git pro
libertate
eccl.

Pau.

CHRISTI
1103.PASCHALIS II. PAP.
4.HENRICI III. IMP. 20.
ALEXII COMM. IMP. 23.

ipse nec pro regni amissione investituras Ecclesiæ pateretur amittere, minacibus verbis avertit. Ad quæ Papa: Si quemadmodum dicit, Rex tuus nec pro regni amissione patietur Ecclesiæ donationes amittere; scias (ecce coram Deo dico) quia nec pro sui capitis redemptione eas illi aliquando Paschalis Papa impune permittet habere. Pergit vero Willelmus: Effecit tamen, Legatus videlicet, ut nonnullæ consuetudines patri Regi laxarentur, ipsoque interim ab excommunicatione, quod aliquos investierat, immuni, investit auctoritati canonum subiacerent; eorum satisfactio Anselmi commissa iudicio. Qui cum remeandi licentiam accepisset, alter reditum excusavit dicens se voti reum eundi ad sanctum Nicolaum; averfubatur dicto intentione. Nitebatur enim, ut quoquo modo Papam a sententia traduceret. Quod abi ad nihilum tendere vidit, compendiarie tramite Archiepiscopum ad Placentiam anticipavit. Aliquantis ergo diebus communiter perrexit. Sed cum eos via separaret divortium: ille quod ante celaverat, aperuit, dicens: Mandat tibi dominus meus, quod si sic te sibi exhibueris, sicut antecessor tuus exhibuit se patri suo: liberent volent adventum tuum in Angliam, sin minus (prudens lo-

PAGIUS
V.
S. Ansel-
mus Roma
reduxit Lu-
gduni re-
sedit.

Paulo post: Itaque Romanorum consilio, Papa nonnullos paternos usus interdixit omnino Ecclesiæ investituris, Regi concessit: eumque ab excommunicatione quam Antecessorem suum fecisse superius diximus, immunem ad tempus constituit: iis dumtaxat, qui a manu ipsius investituræ susceperant, vel deinceps susceperent usque ad dignam tanti reatus satisfactionem pro servanda Ecclesiæ rigoris disciplina, sub excommunicationis catena retentis. Paucis interpositis: Nobis itaque Roma descenditibus Willelmus remansit, assrens, se se voto constrinxisse, Beatum Nicolaum adire. Re autem vera, Roma moraturus: & si posset; Anselmo absente, quod eo presente nequiverat Antistitem a data sententia traducturus. Quod quia nequam facere potuit: persuasorias literas Regi deferendas, ne nil videretur egisse, a Papa obtinuit. Eas recitat Baronius num. VIII. & sequ. datæque sunt Laterani nono Kalendas Decemb.

quor) scis quid sequatur. Ita Willelmus citato in Angliam, Anselmus Lugdunum contendit, indeque misit litteras Regi super veritate dictorum Willelmi excusanda. Epistolarum seriem, quæ in immentum porrigitur, Apostolici ad Regem, & Anselmi ad Regem, & Regis ad Anselmum, hic non placuit intexere: volentibus legere, liber Edineri copiam faciet; quas ideo vir ille appofuit, ut nullus eum mendacii carperet, & ut ipse invictum robur dictorum assumeret. Affluebat enim otio, utpote solius Anselmi Gestis enucleandis intentus. Ego majus opus moveo, & in multorum Geitonor, ideoque necessaria tantum libans, fastidio lectorum mederi meditor. At idem auctor, (a) in rebus gestis ipsius Henrici aliquot recitat paschalis Papæ epistolas, quarum prima tunc ad ipsum Regem reddita, ad presentem annum spectat, quæ sic se habet:

Paschalis Episcopus Henrico Regi salutem.

In litteris, quas nuper ad nos per familiarem tuam dilectionis filium clericum Willelmum transmisisti, & personæ tuæ sospitatem cognovimus, & successus prosperos, quos tibi superatis regni adversariis benignitas divina concessit. Audivimus præterea optatam vi-

VIII.
Quid Pa-
schalis ad
regem Angliæ.

Pervenit Anselmus Lugdunum paulo ante Nativitatem Dominicam, ubi præfatus Willelmus Regis nomine hæc ei significavit: Dicit (nempe Rex) quia si sic ad eum redieris, ut talem te illi per omnia facias, qualis Antecessoribus suis, Antecessores tui se fecisse noscuntur: tunc libenti animo tuum in Angliam reditum volent & amplectetur. Videns Anselmus quo hæc tenderent, literis ad Henricum regem datis, gesti negotii summam, & quid ex Willelmo ejus nomine accepisset, narravit, Lugdunum remansit, Regi responsum prætulit. Summo cum honore ab Hugone Lugdunensi Archiepiscopo susceptus fuit, ibique ut Dominus loci ab omnibus habitus, inquit Eadmerus, qui postea Anselmi ad Regem literas refert. Fufius hæc exponit Alfordus in Annal. Angliæ qui legerat libros Novorum ab Eadmero elucubratos, quos Baronius non vidit. [1]

Epi-

NOTE

[1] Hoc anno, nisi mea me fallit conjectura, celebratum fuisse Romæ a Paschali concilium, ut de adscribendo in sanctorum albo S. Canuto rege consultaretur, colligo ex Ælnoto in vita ejusdem sancti, cap. 5. ubi narrans missos fuisse ab Erico rege legatos ad Sedem Apostolicam, honorem illum martyri sancto impetraturos; tum subdit de pontifice: Qui episcopis per circuitum consentibus aggregatis, religiosaque ordinis viris venerandis quamplurimis, omnibus synodali more assidentibus, & quæ Dei sunt tractantibus, legatos illos audivit, ac deinceps communi omnium consensu inter coelitus illum cooptavit. Porro Legati illi aditum in Daniam reversi sunt, gratum nuntium referentes, cujus rei gratia pontifex Humbaldus addit Ælnotus 13. Kal. maii, Sacrum corpus solemni ritu elevavit. Quæ postrema verba hoc anno factam canonizationem illam indicant, cum hoc potissimum anno dies illa in Dominicam inciderit, ad quam plerumque sacra hæc solemnia referri solebant. De synodo hac Romana nihil in Collectionibus. Quæ enim Romana Synodus a Labbeo to. XII. col. 1107. edit. Venet. anno huic illigatur, ipsissima est Lateranensis, anni 1105. nam Lippandus Mediolanensis, de quo Pagius ad A. 1102. 7. biennio postquam ignis experimentum subivit (quod factum est hoc anno 1103.) ad Romanum illud concilium, de quo Labbeus, provocatus venit. Vide Pagium ad A. 1105. 4. MANSI

vilem sobolem ex ingenua te & religio-
sa conjugē suscepisse. Quod profecto cum
nos laudaverit: opportunum rati su-
mus, nunc tibi precepta & voluntatem
Dei validius inculcare, cum ampliori-
bus beneficiis benignitati ejus te prospici-
cis debitorem. Nos quoque divinis bene-
ficiis benignitatem nostram penes te so-
ciare optamus: sed grave nobis est, quia
id a nobis videris expetere, quod omni-
no prestare non possumus. Si enim con-
sentiamus, aut patiamur investituram a
tua excellentia fieri; & nostrum procul-
dubio & tuum erit immane periculum.
Qua in re contemplari te volumus, quid
aut non faciendo perdas, aut faciendo
conquiras. Nos enim in prohibitione hac
nihil amplius obedientiæ, nihil liberali-
tatis per Ecclesias nanciscimur; nec tibi
debita potestatis aut juris subtrahere
quidquam nitimur, nisi ut erga te Dei
ira minuatur, & sic tibi prospera cun-
cta contingant; ait enim Dominus: (a)

(a) 1. Reg. 10.
Honorificantes me honorificabo, qui au-
tem contemnunt me, erunt ignobiles. Di-
ces itaque: Mei hoc juris est. Non uti-
que, non est Imperatorium, non regium,
sed divinum. Solius illius est, qui dixit:

(b) Joann. 20.
(b) Ego sum ostium. Unde pro ipso te
rogo, cujus hoc munus est, ut reddas
hoc ipsi, ipsi dimittas, cujus amore et-
ernam quæ tua sunt, debet. Nos autem cur
tua obniteremur voluntati, cur obistere-
mus gratiæ, nisi Dei sciremus nos in hu-
jus negotii consensu voluntati obviare,
gratiam amittere? Cur tibi quidquam
negaremus, quod cuiquam esset mortalium
concedendum, cum beneficia de te amplia-
ra sumpserimus?

IX.
Salubris
admoni-
tio Papæ.

Prospice, fili charissime, utrum decus,
an dedecus tibi sit, quod sapientissimus
& religiosissimus Anglicanorum Episco-
porum Anselmus, propter hoc tuo lateri
adherere, tuo veretur in regno consistere.
Qui tanta de te bona hæcenus audierant,
quid de te sentiant? quid loquentur, cum
hoc fuerit in regionibus divulgatum? Ipsi
quæ coram te tuos excessus extollunt,

PAGIUS
VI.
Lipran-
dus ignis
examine
Grosula-
num esse
simonia-
cum pro-
bare offert

Episcopis anno superiori in Concilio Medio-
lani habito adhuc coactis, Liprandus obtulit
probare ignis examine Grosulanum Archiepisco-
pum Mediolanensem simoniacum esse, quo in
proposito cum persisteret, factum illud judi-
cium antequam in Concilio digrederentur, &
quidem currenti anno, ut docet Galvanus Flama-
in in magno suo Chronico cap. 250. apud Pu-
ricellum in Monum. Basilic. Ambrosianæ num-
CCLV. In millesimo sententio tertio secundum
Chronicam Gothofredi de Busseto (Opus illud
perit) iudicium ignis Presbyteri Liprandi Ec-
clesia S. Pauli in Comitatu, & tunc Crysolanus
(id est, Grosulanus) Archiepiscopus depositus
fuit tanquam Simoniacus de Archiepiscopatu.
Idem legitur in Chronico MS. cui titulus,
Flor forum fol. 136. Puricellus his contradi-
xit; sed is in Monumentis Basilicæ Ambrosia-

cum presentia tua caruerint, hoc profecto
validius infamabunt. Redi ergo, charissi-
me fili, ad cor tuum: propter misericor-
diam Dei, & propter amorem Unigeniti de-
precamur. Revoca pastorem tuum, revoca
patrem tuum. Et si quis (quod non opinamur)
gravius se adversus te gesserit, si investi-
turas adversatus fuerit: nos juxta volunta-
tem tuam, quantum cum Deo possumus,
moderabimur. Tu tamen talis repulsa infamiam
a persona tua, & regno removeas. Hæc si
feceris, etsi gravia qualibet a nobis petieris,
quæ cum Deo præberi facultas sit, profecto
consequeris, & pro te Dominum, ipso adjuvante,
exorare curabimus, & de peccatis tam tibi, quam
conjugi tue sanctorum Apostolorum meritis
indulgentiam & absolutionem faciemus.
Filius autem tuus, quem ex spectabili &
gloriosa conjugē suscepisti, quem (ut
audivimus) egregii patris Vvilllemi nomine
nominasti, tanta tecum imminetia conso-
vebimus, ut qui te vel illum læserit, Romanam
Ecclesiam videatur læsisse. Datum Laterani,
nono Kalendas Decembris. Et inferius idem
auctor: Eratque tunc Anselmus Archiepiscopus
iterum tempore istius Regis Lugduni exul
apud Hugonem ejusdem civitatis Archiepiscopum,
quando epistola prima, nempe ista, quam
apposui, emissæ est. At nihil in præfens
profuerunt litteræ istæ, sed Rex in S. Anselmum,
cujus investigatione hæc a Pontifice scribi
putabat, gravius commotus, quam potuit in
eumdem vindictam exercuit: nam audi Edinerum,
qui ait:

Rex autem (c) Henricus, ut compe-
rit, Papam in sua sententia stare; mox
Archiepiscopatum in suum dominum rede-
git, & Anselmum suis omnibus spoliavit.
Acta sunt hinc inter eos multa, & anno
uno & semis indignatio Regis non est
sepita. Et inferius: Post hæc tum pro
exercendo Ecclesiastica disciplina * rigo-
re, tum pro Ecclesiasticarum rerum in
Anglia revelatione, relicta Burgundia,
Anselmus in Franciam ivit. Quod ubi
Regi Anglorum Henrico innotuit, reve-
si-

X.
(c) Edin.
in vita S.
Anselmi,
l. 2.
Rex Ang.
quid in
S. Anselmum.
* vigore.

næ varia errata chronologica admittit, quæ in
suo ultimo Opere de SS. Atrialdo & Herlembaldo
postea correxit. Quomodo res se habuerit,
narrat Landulphus Junior cap. 10. apud Puricellum
lib. 4. de SS. Atrialdo & Herlemb. cap. 88. & in
Monum. Ambros. num. XXIX. Attamen Grosulani
turba dimicans adversus Primicerium Landulphum,
ejusdem Primicerii Clericum lapide occidit; deinde quasi in
consensu totius civitatis dicitur fuisse Presbytero
(sc. Liprando) ut ad faciendum iudicium multa
ligna congregaret in prato, quod clauditur in
muro (id est muro) juxta S. Ambrosii Monasterium.
Et Presbyter ipse plenus magno spiritu
annonam & vinum, quæ ad edendum habebat,
pauperibus erogavit: suamque lupi tunicam
pellem (id est pellitiam vestem) pro li-
gnis pignora vitæ; cetera vero quæ possidebat in li-
bris

stivit illum de suis, & in amicitiam ejus
receptus est. Conversante debinc Anselmo
in Northmannia, reversos ait Legatos
Regis ad Paschalem Papam pro ex-
plendo eo negotio. Quid autem confectum
sit hæc postrema legatione, suo loco di-
citur sumus.

XI.

Ivo Ro-
mam iter
parat
cum Valo-
ne episc.
Parisiensi.

Quod autem idem Edinerus in his enarrandis
testetur, Walonem, alias Galonem, Parisiensem
Episcopum, de quo nos ante biennium ex Ivonis
epistolis pluribus egimus, functum legatione
Pontificia, tunc Romæ fuisse, dum S. Anselmum
contigit ex dicta cum Rege causa in Urbe morari,
atque interfuisse elevationi reliquiarum S. Priscæ:
hic primum occasionem, unde oborta sit ei Romam
eundi, quid ibi fecerit, & quonam ab eodem
paschali Papa sit missus antequam reverteretur
in Gallias, dicturi sumus. Petenda sunt ista
ex Ivonis epistolis, cujus testificatione patet,
hoc eodem anno Ivonem ipsum Romam ad Paschalem
Pontificem pro deponendo onere Episcopatus,
aliique negotiis Ecclesiasticis magni momenti
instituisse professionem, secumque adscivisse
socium eundem Walonem, sive Galonem, Parisiensem
Episcopum, cujus causa tantopere laborasset,
pervenisse usque pene ad Alpes. At quoniam
paratas ab adversariis foventibus Regis causam
sibi novit insidias, destitit prosequi coeptum
iter; præmisit tamen eundem Walonem Episcopum,
qui suo nomine cuncta, quæ ipse cum Pontifice
pertractaturus erat, ejus auribus deberet inferre,
litterasque eidem ad Paschalem dedit hujusmodi: (a)

(a) Ivo ep. 29.

Paschali summo Pontifici, Ivo humilis
Sanctitatis sue filius quidquid potest esse
felicius.

XII.

Quoniam pro gratia nobis collata de-
corem Ecclesie Dei diligimus, multa inordi-
nate in eadem fieri, vehementer doleamus.
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

VII.
Se ad il-
lud præ-
vio jeju-
nio parat.

bris, statuit ut conservarentur Landulpho nepoti
suo & alumno, (Landulphus hujus narrationis
Auctor de semetipso loquitur) quæ tunc temporis
dicebat Aureliani (ex quo scholæ Aurelianensis
antiquitas probari potest) ab egregio Magistro
Alfredo & nobili Jacobo. Statuit etiam, si contigerit
illum mori in illo iudicio, si quid corporis ejus
residuum fuerit, portaretur ad Ecclesiam Sanctæ
Trinitatis, &c. Et cum ipse facturus esset
iudicium, manus Grosulani prævaluit, & ipsa
ligna in prato disposita dispersit, ipsum Presbyterum
separavit ab illa dispositione ignominiose. Deinde
in domo sua & S. Pauli Ecclesia Presbyter ipse
stavit & quievit, donec pueri & puella, mares
& feminae in proximo tempore clamaverunt; Foras,
Grosulane, hinc clamorem Grosulanus cupiens
compefcere habuit consilium cum satellitibus
suis, quibus dixit: Ite & vos, & publice
eligite viros & Populo, qui dicant illi Liprando,
ut aut ad satisfactionem meam veniat, aut de
terva ista excat, aut iudicium quod se facturum
promisit, faciat. Consilium itaque

mus. Qui in quibusdam subditis cum quædam
corrigere, vel cum quosdam ad meliora
promovere studemus, ipsi in stercorebus
suis computrescere cupientes, litteras a
Sede Apostolica, nescio quibus surreptionibus
impeccatas nobis deferunt ad palliandam
malitiam suam, vel defendendam inobedi-
entiam. Unde fit in Ecclesia mirabilis
contemptus mundatorem Dei, & ineffabilis
morum corruptela: cum ibi invenit quorundam
perveritas incorrupta confugium, ubi
innocentia sola deberet habere præsidium.
Et quod mirabilius & miserabilius est, isti
vita sua curiosi corruptores ab ipsis
columnis gratanter audiuntur, cum vitam
Religiosorum aliis quibus maculis respergere
moliuntur, quibus non est credendum de
aliena iniustitia, quamdiu non discesserint
a sua. Cum itaque tam pro nostra insufficientia,
quam pro subditorum duritia prædictæ
causæ de fructu laboris nostri pene desperare
nos cogant: onus quod pene infructuose
portamus, deponere sæpe deliberamus, &
pennas columbæ nobis dari flagitantes,
avolare a molestiis inutilibus, & in
mentis solitudine quiescere præoptamus.
Hæc itaque necessitate commoti, presentiam
Sanctitatis vestræ adire cupientes, & de
his que dicta sunt, cum multis aliis
vobis tractare cupientes, venimus pene
usque ad Alpes; in quarum angustiis quia
insidias nobis paratas audieramus, usque
magnorum virorum consilio, inito itinere
super sedimus. Domnum itaque Vvalonem
confratrem & Coepiscopum nostrum, quæ
in suspectis locis, ad occultandum se
aptior est paternitati vestræ transmissimus:
in cujus ore verba nostra posuimus, quatenus
cum tam pro sua, quam pro nostra
necessitate paternè audiat, & quæ
corrigenda sunt, corrigatis; & quæ
utiliter statuenda, firmiter statuatis.
Quamvis enim, quod ratio suadet, vel quod
usus

V 2

de latere ejus venientes ad concionem populi
in vespertina hora Dominica diei de Ramis
Palmarum seu Olivarum (qui hoc anno in
diem XXII. Martii incidit) publicaverunt,
quæ audierant a Domino suo Archiepiscopo
Grosulano. Quapropter non solum viri in
concione electi venerunt ad Presbyterum
hanc legationem dicere; sed innumera
hominum multitudo venit hanc legationem
confirmare. Ad quorum clamorem clamantem
venit Presbyter ipse Liprandus; ipse
humilis exiit, & ut legationem audiret,
& intellexit, manus ad calos levavit,
& Deo gratias egit, & interrogando
Legatos, inquit: Vult & mandat ipse
quod mihi dicit? qui omnes respondentes
dixerunt: Utique vult & mandat. Et
Presbyter ad eos: Terram non exeo, sed
in istis duobus diebus, (scilicet feria II. &
III.) jejunium ago, & in quarta feria
faciam iudicium præstante Deo, sed unde
ligna emam, non habeo.

Tunc Grosulani & Reipublicæ ministri
quercina ligna ad flammam & ad calorem
aptissima triginta atrium S. Ambrosii
in duabus congeriebant respicientibus
se composuerunt. Longitudo quarum
decem

Epist. Ivonis
ad Pasch.
missa per
Walonem
episc.

VIII.

CHRISTI
1103.PASCHALIS II. PAP.
4.HENRICI III. IMP. 20.
ALEXII COMN. IMP. 23.

usus approbat, vel Episcopalis moderatio disponit, per se satis vigere videatur: tamen clarius fit, & quasi quadam luce irradiatur, cum id quod prohibendum, vel precipiendum est, decreto Apostolico roboratur. Hucusque Ivo ad Paschalem Papam.

XIII. De elevatione corporis S. Priscæ. Cum autem idem Walo Romam venisset, tractaretque tam sua, quam crederet sibi ab Ivone negotia cum Pontifice: contrigit eum illic reperisse S. Anselmum (ut audisti) itidem occasione negotiorum Curiam frequentare, innotuisseque ei, atque usu familiaritatis astringi, atque una cum ipso interfuisse elevationi reliquiarum S. Priscæ, & ex ejus corpore os etiam accepisse, ex eoque partem Edinero impertitam esse. Recitat ista omnia Edinero in Anselmo, atque ex ejus verbis ista narrat de reliquiis iisdem Romæ acceptis: Romæ, inquit, eram, & Oratorium nominatæ martyris Priscæ, in quo beatissimus Apostolus princeps Petrus altare sacravit, vetustate consumptum dirutum est, & corpus Martyris in novare conditum Ecclesiam, me adstante, levatum est. Igitur cum loci ipsius Cardinalis Reliquias in suo jure haberet, & ipse mihi familiaris existeret: os istud quod videtis, de sacro corpore sumptum mihi pro signo mutui amoris dedit. Finierat Præsul in istis. At ego earundem reliquiarum habendarum amore illectus, ut ex ipso osse mihi partem daret, deprecari Episcopum cœpi. Et ille: Accipe, inquit, & quantum inde primo conatu frangere poteris, tuum sit. Accipi, & en, extra quam superbam, in principio mei co-

PAGIUS cem cubitorum fuit, & latitudo & altitudo major stature hominis cubitorum quatuor; via vero inter ipsas congeries unius cubiti & semis. Ita dispositis, & quibusdam lignis in via interpositis, in quarta feria (die sc. XXV. mensis Martii) Presbyter indutus cilicio, camiso atque casula more Sacerdotis, ab Ecclesia S. Pauli usque ad Ecclesiam SS. martyrum Protasii & Gervasii, & beatissimi Ambrosii nudis pedibus Crucem portavit. Super quorum Sanctorum Altare, & ceteris Sacerdotibus deficientibus ipse sibi Missam cantavit ante examen ignis id observabatur, (& tamen Liprandus non habuit Sacerdotem, qui Missam caneret) Missa cantata Grosulanus quoque gerendo Crucem tandem Ecclesiam intravit, & pulpitem cum Arialdo de Meregnane & Berardo Judice Astensi (qui præcipui Grosulani sectatores erant) ascendit. Et facta silentio in populo, & Presbytero (nempe Liprando) stante nudis pedibus super lapidem marmoreum, qui in introitu chori continet Herculis simulachrum (de qua statua alias ad S. Ambrosium posita fusc & doctè differit Puricellus in Monum. Basilic. Ambros. numero CCXCVI.) idem Grosulanus ait ad populum:

IX. Attendite, quia in tribus verbis hunc hominem vincam, & ejus confusionem offendam, & ad Presbyterum inquit; Proposisti quod ego sum

natus una mihi particula in dextera manu remansit. Cumque de parvitate ipsius morem animi dissimulare nequirem, & ut semel adhuc frangere inde mihi liceret, magnopere gestirem: rupit desiderium meum Anselmus, & ait: Noli, noli, quod habes sufficiat tibi. In veritate, quippe dico tibi, quod pro toto auro, quod Constantinopoli & ultra citra habetur, non omitteret domina ipsa, cujus est, quin illud sibi vendicaret in die Resurrectionis cunctorum. Quam obrem si debitam illi reverentiam exhibueris, æque suscipiet, ac si toti corpori ejus exhiberes. Quod ego audiens acquievi, & quam decentius potui, ipsum ex hoc hucusque servavi. De quo osse post plures dies Petrus quidam monachus Clunacensis, vir suo tempore magnæ auctoritatis, qui Camerarius erat domini Papæ Urbani atque Paschalis, ad nos veniens, a me percunctatus est quid sentiret. At ille, ubi me referente accepit, qualiter id adeptus fuerim; vera omnino esse confessus est, quæ Episcopus inde dixerat, seque presentem fuisse asseruit, quando idem os a corpore Martyris sublatum, a Cardinali susceperat. Hæc de elevatione reliquiarum, & delatione earum in Gallias, ubi tunc adhuc erat cum S. Anselmo Edinero, expectans, ut inter ipsum atque Regem obortæ controversiæ sedarentur. Porro quod idem affirmat eundem Vvalonem Parisiensem Episcopum, sanctum esse munere Apostolicæ legationis; quænam ista fuerit, anno sequenti suo loco dicemus.

Quo pariter anno Paschalis Papa dispen-

simoniacus per manu: a manu, modo dic, cui dedi? Tunc Presbyter super populum Oculos aperuit, & ad tres illos, qui stabant in pulpito extendit dicens; Videte tres grandissimos diabolos, qui per ingenium & pecuniam suam putant me confundere. Et nomine diabolus ille, qui suavit illum feri simoniacum per pecuniam, suadere potest, ut adhuc majorem pecuniam daret, & veritatem occultaret, & telles, & iudices mundanos mihi auferret? Et nonne scitis, quia propter vitandam astutiam diaboli, & pravorum hominum, ego elegi Deum iudicem, qui neque per pecuniam, nec aliquo modo potest falli iudicio? Ad cuius iudicium, si vultis venire, paratus sum quod promisi facere. Et Grosulanus ad eum; Modo dic de qua simonia dicis? & Presbyter ad illum: Modo dic tu qua est bona, & aliquantulum Grosulanus subsluit & ait; Est simonia, qua simoniacum non deponit. Et Presbyter ait; Ego dico de illa, qua deponit Abbatem de Abbatia, Episcopum de Episcopatu, Archiepiscopum de Archiepiscopatu in quo est. Et cum his verbis satisfacisset omnibus, audivit populum clamantem; Exite foras ad iudicium, Exite foras ad iudicium. Et Presbyter in hoc multiplicato clamore licet senex, desuper lapide continente Herculis simulachrum proslavit, & una cum populo in campo, in quo erat lignorum congeries,

XIV.

Grosulanus conatur cum a proposito acvertere.

CHRISTI
1103.PASCHALIS II. PAP.
4.HENRICI III. IMP. 20.
ALEXII COMN. IMP. 23.

Dispensat in quarto gradu confanguinitatis cum Duce Polo.

XV.

spensavit super confanguinitatis impedimentum in matrimonio, quod contractum est inter Boleslaum Poloniæ Ducem, & filiam Russiæ Regis Sbilavam nomine, in quarto confanguinitatis gradu sibi conjunctam. Hæc Longinus, cæteris antiquitate sicut & veritate præstans. Hoc eodem anno Paschalis Papa dedisse reperitur privilegium nobili monasterio Rantino in Apulia, de quo etiam superius, quod a Northmannis extructum sub speciali cura Romanæ Ecclesiæ fuerat reservatum. In cujus sine hæc habentur de tem-

PAGIUS

venit; ibique cum ignis lignis accendebatur, Presbyter circumstantibus dixit: Vos præter me non cernitis Sacerdotem, qui mihi ignem benedicat (secundum morem in examine per ignem facto), sed cernitis chartam hanc, quam tenetis, in qua sancta verba & signa Sanctæ Crucis continentur. Et ego minister hæc verba & signa inferius dicam & faciam, & Deus, qui est Dominus meus, desuper ignem benedicat; audientes & bene intelligentes, Amen.

X. Liprandus per ignem il-lasus transit.

Atque cum in circuitu ignis hæc verba dixisset, & signa fecisset, & aquam benedictam & incensum super ignem, astante ibi Grosulano, aspersisset dubitabat de ordinando sacramento apud Grosulanum, & Arialdum de Meregnane, qui erat quasi potentissimus princeps Grosulani, & quasi procurator iudicii, & expectans Presbyterum per ignem in morte finire, vel per nimium terrorem ad Dominum suum Grosulanum converti. Ipse namque (sc. Grosulanus) Berardo Judice Astensi hæc legem non solum per mortem (sc. Liprandi opera ignis), sed per quamlibet ignitam lasuram in Presbytero factam condemnanti dixerat; Absit quod lasura (ideest, una sufficiat), sed ignem adeo magnificabo, quod procul oculos ignis de capite ejus eruet, & in ipso igne ardens ignis putrefcet. Attamen Presbyter cum vidisset eos de ordinando sacramento (sc. iurejurando) dubitare, dixit ad eos; Sinite me quod ego bene ordinabo, nec finiam sacramentum, donec dixerò tantum, quantum vobis satisfecerit. Et illico in consensu eorum apprehendit cappam Grosulani, ipsamque cassavit dicens; Iste Grosulanus, qui est sub ista cappa, & non de alio dico, est simoniacus de Archiepiscopatu Mediolani per munus a manu, per munus a lingua, per munus ab obsequio. Et cum illis videbatur sufficere, addidit; Et ego ad fiduciam malefeci, aut incantationis, vel carminis non intro hoc iudicium, sic Deus me adjuvet, & ista Sanctæ Evangelia in isto sancto iudicio. Facto hoc sacramento Grosulanus concorditer equum ascendit, & ad Ecclesiam S. Joannis, qua dicitur ad Contham, venit. Arialdus vero predictus de Meregnane, inquirens, & expectans pleni-

pore ipsius: Datum Laterani per manum Joannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis diaconi II. Kal. Jun. indict. XI. Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo tertio, Pontificatus quoque domini Paschalis Papæ Secundi anno quarto. Extat sigillum sub plumbo pendenti, in quo sunt effigies beatorum Pauli & Petri ab uno latere, ab alio nomen descriptum Paschalis Papæ II. in sigilli autem crepidine circumcirca verba ista: VERBO DOMINI CÆLI FIRMATI SUNT.

Se-

rudinem ignis, Presbyterum tenuit. Et tenendo manum suam lasam procul ab ipso calore ignis sensit; & tamen ad Presbyterum inquit; Presbyter Liprande, vide mortem tuam in igne, convertere ad Dominum meum Archiepiscopum, habita securitate vita tua: alioquin vade, & arde te cum Dei maledictione. Et Presbyter ad illum, Sarana retro vade. Illo retrocedente Presbyter prostratus a terra levavit, & signo Crucis sibi apposto ingens flamma ignis in meridiem & septentrionem se divisit; & via apparuit, quam Presbyter intravit, & transiens per ipsos carbonis ignis, cœu aranam calcaret, sensit; & dum per ipsam viam transibat, flamma post ipsum coibat. Et, ut ipse (sc. Liprandus) mihi (sc. Landulpho) dixit, & bene intellexi, donec in via hujus ignis fui, hæc orationem Deo protulit; Deus in nomine tuo saluum me fac; & in virtute tua libera me. Et dum verba proferebat hoc verbum, Ecce, se extra ignem vidit, nec in suis Sacerdotalibus vestibus lincis aut sericis, quibus erat indutus, sive in cilicio lesionem ullam sensit.

XI. Initio capitis II. idem Landulphus Junior apud Puricellum loco laudato ait: Tunc populus Grosulanus plene quasi ex uno ore laudem Deo, & huic nus Presbytero extra & infra civitatem contulit. Grosulanus vero intrepidus ideest, populum non relinquit, sedem Archiepiscopatus deseruit, & civitatem, qui aperte Communi civitatis conjuratum erat, quod neutri eorum (Grosulano & Liprando) nec alicui de parte illorum pro hac actione malum fieret, nisi quod Dominus sibi faceret. Sicut itaque Petrus igneus sedente Alexandro Papa II. transivit per rognum ardentem, quando Petrum Florentinæ civitatis Episcopum accusavit; ita Paschalis II. tempore Liprandus, qui Grosulanum Archiep. Mediolanensem accusarat, per flammam transivit illatus. Cum vero Grosulanus Mediolanum reliquisset, capitulum Canonicorum Ecclesiæ Metropolitanæ regiminis spiritualis possessionem adiit, quasi vere Sedes vacaret, & per annos duos, ut infra videbimus, administravit.

JESU CHRISTI ANNUS 1104.

PASCHALIS II. PAP. ANNUS 5.

HENRICI III. IMP. 21. ALEXII COMNENI IMP. 24.

I. Legatio a Pasch. PP. missa in Poloniam.

Equitur annus millesimus centesimus quartus, Indictione duodecima, quo Paschalis Papa bene usus occasione praesentiae Wallonis Bellovacensis Episcopi, qui in Gallia haud quietam sedem haberet ob persecutione Regis Francorum, de quibus suo loco dictum est superius: decernit eum Legatum a latere ad visitandam Poloniam Ecclesiam, corrigendamque ea, quae correctione digna videri possent. De qua legatione apud Longinum sub hoc anno haec scripta leguntur: Summi Pontificis Paschalis Secundi Nuntius cum potestate Legati de Latere Gualdo, alias Walo, Episcopus Bellovacensis in Poloniam, Boleslao de Moravia expeditione redeunte, venit. Qui a Boleslao comiter exceptus, Polonica visitata, prout a summo Pontifice jussus erat, Ecclesia, rigore justitiae in sceleratos, Boleslao Ducis illum animante acienteque assistentia, duos provinciae Gnesnensis Episcopos, culpa exigente, damnavit, & suis per sententiam depositionis privavit sedibus. Qui tamen hi fuerint, & quarum Ecclesiarum Episcopi, vario, & diligenti in quibuslibet Annalibus scrutinio facto, legisse me non memini. Reor tamen ex conjectura evidenti, quod unus depositorum Episcoporum fuit Ezyaslus, qui Cracoviensem Episcopatum nulla summi Pontificis auctoritate, sed sola Ducis Poloniae donatione detinebat. Editus est a Ducissa Sbiylava consorte Boleslao Ducis Po-

PAGIUS SÆC. XII. Anno Erae Hisp. MCXLIH. Anno Hegiræ CCCC. XCVIII. inchoato die 23. Septemb. fer. 6. A.C. 1104.

AD num. I. Legatio Galonis Episcopi Bellovacensis Electi, & quidem anno millesimo centesimo, quam Baronius hoc anno collocat, revocanda ad annum MCII. anno enim MCIII. Romam rediit, Legationis suae rationem Paschali II. redditurus. Quantum laboraverit Ivo Carnotensis, ut Galo vir doctus & pius Episcopatus Bellovacensis possessionem adire posset, pluribus narrat Baronius anno MCI. & seqq. Quare hic tantum Legatio ejus Polonica, ad corrigenda, qua correctione digna videbantur Decreta, suo anno reddenda. Profecto ea ad praesentem annum pertinere non potest; cum tunc Galo e Polonia Romam reversus sit, & eodem hoc anno Episcopus Parisiensis electus. Baronius enim num. III. & seq. refert Epistolam Ivonis ad Pa-

loniam in anni hujus sine infans egregius, quem praefatus Gualdo Episcopus Bellovacensis cum aliis Polonorum Episcopis in Cracoviensi Ecclesia de sacro fonte levavit, qui patre jubente, avitum nomen, Vladislavus accepit. Haec ipse. Porro quod idem Vvalo modo Bellovacensem, modo (ut anno superiori) Parisiensem invenisti appellatum Episcopum, nequaquam diversum putes ob diversos Episcopatus; immo ex iisdem notis unum eundemque fuisse certo intelligas ex epistolis Ivonis, de quibus supra, Carnotensis Episcopi, quibus liquet hunc primo Bellovacensem consecratum Episcopum, inde persecutione Regis translatum in Parisiensem Episcopatum. Extant enim plures litterae (a) ad eum, postquam pacifice sedit Parisiensis Episcopus, quod & contigit praesenti anno, cum in Gallias rediit, ut proxime dicturi sumus.

Hoc eodem anno decernitur alia legatio Albanensi Episcopo Cardinali in Gallias, ad impediendam absolutionem ab excommunicatione Philippo Francorum Regi, quam per Legatos poenitens petiisset. Ad quem quidem Legatum admonendum Ivo Carnotensis Episcopus has litteras praemisit: (b) Richardo Dei gratia Albanensi Episcopo & sanctae sedis Apostolicae Vicario, Ivo humilis Carnotensis minister salutem & obsequium.

(a) Ivo ep. 193. 220. 245.

II. Legatio pro absolutione Philippi Regis missa in Gallias. (b) Idem ep. 166.

Si.

schalem Papam, qua novo ordine est. CXLIV. qua ei significat tertio Kalend. Augusti Episcopos convenisse ad Balgenciacum, eique suggerit, ut Dominum Galonem Coepiscopum nostrum, de Bellovacensi Episcopatu, quem propter sacramentum Domini Ludovici habere non potest, per manus Senonensis Archiepiscopi transferri jubentis in Parisiensem Episcopatum, quem ei gratanter & devote concedunt pro vestro amore Rex & Regis filius, scilicet Ludovicus, qui cum patre regnabat. Galonem antea consecratum esse Episcopum Bellovacensem, testatur idem Ivo Epist. CXLV. & CXLVI. juxta novum ordinem. Ineunte vero mense Decembri currentis anni jam translatum fuisse ad Episcopatum Parisiensem, mox certo patebit. Errarunt itaque, qui ejus Episcopatum Parisiensem in annum sequentem distulere.

A num. II. ad V. Blondellus in Diatriba de Formula Regnante Christo, paragrafo X. & ex eo San-Marthani in Genealogia Franciae lib. XII. cap. V. existimant, Philippum Francorum Regem anno MCII. excommunicatione solum fuisse, innixi Epistola Ivonis ad Richardum Sedis Apostolicae Vicarium, qua novo ordine est CXLII. in qua Ivo vocatus ad Concilium Trecentum ubi Philippus Rex absolutionem ab excommunicatione impetrare debebat, ait: Ad Concilium denominatum gratanter ire desidero, sed contra voluntatem Regis, cujus odium jam PER DECENNIVM tolero, qua

II. Philippus Francorum Rex absolutione excommunicatione.

Ivonis epist. ad legat.

Sicut de excommunicatione Regis graviter doluimus propter Christianam religionem detrimentum; ita de absolutione ejus, si ad honorem Dei, & sanctae Sedis Apostolicae fieri possit, granditer gauderemus propter ejusdem sanctae religionis incrementum; Ut autem secus fiat, quam sollicitudini vestra a domno Papa commissum est, consulere non audemus, quia de rerum exitu, sicut vos, ita & nos incerti sumus. Si autem divina gratia cor ejus humiliaverit ad poenitentiam, consilium nobis videtur, ut eorum positum quamplurimis Episcopis, publice eum & solemniter absolvatis: quatenus sicut longe lateque patuit ejus aversio; ita multorum religiosorum testimonio publicetur circumquaque ejus optanda reversio. In qua re satagendum erit diligentia vestra, quatenus, qui pro amore justitiae & obedientia Sedis Apostolicae perdidit ejus amicitiam, in reconciliatione ejus redintegrentur ad gratiam. Consultum autem famae vestrae melius credidissim, si alibi quam Senonis ista fieret absolutio, ubi cuique liceret libere dicere quod sentiret. De cetero ad Concilium denominatum gratanter ire desidero, sed contra voluntatem

PAGIUS

qua via, quo conductu, vel circuitu, Treceas venire valeam, non invenio. Patavit enim Blondellus anno MXCII. Ivonem e gratia ejusdem Regis excidisse. Verum praeterquamquod id anno MXCI. contigit, ut ibidem demonstravimus, Ivo annos illos decem repetit ab anno MXCIV. quo Rex magis in eum exarsit, ut eo anno ostendimus. Quare Baronius hanc absolutionem accurate cum praesenti anno illigat, licet falso fretus principio, quod scilicet Ivo anno tantum MXCIV. in Philippo Regis odium incidere coeperit. Sed Baronius, Blondellique tempore documenta, quae nunc habemus, adhuc in tenebris latebant.

III. Convenit ea de re Balgenciaci habitus.

Currenti itaque anno Richardus Albanensis Episcopus Paschalis II. Papae legatus, ad faciendam Regis absolutionem in Franciam missus, cfflagitatu Ivonis, qui alibi quam Senonis eam fieri desiderabat, nec Treceas ire audebat, Balgenciaci (quod lambit Liger oppidum decimo ab Aurelia milliario distans, Conventibus Episcoporum & Principum aliis temporibus nobile) die XXX. Julii Concilium congregavit, in quos Rex & Bertrada carnalem copulam, imo mutuam colloquutionem abjurare usque ad Papae dispensationem, paratos esse se protestantur. Sed re infecta Concilium (Rege se male esse tractatum clamitante) solum est. Rex per se & per Ivonem ac Coepiscopos dispensationem probantes, ad Paschalis Papae aures pulsant, causamque suam temperatim rogat, ut videre est in laudata Ivonis Epistola a Baronio relata.

IV. Littera Paschalis II. de absolutione Episcopi Galliae data.

Post haec Paschalis Papa scripsit Archiepiscopis & Episcopis per Remensem, Senonensem, ac Turonensem provincias constitutis, & de causa Philippi Regis & Bertradae illis haec significavit: Quam nimirum causam fratri nostro Richardo Albanensi Episcopo reminiscimini a nobis fuisse commissam. Si ergo idem frater Francia jam sinegressus est, nos eandem causam, as-

CHRISTI 1104.

PASCHALIS II. PAP. 5.

HENRICI III. IMP. 21. ALEXII COMN. IMP. 24.

tem Regis, cujus odium jam per decennium tolero, qua via, quo conductu, vel circuitu Treceas venire valeam, non invenio. Si ergo vel per ipsum Regem, vel per Comitissam aliquam mihi securitatem impetrare potestis, obnixè rogo, ut id facere studeatis. Haec ad Legatum Ivo, qui dum numerat annos decem ab eo tempore, quo Rex in eum infensus est ob pellicem subintroductam, plane hoc eum anno hanc scripsisse epistolam asseverabis. At quenam exitum ista habuerint, accipere ex epistola ejusdem Ivonis ad Paschalem Papam tunc data: (a)

Paschali summo Pontifici, Ivo humilis Carnotensis Ecclesiae minister cum debita obedientia fidelium orationum obsequium. Notum facimus paternitati vestrae, quod tertio Kalend. Augusti plures Episcopi tam Rbemensis, quam Senonensis provinciae, invitati a domno Richardo Albanensi Episcopo Legato vestro, convenimus in quoddam municipium Aurelianensis Episcopatus, nomine Balgenciacum, ad faciendam absolutionem Regis secundum tenorem litterarum, quas super hac re miserat moderatio vestra. Convenit etiam Rex & lateralis sua, & secundum praecipuum verbum

(a) Id. ep. 169. III. Absolutio Regis non secuta.

pirante domino, una vobiscum peragendam venerabili fratri LAMBERTO Attrebatensi Episcopo committimus. Convenientibus itaque vobis in unum, si communis filius Francorum Rex, & illa ejus lateralis, tactis Sacrosanctis Evangeliiis omnis carnalis copula consuetudinem abjuraverint, mutuum quoque colloquium & contubernium nisi sub testimonio personarum minime suspectarum, nunquam videlicet ad idem flagitium redituri, sicut quorundam vestrum litteris significatum est, satisfactionem eorum vice nostra vobiscum Attrebatensis Episcopus suscipiat, & a vinculo excommunicationis absolvat, quatenus largiente domino & filium Ecclesiae, & Regem sibi Francia reconciliatum Episcopali ministerio gratuletur. Datum Laterani per manum Joannis III. Nonas Octobris.

Juramentum Philippi Regis Francorum.

Audias tu, LAMBERTE Attrebatensis Episcopo, qui hic Apostolica vice fungeris. Audiant Juramentum Philippi Regis Francorum peccatum & consuetudinem carnalis & illicita copula, quam habebat cum Bertrada exercui, ulterius non exercebo, sed peccatum istud & flagitium, penitus & sine omni retractatione abjuro. Cum eadem quoque sumina mutuum colloquium & contubernium, nisi sub testimonio personarum minime suspectarum, non habebis; haec omnia sicut littera Papa dicunt, & vos intelligitis, sine omni malo ingenio observabo. Sic me Deus adjuvet, & hac Sacro sancta Jesu Christi Evangelia. Similiter & Bertrada cum excommunicationis vinculo solveretur, tactis Sacra-Sanctis evangeliiis in persona sua hoc idem juravit sacramentum. Actum Parisius in praesentia domini Daimberti Senonensis, & Radulphi Turonensis Archiepiscoporum; domini quoque Ivonis Carnotensis Episcopi, Humbaldi Antisiodorensis Episcopi. Joannis Au-

V. Juramentum Philippi Regis & Bertradae.

CHRISTI
1104.

PASCHALIS II. PAP.
5.

HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.

frum, tactis sacrosanctis Ewangelis, parati fuerunt abjurare absolute omnem carnalis copulae consuetudinem, insuper & mutua collocutionem nisi sub testimonio personarum minime suspectarum, usque ad vestram dispensationem. Sed quia in litteris vestris continebatur, ut in hac absolute consilium prudentium sibi adhiberet dominus Albanensis Episcopus, totum onus consilii voluit pendere ex arbitrio pontificum. Episcopi vero nescimus quid conicientes, semper replicabant, se debere esse hujus consilii comites & non duces. Quamvis quibusdam nostrum videretur, quod predicta absolutio ita posset, sicut praxata est, honeste fieri, & propter quorundam similitates non satis rationabiliter impediri. Cum itaque ita res indefinita remanserit in medio; Rex clamitans se male esse tractatum, tamen per se & per nos adhuc pulsatis ad aures paternitatis vestrae, ut secundum moderationem litterarum vestrarum, & verba, quae domino Galoni Coepiscopo nostro injunxistis, causam ejus temperetis, ne contingat de eo illud Salomonis: (a) Qui multum e-

(a) Prov. 30.

PAGIUS *relianensis Episc. Gualonis Parisiensis Episc. & trium aliorum Episcoporum ibidem nominatorum, ac trium Abbatum etiam designatorum, Archidiaconorum etiam quamplurium; & honorabilium Clericorum, & laicorum non parva multitudine inibi consistentium. Taliter itaque ex Apostolica Sedis Auctoritate reincorporatus est Philippus Rex Francorum Sancta Catholica Ecclesia matri sua IV. Nonas Decemb. Indit. XIII. Anno autem Dei Christi MCIV. Pontificante vero in Sede Romana Domino Paschali Papa II. anno sexto. Hæc Dacherius Tom. III. Spicilegii ex MS. Corbejensi, & ex eo Labbeus Tom. X. Concil. pag. 658. & seq. Porro Richardum S. Sedis Legatum ante diem secundum mensis Decembris Galliam reliquisse demonstrat absolutio Regis a Lamberto Episc. peracta, quam ei Paschalis II. commiserat, si Richardus jam e Gallia exiisset. [1]*

VI. In Concilio Parisiensi factum.

Acta hæc esse hoc anno in Concilio Parisiensi IV. Nonas Decemb. docet aliud MS. Igniacense, quod ex Sirmondo exhibet Labbeus ibid. pag. 742. sed is animum non advertens ad errorem Anonymi, qui pro MCIV. scripsit MCV. Concilium illud in annum illum differt, quamvis in eo Codice alia non narrentur, quam quæ hoc anno gesta, & quidem eodem die ac mense. Refert iste Anonymus literas Philippi Regis ad Lambertum Attrebatensem Episc. cui mandat, & precatur, quatenus in crastino festivitatis Sancti Andrea ad hoc negotium præcipue tibi commissum adsis cum Archiepiscopis & Episcopis nostris, qui ibi aderunt, tum ex precepto Papa, tum ex fide, quam mihi debes, communitus. Paruit

NOTÆ

[1] Licet negari haud potest Richardum hoc anno die 2. decembris e Gallis jam excessisse, eo tamen iterum rediisse constat, non cum Paschali tantummodo, cujus bullæ pro monasterio Calmosiacensi in Diocesi Tullensi Anecd. t. III. col. 1182. data: Lingonis 6. K. martii Ind. 16. (male pro 15.) anno 1106. (more Pisano pro 1107.) subscribit. Sed & eodem anno Kal. Octobris jure legati ecclesiam S. Stephani ejusdem monasterii consecravit, ut ex Historia de primordiis ejusdem monasterii *ibid.* col. 1186. discimus. Porro legatum relictum fuisse a Paschali cum e Gallis in Italiam regrederetur *ibid.* legitur. MANSI

mungit, elicit sanguinem. Dispensationis autem modus nulli unquam sapientum displicuit. Unde beatus Cyrillus ad Gemadum presbyterum: Sicut enim qui mare navigant, tempestate urgente, navique periclitante, quadam exonerant, ut cætera salva permaneant; ita & nos cum non habemus salvandorum omnium negotiorum certitudinem, despiciamus ex eis quadam, ne cunctorum patiamur dispendia. Et quia hæc suggerendo dicimus, non docendo; nostræ suggestionis summa est, ut imbecillitati hominis amodo, quantumcum saluti ejus potestis, condescendatis, & terram, quæ ejus anathemate periclitatur, ab hoc periculo eruatis.

De cætero sanctæ paternitati vestrae supplicando suggerimus, ut domnum Galonem Coepiscopum nostrum de Belluacensi Episcopatu, quem per sacramentum domni Ludovici habere non potest, per manum Senonensis Archiepiscopi transferri jubetis in Parisiensem Episcopatum, quem ei gratanter & devote concedunt pro vestro amore Rex & Regis filius. Hæc Ivo. Porro Regis absolutionem solemniter

IV. De translatione Walonis episc.

Parisis facta absolutio regis.

Regi Lambertus, ut vidimus, & quod factum fuit, Paschali II. literis significavit ibidem recitatus, quarum initium: *Convenienter Parisiis ex vestra Auctoritate Archiepiscopi, & Episcopi a priori Anonymo nominati, quemadmodum & Abbatibus. Subdit Lambertus: Advenit Rex satis devotus, multumque humiliter, nudis pedibus, peccato renuncians, & excommunicationem emendans, & sic ex vestra auctoritate absolutionem suscipere meruit.* Postea juramentum integrum supra a nobis descriptum refert, Epistolamque his verbis concludit: *Actum Parisius anno Dei Christi MCIV. IV. Nonas Decemb. anno Pontificatus Paschalis Papa II. quinto.* Ubi Anonymus, tam in anno Christi, quam in anno Pontificatus Paschalis II. peccat. Nam eum rem hoc anno gestam, eandemque quam alter Anonymus narrare, certum & indubitatum esse debet, idæ que in altera Conciliorum editione error iste corrigendus erit.

Blondellus citatus contendit, matrimonium Philippi Regis cum Bertrada validum fuisse, & Paschalem II. postulatam ab Ivone, & aliis Gallia Episcopis dispensationem, ut illud contrahi posset, largitum esse. Verum non solum Juramentum mox recitatum; sed etiam consensus & testimonium Historicorum coævorum, aliorumque huic temporis proximorum opinionem illam plane evertunt. Referam hic tantum verba Sugerii in lib. de Vita Ludovici Grossi, Philippi Regis filii ac successoris, qui de eo capit. I. scribit: *Famosus juvenis unicuique patri erat de nobilissima conjugè Roberti Flandrensis Comitissæ sorore. Qui enim duo supererant*

VII. Fili Philippi Regis ex Bertrada spurri fuerit.

CHRISTI
1104.

PASCHALIS II. PAP.
5.

HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.

ter factam Parisiis esse, habetur in fragmentis Francorum historiae, una cum Glabro, atque aliis auctoribus nuper editis.

V. Quod autem audisti in superiori Ivonis epistola, indictum fuisse per Richardum S. R. E. Cardinalem Legatum Trecenti Concilium, ad idemque ipsum Ivonem vocatum esse: certum est illud tunc frequenti Episcoporum numero celebratum fuisse. Insuper ad evitandam de Trecenti Concilio omnem, quæ posset oriri, de tempore dubitationem, præmonendum putamus, sub eodem Paschali Papa duo eademque celeberrima Trecenti in Gallia fuisse celebrata Concilia, alterum per Richardum Cardinalem Legatum hoc anno, alterum tertio abhinc anno pro ipsum Paschalem Pontificem, cui idem ipse qui vocavit, interfuit: de quo suo loco dicturi sumus.

VI. Concil. Trecent. sub legato apost.

Quod igitur ad præsentis anni Trecenti Concilium per Richardum Legatum actitatum pertinet, de eo apud eundem Ivonem mentio habetur in epistola ad Paschalem Papam data, in qua causam Silvanectensis Episcopi in eo tractatam esse testatur his verbis: (a) Novimus enim præteritis annis, cum dominus Richardus Albanensis Episcopus Apostolica legatione fungeretur, quia Trecenti ab eodem Legato Concilium celebratum est, in quo a malevolis & amulsi personis crimen venditionis sacrarum ordinum eidem Episcopo obiectum est, sed propter insufficientiam accusantium personarum, consentientibus in hoc Episcopis, minime probatum est. Sed predictus Episcopus tanti criminis insaniam cupiens evitare, ad arbitrium Legati vestri (sicut testantur qui afferunt) spontaneus de obiecto crimine se purgavit, & innocentiam suam iurejurando comprobavit. *Ann. Eccl. Tom. XVIII.*

PAGIUS *vant PHILIPPUS & FLORUS, de superdulta Andegavensi Comitissa Bertrada geniti erant, nec illorum apreciabatur successionem, si uni eum primum decedere quocumque infortunio contingeret. Paschalem vero dispensationem ratione asinitatis Bertradae cum Rege ab Ivone & aliis quibusdam Episcopis petitam concedere noluisse, ex laudatis ejus verbis certo intelligimus. Quare San-Marthani citati filios & filias, quas Philippus Rex ex Bertrada suscepit, nothos fuisse recte censuere. Blondellus tamen in laudata Diatriba pluribus testimoniis invicte refellit errorem eorum, qui scribere Philippi Regis annos, dum excommunicationis vinculis teneretur, formula Regnante Christo notatos fuisse, demonstratque eam ante & post Constantinum M. usurpatam.*

VIII. Concilium Trecenti.

A num. V. ad VII. Ante Concilium Parisiense aliud Trecenti habitum fuerat, cujus meminit Chronographus Sancti Petri Vivi Senonensis: *Anno MCIV. tenuit Concilium apud Trecenti Richardus Albania Episcopus, V. Kal. April. Sed loco MCIV. legendum, MCIV. & loco V. Kal. April. legendum V. Non. April.*

&c. Quibus annuit, cum citat testes Episcopos, qui Synodo interfuerunt, se non interfuisse, qui se jam ante excusaverat, eidem interesse non posse. Posteriori autem Conc. Trecenti ipsum præsto fuisse, suo loco dicturi sumus.

VII. In hoc eodem Concilio sub Legato Richardo celebrato, creatum fuisse Godefredum virum sanctitate conspicuum Episcopum Ambianensem, qui res ab eo præclare gestas quas vidit, vel ab his qui viderunt, accepit, & quam exacte atque fideliter conscripsit, narrat his verbis Nicolaus monachus Sueffionensis: (b) *Eodem tempore, quo electio facta est, Richardus Cardinalis & Apostolica Sedis Legatus apud Trecenti celeberrimum habuit conventum Episcoporum, Abbatum, & Galliarum procerum. Eo igitur se Ambianorum Legati conferunt, suo proponunt se pastore orbatos, unanimiter a Clero & populo electum asserunt Godefredum, Rege quoque assentiente. Tum vero omnes, qui in eo conventu Godefredum noverant, Christum summopere collaudarunt. Sed ille interim fugam meditabatur (aderat enim ibi ut Abbas cum cæteris). At vero interceptus, jacente Cardinali & Episcopis in medium eorum adducitur, cunctis acclamantibus, dignum cum fore Ecclesie ministrum, strenuum dispensatorem, beatam futurum populum, qui talem sit pastorem habiturus. Ajunt enim Rex tunc omnes, Te Deum laudamus, cantasse &c. Hæc de electione ejus in Concilio illo Trecenti confirmata. Porro res sane admirandas ab eo gestas a tempore, quo puer ingressus est monasterium, & postquam creatus est Abbas, & in Episcopatus functione, idem auctor est pluribus profecutus. Confligendum illi fuit primum adversus clericos concubinarios, a quibus persequ-*

VII.

(b) Vit. Godefrid. l. 1. c. 30. apud Sur. rom. 6. dis. 8. Novemb.



ut docet Privilegium Molimense a Labbeo loco laudato recitatum, quod in eodem Concilio emissum fuit. Mentio etiam hujus Trecenti Concilii in Vita S. Godefridi Episcopi Ambianensis a Nicolao Monacho Sueffionensi, hujus æqualis scripta, quæ extat apud Surium ad diem VIII. mensis Novemb. fuit Godefridus in celebri monasterio S. Quintini in Veromanduis educatus, quinquenniisque induit habitum monasticum, ac postea a multis Episcopis Abbas Novigenti designatus. Aliquot post annos Richardus Apostolicæ Sedis Legatus, *Apud Trecenti celeberrimum habuit Conventum Episcoporum, Abbatum, & Galliarum procerum, qui effecere, ut electioni de se factæ in Episcopum Ambianensem assenti retur, qua in dignitate sanctitatis & pudicitia custos adeo præclarus & studiosus ubique extitit, ut infames clericos, vel impuro matrimonio copulatos, non solum a suo consortio; sed etiam a chori ingressu constanter arceret;* inquit Nicolaus citatus. S. itaque Godefridus hoc anno Episcopus Ambianensis renunciatus. Neque enim Concilium Trecenti in annum sequentem, quo in Chron-

nica

CHRISTI
1104.

PASCHALIS II. PAP.
5.

HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.

tionem passus, venenum ab eis præparatum, divino Spiritu monitus, evitavit. Certandum quoque fuit adversus impostores, quorum occasione Romam ad Paschalem Pont. venire coactus est. Quid autem tunc acciderit, suo loco dicturi sumus.

VIII. Dum adhuc in Gallia idem Richardus Episcopus Albanensis Sedis Apostolicæ Legatus moraretur, conigit ab eo suscipi accusationem adversus Clerum Carnotensem labis simoniacæ impetitus: ad quorum defensionem tunc eorum Episcopus Ivo istam ad eumdem Legatum scripsit epistolam, (a) respondens ad ejus litteras paulo amarulentius:

(a) Ivo ep. 94.

Richardo Dei gratia Albanensi Episcopo & sanctæ Ecclesiæ Romanæ Legato, Ivo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister bene valere, & non omni spiritui credere.

IX. Legatus Apoll. in clericos Carnot. cum agit Ivo ad eum scribit.

(b) Prov. 26.
(c) Psal. 140.

Sciens quia meliora sunt vulnera (b) diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis, & illud Psalmographi: (c) Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: caustica verba vestra, quantum pertinet ad simplicitatem intentionis vestra, æquanimiter accepi; sed dupliciter salforum fratrum, qui quasi quibusdam latrociniis noctis, falsa pro vestris sollicitudini vestra suggerunt, graviter animadverti. Quorum falsitas cito patebit, cum luce veritatis cito reverberabitur, & in lucem prodire non audebit. Horum sunt quidam, qui infamiam suam non aliter se posse velare arbitrantur, nisi famam bonorum ledere, & vasa sincera incrustare moliantur, qui alia de causa simoniam non reprehendunt, nisi quod simoniaci esse non possunt, cum alii aliquid in Ecclesiâ assequuntur, quod

isti præpedientibus quibusdam incurfionibus assequi non merentur. Quod si oculos mentis in se reflecterent, præter simoniam multa in se tam facinora, quam flagitia merito reprehenderent, ut patenter eis dici possit illud Apostoli: (d) In quo alterum judicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis quæ judicas. Nec ista dico, quod conscientiam meam tali sceleris contaminatam intelligam; sed miror, cur hoc solum vel in sola Carnotensi Ecclesiâ reprehenditur, cum & hoc & multa alia æque damnabilia in omni pene Gallicana Ecclesiâ dominantur. Quod autem vobis suggestum est, simoniacam hæresim, me permittente, in Ecclesiâ Carnotensi publice dominari, omnino veritate caret: quia hoc malum ab initio clericatus mei semper exhorruimus, & postquam ad Episcopatum veni, quantum, Deo donante, prævalui, in superficie refecavi. Quod manifestum foret, si pace confratrum & Coepiscoporum nostrorum fieri posset, in quorum Ecclesiis multa mala consuetudines adhuc caput erigunt, quæ temporibus nostri sacerdotii, Deo auxiliante, in Ecclesiâ Carnotensi sopitæ sunt.

(d) Rom. 2.

Si qua autem adhuc sunt, quæ pro consuetudine antiqua publice exigant Decanus & Cantor, & alii ministri ab his, qui Canonici sunt, me contradicente & persequente: Romanæ Ecclesiæ consuetudine se defendunt, in qua dicunt Cubiculariis & ministros sacri Palatii multa exigere a consecratis Episcopis, vel Abbatibus, quæ oblationis vel benedictionis nomine palliantur, cum nec calamus, nec charta gratis, ut ajunt, habetur: & hoc quasi lapide conterunt frontem meam, cum non habeam quid respondeam, nisi E-

X. Quantum possit exemplum Roman. eccl.

PAGIUS nico S. Petri Vivi collocatur, differri potest cum, ut paulo ante diximus Richardus Legatus S. Sedis, qui eidem præfuit, ante diem secundum mensis Decembris currentis anni Francia fines egressus fuerit. Celebratum autem fu-

isse hoc anno V. & IV. Nonas Aprilis indict. XII. tam Privilegium Molisimense laudatum, quam aliud Ecclesiæ S. Petri Trecentis in eodem confirmatum & Tom. X. Concil. recitatum extra omnem controversiam ponunt. [r] Ad

NOTE [1] Concilium Trevis hoc anno habitum a Richardo Albanensi sedis apostolicæ legato, non est quod ambigamus; sed & aliud Trecentis concilium addendum est ab hoc diversum, quod circa hos annos indixit Hugo archiepiscopus Lugdunensis, & sedis apostolicæ per Gallias legatus. Concilium hujus nuda & sola mentio superest in epistola ejusdem Hugonis ad Daimbertum Senonensem archiepiscopum, quem invitat ut in Concilio, ait, quod secunda post octavas Pentecostes feria adjuvante Domino Trecentis celebraturi sumus, de causa quæ inter eundem Senonensem & Abbatem S. Petri vivi cognosceretur. Extat epistola hæc in Baluzii Miscell. to. VI. pag. 429. Diversum autem esse dixi concilium istud a Trecentis anni 1104. quia postremum hoc mense Aprilis & a Richardo Albanensi celebratum, nostrum vero Hugo Lugdunensis post octavam Pentecoste indixerit; ex quo etiam colligitur aliam pariter ab hac nostra Synodo fuisse Trecentis, quam ipse per se Paschalis Papa circa Ascensionem anno 1107. tenuit. Igitur non satis huc usque in Collectionibus distincta hujus temporis Trecentis concilia sedulo deinceps distingui oportet, aliud anno incerto, sed utique post exitum anni 1103. quo abbas S. P. Vivi Senonensis privilegium pro monasterio suo a pontifice obtinuit, cuius in eadem Hugonis epistola fit mentio verbis illis: ne domini papa indignationem incurrat a cujus liberalitate privilegium idem abbas nuperrime acceperat. Vide Mabillon. in Annal. O. S. B. ad hunc annum num. 78. Si nuperrime, igitur vel annus 1104. vel 1105. tunc agebatur; facile tamen 1105. quo unius per Gallias legatus Hugo Lugdunensis relictus erat. Alterum vero concilium spectat ad annum 1104. quod Richardus legatus, Aprilis mense agit; tertium denique a Paschali pontifice circa Ascensionem Domini anno 1107. celebratum. MANSI

CHRISTI
1104.

PASCHALIS II. PAP.
5.

HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.

(a) Mat. 23.

vangelicum illud: (a) Quod dicunt, servate & facite: sed si id faciunt, secundum opera eorum nolite facere. Si autem hanc pestem radicibus evellere non valeo, non tantum invaliditudini meæ hoc imputandum est, quia ad hoc ab origine nascentis Ecclesiæ Romana Ecclesiæ laboravit, nec a gremio etiam suo tales quærentes penitus prævaluit eliminare: nec in diebus malis regnare desinet cupit, donec finito mundi termino, præcatum regnum accipiat cbaritas. Interim autem (ut verbis Augustini (b) utar) quantumlibet vigilet disciplina, domus mea homo sum, & inter homines vivo: nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quam Arca Noe, ubi inter homines septem reprobos unus derisor patris inventus est: aut melior, quam domus Abrahæ, ubi dictum est: Ecce ancillam & filium ejus: aut melior sit, quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habuit. Et ut ad Christiana tempora veniam, semper patitur Christus in membris suis Judam proditorem*... Ecclesiæ Nicolaum fornicationis laudatorem, Simonem lucrorum sacrilegum sectatorem. Et, ut universalius dicam, semper abundabit palea, donec ventiletur area. Si qua tamen talia in auribus vestris judicario ordine publicantur, si certis documentis approbantur, conservato quidem legum tramite, multa præterire non patimur. Incerta autem æterni judicis tribunalibus judicanda reservamus &c. Quod autem nullas alias ab eo de eadem causa datas litteras volumen epistolarum ejus habeat, sicut de aliis: par est credere, Legatum litteris Ivonis reverberatum quiescisse. Optaret quisque bonus his caruisse semper Rom. Ecclesiæ, quæ quantumlibet honestis titulis decorentur, tam quia secundum Apostolum: (c) Omnia mihi licent, sed non omnia edificant. Atque illud: (d) Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Expediret in nominibus (quantum possibile esset) consulere scandalo pusillorum, atque libera fronte dicere Episcopum illud Apostoli: (e) Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Quæ sæpe ministrorum aviditate penes occasionem quærentes periclitatur; fitque ut domus illa, quæ est repleta boni odoris unguento ex diversorum sancti Spiritus charismatum donis, ob hujusmodi muscas (f) morientes, quæ perdunt odorem, unguenti, male malis oleat in ipsorum perditionem. At de his hætenus.

(b) Aug. ep. 137.

* Antiochena.

† nostris.

(c) 1. Cor. 10.
(d) Ibid. 8.

(e) Ibid. 9.

(f) Eccl. 30.

XI.

(g) Ivo ep. 75.

Sed qui laboravit pro defensione suorum, coactus est paulo post ad eumdem Paschalem Papam apologeticam (g) pro se epistolam scribere, cum accusatus esset apud eundem Pontificem per clericos Ann. Eccl. Tom. XVIII.

quos ipse damnasset, quod partem ejusdem Præposituræ a clericis abstulisset. Quamobrem ubi suam patefecit innocentiam, eamque comprobatione ejusdem Richardi Albanensis Episcopi Legati Apostolicæ Sedis multo magis perspicuam reddidit, ita lamentando perorat: De cætero senectutem meam propter superflam & impunitam appellationum licentiam vexari non permittatis. Dum enim premit nos a prælata potestate illata adversitas, regendi in nobis debilitatur auctoritas: cum Ecclesiasticam in eos non audeamus exercere disciplinam, qui eam adversum nos appellant, non confidentia justitia, sed prolatione sententiæ. Quod si juvenili vigore possemus adhuc peditare per ruinosas Alpium vias, equitare per præcipites præterfluentium torrentium undas, & præcedere aut subsequi ad Apostolicam Sedem delatores nostros: proculdubio refrenaret se murmurantium lingua, quæ parum adhuc novit, quid distet inter serenitatem cbaritatis, & caliginem cupiditatis.

Apud Paschal. Papam accusatus Ivo Apologiam scribit.

XII.

Si ergo aliquod temperamentum adversus hæc incommoda non procuraveritis, & inveteratis dierum malorum & indisciplinatis juvenibus, qui vix sunt digni habere quæ habent, nedum ambire quæ non habent, vexandum me exposueritis: unum restat mihi tutum, & totum consilium, assumptis pennis columbe a molestis inutilibus avolare & in solitudine requiescere, ubi expectem eum qui salvum me faciat a pusillanimitate mentis & inquietudine: cum ante Episcopatum, & in Episcopatu semper voluntas mea fuerit magis in loco humili salvari, quam in alto periclitari; & in domo Dei magis abjectum esse, quam illis præfisse, quibus non possem prodesse. Sed qui tantæ sublimitatis aures ad fastidium verbis volumus onerare, si qua minus de necessariis dicta sunt, isti fratres supplebunt, & si opus fuerit, probabunt. Vale.

Vetus querela Episcoporum in Romanam Ecclesiâ, de appellationibus per clericos incorrigibiles ingeri solitis, ut evitent, vel saltem differant, quam juste merentur subire sententiam: de qua abunde satis S. Bernardus ad Eugenium Papam scripsit. Cui malo cum plura sint adhibita per Pontificia decreta remedia; tamen quod aditus iste non potest nec debet ita occludi malis, ut non pateat bonis adversus malos: haud omnino ita potuit in omnibus esse prospectum, ne cum bonis mali se misceant in ingressu, cum præsertim justitiæ speciem in omnibus repræsentent, & voce magis ostendant, & non nisi adversus malum remedia postulare proclamant, nec prohiberi posse quemquam ab illo confugio, quod omnes homines possident jure naturæ, X 2 a mi.

Querela. vetus ob appellationes ad sedem Apostolic.

CHRISTI
1104.PASCHALIS II. PAP.
5.HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.

XIII.

(a) Ivo ep.
192. 193.
194. &
197.Inauditus
quifquam
damnari
non de-
bet.a minori ad majorem potentiam provo-
candi.

Inter hæc autem accidit, ut deferretur querela ad Paschalem Pont. adversus Rotrocum (a) Comitem Cenomanensem, qui jura possessionis Hierosolymitani militis invasisset, quæ ex privilegio sub protectione atque defensione esse deberent Apostolicæ Sedis. Quibus acceptis, idem Pontifex rescripsit ad Archiepiscopum Senonensem, Parisiensem, Aurelianensem, atque ad ipsum Ivonem Episcopum Carnotensem, ut eundem Comitem excommunicare deberent: quod faciendum non esse, nisi audito reo, examinata causa, idem Ivo contendit cum collegis; quantumlibet simpliciter excommunicandum, ex mandato Apostolico censeret Archiepiscopus Senonensis. Contra autem ipse Carnotensis Episcopus de his ita suam sententiam declaravit, dicens: *Ego itaque servato legum tramite, nolo quemquam more scariorum sine audientia punire, nolo satana tradere, donec vel audientiam subterfugiat, vel judicium contumaciter respuit. Consulatur super hoc Evangelium, consulantur leges divine & humane: si de re in contentione posita, aliter aliqua lex fieri jusserit, postposita mea sententia, libenter cedam alienæ. Nec aliter puto dominum Papam intellexisse, ubi præcepit, nos pro debito officii nostri prædictis petitoribus justitiam facere, &c.* Perstitit in sententia, donec qui excommunicandus erat, Sedem Apostolicam appellans e manibus eorum judicium abstulit.

XIV.

At non Occidua tantum, sed & Orientalia judicia hoc anno Paschalem Pontificem fatigarunt. Hoc siquidem anno Patriarcha Hierosolymorum Daibertus, qui jam anno superiori, dolo Arnulphi

PAGIUS

IX.
Querela
Hugonis
de Puteolo
militis
Hierosoly-
mitani
adversus
Rotrocum
Comitem.

Ad num. XIII. Querela ad Paschalem II. adversus Rotrocum, qui jura possessionis ad Hugonem de Puteo Hierosolymitanum militem pertinentiis invasisset, non hoc anno, sed anno MCVI. contigit, ut observavit Souchetus in Not. ad Epist. Ivonis CLXVIII. juxta novum ordinem, nec Rotrocius Comes Cenomannensis fuit, ut habet Baronius, sed Comes Perticensis. Hugo enim Puteoensis Vicecomes, de quo in ea Epistola sermo, iturus tunc erat Hierusalem, ut ibidem dicitur, & in Epist. CLXIX. juxta novum ordinem iteratur. Hierosolymitanum iter aggressus est, quando Boamundus in Gallias venit, ut diferte legitur in Fragmento Hist. a Roberto ad mortem Philippi Regis. Venit autem Boamundus in Gallias anno MCVI. ut ex infra dicendis constabit. Tunc innumerabilem equitum & militum multitudinem ex ea eduxit, inter quos fuit Hugo de Puteolo; quare quæ in eo fragmento, & in Epistolis laudatis Ivonis de Hugone illo, & Ivone Curvavilla Domino referuntur, spectant ad annum MCVI. quo Ivo Carnotensis controversiam illam, quæ erat inter Ivonem de Curvavilla, Vicecomitem Hugonem, & Rotrocum Per-

Archidiaconi nequissimi passus (b) multa, Hierosolymis recedens Antiochiam ad Boamundum a barbaris dimissum se contulit, Ebremarie a Balduino in suum locum subrogato: una cum eodem Boamundo (c) in Italiam navigans, ad Paschalem Pontificem contendit, apud quem detulit quæcumque dolo Arnulphi sustinisset a Balduino, jura Hierosolymitanæ Ecclesiæ imminuta deplorans. In eundem Regem eam quoque accusationem ingessit, quod divortium sponte sua, absque causæ cognitione, judicioque Ecclesiæ cum legitima uxore fecisset.

His auditis, Paschalis Papa diu detinuit Patriarcham, Hierosolymam scribens, indeque venire mandans, si quis adversus eum aliquid quod accusaret, haberet, resque delata in annum sequentem, quo judicio Apostolicæ Sedis Patriarcha innocens comprobatus, in sedem propriam restituitur, ut suo loco dicturi sumus. Ita quidem male consulti Principes, dum putant impugnationem rerum Ecclesiasticarum stabilire sibi firmiter regnum: nam nihil aliud agunt, quam ut absque fundamento magnæ molis grande ædificium in altum erigant, casurum citius quam putarint. Siquidem sententia Veritatis (d) illud dumtaxat erit stabile ac permanens ædificium, quod supra petram contigerit esse fundatum. Porro verissima ista esse, infelicia declarantur eventa, cum eodem quo coeptum est sæculo, perditis Hierosolymis, corrui cito regnum, in quo non super petram male jacta fundamenta outabant.

Tunc etiam cum, ut dictum est, Daibertus Patriarcha Hierosolymorum Romanam venit, contigit pariter (ut Wilhelmus Tyrius (e) asserit) venire in Italiam, & inde in Gallias ad Philippum Re.

ticens Comitem, de mandato Paschalis II. diremit. Jure conquerebantur Hugo & Curvavilla Ivo; quod ad Sacrum Bellum ituris Rotrocius Perticensis pacem turbaret, & facultates, quæ in protectione Ecclesiæ erant, sibi vendicaret, quia in Synodo Claromontana Canone I. ut videre est apud Baronium anno MXCV. num. L. *Tregua Dei*, ut vocabatur, confirmata fuerat. De qua *Tregua* a nobis anno MXXXIV. actum adversus Baronium, qui eam ibidem negavit, quam tamen postea anno MXCV. admittit & probavit, ut utroque anno ab eo dicta inter se conferenti liqueret. Agit de ea querela Ivo Epist. CLXVIII. CLXIX. CLXX. & CLXXXIII. juxta novum ordinem; Baronius enim veterem sequitur, quod non raro Lectori negotium facessit. Porro *Puteolus* castrum vulgo nunc vocatur *le Puisse*, jam inde a Ludovico Craffo dirutum & in vicum redactum, estque in diocesi Aurelianensi, ut videre est apud Hadrianum Valesium in Not. Galliarum voce *Puteolus castrum*.

Ad num. XV. ad XVIII. Legatio S. Brunonis Episcopi Signiensis; cujus mentio est in dua-

(b) Vill. de
bell. sac.
l. 12. c. 26.(c) Idem
l. 11. c. 1.
Patriar-
cha Hiero-
soly-
morum
Roman
venit.(d) Matt.
7.

XV.

(e) Vill.
de bell.
fac. l. 11.
c. 1.

X.

CHRISTI
1104.PASCHALIS II. PAP.
5.HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.Legatio
S. Bruno-
nis episc.
Signiensis
in Gal-
lias.(a) Pet.
Diac. in
Chron.
Cass. l. 4.
c. 33.PAGIUS
Legatio
Gallicæ
S. Bruno-
nis episc.
Signien-
sis.XI.
Concilium
Roma-
num.

Regem proficisci Boamundum Principem Antiochiæ, ut duas Philippi Regis filias, alteram Constantiam ex legitima conjugem ortam sibi in matrimonium copularet, alteram ex pellice Cæciliam nomine, jungeret nepoti suo Tancredo. Tunc cum Boamundo S. Bruno Episcopus Signiensis mittitur Legatus in Gallias, ut Petrus diaconus testatur in Chronico Cassinate. (a) Sed quæ hanc præcefferunt legationem, in vita ipsius ita narrantur: nempe ipsum Brunonem profectum in Apuliam cum Paschali Pontifice, ibique agrotantem, licentiam accepisse redeundi, atque monasterium Cassinense adeundi curationis causa. Sed ipse dimisso Episcopatu, monasticum habitum induit, illic perpetuo permanens. Quod ubi Signini populi cognovissent: percussu nuntio, haud æquamiter passi sunt, tanto pastore privari: de his enim hæc idem.

bus Epistolis Ivonis Carnotensis Episc. pertinet ad annum MCVI. cum enim Bruno una cum Boamundo directus in Galliam vice Romanis Pontificis fuerit, ut tradit Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Cassin. & Boamundus in Galliam anno MCVI. venerit, ab eo Christi anno ea Legatio removeri non potest, ut jam observavit Sirmondus lib. 2. Epist. Gaufredi Vindocinensis Episc. XIV. frustraque contendit Souchetus in Notis ad citatam Ivonis Epistolam ordine CLXVIII. eam anno sequenti datam esse, & S. Brunonem currenti in Gallias missum, quod in ea Ivo asserat *præterita æstate*, Hugonem Album præsentiam Brunonis Legati adiisse; ex illis enim verbis tantum inferri debet, eam Ivonis Epistolam autumno vel hyeme sequenti scriptam fuisse; cum certum sit, Boamundum cum Brunone Legato initio anni MCVI. in Galliam venisse; quæ de re Ordericus lib. 11. nos dubitare non patitur. Meminit etiam Legationis Brunonis Ivo in Epistola CLXVII. juxta novum ordinem.

Egilberto Archiepiscopo Trevirensi Nonis Septembris anni millesimi centesimi primi demortuo Trevirenses ab Henrico IV. Imp. petiere dari sibi Episcopum, & consentientibus civibus Bruno, Francus natione ordinatus est Idus Januarii anni millesimi centesimi secundi, & Trevirum venit die Purificationis sanctæ Dei Genitricis, uti refert Auctor Anonymus Historiæ Trevirensis Tom. XII. Spicilegii Dacheriani ex Codice MS. Sancti Cornelii Compendiensis, qui postea Concilium hoc anno Romæ celebratum, & a Labæo Tom. X. Concil. prætermisum his verbis narrat: *Anno ordinationis sue tertio mense Martio, Romam profectus Apostolorum gratia & percipienda benedictionis magistri causa, invenit dominum Paschalem Papam universali Synodo præsentem, Papatus sui jam annum octavum (legendum annum quintum) agentem, a quo honorifice susceptus est, utpote Belgica Gallia prima Metropolis Præsul magnificus, &c. Sed quoniam Episcopalia, annulum videlicet & baculum per manus laicam suscepisset, atque quia Ecclesiæ dedicasset, & Clericos necdum Pallium consecutus promovisset, multum asperè correptus est, & decernente Episcoporum ibi congregatorum Concilio Pontificatus officium deposuit, quod tamen ipsis inter-*

Petrus ubi supra: *Signienses pastore orbati, neque illius ferre valentes absentiam, Romanum Pontificem adeunt, stentisque orant, ut illum Episcopatus sui curam gerere compellat. Pontifex ad hæc verba commotus, strenuos a latere suo dirigit viros, per eos Brunoni Apostolicæ Sedis auctoritate præcipiens, ut ad ovium suarum redeat curam, & Romano Pontifici pro causis Ecclesiæ semper adhareat, arguens acriter, quod absque permissione sua ausus esset monasterium petere, omnia gregis sibi a Deo creditæ cura. Ad hæc Bruno ista rescripsit ad amicos S. R. E. Cardinales.*

Cuncti proculdubio sciunt, qui in Romana Ecclesia sunt, quia nisi contra Ecclesiam schismaticorum sævisset insania, quod modo egi, multis jam annis implevissem. Nunc vero, quia Romanæ Ecclesiæ Petro Claves regente, tota per orbem

XVI.
Quæ Bru-
no ad
Papam
rescripsit.

Chri-

venientibus, quia discretio ejus, & prudentia officio & tempori congruens erat, & post tri-duum, non sine admissorum penitentia recuperavit; injuncta ei penitentia est, ut quotiens in spatio trium annorum proximorum Missarum solemniter celebraret, Dalmaticis non uteretur: quod ipse humiliter implevit. Deinde accepta tam Apostolice, quam totius Synodi benedictione Pallii honore donatus, cum gaudio remeavit. Vivebat hoc tempore Anonymus iste, ut ipsemet indicat ad annum MCXXII. quo Historiam suam absolvit. Idem brevius refert Brouverus in Annal. Trevir. lib. XIII. ex alio Chronico MS. Trevirensi, in quo etiam dicitur Concilium istud Romanum anno tertio Sedis Brunonis congregatum esse, ideoque annus Pontificatus Paschalis II. Papæ recte a nobis emendatus.

Bruno fuit constans in oratione, devotus in elemosinarum largitione, pius in viduarum & pupillarum defensione, inquit Anonymus Dacherianus, qui subdit: *Quoniam in rebus comitibus sibi strenuissimus erat, defuncto Imperatore, communi consilio Principum Curia Regiæ Vicedominus effectus est, & regnum regni que hæres Henricus videlicet hujus nominis V. Rex, adhuc adolescens circa annos XX. ei committitur, ut & regnum sua providentia disponeret, & heredem regni morum suorum honestate, & disciplina, quæ ipse præ omnibus pollebat, informaret, quousque in virum perfectum ætate & sapientia educatus succrevisset: quem susceptum tandiu educavit, usque dum Adalberti tunc Cancellarii, postea vero Maguntiensis Episcopi detractionibus exasperatus, regni & hæredis providentiam Proceribus recon-*

signavit.

Sanctus Anselmus, postquam Henrico Angliæ Regi, quæ Romæ gesta fuissent, per Nuncios significavit, Lugduni resedit, eisdem expectans. Verum Rex a Wilhelmo procuratore suo male edoctus reditus Archiepiscopales fisco addidit. Anselmus itaque suis spoliatum Lugduni remansit, degens circa, sæpe nominatum venerabilem Hugonem, ipsius civitatis Anstifitem, anno integro & mensibus quatuor, inquit Eadmerus lib. 4. Novorum cap. 1. *Quæ autem mala ex hoc diutino exilio ejus per Angliam quaqua emerferint, vel cujusmodi studio*

XII.
Floret
Bruno Ar-
chiep.
Treviren-
sis.XIII.
S. Ansel-
mus per
mensur
XVI. Lu-
gduni re-
sedit.

CHRISTI
1104.

PASCHALIS II. PAP.
5.

HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.

Christi Dei nostri gratulatur Ecclesia, ventorum jam turbines silent, maria pacata quiescunt: quod Deo semel voveram, reddere cogor; melius (a) est enim non vovere, quam vovere, & non reddere. Quod si quis obiciat, me semel acceptam Episcopatus sarcinam non debuisse deponere; respondebo liberius: multos, qui pontificatus jura non deserunt, a sinistris esse statuendos, dicente Domino. (b) Principes fuerunt, & non cognovi; duces extiterunt, & non per spiritum meum. Porro qui recta intentione Episcopatum dimiserunt, certum est, eos de aeterna felicitate perenniter in Christo gaudere. Mihi quidem exempla non desunt, quorum auctoritate subnitar, eorum scilicet, qui relictis turbibus saeculi, quietam vitam delegere. Unde, quaeso, summum Pontificem orate, ne mihi ultra molestus sit, tranquillumque portum, in quem Christo duce, perveni, ne me deserere cogat. Hucusque litterae Brunonis ex monasterio datae. Pergit auctor:

XVII. *Cumque nulla ratione Apostolicum, Signiensemque populum sedare posset, supra dictus, Oderisius Abbas rogavit Pontificem, ut memoratum virum in hoc monasterio Deo militare permitteret; ejus-*

PAGIUS *illius ipsum exilium, multi reditum illius desiderantes, eaque, minus rei veritatem considerantes, ipsi adscriperint, intelligi dicit Eadmerus ex Epistola cujusdam Anselmo addicissimi ad eum scripta, qua eum urget ut in Angliam redeat, neque existimet se inimicorum Dei contumaciam inflexuram: Etiam, Pater sancte, si quispiam incarceratum & afflictum visceraret, hoc modo recessisse non debueras. Quanto magis cum nihil horum expertus fueris, nec sedes tua tibi negata sit; sed pro uno verbo cujusdam Willelmi fugere decrevisisti, & relicto hoste dilacerandas impiis oves tuas dimisisti & caetera, quae fusc Scriptor illius Epistolae profequitur. Cunque non deessent, qui suo sensu rem metientes ejus constantiam damnant, coactus fuit pro se Apologiam scribere, & facti rationem reddere in Epistola XC. libri 3. Epistolarum ad Ernulfum Cantuariensis Ecclesiae Priorem, ubi inter alia scribit: Quod autem dicunt, quod non oportuerit eum, pro uno verbo fugere; qui suum sanguinem pro ovibus suis, & pro Ecclesia Dei debuerit effundere: Dico, quia non est parvipendendum illud verbum, in quo tam gravia mala continentur, quia jam dixi, in qua sine periculo anima mea, & sine detrimento Ecclesia mihi commissa, nullatenus me possim ingerere. Denique non timeo sanguinis effusionem, aut quamlibet corporis mei destructionem, aut verum amissionem. Quae si persona mea evenirent, libenter paterer, propter veritatis assertionem. At nil horum super me cadet: sed Ecclesiam nostram & homines ad eam pertinentes, si cum Rege contenderem, gravis oppressio frustra contingeret: & multitudo vexatorum ad culpam meam, arumnas suas me execrando, converteret. Melius itaque mihi videtur, ut me absente qualibet tribulatio, si vitari nequit, in Anglia deaccidatur; quam per meam praesentiam, & tolerantiam, qualibet pra-*

XIV. *Immerito a quibusdam culpatus.*

que precibus Papa aures accommodans, quieti. Verum non sivit ibi eum immorari diutius, sed cum titulo Episcopi Signiensi legavit in Gallias hoc ipso anno, quo illuc Boamundus, ut diximus, peregrinatus est: nam pergit: Post haec ab eodem Pontifice & Abbate nostro una cum Boamundo (ut superius retulimus) directus in Galliam, vice Romani Pontificis Synodum secundum traditionem Ecclesiasticam tenuit. Haec de legatione E. Brunonis in Gallias, cujus est frequens mentio apud Ivonem in suis (c) epistolis ad diversos. In vita ipsius, ubi de hac ipsa legatione agitur, haec in ejus reditu contigisse narratur. Cum autem de Gallia reverteretur, in itinere latrones insidias posuerunt, volentes ipsum suis facultatibus spoliare: Cum autem Sanctus illis appropinquasset, tanto ejus aspectu sunt divinitus terrore percussi, ut ad pedes ejus cum reverentia procedentes, de malo proposito veniam peterent; ipsique in conductu itineris, quantum ipsi placuit, obsequium exhiberent. Haec ibi. Praeter hanc legationem alia adhuc ipsum perfundum esse ab eodem Paschale Papa sibi commissa ad Rogerium Comitem, idem auctor vice ipsius affirmat. At

va consuetudo in futurum confirmetur: aut multitudo hominum, me aspiciente, propter me, tribulationem se pati lamententur, & caetera quae fusc profequitur Anselmus.

Landulphus Junior cap. XI. apud Puricellum in Monumentis Basilicae Ambrosiana haec narrat, quae ut ex consequentibus eruitur, ad praesentem annum spectant: Interea Grosulanus dominum Papam Paschalem gratum sibi invenit. Landulphus vero de Vavregate (quem absentem Archiepiscopum Mediolanensem Canonici eligere voluerant) qui primus in Corintiana fuga fuerat (urbs haec in limitibus Syriae ad Euphratem posita, cujus meminit Guilelmus Tyrius lib. 10. cap. 24. sed non memini me vel in eo Audire, vel in alio aliquid de hac Mediolanensem & Longobardorum clade legisse: Landulphus vero iste hoc anno expeditione Syriaca rediit, & Roma transivit) rediens a Hierosolymis, Romam pervenit: atque in Grosulano jam inde (sc. Roma) didicit non solum quod actum fuerat Mediolani propter concertationem Presbyteri & Grosulani; sed & quam solemniter Romanus Pontifex post alia facta Grosulanum susceperat. Quia ipse quidem Papa Paschalis super sedem suam ipsum Grosulanum posuit, & per quot dies idem Grosulanus fuit Laterani, eum supra sedem suam sedere fecit, atque ipsi sedenti cesser, & locum dedit (notabilis circumstantia) suam quoque Curiam, & omnes causas Ecclesiasticas a se discernendas & judicandas, ipsi Grosulano ad discernendum & judicandum tradidit.

Sed tamen Landulphus ille de Vavregate veniens Mediolanum, non Presbyterum (nempe Plures Liprandum), nec ejus legem directe contempsit, Mediolani sed Clero & populo Mediolanensi promittens de ei adhaerere Grosulanum ab omni Ecclesiastico officio vent. juxta canonum rationem, inquit; Cur de lege Presbyteri (nempe Liprandi) & Grosulano con-

(c) Ivo ep. 190. 191.

XV. Grosulanus Roma honorifice exceptus fuit.

XVI. Veniens Mediolanum, non Presbyterum (nempe Plures Liprandum), nec ejus legem directe contempsit, Mediolani sed Clero & populo Mediolanensi promittens de ei adhaerere Grosulanum ab omni Ecclesiastico officio vent. juxta canonum rationem, inquit; Cur de lege Presbyteri (nempe Liprandi) & Grosulano con-

CHRISTI
1104.

PASCHALIS II. PAP.
5.

HENRICI III. IMP. 21.
ALEXII COMN. IMP. 24.

At de ipso iterum alia occasione dicendum. Contigit autem ipsum revocari rursus ad monasterium Cassinense, cum scilicet defuncto Odone, qui Oderisio successit Abbas successor eligitur. Sed de his suo loco.

XVIII. Inter haec autem contigit eundem Paschalem Romanum Pontificem Compostellanum Episcopum litteris admonere, ut sacrorum praescripto canonum cuncta in ejus Ecclesia gererentur: multa enim bellorum causa irrepere in eam Ecclesiam deformia, quae corrigenda mandata. Extat adhuc ejus epistola apud nos, quae & edita habetur a Joanne luculento historiographo rerum Hispaniarum, ut hic leges: (a)

(a) Recitari Joan. Marian. Hist. Hispan.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, venerabilis Didaco Compostellano Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem. Ecclesia, quam regendam disponente Domino suscepisti, jam diu etiam cum pastorem habere videretur, pastoris solatus caret. Idcirco strenuitati tuae vigilantius insistendum est, ut in ea rite omnia juxta

PAGIUS *tenditis: En vobis certissime dico, & per Joannem Visomecatensem Grosulano mando, quod ego apud dominum Papam Paschalem, ejusque Curiam, vel Synodum, certis cum rationibus & iustis, & sanctis canonibus comprobabo, illum non posse subsistere in numero Episcoporum vel Presbyterorum, aut etiam in aliquo ordine Clericorum. Clerus vero & populus huic authentico viro, & secundum quandam novitatem Canonicae Sancti Nazarii Praeposito, & Majoris Mediolanensis Ecclesiae Ordinario, credulus una cum Grosulano ad Romanam Synodum pervenire studeat: unde rigidus & sapiens Capitaneus Mediolanensem Anso de Landriano, ait; Vos ludiviam in aqua negare vultis. Ludria seu lutra, tum in aquis, tum in arido per intervalla degit, & molaribus minorum arborum radices ac truncos momento excidit; & Grosulanus ob magnam qua Romae florebat, gratiam & auctoritatem erat veluti lutra in aqua. Caetera ad eandem litem pertinentia anno sequenti gesta.*

XVII. *Mortuus est hoc anno Petrus hujus nominis primus Aragoniae & Navarrae Rex; Sandovalus enim pag. 94. notat, in antiquo MS. Tumbo Nigro vulgo appellato, legi eum obiisse. Era MCXLII. exente Septembri; Chronographus vero Malleacensis ad hunc Christi annum habet: Rex Petrus Aracundia (id est, Aragoniae) defunctus est, & ei successit Idelfonsus frater ejus, quia nempe filios nullos reliquit. Idelfonsus, Alfonsus etiam vocatus, frater fuit Ramiri Monachi, qui post eum regnavit. Petrus in uno proelio ad Oseam habito, quatuor nigrorum Arabum Reges occidit, & paulo post Osea ipsi dedita; indeque Aragoniae Reges eorumdem Regum capita in insignis usurpant, ut tradunt Historici Hispanici.*

normam Sedis Apostolicae disponantur. Cardinales in Ecclesia tua presbyteros seu diaconos tales constitue, qui digne valent commissa sibi Ecclesiastica regimini onera sustinere. Porro quae presbyterorum intersunt, presbyteris, quae diaconorum, diaconibus committantur: ut in aliena dispendia nullus obrepat. Si qui sane ante Romanae legis susceptionem, secundum communem patriae consuetudinem conjugia contraxerunt, natos ex eis filios neque a saeculari, neque a dignitate Ecclesiastica repellimus. Illud omnino incongruum est, quod per regionem vestram monachos cum sanctimonialibus habitare audimus: ad quod rescandam experientia tua immineat; ut & qui in praesentiarum simul sunt, divisi longe habitaculis separantur, proat arbitrio & religiosorum virorum consilio melius visum fuerit: neque in posterum consuetudo hujusmodi praesumatur. Datum Laterani Incarnationis Dominicae anno millesimo centesimo tertio, nostri Pontificatus quarto. Jam vero his absolutis, ad res gestas anni sequentis veniamus.

Jam

Andreas Dandulus in Annal. refert, Venetorum primam expeditionem in Terram Sanctam cum classe ducentarum navium suscepisse anno MCVII. & secundam currenti anno, ipso Duce Ordolpho Phaletro classem ducente. Is diu in Palaestina moratus est, & Veneti urbium expugnatorem participes facti, coloniis ibi relictis, merces Orientales in Europam, & Francos peregrinos in Asiam transfretando, duplicem, continuatumque questum percipiebant. Navigationem vivente Alexio Imperatore prosequentes, commoda quae olim illis communia cum caeteris nationibus erant, ex singularibus Privilegiis ejusdem Imperatoris auxere, exindeque navium numero crescente, prolatoque in Asiam Dominio, opes ampliarunt, Venetorumque nomen apud exteras nationes celebre evasit, & in mari Mediterraneo ceteris nationibus praecellere coepit, ut narrat Lucius in Historia Dalmatiae lib. 3. cap. 4. & 10.

Baldunus Hierosolymorum Rex, qui anno superiori Achon Ptolomaidam appellatam frustra obsidione cinxerat, eandem iterum hoc anno obsedit; Ad quam, inquit Fulcherius in Hist. Hierosolym. lib. 2. venerunt Januenses cum classe LXX. navium rostratarum. Post viginti dies civitas Cruce signatis valde necessaria, quoniam inest ei portus valde utilis, in potestatem Christianorum venit. Hanc expeditionem refert etiam Elmacinus lib. 3. Hist. Saracenicae cap. 9. aitque eam contigisse anno Hegirae CCCXCVII. eique interfuisse Genuenses cum navibus supra nonaginta, ideoque hoc Christi anno, quo & eandem memorat Chronographus Malleacensis.

XVIII. Venetorum potentia & divitiis aucta.

XIX. Gesta in Palaestina.

JESU CHRISTI ANNUS 1105.

PASCHALIS II. PAP. ANNUS 6.

HENRICI III. IMP. 22. ALEXII COMNENI IMP. 25.

I. (a) Ifai. 63. Rebellat Henricus filius ad- versus Henric. Imp.

Am vero Redemptoris millesimus centesimus quintus Indictione decimater- tia annus adest, idemque retributionis jure dicendus voce Prophetæ, (a) quo Henricus Imperator, qui per tot annos Romanum Pontificem legitimum persecutus est patrem, filium itidem nominatum Henricum ab Imperio patitur depulsorem. Quod autem, quos suæ hæresis reliquit successores, eisdem quoque habeat defensores: nos rem gestam ad vitandam invidiam, & calum- niam propulsandam, non ab alio pete- mus, quam a Conrado Urspergensis Ab- bate, quem anno superiori Hierosolymis in Germaniam redeuntem vidimus; & quæ ob oculos habuit præsens existens, scri- psit, auctor alioqui in Germaniæ Impe- ratores propensior, & in Romanos Pon- tifices parum æquus: ut nulla de eo pos- sit esse suspicio, in gratiam Romanæ Ec- clesiæ esse mentitum. Accipe igitur quæ hoc eodem anno gesta esse, ipse sic scri- bit, a Natali die Redemptoris annum præsentem auspicatus.

II. Henricus filius ab- iurans hæresim obedientiam pro- fiteatur Romæ. Eccl.

Anno Domini millesimo centesimo quin- to, dum Imperator Henricus Natalem Domini Moguntia celebrat, Henricus filius ejus, nominis illius Quintus Rex dictus, rebellionem adversus patrem in Bajoaria parat, machinantibus scilicet Dieboldo Marchione, Berengero Comite, & Ottone quondam nobili viro, sibi que materna stirpe cognato; quorum consilio & adjutorio ante paucos dies a patris la- tere discesserat. Primo quippe hæresim præscriptam anathematizans, Apostolicæ Sedis Pontifici debitam profiteatur obadien- tiam, indeque fœderatis sibi Noricis Prin- cipibus, atque ab Alemannia, nec non Orientali Francia nonnullis nobilibus, ad Saxones convertitur. A quibus hono- rifice susceptus, & in Quintilineburg Pa- scha celebrans, in brevi universis Saxo- niæ civitatibus positus, ab Optimatibus

est dignitate regia satis honoratus: con- filio tamen atque ministerio * Ruotbar- di Moguntini, atque Gebehardi Constan- tiensis Episcopi, responsalium scilicet do- mini Paschalis Papæ, totam Saxoniam Romana Ecclesiæ Communioni reconcilia- vit: Episcopi vero atque clericis con- ventum generalem in villam regiam, que Northusum dicitur, quarto Kalendas Junii, ubi super Ecclesiastica institutionis jam depravata disciplina tractaretur, indixit.

* Buot- thardi.

III. Concili- um Nor- thausense catholico- rum.

In quo Concilio super sententiis instan- tibus, Patrum decretis primo relectis, quæque poterant ad præsens laudabiliter corrigebantur; quadam vero, quæ & gra- viora videbantur, ad Apostolicam audien- tiam differebantur. Simoniaca quippe hæ- resis Patrum consuetudine condemnata, Nicolaitarum quoque fornicaria commi- xio ibidem est ab omnibus abdicata: je- junium mensis Martii hebdomada Qua- dragesimæ, jejunium vero mensis Junii, in ipsa hebdomada Pentecostes Romano mo- re celebrandum, a præscriptis Præsulibus Apostolicâ auctoritate indicitur, & pax Dei confirmatur. His vero, qui a Pseu- doepiscopis fuerant consecrati, per Ca- tholicam manus impositionem reconciliatio proximo jejunio danda fore promittitur. Vidimus inter hæc, quod silentio præte- rere non possumus, Regem Henricum non modicam bonæ indolis spem, magna simul humilitate & auctoritate coram omnibus prætendentem. Nam cum servorum Dei conventus non nisi vocatus interesse vellet (ingens enim ibi cum Episcopis, & cle- ricis, etiam Abbatum atque monacho- rum Ecclesiasticam stitens unitatem turba confluerat) tandem in abjecto productus habitu, locoque stans editiori, omnibus juxta Principum decreta suas leges atque jura rationabiliter innovavit; si qua ve- ro irrationabilia rogabantur, mira, ac ultra suos annos prudenti responsione & avi-

Henricus Rex ad- versus Henricum Imp. p. 1- vrem re- bellat.

no superiori Hierosolymis in Germaniam re- diisse, eumque, quæ videbat, scripsisse, ut e- nim anno MCII. num. I. ostendimus, Histori- cus iste nondum hoc tempore natus erat, & Henricum more quorundam aliorum exscribit, quæ Au- ctiores coætanei dicunt se vidisse aut audisse. Vide quæ ibi de hoc loquendi modo in me- dium adduximus. Porro Gesta hoc anno accu- rate narrat Urspergensis, qui annum a Nata- li Christi incipiens ait, anno Domini MCV. (qui nobis tantum erat MCIV.), dum Henricus Imp. Natalem Domini Moguntia celebraret, Henricum filium ejus adversus illum rebella- se, Apostolicæ Sedis Pontifici debitam profes- sum esse obedientiam, in Quintilineburg Pas- cha celebrasse, & ab Optimatibus dignitate Re- gia honoratum fuisse. Postea indixit Henri- cus Rex Conventum generalem in hebdoma- da

CHRISTIANI 1105.

PASCHALIS II. PAP. 6.

HENRICI III. IMP. 22. ALEXII COMN. IMP. 25.

IV. Pla Hen- rici filii contesta- tio.

avitu magnanimitate confutavit: in omni- bus his, & sibi met miro modo servans a- dolescentiæ verecundiam, & Christi sacer- dotibus dignam exhibens reverentiam.

Inter hæc obortis lacrymis, ipsum Re- gem cæli, cunctamque militiam cæli testa- batur, se nulla regnandi cupiditate pa- ternum sibi regnum usurpare; neque do- minum & patrem suum a Romano deponi Imperio exoptare, immo debitam perma- nentia & inobedientia ejus semper compassi- onem exhibere, sique sancto Petro, suisque successoribus lege Christiana subici vellet, sive regno cedere, sive serviliter ipsi se subesse promissit. Quod auditum omnis mul- titudo collaudans, lacrymas simul & pre- ces tam pro patris conversione, quam pro filii prosperitate fundere cepit, voce ma- gna, Kyrie eleison, declamans. Eadem hora Uto Hildinshheimensis, & Henricus Paderburnensis, ac Fridericus Halbersta- densis Præfules vestigis Metropolitanis prostrati, ipsius, atque Regis stantis, totiusque præsentis Ecclesiæ testimonio A- postolica sese dederunt obedientia: quorum etiam commissa Apostolico nihilominus ju- dicio reservantur, sub officii sui tantum suspensione.

V. Archiep. Mogunti- nus in su- am sedem restitui- tur.

His rite dispositis, Rex idem Pente- costen Meresburg celebrans, Henricum Magdeburgensi Ecclesiæ dudum designa- tum Archiepiscopum, sed ab Imperatoris fidelibus repulsum, consecrari fecit. Nec multo post expeditionem contra Mogun- tiam movit, expulsus inibi pontificem restitutus. De cujus restitutione hæc inferius: His etiam diebus venerabilis Buotber Archiepiscopus a Thuringia, in qua per annos octo tyrannicam declinave- rat rabiem, præsidio Catholicorum Prin- cipum deductus, maximo nobilis Mogun- tiæ tripudio cathedra suæ restituitur; sicque tam populam, quam Clerum Apo- stolicæ Eccles. Tom. XVIII.

PAGIUS

da ante Pentecosten in Thuringia celebrandum in loco, qui dicitur Northusum, inquit Chronographus Hildesheimensis, in quo inter alia statutum, uxoratos Clericos nullum Divinum Officium celebrare. Vocatur hoc Concilium Quin- tilineburgense, seu Northusense, habitumque pro reformandis moribus Ecclesiæ. Trithemius in Chron. Hirsaugienfe vocat illud Concilium Generale Episcoporum & Abbatum. II. Narrat postea Urspergensis bellum inter Hen- ricum patrem & Henricum filium gestum esse, & in Natale Domini anni MCVI. qui nobis

NOTÆ

[1] Quamquam Moguntinum conventum in exitu anni hujus celebratum fuisse recte notat Pagius, solemnitas tamen assumptio Henrici ad regnum, cum traditione regalium infi- gnium non nisi sub initium sequentis anni die Epiphaniæ Domini, vel ejus pervigilio, peracta fuit. Ita enim ad annum 1106. scribit Annalista Saxo Eccardi, apud quem eadem ac apud Urspergensem totidem verbis leguntur, excepto quod in Saxone singulorum eventuum tempus di- ligenter adnotat, quod ab Urspergensis negligitur; ita, inquam, Annalista ille ad eundem an- num: Quibus (regalibus insignibus) in vigilia Epiphaniæ allatis a Rothardo archiepiscopo (Moguntino) & omni clero & populo honorifice suscipiuntur. Quæ coram principibus archiepiscopus regi tradit.... Hoc ordine Henricus &c. cetera ut apud Urspergensem. MANSI

stolica reconcilians Ecclesiæ, ab univer- sis, non solum ut pater jam gradatus, sed etiam velut ex mortuis rediens omnimodis excolitur. Hæc de restitutio- ne Archiepiscopi Moguntini, agitque de aliis, deque apparatu bellico, & tam filii, quam patris exercitiis proxime, flumine tantum medio, ad congressum paratis, cum agentibus Principibus pacis studiosis, absque pugna digressis, hæc a filio Henrico dicta, idem auctor enar- rat: Grates, inquit, o boni commilito- nes affectui circa me vestro summo- per- refero, unicuique vestrum par pari re- ferre, si res exegerit, non abnuo: nemo tamen in hoc me sibi velit vel credat fo- ve fœderatum, ut dominum & patrem meum per se gloriatur occisum, vel un- quam æstimet occidendum. Ego quidem Christianis mihi legibus subarrhatum re- gnum, ut hæres & successor Augusti te- nere, si tamen rerum omnium domi- natori placuerit, cupio; parricida vo- cari, vel esse, nolo. Quod si pater meus Apostolicæ se subjecerit obedientiæ jugo: ego mox in his, quæ sua duntaxat mihi clementia concesserit, contentus ero, interim me non impugnatorem esse patris, sed paterni regni propugnatorem noveri- tis. Ita quidem præparationem cordis ejus audiens Deus, noluit sanguine pa- tris quantumlibet impij cruentari filium, justitiæ vindicem ac pietatis cultorem; sed eum ipse repentina ægritudine medio sustulit, anno sequenti, quo, eod- em auctore prævio, reliqua sumus pro- secuturi. Qui & enarratis pluribus de aliis Episcopis Catholicis in sedem re- stitutis, ejectionis schismaticis: ad postre- mum relatis quæ ad finem anni hujus sunt gesta de filii cum patre colloquio, hæc ait ad excusationem ipsius: Binga circa Idus Decembris Henricus filius patrem

est MCV. factum esse apud Moguntiam totius Regni Germanici Conventum, ubi Apostolicæ Sedis Legati, Episcopus sc. Albanus cum Con- stantiensi sententiam anathematis in Henricum Imp. alias latam confirmarunt. Is vero con- filio Principum Imperialia Insignia filii pote- stati tradidit. [1] Hoc Ordine Henricus, illius no- minis V. Rex, primum a Patre, deinde ab uni- versa Germania Principibus in Regem jam se- cundo electus, &c. regnare cepit, inquit Urs- pergensis. Legendus Chronographus Hildeshei- menfis, qui fufe hæc omnia narrat.

PAGIUS SÆC. XII Anno E- ræ Hisp. MCXLIII Anno He- giræ CCCC. XCIX. inchoato die 12. Septemb. fer. 4. A. C. 1105. I.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 6598. © 22. A. 4. P. 9. April, Indict. 13. JESU CHRISTI 1105. PASCHALIS II. PAPÆ 7. HENRICI IV. REG. 50. IMP. 22. ALEXII COMNENI IMP. 25.

Num. I. ad XII. Baronius pluribus refert rebellionem Henrici V. adversus Henri- cum IV. Imp. patrem suum, ex Urspergensis Abbate; sed num. I. perperam ait, hunc an-

reperit, ore ad os de anathematis vinculo, caterorumque insolenter in Republicam commissorum, ordine quidem praepostero, sed necessarie commutato, filius patrem commonuit, obedientiae debitum, si respiscere dumtaxat dignetur, reprobavit. Senior has & hujusmodi complures sententias ad audientiam optimatum, & senatum consultum instanti curia distulit. &c. Narrat de conventu Moguntino anno sequenti, nosque eo loco quae sunt ejus anni, dicemus.

VI.

Quod autem Henricus filius nullam majorem causam habuerit patrem exagitandi, quam quod ab Ecclesia Romana toties excommunicatus, in eadem execratione obstinato animo permaneret: Henricus senior consilium inivit, ut Paschalem sibi amicum redderet, ejusque animum pertentaret. Ad quem secreto misit Nuntio, has litteras scripsit:

Henricus Imperator Romano Pontifici Paschali.

Henrici
Imp. ad
Paschal.
Pap. epi-
stola.

Si illa inter nos pax esset & concordia, quae inter nostros olim & tuos fuit antecessores, quae inter nos etiam, & Nicolaum, & Alexandrum viros Catholicos & religiosos Romanos Pontifices plena charitate, & integra devotione viguit; mandarem tibi quidquid filius patri: sed distulimus expectantes & recognoscere desiderantes, si in beneplacito Dei sit, nos in charitate, & amabiliter posse convenire, & Ecclesiam suam nostris temporibus, nostro labore, ipso cooperante, in statum redire unitatis pristinae. Hoc quamquam dudum, Deo teste, desideravimus; tamen cognita nimia eorum austeritate, qui in Romana erant Ecclesia, non utile nobis visum est, vel compensans, eos hac de causa convenire: quia magis videbantur nos prosequi odio, & indignatione, quam zelo justitiae, vel etiam quam velle nos amplecti dulcedine charitatis ad profectum Ecclesiae. Effectus hoc probat. Quia cum ipsi regnum hereditario jure nobis collatum tempore religiosorum virorum Romanorum Pontificum pacifice a nobis diu possessum, contra nos commovere studerent & armare: multa inde orta est strages populorum, tam corporum, quam etiam, quod magis dolendum est, animarum. Nunc quoque filius noster, quem tam vehementer dileximus, ut usque ad solium regni nostri exaltarem, eodem veneno infectus, consilio quorundam perfidissimorum & perjuratorum sibi adhaerentium insurgit in nos, postpositis omnibus sacramentis, quibus se nobis obligaverat; posthabita omni fide & justitia, tantum ut Ecclesiarum bona, & regni libere valeant perdere, rapere, & inter se dividere. Et cum multi nobis persuadeant, absque dilatione in eos vi & armis esse ulciscendum;

maluimus tamen adhuc d'fferre, ut tam in Italico, quam in Teutonico regno sciatur manifeste, quod nec nostra sit voluntatis nec culpa, si tandem invidi & coacti in eos insurrexerimus, quacumque mala, vel infortunia, vel populorum strages inde evenerint.

VII.

Præterea, quia audivimus te hominem discretum, Deum timentem, charitati insudantem, sanguinem hominum non suture, rapinis, & incendiis non gaudere, unitatem Ecclesiae super omnia diligere: consilio & suggestione Principum nostrorum mittimus tibi Nuntium istum cum legatione nostra. Per hanc quippe volumus cognoscere, si est tibi voluntati, te nobis in charitate & amabiliter, & nos uniri tibi, salvo nobis honore regni & Imperii, & totius nostrae dignitatis, sicut & avus & pater noster, alique antecessores nostri habuerunt; servato etiam tibi a nobis honore Apostolicae dignitatis, sicut antecessores nostri tuis antecessoribus servaverunt, & nos praefatis Pontificibus. Quod si placuerit tibi paternum nobiscum agere, & eam quam mundus dare non potest, pacem integre nobiscum componere; mitte nobis familiarem Nuntium tuum cum privatis litteris, tuis & secreta legatione cum hoc Nuntio nostro, ut hoc modo indubitanter possimus cognoscere omnem de hac re certitudinem voluntatis tuae. Qua cognita mittemus tibi de majoribus Principibus nostris, quales & nos tibi mittere, & debeat a nobis recipere, ad tantam rem componendam, per quos exclusa omni ambiguitate, manifeste possis cognoscere, nos veraciter velle complere, quae tibi mandamus secreta. Præterea, quae hic scripta non sunt, commissimus huic fidelissimo nostro Nuntio quadam tibi dicenda, quibus tam veraciter quam scriptis credas. Haec tamen Henricus Imper. ad Paschalem Pontificem. Reliqua vero in annum sequentem idem auctor gesta refert, quae die Natali Domini fieri contigerunt, utpote qui a Natali Christi die annum incipit. Sed cum nos a Kalendis Januarii, more majorum, annum inchoare consueverimus: ad finem anni hujus hic sunt collocanda, quae ab eo, vel aliis sub anni sequentis exordio facta ponuntur; ait igitur, idem qui supra Urspergensis:

VIII.
Conventus
generalis
moguntiae
habetur.

Tantus apud Moguntiam factus est in Natali Dominico totius regni Teutonici conventus, quantus per multa annorum curricula numquam est visus. Referunt enim qui aderant, quinquaginta ibi tunc optimates vel eo amplius affuisse, adeo ut solus Dux Saxoniae Magnus nomine, quem jam gravior aetas impediabat, notaretur defuisse. Ibi supervenientes Apostolicae Sedis Legati, Episcopus scilicet Albanus cum Constantiensis, sententiam

ana

In conventu In-
gelheimensi
Henricus
se abdi-
cat.

IX.

anathematis in Henricum seniore, dictum Imperatorem, a tot sibi succedentibus Apostolicis saepius saepiusque promulgatam scriptis simul & dictis testificantes, universam multitudinem, immo totam toto orbe diffusam Ecclesiam ab ejus communionem, Christi, & beati Petri auctoritate multis jam annis sequestratum confirmabant. Qua de causa, dum ipse se de castello quo manebat, Moguntiam exhibere tentaret, Principes propter cavendum tumultum vulgi, sua potius, quam filii parti favere solentis, ipsi Ingelheim occurrerunt; tandemque generali illum circumvenientes consilio, usque ad reatus confessionem, satisfactorisque professionem perducunt.

Cui cum Legati communionem, seu poenitentiae modum absque generalis Synodi, & Apostolicae discussionis censura reddere ad praesens non possent; ipse partis utriusque consilium annuens, regalia, vel Imperialia insignia, crucem scilicet, & lanceam, sceptrum, globum, atque coronam filii potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo festu commendans, & ex tunc juxta summi sacerdotis, totiusque Ecclesiae decreta, sua consultiorem animam promisit. Hoc ordine Henricus, illius nominis Quintus Rex, primum a patre, deinde ab universae Germaniae Principibus in Regem jam secundo electus, ab Apostolicis quoque Legatis per manus impositionem Catholice confirmatus, acceptis tam ab Episcopis, quam laicis juxta morem patriae, sacramentis, regnare cepit. Qui favent Henrico patri, ut Anonymus, qui ejus inharebat lateri, quique ipsi erat a secretis, scripsitque paulo post mortem, ejus vitam, seu funebre encomium ejusdem Henrici, captivum tenent a filio patrem, vique coactum eo modo se ab Imperio abdicasse, filii impietatem exaggerans, tradit.

X.

Quid vero tunc cum Richardo Albanensi Episcopo Apostolicae Sedis Legato sic gestum, secundum ea, quae per Urspergensis sunt enarrata, idem auctor sic ait: Sed & pedibus Apostolici Legati advoluitur, orans & obsecrans, ut se a banno solveret, & communioni Ecclesiae redderet. Laici misericordia moti veniam dabant; Legatus autem domini Apostolici absolutionem negabat, asserens, non hoc suae potestatis esse; oportere ab ipso Apostolico absolutionis gratiam ipsum expectare. Quid multa? Abrenuntiata Imperiali dignitate, privatus discessit, & ad quamdam civitatem, quam filius victui illius permiserat, recessit. Haec ipse. Sed quomodo facti poenitens, rursus ad arma paranda convertitur, dicitur suo loco anno sequenti; quae autem sunt reliqua ejusdem conventus, Urspergensis sic narrat. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Relatis igitur coram Rege, cunctisque totius Germaniae optimatibus, & Praesulibus, omnique Clero simul & populo, legationibus Romanae Sedis, Ecclesiarum regni istius commaculatione diversa & inveterata, e contra emendatione ab universis unanimiter promissa: placuit tam Regi, quam primoribus, ad sanctam matrem Romanam Ecclesiam tantis ac tales a partibus isti Legatos transmitti, qui & de objectis rite rationem reddere, & de incertis sagaciter investigare, ac per omnia utilitatibus Ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientia pleni, dignitatibus, natalibus, & elegantia, seu divitiis praecipui, in illaque secundum Deum, sive saeculum veneratione insignes, a Lotharingia Bruno Treverensis, a Saxoniam Henricus Magdeburgensis, a Francia Otto Babenbergensis, a Bajoaria Eberardus Eichstadiensis, ab Alemannia Gebhardus Constantiensis, a Burgundia Curienfis Episcopi: nonnulli etiam nobiles de latere Regis laicae professionis; idque inter caetera suscipiunt in mandatis, ut si fieri possit, domini Apostolici praesentiam Cisalpinis partibus impetrent exhiberi. Haec est legatio in eo conventu decreta, quam tamen anno sequenti, mense Februarii professionem instituisse, ex iis quae idem auctor inferius tradit, possumus intelligere. Agemus igitur de ea suo loco.

XI.
Legatio
perin-
gnis de-
cernitur
ad Pa-
schalem
Papam.

Hoc praeterea anno, qui numeratur quintus ab infelici exitu Guiberti Antipapae, (ut testatur Urspergensis Abbas) ejus ossa, quae Ravennae sepulta fuerant, exhumata, in fluentia projecta fuerunt. De his enim idem auctor, rerum praesentium scriptor haec habet anno sequenti: Jam enim exultatis sibi divinitus Ecclesia Romana cornibus ad incuriendum timorem cunctis usquequaque schismatum membris, etiam capitis ipsius ossa, Guiberti scilicet dicti Papae, de sepulcro suo, quod per quinque jam annos in Ecclesia Ravennensi possederat, proici fecerat, universaque ejus instituta, ut vere non Apostolici sacerdotis, sed apostatici invaloris annullari decreverat. Haec ipse. Porro ut ista decernerentur insolita, eam affert Willelmus Bibliothecarius causam, quod scilicet, qui adhuc ejusdem pseudopapae studiosi remanserant, quo minus pollerent viribus, eo amplius mendaciis niterentur, spargerentque in vulgus falsas visiones ostensas in sepulcro ipsius, nimirum visas illic noctu splendore facellas caelitus missas, indices ejus apud Deum receptionis; quibus cum traducere facile possent simplices, atque seducere imperitum vulgus, placuit ut ejusmodi decerneretur ei, pseudoprophetas (a) illatum aliquando supplicium, (a) 4. Reg. 23.

XII.
Ossa Gui-
berti an-
tipapae
effossa &
in flumen
projecta.

X 2

ut

CHRISTI 1105.

PASCHALIS II. PAP. 6.

HENRICI III. IMP. 22. ALEXII COMN. IMP. 25.

CHRISTI 1105.

PASCHALIS II. PAP. 6.

HENRICI III. IMP. 22. ALEXII COMN. IMP. 25.

ut ossa ipsius exhumarentur, non tamen, ut illorum, effossa cremarentur, sed proicerentur in flumen. Porro exemplum de ossibus Guiberti imitati sunt anno sequenti Catholici in Germania, cum Imperatore in ordinem redacto, acceperunt ex novo Principe vires; de quibus ista Urspergensis Abbas: Denique in tantum divina legis subito zelus effervuit, ut etiam ipsa cadavera pseudoeπισcoporum ab Ecclesiis eliminarentur; utpote quod indigni censerentur Catholicæ Ecclesiæ sepultura, qui viventes eidem Catholicæ Ecclesiæ minime communicassent. At de his hæcenus; reliqua in sequentem, quo sunt facta, reiciimus annum.

PAGIUS III. Moritur Raimundus Comes S. Agidii.

Ad num. XIII. Hoc anno mortuus est Raimundus Comes Agidii, qui per plures annos de Comitatu Provinciæ cum Gilberto Provincialium vulgo appellatus fuit. Mortuus est, inquit Fulcherius lib. 2. in oppido suo ante Tripolim civitatem pridie Kal. Martii. Is valde laudatur in Veteribus Assis Hierosolymitanis, Bituricis anno MDCXC. in fol. publicatis, lib. ultimo cap. 5. Ei successit in Comitatu Tripolitano a se capto nepos ejus Guilelmus-Jordanus, filius Bertrandi, cui Comitatus Tolosanus obtigit, ut legere est apud Cætelum lib. 2. Hist. Comitum Tolosæ. Porro Raimundus iste ordine IV. est inter Comites Tolosanos hujus nominis.

IV. Concilium II. Lateranense sub Paschali II.

Concilium II. Lateranense Paschali II. Sedente habitu, Labbeus Tom. X. Concil. & Alfordus in Annal. Eccles. Angl. præcedenti collocant; sed illud ad præsentem pertinere, ad secundum nempe commotionis S. Anselmi in urbe Lugdunensi, diserte docet Eadmerus lib. 4. Novorum: In secundo, inquit, anno adventus nostri a Roma Lugdunum, ipse Papa coacto Lateranis generali Concilio Comitem de Mellenta, & complures ejus, qui Regem ad investitura flagitium, sicut dicebatur, imellebant nec non illos, qui ab eo investiti fuerant, a liminibus Sanctæ Ecclesiæ judicio Spiritus Sancti repulsi. Recitat postea Eadmerus literas a Paschali II. ad S. Anselmum de hoc Concilio & excommunicatione in præfatum Comitem lata datas, quas Pontifex his verbis claudit: Regis vero sententia ea ex causa dilata est, quia suos ad nos Nuncios in præterita Pascha (annis sc. Christi MCIV.) tempore debuit destinare. Data Lateranis VII. Kal. Aprilis. Quare Concilium Lateranense eo circiter die indictum. Nuncios, quorum meminit Paschalis II. ab Henrico Rege anno superiori Romam missi sunt, cum quidam Regi insisterent, ut Anselmum revocaret: Unde nobis, inquit Eadmerus, adhuc Lugduni degentibus; Nuncios Romam ab ipso Rege directi sunt, qui modis omnibus elaborarent Apostolicum ad hoc deducere, ut Anselmum Angliam redire & Regia voluntati junberet in cunctis subditi & obedire. Ad quod dum minimo illum flectere possent, sicut, venerunt, infesto negotio reversi sunt. Quæ refert Eadmerus immediate antequam de Concilio Lateranensi verba faciat. Horum ergo Nunciorum expectationem ab Henrico Rege excommunicando abstulit Paschalis II. sed ubi vidit Regem tempus, & Apostolicam Sedem inutili sergiverfatione fallere, voluit Anselmum in

Quod ad res Orientales pertinet, moritur hoc anno lautissimus Princeps (a) Raymundus Comes Tolosanus, vir pietate sicut & armis insignis. Quo pariter anno Balduinus Rex, prævio ligno sanctissimæ Crucis, ingentem divino auxilio comparavit sibi victoriam; de quibus omnibus tu consulas Tyrium.

Hoc eodem anno S. Petrus Anagninæ Episcopus, cujus præclare res gestas scripsit S. Bruno Signæ Episcopus; utpote quod vita migravit tertia die mensis Augusti: quem virtutibus insignem, miraculis clarum, anno decimo sui Pontificatus Paschalis Papa inter Sanctos retulit, ut ejus diploma significat, quod sic se habet:

XIII. (a) Voil. Tyr. l. 11. c. 23.

Obitus S. Petri Anagninæ Episcopi.

eum surgere, ut post narrata, quæ gesta sunt in Concilio Lateranensi, exponemus.

Venerunt ad Concilium Lateranense Grosulanus Archiep. Mediolanensis & Liprandus Presbyter; ille, ut in dignitate confirmaretur, hic ut illud impediret, uti narrat Landulfus Junior cap. 11. apud Puricellum in Monument. Basil. Ambrosianæ cap. 9. Grosulanus nihil moratus ad pedes Apostolici provolutus sibi & suis iterum refugium suscepit; Presbyter vero Liprandus, cum jam senes esset, & duo anni post legem ab ipso factam (hoc est conditionem, quam ipse obtulerat divini iudicii per ignem) transisset, provocatus & compulsus Romam ad Synodum venit. In qua prædictus Landulfus de Varaglate, qui post ipsam Synodum fuit Astensis Episcopus, neque ante Papam, vel ejus Curiam, vel Synodum adversus Grosulanum verbum ignominiosum protulit. Sed Presbyter Liprandus causam, quam adversus Grosulanum habuit, pure notificavit: & Apostolicus non Legem per ipsum Presbyterum datam, & sacramento & igne notatam, laudavit, sed gratiam & officium Presbyteratus in illo firmavit; & dixit: Si Presbyter juraret, & duodecim Sacerdotes cum illo jurando affirmarent, quod Grosulanus coegit ipsum Presbyterum ire ad ignem; justineret Grosulanus depositionem. Atque super hoc spatium consulendi per unam noctem dedit.

V. Agitata in eo causa Grosulani & Liprandi.

Tum Landulphus cap. 12. subdit: Nocte autem illa transacta, Apostolicus coram Synodo a Grosulano suscepit Sacramentum, in quo Sacramentum Grosulanus sic ait: Ego Grosulanus gratia Dei Archiepiscopus non coegi dictum Liprandum Presbyterum ire ad ignem, & facere iudicium. Tunc & Ardericus Laudensis Episcopus, jurando firmavit id ipsum. Azoni vero Aquensi Episcopo, proferenti id ipsum, jurare ex parte Grosulani ab Apostolico fuit condonatum. Grosulanus itaque accessit, ut acciperet gratiam restitutionis. Et cum ad accipiendum restitutionem accederet, gabata, & Pastoralis virga, quam ipse Grosulanus, sua tenebat manu; coram Synodo ad terram corruit. Quod signum quam pluribus fuit indicium, quod Sacramentum ejus fuit Sacramentum mortis. Venerunt tamen nec Papa, nec ejus Synodus ad hoc tunc respexit; sed ipsum Grosulanum Azoni Aquensi, & Arderico Laudensi, atque Jordano de Clivi, & ceteris Mediolanensibus, tam Clericis quam laicis, verum etiam Episcopis ejusdem Ecclesiæ suffraganeis, volentibus eum habere in Archiepiscopum, licet otiose, restituit, ubi otiose restitutum idem significat ac frustra, quia non obstante hoc iudicio Grosulanus Archiepiscopus

VI. Grosulani in Archiepiscopatu restituit.

XIV.

Paschalis servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Episcopis Anagninæ, & aliis per Campaniam constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

Dominum excelsum habentes præ oculis, qui in amicis suis laudatur & benedicatur; & considerantes propterea strenua probataque vita merita, quibus vir sanctus Petrus, quondam Anagnina Episcopus, de regula monachorum assumptus, in pastoralis officio pure, simpliciter, solerti vigilantia & exemplo Deo deservivit: admirantes etiam miraculorum insignia, quibus Sanctum suum ante & post

obitum divina gratia decoravit, prout per Brunonem Signiensem Episcopum fideliter annotatur, & usque ad nostra tempora decorare non desinit: auctoritate præsentium nobis licere volumus, & mandamus, quatenus tertio Nonas Augusti diem natalem ejusdem Confessoris & Præfatis memorandi Sanctorum catalogo congrue celebrem recolatis, quatenus in præfenti gratiam, & in futuro, opitulante divina clementia, piis ejus intercessionibus mereamur gloriam sempiternam. Dat. Signina, secundo Nonas Junii, Pontificatus nostri anno decimo.

Se-

PAGIUS

scopatu pacifice frui non potuit: Grosulanus vero, inquit Landulfus, gratia Guillelmi Abbatum monasterii S. Ambrosii, & Andrea Mediolanensis Ecclesiæ Primicerii, & aliorum multorum prudentum, tam Clericorum, quam laicorum, nec Sedem, nec aliquam munitionem Archiepiscopatus post legem primam a Presbytero factam, sine restitutionem a Synodo celebratam, habuit. In Appendice ad Tom. X. Concil. pag. 1833. dicitur, hæc gesta esse in Concilio Romano anno MCIII. coacto. Verum Landulfus laudatus cap. 12. apud Puricellum in Monument. Basil. Ambros. num. CCCII. demonstrat hanc Synodum diversam non fuisse a Lateranensi, cum ait: Putavi non prætereundum silentio, quod durante lite Grosulani, scilicet millesimo centesimo quinto anno, septimo Idus Maii inventa sunt Reliquia pretiosa in Ecclesiâ S. Mariae ad Portam. Unde Ordinarii cum universo Clero statuerunt festum solemne illa die in Ecclesiâ prædicta.

VII. Per annos VII. Grosulanus pacifice in dignitate mansit.

Quæ postea Mediolani contigerint, refert ibidem Landulfus: Qui quidem Presbyter ille Liprandus, licet occasione hujus restitutionis foret suspectus Grosulano restituit, & restitutum suscipientibus, tamen in Ecclesiâ S. Pauli suaque domo fuit Sacerdos idoneus in suo officio per septem annos, ubi Landulfus tantum denotat Liprandum non obstante inimici sui restitutione remansisse in pacifica possessione suæ Ecclesiæ & Beneficii per septem annorum spatium, idest usque ad mortem, quo durante, septennio in Valle Telina moratus est, ut suo loco dicitur. Puricellus loco laudato Landulphum interpretabatur, quasi toto illo temporis spatio Liprandus Mediolani mansisset, & ex ea urbe egressus non esset, & hoc pacto universam tam Historiam, quam Chronologiam turbabat. Videtur tamen hanc opinionem retractasse, ut patet ex illis, quæ lib. 4. cap. 90. de SS. Arialdo & Herlembaldo statuit. Grosulanus usque ad annum MCXI. Mediolani a suis sectatoribus, qui non pauci erant, agnitus, substitit, eo tranquillius, quo nullus ei in ea dignitate competitor erat. Sed redeo ad S. Anselmum.

VIII.

Postquam Anselmus intellexit, inquit Eadmerus lib. 4. Novorum, se amplius frustra Lugduni, Romanam opem præstolari, præsertim cum jam sæpe numero ipsi Romanæ Sedis An-

gustini Legatos & literas de sui negotii confirmatione transmississet, consulto Hugone Lugdunensi Archiepiscopo, Lugduno Franciam petiturus decessit. Cum ergo ad Caritatem, Henrico quæ Cella Cluniacensis cœnobii est, Comitissam Blesensem nomine Adelam, apud castrum in Normanniam Blesensem quod ad Ligerim Flu. Aurelianum inter & Turonam situm, infirmari accepisset, eam visitare voluit, quod ea erga se valde munifica fuisset, verum invenit illam ferme convaluisse. Anselmus Comitissæ causam reditus sui Franciam ab ea inquisit, innotuit: & quia fratrem ipsius, Henricum videlicet Regem Anglorum pro injuria, quam Deo, sibi que jam per biennium & ultra fecerat excommunicare veniebat, non celavit. Quod illa audiens, ut eum cum fratre in concordiam reduceret, operam dare disposuit. Rex per Legatos Comitissæ de Anselmi adventu monitus eam deprecatus est; ut eum sibi in Normanniam duceret, pollicitus in multis voluntati ejus, pacis gratia condescensurum. Tandem habito inter eos colloquio Anselmus Rex de redditibus sui Pontificatus restituit, & in pristinam amicitiam utrimque recepti sunt. Sed cum de omnibus conditionibus inter se convenire non possent, ex condito decretum fuit, ut Romam Nuncios mitterentur. Hæc autem inter ipsos acta sunt anno tertio exitus nostri de Anglia, undecimo Kalendas Augusti, inquit Eadmerus, ex quo hæc excerpta.

IX. Obitus Guitmundi Archiepiscopi.

Ad hunc circiter annum pervenit Guitmundus Episcopus Averfanus, quem Ordericus lib. 4. pag. 524. & seqq. ubi pluribus de eo agit, ait; Ecclesiam sibi commissam diu vexisse. Guillelmus Angliæ Rex eum ad se accersivit, sed Guitmundus qui in Neustria natus erat, oblatum sibi Ecclesiasticum Angliæ regimen omnino repudiavit. Ordericus tamen, qui hæc narrat, fallitur, quando ait, Urbanum II. eum Ecclesiæ Averfanæ præfecisse, Guitmundus enim sedente Gregorio VII. jam Archiepiscopus erat, ut ostendit cap. Si consuetudinem, apud Ivonem Carnotensem Episcopum eidem æqualem, part. 4. cap. 213. Gregorius VII. Vimondo Episcopo Averfano, quod & legitur in Decreto Gratiani distinct. 8. Ex eodem capitulo intelligimus Guitmundum eo fere tempore, quo Lanfrancus, ad Episcopalem dignitatem evectum fuisse.

JESU CHRISTI
ANNUS
1106.PASCHALIS PAP. II.
ANNUS
7.HENRICI III. IMP. 23.
ALEXII COMN. IMP. 26.I.
Henricus
Imp. fuga
lapis li-
teris de-
clamat in
Papam.

SEquitur annus Redemptoris millesimus centesimus sextus, Indictione decimaquarta, quo Henricus Imperator a filio spoliatus Imperio, demum ab ulciscente numine privatur & vita. Sed quæ ista præcesserint, suo narranda sunt ordine. Henricus igitur senior exutus privatam vitam agere, fuga lapsus, Coloniæ primum, inde Leodium venit, ubi benigne exceptus, dum maneret, litteras has dedit sub titulo, ad Regem Celtarum, cæterum quas voluit esse patentes, ad commovendos omnes in filium: quæ sic se habent:

Henricus Rex Regi Celtarum.

II.

Princeps clarissime, & omnium in quibus post Deum speramus, fidelissime, primum & præcipuum inter omnes vos excepi, cui conqueri & deplorare omnes calamitates meas & miseras necessarium duxi, & etiam genibus vestris advolvi, si licet, salva majestate Imperii. Primum quidem est, quod non solum vobis, sed totius Christiana professionis hominibus gravissimum ac intolerabile arbitramur, quod de Apostolica Sede, unde usque ad memoriam nostri temporis salutifer fructus consolationis, dulcedinis, & salvationis animarum oriebatur, modo persecutionis, excommunicationis, & omne perditionis flagellum emittitur; nec ponunt ullum modum sententiæ tantum ut satisfiat voluntati indiscretæ. Hujus voluntatis suæ intemperantia adeo usque nunc abusi sunt, ut nec Deum, nec quid, aut quantum malis inde proveniat, pensantes, per se, & per suos omnibus modis in nos invebantur, cum obedientiam, & omnem subjectionem debitam sæpe obtulerim Apostolicæ Sedi, si tamen honor debitus, & reverentia, sicut antecessori-

bus meis exhiberetur & mihi. Quid autem intendant, opportunitus significabo vobis, si quando optati colloqui copiam Deus dederit nobis. In hac igitur persecutionis & odii sui inflammatione, cum parum viderent se proficere, contra ipsum jus naturæ laborantes (quod sine maximo cordis dolore, sine multis lacrymis dicere non valeo, & quia dicitur, vehementer contremisco) filium meum, Absalon, inquam, dilectissimum non solum contra me armaverunt, sed etiam tanto furore animaverunt, ut in primis contra fidem, & sacramentum, quod ut miles domino juraverat, regnum meum invaderet, Episcopos & Abbates meos deponeret, inimicos, & persecutores meos sustineret: ad ultimum (quod maxime vellem taceri, aut si taceri non potest, vellem non credi) omnem affectum naturæ abiitens, in salutem, & animam meam intenderet, nec quidquam pensi haberet, quomodo vi & fraude ad hanc periculi & ignominia suæ summam aspirarer.

In hac tanta mali sui machinatione, cum essem in pace, & in aliqua salutis meæ securitate, in locum qui Consuetudina dicitur, in ipsiis Dominicis Adventus sanctissimis diebus ad colloquium evocavit me, quasi de communi salute & honore, filius tractaturus cum patre. Quem cum vidi, illico ex paterno effectu tactus intrinsecus dolore cordis mei, ad pedes suos procidi, admonens, & obtestans per fidem, per salutem animæ, si pro peccatis meis flagellandus eram a Deo, de me ipse nullam conquireret maculam honori & nomini suo, quia culpa patris vindicem filium esse, nulla divina legis constituit sanctio. At ille tam pulchre, immo miserrime institutus ad malitiam, quasi abominabile & execrabile scelus cepit

III.

quit Herimannus, Henricum adolescentem filium Henrici Imperatoris adversus patrem concitat, & ut Ecclesia Dei auxilietur admonet; ille regni cupidus & gaudens se competentem occasionem & Apostolica auctoritate invenisse, contra patrem ferociter armatur, eumque regno propellit, ita ut præter Authbertum Leodiensem Episcopum nullum inveniret, qui sibi adhaereret. Juvenis frendens eo quod contra voluntatem suam a prædicto Episcopo pater suus in urbe Leodiensi retineretur, exercitum congregat & in die Sancto Parasceves (qui hoc anno cum die XXIII. mensis Martii concurrat) Leodium violenter intrare parat. Præcedente igitur feria quinta cum Episcopus jam vespere finit ex more Ecclesiastico pedes Canonicorum lavaret & Canam Dominicam celebraret; ecce subito nunciatur milites juvenis Regis castrum quod Vistum (ad Mosam positum) dicitur obvinuisse: exiliunt cum impetu Leodienses & præcedente Namurcensi Comite obviana venientibus

ira

CHRISTI
1106.PASCHALIS II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. 23.
ALEXII COMN. IMP. 26.

pit detestari, & procidens ipse ad pedes meos, de præteritis cepit veniam deprecari; in reliquum ut miles domino, ut patri filius cum fide & veritate per omnia se mihi obauditurum promisit cum lacrymis, si modo Sedi Apostolica vellem reconciliari. Quod cum promptissime annuissem, & deliberationi suæ & consilio Principum hoc tantum mancipandum promissum, in præsentem Nativitatem se producturum me Moguntiam, & ibi de honore, & reconciliatione mea, quam fidelius posset, acturum, & inde in pacem, & securitatem me reducendum, promisit, in ea veritate & fide, qua patrem a filio honorari, & filium a patre præcipit Deus diligi. Hac promissione, quæ & Gentili observanda est, securus ibam, & filius meus aliquantulum me præcesserat: & ecce quidam fideles verissime me deceptum affirmabant, & proditum sub falsa pacis & fidei sponione. Revocatus autem filius meus, & iterum a me instantissime admonitus, sub ejusdem fidei & sacramenti obtestatione animam suam pro anima mea fore promisit secunda vice.

IV.

Cum ergo ad locum, qui Binga vocatur, pervenissem, jam existente die Veneris ante Nativitatem, numerus armatorum suorum jam satis augebatur, jam fraus ipsa de se detegebatur, & filius ad me: Pater, inquit, nobis sedendum est in vicinum castellum, quia Moguntiam Episcopus in suam civitatem non admittet vos, quamdiu in banno eritis; nec vos impacatum & irreconciliatum audeoingere inimicis vestris. Illic Nativitatem cum honore & pace agatis, quoscumque placuerit vobis, vobiscum habeatis: ego interim quanto instantius, quanto fidelius potero, pro nobis utrisque laborabo, quia causam vestram meam existimo esse. At ego: Mi, inquam, fili, judex & testis sermonum & fidei sit inter nos hodie Deus, quomodo te in virum & heredem meum produxerim, quantis tribulationibus meis honori tuo inservierim, quot & quan-

tas inimicitias pro te habuerim, & habeam, solus conficius es. Ille autem tertio sub ejusdem fidei & sacramenti obtestatione, si ingrueret occasio periculi, caput suum pro meo capite fore mihi promisit.

Sed postquam clausit me in eodem castello, quo omnia animo & corde fueris locutus, manifeste rei ostendit eventus. Ex omnibus meis quartus ego sum inclusus, nec quilibet alius admitti potuit; custodes deputati, qui vitam meam erant atroces inimici (benedictus per omnia Deus) exaltandi, & humiliandi quæ voluerit Rex potentissimus. Cum ergo ipso sacratissimo die Nativitatis suæ omnibus redemptis suis ille sanctus Sanctorum Puer fuisset natus: mihi soli filius ille non est datus. Nam ut taceam opprobria, injurias, minas, gladios in cervicem meam exortos, nisi omnia imperata facerem: præterea famem, & sitim, quam præferrebam ab illis, quos injuria erat videre, & audire, ut etiam taceam, quod est gravius, me olim satis felicem fuisse: illud nunquam obliviscar, illud nunquam desinam omnibus Christianis conquiri, quod illis sanctissimis diebus, sine omni Christiana communione in carcere illo fui.

V.

In illis penitentia & tribulationis meæ diebus a filio meo missus venit ad me quidam Princeps Voigbertus, dicens: nulum vitæ meæ esse consilium, nisi sine ulla contradictione omnia regni insignia redderem ex voluntate & imperio Principum. At ego, etsi omnis terra, quantum inhabitatur, moi regni terminus esset, nollem regno vitam commutare: quia vellem, nollem, sic agendum, & sicut definitum intelligebam, coronam, septrum, crucem, lanceam, gladium nisi Moguntiam. Tunc communicato consilio cum inimicis meis meo filio egrediens, relictis ibidem fidelibus & amicis meis, quasi me eo adducturus, sub multa frequentia armatorum suorum me adductum ad villam, quæ dicitur Ingelheim, fecit me

VI.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6599.

SÆC. XII.
An. Eræ
Nisp.

© 23. D. 25. P. 25. Mart. Indict. 14.

MCXLIV.
An. He-
gira D.
inchoato
die 2. Se-
ptemb.
fer. 1.
A.C. 1106

JESU CHRISTI 1106.

PASCHALIS II. PAPÆ 8.

HENRICI V. REG. 1.

ALEXII COMNENI IMP. 26.

I.
Henricus
Imp. ab
Henrico fi-
lio deti-
netur.

Num. I. ad XXV. Herimannus in Narratione Restaurationis Abbatie S. Martini Tornacensis Tomo XII. Spicilegii Dacheriani num. LXXXIII. refert, quomodo Henricus IV. Imp. a filio Henrico Imperio spoliatus fuerit, quod hoc anno accidisse testatur Sigebertus in Chronico; Callidus Papa, in-

PAGIUS

ive festinant; ecce autem dum militia novi Regis inconsulte & præpoperè pontem Mosella fluminis. (Sigebertus habet Mosæ) conscendit, repente pontis fluminis frangitur, & quingenti fore milites loricati, & armati cum equis in flumine corruentes necantur. Sicque Rex juvenis, quod contra patrem tam solemnem die pugnare voluisset, sero veniens (forte legendum, penitens) non sine magna confusione retrocedere, & Moguntiam redire compellitur; sed quia jam totum regnum, excepto Leodio obtinuerat, vultum resumens viribus contra patrem armatur, donec pater omni Principum auxilio destitutus in quodam castello ab eo includitur. Extat quadam Epistola ab eodem patre Philippo Regi Francorum scripta in qua de filio suo conquiruntur, quam si quis legerit, & non stoverit, videtur mihi auri esse cordis. Extat etiam inter ejus Epistolas editas a Reincro Reinecio ad vitam Henrici IV.

Aliqui tamen tradunt, non paucos ei favisse: Contigit interim, Imperatorem Leodio agro tasse, & perductus usque ad mortem Kalendis Augusti diem ultimum clausit, inquit Chronographus Hildensheimensis, qui bellum inter eum & Henricum filium gestam prolixè narrat, & ex Urspergeni Baronius. Eum tamen die septimo mensis Augusti obiisse notat Ordericus pag. 762. & pag. 819. eique alii passim suffragantur: Henricus Imp. Alemannorum VII. Idus Augusti expiravit, sed quia pro multis reatibus suis Ecclesie, teste Deo, non satisfecerat, terra cavuit; nec per multos annos humano ritu sepeliri meruit. Karolus Henricus V. filius ejus post eum imperavit, qui post tres annos Mathildam filiam Henrici I. Regis Anglorum uxorem duxit, sed legitimum sibi de ea successorem non habuit, inquit Ordericus in postremo loco citato.

II.
Moritur
Henricus
Imp.

Hec-

me ad se adduci, ubi maximam inimicorum meorum multitudinem collectam invenit, nec ipsum filium ceteris mihi meliorem reperi. Et quia firmiter & stabilis videbatur eis esse, si propria manu egerent me regnum, & omnia regalia exfestucare; simili modo & ipsi omnes minabantur mihi, nisi omnia imperata facerem, nullum vitæ meæ consilium fieri posse. Tunc ego, inquam, quia de sola vita mea agitur, qua nihil pretiosius habeo, ut saltem vivens poenitentiam exhibeam Deo; quidquid imperatis, faciam. Cumque inquirerem: si saltem sic de vita mea certus essem: Apostolica Sedis Legatus, qui ibidem aderat (non dico qui omnia hæc audierat) respondit, me nullo modo eripi posse, nisi publice confiterer, me injuste Hildebrandum persecutum esse, Voigbertum ei injuste superposuisse, & injustam persecutionem in Apostolicam Sedem & omnem Ecclesiam hæcenus exercuisse.

VII. Tunc cum magna contritione animi prostratus, cæpi per Deum, per ipsam conscientiam orare, ut locus & tempus mihi daretur, ubi in præsentia omnium Principum, cum innocens essem, vellem ex iudicio omnium me expurgare; & in quo culpabilem me recognoscere, ex consilio omnium sanioris sententiæ, poenitentiam, & satisfactionem, quo ordine jubere, & querere; & in Principibus regni, de fidelibus nostris quoscumque obsides vellet, dare. At idem Legatus locum & diem mihi abnegavit, dicens: aut rotum ibi debere determinari, aut nulla spes mihi esset evadendi. In tanto tribulationis articulo cum interrogarem, si confiterer omnia quæ imperabantur, an confessio mea, ut iustum est, veniam & absolutionem consequeretur: ibi Legatus dixit, non esse juris sui me absolvere: si vellem, inquit, absolvi, Romam irem satisfacere Apostolicæ Sedi. Sic desolatum, & spoliatum (nam & castella, & patrimonia, & quidquid in regno conquiseram, eadem vi & arte sua extorserant a me) in eadem villa reliquerunt me. In qua cum aliquo tempore commoratus essem, & filius meus ex eodem fraudis suæ consilio demandasset, ut ibidem eum expectarem, superveniens quorundam fidelium meorum

legatio præmonuit, ut siquidem admonitum ibi remaneret: fore aut in perpetuam caperer captivitatem, aut in eodem decollerer.

Quo nuntio satis tunc vitæ meæ diffusus, illico aufugiens, fugiendo Coloniam veni, & ibi aliquot diebus commoratus, postea Leodium veni. In quibus locis fideles viros & in fide regni constantes semper inveni. Horum cæterorumque regni fidelium consilio usus, vobis fiducialius, & honestius habeo deplorare has omnes meas miseras. Fiducialius quidem propter mutuum consanguinitatis, & antiquæ amicitia debitum: honestius autem propter tantum regni nomen gloriosum. Vos igitur per fidem, per amicitiam rogo, in tantis tribulationibus meis ac injuriis propinquo & amico consulatis. Quæ fidei, & amicitia vincula est inter nos non essent, vestra tamen, & omnium Regum terræ interesset, injuriam & contemptum meum vindicare, & tam nefarie proditionis & malitiæ exemplum de superficie terræ extirpare. Hactenus Henricus, cujus querelæ, utcumque sive vere sive false formata, magnam vim commovendi animos habuerunt; eo magis quod fuga lapsus, & milites congregans, in prius statum se revocandum spem multis suis fidelibus fecerat. Hic a schismaticis nova præsumpta, nempe ut novus Antipapa decerneretur, atque Legati missi ex Moguntino conventu Romam ad Paschalem Pontificem, capti conicerentur in carcerem. Narrat ista Urspergensis verbis istis hoc anno:

Inter hæc Vernerus quidam ex ordine ministerialium Aquini, qui Marchæ, quæ in partibus Aquini, præerat, quasi hæresim eandem resuscitaturus, collectis undecumque per Italiam copiis, corruptis quoque multa pecunia Romanis nonnullis, dum dominus Apostolicus Beneventanis immoratur finibus, quemdam pseudoabbatem de Farfa, prob nefas! Cathedralis sancti Petri imposuit, & ipsum Papam Cæsaris, sub vocabulo Silvestri appellari voluit. Qui tamen post paululum, turpiter ut merebatur, a Catholicis eliminatus, vesania suæ præmium, male conquisiti, pejusque dispersi aris retulis damnus &c. Hæc de pseudo-papa. De Le.

unionis glutino coadunare, atque ruinam Ecclesie, qua per nos facta est, pacis & iustitiæ instauratione recompensare. Præterea significamus vobis, quod si Deo propitio regnum & Sacerdotium in unum recolligere poterimus, post confirmatam pacem ire Jerusalem disponimus, & videre Sanctam Terram, in qua Dominus noster in carne visus est, &c. Sed res in eo statu non erant, ut verbis ejus fides adhiberi posset. Obiit anno Regni sui quinquagesimo, in excommunicatione trium Romanorum Pontificum.

VIII. De fuga sua Imp. agit.

IX. Pseudo-Papa Silvester e-rigitur & deiciatur.

Legatis autem in via tentis subicit mox ista:

X. Porro proceres jam dicti, dum e suis singuli partibus in valle Tridentina convenientes, apud eisdem nominis civitatem idest Tridentum, pernoctarent, quidam Adelbertus adolescens, partium illarum quodam insignis comitatu, summo mane super ipsos, utpote inermes & peregrinos, cum civibus armatis irrumpit, spoliat, capit, custodiæ tradit, idque sibi per legationes domini sui Henrici Excimpertoris demandatum comprobatur. Artibus quippe solitis idem Henricus usus, clamque religiosi episcopis, nuntiis, quacumque poterat regni civitates, & provincias impleverat, quibus se vim a Principibus passum, immo ab unico filio depulsum Imperio deplorabat, regnum in suis miseris confusum, cunctis usqueaque partibus ejusdem fortuna timendum fore præmonebat exemplum. Qua de causa nullus jam per Italiam liber transitus eisdem patuit Legatis: Gebhardus tantum Constantiensis Episcopus cum suis per occuliores Alpium semitas ingressus, Mathildis Comitissæ, alterius nimirum Debore, præfatis, Apostolicis præsentatur vestigiis. Reliqui (ut diximus) magnates, ut nimirum a stultissimo captivatore deprehensi, indigne tractantur, præter Ottonem Babenbergensem Episcopum, cui idem Adelbertus, eo quod esset suus miles, parcere cogebatur. Quo etiam mediante, Bruno Treverensis Episcopus, & Voigbertus Comes eo pacto dimittuntur, quatenus & Imperatorem, cum illo pacem facturi, conveniant, & quid de reliquis ipse præcipiat, relaturi redeant.

XI. At JESUS, qui semper prope est omnibus se invocantibus, & his juxta, qui tribulato sunt corde, repente super eosdem sibi rebelles Voelphonem Ducem Noricum quasi gladium de vagina sua eduxit: qui inertia superveniens die, manu valida Clausas obstructas effregit, Gebhardum virum probatum Tridentina Ecclesiæ constitutum a Rege Catholico novum Episcopum, quem nunquam se suscepturos civis ipsi conspiraverant, recipi coegit. Ipsum quoque Adelbertum, sui que sceleris complices adeo perterruit, ut eductos quos clauerant Principes, ipsumque castellum novo Episcopo redderent; ipsi insuper nudipedes ab his quos affixerant, veniam postularent. Hæc de liberatione Legatorum Urspergensis; qui hæc contigit aie prima hebdomada Quadragesimæ. Narrat post hæc prælium, in quo tulere Catholici posteriores, trecentis ex illis cæsis, ex quo eventu sunt redditi schismatici audaciores. Henricus vero filius obfedit Coloniam pro patre stantem, ubi dum esset, Legatos a patre missos suscepit, de quibus ita idem Urspergensis: Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Interea Regi Henrico patris Legati de Leodio missi præsentantur, litteras tam sibi, quam Principibus regni deferentes, quarum exemplar hic inferi non absurdum duximus, ad probandam scilicet ejusdem viri multimodam tergiversationem, qua se toto vitæ suæ tempore cunctis sibi resistētibus, ficta subjectione catenus fecisset superiorem. Quas ad filium scripsit sic se habent:

Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Augustus Henrico filio suo.

Si ea nos debita affectione tractasses qua deberes, libentissime tecum loqueremur, & paterna tibi mandavimus; verum quia longe alius, quam paterna affectionis, & humanitatis circa nos animus tibi fuit, nequissimus aliter tecum loqui, quam quod ipsa rei manifestissima veritas habet. Tu enim ipse scis, sicut ipse publico experimento facti tibi conscius es, qualiter data fide, & securitate personæ, & honoris nostri, omni affectione devotionis promissis nos ducere Moguntiam coram Principibus, & inde nos securissime reducere quocumque vellemus. Hæc fiducia cum tecum a-nanter & indubitanter ascendere, contra datam fidem apud Bingam nos cepisti. Uti nec paterna lacrymæ, nec patris mæror, nec tristitia, qua ad pedes tuos, aliorumque ad volvebamur, te commovit ad misericordiam, quin nos caperes, & captum mortalibus inimicis illudendum & custodiendum traderes, ubi multimodo genere contumeliæ & terroris afflicti, compulsi sumus ferre venire usque ad ipsum mortis articulum. Ante captivitatem abstulisti nobis Episcopatum, & quidquid de honore regni potuisti, & prædita nostra, & ipsam familiam: in captivitate vero quidquid residuum erat, ut lanceam, & crucem, & omnia regalia insignia vi & timore mortis (ut ipse bene scis, & omni ferme notum est Christianitati) a nobis extorsisti relicta vix ipsa vita. Cum hoc tibi de nobis non sufficeret, postea semper ubicumque sumus, modis omnibus, quibus potuisti, nos persequi non cessasti, ut vel perderes, vel de regno expelleres. Verum nos satis mirari non possumus, quæ ratione vel occasione tam obstinate facias, cum de domino Papa & Romana Ecclesia nulla tibi residua sit occasio. Nos enim Nuntio domini Papæ & Romanæ Ecclesiæ, te præsentem, parati fuimus & sumus obedire, & omnem debitam obedientiam & reverentiam ei coram & semper exhibere, & consilio Principum, & spiritualis patris nostri * Henrici Cluniacensis Abbatis, aliorumque religiosorum virorum de statu Ecclesiæ, & honore regni libentissime agere. Te ergo rogamus pro honore regni, & tua, & paterna devotione, & per auctoritatem Ro-

XII. Epist. Henrici Imp. ad filium.

* Hugo-nis.

PAGIUS Henricus Imp. Epistolas tres ad S. Hugonem Abbatem Cluniacensem relatas Tom. II. Spicileg. Dachériani pag. 396. & seqq. dedit, rogavitque, ut illum inviseret, quo pacem inire posset cum Summo Pontifice. In ultima hæc habet: Notum facimus Severitati vestra quod pro reparatione Ecclesiarum, qua nostris temporibus nostris peccatis, heu? corruerunt, omnibus modis, pro ut Deus vires dederit, volumus laborare, & sanis consiliis omnium bonorum amodo acquiescere, si quo modo valeamus dispersa colligere, & hiantia cuncto schismatis

CHRISTI
1106.PASCHALIS II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. 23.
ALEXII COMN. IMP. 26.

mani Pontificis, & Romane Ecclesie, ut de injuria nobis illata, & de his, quae nobis vi & injuste abstulisti, justitiam facias. Rogamus etiam, ut cum nil rationis tibi sit, quare nos persequaris, nos & fideles nostros cesses infestare, immo permittas nos pacifice & quiete vivere: ut integre & cum tranquillitate possimus omnia supradicta agere.

XIII.

Recognosce etiam & tecum cogita, quia Deus justus judex est, cui committimus causam nostram, & vindictam, cuius etiam judicia sunt occulta, velut abyssus multa. Quoniam quantumcumque super afflictionem & infortunia gloriaris, & super humilitatem te extollas; forsitan de sede sancta tua inter me & te gratuita misericordia aliud jam desinit, intercedente justitia, quam tu ipse cogites & disponas. Quod si nulla alia vel reverentia vel intercessio nobis valet: opto ut justitiam consequi possimus, vel ut tuae persecutionis impetus cesset. Ad hoc idem Romanum Pontificem, & sanctam universalem Romanam Ecclesiam appellamus. Hactenus ad filium pater.

XIV.

Inter quos si arbiter sedes, quod ad persecutionem, captivitatem, atque privationem Imperii spectat per filium procuratas in patrem: cum ex animi affectu ista pendeant, nihil habes in quo damnes filium magis, quam si vehementi febre phrenetico, deliranti, insanienti, furentique pius filius iniciat vincula patri, si vere intuitu pietatis, ut facere praese tulit, ea omnia praestitit. Certe quidem furor Henrici senioris toto vitae suae tempore majoribus in dies accessionibus auctus in Ecclesiae Catholicae detrimentum, & cladem assiduum Occidentalis Imperii, ejusmodi plurimis experimentis cognitus est, ut aliter curari non posset, nisi hujusmodi vinculis. Quibus si ad hoc (ut praese tulit) usus est filius, ut patrem ad saniores sensum converteret, solvique procuraret tenacioribus vinculis anathematis arctius frequentiori iteratione constrictum: quis negare poterit, summum fuisse hoc pietatis genus, in hoc se exhibuisse crudelem? immo ex eo quod non firmioribus vinculis strinxerit, donec curaretur, ne in malum suum & aliorum effugeret, deliquisse. Caeterum (quod exclamat pater) si ea ex malis artibus, nempe perjuris offensae praestitae fidei, fieri contigerunt: laudari minime possunt. Utcumque tamen illata per filium ista meruit pati pater, aequa divinae justitiae lance librata sententia, ut pateretur a filio quae in sanctum Patrem, ipse facere jugi persecutione tentasset: qui & necessitate cogente, extorquente ut olim ab Antiocho (a) desuper immissa vindicta, patrem nominare, pa-

In omnibus his divina justitia commendanda.

(a) Mac. 9.

trem cognoscere, patremque appellare; habuerit pro remedio singulari sibi relicto. Sed audiamus reliquas litteras, quas per eisdem Legatos ad Archiepiscopos & Principes filio inherentes, eodem argumento conscripsit. Sic enim se habent:

Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Augustus * Archiepiscopis, & ceteris * Episcopis Saxoniae Principibus, ac etiam reliquo * Saxoniae non habet populo gratiam, & dilectionem dignantibus eam recipere. Ita titulus in casis seorsum Henrici litteris, sed apud Urspergensium alio modo legitur.

Conquerimur Deo omnipotenti, & Dominae meae sanctae Mariae, & beato Petro principi Apostolorum patrono nostro, & vobis Principibus omnibus, quia injuste & inhumane & crudeliter in illa confisi fide, in qua dubitare non debueramus, tractati sumus; & tam honore regni, quam praediis, & omnibus quae habebamus, contra divinum, & humanum jus, ad infamiam, & vituperium regni, ita expoliati sumus, ut nihil penitus praeter vitam nobis relictum sit. Ubi cum ferme omnes essetis, magna pars vestrum visa est dolore contristari. Sed probo dolor! nihil nobis contulit vestra tristitia, quin in nobis sibi satisfaceret voluntas inimicorum nostrorum odiosa. Et quia consilio, & rogatu filii nostri, fide, & securitate vitae & honoris primum ab eo accepta, fiducialiter & desideranter Moguntiam in praesentiam Legati Romani, & Principum tenderemus, ut eorum dispositione ageremus tam de statu Ecclesiae, & honore regni, quam de salute animae nostrae, ipse non est veritus in hac voluntate & obedientia nos contra datam fidem capere, & usque ad articulum mortis ducere: non ausi sumus nos illi credere, ut injuriis & contumeliis nos pro voluntate sua, sicut prius, valeat tractare. Quapropter multum vos rogamus, & obnixae precamur, ut pro timore Dei, & honore regni, & honestate vestra dignemini studere, quomodo de injuria in manibus vestris nobis illata per vos possimus recuperare justitiam.

Nos autem pro consilio vestro, & aliorum qui nos odio non habent, religiosorum virorum parati sumus tam filio nostro, si in aliquo eum offendimus, quam alicui in regno libenter rationem dare. Praeterea sicut domino Pape in praesentia Legati sui & vestra obedire parati fuimus; ita nunc parati sumus ei omnem debitam reverentiam, & obedientiam, sincero corde & devotione praesentialiter exhibere, & tam consilio vestro, quam spiritualis patris nostri * Henrici Cluniacensis Abbatis, aliorumque religiosorum virorum de statu Ecclesiae & honore regni, quantum in nobis est, dispo-

XV.
* Episcopis
* Saxoniae non habet
Ursperg.

XVI.

* Hugo-

nis

CHRISTI
1106.PASCHALIS II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. 23.
ALEXII COMN. IMP. 26.

ner. Cum ergo ad haec omnia parati simus, rogamus vos, & obnixae precamur, quatenus pro Deo, & honore regni & vestro, instanter moneratis filium nostrum, cum nulla ei secundum praefatam sententiam adversum nos residua sit occasio: a modo desistat nos & fideles nostros persequi, & pacifice & quiete vivere permittat, ut supradicta integre & cum tranquillitate perficiantur. Quod si noluerit, rogamus vos per auctoritatem Romanae Ecclesiae, cui nos committimus & honorem regni, ne super nos & fideles nostros veniat; quia manifestum est, sum non divina legis zelo, vel Romanae Ecclesiae dilectione, sed concupiscentia regni, patre injuste eo privato, hoc incipisse. Apud quem si interpellatio vestra, nullaque alia interventio ad praesens prodesse poterit: appellamus Romanum Pontificem, & sanctam universalem Romanam Sedem & Ecclesiam. Haec ad Principes Henricus, habita collatione cum textu Urspergensis Abbatis, qui eandem epistolam recitat, atque haec subiicit:

XVII.

Post lectas coram multitudine tam bas, quam alias litteras, parum verbis, nihil autem sensu vel intentione prioribus dissonantes, filii tamen persona specialiter directas, Rex Henricus ex Optimatum consilio legationem vicariam patri destinavit, quam tamen prius publice praedicari per Magdeburgensem Archiepiscopum Henricum fecit, hocque facto suorum animos secum valde roboravit. Erat autem hujusmodi:

XVIII.
Litterae
Principum ad
Henricum
Imp.

Post inveteratam, id est per annos circiter quadraginta discessionem Imperii Romani, quae tam divinas, quam humanas jam pene leges abolevit, & exceptis mortibus, omnimodis sacrilegiis, perjuriis, rapinis, & incendiis ipsum regnum nostrum non tantum in solitudinem, sed etiam ad apostasiam Catholicae Fidei, si ve in ipsum Paganismum propemodum redegit: respiciente tandem suam Ecclesiam divina clementia, nos ejusdem Christi sponsae filii per Spiritum sanctum in unitatem Fidei aequanimis respicimus, ipsum incorrigibile schismatum illorum caput, Henricum scilicet dictum Imperatorem nostrum zelo Dei, & Apostolicae Fidei obedientia abdicavimus, Catholicum nobis, licet ipsum de semine natum, Regem elegimus. Cujus regni principium sui finem esse conspiciens, etiam ipse, tamquam voluntarius, sed ut jam ejus fatentur litterae, nimis invitum collaudavit, regalia reddidit, filii curam cum regno nostra fidei lacrymando commisit, de reliquo nullam se regni pompam, sed animam potius suae medelam ulterius affectaturum spondidit. At nunc ecce praestitum se reddens tergiversationibus, praedictum se passum per orbem terrarum con-

queritur, Gallorum, Anglorum, Danorum, ceterarumque finitimarum gentium gladios cordibus nostris insingere meditatur. Super illatis etiam injuriis recitari sibi justitiam precatur, consiliis quoque nostris amodo promptum obedire se pollicetur; re autem vera solitis argumentis castra haec Domini dispergere, Christi exercitum exarmare conatur, & (ut in propatulo est) vineam Domini, quae jam sero florescere cepit, tam perse, singularem utique ferum, denuo depascere, quam per vulpes, illos nimirum, qui sibi adhaerent, pestilentes homines demoliri, ac per sacrilegia sacerdotum Balsam anathemati recidivo reddere; immo (quod dictu nefas est) Christum jam iterum in Ecclesia sua resurgentem in omnium cordibus crucifigere meditatur.

XIX.

Quapropter placet tam Regi, quam universis regni Principibus, immo cauto exercitui orthodoxo, quo Senior idem, ne ulla sibi pateat adversum nos justa querela, quaecumque elegerit securitate, quaecumque maluerit statione, coram praesenti Senatu simul & populo causam suam agat, justitiam suscipiat, justitiam & reddat, quatenus ab ortu schismatis omnibus seditionum causis, ac si nihil inde jam fuerit definitum, undique discussis, tam filio, quam patri sua justitia respondeat: Ecclesiae vero regniq; status, non ut ipse more suo proponit, post longas inducias, sed in praesentiarum his controversis diremptis vacillare desinat. Hucusque significatio Principum ad Henricum seniore. Pergit vero Urspergensis, de his quae sunt haec secuta, ac de Legatis missis agens: Quam legationem probatae singularis prudentiae persona, Abbatibus videlicet ac Ribuvini presbyteri, una cum quibusdam laicali sub habitu viri religiosi tam a Rege, quam universis Principibus, immo toto exercitu susceptam Eximperatoris sepe dicto, vix ejus praesentiam, fundique licentiam consecuti, cum retulissent; horribile memoratu est, quam ingenti vitae suae periculo per dies sex, eo quod nullo modo conventui malignantium communicare voluerint, indigne tractarentur: tandemque ab irruente sibi in eadem qua manebant custodia vulgo liberari, absque omni ducatus praesidio castris circa Coloniam positus redderentur: id tamen praecipuum inter Senioris responsa referentes, quatenus ad praesens armis discederetur, & in futurum super hujusmodi simultatibus curiale colloquium indiceretur. Haec Urspergensis. Inter haec autem Henricus pater, donec plene ex confluentibus ad eum auxiliaribus copiis augetur exercitus, illud in primis agebat, ut sub velamento pacis suaderet filio ejusque Principibus exercitum dimittere, & quae

XX.

Z 2

fuit

funt pacis, In Comitibus pacifice pertrahere. Quod tantum abest, ut impetraret ab illis, qui probe noverant animum ejus, ut Henricus filius solvens obsidionem Coloniae, mitteret Legatos ad patrem, qui significarent, vel propediem armis decernendum, vel si hoc recuset, veniendum intra dies octo Aquigranum, ubi res componerentur. Missi Legati conticiuntur in carcerem, quos post aliquot dies dimisit. Cum & idem Henricus pater postremas ad Principes adversarios has litteras dedit querimonia plenas, his verbis:

XXI.

* Rogavimus.

Henric. Imp. postrema litterae

Henricus Dei gratia Imper. Romanor. Aug. Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, ceterisque regni Principibus gratiam & dilectionem dignantibus eam recipere.

* Rogamus filium nostrum, & vos multum peccati sumus, ut dimisso exercitu ordinaretur quomodo possemus convenire, ut de injuria nostra, & pace componenda ad honorem regni possit digne & decenter desiniri. Placuit vobis remandare (unde nobis longe gravior prior oritur querimonia) quod dimissa obsidione Colonia, vultis super nos & fideles nostros subspecte colloqui cum exercitu venire, datis induciis octo dierum, qua nunquam data sunt homini alicujus conditionis (ut bene scitis) usque ad hanc diem pro legitima definitione alicujus minoris negotii, nedum pro tanta re, secundum legem divinam, vel humanam, vel etiam secundum usum hominum. Oportet enim nos habere, si vobis placeret, saltem tales inducias, intra quas possumus convocare, & precibus invitare ad hanc eandem causam Moguntinum, Trevirenses, & Bremenses Archiepiscopos, Frisingensem, Augustensem, Curientem, Basiliensem Episcopos, Ducem Magnum cum Duce Theoderico, & Ducem Boemicum, & Comitum Flandrensem cum Comite Burgundiae, & alios, qui ad praesentem negotium (ut bene scitis) sunt valde necessarii. Quapropter, sicut prius, rogamus, & obnixè precamur, quatenus pro Deo, & anima vestra, & pro appellatione domini Romani Pontificis Paschalis, & Romana Ecclesiae, & pro honore regni, dignemini apud filium nostrum efficere, ut dimisso exercitu, cesset nos persequi; & ordinetur quomodo secure, & absque ambiguitate possumus nos cum ceteris supradictis ad agendum de nostra injuria, & pace in regno componenda quiete & pacifice convenire.

XXII.

Quod si nullatenus cessare voluerit proclamationem inde fecimus, & semper facimus Deo, & sanctae Mariae, & beato Petro patrono nostro, & omnibus Sanctis, & omnibus Christianis, & vobis maxime omni devotione precantes, ut digne-

mini cessare * cum persequi, ad persecutionem tantae injuria cum vos & imitari. Appellavimus, & tertio appellavimus dominum Romanum Pontificem Paschalem, & sanctam universalem Sedem & Romanam Ecclesiam. Quod si hoc tantum nobis, & ad hoc, ut ipse cesset nos persequi, prodesse non poterit: commitemus nos omnipotenti Patri & Filio sanctoque Spiritui paraclito, & beatae Mariae perpetuae Virgini, & beato Petro & Paulo, & sancto Lamberto, omnibusque Sanctis, ut divina misericordia, omniumque Sanctorum intercessio humilitatem nostram respicere, nosque contra tantum tamque injuriosum imperium defendere dignetur. Amen. Certe quidem, nisi quae praecesserunt, & superius suis sunt locis dicta, ac crebrius repetita, Henricum ipsum vasservitum hominem dolose nimis agere cuncta confuevisse, significassent, demonstrassentque hominem nullius fidei ad fallendum arripitum semper inventum; possent ista quae litteris prodidit, multis argumentis hominis maxime pii animum insinuare; sed quod sic comparatus esset, ut cum deprimeretur, tunc subdole ad fallendum sibi larvam pietatis induceret, quam mox deponeret, cum quod esset conatus effecerat: jure meritoque eos quos appellavit patronos Sanctos, est expertus ultores.

Ex imperato siquidem est morte repentina multatus, de qua Dominico in Mathilde:

Mortem non sperans, domum tamen ipsa catena Mortis cum strinxit, rapuit de corpore tristi, Augusti * quarto defungitur Idus, in anno Christi millesimo centeno denique seno.

Agens aetatis annum quinquagesimum quintum; natus est enim (ut Lambertus habet) anno Domini millesimo quinquagesimo primo, quarto Idus Novembris.

Miserabile tamen dictum est (pergit Urspergensis) tanti hominis, tanta dignitatis, tantique animi virum sub professione Christiana mundum tanto tempore lucratum, nec ad instar cujuslibet pauperis defuncti, pium vel compassionem luctum a quavis inter tot Christianos persona promeruisse; sed potius universorum tam ibidem, quam ubivis vere Christianorum corda simul & ora infinito nimis tripudio sui oblitos, rumare replese. Non altius concinebat (a) Israel Domino, Pharaone demerso, nec augustiori ipsi Octaviano, sive ulli unquam Augustorum applaudebat, Roma triumpho. Frænum (b) quippe, quod erat in maxillis populo-

Tertio appellat Roman. Pontif. Henric. Senior.

Obitus Henrici Imp.

XXIII. Gaudium orbis mors Henrici.

(a) Exod. (b) Isai.

rum, versum est illis in canticum, sicut vox sanctificatae solemnitatis. Igitur quia (a) cessante tandem exactore quiescit & tributum: mox omnes, qui quæstus dumtaxat gratia eidem Principi catenus adherenda, suas animas venalitati propulerant, additioni Regis, simulque & communioni Catholicae subjiciuntur. Leodiensis autem Episcopus, ceterique Coepiscopantes inter cetera recipiuntur in communionem penitentiae, hac conditione, quod cadaver ipsius excommunicati per se pridie in monasterio tumulatum effoderent, & absque ulla sepultura, vel exequiarum communiōne in loco non consecrato deponerent, comprobantibus his qui aderant Archiepiscopis, & Episcopis: quia quibus visis Ecclesia non communicat, illis etiam nec mortuis communicare possit. Quo facto, paulo post corpus ipsum Spirensi civitati est in sarcophago lapidea Regis consensu delatum, sicque extra Ecclesiam ibidem per quinquennium mansit inhumatum.

Hic, finis, hic interitus, haecque fors ultima Henrici, illo sub vocabulo * Quarti Romanorum Imperatoris a suis appellati: a Catholicis vero, id est cunctis beato Petro suisque successoribus fidem & obedientiam lege Christiana confervantibus, archipirata, simul & haereticus, nec non & apostata, persecutorque plus animarum quam corporum competenter dicebatur: ut pote qui nec naturalibus, nec consuetudinariis contentus sceleribus, nova & a seculis inaudita, adeoque nonnulla incredibilia excogitasse, & exercuisse infamabatur. Quae si quis illorum arbitrati, qui tam perperam, quam recte ab Imperatoribus gesta litteris digna judicant, scribere velit, nos loco cedimus, maxime cum aliqua ex his oblivione potius, quam memoria digna non dubitemus. Pluribus autem testibus comprobare poterimus, quod novo nostris temporibus, natura, ingenio, fortitudine, & audacia, statura etiam toraque elegantia corporis videretur fascibus Imperialibus ipso aptior, si tamen in conflictu vitiorum homo non degeneraret, vel succumberet interior. Et inferius: Deo autem gratias, qui licet tarde, tamen permagnifice victoriam concessit Ecclesiae suae, cui etiam ejusdem Nabuchodonosor quinquagesimum exactiois annum iste Galilaeus, qui Julianum quondam vicerat, vertit in jubilaeum. Hanc a suo gentili ejusdem temporis

PAGIUS Ad num. XXV. ad XLII. Concilium Guastaldense celebratum est a Paschali Papa XI. Kal. Novemb. in eoque statutum, ut Episcopi & Clerici in schismate ordinati, si sunt alii qui probati vita, suscipiantur, quia nempe pauci Sacerdotes aut Clerici Catholici, in Longobardia reperiebantur, inquit Cencius Ca-

Scriptore Imperator omnium nequissimus dignam meruit panegyrim. Ex qua redarguas, quisquis ille Anonymus fuerit, sive verus extiterit, sive fictus, qui vitam ejus texuisse dicitur homo, quam jam oblivione damnatam Novator haereticus paulo ante eundem curavit una cum litteris ejusdem Henrici superius recitatis, ex quibus idem ipse qui edidit impius peracutus confoditur telis, cum se Henrico exhibet nequiores, dum ille, necessitate coactus cognoscit tandem, laudat, proficitur, atque denique tertio appellat Apostolicam Sedem, quam haereticus iste damnat. Ut hanc unam, hac saltem ex parte, meruerit Henricus laudem, quod profundum illud nondum attingerit impietatis, in quo hic ipse auctor libens volensque ut sus cum delectatione revolvitur.

His ubique locorum Occidentalis orbis quam citius perculgatis, Paschalis Papa ordinavit profectioem suam, ut Legati Comitiorum Moguntiae habitorum perierant in Galliam Cisalpinam, ubi Concilium celebrandum mense Octobris indixit, ad instaurandam sanctam Ecclesiam, longiori Henrici senioris persecutione concussam. Dum in itinere posset Florentiam pervenisset, de adventu Antichristi proximo futuro sparsam famam inventens, Florentiae subsistit: cum vera audisset, qua ferrentur, ut nullius fidei, & auctoritatis assertionem contempserit, & ceptum iter est profectus. Haec Acta vitae ipsius.

Quod pertinet ad Antichristum: fuit quidem opinio non vulgare virorum, Antichristum hoc fore saeculo revelandum, & inter alios Norberti, viri temporis hujus fama celeberrimi, de quo ista sanctus Bernardus (b) ad Gaufridum Carnotensem Episcopum: Cum ante hos paucos dies ejus factem videre, & de celesti fistula, ore videlicet ipsius, plurima haurire meruerim; hoc tamen ab ipso non audiui: verum de Antichristo cum inquirerem quid sentiret: durante adhuc ea, qua nunc est generatione, revelandum illud esse, certissime se scire protestatus est. At cum eandem certitudinem unde haberet, sciscitanti mihi exponere vellet; auditio quod respondit, non me illud pro certo credere debere putavi. Ad summam tamen hoc asseruit, non visurum se mortem, nisi prius videat generalem in Ecclesia persecutionem. Haec sanctus Bernardus.

merarius, ex quo plura referuntur Tom. X. Concil. ibidem legenda. Porro Guardastallum positum est super ripam Padi Fl. diciturque etiam Vastallia, hodie ditionis Ducis Mantuani. Vide dicta anno MCXVIII. num. VIII. & seqq.

XXV. Paschalis in Gallias profectio.

XXVI.

(b) Bern. ep. 36.

De Antichristo praedictiones.

CHRISTI
1106.

PASCHALIS II. PAP.
7.

HENRICI III. IMP. 23.
ALEXII COMN. IMP. 26.

CHRISTI
1106.

PASCHALIS II. PAP.
7.

HENRICI III. IMP. 23.
ALEXII COMN. IMP. 26.

Bernardus de oraculo, quod in illud relabi visum est usitatum, quod cum sæpe sancti viri prænovissent, ingentes futuras persecutiones Ecclesiæ, putarint rerum magnitudine ipsa affore Antichristi tempora. Sed ad Paschalem redeamus, in Gallia Cisalpina Synodum celebrantem.

XXVII. Synodus Guastallensis.

De hac Synodo hæc in primis qui interfuit Urspergensis Abbas, scriptis mandavit his verbis: Post hæc hebdomada quarta mensis Octobris habitum est Concilium generale in provincia Longobardia super ripam Padi fluminis, loco qui Voastallis nuncupatur, ubi præfidente vere per omnia Apostolico viro Paschali Secundo, coram multitudine maxima clericorum, nec non laicorum, qui de diversorum regnorum Ecclesiis conveniant, presentibus etiam Legatis domini Henrici Regis, multa sunt (prout canonica dictabat æquitas) de Inimici & zaniis evulsa, multa de structuris super arenam positis destructa, plura quoque pisci seminis plantaria profundius plantata simul & rigata, nonnulla etiam tutissima munitionis per Ecclesias propugnacula sunt edificata.

XXVIII. Paschal. Pap. res gesta in Synodo.

Nam cum eadem Dominica, quæ erat xii Kal. Novembris, Juvenensibus Conradum, Tridentinis Gebhardum Præsules consecrasset; enarrare longum est, quam indefesse prudens & fidelis ille summi Patrisfamilias dispensator, consertos suos verbi Dei tritico lautissime quotidie reficeret, pseudoepiscopos deponeret, Catholicos constitueret, Archiepiscopis pallia, monasteriis privilegia concesserit, presentes ovium Christi pastores mellifluis alloquitis, absentes paternis communitiorum litteris instruxerit; quædam olim abscissa membra Ecclesiæ iterum incorporaverit; quædam etiam quæ insanabilia videbantur, anathematis abscissione truncaverit. Super ordinationibus autem tempore schismatis factis, unde permaximæ ventilabantur quæstiones, Decretum discretionis maternorum viscerum artificioso meditatam in hæc verba promulgavit:

XXIX.

Per multos jam annos regni Teutonici latitudo ab Apostolica Sedis unitate divisa est, in quo nimirum schismate tantum periculum factum est, ut (quod cum dolore dicimus) vix pauci sacerdotes, aut clerici Catholici in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot igitur filiis in hac strage jacentibus, Christianæ pacis necessitas exigit, ut super hos materna Ecclesiæ viscera aperiantur. Patrum itaque nostrorum exemplis & scriptis instructi, qui diversis temporibus Novatianos, Donatistas, & alios hereticos in suis ordinibus susceperunt, præfati regni Episcopos schismate ordinatos (nisi aut

invasores, aut sioniaci, aut criminosi sint probati) in officio Episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cujuscumque ordinis constituimus, quos vita, scientiaque commendant.

XXX.

His & hujusmodi super Ecclesiam divini luminis orientis aurora jucundati splendoribus, quia nimirum tandem venerat tempus miserendi ejus, pariterque Apostolicis dignati benedictionibus, ad sua quique convertuntur. Nos vero, idest Alpium transcensores, speciali quodam præcunctis efferebamur tripudio, eo quod certi essemus, domini Apostolici profectio-nem se fuisse dispositam, quatenus iter nostrum quam mature subsequens, Natalem Domini Moguntia celebraturus esset, presente cum universis regni Principibus novo Rege nostro. Hucusque de his Urspergensis Abbas. Sed reliqua quæ ad Synodum hanc pertinent, ex aliis auctoribus hinc inde petamus.

Quæ autem Legati Regis a Paschali Papa petierint, Dominico qui aderat cum Mathilde, his verbis docet:

XXXI. Quid legati nov Regis Henrici Quinti.

Juxta tuncque Padum tenuit Synodum memoratus
Papa, suum Missum direxit natus ad ipsum
Defuncti Regis, querens ut jus sibi regni
Concedat, Sedi sanctæ cupit ipse fidelis
Esse velut matri, subici sibi, vel quasi patri.

Laudatam a Pontifice pietatem Regis, pariterque a Mathilde, quæ aderat, idem auctor subicit, hisque addit, post hæc advenisse ad Synodum Parmenses cives pœnitentes, suppliciterque petentes Episcopum sibi dari Bernardum, quem expulissent ante biennium, insuper postulantes, ut idem Pontifex consecrare dignaretur basilicam sanctissimæ Dei genitricis Mariæ. Annuisse civium votis Pontificem, eundemque Synodo absoluta, Parmam ad dedicandam basilicam pervenisse, idem verbis cecinit: sed de his post Synodum inferius dicturi sumus.

Veniunt ad Synodum Parmenses pœnitentes.

Præter hæc etiam in eadem Synodo hæc aditata reperuntur, quæ scripta habentur in Vaticano codice, qui liber Censuum inscribitur, a Cencio Camera-li collecto, his verbis: In hoc Concilio constitutum est, ut Emilia tota cum suis urbibus, id est, Placentia, Parma, Regio, Mantua, Bononia nunquam ulterius Ravennati metropoli subjaceret. Hæc enim metropolis per annos jam fere centum adversus Sedem Apostolicam exercebat se; nec solum ejus prædia usurpaverat, sed ipsam aliquando Romanam invast Ecclesiam Guibertus ejusdem metropolis incubator.

XXXII. Canones Synodi Guastal.

Per

XXXIII

Per multos jam annos &c. ut supra: Itemque:

Jam diu a pravos hominibus tam clericis, quam laicis, Catholica est Ecclesia conculcata, unde plura temporibus nostris schismata & hæreses emerferunt. Nunc autem cum per Dei gratiam hujusmodi nequitia deficiant cum auctoribus: in ingenuam libertatem resurgit Ecclesia. Unde providendum est, ut horum schismatum causa penitus abscindantur. Patrum ergo nostrorum Constitutioni consentientes, Ecclesiarum investituræ a laicis fieri omnimode prohibemus. Si quis autem decreti hujus temerario extiterit; tanquam maternæ injuriæ reus, clericus quidam ab ejusdem dignitatis consortio, repellatur, laicus vero ab Ecclesiæ liminibus arceatur.

XXXIV.

Nullus Abbas, nullus Archipresbyter, nullus Præpositus audeat possessiones Ecclesiæ suæ vendere, commutare, locare, vel in feudum dare sine communi Fratrum consensu, vel Episcopi propria civitatis: alioquin ordinis sui periculum patiatur. Hactenus de hujus Concilii canonibus in dicto codice reperitis: quibus hæc quæ sequitur epistola ejusdem Paschalis subscripta legitur:

XXXV.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Gebhardo Constantiensis, Oderico Pataviensis Episcopis, & ceteris Teutonicarum partium tam clericis, quam laicis Catholicis salutem & Apostolicam benedictionem.

Pro religionis vestræ fervore gaudemus, & omnipotenti Deo gratias agimus, qui vos in sui nominis amore confirmat. Quosdam autem vestrum minus secundum scientiam zelum Dei habere audimus, ut dum pravorum commixtionem vitant, etiam a regionibus vestris discedere meditentur. Qui profecto nequaquam laude Apostolica digni sunt, dum in medio nationis pravæ & perversæ perseverare non possunt, inter quos luceant velut luminaria in mundo, verbum vite continent. Uno enim pondere peccata hominum metiuntur, dum tam propriæ voluntatis merito excommunicatos, quam communicantes reos equaliter arbitrantur. Verum enimvero diversarum voluntatum diversus eventus agnoscitur. Si quis enim criminosis, juxta Apostolum, vocatur, hujusmodi omnino cavendus est. Eadem etiam cautela vitandi sunt, qui excommunicatis ipsis aut actione cum possint, vel cum nequeant, voluntate se copulant. Qui vero hujusmodi excommunicatis omnino inviti, vel servitio, vel cohabitatione junguntur, si hujusmodi imperfectionis dolore tanguntur, non omnino vitandi sunt, nec tamen ad communionem sine correctionis medio admittendi. Hinc est quod prædecessor noster sanctæ memoriæ Gregorius

Septimus Papa, excommunicatorum uxores, filios, servos, rusticos, quorum consilio, vel voluntate excommunicationis meritum non perpetratur, & viatores quoque ob eandem necessitatem invitos excommunicatis communicantes, excommunicationis vinculo non teneri constituit, sicut beatus Augustinus ad Auxilium scribens, evidenter ostendit. Dignoscant igitur fratres nostri in omnibus regiam tenere viam, & in medio nationis pravæ & perversæ tanquam luminaria lucere studeant; ut non suæ tantum, sed ut alienæ salutis mercedem a Deo mereantur accipere, quod singulorum excommunicatorum voluntates, & causas discutiant: quia nuda omnia & aperta sunt oculis ejus, de cujus miseratione confidimus, quia simplicis oculi corpus tenebrarum caligine non opprimetur, quoniam charitas operit multitudinem peccatorum. Hucusque in dicto Vaticano codice.

Ad hanc quoque Synodum legatio civium Augustanorum venit, adversus pseudoepiscopum ipsorum Herimannum, qui pecuniarum mercimonio Ecclesiam illam emerat ab Henrico Imperatore; ut suo loco superius dictum est. De hac eadem legatione agens (a) Udalcalcus, qui de ejusmodi controversia ex eis quæ vide-rat commentarium scripsit, ab anno superioris res gestas sic aggreditur enarrare: Temporibus illis præfatus Romana Sedis Legatus Richardus Albanus Episcopus in Teutonicas directus partes Moguntiam devenit, ubi, cum apud Ingeleheim Henricum Imperatorem regalibus privasset insignibus, capite nimirum hæreses abscisso, communionemque omnibus reddita, singula in unum Ecclesiæ pacificantur membra. Hic inquam Herimannus, hic dictus Episcopus, in generali absolutione non excipitur; sed per Vrbertine hæreses abjuratorem, necdum ventilata sui causa, inter ceteros recipitur. Legato quoque Augustam veniente, Cleri ac populi exponunt querimoniam, dictum videlicet Episcopum absque canonica electione seu consecratione sedem illam invasisse. Diligentius res audita discutitur, si aliquis Canonorum se huic subtrahat accusationi, perquiritur: omnes unum dicentes, idem sapientes, nominatim subscribuntur: cuncta in domni Apostolici presentia finienda differuntur, Synodus colligitur* Voarstallensis, adsunt cum suo Episcopo Nuntii Ecclesiæ Augustensis, refert Legatus quæ audierit, qualiterve audita distulerit. Idonea iteratur excusatio, nulla præ-tenditur accusatio, facile ab omnibus concordatur, ut talis Episcopus deponatur. Quod & factum fuisse, si non Gebhardus Constantiensis Episcopus in Ecclesiâ Augustensi hoc faciendum persuasisset. Eo namque tempore dominus Papa Teutonicum adi-

XXXVI. Legatio Augustanorum ad Synod.

(a) Habetur t. 2. Antiq. lect. p. 218.

* Guastallensis.

CHRISTI
1106.PASCHALIS II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. 29.
ALEXII COMN. IMP. 26.

adire proposuerat regnum, quod in ruinam perficere nequirit malorum. A pontificali tamen suspensus officio semiepisopus Herimannus regreditur, terminus huic rei finiendæ constituitur. Augusta sui liberationem dolens præsolatur, dum in spe Apostolici advenus defraudatur; infraque scilicet terminum idem Episcopus pro interdicti restitutione officii Apostolicum adivit; sed litteras ab eo hunc in modum se continentes accepit:

XXXVII
Paschal.
Pape litteræ ad
Augustanos.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, Augustensis Ecclesiæ Canonicis, & cæteris parochianis salutem & Apostolicam benedictionem.

Venit ad nos non vocatus frater noster Herimannus vestra civitatis Episcopus, causam suam postulans certiori fine concludi. Nos autem querelarum vestrarum memores quod fratres, qui adversus eum in Concilio coram nobis capitula protulerant, cum eo in presentiarum coram nobis minime affuerunt: ne qua pars adversum nos possit præjudicium conquiri, causæ ipsius protractionem in proximas Kalendas Novembris, fratrum nostrorum deliberatione distulimus: ad quem videlicet terminum, omnes qui adversus eum causam agunt, litteris presentibus ad nostram audientiam invitavimus. Interim eidem fratri nostro potestatem concedimus, ut eos, qui Ecclesiæ bona rapiunt & invadunt, juxta sanctiones canonicas excommunicare prævaleat. Volumus enim, ut tam ipse, quam Ecclesiæ quæ sub eo est, usque ad præfixitum tempus pacem & tranquillitatem, Domino largiente, obtineat. Dat. decimo Kal. * Decembris.

*Septembris vel
Octobris.
XXXVIII

Has litteras idem Herimannus Episcopus Augustæ vix Venetum asportavit, intoque consilio, cunctos earundem consocios, ut unius anni spacio non detegerentur, jurare compulsi: sicque fides prohibita mendaciis domum rediit. Excogitata vero graviore adhuc nequitia, unum de accusatoribus suis, qui præstantior cæteris videbatur, pretio corrupit, & litteras quasi ex Augustensium persona occulte per eum Apostolico direxit. Qui falsitatis numius benigne susceptus, dum auditur, magna contra eum Papa indignatione invehitur, corde, & corde loqui, ab omnibus deprehenditur. Curienti tamen Episcopo atque Gorwigeni Abbate pro ipso supplicantibus, datis veluti Augustensium respondentibus litteris, abire permittitur vera cum falsis relaturus; vera, hoc modo:

XXXIX.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Augustensis Ecclesiæ clericis salutem & Apostolicam benedictionem.

Post impetitionem, quam super Episcopo vestro fecistis, dilectionis vestrae litteras suscepimus, in quibus quia pacem

& concordiam cum eodem Episcopo vos habere nobis significastis, lætati sumus, si eandem concordiam gratis factam fuisse constiterit. Nos tamen constitutum terminum expectamus, ut quidquid æquitas dictaverit, auxiliante Domino, exequamur. Dat. octavo Idus Februarii.

Quibus litteris clam Episcopo lectis, contra nuntium infremuit; non æqua pretio sibi referri mandata obiicit; patrisierum mendacii suggerente interminatur, ne tam adversa prodantur, sed prospera fingantur, egreditur in publicum, arriguntur aures expectantium.

Parturiant montes, nascetur ridiculus vus; dum falso benedictione Apostolica salutatur Episcopus, eademque, gratia participatur populo. Hactenus de rebus gestis in causa Augustana ad Concilium delata: quæ autem post hæc secuta sunt suo loco dicturi sumus. Hisce enim fraudulentis involucris mendaciorum præfocata veritas siluit. Quibus videas quam difficile sit in judiciis, licet iudex se deat æqua lance merita causarum expendens, iustitiam prævalere, cum fervore potentium, erogatione pecuniæ armata procedit iniquitas, satellitio mendaciorum undique septa.

Demum vero & Parmenses auditi, & exauditi de iis quæ petiisset a Paschali Pontifice. Etenim petierunt dari sibi in Episcopum sanctum Bernardum S. R. E. presbyterum Cardinalem, quem adeo diris contumeliis affecissent: sed & invitaverunt eundem Pontificem venire Parmam. Fuit ista Parmensium Legatorum petitio.

Paschalis igitur, ut dictum est, receptis Parmensibus, illisque petentibus concessit Sancto Bernardo presbytero Cardinali in Episcopum: ad eum consecrandum post Synodum Parmam profectus est, ubi & basilicam Dei Genitricis pariter dedicavit. Cecinit ista in Mathildis vita Donnizo qui aderat, verbis istis:

Castrum Guastalla Synodi locus extiteratque,
Inde pius Papa discedens, ad memoratam
Advenit Parmam faciens tibi quæ rogitarant:
Nam sacravit ibi templum Christi Genitricis,
Dans ibi decretum, ne subjaceat nisi Petro
Clavigero cæli, simul ipsius quoque Sedis.
Hoc venit templum Mathildis ad aspiciendum
Donum tale dedit, placuit quod maxime plebi.
Pontificem sacrans Bernardum tunc ibi Papa.

Quæ Paschalis
Parmæ egerit.

Jus-

CHRISTI
1106.PASCHALIS II. PAP.
7.HENRICI III. IMP. 23.
ALEXII COMN. IMP. 26.

Jussit eum Papæ vice sancti degere Parmæ,
Hincque vale dicens domine sepissime dicta,
Francigenos fines potuit venerabilis idem.

Hæc ipse.

XLII.

Sed ad Paschalem Pontificem redeamus, qui cum iter in Germaniam occlusum, sibi cognovit, non quidem Romam reditum, sed in Gallias profectionem instituit, inde etiam rebus Germaniæ consulturus. Jam enim quæ in corde Henrici Imperatoris venena ebullirent, persenscere cepit. Porro, ut audisti, & secundum Urspergensium, in Gallias, profectio contigit in fine anni hujus: nam Natale D. Cluniaci celebravit; cur autem non Moguntia, ut condixerat, hanc ab eodem auctore accipe rationem: Paschalis vero suorum consiliis, quasi proterviam Teutonorum declinans, maxime propter seditionem quemdam tumultum, qui sibi Verone hospitanti dudum occurrerat; insuper suggerentibus quibusdam quod non facile gens nostra decretum illud recipiat, quod nostralibet Ecclesiasticam investituram a laicis manibus vetat, necnon & animosum cor Regis adolescentis, quod nondum per omnia Dominico jugo sit habile: hæc inquam, multaque id genus vir Dei percepta considerans; necdum sibi ostium Germanicis in partibus Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS
V.
Paschalis
II. in
Galliam
venit.

Ad num. XLII. Paschalis Papa rebus Germaniæ consulturus in Galliam venit, & in Burgundia Natale Domini apud Cluniacum celebravit, uti habet Baronius ex Urspergeni in Chron. Causa adventus pontificis in Galliam annotavit Sugerius in Vita Ludovici Grossi Regis pag. 288. Tom. IV. Duchesni: Sequenti Boamundi repatriationis anno, veneranda memoria universalis & Summus Pontifex Paschalis ad partes Occidentales cum multis & sapientissimis viris Episcopis, & Cardinalibus, & Romanorum nobilitum comitatu, ut Regem Francorum, & filium Regem designatum Ludovicum, & Ecclesiam Gallicanam consulere super quibusdam molestiis, & novis investitura Ecclesiastica querelis, quibus eum & infestabat, & magis infestare minabatur Henricus Imperator, vir affectus paterni, & totius humanitatis expertus, qui & genitorem Henricum crudelissime persecutus exhaeredavit, & ut ferebatur, nequissima captione tenens, inimicorum verberibus & injuriis, ut insignia Regalia, videlicet coronam, sceptrum, & lanceam Sancti Mauricii redderet, nec aliquid in toto regno proprium retineret, impiissime coegit. Et quidem deliberatum est Roma propter Romanorum conductitiam perfidiam de præfatis, immo de omnibus quæstionibus ratiis Regis, & Regis filii, & Ecclesiæ Gallicanæ in Francia, quam in urbe disceptare naufragio. Venit itaque Cluniacum, a Cluniaco ad Charitatem. Boamundus Antiochiæ Princeps anno MCIV. in Apuliam venit, uti scribunt Willelmus Tyrius lib. II. cap. I. & Fulcherius in Hist. Hierosol. lib. 2. Quare præfatus annus secundus

apertum esse, cum gemitu pronuncians, profectionem suam cum Hispaniarum Legatis per Burgundiam ad Gallias convertit; & Natalis Domini gaudium sua præsentia Cluniacensium multum amplavit. Hactenus ipse, quibus annus hujus pregrinationis Paschalis absolvitur; de reliquis ab ipso rebus gestis in Galliis anno sequenti agemus.

Hoc eodem anno moritur Philippus XLIII. Rex Francorum apud Milidunum, præfente Ludovico filio suo, & sepelitur in monasterio S. Benedicti super Ligerim flumen. Hæc pluribus in Appendice ad Aimoinum, ubi & hæc quæ sequuntur, habentur de filii successione, & coronatione: (a) Ludovic. autem præfati Regis Philippi filius, quoniam in adolescentia Ecclesiæ amicitiam liberali defensione promeruerat, pauperum & orphanorum causam sustentaverat, tyrannos potenti virtute perdomuerat, Deo annuente, ad regni fastigia sicut bonorum voto adsciscitur, sic malorum & impiorum votiva machinatione, si fieri posset, excluderetur. Consulti ergo proceres, & potissimum dictante venerabili ac sapientissimo Ivone Carnotensi Episcopo, ut ad refellendam impiorum machinationem citissime Aurelianos conveniant, ejus exaltationi operam dare mature festinant. Senonensis igitur Archiepiscopus Daimbertus invitatus cum Comprovin-

(a) Aim.
l. 5. c. 49.
Philippi
Franciæ
Regis ob-
itus, &
Ludovici
inauguratio.

A a cia-

est ab ejus repatriatione, sed Sugerius secundum annos negligit. Qui modus annos numerandi ab Historicis quandoque usurpatus Chronologis, valde observandus, ne, dum eos errare perperam putant, ipsimet errent.

A num. XLIII. ad XLIX. Philippus Francorum Rex anno tantum millesimo centesimo octavo e vivis excessit, Orderico lib. II. Chronographo Malleacensi, & Fulcherio lib. 2. Hist. Hierosol. Auctoribus coævis testibus, quibus passim alii consentiunt. Ordericus, & quidam alii eam IV. Kal. Augusti mortuum tradunt, quidam vero III. Kal. Augusti; quare priores diem mortis, posteriores diem sepulture notarunt. Mortuus est anno regni sui XLVII. inquit Ordericus, & liquet ex dictis, Ludovicus cognomento Grossus, hujus nominis VI. qui jam ab anno MXCIX. Rex designatus fuerat, ut supra diximus, Aurelianis reclamantibus Remensibus, ut videre est apud Baronium, coronatus est sequenti Dominico, ait Ordericus, ideoque die secunda mensis Augusti, quæ eo Christi anno cum Dominica concurrat; verum non dubito, quin Ordericus hic sicuti non raro alibi, in Chronologia peccet. Sugerius enim in Vita Ludovici Grossi Regis cap. 13. asserit, eum unctum & coronatum a Daimberto Senonensi Archiep. Aurelianis die antecedenti, sc. in die Inventionis Sancti Protomartyris Stephani, quod & ex eo habet Continuator Aimoini cap. 50. III. Nonas Augusti, (quod idem est) inquit Chronographus Senonensis, in Chron. S. Petri Catalanenensis Tom. I. Biblioth. Labbei ad annum MCVIII. legitur: Philippi Regis obitus.

VI.
Philippus
Franciæ
Rex mortuus
anno
MCVIII.

CHRISTI 1106.

PASCHALIS II. PAP. 7.

HENRICI III. IMP. 23. ALEXII COMN. IMP. 26.

CHRISTI 1106.

PASCHALIS II. PAP. 7.

HENRICI III. IMP. 23. ALEXII COMN. IMP. 26.

cialibus, videlicet Voalone Parisiensi Episcopo, Manasse Meldensi, Joanne Aurelianensi, Ivone Carnotensi, Hugone Nivernensi, Himbaldo Antiodorensi, accessit. Qui in die Inventionis sancti protomartyris Stephani, sacratissima unctio...

Querela Rhem. Archiep. cum litteris Ap. Sedis.

(a) Ivonep. 70.

XLIV. Ivonis Ep. Carnot. Apologia.

PAGIUS

VII.

transferreretur, aut non mediocriter minueretur. Quod ne fieret, cooperante Deo, & pro integritate regni, & pro tranquillitate Ecclesiarum, quantum potuimus, praevidere studuimus. Unde Ivoni adscribendum videtur, aut tumori, si quis utili & honeste actioni derogat, quam nec ratione potest redarguere, nec consuetudine infirmare, nec lege damnare.

A ratio- ne.

XLV.

Ab exem- plis.

Si vero ad consuetudinem recurrimus, quae in exemplis maxime declaratur: respondemus ex verbis Augustini, quia ratio exemplis anteponenda est, cui tamen & exempla concordant. Ecce rationem dedimus, quam apud eos aequè validam super hoc negotio inveniri non credimus: addamus exempla rationi concordantia.

mittens in occiduis partibus apparuit, Boamundus Tertius famosus Dux post captam Antiochiam in profectio Gallias venit, (ex Apulia nempe) & Constantiam Regis Francorum Philippi filiam (ex Bertha nempe legitima conjuge) uxorem duxit, & Terram nuptias honorabiles apud Carnotum administrante sufficienter apparatus Adela Comitissa (Blesensis nempe & sorore Henrici Angliae Regis) celebravit.

Tertia Occidentium in Jerusalem facta est, multorumque maxima conglobatio militum pedibus suis Bizanteum stemma proculcare minitantium contra Turcos progressa est.

& filii ejus Carolus, & Caylomanus, nec Rbemis, nec a Rbemensis Archiepiscopo in Reges sublimati sunt, nec inuncti. Ludovicus quoque nepos Ludovici senioris apud Ferrarias, qui locus est in pago Senonensi, & uxor ejus, nullo praesente Metropolitano, a quibusdam Episcopis in Reges sunt consecrati & coronati. Unde in Gestis Francorum ita legitur: Audientes &c. Et inferius: Unctus vero est in Regem ipse Rudolphus tertio Idus Julii Sueffionis civitate. Post mortem Rudolphi Regis per Voillelmum Archiepiscopum reductus est ab Anglia Ludovicus filius Caroli Simplicis in Franciam, & quarto Kal. Julii unctus est in Regem apud Laudunum.

XLVI.

Quid in more de unctioe Reg Franc.

Post translationem vero regni Francorum in progeniem Hugonis Magni Ducis, Robertus piissimus Rex filius Hugonis Regis Aurelianus in Regem consecratus est & coronatus: cujus filius Hugo juvenis Compendii est unctus, & in Regem sublimatus. Ex his & hujusmodi exemplis manifestum est, quod Francorum Reges non omnes in Rbemensis Ecclesia, vel a Rbemensibus Archiepiscopis sunt consecrati: sed multi in multis aliis locis, & a multis aliis personis consecrati sunt. Quae omnia si retexerentur, & prolixam facerent orationem, & superfluum disputationem, cum nullis scriptis, vel exemplis probari possit, Rbemensis Archiepiscopum Francorum Regem extra Belgicam unxisse, aut coronasse. Cum ergo hac eadem potestas sit cujusque Metropolitani in Metropoli sua: mirum videtur, quare unus in proprium jus ambiat vendicare, quod multorum constat esse commune. Nisi forte quis dicere audeat, majorem vim sacramentorum, esse apud alios, quam apud alios, quod schisma. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

VIII.

589. Addit Willelmus Tyrius lib. 11. cap. 1. Boamundum alteram filiam Philippi Regis nomine Ceciliam ex Bertrada natam Tancredo nepoti suo destinasse uxorem. Peractum Constantiam matrimonium coram Philippo Rege, & multis Episcopis, ac Regni Proceribus: Astitit etiam ibidem, inquit Sugerius in Vita Ludovici Crassi cap. 9. Romanae Sedis Apostolicae Legatus Dominus Bruno Signiensis Episcopus. a Domino Paschali Papa ad invitandum & confortandum sancti Sepulcri viam Dominum Boamundum comitatus. Unde plenum & celebratum tenuit Concilium, cui & nos interfuimus, quia recenter a studio redieramus. Ubi de diversis Synodalibus, & praecipue de Hierosolymitano itinere, ne tepescat, agens, tam ipse, quam Boamundus, multos ire animavit. Habitum illud Concilium VI, Kal. Julii, ut refert Chronographus Malleacensis, & Boamundus mensis Martii in Gallias adventavit, ut docet Ordericus lib. 11. pag. 816.

Hoc anno S. Anselmus, qui in Galliis agebat, ab Henrico Rege revocatus est in Angliam, missus ad eum Willelmo Legato suo; ipsemet Rex in Normanniam venit, ubi An-

maticum esset, & unitatem Ecclesiae divideret.

XLVII.

Hec dicentes, non reprehendimus institutionem Ecclesiasticam, per quam pax Ecclesiae firmiter colligata est, cum inferiores a superioribus sacramentorum dispensationem suscipiunt, nec ultra quam sibi concessum est, usurpare praesumunt: verum ubi personarum aequalis est potestas, quarum altera alteri nihil praeter charitatem debet; si alteri jus suum vult detrabere, & sibi soli arrogare, sua quaerens, deceptus est saeculi ambitione. Nos quippe Rbemensis Ecclesiae non invidemus, & si Reges Francorum erga eam habuerint tantam devotionem, & malint a Metropolitano ejus consecrari, quam ab alio, non repugnamus, non dolemus; immo super benedictionem eorum, si nos adesse contigerit, gratanter loco idiota, Amen respondebimus.

XLVIII.

Quid ex lege de unctioe Reg. Franco.

Supradicta vero verborum serie ostensum est, in unctioe Ludovici Regis nihil nos fecisse contra morem: restat ut ostendamus, nihil nos fecisse contra legem, lex quippe est praecipua, vel prohibitio scripta, ad communem utilitatem referens quidquid jubet aut prohibet. Contra hanc ergo nihil fecimus, quia nulla contradictione prohibiti, communi utilitati in hoc facto, charitate suggerente, consulimus. Si vero privilegia mittitur Rbemensis Ecclesiae, illa privilegia apud nos nulla sunt, quia nec in generalibus Conciliis nobis audientibus, sunt recitata, nec ad Ecclesias nostras episcopali maturitate directa; & ut manifestius dicamus nulla nobis familiaris vel publica relatione propalata. Illius ergo legis praevicinatores non sumus, cujus auditores nunquam fuimus. Quae tamen si audita esset, nihil nobis obesse deberet.

A a 2

felmus aegrotabat: Igitur in Assumptione B. S. Anselmi Mariae, inquit Eadmerus lib. 4. Novorum cap. 3. Angliam tomagensis trans Sequanam ad rivum Beccam, prope amnem Rillam) venit, celebratoque ab Anselmo solemniter Missa officio, una Rex scilicet & ipse convenerunt, & tandem omnia quae illos in diversa traxerant, pacem & concordiam invenerunt. Siquidem Ecclesiae Angliae, quas Voillelmus Rex frater Regis Henrici sub censum primus redegerat, liberis ab eadem exactione Rex in manus Anselmi reddidit: & se de ipsi, dum viveret, nihil accepturum, quando diu essent sine Pastore, promisit. Pro pecunia autem, quam a Presbyteris acceperat, eam emendationem spondidit, ut ii, qui nondum inde quid dederant; nihil darent; & qui dederant, tribus annis sua omnia in pace & quiete libera possiderent. Cuncta vero, quae de Archiepiscopatu, exultante Anselmo, suo jussu accepta fuerant, se redditurum cum in Angliam esset reverteretur, dato vadimonio, pollicitus est. His & aliis, quae res expetebat, inter viros compositis Anselmus iter Angliam remeandi ingressus est. Paucis interpositis: Itaque posthaec, ii

beret: lex enim justa debet esse & possibilibus, loco & tempore congruens: justa si sit, Deus scit. Nos autem interim nec justam approbamus, nec ut injustam condemnemus, quam ad huc ignoramus. Possibilis vero non erat, quia consecratio Regis Rhemis, Archiepiscopo Ecclesie nondum inthronizato, sine summa perturbatione, & sanguinis effusione celebrari non poterat. Loco non conveniebat, quia civitas sub anathemate posita erat. Tempore opportuna non erat, quia si consecratio Regis differretur, regni status & Ecclesie pax graviter periclitaretur. Quod ergo fecimus, salubri deliberatione, & provida dispensatione fecimus, nulli invidentes, nullius nobis auctoritatem arrogare molientes, sed nos intra terminos nostros simplici oculo cobidentes. Sentiant aliter qui volunt: non timeamus tribunal terreni iudicis, quia securus nos facit conscientia nostra ante tribunal interni cognitoris. Novimus enim, quia necessariae dispensationis modus nulli unquam sapientium displicuit, quam non solum privatae leges, quibus nec Fidei veritati, nec morum honestati consulitur, sed etiam leges generales contra hereticos, vel sceleratos promulgatae admittant, quando majoribus malis amovendis melius subvenit moderatio sincerae charitatis, quam rigor indifferens severitatis. Hac primo ex auctoritate Evangelica, dehinc ex Actibus Apostolorum, tertio ex epistolis Apostoli, postremo ex decretis Romanorum Pontificum, caterorumque orthodoxorum Patrum sententis facile probarentur,

PAGIUS

ii qui Ecclesiis ac monasteriis, pro exigenda Regia pecunia, fuerant intronizati, ejusdem sunt & personis ejusque Ecclesia, res intus & extra ad communem utilitatem commendata. Presbyterorum etiam causa, sicut Regem Anselmo promississe diximus, disposita sunt; atque id id ipsum per totum regnum divulgatum. Rex ipse inter hac Normanniam sibi bello subegit, & quidem praesenti anno; sed quia Baronius rem anno sequenti narrat, ejus ordinem sequemur. Postquam Praefectus Maurorum Africae a Miramolino Almorabitarum missus, magnam partem Hispanicae Saracenicae subegit, hoc anno ejus regimen Abdalla tradidit, uti narrat Sandovalius fol. 96. Hoc pariter anno, uti in Cartulario legitur, Asturicae idem Alfonso Chartam dedit subscriptam era quatuordena centena & quaterna post peracta millesima. In ea dicitur, Alfonso Imperatorem totius Hispaniae regnare cum Isabella conjugem. Recentes Scriptores Rerum Hispanicarum nativitatem Alfonso VII. cui nationes omnes titulum Imperatoris Hispaniae tribuere, hoc anno collocant; a quibus dissentit Garibaius, qui Raimundi Comitis ejus patris mortem cum anno MC. connectit. Verum de anno natali Alfonso VII. nihil illi certi in medium adducunt. Quoad Raimundum Comitem, patrem ejus, Alfonso VI. generum & Gallaciae Principem, is e vivis excessit post mensem Aprilem anni

IX. Annus natalis Alfonso VII. Imp. Hisp. incertus.

nisi prolixitas epistola modum excedere videretur. Hucusque diserta quidem Ivonis Apologia.

His cognitio, Paschalis Papa acquievit visus est, cujus nulla habetur ad haec ipsa adversus eum progressa ulterius communitio, vel comminatio, nec Ivonis (ut consuevit) defensio fortius inculcata.

Quod autem adeo deploratum audisti statum Rhemensis Ecclesiae, quomodo dispensatione agendum fuerit, ut qui ejus erat Episcopus, suum locum reciperet, atque pelleretur intrusus: de his omnibus auctoritate Apostolica roborandis scripsit idem Ivo Carnotensis Episcopus sequentem epistolam ad Paschalem Papam, qua rei gestae series aperitur his verbis: (a)

Paschali summo Pontifici Ivo humilis Ecclesiae Carnotensis minister directionem filii & obedientiam per cuncta subieci.

Notum esse volumus excellentiae vestrae, quia ego & domnus Theobaldus beati Martini Parisiensis Prior audientes miserabilem & mirabilem Rhemensis Ecclesiae desolationem, ausu familiaritatis opportune & importune Regem Francorum interpellavimus, quatenus praedictae Ecclesiae, expulso invasore Gervasio, pacem restitueret, & domnum Rudolphum ejusdem Ecclesiae Metropolitanum in gratiam suam receptum, eidem Ecclesiae praesse concederet. Acquievit tandem precibus nostris, & concessit, ut cum ad Curiam suam, qua Aurelianis in Natali Domini congreganda erat, secure adduceremus, & ibi cum eo, & cum Principibus regni de hoc negotio, quatum fieri posset; sal-

XLIX.

(a) Ivo sep. 206. L. Rhemens. Eccl. col. lapsa quomodo restituta.

LI. Rogat Ivo a Papa dispensari

va regni integritate tractaremus. Factum est, ut conditum erat, convenientes in Curiam, multiplicatis intercessoribus petitionem nostram semel & saepius replicavimus. Sed reclamante Curia, plenariam pacem impetrare nequivimus, nisi praedictus Metropolitanus per manum, & sacramentum eam fidelitatem Regi faceret, quam praedecessoribus suis Regibus Francorum antea fecerant omnes Rhemenses Archiepiscopi, & caeteri regni Francorum quamlibet religiosi & sancti Episcopi. Quod persuadentibus & impellentibus totius Curiae optimatibus, est propter mandatorum rigorem minus licobat, factum est tamen, quia Ecclesiasticae paci, & fraternae dilectioni sic expediebat. Cum enim plenitudo legis sit charitas: in hoc legibus obtemperatum esse credimus, in quo charitatis opus impletum esse cognovimus.

Petimus ergo flexis genibus cordis, ut hoc eadem intuitu charitatis & pacis veniale habeat paterna moderatio, quod illicitum facit non aeterna lex, sed intentione acquirenda libertatis praesidentium sola prohibitio. In excessibus ergo filiorum utili dispensatione & compensatione contractis sufficiat patri verbum pro verberare, & devota filiorum supplicatio pro summo reputetur supplicio. Si enim vult Apostolica auctoritas omnia, quae medicinali condescensione dispensantur, districte judicare: oportebit pene omnes ministros administrationibus suis renuntiare, aut de mundo exire; nec habebunt ubi stiment spiritualia, nisi permittantur ali-

PAGIUS

Hali), & Josephus non nisi sub finem hujus Christi anni demortuus. Petrus Legionensis citatus tradit, Halim post hoc insigne praerium in Africam transfretasse relicto Abdalla Vicerege, ex quo eruitur, Josephum tunc

X. Alfonso Aragon. Rex ad Sacralia visus.

MCVII. Sandovalius enim fol. 96. Chartam refert die XVII. April. ejusdem anni datam, qua constat, eum adhuc in vivis fuisse, qui tamen die XXIX. Decemb. ejusdem anni jam obierat, ut liquet ex alia Charta ab eodem in Historia Salmanticensi recitata.

Hoc anno mortuus est Josephus, seu Jusepus Imperator Almorabitarum seu Saracenorum Africae & Hispaniae; Noweirius enim anno Hegirae D. obitum ejus consignat, quo anno in campo Zalla, qua prope Badaloz (vulgo Badaloz) cum Aldefonso Rege acriter dimicavit, inquit Rodericus in Historia Arabum cap. 48. Describit illud praerium Rodericus in Historia Goth. lib. 6. capitulo 32. aitque, licet multi de Arabibus periissent, tot, & tanti de Christianis perierunt, quod illius belli strages & memoria quasi in proverbium adhuc extant. Locum praerium, quem in Hist. Arabum Zallam, hic Sacralia appellat; Petrus vero Episcopus Legionensis, qui praerium interfuit, eum vocat Saltarices, ut videre est apud Sandovalium, qui Opus ejus MS. habuit, in Alfonso VI. fol. 95. Rodericus in Hist. Gothica non nominat Imperatorem ad Sacralia victorem; sed ex iis, quae in Hist. Goth. cap. 33. habet, videtur intelligere Alim seu Kalim, cum eum ibi nominet; & revera, qui Saracenos ducebat, vocabatur Abenjufax (qui idem est ac Ebeajufax filius Josephi, idemque ac Ha-

qua tolerare carnalia. Unde necessitati temporum sedendum esse, Apostolica docet sublimitas, & Orthodoxorum consilium auctoritas, dicens: Quia ubi populorum strages jacet, detrahendum est aliquid canonum severitati, ut majoribus morbis sanandis charitas sincera subveniat. Hac dicendo, doctrinam paternitatem vestram non docemus, sed eandem consulendo & rogando monemus, ut ibi consilii & pietatis studeatis visceribus abundare, ubi fas non est, debitam fortitudinem exercere. Hucusque Ivo ad Paschalem Papam, qui petitis annuit post factum, quod faciendum penitus contradixisset. Ita plane in more positum fuisse Ecclesiae Romanae, alibi alia etiam occasione sic idem: (a) Novi enim consuetudinem Romanae Ecclesiae, qua non solet; neque vult de rebus suis patenter obviare: solet tamen dispensatione multa infirma tolerare, postquam patrata sunt, tam pro locorum necessitate, quam pro personarum utilitate & honestate. Neque enim aliter cogendus est summus Pontifex contraria sibi scribere vel facere, ne cogatur illud dicere Apostolicum: (b) Si quae distruxi, iterum a-

(a) Idem ep. 262.

(b) Gal. 2.

Eodem anno atque Indictione habet Romualdus Salernitanus Archiepiscopus in Chronico, corpora sanctorum Pontiani Papae & martyris, Eleutherii Episcopi & martyris, & Anastasii Confessoris ab Urbe translata esse Trojam in Apulia civitatem, in qua translatione multa miracula edita tradit.

An-

demortuus, & Alim Marocum perrexisse, ut sedis imperii possessionem iniret. Haec enim inter se optime conveniunt. Deinde Alim Imperator mare iterato trajecit, annoque MCVIII. ad Uclesiam Christianos vicit, ut ibi videmus.

JESU CHRISTI ANNUS 1107.

PASCHALIS II. PAP. ANNUS 8.

VACAT. IMP. OCCID. 2. ALEXII COMNENI IMP. 27.

I. Pasch. in Gallia Conc. Trecent. celebrat.

Annus sequitur millesimus centesimus septimus Redemptoris Indictione decima quinta, quo Paschalis Papa Gallias visitans, Concilium Trecentis habuit. Quanto autem fuerit exceptus amore pariter & honore cultus, Urspergensis sic narrat: Ab universis finium illarum Ecclesiis, ut vere Christi discipulus, & Apostolorum Vicarius, ingenti honore suscipitur, digna reverentia tractatur, non aliter quam legifer de celo missus auditur. Sic itaque per menses aliquot, ut fidelis dispensator & prudens, quotidianam sollicitudinem omnium ecclesiarum gerens, tandem circa Ascensionem Domini Concilium non modicum apud Trecentis habuit, ubi inter multa, quae pro tempore & necessitate corrigenda erant, correxit, sententiam de libera pastorum electione, & de coercenda laicorum in Ecclesiasticis dignitatibus praesumptione juxta praedecessorum suorum decreta promulgavit. At Rex Henricus peragratis Saxoniae finibus post Paschale festum Moguntiae actum, eidem se Concilio vicinum, non tamen praesentem cum nonnullis Episcopis & Optimatibus, exhibuit. Cum quibus etiam initio consilio, Legatos honorabiles ad Apostolicum transmisit, per quos tam ipsi, quam universae Synodo potestatem constituendorum Episcoporum, privilegiis Apostolicis Carolo Imperatori concessam notificarent. Super qua questione, quia in alieno regno quidquam defini, utpote Romano jam incipiens potiri sceptro Henricus non patitur, inducias sibi totum sequentis anni spacium Romam veniendi & eandem causam generali Concilio ventilandi, concedunt. Tunc etiam nonnullos nostrates Episcopos eo quod eidem Concilio non intererant, officii suspensione dominus Papa multavit, quos tamen non multo post satisfactes clementer absolvet. Rarsum necdum humilitatem, quam quaesivit, Germanicis in cordibus

invenire se satis conquestus; nos nequaquam, ut proposuerat, visitare, sed finibus Italicis se comitatumque suum disposuit referre. Haec de Synodo, rebusque gestis in ea, & Henrici Regis legatione Urspergensis.

In eodem Trecenti Concilio dum esset Paschalis Papa, contigit ad eum, mitti legationem ab Ecclesia Dolensi, quae viduata pastore, peteret dari sibi Archiepiscopum Vulgrinum, Carnotensis Ecclesiae Cancellarium, Ivonis discipulum, virum quidem doctrina atque probitate praestantem: qui suae electioni repugnans, & ab eodem Concilio recedens, ad Ivonem venit, implorans ab eo auxilium apud Pontificem, ne cogeretur invitatus munus Episcopale suscipere: cujus rei gratia has tunc ad Paschalem Papa Ivo litteras dedit: (a) Paschali summo Pontifici, Ivo humilis Carnotensis Ecclesiae minister debitam cum omni subiectione obedientiam.

Reversus a Concilio Trecenti filius noster Vulgrinus Ecclesiae nostrae Cancellarius, anxie conquestus est, quod Dolensis Ecclesia, destinatis, excellentiae vestrae quibusdam Legatis suis eum sibi in Episcopum sub praesentia vestra elegerit, & huic electioni ad eorum petitionem vestra paternitas assensum praebuerit, nec ejus excusationibus quavis idoneis, adhuc aurem accommodare voluerit. Quamvis enim sit bene litteratus, & bonis moribus ornatus; multis tamen allegationibus humiliter insufficientiam suam praetendens, dicit se potius multa gravia perpessurum, quam onus Episcopii hoc tempore subiturum. Novit autem vestra paternitas, quia leges saculi, (b) dissentiente filio familias, sub ejus nomine sponsalia fieri non permittunt. Quanto magis in sponsalibus Ecclesiae id observare convenit, in quibus nisi sincera subveniat charitas, quid boni per angariam

II. Legatio Dolens. Eccl. ad Pasch. Pap. in Synodo.

(a) Ivo ep. 200.

III. Electus Dolens. Archiep. recusat.

(b) l. xi. ff. de nupt. & l. 12. C. de ritu nupt.

rarium ex Sugerio in Vita Ludovici VI. Francorum Regis cap. IX. aliisque monumentis describendum: Venit itaque, inquit Sugerius, Cluniacum, a Cluniaco ad Charitatem (ubi hodie oppidum est Nivernensis provinciae ad Ligerim fl. non longe a monasterio positum,) ubi celeberrimo Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Monastici Ordinis conventu eidem nobili monasterio sacram dedicationis imposuit. Adfuerunt & nobiliores regni Proceres, &c. cui consecrationis & nos ipsi interfuimus. In Chronico Fiscannensis Tom. I. Biblioth. Labbei ad an. MCV. legitur: dedicatio de Charitate a Paschali Papa VIII. Idus Martii, ubi tamen Auctor, vel potius Librarius in anno rei gestae errat; ea enim anno MCVI. more Gallicano annum a Paschate exordiente peracta. Sed ante eum diem aliae dedicationes ab

Paschalis II. in Galliam venit.

CHRISTI 1107.

CHRISTI 1107.

PASCHALIS II. PAP. 8.

VACAT. IMP. OCCID. 2. ALEXII COMN. IMP. 27.

riam facere possit, si facultates suas distribuendo, si sive seipsum ad martyrium exponendo humana imbecillitas? Nemo enim invitatus bonum facit, etiam si bonum est quod facit. Unde nos admonet Spiritus Sanctus in Cantico canonicorum: (a) Adjuro vos filiae Hierusalem, nolite suscitare dilectam, neque evigilare faciatis donec ipsa velit. Ne igitur nostrum Jacob amanti Rachel nocte supponatis Liam, nisi forte Rachel (b) mandragoras primogeniti, Lia concupiscat, & hac mercede conductum Jacob cum Lia dormire permittat. Tali enim ordine posset de tali copula merces boni operis provenire, & fortitudo, quae plurimum necessaria est omni regimini, ad tolerandos ejusdem regiminis labores exuberare. Et ne diu verbis oneremus Sanctitatem vestram, flexis genibus cordis opportune & importune imploramus clementiam vestram, ut nullius vinculis obedientiae praedictum fratrem constringatis, cujus saluti, quantum possimus, providere debemus, quia eum de sacro fonte suscepimus: qui etiam elegit magis in loco humili salvari, quam in alto periclitari. Vale. Haec ad Pa-

(a) Cant. 2.

(b) Gen. 30.

PAGIUS

ab eodem Pontifice facta; in monasterio enim Beuensis in diocesi Lingonensi sito, ubi usque in diem tertium demoratus est, altare SS. Petri & Pauli in honorem eorundem consecravit, ibique Missam solemniter celebravit, ut legitur in Chronico Beuensi pag. 638. ubi & dicitur, id factum esse die XII. Kalend. Martii. Imo Chiffletius in Probationibus ad Diatribam de illustri genere Sancti Bernardi Abbatis pag. 428. haec refert ex autographo Sancti Bernigni Divionensis: Anno dominica Incarnat. MCVII. (qui nobis est MCVII.) quarto decimo Kalendas Martii, quo anno & die venerabilis Papa Paschalis Divionensem consecravit Ecclesiam, adhaerentibus & obsequentibus sibi Richardo Albanense Episcopo, &c. quod etiam legitur in Chronico Divionensi ibidem apud Labbeum. His addo, in Chronico Dolensi seu monasterii Dolensis in Archiepiscopatu Bituricensi positi, apud eundem Labbeum haberi hoc anno: Consecrata est Ecclesia Dolensis a Domino Papa Paschali, quo jubente altare B. Mariae consecratum est ab Episcopo Placentino, &c. ipsi vero Papa Apostolorum Petri & Pauli consecravit. Sed redeo ad Sugerium, praetereoque varias dedicationes, & concessionem ab eo in aliis Urbibus, per quas transivit, factas.

Pergit Sugerius. Cumque Turonius apud g. Martinum, ut mos est Romanus, Frigium (seu Phrygium, praecipuum capitis summi Pontificis ornamentum, quod hodie triplici Corona insignis est, vulgoque Regnum a Scriptoribus appellatur, quo in solemnibus ceremoniis utitur) ferens, Latere Hierusalem celebrasset, (id est, Dominicam quartam Quadragesimae) ad venerabilem beati Dionysii locum (seu monasterium) tanquam ad propriam B. Petri sedem, benevolus & devotus devenit, &c. Occurrit itaque ei ibidem Rex Philippus (qui ideo anno superiori inortuus non est, ut credidit Baronius) & Dominus Ludovicus filius ejus gra-

pam: ad electores autem sic breviter, cum illi egissent apud Ivonem, ut cogeret electum acquiescere electioni: (c) Ivo ep. 202. Ivo Dei gratia Carnotensis Ecclesiae minister Clero Dolensis Ecclesiae & Stephano Comiti salutem. Bona intentionis vestrae laudamus affectum, quod Vulgrinum filium nostrum, vita honestum, scientia clarum elegistis vobis in Archiepiscopum: sed quantum nobis videtur, frustra laborat studium vestrum, quia nec praetaxati filii nostri voluntas est electioni vestrae acquiescere, nec nostra potestatis, ad hoc cum invitatum cogere. Habent enim leges Imperiales, quia filiofamilias dissentiente, nequaquam possunt sponsalia sub ejus nomine contrahi. Multo itaque minus spiritualis sponsi animus ad spiritualis sponsae copulam in angaria est pertrahendus. Praedictus enim frater jam super hoc per litteras nostras & suas allegationes domino Papa transmisit, & onus Episcopii prout potuit, recusavit. Si ergo studia vestra mutare non vultis, si in altam personam deliberatione vestra declinare non vultis; non a nobis, sed a summo Pontifice est quaerendus, cui concessum est

IV. Quae ad Electores. Ivo.

tanter & votive, amore Dei Majestatem Regiam pelibus ejus incurvantes, quemadmodum consueverunt ad sepulcrum piscatoris Petri Reges submissis Diademate inclinari (vides Bertradam non fuisse in Aula, id est, in antea Regem eam reliquisse.) Quos Dominus Papa manu erigens tanquam devotissimos Apostolorum filios ante se redire fecit.

Cum quibus de statu Ecclesiae, ut saviens sapienter agens, familiariter contulit, eosque Petit abunde demulcens Beato Petro sibi quoque Vixillum cario supplicat opera ferre, Ecclesiam manu te adversus neve, & sicut antecessorum Regum Francorum Henricum Caroli M. & aliorum mos inolevit, tyrannus Imp. & Ecclesia hostibus, & potissimum Henrico Imperatori audacter resisterent. Qui amicitiam, auxilium, & consilium dextrae dederunt, regnum exposuerunt (id est, ut puto, coronam Regalem) & qui cum eo Catalogunum Imperatoris Legatis occurrere festinent, Archiepiscopus, & Episcopus, & Abbatem S. Dionysii Adam, cum quo & nos fuimus, conjunxerunt. Ubi cum Dominus Papa aliquantisper demoraretur, venerunt Legati Henrici Imp. & dixere, hoc ad jus Imperii pertinere, in omni electione requiri assensum Imperatoris, ut electus annulo & virga investitur. Respondit Summus Pontifex Episcopi Placentini voce: Ecclesiam pretioso J. C. Sanguine redemptam & liberam constitutam, nullo modo iterato ancillari oportere. Cumque haec & his similia Legati audissent; Non hic, inquit, sed Roma gladiis determinabitur querela. Summus Pontifex viros misit ad Cancellarium Imperatoris, qui eum exorarent, ut paci operam daret. Haec Sugerius, qui non dicit qua in urbe Papa Pascha pregerit, sed illud nos docet Ordericus lib. XI. pag. 810. Tunc venerabilis Ivo Carnotena urbis Episcopus, inter praecipuos Francia doctores eruditione litterarum tam divinarum, quam secularium floruit: a quo invitatus Papa so-

12.

Table with 2 columns: PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6600. and corresponding dates like Anno Erae Hisp., Anno Hebraeae, etc.

Num. I. ad VI. Anno superiori diximus, Paschalem II. Natale Domini in monasterio Cluniacensi celebrasse, nunc ejus Itine-

est invitatus ad hæc officia cogere, & de volentibus & de nolentibus, Ecclesia Dei pontifices ordinare. Quantum ergo dominus Papa super hoc me coegerit, tantum ego prædictum fratrem cogam. Hæc ad electores Ivo. Quid autem post hæc actum sit, nobis hæcenus incompertum.

V. Dum ipse Paschalis Papa hoc anno Gallicanas Ecclesias visitaret, adiit illustre Floriacense cœnobium: quænam autem cum ejus monachis de translatione corporis S. Benedicti afferta transegerit, (a) Petrus Diaconus Cassinensis narrat. Sed vacillat fides ejus ex Eugenio Papæ Tertii & successorum Pontificum diplomatis, editis nuper ex promptuario Floriacensi omni fide a Joanne a Bosco monacho Cælestino, optime merito de nonantica antiquitate ordinis S. Benedicti. Autumnus vero tempore ex Gallia Paschalis Pontifex Romam rediit, & a Romanis (inquit Urspergensis) tantis tripudiis excipitur, ac si mortuus rediturus crederetur. Post hæc autem eodem hoc anno ait Petrus pervenisse ad ipsum Paschalem Cassinenses monachos, agentes adversus Ottonem ipsorum Abbatem: quos ubi redarguit, ad monasterium reverti iussit: sed paulo post defuncto eodem Ottone Kal. Octobris, subrogari in ejus locum sanctum Brunonem ex Signiensi Episcopo monachum, Cassinensem, inde vero Legatum Apostolicum in Gallias comprobavit. Hæc omnia pluribus Petrus (b) diaconus in Chronico Cassinate,

(a) Pet. Diac. Chr. Cass. l. 4. c. 31. 32. 33.

Reditus Pasch. in Urbem.

(b) ib. c. 34.

PAGIUS

lemnitatem Pasche apud Carnotum celebravit. Adela quoque Comitissa largas ad ministerium Papa impensas contulit, & benedictionem sibi dominique (legendum, domique) sua in æternam a Sede Apostolica promeruit. Postea Paschalis II. circa Ascensionem Domini Concilium non modicum apud Treca habuit, ubi inter alia sententiam de libera Pastorum electione promulgavit, ut refert Baronius ex Urspergensis. In Chronico Divionensi Sancti Benigni Tom. I. Biblioth. Labbei Concilium illud Idibus Maii dicitur coactum, ideoque hæc Epoca recte ab Urspergensis notata. In eo Paschalis Papa inter alia cum ageret de Guilbertinis, fertur dixisse Richardum Viridunensem, qui se tradit Regia Curia, & nos tradimus eum satana; inde Archiepiscopo Treverorum aliisque denunciavit eum excommunicatum, inquit Laurentius de Leodio in Hist. Episc. Viridunen. Tom. XII. Spicilegii Dacheriani. Per septem annos Richardus sine benedictione Episcopali fuit, & sub anathemate Sedis Apostolicæ degit, mortuus apud Castellum Montem anno VII. quo Viridunensis Ec-

NOTÆ

[1] In hoc pariter Trecenti concilio hunc alium canonem statuisse se Paschalis asserit in litteris ad Rothardum Moguntinum pro ejus absolutione datis, legendis in collectione Martenii to. 1. col. 617. In Trecenti concilio statuimus, ut quicumque clericorum de hac hora investituram ecclesie vel ecclesiastica dignitatis de manu laici acceperit, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & communione privetur. Canon iste in nova conciliorum editione inferendus erit; quamquam nonnihil ex Crantzio lib. 5. cap. 33. in postrema Veneto-Labæana significatum est. MANSI

VI. Quo anno (ut Sigebertus tunc temporis res gestas scribens enarrat) Henricus Angliæ Rex contra Robertum Northmanniæ Comitem Germanum suum, qui jam pridem ex Hierosolymitana expeditione redierat, ut regnum sibi jure debitum, quod natu major frater esset, acciperet, pugnans obtinuit eum, & Northmannia potius, potentiores oppressit, qui Robertum secuti fuerant. Hanc autem sibi victoriam paravit Rex per pacem, quam ante bellum concessit S. Anselmo Archiepiscopo Cantuariensi, hæcenus in Gallia exulanti: nam audi Edinerum (c) qui præfens aderat, atque ista scribebat: Dehinc in Assumptione B. Dei genitricis & perpetuæ Virginis Maria Rex Henricus Beccum adveniens, omnia que inter se & Anselmum de prædicto negotio resederant, moderante Sedis Apostolicæ sanctione deleuit, atque de singulis, ad que tendebat, sua illum voluntatis compotem fecit. Et inferius post narratum reditum S. Anselmi in Angliam hæc de bello: Inter hæc Rex in Northmannia positus, valde latatur (sicut ferebant hi qui ad nos veniebant) quod fuerat Anselmi pace potius. Unde etiam sibi firma spe applaudebat, suo se dominio totam Northmanniam subjugaturum: quod & factum est. Nam conferto gravi prælio, fratrem suum Robertum Northmanniæ Comitem, & alios Principes, qui contra illum in bellum venerant, cepit, innumerisque peremptis,

(c) Edin. in vita S. Ansel. l. 2. apud Sur. t. 2. die 21. Apr. Reddita pace Ecclesie Rex Ang. debellat hostes.

V. Normannia Anglia ad Junia.

(a) Voill. Malmesb. de gest. Pont. An. gl. l. 2. VII. Henrici Regis Angl. li. teræ ad S. Ansel.

totam terram victor obtinuit, idque per litteras Anselmo gaudenter & gratiose mox intimavit. Omnes vero qui hac gesta tunc temporis audiere: ea meritis concordia, quam Rex cum Anselmo fecerat, adscribere. Hæc Edinerus. Litteras autem tunc scriptas a Rege ad S. Anselmum recitat Vvillelmus Malmesburienensis his verbis: (a)

Henricus Rex Anglorum, Anselmo Cantuariæ Archiepiscopo salutem & amicitiam. Paternitati & sanctitati vestra significamus, Robertum Comitem Northmanniæ cum omnibus copiis militum & peditum, quos prece & pretio coadunare potuit, die nominata & determinata mecum ante Tennebrachium acriter pugnasse, sed tandem sub misericordia Dei vicinus, & sine multa cæde nostrorum. Quid plura? divina misericordia Ducem Northmanniæ, & Comitem Moretonii, & Vvillelmum Crispinum, & Vvillelmum de Ferreris, & Robertum de Stutevilla senem, & alios usque ad quadringentos milites, & ducem peditum in manus nostras, & Northmanniam dedit, de illis autem, quos gladius peremit, non est numerus. Hoc autem non elationi, vel arrogantiæ, nec viribus meis, sed dono divina dispositionis attribuo. Quocirca, Pater venerande, simplex & devotus genibus tue sanctitatis advolutus te deprecor, ut supernum Julian. Eccl. Tom. XVIII.

dicem, cujus voluntate & arbitrio triumphus iste gloriosus, & utilis mihi contigit, depreceris, ut non sit mihi ad damnum & detrimentum, sed ad initium bonorum operum, & servitii Dei, & ad sanctæ Ecclesiæ Dei statum tranquilla pace tenendum, & roborandum, ut amodo libera vivat, & nulla concutiatur tempestate bellorum. Hucusque Regis Epistola. Pergit auctor: Hinc est contemplari, quanta materia boni in Regis pectore fuerit, si quis tam ingenue fidei scintillas fomento verborum animaret, & in majores vires bonis admonitionibus excitaret.

Venit igitur Rex sublimi trophæo splendens, & triumphans gloriam Angliam investituræque Ecclesiarum Anselmo in perpetuum in manum remisit, eodem concedente, ut propter hominum Regi factum nullus arceverat a benedictione. Hæc Vvillelmus. Ita enim conventum inter Paschalem Papam, & Regem Angliæ per Legatos, idem auctor sic superius: Directi Romam Legati Vvillelmus de Vuarlewast, & Balduinus monachus, controversiam tot annis agitatam singulari probitate sedarunt. Concessit siquidem Papa, ut Rex homagia de electis acciperet, sed nullum per baculum & anulum investires. Subdit, Regem quoque monitu Anselmi correxisse, quod deliquisset, dum pecunia multasset presbyter.

VIII. Quomodo composita res Ecclesie Anglicæ.

PAGIUS

quoddam castrum, quod vocatur Tenebrebræ, porrexit, & obsedit illud. Interim dum ibi moraretur, venit Comes frater Regis Robertus super eum cum exercitu suo in vigilia S. Michaelis, sed jus & victoria facta est Regis. Ibi captus est Robertus Comes Normanniæ, & plures alii cum eo. His ita gestis Rex subegit sibi totam Normanniæ, & hoc per litteras Anselmo indicavit. Eas recitat Baronius num. VII. Idem dies inquit Malmesburienensis in Henrico I. pag. 158. loquens de vigilia S. Michaelis; ante quadraginta annos fuerat, cum Vvillelmus primus Hastings appulit: provide forsan Dei judicio, ut eo die subderetur Anglia Normanniæ, quo ad eam subjugandam olim venerat Normannorum copia. Vvillelmum autem Conquestorem anno MLXVI. in vigilia S. Michaelis in Angliam appulisse, eo Christi anno ostendimus, ideoque anno præcedenti juxta Malmesburiensem Normanniæ ab Anglis capta, quod & testantur Gemmeticensis lib. 8. cap. 13. Radulfus de Dico in Abbreviat. Chronicorum, Mathæus Parisiensis, aliique. Post hæc Henricus Anglorum Rex & Normannorum Dux appellatus.

VI. Concilium Londinense.

Hoc vero anno Anselmus in Anglia totus fuit in componenda Anglicana Ecclesia, quia iudiciarium tempus efluxerat ad Kalendas Augusti: quod tempus Episcoporum Conventui, & negotiis ibi tractandis Henricus Rex præstiterat. Rem gestam narrat Eadmerus, qui Conventui seu Concilio Londinensi adfuit, lib. 4. Novorum: In Kalendis ergo Augusti Conventus omnium Episcoporum, Abbatum, & Procerum regni, Londonia in Palatium Regis factus est. Et per tres continuos dies, absente Anselmo,

inter Regem & Episcopos factus actum de Ecclesiarum investituris: quibusdam ad hoc nitentibus, ut Rex eas faceret more patris & fratris sui, non juxta præceptum & obedientiam Apostolici. Nam Paschalis Papa, in sententia, qua exinde promulgata fuerat, firmus stans, concesserat hominibus, que Urbanus Papa æque ut investituræ interdixerat: ac per hoc Regem ibi de investituris consentaneum fecerat. De hinc presente Anselmo, adstante multitudine, annuit Rex, & statuit, ut ab eo tempore in reliquum nunquam per donationem baculi Pastoralis vel annuli quisquam de Episcopatu vel Abbatia per Regem vel quamlibet laicam manum investiretur in Anglia; concedente quoque Anselmo, ut nullus in prælationem electus pro hominibus, quod Regi faceret, consecratione suscepti honoris privaretur. Quibus ita dispositis, pene omnibus Ecclesiis Anglia, qua suis erant Pastoribus diu viduata, per consilium Anselmi ac Procerum regni sine omni virga Pastoralis aut annuli investitura, Patres a Rege sunt instituti. Instituti quoque sunt ibidem & eodem tempore ab ipso Rege quidam ad regimen quarundam Eccl. Normanniæ, qua similiter suis erant Patribus destituta. De hoc Concilio legendus Petrus Blefensis in Continuat. Ingulphi pag. 126. quantum tunc, inquit, gaudium agitabat Clerus, quam devotus ardebat popular, quam solemniter & sancte omnes & singuli Regis animum ad sidera extollebant, nullus ediceret, nec Tullius edoceret. Subjungit, S. Anselmum, assistente sibi Gerardo Archiep. Eborac. uno die sex Episcops a suis Ecclesiis canonicè electos consecrasse.

A num.

teros fornicarios. Scripserat enim, inquit, ad Regem, ut ab hac exaltatione temperaret: quod Ecclesiasticorum ministrorum vitia Episcoporum non secularium corrigi deberent instantia. Quod & factum esse, & per omnia S. Anselmo satisfactum, idem auctor affirmat.

IX. At sicut religionis cultus, & erga Catholicam Ecclesiam obedientia & observantia fecerunt (ut audisti) Henricum Regem esse victorem; ita Robertum Comitum Northmanniæ, rerum divinarum contemptus, & Ecclesiasticarum incuria, despectio, atque depressio depresserunt, Comitatu privarunt, atque in vincula redegerunt. Quam enim infelix fuerit sub eodem Principe status Ecclesiæ Northmanniæ: Ivo Carnotensis Episcopus his litteris significavit, scribens ad Paschalem Romanum Pontificem: (a)

(a) Ivo ep. 181.

Paschali summo Pontifici Ivo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister debitum cum omni subiectione famulatum;

X. Status infelix Eccl. Northman.

Cum status Ecclesiæ pene ubique terrarum ruinas lamentabiles patitur, quisque dilector domus Dei debonestationes ejusdem domus quanto vicinius sentit, tanto uberius plangit; quoniam ignis viciniora comburit. Quod idcirco majestati vestra prelibavimus, quoniam cum in aliis locis unusquisque domus Dei prostitutor malitiam suam aliquo velamine regere molitur: in terra Northmannorum ita manifeste prostituta est Ecclesiæ, ut de ea illud propheticum dici possit: Peccatum suum sicut Sodoma predicaverunt, nec absconderunt. Cur autem ista præmiserit, subiicit de Ecclesiæ Lexoviensis ejusmodi detestandum exemplum: Quod in Ecclesiæ Lexoviensis paternitas vestra poterit agnoscere, quam jam per plures annos Ranulphus agnomine Flammarus Dunelmensis Episcopus inaudito invasionis genere occupavit. Qui duos filios suos vix duodennes, accepto pastoralis baculo a Comite Northmannorum, predictæ Ecclesiæ intrudi fecit, ea conditione, ut si primogenitus voreretur, Judaico more in Episcopatum alter alteri subrogaretur. Quod cum partim dolentibus, partim deridentibus, plurimis diu perpeffa esset Ecclesiæ; monitu quorundam Religiosorum graviter redargui solo charitatis intuitu Rothomagensis Archiepiscopus, ad cujus diocesim pertinet prætaxata Ecclesiæ, quod ex adverso non stare, qui pro domo Israel murum opponeret.

PAGIUS VII.

A num. XII. ad XV. Hildebertus Cenomanensis Episcopus celeberrimus, non ab Henrico Angliæ Rege, ut arbitratus est Baronius, sed a Villoelmo II. ejus decessore in carcerem coniectus, maleque habitus; idque initio Episcopatus ejus, & ante annum millesimum centesimum. Nam Hovedenus part. I. ad annum.

Hoc idem feci aliis Episcopis ejusdem Metropolitanæ suffraganeis. Tandem cum Comes terræ illius periculo amittendi Principatus sui urgeretur, quasi pœnitentiæ ductus, monente Ebroicensi Episcopo cum Metropolitano suo, præcepit, ut predictus Dunelmensis Episcopus de Ecclesiæ cum sua sobole eiceretur, & Episcopus ibi canonice eligeretur. Sed quomodo electus adhuc possideret Ecclesiam ab eodem impediretur, cujus rei causa ad auxilium ferendum Paschalem Pontificem provocat, longiorem texit narrationem: sed hæc de his satis. Cur autem sicut Rex Angliæ, Comes Northmanniæ pœnitens veniam cum victoria est consecutus: ex pœnitentiæ falsæ Saul & Antiochi Regum, ac David veræ pœnitentiæ discrimine, possumus æque horum Principum facta pensare.

Extant ejusdem Ivonis ad Archiepiscopum Rotomagensem eodem argumento aliæ conscriptæ litteræ, quibus vehementer insectatur scelus, cum unus Episcopus duabus est præfectus Ecclesiis; ait itaque: (b) Cum enim ab ipsa infantia mundi in Lameche carnalis bigamia sit culpata: quomodo poterit in sponsa Christi, quæ est Ecclesiæ, laudari, quæ & sacramento, & in veritate sacramenti uni debet viro desponsari? eliminetur ergo de Lexoviensi Ecclesiæ Ranulphus Dunelmensis Episcopus, ut bigamia non admittatur: eliminentur pueri ejus, ut Neophytorum hæresis extirpetur &c. Perfeverante autem eadem causa, ubi Rex Anglorum Northmannia positus est, ad Præfectum ejus provincie Ivo eodem argumento alias dedisse (c) litteras reperitur, quibus admonetur, ne plus Regi, quam Deo in ea functione placere studeat. Ubi in fine aurea hæc sententia: Non enim ad hoc instituantur Reges, ut leges frangant, sed fractores legum gladio, si aliter corrigi non possunt, feriant.

Sed & ex his docemur, quam mutabiles sint Principes atque lubrici ad malum, quamque facile fiant deserteores virtutum, atque veloces ad vitia transfugæ. Ecce tibi, quem ex suis ipsius litteris audisti Regem maxime pium, mox auditurus eris in tyrannum conversum ipsum Henricum Regem Anglorum. Nam audi Hildebertum Cenomanensem Episcopum, talia tantaque ab ipso patientem, ut ad dimittendum Episcopatus onus, intolerabili-

MXCVIII. ait: Ætatis tempore Villoelmus Rex Anglorum junior civitatem, quæ Cinomanis dicitur, magnamque partem illius per vim suæ conditioni subegit, illius nempe Provincie, ut habet Simeon Dunelmensis, qui idem refert. Auctor tamen novæ Chronologiæ Saxoniciæ, cujus major est fides, cum coævus sit, ait id conti-

XI. Pro monstro esse, ut duo Episcopus. tus unius sint. (b) Ivo ep. 178.

(c) Id. ep. 179.

XII. Henricus Rex Angl. mutat in tyrannum

Hildebertus Episc. Cenomanensis a Villoelmo II. Angl. Rege venatur.

(a) Hild. ep. 20. t. 3. Bibl. sanct.

bilibus pressus angustiis, Romam se ad Paschalem Pontificem conferre compulsus fuerit; sicut enim ipse epistola sua: (a) Longum est enarrare, quam constanti tyrannide Rex Anglicus in eos sevierit, qui temperantia Regis abjecta decreverit non prius Pontifici parendum, quam pontificem compelleret in sacrilegium. Quia enim turres Ecclesiæ nostræ deicere volumus; transmarinis subiiciendi iudiciis coacti sumus injuriis pelagi sustinere, singularem scilicet molestiam itineris, atque unicam totius humane compaginius dissolutionem. Tantis igitur agitati turbinibus, ad Apostolorum Limina decrevimus proficisci; magnum novæ tribulationis arbitrati remedium, si Romanus Pontifex nobis, & consilio subvenerit & auxilio. Hæc de sua in Urbem professione. Quid autem egerit, in epistola alia, qua agit de reditu meminit: quæ sic se habet: (b)

(b) Id. ep. 24.

XIII. Hildebertus Episc. redit ad Episc.

Maximum duo atque habeo, quod mihi vestra sacrarium familiaritatis aperuistis. In eo susceptus multis & magnis expertus sum periculis, quantum valeat deprecatio justis assidua. Huic & soli debeo, quod insidias mihi Roma redeunti dispositas intactus pertransi, quod ingentes & urgentes maris procellas illæsus evasi, quod non incidi in barbaros piratas larvæ formæ deformes, ferina crudelitate hominem dissidentes, super omnia etiam gaudentes, nulla se cum Christianis habere consortia. In Catholica religionis expertes & hostes in insulam beatissimi Honorati, sacratissimo die Pentecostes in multis navibus delati sumus. Ibi ad fundamentum monasterio penitus everso, plurimi monachorum gladio percussi ceciderunt, reliquis, & latibulis, & turris proxima consultum. Eadem die de præfata insula felix me ventus expulerat, & ita ipsis pene leonum faucibus evulsus auspicio cursu Magalozem navigavi. Hæc ideo, sanctissime Pater, Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Monast. Lirin. exsulum.

PAGIUS

contigisse anno MXCIX. Nunc audiendi Hildebertus, & Auctor Anonymus de Gestis Episc. Cenoman. Hildebertus in Epistola XX. ad Paschalem II. ait: Longum esset narrare quam constante tyrannide Rex Anglicus in nos sevierit. Alfordus anno MXCVII. num. XXX. integram illam Hildeberti Epistolam recitat, atque, Guillelmum intelligi opinaver, nisi Baronius ad Henricum I. retulisset. Verum vetera Acta Cenomanensium Episcoporum a Maillonio Tom. III. Analect. publicata, cap. 35. narrant quanta passus sit Hildebertus a Rege Angliæ, qui Heliam Comitum Cenomanensem ex ea urbe expulerat, eamque sibi subjecerat, petens ab Hildeberto, ut turres Ecclesiæ dirui præciperet, ex qua eversione Præsul clarissimus grande periculum Ecclesiæ suæ imminere prævidebat. Minabatur Rex urbem incendere, jamque Clericos ab urbe eliminaret. Sed dum Hildebertus Dei clementiam jugiter precaretur, ut ab Ecclesiæ & populo sibi commisso iram indignationis suæ dignaretur avertere, Rex ille dum quadam die in suam ve-

ter, apposui, ne quis ignoret, quantis oratione vestra periculis ereptum me confitear. Habeo igitur atque ago vestra gratias religioni, cufus sinum, quasi reus aram, jam dudum complexus essem, si confusus Papa Pontificis onus amoliri permisisset. Ille dum me remisit ad laborem, invidit gloriam; non imputet ei Dominus. Interim in umbra alarum tuarum sperabo, donec educar de lacu miseriæ, & de luto fecis, atque dicam: Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam Deus meus. Hæc Hildebertus, anhelans ad monasterium, atque invitus iussu Paschalis Papæ rediens ad Episcopatum, in quo adhuc acerbissima pati coactus est quæ quidem magna animi constantia tulit.

In carcerem enim aliquando detrusus causa tuendæ libertatis Ecclesiæ, hæc ad Episcopos, & clericos omnes: (c) Oro vos orare pro me, curam agere de me, compassione esse juxta me. Nam de redemptione nihil ago, semel Christi sanguine redemptus, iterum redimi non requiro: sanguis ille redemptio mea, sanguis ille pretium meum. Indignum est, ut sub pretio redigar, cujus pretium sine pretio est. Præterea infamis est redemptio, qua libertas perit Ecclesiæ, qua servitus comparatur. Neesse est enim, ut membra serviant, si caput humiliatur sub tributo &c. Extat ad eundem Ivonis Episcopi Carnotensis epistola, cum a Rege Anglorum dira pateretur, cujus hic titulus (d): Ivo Dei gratia Carnotensis Eccl. minister Hildeberto Cenoman. Episcopo in tribulatione patientiam, in patientia tolerantiam in tolerantia perseverantiam. Qua monet ipsum consulentem, ne probatione per ignem, quam Rex ab eo exigebat, vellet ullo pacto suam probare innocentiam, quod hoc esset in Ecclesiæ Dei per plures vetitum canones & decreta Pontificum.

XIV.

(c) Hild. ep. 39. in fin. In carcerem detrusus Hildebertus.

(d) Ivo ep. 91.

B b 2 Quod

nandi gratia perrexisset, ab uno ex militibus, qui secum ierant, sagitta percussus interiit, inquit Auctor Anonymus Actorum illorum, quem manifestum est intelligere Guillelmum II. anno MC. in venatione interemptum. Post ejus mortem civitas hostibus erepta, & ab Helia occupata. Ivo Carnotensis Episc. LXXXIV. ad Hildebertum data, significat eum de proditione urbis nuper facta infimulatum fuisse apud Regem, qui nolebat illum huius proditionis immunem credere, nisi igniti ferri examinatione innocentiam suam demonstraret; ad quod cum paratus esset Hildebertus, Ivo qui ab eo consultus fuerat, scripsit, Monomachiam & ferri calidi examinationem, nec consuetudo Ecclesiastica in disentiendis causis Ecclesiasticis recipit, nec Canonica auctoritas instruit, quod variis Decretis demonstrat. Ea Epistola vel anno MXCIX. vel insequenti scripta.

Pacata igitur civitate, inquit Anonymus laudatus, & hostibus inde effugatis, Hildebertus Romam proficiscitur: quem Paschalis Papa in notitiam suam attentius accepit & familiarit-

VIII. Romam petit.

XV. Conc. Hierosol.

(a) Willel. Tyr. l. 11. c. 4.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno, misso per Paschalem Papam Gibelino Arelatenfi Archiepiscopo Hierosolymam Concilium ibi colligitur, in quo deponitur Ebreminus intrusus Patriarcha. Quomodo autem ista se habuerint, sic accipe ex Willelmo Tyrio (a): Interea dominus Daibertus Hierosolymorum Patriarcha post longam expectationem, qua cum detinuerat dominus Paschalis Papa, & Ecclesia Romana, volens plenius edoceri, atrum Rex Hierosolymorum & qui cum expulerant, vellent contra eum aliquid allegare, unde hoc videri possent de jure fecisse: postquam nemo comparuit, qui contra eum aliquid diceret, nec in ejus facto aliquid aliud notari poterat, nisi quod regia expulsus esset violentia; cum plenitudine gratia & Apostolicarum litterarum prosecutione nisus est ad propria redire, & sedem recipere debere, de qua fuit indebite deturbatus. Qui tandem in Siciliam veniens, & apud Messanum moram faciens necessariam, transitum expectans, gravi correptus aegritudine, XVI. Kalend. Julii viam universae carnis ingressus est. Sedis autem in pace annis quatuor, in exilio vero tribus. Ebreminus

PAGIUS

ritatem. Deinde illo Apuliam, Siciliamque progresso, sibi universi, quasi Angelo Dei, honorem exhibebant & reverentiam. Dux enim Apuliae & avunculus ejus Comes Sicilia Rogerius, audita fama scientia Praefatis & honestatis, illum cum maximo honore & incredibili reverentia susceperunt. Quibus ex verbis intelligimus, Hildebertum ante mensum Julium anni MCI. professionem illam Italicam suscepisse, cum is mense & anno Rogerius Comes Siciliae, a quo tunc cum honore exceptus est obierit; huic enim alter Rogerius Roberti Guiscardii filius, Apuliae Dux, nepos fuit. Scripsit Hildebertus ad Paschalem II. Epistolam a Baronio num. XIII. recitatam, dum in Galliam rediret, quam ideo saeculi huius initio datam oportet. Ait in ea se ejus orationibus debere, quod in Barbarorum manus non incidit, quo nomine Saracenos intelligit: *Li Catholica, inquit, religionis expertes, & hostes in insulam beatissimi Honorati sacratissimo die Pentecostes in multis navibus delati sunt. Ibi ad fundamentum monasterio penitus everso, plurimi Monachorum Gladio percussu ceciderunt, reliquis & latibulis & turre proxima confultum, &c.*

IX. Monasterium Levenense a Saracenis sepius eversum.

Vincentius Barralis in Chronologia insulae Lerinensis part. 2. textit catalogum Abbatum Lerinensium, & pag. 157. loquens de Aldeberto II. Abbate Lerinensi ait, eum anno MCI. imminente secundo mortuum esse & quia non legerat laudatam Hildeberti Epistolam de hac Lerinensis monasterii everfione nullam mentionem facit; imo aliam, quae eandem jam a multis annis praecesserat, fictitiam credit pag. e. nim 152. loquens de Aldeberto huius nominis I. anno MXLVI. Abbate creato ait in quodam catalogo codicis perantiqui monasterii Lerinensis, in quo omnes Abbates ab eo anno usque ad annum MCCCCXX. recensentur, legi Aldeberto I. Abbatiam administrante destruc-

vero ejusdem sedis incubator, audiens, quod praedictus dominus Daibertus cum plenitudine gratiae revertebatur sedem suam recepturus, antequam de obitu ejus instrueretur, ad eandem Romanam transfretare Ecclesiam decrevit, allegaturus de sua innocentia, quomodo invitum & renitentem in eandem sedem locaverant. Quo perveniens, nihil impetrare potuit, quam ut cum eo dirigeretur Legatus, qui de causa ejus, Hierosolymis constitutus, plenius posset cognoscere.

Designatus est autem ad id muneris prosequendum dominus Gibelinus, vir senex & grandaevis, Arelatenfis Archiepiscopus, qui de mandato domini Papae Hierosolymam profectus, convocato Episcoporum regni Concilio, de causa domini Ebremini cognovit plenius. Cumque ei constitisset per testes idoneos sufficientes & majores omni exceptione, quod dominus Daibertus absque causa legitima Anulphi factionibus, & regia violentia fuerat expulsus, & quod Ebreminus adhuc viventis Pontificis & Ecclesiae habentis communionem sedem occupaverat: auctoritate qua praeminebat, eum a Patriarchatu deposuit. Sed considerans multam vi-

XVI.

Gibelin. Patriarcha Hierosol. eligitur.

ctum fuisse primo anno ordinationis illius monasterium Lerin. & non reedificatum neque erectum, ni post annos XLII. ab illius successore Aldeberto II. sed huic ruinae se non de facile assentiri; cum nullus exprimat invasores. Verum frivolum hoc argumentum negativum; praesertim cum ipsemet pag. 157. scribat Aldebertum II. anno MLXXXVIII. monasterium & Ecclesias reparasse & cultui Divino iterum dedicasse, ideoque anno XLII. ab everfione, quae sub Aldeberto I. contigerat. Praeterea ipsemet pag. 164. ait, Ecclesiam Lerinensem anno MCLIX. perfectam, & solemniter consecratam esse, quod ex Actis monasterii demonstrat. Quare Ecclesiam & monasterium Lerinense circa huius saeculi initium Saraceni destruxerant. In eo etiam fallitur Vincentius Barralis, quod tradit Aldebertum II. condidisse monasterium hodiernum ad repellendos Saracenos turris instar aedificatum; id enim non nisi Lucio III. Ecclesiam Romanam regente contigit, ut sub ejus Pontificatu demonstrabimus. Hunc Historicum decepit Rescriptum Honorii Papae a se pag. 159. recitatum, in quo Pontifex Fideles hortatur, ut auxilium porrigant Monachis Lerinensibus ad construendam contra Saracenorum impetum munitionem. Illud enim non hoc saeculo ab Honorio II. sicut ipse, eumque secutus Bouchaus in Hist. Provinciae Tom. 2. pag. 110. arbitrati sunt, sed saeculo sequenti ab Honorio Papa III. emissum, ut ejus lectio perspicuum reddit; cum in eo mentio sit remissionis peccatorum concessa ab Eugenio Papa Jerusalem pergentibus, quam extendit ad fideles Lerinenses in hoc pio opere adiutores; nam is Eugenus alius esse non potest quam Eugenus III. qui hoc saeculo aliquot annis post Honorium II. Ecclesiae Romanae praesuit.

Ad num. XV. & seqq. Daiberto Hierosolymorum Patriarcha XVI. Kal. Julii demortuo in ejus locum substitutus est Gibelinus Arelaten-

X.

ten-

(a) Idem ib. c. 6.

XVII.

XVIII. Gibelini ad Arelatenf. Epist.

PAGIUS Gesta in expeditione Hierosolymit.

viri religionem, & simplicitatem miram, Casariensem, quae tunc vacabat, Ecclesiam ei concessit habendam. Postmodum vero dum de substituendo Ecclesiae Hierosolymitana Patriarcha Clerus & populus disceptaret: constituta ad hoc specialiter die, ut super eo negotio de more tractaretur: post multas hinc inde deliberationum partes, in dominum Gibelinum Apostolicae Sedis Legatum unanimiter conveniunt, & cum in sede locant Patriarchalem. Hoc etiam praedictus Arnulphus malitiose dicitur construxisse, ut homo senex & decrepitis in illa sedem diu vivere non posset. Hucusque (a) Willelmus, qui hoc anno ita aditatus esse, inferius docet.

Gibelinus igitur, ubi novit se nolentem invitumque electum Hierosolymorum Patriarcham, omni ad suos Arelatenfes amplius redeundi spe destitutus penitus, has ad eos non sine lacrymis litteras dedit, quas non acceptas a Francisco Claret nostro amico fideli, ejusdem Arelatenfis Ecclesiae Archidiacono, hic describendas esse operapretium duximus; sic se habent:

Gibelinus Hierosolymitanus Episcopus charissimis in Christo fratribus Arelatenfis Ecclesiae suffraganeis Episcopis, domino Ariperto, & aliis, & omni Clero, & populo salutem & benedictionem.

Intelligere potestis, fratres charissimi, quam incerta est vita ista, qua vivimus, cum illud cito eveniat, quod in cor hominis non ascendit, & hoc divina providentia faciat, quod humana mens cogitare non potuit. Scitis enim qua ratione egressus sum de terra mea, & de cognatione mea; quomodo a Romana Ecclesia ad Orientales Ecclesias sui missus: modo factus incolae, qui veneram peregrinus. Nam dominus Papa Paschalis, qui ad visitationem Orientalium Ecclesiarum me destinaverat, per litteras, & per venerabilem Praenestinae civitatis Episcopum

tensis Archiepiscopus, ut narrat Baronius ex Willelmo Tyrio lib. 11. cap. 4. Hoc etiam anno, ut inquit Fulcherius in Hist. Hierosol. lib. 2. postquam Boamundus de Gallis regressus est, congregata gente quantumcumque potuit in portu Brundisino, qui est in Apulia, classem suam paravit. Qui cum tempus ad transfretandum expectasset opportunum, VII. Idus Octob. nares ingressi Bulgariam navigaverant, & Avalonis portu applicuerunt. Et Avalone citissime capta, Duratium urbem adeuntes, III. Idus Octob. obfederunt. Sed quia civitas illa tam hominibus quam viculis satis erat munita, illa obsesores diu fugavit, &c. Erat quidem Imper. Constantinopolitanus Alexis nomine genti nostrae tunc contrarius, & Hierosolymam peregrinantibus vel fraude clandestina, vel violentia manifesta tam per terram, quam per mare portuator & tyrannus. Quapropter Boamundus, collecto, ut dictum est, exercitu, terram il-

mibi mandavit, ut curam Hierosolymitanae Ecclesiae susciperem exemplo illius, qui exiit a Patre, & venit in mundum, ut faceret voluntatem ejus, qui misit eum: & ego inclinavi aurem meam, & oblitus sum populum & domum patris mei. De caetero fratres, de ordinatione Ecclesiae vestrae cogitate, & Episcopum vobis secundum Dominum eligit. Et si haecenus tam nobilis Ecclesia pastorem, qualem deceret, non habuit; modo talis eligatur, in quo per Dei gratiam totum impleatur, quod desuit.

Multa vobis scribere disposueram, sed cogitanti mihi de vestra amicitia, magis flere libet, quam aliquid dicere. Dum enim ad memoriam reduco quantam dilectionem erga me habuistis, quam patienter hominem nullius utilitatis sustinistis: nulla temporalium rerum delectatione possum gaudere, sed multoties sunt mihi lacrima mea panes die ac nocte. Nec mirum, quia sicut manifestum est, nec solatio nec precibus me dilexistis, sed sola nobilitate, quae in vobis est, & moribus & genere, in me benignitas vestra semper apparuit, & nobilitas vestra se celare non potuit. Nunc itaque dilectissimi, solita dilectione vos deprecor, ut mei memoriam habeatis, quatenus ille, qui vestris orationibus fuit in via ductor meus, & in fine susceptor meus, qui est in omni terra Deus meus. Hucusque Gibelinus ad suos.

Accepi ab eodem cum his & litteras Paschalis Papae ad eisdem Arelatenfes, pro electione successoris, quae sic se habent:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, Clero, & populo Arelatenfi salutem & Apostolicam benedictionem.

Pro negotiis & scandalis, quae in Hierosolymitana Ecclesia fuerant, venerabilem fratrem nostrum Gibelinum, quondam Ecclesiae vestrae Antistitem ad partes illas

lius intravit; civitates & oppida comprehendere nitens. At Duratium expugnare non potuit.

Sandovalius in Alphonso VI. refert, Isabelam Alphonfi VI. Castellae & Legionis Regis quartam uxorem e vivis excessisse, quod probat ex huius Reginae Epitaphio ejus sepulchro apud S. Isidorum Legionensem litteris Gothice incipit: H R (idest, hic requiescit) Regina Elisabeth, filia Ludovici Regis Franciae, Uxor Regis Alphonfi, qui cepit Toletum. Obiit era MCXL. sed legendum, MCXLV. At epitaphium istud a quodam imperito longe post huius Reginae mortem positum. Nullus enim hoc anno Ludovicus in Francia regnabat praeter Ludovicum Philippi Regis filium in confortium regni adscitum, qui junior erat, quam ut posset Isabelae pater esse. Quod hic observandum duxi, ut principium a me non semel inculcatum magis corroborem, plura nempe

XIX.

XX.

Paschalis Papae ad Arelat.

XI. Moritur Isabella IV. uxor Alphonfi VI.

Epi-

CHRISTI
1107.

PASCHALIS II. PAP.
8.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII COMN. IMP. 27.

las cum nostra legatione direximus, cujus nimirum persona ita in omnibus placuit, quod eum Clerus, & populus ejusdem Ecclesie unanimi voto, communi desiderio in patrem sibi & pastorem elegerunt. Nos enim, quoniam diu Episcopali regimine fuerant destituti, electionem ipsam assertionem nostram firmavimus. Vestram itaque dilectionem litteris presentibus prononemus & hortamur in Domino, ut & vos canonicum pastorem vobis eligere properetis: nec vobis grave & durum vehementius videatur. Illum enim tanto zelo tanto ardore Hierosolym. suscepit Ecclesia, quod cum (etsi nos omnino velimus) vobis reddere nullo modo possimus. Data Laterani, quarto Nonas Januarii. Utique anni sequentis exordio. At ista satis.

Verum quod spectat ad alterum Legatorum, cujus meminit in recitata supra epistola Gibelinus, Episcopum Praenestinum, hic dictus est nomine Berardus, sive Bernardus, cujus est mentio in praedecessore Paschalis Urbano Papa, anno ejus Pontificatus quinto, in privilegio Cluniacensibus dato. Qui fama conspicuus, ubi hoc anno reversus est Hierosolymis, statim ex hac vita migravit: cui Alfanus Archiepiscopus Salernitanus ejusmodi Epitaphium scripsit:

* al. Berard.

* Bernardus nomen, Beneventum patria, sedes
Praeestis, celebris laus mihi Roma fuit:
Hostes Ecclesie contrivi, cuncta relinquens
Ios Jerusalem solvere crimen idem:
Jamque dies mensem retinebant quinque Decembrem,
Cum rediens illinc, mortuus hospitor hic.

PAGIUS

Epitaphia Principum vel Magnorum Virorum tumulis inscripta, nova esse, ideoque suspectae fidei. Ceterum Isabellae mors hoc anno non contigit, cum Sandovalius ibidem Chartam laudet, integram a se in Historia sua Salmanticensi recitatam. Data ea era MCXLV. die XXIX. mensis Decemb. in qua Alfonso VI. testatur, Isabellam conjugem eam confirmare; quod si ea die illo corpore valebat,

Hactenus Epitaph. inter vetera Alfani monumenta repertum. Quod igitur ad verba illa spectat: Solvere crimen idem: Ad illud alludit, quod perrexerat scilicet Hierosolymam ad depositionem Ebremari Patriarchae intrusi, ut superius est pluribus enarratum.

Inter haec autem cum absolutus Gerardus Archiep. Eboracensis recufaret professionem facere Archiepiscopo Cantuariensi, deque his admonitus Paschalis Pontifex esset, has ad eum litteras dedit:

Paschalis Papa servus servorum Dei venerabili fratri Eborac. Archiep. Gerardo salutem & Apostolicam benedictionem. (a) Quamquam prave contra nos, immo contra matrem tuam sanctam Romanam Ecclesiam te non ignovimus egisse; praesentibus tamen tibi litteris mandamus, ut professionem venerabili fratri nostro Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo facere non negligas. Audivimus enim Thomam quondam praedecessorem tuum ex hac eadem re contentionem movisse, & cum in praesentia domini Alexandri Papae Secundi ventilata esset, ex praeepto ejus definitione habita, post varias disquisitiones Lanfranco praedecessori suo, & successoribus suis eandem professionem fecisse. Unde & nos, quod tunc temporis definitum est, volumus, auctore Deo, firmum illibatamque servari; subicit ista bis VVilhelmus: Hanc epistolam directam sibi Gerardus non legit, quia necesse non fuit. Praevenerat ipse jussu Apostolicum & hortatu Regis Anselmo manus dederat servaturum se ipsi eandem professionem &c. sed haud post multum eodem Gerardo defuncto cum alius Thomas illi subrogatus esset, qui etiam detrectans profiteri, ab eodem sancto Anselmo publicis per Angliam datis litteris, qua extant, excommunicatus est donec pareret, quod tandem coactus fecit. Re-

Paschalis Papa mo. net Gerardum Eborac. ut parcat S. Ansel. (a) Vuill. Malm. de Gest. Pont. Angl. l. 3.

verosimile non est, die XXX. aut insequenti naturae debitum solvisse. Isabella itaque me anni sequentis demortua, statimque fonsus Beatricem, cujus familia ignorat sibi copulavit; Sandovalius enim fol. 96. Ci tam aliam exhibet, in qua ea die XXV. mensis Maii Regina dicitur, & uxor Alf. Regis.

JESU CHRISTI
ANNUS
1108.

PASCHALIS PAP. II.
ANNUS
9.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII COMN. IMP. 28.

I. Paschalis compescit tyrannos.

Redemptoris annus millesimus centesimus octavus Indictione prima incipit, quo Paschalis Papa rursus tumultuantes quosdam Romanorum usurpatores rerum, Ecclesiae, aliosque ad defensionem populum permoventes compescuit. Scribit ista VVilhelmus Bibliothecarius, aitque horum principes fuisse Ptolemæum Comitem Tusculanum, nec non Petrum de Columna Farfensem Abbatem, qui diversis invasionibus diversa oppida tentaverunt, quæ Paschalis Papa non sine magno labore ab eorum tyrannide liberavit, cum ipso Paschale Petro Leonis, & Leone Frangipane fideliter laborantibus.

II.

(a) Pet. Diac. Chron. Cass. l. 4. c. 34. in fin. & 35. Conc. Beneventanum sub Paschal. Pap.

Quo pariter anno, Octobris mense idem Paschalis Papa Beneventum perrexit, ut illic Synodum celebraret, de qua ista breviter Petrus diaconus in Chronico Cassinate: (a) Mense autem Octobris advenit hic idem Apostolicus, adjunctoque sibi Abbate nostro, Brunone videlicet, Beneventum celebrande illic Synodi causa perrexit. In qua praedecessorum vestigia secutus constituit, ut si quis Ecclesiastica beneficia de manu laicorum acciperet, uterque communione priveretur, & qui scilicet daret, & qui acciperet. Vestimenta secularia & pretiosa reprehendit, & eis uti clericis vetuit.

III.

Cum autem Capuan decessisset, rogatus ab eodem Abbate Brunone, Ecclesiam S. Benedicti, quam Desiderius Abbas intra eandem civitatem renovaverat, solemniter dedicavit: in qua etiam de vestimentis sanctissimi patris Benedicti recondidit. Sicque ad hoc monasterium Casertense veniens reversus est Romam. Hucusque Petrus. In Chronico autem monasterii sancti Vincentii ad fontes Vulturini positi, a Joanne ejusdem monasterii monacho scripto, mentio habetur, quod dum in his regionibus idem Paschalis Pontifex versaretur, invisit ipsius S. Vincentii celebre monasterium, ubi cum com-

perisset, ab eodem quoque monacho Joanne scribi coeptam historiam Ecclesiasticam, laudavit ejus studium Pontifex, & cum laudasset amplexatus eum hæc adjecit: Bene, inquit, o fili, magnum opus coepisti, sed bene coepita melius prosequi stude. Hæcque præsentem Benedictum ejus monasterii Abbate, ad quem idem auctor Joannes nuncupatoriam scripsit epistolam. Laudatum quoque, idem tradit, coeptum opus a Joanne Cancellario, qui postea Paschali in Pontificatu succedens, dictus est Gelasius Papa Secundus: Hæcque omnia in dicto Chronico scripta leguntur; sed præter historiam ejus monasterii nihil ab eo scriptum reperitur. Jam vero quæ reliqua sunt anni hujus videamus.

Quod autem Henricus Angliæ Rex plura pollicitus fuerat, instante Paschali Papa, de restituendo in suam libertatem Anglicanam Ecclesiam: præstitit hoc anno, cum celebratum est in Anglia Concilium Londoniense, cujus meminit Edimerus; de quo ista Rogerius in Annalibus eodem anno millesimo centesimo octavo: (b) In Kalendis Augusti conventus omnium Episcoporum, Abbatum, & procerum regni Londonia factus est, & per tres dies, absente Anselmo Archiepiscopo, inter Regem & Episcopos factum est de Ecclesiarum investituris, quibusdam ad hoc nitentibus, ut Rex eas faceret more patris, & fratris sui, non juxta præceptum & obedientiam Apostolici. Nam Paschalis Papa in sententia, que inde promulgata fuerat, firmus stans, concesserat omnia, qua Papa Urbanus, qui æque investituram interdixerat, ac per hoc Regem sibi de investituris consentaneum fecerat.

Dehinc præsentem Anselmo, astante multitudine, annuit Rex, & statuit, ut ab eo tempore in reliquum nunquam perdonationem baculi pastoralis, vel anuli quicquam de Episcopatu, aut Abbatia per Regem

IV. Concil. Londoniense in Anglia.

(b) Roger. in Annal. hoc anno

V. Investiturae sublatæ.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6601.
SÆC. XII.
An. Eræ Hisp. MCXLVI.
An. Hegiræ DII. inchoato die 11. Aug. A.C. 1108 I.
© 25. E. D. 7. P. 5. April. Indi. 1.
JESU CHRISTI 1108.
PASCHALIS II. PAPÆ 10.
HENRICI V. REG. 3.
ALEXII COMNENI IMP. 28.

Ad num. II. & seq. Illis qua Petrus Diaconus in Chron. Cass. lib. 4. Cap. 34. de Concilio Beneventano refert, addendum.

quod scribit Falco Beneventanus in Chron. anno MCII. inchoato, & usque ad annum MCXL. perducto: Anno MCV. Indi. XIV. (is annus nobis est MCVI. quia a Kalendis Martii Falco annum inchoat) mense Januario & Februario nix magna fuit & fluminum inundatio, stella Cometer ad Occasum apparuit: triduo enim post venit Papa Beneventum. Sequenti anno (nempe MCVI.) obiit Henricus Teutonicorum Rex (huius nominis IV.) Anno MCVIII. Indi. II. (a Septembri inchoata) Papa Paschalis venit Beneventum qui mense Novembri ordinavit Landulfum Archiepiscopum. Hæc ad aliquas Paschalis II. litteras suis annis reddendas conducere poterunt. Porro hoc Concilium adversus Investituras celebratum.

A num. IV. ad. X. Rex Henricus inquit, II. Ed-

Concili- um Bene- ventanum.

CHRISTI
1108.

PASCHALIS II. PAP.
9.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII COMN. IMP. 28.

CHRISTI
1108.

PASCHALIS II. PAP.
9.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII COMN. IMP. 28.

gem, vel quamlibet laicam manum in Angliam investiretur; concedente quoque Anselmo, ut nullus in prelationem electus, pro hominio quod Regi faceret, consecratione suscepti honoris privaretur. Et post restitutos Episcopos suspensos in suas sedes, & ab excommunicatione absolutos, quos subicit, hæc in eodem Concilio Londoniensi statuta fuisse idem Rogerius sic narrat:

VI. De non habitando cum foeminis.

Hæc sunt statuta de Archidiaconibus, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & Canonicis in quocumque gradu constitutis, quæ anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octavo statuerunt Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, & Thomas Eboracensis Archiepiscopus electus cum eo, omnesque alii Episcopi Angliæ in præsentia gloriosi Regis Henrici assensu Conitum, & Baronum suorum. Statutum est, ut presbyteri, diaconi, subdiaconi caste vivant, & foeminas in domibus suis non habeant, præter proximam sanguinitate sibi junctas, secundum hoc quod sancta Synodus Nicæna definiit. Illi vero presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui post interdictum Londoniensi Concilii foeminas suas tenuerunt, vel alias duxerunt, si amplius Missas celebrare voluerunt, eas omnino a se sic faciant alienas, ut nec illæ in domos eorum nec ipsi in domos earum ingredientur: sed nec in aliqua domo scienter conventiant; neque hujusmodi foemina in territorio Ecclesiæ habitent. Si autem propter aliquam honestam causam eos, vel eas colloqui oporteat, cum duobus legitimis testibus extra domum colloquantur. Si vero in duobus aut tribus legitimis testibus vel publica parochianorum fama aliquis eorum accusatus fuerit, quod hoc statutum violaverit: purgabit se abductis secum ordinis sui idoneis testibus sex, si presbyter fuerit; si autem diaconus, quatuor; si subdiaconus, duobus. Cum autem hæc purgatio defecerit; ut transgressor statuti sacri judicabitur.

VII.

PAGIUS Concilium Londoniense.

Illi autem presbyteri, qui divini al-

laris, & sacrorum ordinum contemptores prælegerunt cum mulieribus habitare: a divino officio remoti, omnique Ecclesiastico beneficio privati, extra eorum ponantur, infames pronuntiant. Qui vero rebelles & contemptor foemina non reliquerit, & Missam celebrare presumpserit, vocatus ad satisfactionem, si neglexerit, excommunicetur. Eadem sententia Archidiaconos, & Canonicos omnes complectitur, & de mulieribus relinquendis, & de vitanda earum cohabitatione, & de distinctione censura, si statuta transgressi fuerint. Jurabunt etiam Archidiaconi omnes, quod pecuniam non accipient pro toleranda transgressione hujus statuti, nec patientur presbyteros, quos sciunt foeminas habere, Missam cantare, vel vicarios habere. Similiter & Decani jurabunt. Archidiaconus vero, vel diaconus, sive Decanus, qui hæc jurare noluerit, Archidiaconatum, vel Decaniam perdet. Presbyteri vero, qui relictis mulieribus, Deo, & sacris altaribus servire elegerint, quadraginta diebus ab officio cessantes pro se interim vicarios habebunt, injuncta eis poenitentia secundum hoc, quod Episcopus eorum visum fuerit. Hucusque Rogerius ex Concilio Londoniensi hoc anno celebrato.

Pœna habitandi cum foeminis.

Poit hæc autem reddita (ut audisti) Anglicanæ Ecclesiæ pace, Paschalis Papa gratulatorias dedit has litteras ad S. Anselmum, quas Willelmus in Gestis Regum Anglorum recitat hîc verbis: (a)

VIII.

Quod Anglice Regis cor ad Apostolica Sedis obedientiam omnipotentis Dei dignatio inclinavit, eidem miserationum Domino gratias agimus, in cuius manu corda Regum versantur. Hoc nimirum tua cbaritatis gratia, tuarumque orationum instantia factum credimus, ut in hac parte populum illum, cui tua sollicitudo præsidet, misertio superna respiceret. Quod autem & Regi & his, qui videntur obnoxii; adeo condescendimus, eo affectu & compassione factum noveris; ut eos qui ja-

(b) Willelmus Malmeburghensis regis Angliæ Paschalis Papæ ad S. Anselmum de concordia inita cum Rege.

cundis Majoribus regni, de negotio cum Anselmo Archiepiscopo & ceteris Episcopis Angliæ tractavit, eosque ad malum illud extirpandum regali auctoritate atque potentia fultis roboravit. Deinde refert Anselmus Decreta pro eitinguendo usu concubinarum inter Viros sacros in illo Concilio Londoniensi condita, graves poenas in transgressores decretas, necnon in Decanos aut Archidiaconos cum eis conviventes. Nec minus in Normannia inter Clericos incontinentia grassabatur. Gaufridus enim Grossus Monachus Tironiensis in Vita beati Bernardi Abbatis ejusdem monasterii, cuius discipulus fuit, cap. 6. scribit: Porro pro consuetudine tunc temporis per totam Normanniam hoc erat, ut presbyteri publice uxores dicerent, nuptias celebrarent, filias ac filios procrearent, quibus hereditario jure post obitum suum Ec-

III. In Normannia incontinentia inter Clericos grassatur.

cebant, erigere valeamus. Te autem, in Christo venerabilis & charissime frater, ab illa prohibitione, sive (ut tu credis) excommunicatione absolvimus, quam ab antecessore nostro sanctæ memoriæ Urbano Papa adversus investituras, aut hominia factum intelligis. Tu vero eos, qui aut investituras acceperunt, aut investitos benedixere, aut hominia fecerunt, cum ea satisfactione, quam tibi per communes Legatos Willelmum, ac Balduinum viros fideles & veridicos significamus, Domino cooperante, suscipito, & eos vice nostra auctoritatis absolvo: quos vel ipse benedicis, vel a quibus volueris benedici præcipias, nisi in eis aliud forte reperias, propter quod a sacris honoribus sint repellendi. Si qui vero deinceps præter investituras Ecclesiarum prelationes assumpserint, etiam si Regi hominia fecerint, nequaquam ob hoc a benedictionis nuere arceantur, donec per omnipotentis Dei gratiam ad hoc omittendum cor regium tuæ prædicationis imbribus molliatur. Præterea super Episcopis, qui fallum (ut nosti) a nobis rumorem retulerunt, cor nostrum commotum est vehementius, quia non solum nos læserunt, sed multorum simplicium animas deceperunt, & Regem adversus charitatem Sedis Apostolicæ impulerunt. Unde & inultum eorum flagitium, Domino cooperante, non patimur: sed quia filii nostri Regis

PAGIUS

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

IV. Concordia inter Alexium mundum Antiochiæ Principem constituta.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

instantia pro iis nos pulsat attentius; etiam ipsis communionis tuæ participium non negabis. Sane Regem & conjugem, & proceres illos, qui pro hoc negotio cum Rege ex præcepto nostro laboraverunt, quorum nomina ex suprascripti Willelmi suggestionem cognoscas; juxta sponsonem nostram a peccatis & poenitentis absolvo. Rothomagensis Episcopi causam tuæ deliberationi committimus, & quod ei indulseris, indulgemus. Hæc Paschalis ad S. Anselmum, quem hoc anno lucubrationem illam perdifficilem de concordia præscientiæ & prædestinationis habuisse præmanibus, Edinerus affirmat, qui præsens aderat.

X. De Hier. Eccl. illustranda.

Cui autem totius Catholicæ Ecclesiæ cura a Deo credita est, Paschalis Papa ita ecclesiis in extrema Occidentalis orbis parte positis incumbens pastoralis cura prospexit, ut Orientalibus non deesset officio. Quamobrem Balduini Regis Hierosolymorum petitionibus annuens, quæ postulabat, benigne concessit. Ubi enim Gibelinus in sede Hierosolymorum anno superiori est electus Antistes, ad sedem Hierosolymorum amplioribus augmentis illustrandam apponit animum, simulque agit apud Pontificem de finibus dioeceseos ejus sedis ampliandis: ea de re idem Rex legationem misit Romam ad Paschalem Pontificem. Quid autem illius petitionibus annuens Paschalis Papa concessit.

C c

Chronographus Malleacensis ad præsentem Christi annum scribit: Bernardus Abbas (Monasterii sc. S. Cypriani in prospectu Pictaviensis urbis alias constructi) in Pertica (regio inter Carnotenses, Genomanenses, Viudocinenses & Ebroicenses sita, vulgo le Perche) cepit suum Canobium adificare in loco, qui vocatur Tiro (erat locus silvestris in prædio Carnotensis Ecclesiæ) in honore S. Mariae, ubi plus centum Monachorum simul habitavit. Ex his tamen quæ leguntur in ejus Vita scripta a Gaufrido Grosso, qui sub ipso Monacho Tironii vixerat, ad diem XIV. mensis Aprilis in Actis SS. Bollandianis recitata, cap. 3. apparet, Congregationis beati Bernardi initium ad sequentem annum differendum esse. Ibi enim legitur, Bernardum venientem ad silvam Diocesis Carnotensis, quæ Tiro dicitur, eam peragrare curasse, eique loci planitiem placuisse, ac ad discipulos, qui in Britannia ac Normannia finibus remanserant, remeasse, ut eos ad se colligeret: Et secum Tironum adducens, ibi cum eis deinceps habitavit. Anno igitur incarnati Verbi MCLX. aggregatis discipulis, accepta benedictione a bona memoria Comite Ivone Carnotensis Ecclesiæ tunc temporis Pontifice, primam Missam celebravit in die sancto Pascha, in monasterio ligneo jam adificata, in possessione, quam sibi memoratus Principe Rotroco donaverat. Rotroco in Vita beati Bernardi dicitur Consul seu Comes Pertici, hæc enim vocabula jam ante ista tempora pro uno eodemque usurpata. Ibidem etiam num. LII. Congregationi beati Bernardi dicuntur subsuisse centum cella, sive ex fuerint Abbatia, sive Præpositura. Regula S. Benedicti in eo servata.

V. Institutur Congregatio Tironiensis a B. Bernardo.

To-

ferit; ejus litteræ ad eum datæ significant, atque primum ad ipsum Balduinum Regem, quæ sic se habent: (a) Paschalis servus servorum Dei, glorioso Hierosolymitano Regi Balduino salutem & Apostolicam benedictionem.

Ecclesiarum, quæ in vestris partibus fuerunt, vel sunt, terminos, atque possessiones diutina infidelium possessio tyrannifque confudit. Cum itaque certos ejus fines assignare deliberatione nequeamus, tuis precibus non immerito duximus annuendum: ut quia pro Hierosolymitana ecclesie sublimatione personam tuam extremis periculis exponere devovisti, quascunque infidelium urbes ceperis, vel cepisti, ejusdem Ecclesie regimini subjaceant.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, reverendissimo fratri Hierosolymitano Patriarchæ Gibelino, & successoribus ejus in perpetuum canonice promovendis salutem & Apostolicam benedictionem.

Secundum mutationes temporum transferuntur etiam regna terrarum. Unde etiam Ecclesiasticarum parochiarum fines in plerisque provinciis mutari expedit, & transferri. Asianarum siquidem Ecclesiarum fines antiquis fuerunt definitionibus distributi, quas distributiones diversa fides gentium confudit irruptio.

VI. Toletanus lib. 6. de Reb. Hisp. cap. 33. refert proelium habitum inter Halim Amiromeninum Saracenorum Africæ, & Duces Alfonso VI. Castellæ & Legionis Regis, quod Christianis infautissimum fuit. Illud die tricesima mensis Maji, era MCXLVI. currenti sc. Christi anno commissum esse docet antiquus codex MSS. In eo occisus Sanctius Infans Alfonso Regis filius unicus; occisi & Magnates septem, fusæ copiæ, amissaque Concha cum Ucleso, & quinque aliis munitis oppidis. Pugnatum ad Uclesum, quod Toletum inter & Concham positum est, & tunc ab Hali Amiromenino obfidebatur. Fusc hoc proelium refert Sandovalius in Alfonso VI. sed in non paucis fallitur.

vinciis in Christianorum Principum redactæ sunt potestatem. Unde oportet nos divinæ mutationi & translationi manum apponere, & secundum tempus, quæ sunt disponenda, disponere, ut Hierosolymitana Ecclesie urbes illas & provincias concedamus, quæ glorioso Regi Balduino, ac exercituum eum sequentium sanguine per Dei gratiam acquisitæ sunt. Presentis itaque decreti pagina tibi, frater carissime & Coepiscopo Gibelino, tuisque successoribus, & per vos sanctæ Hierosolymitana Ecclesie Patriarchali, sive Metropolitanæ jure regendas disponendasque sancimus, civitates omnes atque provincias, quas supradicti Regis ditioni aut jam restituit, aut in futurum restituere gratia divina dignabitur.

At quoniam concessio ista in magnum præjudicium Antiochenæ Ecclesie verget, turbatus admodum Antiochenus Patriarcha Bernardus, Legatos Romam misit ad Paschalem Pontificem, per eos exoptulans de imminuta valde per eam concessionem diœcesi Patriarchatus Antiocheni, justa petens, ut descripti termini cujusque Patriarchatus per sacrosanctum illud magnum Nicænum Concilium immobiles permanerent.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Bernardo Antiocheno Patriarchæ salutem & Apostolicam benedictionem.

Quam-

nam, conjugem Comitissæ Raymundi; de qua ipse genuit Sanctiam, & Adelfonsum Regem: tertiam Bertam Tuscia oriundam: quartam Elisabeth, ex qua genuit Sanctiam Comitissæ Roderici, & Geloiram, quam duxit Rogerius Dux Sicilia: quintam Beatricem, qua mortuo eo repedavit in patriam suam. Habuit etiam duas concubinas, tamen nobilissimas: priorem Semenam Munionis, ex qua genuit Geloiram uxorem Comitissæ Raymundi Tolosani (qui vulgo vocabatur Comes S. Egidii), patris ex ea Adelfonsi Jordanis: & Therasiam uxorem Henrici Comitissæ, patris ex ea Urracæ, Geloire, & Adelfonsi. Posteriorem nomine Ceidam filiam Abenaberb Regis Hispanensis, qua baptizata Elisabeth fuit vocata. Ex hac genuit Sanctium, qui obiit in lite de Ocles, idest in proelio hoc anno apud Uclesum habito.

Ad Patriarch. Antioch. Paschalis litteræ.

Quamvis inter ceteras sedes Apostolicæ illa Sedes emineat, quam Petri Apostoli morte in corpore dignatio superna clarificavit: inter Romanam tamen & Antiochenam Episcopos tanta quondam legitur charitas extitisse, ut nulla inter eos diversitas videretur: eadem Petri persona utraque illustravit Ecclesias.

PAGIUS

tus fuerit, quando præfatum prælium ad Uclesium gestum, hæc sententia rejicienda, licet Auctor Anonymus fragmenti Historiæ a Roberto ad Philippum I. Regem, apud Duchesnium Tom. IV. pag. 85. idem in literas miserit. Adhæc Alfonso VI. ante annum MXCI. Zaidam concubinam habebat; cum eo Christi anno Saraceni ceperint Aenaberb gravius infestare: adeo quod eum in quodam proelio peremerunt: reputabant enim eum, quia filium (nempe Zaidam), & castro Christiano (sc. Alfonso VI.) dederat; Christianum, inquit Rodericus lib. 6. cap. 31. loquens de primo ingressu Joseph Tachfin Regis Maroci in Hispaniam. Vide quæ de illo eo anno dixi. Sandovalius itaque perperam scribit, Alfonso VI. post Bertam Zaidam uxorem duxisse.

VII.

At, inquit Sandovalius, Pelagium Ovetensem errasse, evincit Zaida Epitaphium ejus sepulchro apud S. Isidorum Legionensem in a quoquam scriptum, in quo legitur: H. R. (hic requiescit) Regina Elisabeth, uxor Regis Alfonso, filia Berabet Regis... quo prius Zaida fuit vocata. Verum Epitaphium istud ejusdem farinae ac Epitaphium alterius Reginae Isabellæ, de quo supra, quod in eadem S. Isidori Ecclesia reperitur; quod eo manifestius, quo Toletanus lib. 6. cap. 35. tradat, Alfonso VI. sepultum fuisse in monasterio S. Facundi cum suis uxoris superius nominatis.

VIII.

Quia Sanctius Zaidæ filius spurcius erat, eo in honore non habebatur, quo legitimus coronæ successor; sed cum multis ei adhererent, Raimundus Comes pactum pepigit cum Henrico Comite sororio Urracæ, Regni Aragonici potentissimo Principe, quod refertur Tom. III. Spicilegii Dacheriani pag. 122. Ex eo manifeste eruitur, Henricum Comitem jus aliquod in Regnum præteridisse; cum Raimundus Comes juret se post mortem Regis Alfonso illi daturum Toletum, eumque adstringat, ut sibi dimittat omnes terras de Leon & de Castellæ. Adeo autem verum est, Henricum Comitem jus illud sibi afferuisse, ut Alfonso VI. demortuo bellum Urracæ & Raimundo Comiti intulerit, & Regnum invadere tentarit, ut narrat Scriptores Hispanici, qui tamen non viderant præfatum sœdus amicitie inter utrumque initæ, & pactorum de partienda successione fœderi sui ejusdem Alfonso Castellæ ac Legionis Regis, quod ad S. Hugonem Abbatem Cluniacensem misere, cujus opera constitutum fuerat, ut in eo legitur. Raimundus Comes anno MCVII. demortuus, Sanctius vero Alfonso Regis filius hoc anno occisus, uti mox diximus; sed annus, quo pactum istud juratum, magna caligine involutus. Dacherianus arbitratur hæc contigisse circa annum MXCI. quod verosimile non est propter hæc verba in pacto contenta Raimundus Comes, ejusque filius, nempe Al-

stianorum principatum in Antiochena civitate restituit. Dignum est igitur, charissime frater, ut ejusdem charitatis unitas firma permaneat; nec de nobis menti tuæ opinio ulla subrepat, quod Antiochenam ecclesiam deprimere aut inhonorare velimus. Si quid ergo vel Antiochena, vel Hierosolymitana Ecclesie aliter fortasse quam oportuit, de parochiarum finibus scripsimus, nec levitati est, nec malitiæ adscribendum; nec propter hoc apud nos est scandalum cogitandum: quoniam & lo-

fonfus, qui tamen nondum in lucem prodierat. Existimo itaque pactum illud peractum circa annum MCII. quia ab eo tempore Alfonso Infantis nomen in Actis publicis legitur, ut asserit Sandovalius in Vita Alfonso VI. indeque refelluntur, qui hujus Principis nativitatem cum anno MCVII. connectunt.

Errat porro Sandovalius fol. 67. ubi habet, Almorabitas Africæ omnes Hispaniæ Ecclesias, Almorabita seu Almorabitas ta seu Almorabitas cum Almo-

At hæc magna ex parte commentitia; falsum enim Saracenos Hispaniæ a Saracenis Africæ divisos fuisse, quando ad Uclesum hoc anno pugnatum. Præterea anno MCVI. quo ad Rodam iterumque prope Badaloz bellum inter Alfonso VI. & Saracenos Hispaniæ habitum, Africani in Hispania Saracena dominantur, & jam ab anno MXCI. Hispanensis Rex captus fuerat. Anno quidem MCVI. Africæ Agareni cum suo Amiramonino in Hispaniam venere, uti Sandovalius, alique Historici Hispaniæ narrant, & Casaragustam sibi subjecere, eorum exercitum ductante Aben- niufaz; sed is Rex appellatur, quia nomen illud præfatis Saracenorum tribuebatur. Præter hunc tunc Saracenis Monarcha præerat prater Josephum Tachfin; Hali vero, qui cum Christianis ad Uclesium pugnavit, non rebellis, sed

Paschalis ep. ad Gibelin. Patriarc. Hierosol.

PAGIUS VI. Duces Alfonso VI. ab Imperatore Almorabitarum vitti.

XIII. Antioch. Patriarc. querelæ.

XIV.

IX. Almorabitas ta seu Almorabitas cum Almo-

X. Almorabita hoc tempore Hispania Saracena Monarcha.

CHRISTI
1108.PASCHALIS II. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII COMN. IMP. 28.

eorum longinqua prolixitas, & antiquorum nominum commutatio, quæ civitatibus vel provinciis accidit, magnam nobis ambiguitatem vel ignorantiam intulerunt. Cæterum & optavimus & optamus non scandalum, sed pacis fomitem fratribus ministrare, suum jus & honorem quibuscumque Eccl. conservare. Data Laterani se-

PAGIUS

sed filius ejusdem Josephi fuit, eique in Monarchiam successit. Hic obiter Lectorem monebo, in variantibus lectionibus Pelagii Ovetensis, in exemplari Bibliothecæ Mazarinæ annotatis, legi hæc verba, quæ desunt in codice Pampelone impresso, fol. 96. col. 2. fecit etiam bellum in campo de Sacralias (prope Badaloz, qua de re Rodericus lib. 6. cap. 32. & in Hist. Arab. cap. 47.) cum Rege Hyrcbes, qui alius non est a præfato Abenjufaz, nec prælium illud ab eo quod anno MCVI. commissum, diversum est.

XI.

Urraca
Alfonso
Regi Ara-
gonia u-
xor tra-
dita.

Proceres regnorum Castellæ & Legionis videntes Alfonso VI. dolore & senio tendere ad defectum, in pago quodam conveniunt, tractanturi, ut Urraca Regis filia, que mortuo Ramundo Comite viro suo adhuc vidua permanebat, nupti traderetur, inquit Rodericus lib. 6. cap. 34. Optabant, ut Comiti Gomezoni, dicto postea de Campa spina, matrimonio jungeretur, sed Alfonso VI. vocato Bernardo Toletano Primite, & cæteris Episcopis & Abbatibus regni sui, decrevit cum eis, ut Alfonso Regi Aragoniæ copularetur, quo omnes unius legis moderamine regerentur, inquit Rodericus citatus.

XII.

Victoria
Alfonso
VI. de Sa-
racenis
post cla-
dem ab
eis acco-
ptam.

Sandovalius fol. 99. & seqq. refert Narrationem postremi belli ab Alfonso VI. adversus Saracenos gessi, & a Petro Episcopo Legionensi Scriptore contæneo descripti. Hoc Opus non solum hæcenus typis mandatum non fuit, sed ne quidem ejus meminit Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispanica. Rem paucis expedio. Alfonso VI. ut de morte Sancii filii vindictam sumeret, magnum exercitum congregavit, cum quo Cordubam adortus est, ex qua eum Abdalla Urbis Præfectus eripisset, captus fuit cum XXII. aliis Ducibus, in conspectu urbis jussu Alfonsi combustis. Civitas Christianis dedita, bonaque Almorabarum, cum MDCC. Christianis captivis Alfonso VI. tradita. Hoc cum accepisset Amromoninus, ex Africa rediit, adversus quem cum processisset Alfonso Rex, Amromoninus in Africam transfretavit, & Hispanenses ab eo deficientes nepotem ex filio postremi sui Principis Regem elegerunt; se seque Alfonso vectigales fecere, quorum exemplum Giennenses imitati sunt. De Hispalis adhuc ab Almorabitis flante invadenda cogitabat Alfonso, sed cum morbi quædam initia sentiret, Toletum sece-

re Idus Augusti. Sicque hac exhibitâ spe emendationis eorum, quæ contra jus Ecclesiæ Antiochenæ scripserat idem Pontifex visus esset, res ita transferunt usque ad obitum Gibelini Patriarchæ Hierosolymitani. Quomodo vero ista postea tractata sint, suo loco dicturi sumus.

Mil-

dere coactus fuit. Interim Castellani Conchan die XXIII. Maii insequentis expugnaverunt, & Oceaniam se se eis dedit; quibus in Urbibus fere tria millia Christianorum servitute liberati. Parte alia novus Hispalis Rex a Genuensibus adjutus naves armamentis & ministris instruxit, & Tunetum usque mare infestum habuit. Hac de re hujus urbis Rex, qui Almorabita non erat, apud Alfonso VI. quæstus est, & Maroci Imperator misit, qui suo nomine trium annorum inducias ab Alfonso peterent; sed nihil ab eo obtinuit, quia decem annis breviores concedere noluit. Eodem anno die Assumptionis Beatæ Virginis Judæi a Christianis Toleti trucidati. Hæc summaria ex Petro Legionensi Episc. laudato.

Hoc anno mortuus est Philippus Francorum cui successit Ludovicus filius hujus nominis VI. Grossus cognominatus, ut an. MCVI. demonstravimus. Notabilia sunt, quæ de utroque scribit Ordericus lib. XI. pag. 336. Quia senio & infirmitate Rex Philippus a Regali fastigio deciderat, & principalis erga tyrannos justitia rigor nimis elanguerat; Ludovicus impio primis ad comprimendam tyrannidem prædonum & seditionum, auxilium totam per Galliam deposcere coactus est Episcoporum. Tunc ergo communitas in Francia popularis statuta est a Præsulibus, ut Presbyteri comitarentur Regi ad obsidionem vel pugnam cum vexillis & parvobianis omnibus. Erat vero Communitas, vel Communia, vel Communio, vel Communitas, vel Communia, vel Communantia (totidem enim nominibus apud Auctores vocatur, ut videre est in Glossario Ducangii) incolarum urbis aut oppidi universitas, domino vel Rege concedente, sacramento invicem, certisque legibus adstricta. Fuere primo Communia in oppidis Regi ipsi obnoxii duntaxat, sed postmodum, Regibus concedentibus, in aliis, quæ Episcoporum erant, inductæ sunt. Imo Regii vassalli in suis oppidis Communias pariter statuerunt, quibus institutionibus eo magis assensum Francorum Reges præbuere, quod in bellis opem ab iis exposcere licebat. Hinc crebro legimus in præliis adfuisse & dimicasse urbium Communias, quibus prævii erant ipsi Presbyteri seu Curiones cum vexillis Ecclesiæ quod testantur Ordericus pag. 855. & seq. & Sugerius in Vita Ludovici VI. cap. 18. quorum loca refert Ducangius ibidem.

XIII.

Institutio
Communitarum
in Fran-
cia ad
defensio-
nem pu-
blicam.

(a) Apud
Joan. Ma-
rian. l. 10.
c. 8.

JESU CHRISTI
ANNUS
1109.PASCHALIS II. PAP.
ANNUS
10.VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMNENI IMP. 29.

I.
Paschalis
inhibet
incestuo-
sum con-
jugium
Alphonfi
cum Ura-
ca.

Millesimus centesimus nonus Christi annus secunda incipit Indictione, quo Paschalis Papa audito incestuoso conjugio inter Urracam Reginam filiam Alphonfi Regis Castellæ, nuper eodem anno defuncti Kalendis Julii, & Alphonsum Aragoniæ Regem tertio gradu consanguinitatis inter se conjunctos: Apostolica auctoritate, poena excommunicationis atque regni privatione indicta, ejusmodi conjunctionem statuit divellendam, datis litteris ad Didacum Compostellanum Episcopum his verbis:

Paschalis servus servorum Dei, venerabili fratri Didaco Compostellano Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

II.

Ad hoc te omnipotens Deus populo suo præesse constituit, ut eorum peccata corrigas, & Domini annunties voluntatem. Et infra: Stude igitur secundum datam tibi divinitus facultatem tantum incesti facinus, quod a Regis filia perpetratum est, debita ultione corrigere; ut vel tanta præsumptione desinat, vel Ecclesiæ consortio, & seculari potestate privetur, &c. Hæc tantum ex Paschalis Papæ litteris descripta (a) invenimus. Cæterum cum non parvisset Apostolicis jussis, Deum vindicem sunt experti. Urraca siquidem morte subitanea, medium cum-

crepisset, extincta est, & Alphonfus in Sarraceno bello peremptus, prout uterque Rodericus affirmat. In Episcopos autem litteris Apostolicis obsequentes persecutionem excitatam, ex eisdem constat, cum Bernardus Episcopus extra diocesim exulare per biennium est coactus: qua occasione captata, Burdinus Episcopus Bracharensis Romam venit, Paschalem Pontificem adiit, atque oblata pecunia petiit in Bernardi locum intrudi, sed repulsus. Hic ille, de quo Rodericus Toletanus (b) meminit atque ait: quod dum idem Bernardus Toletanus Archiepiscopus Romam venit tempore Urbani Papæ, atque ejus jussu reversus est in Hispaniam, per Gallias transiens, Lemovicis Burdinum inventum secum duxit, atque creavit Archidiaconum Ecclesiæ Toletanæ, deinde Combricensis, postea vero Bracharensem Episcopum, cum ipse loco Burdini se Mauritium voluerit nominari. Hic igitur cum execratione rejectus a Paschali Pontifice se contulit malorum auctor ad Henricum Regem, quem eidem jam coepisse adversari intellexisset, eumque calcari impulit per abrupta homo vaferrimus, versipellis, ad infinuandum se Principibus audacissimus, atque ad decipiendum aptissimus: qui nequievit, quousque nisibus ejusdem Hen-

Burdin-
malorum
omnium
auctor.
(b) Rod.
Tolet. l. 6.
c. 27. 28.

pultus est in monasterio sancti Facundi, ubi ante annos XXXVIII. sepulcrum elegerat, ut patet ex Charta aut testamento ab eo in favorem hujus monasterii emisso, in quo se se Hispaniæ Imperatorem indigitat: Elegi, ut post mortem meam tibi tumulatus requiescerem, quatenus qui in vita nimio amore dilexi, etiam defunctus forem (loco, forem). Datum hoc testamentum die sabbatum III. Idus Decembris, era MCXVII. id est, anno Christi MLXXX. Pelagius Ovetensis pag. 76. mira de ejus justitia ac pace quam in Regnis suis, non obstantibus bellis ab eo adversus Infideles gestis, conservabat, refert, & inter alia ait: Iste Adelfonsus fuit pater & defensor omnium Ecclesiarum Hispanensium. Ideo hæc fecit, quia per omnia Catholicus fuit. Ei successit Alphonfus Aragoniæ Rex maritus Urracæ Alphonfi VI. filia. Pelagius Ovetensis usque ad hunc annum Historiam suam perduxit, a Sandovalio editam. De Pelagio pluribus agit Nicolaus Antonius lib. 7. cap. 3. Biblioth. Veteris Hispaniæ.

Alphonso VI. regnante duo Concilia apud Sanctam Mariam de Fusellis, oppidum vulgo Husillos dictum, prope Palentiam urbem summa Platum, celebrata, quæ Palentina dici solent. De priori anno MLXXXVIII. quo congregatum fuit, egimus cum Sandovalio, qui ejus Acta vidit; sed cum ejus tempore Vita B. Geraldii Archiep. Bracarensis lucem nondam vidisset, hujus secundæ Concilii Palentini notitiam non habuit. Scribit itaque Bernardus in Vita B. Geraldii Archiepiscopi Bracarensis, cujus

II.
Concili-
um Pla-
centinum

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6602.

SÆC XII.

Anno Era:

Hisp.

MC-

XLVII.

Anno He-

gira:

DIII.

inchoato

die 31.

Julii

ter. 7.

A. C. 1109

I.

Obitus

Alphonfi

VI. Castell.

le & Le-

gionis

Regis.

© 26. C. 8. P. 25. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1109.

PASCHALIS II. PAPÆ II.

HENRICI V. REG. 4.

ALEXII COMNENI IMP. 29.

AD num. I. & seq. Cum rerum Hispanicarum Historiam hoc præsertim & præcedenti sæculo Baronius tantum delibavit, operæ pretium duxi nobilem hanc Annal. Eccl. partem, quanta tamen fieri poterit brevitate, supplere, quæ hic uno tenore referuntur, cum suis annis illigare Baronius & passim alii, Alphonfi Castellæ & Legionis Regis hujus nominis VI. mortem hoc anno collocant; neque hoc in dubium revocari potest; cum Pelagius Ovetensis, qui cum videre potuit, de eo scribat: Vixit LXX. annis, & annis XLIII. & sex mensibus ex eis in Regno (a morte scilicet Ferdinandi M. patris primi hujus nominis Castellæ Regis). Obiit Kalendis Julii in Toletis; & quidem nocte inter diem XXX. Junii & primum mensis Julii interjecta. Sandovalius enim in Alphonso VI. fol. 102. notat plures ex Antiquis scripsisse eum die Mercurii ultima mensis Junii Era MCXLVII. naturæ debitum solvisse. Se-

CHRISTI
1109.

PASCHALIS II. PAP.
10.

VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMN. IMP. 29.

vici Apostolicum thronum invasit. Quo- modo autem, suo loco dicturi sumus.

III. Hoc eodem anno ex hac vita ad æter- nam gloriam transit S. Anselmus Archie- piscopus Cantuariensis, cujus certamina pro sancta Ecclesia Catholica exantlata sæpe superius suis sunt locis pro ratione temporum enarrata; de ejus vero obitus tempore Edinerus, qui res ab eo gestas præfens inspector scripsit, hæc habet:

(a) Ex- tant apud Sur. tom. 2. die 21. April.
(a) *Transit autem illucescente aurora quartæ feræ præcedentis Cœnam Domini, quæ erat undecimo Kalend. Maii, anno videlicet Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo nono, qui fuit annus pontificatus ejus decimusseptimus, vitæ vero septuagesimus sextus: Cum (ut idem ait) haberet præ manibus de origine animæ scriptionem, quam morte præven-*

PAGIUS

cujus discipulus fuerat. *Bernardum* Archiepiscopum Toletanum sedente Urbano II. Roma reducem secum adduxisse ex Aquitania Toletum Geraldum, & in ea Ecclesia eum Præcentorem constituisse: vacante vero Ecclesia Bracarensi, unanimi Bracarenium consensu electum fuisse Episcopum, & a Bernardo apud Sanctum Facundum consecratum: deinde, ut Metropolitam dignitatem Ecclesiæ suæ restitueret, Romam petiisse ad Paschalem II. & ab eo Pallium impetrasse, ac postea Concilio Palentino, cui præfuit *Richardus* Cardinalis, exhibuisse Privilegium Ecclesiæ suæ Roma alatum. Hæc verba Bernardi in beati Præfatis Vita: *ut B. Geraldus sedi Bracarensi propriam dignitatem restitueret, Romam petiit, & a domino Papa Paschali honorifice susceptus, Pallium & Privilegium, & auctoritatem Ecclesiæ suæ inde apportavit. In CONCILIO enim PALENTINO, quod venerabilis Richardus Cardinalis Roma celebravit, Episcopis & Abbatibus & optimis Clericis Hispania circumsedentibus, Romanum Privilegium in auribus omnium recitatum est: & juxta tenorem ipsius Privilegii Bracara Metropolis suffraganei Pontifices venerabili Geraldo Bracarensi Metropolitano, justitiam distante, & Cardinali precipiente, obedientiam & reverentiam promiserunt. Annus restitutionis Ecclesiæ Bracarensis in Archiepiscopalem incertus; incerta & epocha hujus Concilii; sed cum *Burdinus*, ut anno MCXVII. videbimus, ut anno MCX. B. Geraldo demortuo successerit, liquet Concilium Palentinum aliquot ante præsentem annos congregatum fuisse, & Bracarensem Metropolim institutam. Nec aliud in hoc Concilio gestum ad nos pervenit. *Richardus* itaque Cardinalis non solum priori Concilio Palentino, ut ex ejus Actis liquet; sed etiam posteriori præfuit.*

III. *Ei succedit Alphonfus Aragonia Rex.*
Post Alphonfi VI. mortem Saraceni Africæ in Hispaniam transfretarunt, & quæcumque antea amiserant, recuperarunt; adeo ut Christiani ingenti timore percussu Toletum deseruissent, nisi solius *Bernardi Archiepiscopi* Toletani virtus celebrem hanc civitatem Christianis servasset. Mirum profecto diffensiones, quæ post Alphonfi VI. mortem Castellanos inter & Aragonios excitare, Saracenis majori non fuisse emolumento. Regna enim Alphonfi, Successori eju-, Castellæ, Legionis, Aragoniæ & Navarræ Regi subdita, in tres factiones divisa: Castellæ regnum ad *Urracam* ejus uxorem ju-

tus minime absolvere potuit. Illustravit plane Anglicanam Ecclesiam doctrina, illustravit & sanctitate, cæteris sanctissimis Patribus Christi Confessoribus, quos Ecclesia veneratur minime impar. Claruit miraculis vivens atque defunctus, lucidum sidus Ecclesiæ Anglicanæ multiplici fulgore coruscans omnibus in-tuentibus in tanta noctis obscuræ caligine.

Quo pariter anno post dies octo sanctus Hugo Abbas Cluniacensium, cujus labores pro defensione Ecclesiæ sanctæ susceptos contigit sæpe superius recenseri, teste *Sigeberto* hujus temporis scriptore, ex hac vita migravit die vigesima nona mensis Aprilis. Utinam sicut Anselmus, ita & Hugo suum habuisset Edinerum, qui res ab eo gestas accuratius con-

IV. Obitus S. Hugonis Abbatis Cluniacensis.

re devolvebatur, eaque ex priori conjugio cum *Raimundo* Comite inito *Alphonsum* Infantem susceperat, qui postea sub nomine Alphonfi VII. & Imperatoris Hispaniæ regnavit. Cumque pervicax Regiæ animus ab Alphonfo Rege vix flecti posset, itque Castellanis, qui ab eo matrimonio aversi fuerant, dissidens, Præfectos ex Aragonia gente daret, alii *Urraca* Regiæ, alii *Alphonso* ejus conjugii, aliique *Alphonso* Infanti, quem Regem optabant, toto animo adhærebant. *Alphonfus* Urracam uxorem e patre tertio propinquitatis jure attingebat, indeque conjugium illud illegitimum, injustumque a plerisque cenfebatur, adeo ut Paschalis II. illud penitus improbavit. Quare in Regnis Alphonfo subiectis omnia passim perturbate agebantur, quod ex dicendis liquet.

Ad num. III. *Eadmerus* lib. 4. Novorum cap. 4. Sancti *Anselmi* Cantuariæ Archiepiscopi mortem hoc modo narrat. *Post hæc XI. Kal. Maii defunctus est Cantuarie in Metropoli sede gloriosus pater Anselmus, & die sequenti (qua fuit Cœna Domini) in Majori Ecclesia ad caput veneranda memoria Lanfranci prædecessoris sui honorifice sepultus, anno incarnationis Verbi millesimo centesimo nono, regni vero Henrici gloriosi Regis Anglorum nono, Pontificatus autem ipsius Anselmi decimo sexto, atatis vero septuagesimo sexto. Gerberonius* Opera ejus, quæ reperiri potuerit, ab aliquot annis in lucem emisit cum *Historia* Novorum *Eadmeri*, quæ Baronii tempore non extabat. *Eadmerus* Anselmi auditor, confessor, & laborum ac exiliorum individuus comes fuit, *Vitamque* ejus scripsit in illa *Historia*, ad hoc maxime attentus, ut ea quæ inter Reges Angliæ & sanctum Anselmum gesta sunt, inconcussa veritate designet. De genuinis ac spuris Sancti Anselmi Operibus legendus idem *Gerberonius*.

IV. Obitus S. Anselmi Archiep. Cantuar.

V. Obitus S. Hugonis Abbatis Cluniac.

Ad num. IV. *Sanctus Hugo* Abbas Cluniacensis in Gallia octavo die, postquam e vita sanctus Anselmus migravit, mortuus est, ut narrat *Ordericus* lib. XI. pag. 839. *Venerandus Hugo Cluniacensis Abbas, postquam passionem Christi & Resurrectionem celebravit, feria secunda agritudine tactus in lectum decidit, & per tres dies iter ad Dominum confessione & oratione præparavit. Ipse Conventui, ut successorum eligerent, imperavit, electumque juvenem nomine Pontium testimonio auctoritatis suæ corroboravit. Deinde in domum infirmorum inter ma-*
uus

CHRISTI
1109.

PASCHALIS II. PAP.
10.

VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMN. IMP. 29.

conscriptisset, quas mea sententia qui scripsit Hugo monachus vix attigisse dicens erit, si quis conferat eas cum iis, quas oblata occasione Annalibus inteximus, in negotiis Ecclesiasticis Sedis Apostolicæ obeundis.

V. Rhemen- sis Syno- dus.

Quod autem in fine sancti Godefredi Episcopi Ambianensis idem auctor visionem, de transitu Hugonis divinitus ostensam cum Romam pergeret, narrat: pariter ex iis insinuat certum tempus ejusdem Godefredi adventus Romam ad Paschalem Pontificem, nempe hoc ipso anno, quo (ut ejus vitæ fidelissime scripta habent Acta) Rhemis Synodus celebrata est frequenti concursu Episcoporum ac procerum. In qua inter alia aditatum reperitur, (a) quod idem Godefredus Episcopus Ambianensis redarguit falsitatis diploma Apostolicum, quod ad suam ipsorum exemptionem a subjectione Episcopi Ambianensis ediderant pseudomonachi, dum appellantes ad Sedem Apostolicam, illuc eundem traxerunt sanctum Episcopum. Præcurrentes enim monachi illi, causidicos iniquos, paratos pro pecunia quamlibet causam sive justam sive injustam defendere, nacti eorumque patrocinio apud Paschalem Pontificem facti voti compotes; atque victores iniqui, ad propria rediere in sanctum virum probra jactantes. At quæ tunc Romæ Godefredus apud Paschalem egerit, hic ex eisdem temporis auctore viri recitanda, nempe Nicolao monacho Sueffionensi, qui ea quæ de Sancto viderat, vel certa fide audiverat, se de eo scripsisse testatur: ait igitur:

(a) Nic. in vit. Godefridi. Episc. l. 2. c. 11. 12. 13. apud Sur. t. 6. die 8. Novemb.

PAGIUS

nus Fratrum portari se fecit, ibique feria IV. grandævus baros ad Christum, cui a pueritia militaverat, migravit. Hic, ut fertur, sexaginta quatuor annis Cluniacense cenobium gubernavit, & plusquam decem millia Monachorum ad militiam Domini Sabbatho suscepit, & post obitum in Basilica sepultus est, quam ipse a fundamento inchoavit. Sic dua Ecclesiarum columna de terrestri Hierusalem, quæ adhuc inter allophylos peregrinatur, translata sunt, ac, ut credimus, pro diuturna sanctitate in superna Sion immobiliter plantata sunt. *Gloriosus Archiepiscopus Dorobernia Anselmus ante Pascha obiit, & Curiam omnipotentis Adonai feria IV. insulatus adivit: & in ipsa Pascha solemnibus eborus amicis ejus Hugo Abbas feria IV. similiter e mundo transiit.* Philippo Francorum Regi hujus nominis I. & quibusdam aliis Principibus impense charus extitit. Arcta ei fuit cum beato Petro Damiani necessitudo, & cum Desiderio Abbate Casinensi, postquam ad Pontificatum Romanum evedtus fuit, Victore III. appellato. Denique plures illustres Viri ex ejus schola prodire, inter quos Urbanus II. & Gregorius VII. Summi Pontifices.

VI.

Hoc circiter anno beatus Robertus primus Abbas Molismensis ac fundator Ordinis Cisterciensis XV. *Kalendas Maii* spiritum Deo reddidit, qui dies ab Auctore Monacho Molismensi Anonymo, qui sub Adone seu Odone

At vir Dei Romam ingressus, Limina beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli religiose invisit, ac deinde ad Paschalem Pontificem se confert. Moxe advolant caustici, sperant ab illo quoque se accepturos munera largissima. Sed Godefredus, qui non confidebat in homine, nec ponebat carnem brachium suum, ut a Domino recederet cor ejus: qua causa tam difficile & longinquum suscepisset iter, absque ullis vel verborum factis, vel munerum sollicitationibus simpliciter edidit. Sed contradicunt caustici; ajunt monachos ab eo injuste vexari. Dumque nulla sperant ab eo munera, causam malam eum fovere affirmant. Videns ergo vir Dei se humano patrocinio destitutum, calumniantium cuncta forti & excelso animo contemnit: exclamat: O Pastor orthodoxæ matris Ecclesiæ, ea causa Christus te voluit suo loco illi præesse, ut lucem a tenebris, verum a falso discerneres. Ut enim a capite membra reguntur, ut ad illius nutum membrorum vitia corrigantur: sic etiam a te Christianorum omnium non facta duntaxat, sed etiam mala voluntates comprimenda sunt. Sed quia vult cerno justum quandoque crimen inique occulto Christi judicio perpeti: malum prævatus vivere, quam admittere, ut Ecclesia Ambianensis, me Præsule jus amittat suum. His dictis Pontifici valescit, & in Barensem urbem ob inviscendum beati Nicolai reliquias ardenti studio profisciscitur.

VI. Obitus S. Godefredus Romæ cum Paschali Papæ.

Postquam abiit, Pontifex diligenter perquisivit, quæ vitæ ejus sanctitas, quæque illius auctoritas esset, qui tanta di-
cen-

VII.

Abbate hoc seculo floruit, notatur, in ejus Vita in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. Aprilis recitata. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum hanc mortem cum anno MCXVII. secutus, ut ait, Sigebertum in Chron. conjungit, sed memoriæ lapsu; eo enim anno Ordinis Cisterciensis fundationem, non vero fundatoris mortem Sigebertus narrat, nosque de illa fundatione eodem anno egimus. Annus itaque hujus mortis incompertus, certumque tantum eum anno MCV adhuc in vivis fuisse; cum eo anno apud San-Marthanos cuidam Chartæ subscripsit. Porro *Molismus* sylvæ erat in Episcopatu Lingonenfi sita, ubi Robertus cenobium condidit, & discipulos magna religionis aggregavit, inquit *Ordericus* lib. 8. *Honorius* II. literis anno VI. Pontificatus sui datis potestatem fecit Molismensibus Officium de illo celebrandi, in ea, qua sacra ejus ossa recondebantur, Ecclesia.

Obitus B. Roberti fundatoris Ordinis Cisterciensis.

A num. V. ad VIII. Nicolaus Monachus Sueffionensis in Vita S. Godefridi Episcopi Ambianensis, recitata a Surio ad diem VIII. mensis Novemb. in qua quæ de Sancto Præsule vide- rat vel audiverat, se scripsisse testatur, lib. 2. cap. 9. & duobus seqq. narrat, Godefridum male acceptum a Monachis S. Walericis, imunitatem suam jactantibus, ad *Manassem* Archiepiscopum Remensem causam rejiciendam statuisse; Monachos vero comæmentia fingentes Pri-

VII. Monachi Sanualaricenser notant sibi S. Godefredi Episc. Ambian.

CHRISTI
1109.PASCHALIS II. PAP.
10.VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMN. IMP. 29.

cendi libertate uteretur. Ita qui antea citra Alpes celebre sanctitatis nomen fe-
re

PAGIUS

Privilegia Remos venisse, ubi tum celeberrimus Procerum Gallia Conventus habebatur. Ibi S. Godefridus Privilegia illa plane recentia esse probavit. Monachi pudesci ad Romanum Pontificem provocant, Romamque illico proficiscuntur. Refert postea Nicolaus Godefridum Romam ad Paschalem II. venisse, huncque præcepisse, ut Abbas S. Valerici & Monachi Ambianensi Episcopo, perinde atque Patri & Pastori præerent. Ita ille cap. 21. ejusdem libri.

VIII.
Epocha
Conc. Remens.

Erat tunc Episcopus Remorum Manasse, uti scribit Nicolaus Sueffionensis lib. 1. cap. 26. quem ex Chartis Authenticis Marlotus in Metropoli Remensi lib. 2. ostendit eidem Sedi præfuisse usque ad annum millesimum centesimum septimum. Quare Synodus Remensis ante illum Christi annum congregata, idque anno millesimo centesimo quinto, ut eruo ex membrana Donationis, quæ extat apud Miræum in Codice Donationum, scripta anno millesimo centesimo octavo, Episcopatus Odonis, in hoc Concilio Remensi Præfuit Cameracensis consecrati, anno tertio, Dominus Manasse, inquit Herimannus in Narratione Restaurationis Abbatæ S. Martini Tornacensis Tom XII. Spicilegii pag. 444. Remorum Archiepiscopus ad Concilium generaliter mandans alios Abbates, inter alios no-

minatim evocavit Odonem Abbatem Sancti Martini Tornacensis, cumque exinde admirantes quid de Concilio nobis referretur, attoniti & suspensim expectarem, ecce repente audimus ad Cameracensem Sedis Episcopatum eum fuisse electum, & sine mora ab Archiepiscopo, & comprovincialibus Episcopis consecratum. Quis eo die lectus totum conventum nostrum repleverit, quis singulis pectora nostra concusserit, nullus facile explicare poterit. Vix tamen octo dies transierant, & rursus nobis quadam reddidit consolatio, quoniam ipse rebellante ac resistente Galchero Episcopo (qui dignitate depositus fuerat, quod Henrici Imp. partibus adhereret), pacifice ingredi non valens Cameracum Urbem, rursus nobis ab Archiepiscopo remittitur, & per annum integrum nobiscum demoratur. Tum pag. 447. Mortuo patre Henrici (hujus nominis V.) Henrico seniore (anno nempe MCVI. Kalendis Augusti) non quidem armis, sed tristitia cordis filius ejus, jam optato regno potitus, mandavit Cameracensibus, ut Galcherum excommunicatum ab urbe pellerent, dominum Odonem reciperent, tuncque primum dominus Odo Urbem sedis sua pacifice ingrediens, præcepit nobis ut Abbatem eligeremus. [1]

Si itaque Odo Cameracensis Sedis possessionem iniiit post mensem Julii anni MCVI. anno-

IX.

NOTÆ

[1] Sub hoc Manasse II. altera Remis synodus habita fuit, quæ in Collectionibus siletur, quæque collocanda est aliquot annis post ejusdem archiepiscopi assumptionem cum Februario anni 1096. conciliandam (ut nos docet epistola XII. in regesto epistolarum Lamberti Atrebatensis apud Baluz. Miscell. V. pag. 290.) & obitum Urbani II. anno 1099. fati fundi. Hujus Synodi non obscura mentio fit in epistola Hugonis Lugdunensis ad Urbanum II. relata in Historia Andagiensis monasterii in Arduenna, quam legas in Collect. Martenii t. IV. col. 998. Narrat ibi archiepiscopus Robertum abbatem S. Dionysii Remensis monitis abbatis Majoris monasterii parere recusatam & anathemate ab illo damnatum, sententiam declinare voluisse, eo quod subesse se Manasse Remorum archiepiscopo non abbati alterius monasterii contenderet. Ideo præfixa ab Archiepiscopo die, ait Hugo, convenientibus episcopis & abbatibus, discussis utrimque rationibus . . . Judicatum est ipsum ab abbate suo excommunicatum esse, nec ab episcopo Remensi retineri posse. Ab hac sententia Robertus appellationem ad Pontificem interposuit, & causam vicit, ut Robertus ipse narrat in epistola sua ad Lambertum Atrebatensem, quæ in regesto Epistolarum ejusdem Lamberti est LV. MANSI

CHRISTI
1109.PASCHALIS II. PAP.
10.VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMN. IMP. 29.

ve ubique obtinuerat, etiam Romanæ Urbi præclare innotuit. Nam interroganti Pontifici indicatum est, quod ab ipsis pene incunabilis Ecclesiasticis disciplinis imbutus sit, & qui pro virtutum incremento ad altiora provectus, primo Abbas, deinde Episcopus evassisset; quod ejus egregia sit religio, jureque cunctis sacerdotibus anteposendus videatur; quod pauperum, & viduarum magnam curam gerat; quod Gallie proceribus notissimus & cunctis fere charissimus sit: denique quod omnibus divinis charismatibus abundet. His auditis Pontifex se ipsum graviter reprehendit, quod talem ac tantum virum vel ad momentum leviter exacerbasset, quod non magno studio & benevolentia eum excepisset, & ejus votis annuisset. Imperat itaque suis, ut si quando ad Urbem eum redire contingat, Ann. Eccl. Tom. XVIII.

mox eum ad se perducant. Post hæc auditor in his versans quæ contigerunt in ejus peregrinatione: quæ admiranda de oleo ex corpore sancti Nicolai accepto ab eo ejus loci Episcopo narrat, nos brevitate causa omittimus: hæc tantum de reditu Romam, & ad Paschalem accessu ex ejusdem verbis hic reddimus: Mox a Paschalis Pontificis familia in ejus conspectum perducitur. Pontifex ei reverenter assurgit, humanissimeque eum osculatur, & secum assidue compellit. Volens autem certius explorare, quæ de ejus prudentia jam ante ab aliis didicerat, multas tum divinarum, tum politicarum rerum ei quæstiones proponit, atque ad difficiles solvendas nodos haud quaquam imparatum eum offendit. Cernens ergo Pontifex multa eum prudentia & pietate pollere, orat ne gravate accipiat, quod

Paschalis
corrigit
erratum.

D d an-

PAGIUS

Illud Concilium fœditum non est.

noque integro post suam in Concilio Remensi ordinationem, perspicuum est illud an. MCV. congregatum, & tertium Sedis exeuntem in annum MCVII. convenisse. Marlotus citatus cap. 23. ait Historiam, quam refert Nicolaus Sueffionensis, ubi Sanctus Godefridus falsitatis arguit Diploma Apostolicum, quo se tueri & eximere conabantur Sanvalaricenses Monachi a subjectione ejusdem Godefridi, egregie per partes excussisse Lucam Dacherium, & Robertum Quatremarium Benedictinos, quibus ipse adhæret, eosque mirari tot summæ eruditionis viros in ea cæcutivisse, cum nullus per id temporis Conventus talis legatur in Chartophylacio Remensi. Verum frivola hæc ratio, cæque Historia certæ & indubitatae fidei, & Concilium Remense, cujus in ea mentio, aliud non est, quam quod mox memoravimus.

X.
Nec diffœssi in annum MCIX.

Baronius illud hoc anno consignavit, quod Sanctus Godefridus præfenti anno Romam profectus sit, uti constat ex Epistola Hugonis Monachi Cluniacensis ad Pontium Abbatem Cluniacensem data, & in Biblioth. Clun. pag. 426. relata, in qua dicitur, Godefridum, dum Sanctus Hugo Cluniacensis Abbas ad Deum migravit, fuisse tum in Italia apud Papiam, & focus mortem ejus revelasse, quam die XXIX. mensis Aprilis hujus anni contigisse inter omnes convenit. Verum hæc profectio Roma-

ni Sancti Godefridi & revelatio mortis Sancti Hugonis Abbatis nihil commune habent cum Concilio Remensi, quia illud ante aliquot annos congregatum fuerat, anno nempe MCV. idque non Rodolpho Viride, sed Manasse ejus decessore Ecclesiæ Remensi præfidente. [1] Quare fallitur Cardinalis doctissimus num. V. quando ait, Acta Sancti Godefridi insinuare, eum Romam profectum esse, & Remensem Synodum coactam eo anno, quo illa visio accidit; illa enim produnt Synodum Remensem habitam Manasse Episcopatum administrante, qui tamen biennio ante sanctum Hugonem Abbatem mortuus est. Tom. X. Concil. hæc Synodus cum præfenti anno copulatur, & Costartius ibidem ait, Baronium Concilium appellare cæcum, quem Nicolaus Monachus conventum vocat. At horum temporum Scriptores Concilium fœpius conventum appellant in quo de rebus Ecclesiasticis agitur, vel cui Episcopi interfunt. Petit deinde Costartius, uter peccet, an Nicolaus, qui Manassem tum Remensem Episcopum fuisse tradit? an Baronius, qui illud in annum currentem confert? Sed certum & indubitatum imposterum esse debet, Nicolaum accurate notasse Concilium istud sedente Manasse celebratum, & mortem sancti Hugonis Abbatis, ac ejus revelationem extra rem ad Concilium Remense trahi.

Odo

NOTÆ

[1] Quamquam Concilium istud Remense optime a Pagio collocatum esse concedo, attamen anno huic 1109. vel circiter, aliud Remis concilium sub Radulpho Viridi habitum fuisse exploratum mihi est, idemque adnotandum hic cenfeo, cum in novissima Veneto Labbeana Collectione desideretur. Illud eruo ex Epistola 134. Lamberti Atrebatensis apud Baluzium Miscellan. tom. V. pag. 364. ad Paschalem II. data. Narrat in ea Lambertus controversiam quandam inter canonicos suos & Monachos S. Vedasti remissam fuisse Conventui Episcoporum Remis coacto, ad quem Conventum ejusdem Lamberti Epistola 128. data fuisse videtur; ita enim inscribitur: Radulfo Dei miseratione Remorum archiepiscopo omnibusque honorandis Episcopis & abbatibus Remis in nomine Jesu congregatis. Ex his constat concilium hoc habitum fuisse post annum 1107. quo Radulphus cœpit. Rursum autem ex altera Paschalis II. epistola in eodem codice Lamberti num. 136. recitata, qua pontifex respondet duabus Lamberti epistolis ad se directis, in quibus certior ab eo fiebat de sententia concilii Remensis in eadem controversia, constat, Synodum hanc Remensem ante diem XV. Kal. Januarii anni 1113. consignandam esse. Data est enim epistola illa eadem die indig. VII. Septembris nempe anni 1113. mutata, id enim in morem habuisse, Paschalem colligo ex diplomate ejusdem quod ex Ughello recitatur apud Labbeum tom. XII. column. 1040. novæ edit. His ita constitutis intelligimus Synodum hanc diversam esse ab altera Remensi A. 1114. in novam editionem Labbei ex Martenii Anecdotis relata tom. XII. col. 1199. MANSI

CHRISTI
1109.

PASCHALIS II. PAP.
10.

VACAT IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMM. IMP. 29.

antea non sic, ut fidelem dispensatorem par erat, ab ipso acceptus, & exauditus fuerit: cogitet animum innumeris causis distractum baud quaquam ad singula posse sufficere. Beatus vir facile ignovit. Tum Paschalis litteras ei tradidit, quibus inter alia continebatur, Abbatem sancti Udalrici cum monachis suis Ambianensi Episcopo perinde ac patre & pasto-

ri in omnibus parere debere. Ille igitur Apostolica auctoritate & benedictione munus reddi ad civitatem suam. Hactenus de his ille.

Quod autem ad Cluniacenses spectat, post S. Hugonem substitutum fuisse Pontium, idem qui supra Siebertus affirmat, longe imparem prædecessori: iam e contra, sicut ille egregia claruit sanctitate, ita

VIII.
Pontius
successor
S. Hugon.

PAGIUS

XI.
Annus e-
mo tualis
Odonis
Camera-
censis Ep.

Odo, quia virgam & anulum, qua consecratus ab Ecclesia acceperat (ut ipsemet scribit lib. de Blaphemia in Spiritum Sanctum) iterato ab Henrico IV. Imp. accipere noluit, Sede sua pulsus, Aquicincti, quod monasterium est Benedictinum, secundo lapide a Duaco, in exilio decessit anno millesimo centesimo decimo tertio, uti habet Miræus lib. de Script. Eccles. in Henrico Gandavenſi pag. 162. qui addit, eum scripsisse commentarium in Canonem Missæ, Dialogum de Myſterio Dominica Incarnat. contra Leonem Judæum, aliaque Opuscula, quorum nonnulla in Biblioth. Patrum referuntur, præter varia Opera adhuc inedita in variis monasteriis asservata, ut ibidem Miræus. Videnda quæ anno MXXII. de Odone jam diximus, & Tomus II. Spicilegii Dacheriani pag. 525. & seqq. ubi referuntur septem Epistolæ Odonis Canonici Regularis ad varios Fratres Canonice professionis, in quibus agit de regulari eorum observantia quam in professione promiserat, Canonici enim Regulares vere Monachi erant, ut alibi ostensum.

XII.
Cone La-
udunens.

Girardus Engolismensis Episcopus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatus Concilium hoc anno celebravit Lausduni, quod oppidum est Pictaviensis provincie, decem leucis ab urbe Pictaviensi distans. In eo aliqua peculiarium Ecclesiarum negotia pertractata, ut Tom. X. Concil. pag. 762. legere est. [1] In Codice MS. de Gestis Pontif. Engolismensium de Girardo dicitur: Gerardus Engolismensis Episcopus, cum domno Paschali Papæ adhaesisset, qui ad partes Galliarum venerat, cognita honestate & præclara sapientia, vices suas prius in Britannia, & deinde in Turonensi, Burdigalensi, Bituricensi, Auxitanensi provinciis commisit. Præter cætera, qua in Legatione eximie fecit, octo Concilia celebravit. Sed Lausdunensis tantum memoria superest, & Gerardus Anacleto Antipapæ postea adhærens, quam antea sibi compararat gloriam, commaculavit.

XIII.
Barcinon.
auxilium
Ludovici
Francor.
Regis ad-
versus
Barbaros
imploreat.

In Chronico Sancti Petri Vivi ad annum MCVIII. hæc referuntur, Venerunt aliena gentes excentes de finibus suis transmarina, quas quidam Amorreos, quidam Amirales vocabant, & fecerunt de se tres partes: quarum una tetendit super Saracenos, dua super Chryllianos: & venerunt non longius, quam est iter trium aut duorum dierum a civitate Barcinona. Verum consilio accepto Barcinonenses, Comes scilicet & Episcopus, & Procures, & compatriota, quibus incumbat necessitas, reclamaverunt advocacionem Regis (sc. Francorum) Hludovici, & miserunt ad eum Cau-

salicos suos, Episcopum scilicet civitatis cum paucis nunciis. Qui querimoniam suorum civium & compatriotarum suorum ipsi Francia Regi referentes, invenerunt eum variis militiæ bellis implicatum, scilicet versus Regem Anglorum, Ducem Normannorum, qui contra jus & fas denegabat facere hominum, quod debebat, & debet Regibus Francorum. Similiter & Consul Pistorum, & Dux Burgundionum, & multi alii Consules, qui sunt sub Rege Francorum. Cum quibus omnibus pro instanti necessitate pacem fecit supradictus Rex, quibusdam inducias & treugas dando; de quibusdam hominum debitum accipiendo. Unde confidens plurimum Rex spondit Legatis supradictis se vere preparaturum ad ferendum illi patria auxilium. Et ad Curiam suam, qua in Pentecostes futura erat (nam hac fiebant in diebus præcedentis Quadragesima) dixit se suum consilium, ut dignitatem Regiam decebat, accepturum. Inde supradictus Episcopus cum sociis suis latus cum Regis gratia retrogradum iter arripuit.

In Appendice ad Marcam Hist. num. 347. Baluzius refert Narrationem de vastatione quam Arabes intulerunt in Marcam Hispanicam anno MCVIII. sed numeri in Instrumento expressi corrupti sunt. Illud enim in fine habet: A Barbaro est hoc VI. Kal. Decemb. anno primo Ludovico regnante, ideoque anno Christi superiori. Et tamen illud his verbis inchoatur: Anno Dom. Incarnat. CVI. post millesimum, Indiæ. XV. pridie Kal. Septemb. &c. ingens multitudo Moabitaram, ceterorumque Paganorum ingressa est partes nostræ patriæ, scilicet in Penitense, additurque eos plures Ecclesiæ evertisse, & non minimas Christianorum strages edidisse. Tum dicitur, Raimundum Barcinonensem Comitem iussisse, ut reedificaretur castrum Olerdela, a Paganis eversum jam a pluribus annis. Porro pagus, qui inter Tarraconem & Barcinonem interjacet, Penitensis, & vulgo Panades appellatur, ut notat Baluzius ibidem ad annum MCVIII. Chronographus S. Petri Vivi dicit, se accepisse, quæ hac de re scribit, ab Episcopo & sociis ad Regem in Galliam missis, dum ipse esset in Alvernia, subditque: Addiderunt etiam & dixerunt, quod supra scripta gentes a Montepessulo non longius erant, quam itinere quinque dierum, similiter & de S. Egidio. Quibus inter se collatis eam Paganorum illorum irruptionem anno superiori factam esse, currenti vero Legationem illam missam oportet; cum irruptio exeunte mense Augusto contigerit,

XIV.
Quo anno
in agna
Barcinon.

CHRISTI
1109.

PASCHALIS II. PAP.
10.

VACAT IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMM. IMP. 29.

ita iste incredibili nequitia præditus, non Abbas, sed prædo, non pastor, sed lupus, neque pater, sed tyrannus jure dicendus: de quo inferius suis locis opportunior fermo erit.

IX. Eodem anno Eginus Confessor illustris, pro Catholica Ecclesia adversus schismaticos in hærens Gebehardo minister indefessus, eligitur legitime a Catholicis Abbas monasterii sancti Udalrici, sponte cedentibus tribus Abbatibus a schismaticis intrusis: idemque electus ad obitum usque ab Hermanno Augustano Episcopo schismatico persecutionem passus est.

D d 2 Hæc

Eginus
Abbas c-
ligitur S.
Udalrici.

PAGIUS

XV.
Tripolis a
Crucefi-
gnatis
capta.

XVI.
Moritur
Ingulphus
Abbas.

XVII.
Thomas
Hharani-
ta Mono-
theli-
sum a-
pud Ma-
ronitas
inducere
tentat.

rit, ut ex præfata Narratione liquet, & Legati ad Regem missi, in diebus Quadragesima, ut prodit Chronographus, ab eodem audit fuerint. Quare loco, Anno Dom. Incarnat. CVI. post millesimum Indiæ. XV. legendum, anno Dom. Incarn. CVIII. post millesimum Indiæ prima.

Hoc anno Tripolis a Balduino Hierosolymorum Rege, adhibitis Genueſibus, qui cum classe navium fere LXX. illuc venerant, subacta, uti narrat Fulcherius lib. 2. Hist. Hierosol.

Petrus Blesensis in Continuatione Historiæ ab Ingulpho Abbate Croylandensi scriptæ tradit, eum XVI. Kal. Januarii, scilicet anno Domini MCIX. Regis Henrici anno itidem IX. atate valde provecutum & vita excessisse. Natus erat Londini, & licet præcipuus ejus scopus sit Monasterii sui Historiam repræsentare, tamen & genus suum, & varia in Anglia gesta ei intenuit. Ejus Continuatio a Petro Blesensi edita, mutila ad nos pervenit. Tam Historia, quam continuatio correctius impressa Oxonii anno MDCLXXXIV.

Archiepiscopum Kfartab Diocesis Aleppensis, eratque questio circa professionem duarum voluntatum in duabus naturis in incarnatione Domini nostri, cumque inter eos multiplicata fuissent Epistolæ, Joannes Patriarcha Antiochia scripsit Epistolam prolixam, eamque misit cum Nuntio ad Thomam, in qua defendendo se, demonstrat eum, qui non profectetur in Domino nostro Jesu Christo duas voluntates, desicere a fide, & execratur professionem Thomæ unius voluntatis in Domino nostro Jesu Christo. Sed fallitur vir doctissimus, annus enim Alexandri MCCC. non concurret cum anno Christi MCXI. sed incipit Kalendis Octobris anni Christi MLXXXVIII. quare cum hæc controversia ferretur, eo tempore, quo Thomas ad montem Libanum profectus est, & profectio illa ad annum MCIX. pertineat, ut mox dicetur, in Præfatione illa loco, Anno 1400. Alexandri, legendum puto, anno 1420. Alexandri, qui inchoatur Kalendis Octobris anni MCVIII.

Thomas igitur pro responsione ad hanc Epistolam, ac pro suæ sententiæ confirmatione aliam scripsit in decem Propositiones divisam, quæ extat inter libros Abrahami Echeleſis Maronitæ eruditissimi, in qua Scripturarum ac Sanctorum Patrum fultus, ut sibi videbatur, auctoritate, unicam in Christo Domino voluntatem & operationem probare contendit, eamque per nuntium ad præfatum misit Patriarcham, qui ne venenum hoc per ipsius serperet Diocesim, iussit illam igni publice dari, ut haberetur in eadem Præfatione: Eamque cum Nuntio expresso misit Antiochiam in manus Patriarchæ, ibique tunc aderant duo viri prudentes, Georgius scilicet filius Alfiarui, & Socrates filius Philippi. Iussit Patriarcha eam comburi, ut eam prorsus de medio tolleret, ne corrumpereſet fides populi.

Cum autem hoc Thomæ nuntiatum fuisset, eodem Tractatu denuo compilato, & in meliorem formam redacto, ac ad valvas Ecclesiarum affixo, se ad montem Libanum contulit, ut ibidem legitur: Et cum nuntiatum fuisset Thomæ Joannem ejus Epistolam igni dedisse, eam in meliorem formam rescripsit, cumque illam ad valvas suæ Ecclesiæ affixisset, ad montem Libanum se contulit. Et infra: Profectus est pater Thomas ad montem Libanum, ratus se ibi per medium annum duntaxat permanurum; sed evenit statim ut Franci tunc aggrederentur Tripolim Syria, ut eam expugnarent, prout eam expugnaverunt, permansit Thomas per quatuor annos in Gobbet Janubb, & postea rediit in Gobbet Bscarrat, ubi mansit per biennium. Ex quo patet profectioem Thomæ ad montem Libanum ad currentem annum pertinere, quo Tripolis mense Junio a Francis capta, ut n. XV. diximus. Hac igitur permotus occasione curavit diabolico excogitatu aggredi Maronitas, quos ut facilius in suam sententiam adduceret, dixit se esse Maronitam, & Maronem ejusdem secum fuisse opinionis, idque Eutychiei Alexandrini auctoritate probabat, quemadmodum legitur in ejus tercia, & quarta Propositione, subditque divum Maximum an-

XIX.
Thomas
respondet
ad eum-
dem Joannem.

XX.
Fingit se
esse Maro-
nitam.

NOTÆ

[2] Concilium istud Lausdunense die XV. Kalen. Novembris hujus anni die festa S. Lucæ evangelistæ, quæ in feriam secundam tunc incidit celebratum fuisse discimus ex Notitia donationis Ecclesiæ S. Medardi de Dolon, vulgata in Anecdotis P. Martene tom. I col. 319. Huic autem Concilio interfuisse se perhibet Benedictus Episcopus Namnetensis in Præcepto suo pro eodem Monasterio relato ibid. col. 318. & signato anno MCVIII. Indiæione III. (a Septembri cæpta) MANSI

CHRISTUS
1109.

PASCHALIS II. PAP.
10.

VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII COMN. IMP. 29.

Hæc omnia pluribus scripsit fideli stylo comes peregrinationis ejus Udalscalcus, cujus commentarium jam cufum habemus

industria Henrici (a) Caniffi Noviomagi, scriptum ad Fratres sancti Udalrici & S. Afræ.

(a) Henrici
Caniffi, t.
2. antiq.
lect. in
Egin. c.
1. 2.

PAGIUS

auctorem fuisse opinionis duarum voluntatum in Christo Domino sub Imperio Marciani, uti recenset in quarta Propositione: Stetit Maximus coram Imperatore Marciano, ac ejus fratre, eisque constitum dedit, dicens. Necessè est, ut addamus aliam voluntatem, ut sint duæ voluntates in duabus erratis, atque ut Maximum apud Maronitas in contemptum vocaret & odium, genealogiam ei finxit perdidicam, illamque, auctore Eutychio Alexandrino, per fraudem & mendacium ei attribuit: Dicitur de eo in Eutychio filio Patricii, ipsum in civitate Tiberiade natum fuisse ex quadam femina oriunda ex Perside, quam Judæus nomine Sadoe ex progenie Samaritanorum fornicarie cognoverat; & cum ex his natus fuisset raptus filius fornicationis, vitam duxit fraudibus, malisque operibus plenam, & postea ex Tiberiade se contulit Constantinopolim.

XXI.
Et S. Maximum excogitasse duas voluntates in Christo.

His etiam non contentus Thomas, ut eosdem Maronitas, quos Romano Pontifici adhaerere videbat, in suam facilius reduceret sententiam, subdit ibidem Heraclium Leonis Papæ auctoritate, Maximum infectum fuisse: Scripsit Heraclius ad Patriarcham Leonem Papam Romanum, & accusavit Maximum de nova ejus assertionem absque ulla vera auctoritate. Cum igitur hæc Epistola ad Patriarcham pervenisset, responsum dedit Heraclio: Benedicat Dominus nos imperium Heraclii, ejusque augeat fidem. Quicumque hanc assertionem emisit, & sparsit, corruptique fidem vestram & scissionem ac schisma invexit inter fratres fideles, dignus est, cui lingua ac manus abscindatur. Hic Patriarcha rescriptis qua Heraclius summo receperat cum honore, Maximum ad se coram adduci iussit, eique amputari linguam, ac manum, eumque in insulam, qua vocatur Raebie, ablegavit, qua enarratio scripta est apud nos, & vos in libro Eutychie filii Patricii.

XXII.
Eam in rem falso Eutychie adducit.

Verum etsi multa perabsurde retulerit Eutychie, nihil tamen simile vel scripsit vel somniavit, uti ejus Opera legentibus patebit: nam Maximum natus est centum circiter & quinquaginta annis post Marcianum Imperatorem, anno sc. DCXV. juxta Baronium; Marcianus autem tenebat Imperium anno CCCCLI. quo celebratum fuit Concilium Generale Chalcedonense adversus Eutychem, ac Dioscorum, qui duas in Christo negabant naturas, & tunc voluntatum controversia nequaquam emanaverat. Neque Eutychie temere a Thoma citatus, de divi Maximi Genealogia, ac vitæ moribus asserit, quæ ipse mendose refert; imo oppositum legitur Tom. II. Annalium ejusdem Eutychie in Califatu Moraviæ in Imperio Constantini, ubi de Maximo scribit: Erat tunc temporis Monachus quidam sanctus, nomine Maximus. Et haud quaquam in ejus Annalibus legitur, ab Heraclio pro Monothelitarum causa vel Maximum, vel quemquam alium male habitum fuisse, vel ullum eo imperante Leonem Papam extitisse: Eutychie vero cum aliis convenit Scriptoribus, Theophane cæterisque Græcis hanc infectionem evenisse sub Constantis Imperio Heraclii nepotis, ab aliis Constantini etiam vocati, ut ait Baronius anno DCXLI. quo etiam nomine illum Eutychie vocat. Neque hic recenset Maximum opinio-

nis duarum voluntatum auctorem fuisse; ait enim passim in Tomo II. Annalium, Sophronium Jerosolymitanum, qui illum præcesserat, Cyro Alexandrino adversatum fuisse, qui in Conciliabulo Alexandriae coacto unam in Christo voluntatem affirmaverat.

Hæc igitur Thomæ errata animadvertens Gabriel Quai, in hæc verba cum derisione adversus ejus scripta prorumpit: In ejus Historia rei patet veritas; at Sedes ejus non erat Simonis. Sensus est, si vis scire fidem Thomæ, patet rei veritas ex mendacii ejus Historia: ex eoque Sedes ejus non erat fundata super fidem Simonis Petri, sed erat extra Ecclesiam a Christo fundatam super Petrum. Hoc libello ex mendacii ineptissimis contextu aditum ad plebem imperitam, & ad quosdam etiam e Clero viros minime eruditos sibi reperit; ac præcipue placuit Archiepiscopo cuidam Farfaia, diocesis Bisciarræ, qui ab ipso summis precibus postulavit, ut suum tractatum decem Propositionum rursus in lucem eaderet, quemadmodum habetur in præfata Præfatione: Et regressus est in diocesim Bisciarræ, ubi moratus est per duos annos; tunc temporis illi adfuit Archiepiscopus quidam Farfaia, illumque instantissime rogavit, ut suam Epistolam renovaret.

XXIII.
Thomas factator invenit.

Ex quo factum est, ut ejus affecta data opera inter Maronitas exemplaria aliqua disseminarint, multosque eorum Ecclesiasticos libros, varia in illis addendo, atque delendo corruerint, ut asserit Gabriel Quai in suo de Hæreticis Poemate, ubi post præfati Thomæ mentionem deinde ait: Post illum in lucem emerxit Ebn Sciebban; & cepit scribere, & docere pueros, seminavit inter Maronitas errores, eorumque libros zizanias implevit. Et rursus in eodem Poemate: Filius Hbosen erat ex Hbatfci (est quoddam Libani oppidum in Giobbe) de cepit populum Kfarfasci (est aliud Libani oppidum) scripsit, & mutavit preces, & brevi temporis intervallo in aliis oppidis idem venenum diffusum est, qua eadem lue ipsemet Patriarcha infectus videbatur, uti legitur in Chron. Maronitarum: Quoniam Patriarcha venenum hauserat, missi ad labefandam ipsum muneribus, quantum ore capere voluit. Quapropter inito inter Maronitarum Primates tam Ecclesiasticos, quam Sæculares consilio, decreverunt una sententia omnes ab ejus se communione sejungere; cujus subditi, prosequitur idem Chronicon, ac regiones Patriarcham a suo segregarunt consortio; nec postea præstiterunt ei obedientiam, nec illum in regionibus acceptarunt. Imo eo pervenit eorum fidei zelus, ut illum deposuerint, aliumque in ejus locum suffecerint. Qua novitate ira percitæ affectæ depositi Patriarchæ, in novum Patriarcham insurrexerunt, eumque interfecerunt, ignique ejus corpus dederunt, ut ibidem habetur: Præfatus Patriarcha mortuus est depositus, & elegerunt Patriarcham Hbgula, mortuus est Martyr interfectus, eumque combusserunt, testificati sunt contra eum quadraginta Christiani, fidem ejus non fuisse veram, aliaque falsa protulerunt. Quid postea contigerit, ex eodem Fausto Nairono anno MCLXXXII. referemus.

XXIV.
Post ejus mortem Patriarcha Maro nita ejus doctrinam amplectitur.

JESU CHRISTI
ANNUS
1110.

PASCHALIS II. PAP.
ANNUS

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII COMNENI IMP. 30.

I.

Annus agitur millesimus centesimus decimus, Indictione tertia, quo Henricus Germaniæ Rex in Italiam veniens, sub pacis involucto bellum acre, & sub velamine religionis dura vincula in Romanam Ecclesiam intulit: quæ omnia subodoratus Paschalis Pontifex, quo potuit, studio cuncta, quæ expeditent ad imminentem cladem antevertendam, subsidia comparavit: de eo enim hæc Petrus diaconus habet: (a) Anno Domini cæ Incarnationis millesimo centesimo decimo, Indictione tertia, mense Junio, sexta ipsius mensis die cometas apparuit. Eo etiam tempore, jam dictus Paschalis egressus Urbe, ad has partes advenit, & Ducem ac Principem, omnesque Apuliae Comites evocans, cum eis paciscitur, ut si opus esset, contra Imp. Henricum dimicerent. His ita peractis, rediens Romam, omnes Romanorum proceres simili sacramento conscripsit. Interea Imperator immenso coacto exercitu, intravit Italiam prædecessorum suorum dignitates & jura simul, & Imp. coronam ab eodem Pontifice Romano accipere cupiens: seque fidelem, filiumque profitebatur esse velle S. Petri. Hinc Donnizo in Mathilde de legatione tunc missa ab eodem ad Paschalem Pontificem:

Mille decem centum Christi dum tempora crescant:
Pontifices magnos, comites direxit & alios
Magnificam Romam pro regni quippe corona,
Filius esse Petri si vult Rex atque fidelis.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6603.

SÆC. XII
An. Eræ
Hisp.
MCXLVIII. An.
Hegira
Di V. inchoato
die 20.
Julii fer.
4.

27. B. 9. P. 10. April. Indi. 3.

JESU CHRISTI 1110.

PASCHALIS II. PAPÆ 12.

HENRICI V. REG. 5.

ALEXII COMNENI IMP. 30.

A.C. 1110
1.
Henricus
imp. Romanam pergit.

AD num. I. & seqq. Chronographus Hildensheimensis ad annum MCIX. scribit: Archiepiscopus Colonia Fridericus, Bruno Treverensis, Cancellarius Adelbertus, Comes Herimannus de Wineburc, alique Principes satis clari Romam cum pompa non parva vadunt, inter domnum Apostolicum & Regem (Henricum sc. V. qui tamen a Sugerio in Ludovico Grofo Rege cap. IX. dicitur Imperator, licet nondum Romæ coronatus fuisset iuxta morem, qui obtinebat) concordiam facturi. Dominus Apostolicus omni paternitate, omni man-

Et inferius, in eodem scilicet anno: cum multis galeatus in ortu Autumni venit, Longobardosque peremit. Ardens, devastans illorum maxima castra, Urbes munitas ejus perterruit ira.

Subiicit de miserabili excidio Novariæ, quæ ei resistere coepit; & de adventu ejus in Tusciam: Transiit certe tunc, incipiente Decembre, Montem Bardonis, Tuscanas fluxit in oras. Cum Florentinis celebravit denique Christi Natalem.

Agit & de excidio Aretii, igne ferroque consumpti. Inter hæc legationes ultro citroque currunt, quibus agebatur de pacis firmandis, antequam se Imperator in Urbem infunderet. Quæ autem inter absentes transacta fuerint, Petrus diaconus ita narrat: (b) Erat autem hiems, cumque in Tusciam devenisset, missis Romam Nuntios, inter illos, & Petrum Leonis, & cæteros Pontificis Nuntios in porticu sancti Petri convenit.

(b) Id. ib. II. Pacta conventa inter Henric. Regem & Paschalem Pap.

Ut Imperator die coronationis suæ omne male usurpatum Ecclesiasticum jus in manibus Pontificis, astante Clero & populo, per scriptum deponeret: cum hoc ipsum Papa de negotiis regalibus fecerit, idque sacramento firmaret.

Dimitteret Ecclesias liberas cum obligationibus & possessionibus suis, quas ad re-

suetudine eum se excepturum spondet, si ipse se ut Regem Catholicum, ut Ecclesia filium & defensorem, ut justitia amatorem S. Romanae Sedis exhiberet. Tum ad annum MCX. Nonis Martii Synodus gloriosa in Lateranensi Ecclesia præfidente Domino Papa Paschali celebratur. (Tom. X. Concil. ex Chronico MS. sancti Petri Vi-vi dicitur Concilium illud adversus investituram celebratum); Prædicti Legati Leodium ad Regem veniunt, responsum Papa referentes. Ibi Rex Anglici Regis (Henrici nempe) filiam (Mathildem appellatam) sponsam suscepit, quam in Pascha apud Trajectum Regio more dotavit. Expeditio in Italiam ab universis Occidentis Principibus Trajecti collaudatur. Paucis interpositis: Circa Assumptionem Sanctæ Mariæ Rex Regio apparatu Italiam ingreditur. Omnes civitates munita, omnia castella Regi subdantur. Rex Natalem Domini apud Florentiam celebrat. Inde nuncios Romam mittit, inter quos & Paschalem II. Papam quædam conventa, a Baronio num. II. ex Petro Diacono lib. 4. cap. 37. recitata.

Hoc anno, ut narrat Landolphus Junior cap. 17. apud Puricellum lib. 4. de SS. Arialdo & Herlemb. cap. 90. cum Grofianus Archiep.

II.

CHRISTI
IIIIO.

PASCHALIS II. PAP.
II.

VACAT. IMP. OCCID.
ALEXII COMM. IMP. 30.

regni non pertinere jus, constare potest. Absolveret a juramentis populos, que contra Episcopos facere compulsi sunt.

Patrimonia, possessionesque beati Petri restitueret, sicut a Carolo, Ludovico, Henrico, aliisque Imperatoribus concessa sunt libera, servaretque ea beato Petro pro Viribus.

Nihil aut faceret, aut diceret, ut Papa Pontificatum amittat, nihilque ipse patiatur in vita, vel in membris, vel capiatur mala captione, aut per se, aut per suspectam personam, nec ipse, nec fideles ejus qui pro ipso fidem ei dederint, idest Petrus Leonis cum filiis suis, quorum bona nullum patiantur detrimentum, & si quis eis malum fecerit, Rex fideliter ipsos adjuvaret.

III. Pro hujusmodi observandis, Pontifici prædes dabit Fridericum sororis suæ filium, Engilbertum, & Theobaldum Marchiones, Hermannum & Godofredum Comites, Fridericum Palatinum Comitem Saxonum, Berengarium de Bajoaria, Fridericum Saxonem, Albertum Cancellarium, Cononem Berengarii fratrem, Siceboth Bajoarium, Henricum Carinthiæ Ducem, Bertulfum Bertulfi Ducis filium, qui jurabunt Papæ securitatem de vita, de membris, de Papatu, de captione. Qui, nisi Imperator ista servaret, apud Romanam se Ecclesiam cum suis honoribus * tenerentur.

Obsides pro securitate Pontificis Rex dare pollicitus est proxima quinta feria; eosque secure ad insulam Tiberinam mittere in potestatem Papæ, Fridericum Ducem nepotem suum, Brunonem Episcopum,

PAGIUS
Grosulani
Archiep.
Mediola-
nensis pro-
fectio Je-
rosolymi-
tana.

Mediolanensis arcem Arona, quam invaserat; dedere coactus fuisset, fautorum & amicorum consilio de Peregrinatione Hierosolymitana suscipienda cogitavit. Puricellus quidem ibidem cum anno MCXI. hæc copulat, & in Monum. Basilicæ Ambrosianæ num. 308. ante libros illos editis, hanc Peregrinationem ad annum MCIX. retulerat. Verum eam ad currentem pertinere certum existimo; nam statim post ejus discessum mense Aprili, Olivius & quatuor Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici quatuor temporibus Pentecostes sacros Ordines accepere, quæ eo anno contingere ineunte Junio, ut inquit Landolphus citatus. Quare Olivius, & socii die IV. Junii, qui hoc anno cum sabbato quatuor temporum concurrebat, Genuæ ordinati sunt & Grosulanus mense Aprili currentis anni, qui Henrici Imp. in Italiam adventum præcessit, in Terram sanctam profectus est; quæ quidem Peregrinatio pro abdicatione habita fuit, in hac manifesta depositione, inquit Landolphus. In Catalogo Episcoporum Mediolanensium in Archivis Metropolitanæ Ecclesiæ ejusdem urbis asserto, & a Puricello lib. 4. de SS. Arialdo & Herlembaldo cap. 90. citato legitur: Grosulanus Episcopus sedit annos septem, & menses quatuor, sepultus est Romæ ad sanctum Sabæ, sicque mense Decembri anni MCII. ab Episcopatu Savonensî ad Mediolanensem translatus fuerat

Spirenses Conradum nepotem Comitis Herimanni, & filium ejus, & Henricum Friderici Comitis fratrem. Obsides si recepisset, redderet in die coronationis suæ ponte transmissis. Et si forte coronatus non fuisset, aut non transisset, similiter redderet apud Castellum S. Angeli.

Pacla
conventa
inter Reg.
& Pap.

Legatos, quos ad eum Papa dirigeret, dum irent, & redirent, securos a se, suisque redderet. Et si eis scienter aliquid injuriæ illatum esset, emendaturum fideliter.

IV.

Quæ omnia postquam impleverit, Rex, Papa guberet Episcopis assistantibus in die coronationis ejus, ut Regalia Imperatori dimitterent, quæ a temporibus Caroli, Ludovici, Henrici, aliorumque prædecessorum ad regnum pertinebant.

Scripto firmaret sub anathematis pœna auctoritate sua, ne quis eorum, vel præsentium, vel absentium, vel successores eorum regni se intromitterent juribus, neque invaderent civitates, Ducatus, Comitatus, monetas, vestigalia, mercata, advocaciones Imperii, Centurionum jura. Cartesque essent Imperii cum pertinentiis suis, militia Imperii castra.

Nec ipse Papa Imperatorem, nec Romanum Imperium super his alterius inquietaret: & privilegio sub anathemate ista confirmaret, ne posterî sui ultra inquietare præsumerent.

Imperatorem benigne & cum honore susciperet, & more prædecessorum ipsius Catholicorum Imperatorum scienter & non * subtrahere coronaret, & ad tenendum imperium officii sui juvaret auxilio.

* sub te-
sto.

Hoc si Papa non impleret, Petrus Leonis cum

& mense Aprili currentis anni in Orientem perrexit. Auctor Catalogi Episcoporum Mediolanensium a Papebrocio publicati, qui ait: Grosulanus hanc sedem annos IX. & menses IV. perturbavit, annos illos novem a mense Decembri anni MC. repetit, ab illo enim mense usque ad Aprilem hujus anni hoc temporis spatium fluxit.

III.
Coronatio
Henrici
Mediolan-
ensis est

Galuancus Flamma in magno suo Chronico cap. 257. Auctor Chronici, cui titulus, Flos Henrici florum fol. 136. Annalista MODOETIENSIS lib. 1. cap. 37. & alii Recentiores apud Puricellum in Monument. Basil. Ambros. n. 310. quos Sagonius lib. X. de Reg. Italiæ sequitur, afferunt, Grosulanum seu Chrysolanum Henrico Imp. Regium Insigne MODOETIÆ, vel Mediolani dedit, sed cum Landolphus Junior, qui tunc Mediolani erat, hujus Coronationis mentionem non faciat, sicut nec Sigebertus, nec Otto Frisingensis, nec Urspergensis Abbas, ea commentitia habenda; cum ex dictis Grosulanus mense Aprili currentis anni Mediolanum reliquerit, & Henricus Imp. ineunte autumno teste Domnizone in Mathilde, in Italiam venerit.

Cum multis Galeatus in ortu.
Autumni venit, Longobardosque peremit.

Henricum porro male se in suo itinere gessisse.

CHRISTI
IIIIO.

PASCHALIS II. PAP.
II.

VACAT. IMP. OCCID.
ALEXII COMM. IMP. 30.

cum suis omnibus se ad Imperatorem teneret.

Obsides, nisi effugerent, altero post coronationem die restitueret. Si ex ipsius Papæ parte remanserit, ut non coronaretur, similiter redderet.

V.

Hæc ita constituta jurejurando firmavit Imperator, Albersus Cancellarius, Hermannus, Fridericus, & Godofredus Comites, Fridericus Saxo, Cono Berengarii frater, Siceboth de Bavaria, Henricus Carinthiæ Dux, Bertulfus Bertulfi Ducis filius. Hi omnes post Imperatorem eo ordine jurarunt, ut si Imperator hæc implere nollet: ipsi cum omnibus suis cum Romana Ecclesia tenerent. Hactenus pacta conventa inter Henricum Regem, atque Paschalem Pontificem, a Petro diacono ex scripto recitata quæ extant. Idem statim pergit: (a)

(a) Pet.
diac. l. 4.
c. 38.

VI.
Pasch.
Pap. quæ
scripserit
ad
Henricum

Hic ita formatis, idem Apostolicus ad eum litteras dirigit, mandans illi, ut illuminatori omnium gratias referat, qui cordis ejus oculos aperire dignatus est, ut patris ejus nequitiam toto jam orbe vulgatam & interim agnosceret, & gravius abohrreret. Apostolica namque Sedes cum ad aterni Patris viscera confugientem, paterna benignitate susciperet, & inter matris Ecclesiæ filios familiaris confortaret. Si enim, sicuti suarum litterarum serie pollicebatur, plena mentis devotione sibi suisque legitimis successoribus obedientiam exhibere curasset, quam Reges, Imperatoresque Catholicis suis prædecessoribus exhibuerunt: ipse profecto cum ut Catholicum Imperatorem esset habiturus, honoremque ejus per Dei gratiam servandum, augendumque curaturus. Nam si in cæpta obedientiæ probitate persisteret: magnam Romano Imperio salutem adventuram. Quam ob causam non solum in partes illas venire; verum extremis quoque personam suam exponere paratus esset. Caterum quoniam in presentiarum se ad eum neque Orbis qualitas, neque conditio temporum ireretur: invicem sibi per internuntios voluntates suas aperirent. Hactenus argumentum litterarum, quas ad Henricum Regem Paschalis Papa tunc scripsit. Subicit vero ista de alia ejus Principis petitione:

PAGIUS

iste Hali; sed jam diximus, cum fuisse filium Josephi Tecchin, Maroci Regis & Imperatoris Amorbatarum. Ipsamet postea fol. 119. citat Historiam MS. Toleti, ubi legitur Hali fuisse potentissimum Maroci Regem. Mariana lib. 20. cap. 8. de hac Toleti obdione loquitur, sed quis fuerit Hali, præcise non designat. Garibayus etiam nihil de Hali dicit, & tantum de Cancha recuperatione verba facit, quod quidem verum est; nam non tantum oppidum illud a Saracenis tunc captum; sed etiam universum Toleti Regnum, ipsa civitate primaria excepta, a Bernardo Archiepiscopo Tolitano servata, ut anno superiori indicavimus.

IV.
Toletum a
Saracenis
frustra ob-
fissum.

Hoc an. Hali Saracenorum Africa & Hispaniæ Rex seu Imp. Toletum diebus octo omnibus machinis impugnavit, tandemque Madrito & Talavera directis ingenti præda onustus in Africam rediit, uti refert Sandovalius, qui ait nescire se quis sit

Postulat deinde Imperator, ut patris sui corpus in Ecclesia sepeliri permitteret. Ad hoc ille respondit: Sanctarum scripturarum his obsistit auctoritas, divinorumque miraculorum reverentia prohibet. Ipsos enim Dei Martyres jam in caelestibus positos id terribiliter jussisse, scilicet ut sceleratorum cadavera de suis basilicis eicerentur. Neque quibus viventibus non communicavimus, mortuis jam communicare possumus. Ista Paschalis. Quæ autem post hæc secuta sint, suo loco anno sequenti dicturi sumus.

VII.
De sepul-
tura Hen-
rici tertii
quid a
Papa re-
scriptum.

Ubi autem locorum facta ista fuerit acceptio Legatorum Apostolicæ Sedis, & decreta a Rege legatio ad Pontificem, & conventiones istæ tractatæ, ita Urspergensis, qui iisdem poterat interesse, narrat: Ex Aretio ad Aquam pendentem progressus, Legatos suos dudum ab Aretio missos ab Apostolico boni nuntii bajulos reperit. Remissisque aliis Nuntiam Romanorum Legatis scilicet, qui supplices illic sibi occurrerant, paulatim Strivium processit. Ibi Legati Apostolici cum Missis regis advenientes, promptum esse Papam ad consecrationem, & omnem Regis honorem & voluntatem, si tamen ipse sibi annueret libertatem Ecclesiæ, laicam ab illis prohibens investituram: recipiendo nihilominus ab Ecclesiis Ducatus, Marchias, Comitatus, advocatias, monetas, telonia cæterorumque regalium quæ possident summam. Præbuit Rex assensum, sed eo pacto, quatenus hæc transmutatio firma & autentica ratione, consilio quoque & concordia totius Ecclesiæ ac regni Principum assensu stabiliretur. Hæc antequam perveniret Henricus ad Urbem: reliqua autem anno sequenti, quo & eadem pacta conventa sunt repetita.

VIII.

Quod ad res pertinet Orientales hoc eodem anno, auctoritate Paschalis Papæ id agentis per Legatum suum, Bethlehem erecta est in sedem Episcopalem & a Balduino Rege dotem accepit: de cujus dotis conventionem extat ejusdem Balduini diploma, recitatum in historia de bello sacro a Willelmo Tyr. (b)

Bethlem
erigitur
in Episc.

(b) Vuil.
Tyr. l. 11.
c. 12.

An-

JESU CHRISTI ANNUS IIII.

PASCHALIS PAP. II. ANNUS 12.

VACAT. IMP. OCCID. 6. ALEXII COMNENI IMP. 31.

I. Anno sequenti, eodemque millesimo centesimo undecimo, Indictione quarta Henricus Rex Germaniae Romam ingressus est, pactis conventis accipere coronam Imperii. Quo tempore, quove ordine facta sint ista, ex ejusdem temporis Scriptoribus, qui ea vidisse perfacile potuerunt, hic sunt per singula describenda. Petrus diaconus haec de his in primis habet: (a) Mense autem Februario Caesar castra concite movens, ad Urbem tendebat. Pontifex autem hortatorias litteras illico disseminans, Northmannos ac Longobardos monebat in Romanam Ecclesiam fide ac devotione persistere: frustra id quidem. Post haec Imperator pervenit ad Urbem tertio Idus Februarii, sabbato ante Quinquagesimam Romanis autem insistentibus, ut honorem ac libertatem Urbis sacramento firmaret callide illos Caesar fallere cupiens, Teutonice lingua quod volebat, ipse juravit. Hoc plerique ex Romanis agnito, fraudem in negotio esse proclamantes, sese in Urbem receperunt. Ut igitur Pontifex Imperatorem advenisse cognovit, missis nuntiis securitatem ab eo, obsidesque expetebat. Caesar obsidibus datis vicissimque receptis iurejurando firmavit de Apostolici ipsius vita, de honore, de membris, de mala captione, de regalibus & patrimonii B. Petri, & nominatim de Apulia, & Calabria, & Sicilia, Capuanoque Principatu, tactis sacramentis, quod omnes res Ecclesiarum, omnesque illarum res quietas omnino dimitteret. Haec facta sunt pridie ejus diei quam ingrederetur in Urbem. Sed hic antequam ulterius progrediamur, repetenda sunt Acta Sutrina, prout scri-

(a) Petr. diac. Chron. Cass. 1. 4. c. 38. 39.

ptis mandata reperiuntur in scripto codice Vaticano ab auctore, qui aderat, eademque scriptis mandata servavit. Post illa autem quae sunt recitata anno superiori ex Petro diacono, ista ibi leguntur: Forma juramenti Baronum Henrici Imperatoris facta domino Paschali Papa.

Ego Albertus Cancellarius. Ego Comes Hermannus. Ego Comes Fridericus. Ego Comes Godefredus. Ego Tolmarus juro vobis, quia Dominus Rex proxima quinta feria jurabit & Principes jurare faciet, & obsides dabit, sicut in conventionis charta scriptum est: & sic observabit domino Papae sine fraude, & malo ingenio, si Dominus Papa proxima die dominica sic adimpleverit Regi, sicut in alia conventionis chartula scriptum est.

Conventio ex parte Paschalis Papae. Si rex adimpleverit Papae, sicut in alia conventionis chartula scriptum est: Dominus Papa praecepit Episcopis praesidentibus in die coronationis suae, ut dimittant Regi, & regno, quae ad regnum pertinebant tempore Ludovici, Henrici, & aliorum praedecessorum ejus, & scripto sub anathemate confirmabit auctoritate sua, vel justitia, ut quis eorum, vel praesentium, vel absentium, vel successores intromittant se, vel invadant eadem regalia, idest civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, monetas, mercatum, advocatias, & curtes, quae manifeste regni erant cum pertinentiis suis, militiam, & castra regni, nec ipsam Regem, & Regnum super his ulterius inquietabit, & privilegio sub anathemate confirmabit, nec posteri sui inquietare praesument. Regem benigne ac bo-

Acta Sutrina sub Henrico Rege.

II.

Quae Pasch. Papae sunt Regi pollicitus

dit, videlicet nepotem suum, & alios Bavones; ostendebat fidem servaturum, quam penitus male servavit. Dominum Papam Paschalem dolo & fraude, cum Episcopis & Cardinalibus, ceterisque ordinibus, & cum Proceribus quam multis, apprehendit: de aliis vero maximas strages fecit: Clericos vero, Archiepiscopos, Presbyteros expoliavit, planetas & thymiamata eis auferendo; & proprias vestes, ex quibus vestiti erant, minime dimittebat, nec etiam subalararia atque femoralia eis habere permittebat. Haec vero acta sunt mense Februarii II. Idus, anno Domini incarnationis MCXI. indict. IV. Eodem namque die Dominica, qua legebatur Evangelium, Assumpsit Jesus duodecim, &c. Et ait illis, Ecce ascendimus Hierosolyman, & consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis, quoniam tradetur gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur.

Ascensio ista descensio fuit: quoniam ut Dominus a malignis perpeffus est injuriam, sic & iste a barbaris malitiose captus est. Consummata sunt in Christo, quia a Prophetis pra-

II. Pasch. leu II. captivum detinet

CHRISTI IIII.

PASCHALIS II. PAP. 12.

VACAT. IMP. OCCID. 6. ALEXII COMN. IMP. 31.

honorifice suscipiet, & more praedecessorum ipsius Catholicorum scienter, & non sub testis coronabit, & ad tenendum regnum officii sui auxilio adjuvabit. Si Dominus Papa hoc Regi non adimpleverit: ego Petrus Leonis cum tota praesentia & potentia mea tenebo me ad Regem, obsides autem nisi effugient, reddemus die altero post coronationem Regis. Si per Papam remanserit, ut non coronetur, similiter reddemus die Dominico, cum Dominus Rex ad processionem receptus fuerit. Obsides dabo aut per me, aut per Nuntios meos, Gratianum filium meum, & filium Hugonis filii mei, vel filium sororis meae, si eum habere potuero (nisi per Regem remanserit) pro securitate Regis, ut secure transeat Castellum, & pontem. Juramentum Petri Leonis factum Imperatori Henrico ex parte domini Paschalis Papae Secundi.

III. Petri Leonis juramentum.

Ego Petrus Leonis juro vobis, quod Dominus Papa proximo die Dominico adimplebit Regi (nisi a Rege remanserit) quod in conventionis chartula scriptum est, si Rex observabit domino Papae, sicut in alia conventionis chartula scriptum est. Datum Nonis Februarii in atrio B. Petri, in Ecclesia sancta Mariae, quae dicitur in Turri.

Petrus autem iste Leonis, a patris nomine sic appellatus est, unde & origo familiae Petri Leonis dicta. Porro ipse Leo magnopere laudatur in epitaphio, quod ejus sepulturae scripsit Alphanus Archiepiscopus Salernitanus, cujus est inscriptio in scripto codice versuum ejus, qui asservatur in Cassinensi bibliotheca: Leonis Romanor. nobilissimi epitaphium scriptum ab Alphanus Archiepiscopo Salernitano: Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS nunciatum est, eum passurum Hierosolymis: in isto, quoniam iam multis vicibus dictum erat, non iturum; si vero iwisset, non prius rediturum, quam omnia quae vellet, faceret. Traditus fuit videlicet a suis, & non ab extraneis: flagella, multaue opprobria diu ab eis perpeffus est. A praedicto namque die, videlicet a II. Idus Februarii usque in V. Kal. Maji devotus Dei Pontifex multis est affectus cruciatibus.

Verum loco, V. Kal. Maji, legendum, V. Idus Aprilis, ut habet Malmesburienfis lib. 5. pag. 167. qui ait narrare se gesta in Coronatione Henrici Imp. ex Davide Scoto Bancoenii Episcopo tunc vivente, & a partibus ejusdem Imperatoris stante. Cum enim, ut habet idem Malmesburienfis, Henricus coronatus fuerit IV. Idus Aprilis Dominica, Quasi modo geniti, idest, Dominica in Albis, quae hoc anno incidit in V. Idus Aprilis, non vero in IV. Idus Aprilis, ut errore Librariorum ibidem legitur, manifestum est, ultra diem illum Paschalem II. ab Imperatore detentum non fuisse, & locum praefatum eo quo diximus modo corrigendum. Corrigendus est alter ejusdem Malmesburienfis locus, qui est de consecratione Investiturarum a Papa Imperatori fa-

Hoc jacet in tumulo Leo vir per curiam fida fidelis Sedis Apostolicae tempore quo vixit. Roma natus, opum dives, probus, & satis alto Sanguine materno nobilitatus erat. Prudens & sapiens, & caelo pens sub omni Agnitus & celebris semper in Urbe manens. Virgo ter senis fuerat cum sole diebus Quando suum vita finerat spacium.

Pergunt vero Acta.

Post haec missi Papa Nuntios Sutrium, coram quibus Rex juravit in haec verba: Juramentum Henrici Regis factum domino Paschali Papa Secundo.

Ego Henricus Rex ab hac hora in antea non ero in facto aut consilio, ut Dominus Paschalis Papa Secundus perdat Papatum, vel vitam, vel membra, aut capiat mala captione, vel per me, vel per submissam personam, nec ipsa, nec fidelibus suis, qui pro ipso mihi securitatem fecerunt, vel fecerint, id est Petro Leonis cum filiis suis, & Godefredo, quorum bonis studiose non potiemur, vel alius quos Dominus Papa mihi significaverit. Et si quid Dominus Papa fecerit, ego eos fideliter adjuvabo. Sic observabo domino Papae sine fraude, & malo ingenio, si Dominus Papa proxima die Dominica sic adimpleverit mihi, sicut in conventionis chartula scriptum est.

Aliud juramentum, quod fecerunt Principes Henrici Regis domino Paschali Papae Secundo. Post haec sic etiam Principes & ipsi juraverunt:

E e Ego

Acta, Privilegium & conventionem violenta trium septimanarum captione a Papa extorta veraciter inserans: loco enim, trium septimanarum, legendum, octo septimanarum: Pandulfus quippe in Vita Paschalis II. refert eum II. Idus Februarii captum fuisse, die sc. XII. ejusdem mensis, indicatque Dominicam Quinquagesimae cum illo die concurrisse, cum dicat haec accidisse die Dominico, quo legebatur Evangelium, Assumpsit Jesus XII. discipulos, a quo die ad Dominicam in Albis fluxere septimana octo, non vero tres. Ex quibus commendandus etiam Petrus Diaconus a Baronio num. XIV. laudatus, lib. 4. cap. 41. ubi ait, Paschalem II. in ergastulo fuisse sexaginta & unum dies, ut numeranti patet. Scriptum erat in apographo LVI. dies, & Librarianus legit LXI. dies. Norunt enim qui in MSS. legendis versati sunt, numerum X. cum numero V. a Librariis saepe confusum fuisse. Mitto alios errores minoris momenti, qui cubant in aliquibus aliis locis a Baronio, qui arbitratus est Henricum Idibus Aprilis Imperatorem coronatum esse, hoc anno recitatis: sed cum praeterire non possum, qui extat in Chronico Urspergensis, dum de Henrici Imperatoris coronatione verba facit, & quidem ex citato a se

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6604.

SÆC. XII. An. Eræ Hiç. MCXL. IX. An. Hegiræ DV. inchoato die 10. Julii fest. 2.

A.C. IIII. I. Henricus Germaniae Rex Rom. pervenit

28. A. D 10. P. 2. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI IIII.

PASCHALIS II. PAPÆ 13.

HENRICI V. REG. 6. IMP. 1.

ALEXII COMNENI IMP. 31.

Num. I. ad XLV. Baronius fuisse narrat, quae hoc anno Romae, quo illuc Henricus Imp. adventavit, contigere. Quare his tantum addo, quae in Vita Paschalis II. Pandulfus Pisanus hanc in rem refert: Suscepit a Summo Pontifice non prius Ecclesiam intrare voluit, quam eam suo jure, suoque dominio a suis fidelibus detineri vidisset. Deliberata est itaque ei Ecclesia, & omnes munitiones circum-

Ego Fridericus Dux.
Ego Guibertus Marchio.
Ego Hermannus Comes de Saxonia.
Ego Berengarius Comes de Bavaria.
Ego Gadericus Comes.
Ego Fridericus Saxo.
Ego Cono frater Berengarii.
Ego * Sigilborus de Bavaria.
Ego Henricus de * Nenincia.
Ego * Bertoldus filius Ducis Bertoldi.
Ego Albertus Cancellarius. Non ero in factis, aut in consilio, ut dominus Paschalis Papa Secundus perdat Papatum Romanum, vel vitam, vel membra, vel captiatur mala captione. Et si Rex iuramentum hoc, & ea que in charta conventionis scripta sunt, non observaverit: ego cum honore meo ad dominum Papam, & ad Romanam Ecclesiam me tenebo: sic observabo domino Papæ sine fraude & malo ingenio, si dominus Papa sic adimpleverit domino nostro Regi proximo die Dominico, sicut in conventionis chartula scriptum est. Actum Sutrii in burgo, quinto Idus Februarii.

* f. Sicc-
both ut
supra.
* f. Ca-
rinthia.
* al. Ber-
tulfus fi-
lius Du-
cis Ber-
tolfi.

V.
Henrici
ingressus
in Ur-
bem.

Post hæc idem Rex Romam accessit tertio Idus Februarii, in sabbatho videlicet ante Quinquagesimam.
Postera, die, idest pridie Idus Februarii Pontifex misit in occursum ejus in montem Gaudii, qui & Maris dicitur, bajulos cerebrostarios, candidatos, defensores, stratores, populique infinitam multitudinem cum floribus, atque arborum ramis, & palmis. Addit ad pompam Donnizo.

Monachæ quoque centum.
Lampadibus multis cum claro lumine sumptis,
Antiquo more processio Regis honore facta sit, & certa nummis via coopta, &c.

Rursum Acta: Duo juramenta ex more fecit, unum juxta ponticulum, alterum ante porticus portam populo fecit. Ante portam a Judæis, in porta a Græcis canentibus exceptus est. Illuc omnis

PAGIUS

a se Davide Scoto; postquam enim retulit, Paschalem II. detentum fuisse, subdit: *Hic ita in Dominica Quadragesima transactis*, loco enim, *Quadragesima*, legendum, *Quinquagesima*. Cum vero postea asserit, Paschalem II. post octavas Pasche Henricum cor nasse Imperatorem, non discrepat a Malmesburiensi, qui tradit id factum in Dominica in Albis, seu in die octava Paschatis, quia post octavas Pasche, idem est ac in octavis Pasche, sicut post diem tertium, idem sæpe significat ac die tertio, ut alibi demonstravi. Porro David Scotus in Aulam ab eodem Imperatore adscitus, hujus expeditionis seriem tribus libris scripsit, ut prodit Urspergensis, qui addit Henricum sibi eum Capellanum assumisse. Quare non mirum si Malmesburiensis laudatus moneat Davidem in

Romana Urbis Clerus ex Pontificis præcepto convenerat qui eum equo descensum ad sancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt.

Cum autem ad superiora graduum ascendisset: illic dominus Papa cum Episcopis pluribus, cum Cardinalibus, presbyteris, & diaconibus, cum subdiaconibus & cæteris scholæ cantorum ministris affuit. Ad cujus vestigia cum Rex corruisset post pedum oscula elevatus est. Ter se invicem complexi, ter se invicem osculati sunt & sicut mos, dexteram Pontificis tenens cum magno populi gaudio & clamore ad portam venit Argenteam. Ibi ex libro Professionem Imperatoriam faciens, a Pontifice designatus est Imperator: & iterum a Pontifice osculatus, mox super eum orationem primam (sicut in ordine continetur) Lavicanus Episcopus dixit.

Post ingressum basilicæ, cum in rotam porphyreticam pervenisset, positus utrimque sedibus, confederunt. Pontifex instaurari Ecclesiasticum jus, refutationem investitura, & cætera, que in conventionis charta scripta fuerant, petiit. Ille cum episcopis suis atque Principibus sese in partem juxta Secretarium: ibi diutius quod eis placuit tractaverunt. In quo tractatu interfuerunt Episc. Longobardi tres, Bernardus Parmensis, Bonus senior Reginus, & Aldo Placentinus. Cum autem longior se hora protraheret, missi Nuntii Pontifex, conventionem supradicti tenoris repetiit adimpleri. Tunc Episcopi Transalpini ad Papæ vestigia corruerunt, & ad oscula surrexerunt. Sed post paululum familiares Regis dolos suos paulatim aperire ceperunt, dicentes: scriptum illud, quod conditum fuerat, non posse firmari auctoritate & iustitia; quibus Evangelica & apostolica auctoritas obiceretur, scilicet quia reddenda sunt Cæsari, que sunt Cæsaris, &: Nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus, cum armorum usus (secundum Ambrosium) ab Episcopali officio alienus sit. Cum ad hæc & alia illis Apostolica & canonica capitula obicerentur: illi

Regis gratiam, magis quam Historicum dece-
ret, proclivem fuisse. Sed illa Historia vel per-
iit, vel adhuc in tenebris latet.

His ita juxta Criticæ regulas discussis per-
spicuum est, Labbeum in Chronico recte ob-
servasse Robertum de Monte in germano suo
Chronico diem Coronationis Henrici Imp. an-
notasse, dum Bullam Paschalis II. eodem die
datam recitat. Hæc Roberti verba: Die Pas-
che Henrico in Imperatorem coronato, tradidit
ei post lectum Evangelium Papa Paschalis, qui
& Raginerius, ante altare Apostolorum Petri
& Pauli; in oculis omnium Principum, Pri-
vilegium de Investitura Episcopatum & Abba-
tiarum, &c. Datum est Idus Aprilis indictione
quarta. Ad que verba Labbeus observat nu-
meros duos, vel a Librariis omisos, vel diu-
tur-

VI.

Intro-
ductio Regis
in basili-
cam S.
Petri.

VII.

IV.

Quinto
Idus A-
prilis.

Exor-
dium dif-
fidii.
(a) Ex Pet.
Hæc. Chr.
Cass. l. 4.
c. 40.
VIII.

illi tamen in dolositate sua & pertina-
cia permanebant. Quæ sequuntur non-
sunt in Actis, sed Petrus diaconus ha-
bet: (a)

Interea Imperator cupiens Pontificem
suis assertionibus fallere: Volo, inquit,
ut discordia quæ inter te & Stephanum
cognomento Neribmannum hætenus fuit,
jam finem accipiat (mulea enim Impera-
toris gratia pericula Stephanus ipse su-
bierat.) Ad hæc Pontifex: Dies, inquit,
magna ex parte præterit, officiumque pro-
lixum erit hodie, ideoque si placet, quod
vestrum est, prius impleatur. Unus au-
tem ex his, qui cum Imperatore venerant,
continuo in medium surgens: Quid, in-
quit, tam multis agimus verbis? scias,
dominum nostrum Imperatorem Imperii co-
ronam ita velle suscipere, sicut illam Ca-
rolus, Ludovicus, Pipinusque sumpserunt.
Quod cum Papa minime implere posse di-
xisset: Casar iratus Maguntini Archie-
piscopi, Saxonique Episcopi consilio se-
ductus non veritus est Pontificem armatis
circumstare turmis. Hucusque ex Petro.
pergunt Acta:

IX.
Pasch.
Pap. ca-
ptivus de-
tinetur.

Sed cum dies jam declinaret ad ves-
peram, consultum est a fratribus, ut Im-
perator eodem die coronaretur, reliquo-
rum tractatus in diem sequentem differ-
retur. Illi id quoque adversati sunt. In-
ter hæc tam Pontifex, quam omnes qui
cum eo erant, a militibus armatis cu-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

turnitate temporis in autographo deletis fuisse, nempe VIII. inter illa verba, die Pascha, & V. ante Idus Aprilis; hoc enim anno nullus Iduum dies concurrere potest cum die Paschatis, quod celebratum est quarto Nonas Aprilis; & parte alia dies Iduum in Dominicam non incidit. Quare error, qui in Roberti Chronicon irrepsit, ex ipso emendandus. Idem errores irreperere in editionem Sieberti Francofurti curatam; in MS. enim Gemblacensi, quo Miræus in correctâ sua editione usus, diei Paschatis nulla mentio, sed tantum in fine Privilegii legitur, datum est Id. Aprilis (loco, V. Idus Aprilis) indictione IV. Sed cum Siebertus hoc ipso tempore vixerit, neque ignorare potuerit diem Dominicam hoc anno cum die Iduum Aprilis non concurrisse, & hanc ceremoniam die Dominicali fieri oportuisse, ea diei V. Iduum omisso ei adscribi non potest. [1] Sed nondum errorum finis. Baronius enim num. XXIV. refert ex veteri Codice verba dicta a Paschali Papa in die coronationis Henrici, in quibus legitur: Anno Verbi incarnati MCXLI. hoc confirmatum est decimo sexto Kalendas Martii, qui mensis & dies manifeste corrupti. Tum ex Actis Paschalis II. Actum Idibus Aprilis, V. feria post octavas Pas-

che diebantur. Vix tandem ad altare B. Petri pro audiendis Missæ officii conscenderunt, vix ad sacramenta divina conficienda vinum & aquam invenire potuerunt. Post Missam ex cathedra descendere compulsus Pontifex, deorsum ante Confessionem beati Petri cum fratribus sedit, ibique usque ad noctis tenebras sub armatis militibus est custoditus. Inde ad hospitium extra Ecclesiæ atrium deductus est cum fratribus, capta est cum eo clericorum, & laicorum copiosa multitudo. Pueros item, ac diversa ætatis homines, qui obviam ei cum floribus, & palmis exterrant, alios obruncari, alios expoliari, partim cædi, partim vinciri iussit. Joannes interea Tusulanus, & Leo Ostiensis Episcopi, ubi Papam captum persenserunt, sub plebejo habitu sese in Urbem receperunt. In alio scripto Vaticano codice, qui item asseritur Bibliothecarii, ista leguntur: Hæc verba acta sunt mense Februario, pridie Idus, anno Dominica Incarnationis millesimo centesimo undecimo, Indictione quarta, eodem die Dominico, quo legebatur Evangelium: Assumpsit JESUS duodecim Discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur quæ scripta sunt de filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Hæc sicut in Christo, ita in ejus Vicario sunt imple-

eba indictionis IV. quæ ex dictis constat sub-
sistere non posse. Denique in Chron. Hildens-
heimensi accurate dicitur Henricum II. Idus
Februarii Rome ab Apostolico exceptum, sed
perperam subditur, eum Id. Aprilis a Papa
consecratum.

Baroni s num. XXV. mentionem facit San-
cti Conradi Archiepiscopi Salisburgensis cogno-
mento Gebhardi. De eo in Vita ejus Tom. hardus
VI. Canisii recitata dicitur Henricum V. cum Archiep.
exercitu copioso circiter XXX. millia equitum Salisbur-
geselektorum Italiam ingressum esse, habentem in factum
comitatu suo Chunradum Archiep. Salisburgen-
sem, ut benedictionem Imperialem a Paschali
Papa susciperet; sed Regem quorundam sce-
leratorum consilio Paschalem captivasse, &
Chunradum factum hoc improbasse. Exinde Im-
perator, inquit Anonymus, ejusque sequaces
in eum commoti, nullus ei locus tutus erat
ad latendum. Tandem post novem annos in Se-
dem suam reductus est. Quadragesimo secundo
Episcopatus sui anno senex & plenus dierum V.
Idus Aprilis felix sine quievit anno Incarnat.
Domini MCXLVII. Factum vero Paschalis II.
improbavit Sanctus Bruno Abbas Cassignensis &
Episcopus Signiensis, ut videre est apud Ba-
ronium a num. XXIX. ad XXXIII. ubi ait
cum

NOTÆ

[1] Nullum superesse dubium potest quin Henricus Imperii coronam die V. Id. Aprilis a Pontifice obtinuerit, nam in charta conventionis inter utrumque principem vulgata in Codice Uldarici ab Ecardo tom. 2. Corporis Historici col. 272. habetur Dominum Paschalem Missam in die Dominica quasi modo geniti &c. celebrasse, sacra communione Imperatorem refecisse; dein & illum coronasse. - MANſI

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
12.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ALEXII COMN. IMP. 31.

za usque adhuc: a predicto namque die pridie Idus Februarii usque ad quintum Kalendas Maii devotus Dei Pontifex multis affectus est cruciatibus. Hæc ipse qui aderat: Pergunt vero Acta, ex quibus & exscripsit ista Petrus diaconus: (a)

(a) Petr.
diac. l. 4.
c. 41.
X.
Bellum
inter Ro-
manos &
German.

Romani igitur cum audissent Papam esse captivum, tantus eorum animos tumultus, & dolor, indignatioque pervasit, ut protinus Alemannos omnes, qui vel orationis causa, vel alterius cuiuscumque negotii Urbem ingressi fuerant, necarent. Postera die egressi Urbem conserta pugna plurimos de Imperatoris exercitu obruncant, & eorum captis spoliis, adversus Teutones acriorem inuunt pugnam; adeo ut eos porticu pene propellerent, ipsamque Imperat. equo deicerent, atque in faciem vulnerarent. Hoc ubi Otto Mediolanensis Comes aspexit, pro Imperatore se obiciens mori, equum illi suum, ut evaderet, tradidit; qui nec mora a Romanis capitur, atque in Urbem inductus minutatim concisus est & carnes ejus in platea canibus devoranda relictae sunt. Imperator ubi Romanos superiores evadere, suosque concidi animadvertit: clamavit, & dixit. Videtis me milites mei a Romanis circumfundi, nec me defenditis? Ad hanc vocem cerneret Alemannorum, Romanorumque micare gladios, ac nimio ardere fervore pugnam, nullamque esse occumbentium requiem. Perniciosissima profecto, & atra Romanis & hostibus fuit ea dies, cum binc & inde tot hominum millia ruerent, ipseque Tiberis caesorum cruore tingetur. Jam dies declinabat in vespem, cum Teutones resoluti bello, a pugna se subducere cœperant. Virtus enim eorum (ut ait Eutropius) sicuti primo impetu major quam aliorum est; ita sensim languescens fit imbecillior quam foeminarum: habent namque aliquid simile cum viribus suis; mox enim cum calore tentari cœperint, in sudorem conversi deficiunt, & quasi a sole solvantur. Romani vero, ut Teutones bello cessasse viderunt; ad spolia, prædæque conversi, onusti in urbem remeare cœperunt. Hoc ubi Cæsar advertit, imperat suis, ut Romanos onustos spoliis, jamque Urbem subeuntes, uno impetu adorarentur. Quod cum factum esset, plures ad

PAGIUS

eum pridie Kalend. Septemb. animam Deo reddidisse, anno non expresso, quem infra vidimus fuisse annum Christi MCXXV. Baronius in Addendis & Corrigenendis ad Tomum XII. suorum Annal. ex Vita S. Gebhardi scripta ab Auctore hujus temporis alia refert hac transferenda.

VI.

Tunc Papa, inquit Ordericus lib. 10. pag. 762. solerti custodia detentus, omnique solatio destitutus, Imperatori quiddam petierat, concessit. Unde ab illo dimissus, multis postmodum vicariis exitis. Nam Robertus Parisiensis, Gu-

invicem quam ab hostibus perempti sunt. In tanta igitur perturbatione rerum varia fortuna utrimque fuit. Teutonici cum ad Crescentianum castrum pervenissent, Romani noviter emissi, atque integri sessos adorati, in fugam convertunt. Alemanni rebus certis admoniti, cum se premi a Romanis cernerent, sese in castra receperunt; tantisque illos invasit terror, ut biduum in tegram in armis essent.

Adveniente nocte, Joannes Tusculanus Episcopus omnem Romanum populum advocans, ita alloqui cepit: Licet ebarisismi filii, alacritati, virtutisque vestrae simili adhortationum admovendi non sint, cum verbis neque ex imbecilla strenuus, neque robustus quispiam reddatur ex timido: omnis enim vobis est pro vita & pro libertate, pro gloria, pro defensione Apostolica Sedis pugna, omneque certamen est, hæc omnia in manibus vestris sunt constituta. Nam qui pacem desiderat, præparet bellum. Filii vestri contra jus omne, contra fas tenentur in vinculis: Petri Apostolici basilica toto orbe terrarum venerabilis, armis, cadaveribus, sanie & cruore plena est. Quid autem ex hoc summam omnium malorum conicere possumus? Quæ unquam audita est immanior peccatis? Pontifex Apostolica Sedis a barbaris hominibus tenetur in vinculis, omnis sacerdotalis ordo, tota Ecclesiastica dignitas carceri ac tenebris addicta est: lugent ministri Domini, altaria sancta lacrymis madent; ipsa prorsus mater Ecclesia attrita gemit, imploratque opem vestram: filios, ut se tantis cladibus eruant, mœrens orat & obsecrat. Quocirca rogamus affectu quo possumus, periclitanti succurratis, & ad ulciscendam matris injuriam toto animo, totis viribus incumbatis. Nam si adsint qui obstant: fugere hostes, quam consistere, paratiores erunt. Itaque ut alacriores insurgatis ad tantum ulciscendum scelus, de Domini nostri, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli misericordia confidentes, ab omnibus vos peccatis absolvimus.

Hæc oratione Romani vehementer animati, omnes adversus Imperatorem se sacramento confringunt, & qui se adjuvant, pro fratribus habendos decernunt. Hæc Petrus diaconus. Sed antequam ul-

XII.

lo Episcopus Leonensis, & Pontius Abbas Clunienensis, alique plures de Cardinalibus & Prælatibus Ecclesiarum Papam redarguebant, & quiddam Imperatori verbo seu scripto concesserat irritum esse debere indubitanter censebant. Asserebant enim, quod pro veritate & justitia debuisse optare mori, & usque ad mortem innocenter Christum sequi: satisque male vincula & flagra perpeti, quam aliquid contra jus & statuta Patrum potestati annuere seculari. Ille vero reprehensiones Sophistarum patienter tolerabat, & assertiones eorum legitimas ac ve-

races

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
12.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ALEXII COMN. IMP. 31.

terius progrediamur, recitanda hic est brevis epistola ab eodem Joanne Episcopo Tusculano tunc data ad Richardum Cardinalem Episcopum Albanensem, de quo sæpe superius, tunc absentem, quæ sic se habet: (a)

(a) Papyr.
Maff. in
Not. ad
Ivon.
XIII.
Epistola
Joan.
Card. Ep.
Tusculani
de rebus
gestis.
(b) Rom.
12.

Joannes Dei gratia Tusculanus Episcopus agens vices domini Paschalis Papæ vincti Jesu Christi, venerabili fratri Richardo Albano Episcopo in Domino salutem.

Quoniam (sicut ait Apostolus: (b) unum corpus sumus in Christo, & si patitur unum membrum, cætera membra compatiuntur: quæ de capite nostro, & de tota fere Ecclesia gesta sunt, fraternitati tuæ si-

PAGIUS

races esse allegabat. Sophistarum nomine quicumque cæteris doctiores esse putarentur, appellabantur, indeque Lanfrancus & Anselmus profundi Sophista dicti. [1]

VII.

Dux Phi-
sopho-
rum &
Theologo-
rum secta
in Schola
Parisien-
si.

Porro Robertus, quem in ea significatione Ordericus Sophistam vocat, fuit Theologus Parisiensis Urbano II. ac dein Paschali II. acceptissimus. Auctor Historiæ a Roberto Rege ad mortem Philippi I. apud Duchesnum Tom. IV. de eo scribit: In Dialectica hi potentes extiterunt Sophiste: Joannes, qui eandem artem Sophisticam vocalem esse differuit, Robertus Parisiensis, Roscelinus Compendiensis, Arnulphus Laudunensis. Occasione enim altercationum Berengarii Hæresiarchæ tempore excitatarum,

gnificamus. Cum igitur Henricus Teutonicorum Rex Sutrium pervenisset, Legatos quosdam Romam direxit, qui jurjurando firmaverunt, domni Papæ Paschalis Legatos secure ducere, ac reducere, & Regem ipsum sacramento firmare, omnem Ecclesiarum investituram penitus abdicare, obsides etiam dare, ne ad hoc flagitium iterum rediret, & res Ecclesiasticas, & regalia, ac beati Petri patrimonium libera, & quietam omnino dimittere, obsides etiam dare pro securitate, cum ad coronandum eum ad beati Petri basilicam exiret. Postea ex parte Ecclesiæ a laicis viris firmatum est, si ista que

ortæ sunt in schola Parisiensi duæ Philosophorum & Theologorum Sectæ; primi in vobis seu nominibus omnia reponerent, alii vero in rebus; indeque priores Nominales, alii Reales vocati. Materia communis totius disputationis erat *Universale Logicum*; veteris opinio naturam ipsam realem esse defendebat; nova vero contendebat nullam dari Universalem, sed quiddam esse singulare, solasque voces seu nomina Universalia dici posse. Diffidium illud, inquit Balaus in Hist. Universitat. Parisiensis, ad annum MLXVII. diu & per multa sæcula in Academia Parisiensi vixit.

NOTÆ

[1] IN amplissima Conciliorum Collectione Veneto-Labbeana tom. XII. col. 1153. anno huic assignatur concilium quoddam generale Capuæ habitum a Paschali, in quo celebre illud privilegium de investituris ab Henrico extortum, ab eodem Paschali revocatur. Synodus ista exculpta est ex litteris Frederici Leodiensis episcopi ad ecclesiam Mechliniensem datis, vulgatisque in Collectione Monum. Martenii tom. I. col. 653. in quibus sacramentum vi extortum nulla religione obligare probatur exemplo Paschalis, qui nostris temporibus, ait coactus investituram jurato concedere, privilegium hac de re concessum in generali Concilio Capuæ habito solvit, nec jam privilegium sed privilegium id vocari decrevit. Verum licet id asserat Fredericus in epistola non longe post hæc tempora data nullum tamen Concilium Capuæ celebratum a Paschali ea occasione fuisse credo. Id autem erro. I. ex eo quod asserit Fredericus in eo concilio privilegium habitum & reputatum fuisse, quæ verba desumpta sunt ex actis concilii Romani, ut constat ex eorum excerptis a Cardinali Aragonio datis, & ex altero eorumdem fragmento quod concilio Guastallensi subiectum in M. S. codice reperit vulgavitque Martenius in Anecdotis to. IV. pag. 127. II. id colligo ex silentio Scriptorum omnium non coævorum tantummodo, sed qui Campaniæ vicina loca incolentes res illarum regionum diligentissime adnotarunt. Silet enim de illo præter anonymum Casinensem & Lupum Protosparum, qui postremus ad exordium usque sequentis sæculi Chronicon suum prosequutus fuit; ille vero chronologia suam ad hæc usque tempora deduxit, eandemque succedens alius chronista usque ad sæculum sequentem continuavit; silet, inquam, Romualdus Salernitanus eorum temporum & locorum scriptor, silet Petrus Diaconus in continuatione chronici Casinensis, ac denique nihil de illo memorat Anonymus auctor chronici Beneventani apud Muratorium Antiq. Ital. tom. I. col. 262. legendus, qui opus suum cum anno 1113. claudit. Tres hi Scriptores per hæc tempora vixisse videntur, & controversiam Paschalis cum Henrico diligentissime prosequuntur, asserunt vero communi testimonio pactum a Paschali cum Imperatore initum in Romana Synodo anni sequentis dissolutum fuisse: nihilque de Synodo Capuana, quæ Romanam præcesserat, & de Synodo præsertim generali in qua revocata ista primum decreta fuerit commemorant. Quis tantam oscitantiam non uni vel alteri sed tribus Scriptoribus diligentissimis circa res sui temporis, & locorum propinquitate cognitatas obtruserit? Insuper si revocatio ista investiturarum decreto Concilii generalis Capuani stabilita fuit, cur postea in Romana Synodo, ex iisdem qui Concilio Capuano assistisse debuerant Patribus constante, nempe Archiepiscopi Capuano, Beneventano, Amalitano, Regino, Ydruntino, quorum nomina extant in duplici fragmento ejusdem Romanæ Synodi supra a nobis laudato; cur, inquam Patres illi ambigui hærebant num pactum illud sacramentum a Paschali firmatum dissolvendum esset, nec antea fluctuantes animi quaerentem, quam Gerardus Engolismensis concilium illud suggestit apud Pagium ad A. 1112. num. 2. legendum. His igitur mature libratam censuram concilium Capuanum, de quo Fredericus, ipsissimum esse Romanum quod vel memorie lapsu Capuanum Fredericus appellavit, vel forte in ejus textum Capua pro Roma amanuensium oscitantia irrepit. MANSI

CHRISTI
1111.PASCHALIS II. PAP.
12.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ALEXII COMM. IMP. 31.

quæ promissa sunt, jam dictus Rex observaret, quod dominus noster cum benigne suscipere, & diadema regni imponeret: & coronatus, si vellet, Urbem intraret. Pro transitu etiam pontis obsides accepit, pro quibus sacramentum exhibuit, quod in ipso die Dominico si pontem transiret, eos in liberam nostrorum restitueret potestatem. His igitur omnibus sacramentis ex utraque parte peractis, & obsidibus datis, cum ad coronandum eum ad Ecclesiam beati Petri Papa exiret; postpositis sacramentis & dimissis obsidibus, eum in ipsa Ecclesia cum Episcopis, & Cardinalibus, & multis Romanis violenter cepit, & in captione arctissima detinet. Romani vero post alterum diem collecti, in hostes Ecclesie impetum facientes, de porticu fugere compulerunt, interfectis multis de suis, & perditis equis, tentoriis, pecuniis, & infinita suppellectili. Post hæc omnes unanimes contra eum juraverunt, uno animo, una voluntate pugnare. Tu igitur prudenter vigila, & quanto amplius necessarium conspicias, tanto magis elabora, & matrem Ecclesiarum omnium adjuvare ne desinas. Orationes pro liberatione domini nostri, immo pro ipsa Ecclesia, ubicumque potueris fieri, facias. Vale. Hoc autem factum est anno Domini millesimo centesimo undecimo, Indictione quarta, pridie Idus Februarii, in basilica S. Petri Apostolorum principis, die Dominica ante caput jejunii. Hactenus Joannis Episcopi Tusculani epistola, quam Papyrius Massonus cudit cum aliis ad hæc spectantibus antiquis monumentis in Notis editis ad Ivonis epistolam. Pergit autem Petrus diaconus: (a)

(a) Petr. diacon. l. 4. c. 41. 42.
XIV. Imperat. secedit in Sabinos.

Hæc ubi Imperatorum nuntiata sunt, de apparatu Romanorum ad bellum gerendum jurata confederatione, eadem nocte, eundem Apostolicum secum abducens, tanto metu cum omni exercitu profugit ex porticu, ut non modo sarcinas, verum & socios plurimos in hospitibus relinqueret. Post duos autem dies advocans milites, Pontificem sacris vestibus exui iussit. Quod cum factum esset, vinculum secum pertraxere. Debinc Soractem usque pergentes, juxta beati Andreae monasterium alveum amnis transferunt, & in Sabinos ad Lucanum pontem iter agentes, ultiores Romanae Urbis partes aggressi sunt. Trabantur interea clericorum, laicorumque plurimi vinculi funibus. Pontifex autem cum duobus Episcopis Sabinense ac Portuense, & Cardinalibus quatuor apud castrum Torbicum, ceteri vero Cardinales apud * Corcodisum in custodia tenebantur. Latrorum nullus audebat cum eodem Pontifice colloqui, custodiebatur autem a magnatibus Imperatoris, a quibus etiam illi ministrabatur. Postremo

tam suspicionis, quam & concordie gratia in castra reductus est. Fuit autem idem Apostolicus in eodem ergastulo sexaginta & unum dies. Enimvero Joannes Tusculanus Episcopus Fidelium animos ad opem Ecclesie ferendam numquam excitare litteris desistit.

Tunc Princeps, Capuanus videlicet, * Paternariam cum suis profectus electos milites fere trecentos Romanis auxilio misit. Qui cum Ferentinum venissent, & Ptolemaum, & omnes fere illarum partium proceres favore Imperatori comperissent, Imperatoremque cum exercitu jam transisse Tiberim, neque iam Urbem ingredi possent, Capnam reversi sunt. Ea perturbatione durante, Rogerius Dux cum Boamundo fratre defungitur. Horum itaque mors ut Northmannis magnum incussit metum; ita Imperatori, e jusque exercitui, & Longobardis omnibus extulit animos. Verebantur enim illi, ne Imperatoris adventu sedibus suis, & principatu pellerentur: quocirca Apulia, & Calabria munitissima quæque loca eligentes, sese contra Imperatoris adventum preparabant. Princeps autem Capue ex consilio suorum Legatos ad Imperatorem dirigens, pacem ab eo securitatemque postcebat. Itaque cum & Romanorum agros Imperator popularetur indies, ipsorumque animos pecunia, dolisque tentaret: tantam Deus populo constantiam tribuit, ut nihil cum eis pacisci, ne Papa quidem, Cardinaliumque promissa liberatione potuerit.

Variis mens ejus, Henrici, distracta consiliis, nihil ubi requiesceret, invenire poterat. Nam perpetrati sceleris conscius, nihil sibi jam tutum fore apud populum arbitrabatur. Cernens itaque sibi secus quam putabat, contigisse; cepit iurejurando firmare, nisi Pontifex illi morem gereret, & ipsum, & omnes quos habebat in vinculis, partim occisurum, partim amputatis membris quibusque debilitaturum. Sed cum ad id nequiret constantiam Pontificis flectere: in hoc tandem plena deliberatione convenit, ut omnes quos ceperat, liberos faceret, dum tamen sibi in posterum apud Pontificem prospicere posset. Hoc per Principes suos, hoc per clericos; hoc per laicos, civisque Romanos sollicitè satagebat. Ceterum (b) Pontifex vitam ponere, quam jura Ecclesie violari malebat, quamvis ille non Ecclesie jura, non officia qualibet, sed Regalia sola se dare assereret. Proponebantur Pontifici captivorum calamitates, qui amissis liberis, uxoribus, domo, patria exules durioribus compedibus coercerentur: proponebatur Ecclesie Romanae desolatio, quæ pene omnes Cardinales amiserrat: proponebatur gravissimum schismatis scandalum, quod pene omni Rom. Ecclesie imminerebat. Vicissim tandem lacrymis atque

XV. Obitus Rogerii & Boamundi Principum.

XVI.

(b) Post Acta Suterina C. M. S. & Pet. diacon. l. 4. c. 40.

Agitur de pace.

CHRISTI
1111.PASCHALIS II. PAP.
12.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ALEXII COMM. IMP. 31.

suspiciis filiorum, totus in lacrymis solvitur: En cogor, inquit, pro Ecclesie pace & liberatione id perpeti, quod ne paterer, vitam quoque cum sanguine profunderere paratus eram.

XVII. Condicionis pacis infauitæ.

Hinc confirmando negotio, Episcoporum Cardinaliumque consensus expetitur, neque aliter vel captivos relaxari, vel pacem rebus Ecclesie dari posse asseveratur. Cum igitur Albertus Comes, & ceteri Principes juramenti conditiones prescribi non sinerent: Pontifex, quandoquidem inquit, conditiones prescribi non vultis, verbis apponam: Juramenta hæc, ait, idcirco facimus tibi, ut vos illa quæ polliciti estis, observetis. Quod Imperator cum suis omnibus latissime ac perlibenter annuit. Ex verbo igitur Papæ Paschalis sic a Cardinalibus juratum est in agro juxta pontem Mammucum, qui Rom. a Teutonibus dirimebat: Dominus Paschalis Papanon inquietabit Reg. presentem Henricum, neque de investitura Episcopatum eius regni, aut Abbatiarum, neque in his se intromittet, neque de iniuria sibi illata & suis in personam, & bonis, neque malum redditum reddet ei, neque alicui personæ pro hac re, & penitus in personam Regis numquam anathema ponet, neque remanebit in domino Papa, quin coronet eum, sicut in ordine contrinetur; & regnum, & Imperium officii sui auxilio cum tenere bona fide adjuvabit; & omnia supplebit dominas Papa domino Regi presentem Henrico sine fraude, & malo ingenio: sic me Christus adjuvet &c. Hæc Petrus. Sed præstat ista reddere ex scripto tunc juramento firmato, quod sic se habet aliquanto locupletius his verbis ex Paschalis Papæ vitæ Actis:

Concessio Papæ de investituris Episcopatum.

XVIII. Paschalis Papæ remittit investituram Regi.

Dominus Papa Paschalis concedit domino Imperatori Henrico & regno ejus, quod privilegio suo sub anathemate & confirmabit, & corroborabit. Episcopo vel Abbate libere electo sine sinonia assensu Imperatoris, quod dominus Imperator eos annulo & virga investiat. Episcopus autem vel Abbas ab Imperatore investitus libere accipiat consecrationem ab Episcopo ad quem pertinuerit. Si quis vero a Clero, & a populo eligatur, nisi ab Imperatore investatur, & a nemine consecretur, & Archiepiscopi, & Episcopi libertatem habeant consecrandi ab Imperatore investitos. Super his etiam dominus Papa Paschalis non inquietabit Regem Henricum, nec ejus regnum & Imperium. His hæc subinferuntur.

XIX.

Sacramentum ex parte Papæ. Dominus Paschalis non inquietabit dominum Imperatorem Henricum, nec ejus regnum de investitura Episcopatum &

Abbatiarum, ut superius: quibus inhaerent subscriptorum Cardinalium nominibus verbis: Hæc sunt nomina illorum Episcoporum & Cardinalium, qui præcepto domni Papæ Paschalis pactum & amicitiam sacramento confirmaverunt domino Imperatori Henrico:

Petrus Portuensis Episcopus.
Continus Sabinensis Episcopus.
Robertus Cardinalis sancti Eusebii.
Bonifacius Cardinalis sancti Martini.
Ascanius Cardinalis sancti Clementis.
Gregorius Cardinalis sanctorum Apostolorum.
Gregorius Cardinalis S. Chrysoconi.
Joannes Cardinalis sanctæ Potentianæ.
Richus Cardinalis S. Laurentii.
Rumerus Cardinalis sanctorum Petri & Marcellini.
Vitalis Cardinalis sanctæ Sabine.
Domizo Cardinalis sancti Cyriaci.
Theobildus Cardinalis sanctorum Joannis & Pauli.
Joannes diaconus sanctæ Mariæ in schola Græca.

Leo diaconus S. Viti martyris.
Abbo diaconus SS. Sergii & Bacchi.
Quæ autem Henricus Rex servanda promiserit Paschali Papæ, sic se habent:

Ego Henricus liberos dimittam quarta vel quinta feria proxima domini Papam Paschalem, & Episcopos & Cardinales, & omnes captivos, & obsides, qui pro eo & cum eo capti sunt: & liberos perduciam intra portam Transiberinæ civitatis, nec ulterius capiam, aut capi faciam eos, qui in fidelitate domni Papæ Paschalis permanent, & populo Romano ac Transiberinæ insule civitatis pacem & securitatem servabo tam per me, quam per meos, & in personis & in rebus eorum, qui pacem mihi servaverint. Patrimonium & possessiones sanctæ Romanæ Ecclesie, quæ absteuli, restituiam, & cuncta quæ habere debet, more antecessorum meorum recuperare, & tenere adjuvabo bona fide, & domno Papæ Paschali obediam, salvo tamen honore regni & Imperii, sicut Catholicis Imperatores Catholicis Pontificibus Romanis. Hæc omnia observabo bona fide sine fraude & malo ingenio.

Isti sunt juratores ex parte Imperatoris Henrici. Fridericus Colonienensis Archiepiscopus, Gebhardus Tridentinensis Episcopus, Bruno Spirenensis Episcopus, Burchardus Monasterienses Episcopus, Albertus Cancellarius, Comes Herimannus, Comes Berengarius, Fridericus Comes, Palatinus: Item Fridericus Comes Bonifacius Marchio, Albertus Comes de Blandriaco, Godofredus Comes, Voarnerius Marchio. Postea super Evangelium hujus juramenti chartula, sic ex præcepto Regis jurata, sicut in hac clausula scriptum est: Sic dominus Rex præfens

Juramentum Pasch. Papæ Cardinal.

XX. Quæ Henricus promiserit.

XXI.

XXII.
Extorquetur privilegium a Papa de investituris.

XXIII.
Privilegium extortum a Pasch.

Jens observabit domino Papae Paschali presenti sine fraude & malo ingenio. Sic me Deus, & sacrosancta Evangelia adjuvent. Actum tertio Idus Aprilis tertia feria post octavas Paschae Indictionis quartae. Pergunt acta:

Restabat illa exactionis & extorsionis portio, ut de investitura permissione privilegium Imperatori scriberetur, ipso presente. Nec ipse igitur, neque ipsius Principes differri passi sunt ipsam scripturam, donec intra civitatem veniretur, ubi Pontificis sigillum remanserat. Die igitur altero, in eodem campo, qui Septem fratrum dicitur, dum castra moverent, dictari illud oportuit, & transmissio juxta pontem Salarium Tiberis fluvio, jam locatis castris, accitus ex Urbe Scribarius scriptum illud inter tenebras nocturnas exaravit, cui invitus licet Pontifex subscripsit, quod sic se habet:

Privilegium Paschalis Papae, quod fecit Imperatori Henrico de investituris Episcopatum, & Abbatiarum.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei charissimo filio Henrico Teutonico regi, & per Dei omnipotentis gratiam Romanorum Imperatori & Augusto salutem & Apostolicam benedictionem.

Regnum vestrum sanctae Ecclesiae singulariter adhaerere, dispositio divina constituit & praedecessores vestri probitatis & providentiae amplioris gratia Romanae Urbis coronam & Imperium consecuti sunt. Ad cujus videlicet coronae & Imperii dignitatem tuam quoque personam, fili charissime Henrice, per nostri sacerdotii ministerium Majestas divina provexit. Illam igitur dignitatis prerogativam, quam praedecessores nostri vestris praedecessoribus Catholicis Imperatoribus concesserunt, nos quoque tuae dilectioni concedimus, & presentis privilegii pagina confirmamus: Ut regni tui Episcopi, & Abbatibus libere praeter violentiam, & simoniam electis investituram virgae & anuli conferas: post institutionem vero canonice factam consecrationem accipiant ab Episcopo ad quem pertinuerit. Si quis autem a Clero & a populo praeter tuum assensum electus fuerit, nisi a te investitur, a nemine consecratur. Hanc Episcopi & Archiepiscopi libertatem habeant a te investitos Episcopos, & Abbates canonice conservandi. Praedecessores enim vestri Ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliaverunt, ut regnum ipsum, Episcoporum maxime & Abbatum praesidiis oporteat communiri, & populares dissensiones, quae in electionibus contingunt, regali oporteat maiestate compeisci. Quamobrem prudentia & potestati tuae cura debet sollicitius imminere, ut & Romanae Ecclesiae magnum, & ceterarum salus, praestante Do-

mino, regis beneficiis & servitiis conservetur. Si qua vero Ecclesiastica vel secularis potentia, aut persona hanc nostrae concessionis paginam contemnerit, contra eam temerario ausu venire tentaverit, anathematis vinculo innodetur, honoriisque ac dignitatis sua periculum patiat. Obsecrantes autem misericordia divina custodiat, & personam; ac maiestatem tuam feliciter imperare concedat. Haec tenus privilegium, jure dictum a pluribus privilegiis. Ad haec Petrus:

Porro (a) cum ibidem chartam ipsam Imperator accepisset, postquam tamen in Ecclesia beati Petri coronatus fuerat, eam de manu Pontificis, contra jus, voluntatem, omnemque consuetudinem suscipere voluit. Coronatur autem idem Imperator, portis omnibus Romanae Urbis, ne quis civium eo adveniret, obsecratis. Cumque in Missa ad hostiae confractionem venisset Papa, partem ipse sumens, reliquam Imperatori tradidit, dicens: Sicut pars ista vivifici corporis divisa est, ita divisus sit a regno Christi & Domini, qui pactum istud rumpere ac violare tentaverit. In Notis autem Massoni ad Ivonis epistolae haec ita scripta ex antiquo codice leguntur: Haec sunt verba, quae dixit dominus Apostolicus domino Imperatori Henrico in communionem Corporis & Sanguinis Christi die coronationis suae: Domne Imperator Henrice, Corpus Domini natum ex Maria Virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta Catholica tenet Ecclesia, datus tibi in confirmatione verae pacis & concordiae inter me & te. Amen. Anno Verbi incarnati millesimo centesimo undecimo hoc confirmatum est in basilica sancti Petri decimo sexto Kalendas Martii, regnante in caelis Domino nostro JESU CHRISTO cum Patre aeterno & Spiritu sancto. Amen. Haec tenus ibi. Adduntur ista ex Actis: Post consecrationem & coronationem, finitis Missae solemnitatibus, ipse statim Rex ad castra, ad campum egressus. Pontifex tunc tandem cum Episcopis & Cardinalibus liber in Urbem regressus, & Deum laudantis excipitur, ut vix circa Vesperas ad hospitium potuerit pervenire. Actum Idibus Aprilis, quinta feria post octavas Paschae, Indictionis quartae. Haec sicut passi sumus, & oculis nostris vidimus, mera veritate conscripsimus. Haec tenus de his ibi.

Ceterum redditis his ex sincerissimis Actis ab aliquo eorum qui interfuerunt, conscriptis: reliquum est, ut ad pleniorum tantae rei cognitionem, quae ab aliis ejusdem temporibus scriptoribus reperiantur asserta, his intexamus; velut illud memoria dignum, quod Otto Erlingensis sic scribit de constantia Conradi

XXIV.
(a) Act. i. p. 1. c. 42. Coronatio Imp. Henrici quarti.

* inferius diverfa.

XXV.
Conradi Archiep. constantia.

(a) Otto 1. 7. c. 14.

di Archiepiscopi, cum detestaretur vehementer ejusmodi Regis Henrici scelus (a) Videns hoc venerabilis Juvanensis Ecclesiae Archiepiscopus Conradus, qui cum Rege venerat, zelo aequitatis vicem Dei dolens, factum hoc improbat. Cui dum quidam ex ministris Regis Henricus cognomento Capus, evaginato gladio mortem interminaretur: tamquam pro justitia mori optans, jugulum praebuit, malens si minas ille ad effectum perducere voluisset, temporalem vitam finire, quam tanti periculi scelus dissimulare. Haec Otto.

In Actis sancti Gebhardi Juvanensis, sive Saltzburgerensis (idem est) Archiepiscopi, antiquitus scriptis ab Austrore ejus temporis haec de S. Conrado ejusdem Ecclesiae Archiepiscopo narrata leguntur, quae ab hoc anno, & eadem ex causa eum secuta sunt mala: Exinde odium Imperatoris, & ejus fautorum tu tantum incurrit, ut in ejus persecutione, sicut de beato quondam Arzbanasso legimus totum pene conjuraverat regnum, & commoti sunt Principes terre; nec ei ullus locus tutus supererat ad latendum, dum ad investigandum eum omnes moverentur. Infra valem Admuntensem in cujusdam Spelunca montis dimidium pene annum est occultatus. Rursus ejusdem infra monasterii cellulae ambitum in cellario subterraneo XVII. hebdomadibus latitavit. In cujusdam gurgite annis usque ad mentum immersus diem integram exegit. Inde clandestino discessu Saxoniam petens, a Magdeburgensi Archiepiscopo venerabili Adilgoz nomine officiosissime susceptus est & retentus; qui etiam, quotquot ad ipsum patrem nostrum Conradum Saltzburgerensem Episcopum occulte ob metum Caesareanorum pedes veniebant, multis muneribus honoratos equites remittebat. Miseratione deum divina, pace redintegrata Ecclesiae a Luitpoldo Styrensi Marchione in manu foris requisitus ad suam honorifice post novem annos reductus est sedem. Rursus Ecclesiae propriae strenue invigilavit, & inter ceteros ejusdem Saltzburgerensis Ecclesiae dignos per ipsum profectus majoris Ecclesiae clericorum vitam in melius informavit, & communem vitam Canonice S. Augustini ibi instituit. Anno Dominicae Incarnationis MCXXI. Et inferius de monasterio ab eodem Conrado erecto ipsum a Conone Cardinali Episcopo Praenestino consecratum fuisse tradit. Quod rursus ad eandem ab Henrico Imperatore excitatam persecutionem pertinet ejusdem temporis scriptor, idemque Notarius Imper. Gotfridus Viterbiensis inter temporis hujus Scriptores clarus descripsit omnia ista meto, historice tamen, non poetice, si Ann. Eccl. Tom. XVIII.

mulque attexuit, quibus se pars utraque in ejusmodi quae tunc versabantur disceptationibus tueretur rationibus: sic enim se habent: (b)

(b) Gotf. Vit. Chr. part. 17.

Papa caret manto, captus ab hoste suo.
Quaestio nunc oritur, cur carcere Papa tenetur?
Respondetur eis; Quia sustulit omnia Praesul, Abstulit Imperio pontificale decus. Nam bona Pontificum, quae vitantur ipse tenere.
Contulit Imperium, quae debeo Caesar habere;
Amodo qui teneat, Caesare dante feret. Anulus & baculus de nostro munere venit,
Undique Pontifices regnum sunt munere pleni,
Caesaris officium quomodo Papa gerit? Restulit Ecclesia: si quarimus aqua fieri,
Anulus & baculus numquam de Caesare venit,
Nam Deus Ecclesis coelitus ista dedit. Omnia quae Reges per tempora praesca dederunt,
Non modo sunt Regum, sed cui data jure fuerunt,
Nec Deus hoc patitur, nec tua jura ferunt.
Cum tua sit regni, tua sit custodia juris,
Carceribus nostris mala das exempla futuris,
In sanctum Domini dum feritate furis. Conditor es juris, qui spernere jura videris,
Jam neque jura Dei, neque regia jura vereris,
Ecclesiam crucias, qui cruciandus eris. Dedecus est, fontem juris confundere legem,
Et magis est, timidum, caelorum spernere Regem,
Cum sacra jura neget, tristia regna reges,
Cur laicus quarit tradi sibi munera caeli?
Ut Deus instituit, electio consona Cleri Judicio caeli libera semper erit.
Tu tua si repetis, repetes quae tu tribuisti,
Hac cum non dederis cur tollere proposuisti?
Tradere te decuit, tollere nulla mihi. Si quodcumque datur, ratio monet, ut repetatur,
Dus tua tollatur, nobis quoque nostras feratur,
Hoc ita si cupias quarimus esse ratum.
Imperium dedimus, tu pauca dedisse videris,
F f E g

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
12.HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.

Ex ope Pontificis Cæsar Romanus ha-
beris,
Vincula Pontifici qua ratione geris?
Quidquid agat Præful, quidquid sacra
turba fatetur,
Reddere cogetur, quod Cæsaris esse vi-
detur
Illud & in scriptis firmat uterque se-
cus.
Anulus & baculus, vel cætera quæ me-
morantur,
Cæsaris ad jussum penitus reddenda pa-
rantur,
Papaque Paschalis sic spoliatus abit.

Addit & his ista:

Curia Papalis contendit & Imperialis,
An sit inæqualis, vel debeat æquipa-
rari,
Partibus oppositis. Curia Regis ait:
Spiritus est Papa, carnis velamine clau-
sus,
Hunc quasi terrenum describere quis fo-
ret ausus?
Terrea cum superis qua paritate ge-
rit?
Est quoque par superis, cælum datur ore
tenere,
Qua ligat & solvit, qua regna videtur
habere,
Carnis in exilio spiritus astra tenet.
Pro Imperatore.
Cæsar lex viva stat regibus impera-
tiva,
Legeque sub viva sunt omnia jura da-
tiva,
Lex ea castigat, solvit, & ipsa li-
gat.
Conditor est legis, neque debet lege te-
neri,
Sed sibi complacuit sub lege libenter ha-
berī,
Quidquid ei placuit juris ad instar
erit.
Qui ligat ac solvit Deus, ipsam protu-
lit orbi,
Divisit regnum divina potentia secum,
Astra dedit superis, cætera cuncta
sibi.
Pro Ecclesia Romana.
Pars quoque Papalis sic obviat Impe-
riali,
Sic regnare damus, quod Petro subiici-
aris,
Jus etiam nobis Christus utrumque pa-
rit.
Spiritus & corpus mihi sunt subjecta po-
renter,
Corpore terrena teneo, cælestia mente,
Unde tenendo polum, solvo ligoque
solum.
Æthera pandere, cœlica tangere Pa-
pa videtur,
Nam dare, tollere, necere, solvere,
cuncta meretur,

Cui dedit omne decus lex nova, lex-
que vetus.
Anulus & baculus quamvis terrena pu-
tentur,
Sunt de jure poli, quæ significare vi-
dentur.
Respice jura Dei, mens tua cedat ei.
Reddit Apostolico Cæsar quæcumque
rogavit,
Pax bona conficitur, sublata Deo re-
paravit,
Jura suæ partis latus uterque trahit.

Sed hæc postea sub Callisto Papa. Cæte-
ra quæ subicit de Romano Concilio, suo
loco dicenda erunt.

Inter omnes hujus temporis Scriptores
tantum sacrilegium detestantes, unus il-
le plane ridendus Urspergensis Abbas,
qui nervis solutus profitende libere veri-
tatis, ob privatum erga Henricum Impe-
ratorem affectum, sacrilegium adeo im-
mane convertere nititur in pietatem,
comparans eundem Henricum Patriar-
chæ (a) Jacobi, quod sicut ille detinuit
Angelum, & non dimisit nisi benedic-
retur ab eo: ita iste Paschalem Papam te-
nuerit, & detinuerit sancte pieque, quo-
usque ab eo quam petebat benedictionem
acceperit. Addit vero, quod dum adhuc
Henricus Paschalem apud se retineret,
accepisse ab eo liberam facultatem sepe-
liendi in Ecclesia Henricum parentem
suum, parentandique more Catholico,
cum sacerdotes Germaniæ testati essent,
eum peccatorum suorum poenitentem clau-
sisse diem extremum. Quo obtento, ut
reversus est idem Imperator, sumptuo-
sissimo funere eundem patrem suum in
Ecclesia sepelivit. Hæc ipse, qui & ad-
dit: Nec multo post, Henricus Impera-
tor munificus liberalitate, tam spiritua-
li Papa suo Paschali, quam singulis ejus
Episcopis Cardinalibus, clericisque ma-
joribus ac minoribus dona tot tanta &
talia dispersit, ut absentibus omnino
memoratu incredibile sit. Quæ quidem
magis scandalum auxerunt, & ut in Pon-
tificem, & Cardinales linguarum jacula
majori impetu jactarentur, & in eum a-
crius invehentur adversarii, effecerunt,
ita plane vulnere gravi in capite acce-
pto Catholica ubique Ecclesia languet.
Tunc autem proxime juncta capiti mem-
bra, dum acriori dolore punguntur, ad
caput ipsum confricandum acrius conver-
tuntur; nam audi:

Ubi autem in Urbem Paschalis cum suis
reversus est, inventis ibi aliis sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ Cardinalibus, iidemque
valde improbantibus, quod Henrico Im-
peratori concesserat: contra vero ipso
cum cæteris Cardinalibus, qui cum ipso
captivi ducti fuerant excusante, quod
factum esset ob liberandam Urbem, at-
que

XXVI.
Sacri-
legium
Henrici
religione
fugatur.(a) Gen.
31.XXVIII.
Epistola
Paschal.
Pap. ad
Episc. i-
piti adver-
santes.

que universam Ecclesiam ab imminen-
tibus cladibus: ex mutuis altercationi-
bus quasi schisma conflatum est, cum
nollent isti acquiescere, atque ullo modo
consentire iis, quæ contra decreta Gre-
gorii Papæ Septimi, atque Urbani præ-
decessorum ipsius quovis respectu Pascha-
lis ipse tentasset. Quamobrem postmo-
dum seorsum absente Pontifice convenien-
tes in unum simul cum Joanne Cardina-
le Episcopo Tusculano, roborant atque
confirmant, quæ a dictis prædecessori-
bus Pontificibus contra laicorum inve-
stituras statuta pluribus Conciliis essent,
nihilque roboris obtinere decernunt,
quidquid adversus ea ab ipso Paschali,
& ipsi inherentes Cardinalibus quovis
prætextu actum fuisset. Paschalis autem
Papa, qui paulo ante ab Urbe recesserat
Campaniam quævis, ubi Tarracinam per-
venit, & quidquid ab eis tentatum in
Urbe esset, audisset: has ad eos litteras
dedit, quas inventas in eodem scripto
Vaticano codice post Acta superius re-
citata, hic describendas esse putavimus,
quæ sic se habent:

Paschalis Episcopus servus servorum
Dei, venerabilibus fratribus Joanni Tu-
sculano & Leoni Vercellensi Episcopis &
Cardinalibus in unum congregatis, con-
fortium & pacem in Christo.

Id quod in personam nostram, immo in
patrem vestrum, præter ipsius Ecclesiæ ju-
diciam atque presentiam vos egistis: est
vobis ex zelo Dei visum sit; non tamen,
ut mihi videtur, canonice tramite
incessistis. Non enim charitas, sed amu-
latio id dictasse perspicitur. Quocumque
tamen modo factum sit: nos tamen confisi
de misericordia divina, pro anima no-
stre salute cogitavimus, & commissum,
quod pro fratribus atque filiis, pro exci-
dio Urbis, & universæ provinciæ feci-
mus, emendare curabimus, ut quod * ter-
veni in me quoque correxisse, ostenda-
tur Ecclesiæ. Vos autem pro Ecclesia in
in Ecclesia agite, ut illum Ecclesiæ Dei
zelum quem habetis, & habere ostendi-
tis, ipsa experiatur Ecclesiæ. Valete in
Domino. Datum Tarracina tertio Nonas
Julii. Hæc Paschalis, scite quidem at-
que prudenter admodum occurrens schi-
smati, quod eo modo inchoari jam vi-
debatur. Sed non sedatur tumultus mi-
rum in modum concitatus.

XXIX.
Alterca-
tio inter
Bruno-
nem &
Paschal.
(a) Pet.
Diac. Cbr.
6. 1. 4.
44.
Iisdem enim ferme diebus, concertatio
illa habita est inter S. Brunonem Cassi-
nensem Abbatem Signinum Episcopum,
& eundem Paschalem Papam, quæ a Pe-
tro diacono ita describitur: (a) Præfa-
tus autem Abbas Bruno adjunctis sibi
Gaula Regino Episcopo, & Roberto *
Papiensi, aliisque Cardinalibus, memo-
rato Pontifici omnino imminerebat, ut pri-
vilegium quod Imperatori fecerat, rum-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
12.HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.

peret, eumque anathematis vinculo in-
nodaret. Hi autem, qui cum illo in vin-
culis fuerant, dicebant: Quod ante di-
ximus, dicimus, damnamusque quod an-
te damnavimus. Alii non modo non
damnabant, quæ contra Catholicam
Ecclesiam fuerant gesta, verum impu-
denter satis tueri nitentur. Igitur
dum hujusmodi dissensionibus Apostoli-
ca quateretur Ecclesiæ: relatum est Pon-
tifici, memoratum virum Brunonem il-
lius dissidii & scandali ducem atque si-
gniferum fuisse. Quod ubi Abbas Bruno
audivit, temporis opportunitate capta,
dixit ei: Inimici mei dicunt tibi,
quia non te diligo, & male de te oblo-
quor: sed mentiuntur. Ego enim sic te
diligo ut patrem ac dominum meum; ne-
minemque alium, te vivente, volo ha-
bere Pontificem, sicuti cum multis aliis
tibi promisi. Audio tamen Salvatorem
meum dicentem mihi: (b) Qui amat pa-
trem, aut matrem plus quam me, non est
me dignus. Unde & Apostolus: (c) Si
quis, inquit, non diligit Dominum JE-
SUM, anathema sit. Debeo igitur dili-
gere te; sed plus illum diligere debeo,
qui & te fecit, & me: huic enim tanto
amori nihil unquam præferendum est.
Fœdus autem illud adeo fœdum, tam vio-
lentum, tam cum prodicione factum, tam
omni pietati religionique contrarium ego
non laudo. Quis enim illud laudet, in quo
violatur fides, Ecclesiæ libertas amittitur,
sacerdotium tollitur, unicum & singulare
ostium Ecclesiæ clauditur, multa ostia ape-
riuntur, per quæ qui intrat, fur est & la-
tro? Habemus canones, habemus sancto-
rum Patrum constitutiones ab Apostolo-
rum temporibus ad te usque perductas. Via
regia incendendum est, neque ab ea in ali-
quam partem declinandum. Apostoli illos
omnes damnant, & a Fidelium communione
sejungunt, qui per secularem potestatem
Ecclesiam obtinent. Laici enim quantum-
libet religiosi sint, nullam tamen dispo-
nende Ecclesiæ facultatem sunt consecuti.
Hæc enim Apostolorum constitutio sancta
est, cui qui contradicit, Catholicus non
est; omnis autem qui hæresim tuetur,
hereticus est. Nemo hanc non esse hæresim,
dicere potest, quam sancta & Apostolica
Ecclesiæ in multis Conciliis hæresim no-
minat, & cum suis auctoribus damnat.
At ista quæ Petrus de mutua allocutione
Bruni sive Brunonis cum Paschale affir-
mat esse transacta, potius litteris, quam
ab eo præsentem tractata fuere, nam ipsæ
S. Brunonis totidem verbis ad Paschalem
datæ, eademque prolixiores extant lit-
teræ, una cum aliis ipsius litteris eo-
dem argumento tunc datis ad Episco-
pum Portuensem, quas ambas ex Cas-
sinenfi bibliotheca depromptas hic to-
tidem verbis reddere, & dicta repete-
re

(b) Mat.
10.
(c) 1. Cor.
13.

CHRISTI
IIII.

PASCHALIS II. PAP.
12.

HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.

re non pigebit, ut habeas eas sicut se habent:

XXX.
Brun. Ep.
ad Pasch.
Pap.

Paschali summo Pontifici Brunus peccator Episcopus B. Benedicti servus, quod tanto domino & Patri.

Inimici mei dicunt tibi quia te non diligo, & quia de te male loquor, sed mentiuntur. Ego enim sic te diligo, sicut patrem & dominum diligere debeo, & nullum alium, te vivente, Pontificem habere volo, sicut ego cum multis aliis tibi promisi. Audio tamen salvatorem meum mihi dicentem: Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Unde & Apostolus dicit: Si quis non diligit Dominum JESUM, sit anathema maranatha. Debeo igitur diligere te, sed plus diligere debeo illum qui te fecit, & me: huic enim tanto amori nihil unquam preferendum est. Fœdus autem illud tam fœdum, tam violentum, cum tanta prodicione factum, tam omni pietati & religioni contrarium ego non laudo. At vero neque tu, sicut pluribus referentibus audio. Quis enim illud laudare potest in quo fides violatur, Ecclesia libertatem amittit, sacerdotium tollitur, unicum & singulare ostium Ecclesie clauditur, aliaque multa ostia aperiantur, per que quicumque intrat, fur est & latro? Habemus canones, habemus sanctorum Patrum constitutiones a temporibus Apostolorum usque ad te. Via regia incidendum est, neque ab ea in aliquam partem declinandum. Constitutio tua, & constitutio Apostolorum una est, & ipsa quidem multum laudabilis. Apostoli enim omnes illos damnant, & a Fidelium communione segregant, quicumque per secularem potestatem Ecclesiam obtinent. Laici enim quamvis religiosi sint, nullam tamen disponendi Ecclesiam habent facultatem. Similiter & constitutio tua, que de Apostolico fonte manavit, omnes illos clericos damnat & a fidelium communione separat, quicumque de manu laici investituram suscipiunt, & quicumque eis manum imponunt. Hec namque constitutio Apostolorum & tua sancta est, Catholica est: cui quicumque contradicit, Catholicus non est. Illi enim sunt Catholici, qui Catholice Ecclesie Fidei & doctrine non contradicunt. Sicut e contra illi sunt hæretici, qui Catholice Fidei & doctrine obstinato animo contradicunt. Hanc igitur tuam & Apostolorum constitutionem, pater venerabilis, iterum confirma; hanc in tua Ecclesia, que omnium Ecclesiarum caput est, palam & cunctis audientibus prædica. Hanc hæresim, quam tu ipse hæresim esse sepe dixisti, Apostolica auctoritate damna; & mox videbis totam Ecclesiam tibi esse placatam; mox omnes videbis ad tuos pedes confluentes, & in magna lati-

tia sicut patri & domino obedientes. Miserere Ecclesie Dei, miserere sponse Christi, & per tuam prudentiam suam recuperet libertatem, quam modo per te amisisse videtur. Ego autem illam obligationem, & illud juramentum, de quo jam superius diximus, parvipendo, neque pro ejus violatione minus unquam tibi obediens ero. Sic hortatus eum rescindere quod per juramentum Henrico Imperatori promiserat. Ad Episcopum vero Portuensem sic scripsit:

XXXI.

P. venerabili Portuensi Episcopo Brunus peccator Episcopus B. Benedicti servus salutem.

Audivimus quod quidam de fratribus nostris non solum non damnant ea, que modo contra sanctam Ecclesiam facta sunt, verum etiam satis impudenter defendere conantur; omnis autem, qui hæresim defendit, hæreticus est. Nemo autem hanc non esse hæresim, dicere potest, quam sancta & Apostolica Ecclesia in multis Conciliis hæresim nominavit. Et illa quidem specialiter dicuntur esse hæreses, que in Conciliis judicata & damnatae sunt. Unde & Guibertus non immerito hæresarcha dictus est, simulque cum suis sequacibus damnatus & excommunicatus. Quicumque igitur Catholicam Ecclesiam relinquens ad partem Guiberti transierunt, & ejus impiam hæresim defendunt & tenent: eos hæreticos, excommunicatos, & Apostolicis vinculis ligatos esse, non dubium est. Qui vero excommunicati & ligati sunt; neque seipfos, neque alios vel solvere, vel ligare possunt. Hucusque epistola. Post hæc idem ipse hæc subiicit que sequuntur, his verbis: Has litteras misi ego Portuensi Episcopo, in quibus nullum alium hæreticum esse dixi, nisi eos tantum, qui hæresim defendunt & tenent, & eos quidem faciendos esse judicavi, etiam si affectu parentum & oculorum & manuum eos diligamus. Dictum namque fuerat nobis, quod illi, qui impit Regis prebensione capti fuerant, omnes præter paucissimos una & consona voce dicebant; quod prædicavimus prædicamus: quod damnavimus, damnamus. Eos autem qui hoc dicunt, quis dubitat non esse Catholicos? Hucusque S. Brunii epistola. Pergit vero Petrus diaconus:

XXXII.
Quid Paschalis in Bruno- nem Abbatem.

Talis allocutio inter Pontificem & Abbatem invidia & odii fomitem ministravit. Inter cetera vero, que tunc Pontifex in Abbatem Brunonem locutus est, ait: Nisi illum a monasterii administratione removero: ipse suis argumentis Ecclesie mihi regimen tollet. Quapropter eidem Bruno Abbati direxit epistolam, qua vetuit, ne ultra Episcopus simul esset atque Abbas: neque enim ultra ferre Apostolicam Sedem, Episcopum aliquem mo-

CHRISTI
IIII.

PASCHALIS II. PAP.
12.

HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.

monasterio præesse tam celebri. Fratribus etiam per Leonem Ostiensem Episcopum, & hujus cenobii monachum litteras misit, mandans, ne ipsi viro ulterius obedirent, sed secundum Deum regulariter sibi Abbatem eligerent: sin autem secus agerent, in omnibus monasterii cellis Abbatem ipse statueret. Pergit Petrus dicere de tumultu tunc oborto contra Brunum, alium in suum locum Abbatem subrogare studentem, monachis renitentibus: ad quos S. Brunus: Nolo, inquit, ut propter me inter vos & Romanum Pontificem scandalum oriatur, virgamque paschoralem super altare ponens: Accipite, inquit, virgam quam mihi tradidistis, absolutioneque Fratribus facta, ad Episcopatum suum rediit. Ubi in sancta conversatione usque ad Oderisii Secundi Abbatem tempora vivens, feliciter migravit ad Dominum pridie Kalendas Septembris. Sepultus est in civitate Signina in Ecclesia sancte Dei Genitricis & Virginis Mariæ: ad cujus memoriam hodie quoque Dominus miracula patrare dignatur, ipsius intervenientibus meritis. Hactenus Petrus.

Bruno S. habetur.

XXXIII.
Paschal. cum suum factum damnet ipse damnari recusat.

Cæterum quod ad Paschalem Pontificem spectat, sic comparatus erat, ut perperam a se factum excusaret potius, quam defendere, immo postea etiam condemnaret, quod anno sequenti (ut suo loco dicitur) in Synodo abundantius præstitit. Verum in eos (ut vidisti) constanter egit, qui sibi ejusmodi iudicium adversus Pontificem sumerent, cuiquam hactenus in Ecclesia inconcessum. Constat autem ipsum hoc anno, mox ut est regressus in Urbem, ad universum Catholicum orbem dedisse litteras de his, que gesta essent, quibus se excusaret, quod ad evitanda iminentia mala, & ad redimendam pacem Ecclesie ita cessisset ad tempus. Harum litterarum est mentio in Ivonis Episcopi Carnotensis epistola, redita ad Henricum Abbatem, qui ipsum de his antea consulisset, ex qua, quomodo ab eo accepta fuerunt ista perperam facta Paschalis, intelliges: sic se habet: (a)

(a) In ep. 135.
XXXIV.
Ivonis iudicium de Pasch. Pap.

Ivo Dei gratia Carnotensis Ecclesie minister Henrico Abbati Angeliacensis monasterii salutem, & mutuum orationum munus.

De investituris Ecclesiarum, quas laici faciunt, sententiam præcedentium Gregorii & Urbani, quantum in me est, laudo atque confirmo. Quicumque autem nomine talis pervasio proprie vocetur, eorum sententiam, qui investituram laicorum defendere volunt, schismaticam iudico. Nec ista contra domnum Papam dico, quia quibusdam litteris mihi scripsit, se coactum fecisse quod fecit, & adduc se prohibere quod prohibuit, quamvis qua-

dam nefanda quibusdam nefandis scripta permisit. Et quia (b) verenda patris debemus potius velare, quam nudare: familiaribus & charitatem redolentibus litteris admonendus mihi videtur, ut se iudicet, aut factum suum retrahat. Quod si fecerit, referamus Deo gratias, & gaudeat nobiscum omnis Ecclesia, que graviter languet, dum Caput ejus laborat tanta debilitatum molestia. Si autem in hoc languore insanabiliter agraaverit, non est nostrum iudicare de summo Pontifice. Habemus enim Evangelicam sententiam, que securos nos facit; (c) Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisæi. Quæ dicunt, servate & facite: secundum vero opera eorum nolite facere. Vult enim hæc sententia, præcepta præfidentium ad Cathedram pertinentia obedienter impleri (etiam si tales sint, quales erant Pharisæi,) non eos factiosa conspiratione a suis sedibus removeri. Si vero ea præcipiant, que sint contra doctrinam Evangelicam vel Apostolicam: ibi non esse eis obediendum, exemplo docemur Pauli Apostoli, (d) qui Petro sibi prælato non recte incedenti ad veritatem Evangelii, in faciem resistit, non tamen cum abiecit. Ubi enim succumbunt humana iudicia, divina est expetenda misericordia: quatenus inistorum conservata pace ramorum, & ipsi qui præcisi sunt, unitati Ecclesie studeant reformari, & inistorum ramorum societate latari: alioqui nec præcisi inflorescant, nec inserti fructificare aut florere in tanta turbium concussione permittentur. Hæc de profusa questione respondeo, majorum sententiis non præiudicans, que pacis Ecclesie consulam. Hæc Ivo, qui spiritu charitatis, que operit multitudinem peccatorum, capitis vulnere sic mederi laborat, ut si fieri possit, absque chirurgo ferro ipsum perfecta sanitas consequatur.

(b) Genesi 9.

(c) Matt. 23.

(d) Gal. 2.

Contra vero, alii zelo offensæ Ecclesie æstuantibus inflatum acriter capiti vulnus haud ejusmodi esse putarunt, ut leni olei possit unctione curari: cum præsertim res esset agenda adversus sacrilegum, furore flagrantem adolescentem Imperatorem, & alios Principes id ipsum cupientes; sed opus esse obrepente tubarum sacerdotalium clangore, ad martyrium convocare Fideles potius, quam tale probrum in Ecclesia tolerare. Fuit ex eis inter alios Joannes Archiepiscopus Lugdunensis Galliarum Primate agens, qui ad hoc omnium sibi subiectarum provinciarum Episcoporum convocandum putavit esse Concilium, ad quod inter alios eundem, qui supra, vocavit Ivonem, significans in eo tractandum esse de fide, atque laicorum investituris, sed litteris ipse se excusans, ire noluit, negans se ad hæc præstantia

XXXV.
De Pasch. inter Episc. altercation

CHRISTI IIII.

PASCHALIS II. PAP. 12.

HENRICI IV. IMP. 1. ALEXII COMN. IMP. 31.

teneri. Quibus de investituris per Paschalem Papam concessis, (a) ejusmodi disputationem intexit pro Paschali, ubi de jure primatus antea plura disseruisset, hæc subdens:

XXXVI. Ivo pro Paschali laborat. (b) 2. Ro. Quod Paschali Papa est detestatus quod fecit.

(c) Joan. 21. (c) trinam negationem trina confessione purgavit, & Apostolus mansit. Sic Marcellinus Papa deceptus a profanis, coram profano thurificavit; & tamen a fratribus minime judicatus, post paucos dies martyrio coronari promeruit. Sic Aaron (d) in eremo, moram faciente Moysè in monte, propter importabilem populi seditionem vitulum fusilem fieri permisit, quem populus insipiens adoravit, cum tamen non esset seductus a populo, ut Dominum esse crederet, vel divina cultura reverentiam ei exhiberet. Meruit tamen veniam tantus excessus, & Domino jubente, per manum Moysi ad summum sacerdotium sublimatus. Sic Moyses ipse, qui cum Domino loquebatur sicut ad amicum amicus, Dominum tamen offendit, cum propter murmur populi dicens: (e) Numquid poterit nobis eicere aquam de petra hac? dubitare coactus est, & aquam cum disceptatione a Domino postulare. Sic Doctor Gentium, qui in synagogis publice clamabat: (f) Circumcisio nihil est: & Christus nihil vobis proderit, si circumcidamini: propter scandalum Judæorum circumcidi permisit Timotheum, (g) ut hac condescensione Judæos lucrifaceret. Hæc infirma probabili necessitate, vel provida dispensatione passi sunt summi & sancti viri, Deo bene utente malis nostris: ut per hoc doceret eos se ipsos agnoscere quatenus discernent infirma sua sibi adscribere, & bona sibi collata ad Dei gratiam referre. Nec ad hoc ista scripta sunt, ut in exemplum videri ducantur, sed ut ex lapsu majorum discant timere minores, ne similes lapsus incurrant; & si forte ceciderint, summa celeritate resurgant.

XXXVII. Quod si Papa adhuc in Teutonicum Regem debitam severitatem non exercet: credimus, quia consulte differt secundum

quorundam Doctorum judicia, qui consulant quaedam admittenda pericula, ut possint vitari majora. Unde dicit Augustinus in tertio libro contra Parmenianum Donatistam: (b) Hoc sanitas observat Ecclesiæ, ut cum quisque fratrum, idest Christianorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur: fiat hoc abi periculum schismatis nullum est. Atque id cum ea dilectione fiat, de qua ipse Apostolus alibi præcipit, dicens: (i) Ut inimicum eum non existimetis, sed corripito in fratrem. Ubi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet, idest quando ita cujusque crimen notum est, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos profusus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere: non dormiat severitas disciplina. In qua tanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio charitatis. Tunc autem hoc sine labe pacis & unitatis, & sine labe frumentorum fieri potest, cum congregationis Ecclesiæ multitudo ab eo crimine, quod anathematizatur, aliena est. Nec enim potest esse salubris in multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat quam dolor & gemitus: ut per illud signum, quod Eszechiel (k) sancto revelatur illæsi evadere ab illorum vastatione mereantur. Si quis enim frater in aliquo ceteris dissimili crimine nominatur, & revera si contagio peccandi multitudinem invaserit, divina disciplina severa misericordia necessaria est. Nam consilia separationis & inania sunt & perniciofa, atque sacrilega, quia & impia & superba fiunt, & plus turbant infirmos bonos, quam corrigant animos malos.

Ad hæc non videtur nobis utile consilium, ad illa Concilia convenire, in quibus non possumus eas personas, contra quas agitur, condemnare vel judicare; quia nec nostro, nec ullius hominum probantur subjacere iudicio. Unde nos constat esse immunes, si facta eorum oris gladio ferire formidamus, cum ipse Mediator obedire eis præcipiat, eis tales sint, quales erant Pharisei, si ea que ad cathedram pertinent, recte præcipiant, ea vero que contra cathedram faciunt, minime faciant. Ex quibus omnibus hoc constare videtur, quatenus feminalia sacerdotalia pudendis supponamus, ne verenda nostra deridenda infidatoribus nostris exponamus, & unde querimus reformare Ecclesiæ fortitudinem, in majorem incurramus debilitatem. Hæc dicent

Excusat. Paschali. Quod Henric. non excommunicat. (b) Aug. contra Ep. Parmen. lib. 3. c. 2. (i) Thess. 3. (k) Ezech. 9.

CHRISTI IIII.

PASCHALIS II. PAP. 12.

HENRICI IV. IMP. 1. ALEXII COMN. IMP. 31.

res non instruimus prudentiam vestram, sed excusamus innocentiam nostram, quæ & principales Ecclesiæ claves nolumus potestate sua privare, quæcumque persona vices Petri habeat, nisi manifeste ab Evangelica veritate discedat. Hæc dicentes, non tollimus, quin possint quique Metropolitani Episcopus secundum jus antiquum convocare, provincialem Synodum, salva reverentia Romana Ecclesiæ celebrare. Quæ si ad præsens non potest satanam sternere sub pedibus suis, non obviabit tamen salubribus dispositionibus vestris, in quibus secundum quod in prætaxato libro legitur: Quisquis vel quod potest, arguenda corrigit, vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludit, in quibus salvo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat: hic est pacificus, & ab isto maledicto quod Scriptura dicit: (a) Væ his qui dicunt, quod nequam, bonum est, & quod bonum est, nequam; qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem; qui ponunt quod amarum est, dulce, & quod est dulce, amarum: omnino liber, profusus securus, penitus alienus. His Catholicorum Patrum terminis contenti, quæ possumus secundum decreta Patrum, salvo charitatis vinculo, corrigere volumus; quæ autem corrigere non possumus, usque ad messem, si necesse sit, Domino docente, tolerare decrevimus.

XXXIX. Pactum Paschalis Pap. Ivo excusat & probat. His verbis excusatos nos credimus, quod a laceratione domini Papa linguarum nostras reprimimus, & si quid contra sententiam suam, suorumque prædecessorum de remissis Germanico Regi investituris fecisse videtur, filiali charitate excusamus. Non enim pravariicator est legis, qui delinquit in legem aliqua salente surreptione, vel impellente necessitate; sed qui legem impugnat studiose, & delictum suum non curat agnoscere. Unde hunc excessum ejus non tantum non accusamus, sed dictante ratione approbamus, si imminente strage populi, paterna charitate, cum nonnullo vulnere suo se tantis periculis voluit obicere, ut majoribus morbis posset sincera charitate subvenire. Nec ipse primus, nec solus factus est dispensator Dominicorum præceptorum, quia mediator Dei & hominum, cujus vita in terris disciplina fuit morum, primo præcepit Discipulis, ut non ferrent sacculum, neque peram, quia tunc urgebat nulla necessitas. Imminente vero tempore passionis suæ, sciens eos penuriam panis passuros cum transirent de loco in locum, temperavit præceptum, datus eis licentiam ut ferrent peram, & sacculum, non jam imperans cupiditati, sed indulgens necessitati. Ita cum hæreses diversæ generis pullularent

per diversas partes mundi, ut Catholici territi severitate sententiæ hæreticorum seductiones caverent, severissime præceptum est, ut revertentes ab hæresi, vel clerici non fierent, vel clerici non manerent. Pro cuius rigore decreti cum Ecclesiæ maxima damna pateretur, prudens discretio religiosorum voluit, & docuit mutandam esse sententiam; & ab hæresi revertentes, & Catholicam unitatem proficientes fraterne suscepit, & in honoribus suis manere concessit: judicans melius esse, ut fieret aliquod vulnus in cortice matris arboris, quod charitas sanaret, quam Ecclesiæ de omnibus quos posset sua membra non colligeret.

Postremo, quod quidam investituram hæresim vocant, cum hæresis non sit, nisi error in fide. Sicut enim fides cordis est ad iustitiam, oris autem confessio ad salutem: ita hæresis error est ad impietatem, professio vera ejusdem erroris est ad perniciem. Et fides & error ex corde procedunt. Investitura vero illa de qua tantus est motus in solis est manibus dantis & accipientis, quæ bona & mala agere possunt, credere vel errare in Fide non possunt. Ad hæc si investitura hæc hæresis esset, ei renuntians sine vulnere ad eam redire non posset. Videmus autem in partibus Germaniarum & Galliarum, multas honestas personas purgato isto novo per quamlibet satisfactionem, pastorales virgas reddidisse, & per manum Apostolicam refusatas investituras receperisse. Quod summi Pontifices minime fecissent, si in tali investitura hæresim & peccatum in Spiritum sanctum latere cognovissent. Cum ergo ea, quæ æternæ lege sancita non sunt, sed pro honestate & utilitate Ecclesiæ instituta vel prohibita, pro eadem occasione ad tempus remittuntur, pro qua inventa sunt: non est institutorum damnosa pravariatio, sed laudabilis & saluberrima dispensatio. Quod cum multi minus studiosi minime attendant, ante tempus judicant, spiritus mobilis, & spiritus immobilis non intelligentes differentiam. Si quis vero laicus ad hanc prorumpit infantiam, ut in donatione & acceptione virgæ putet se tribuere posse sacramentum, vel rem sacramenti Ecclesiastici: illum profusus iudicamus hæreticum, non propter manualet investituram, sed propter presumptionem diabolicam. Si vero congrua volumus rebus nomina dare: possumus dicere, quod manualis illa investitura per laicos facta, alieni juris est pervasio, sacrilega præsumptio, quæ pro libertate Ecclesiæ & honestate, salvo pacis vinculo, si fieri potest, funditus abscindenda est. Ubi ergo sine schismate auferri non potest, cum discretæ reclamatione differatur. Nihil enim tali pervasione demitur sacramentis Ecclesiæ.

XL. Actus investendi hæresis dici non debet.

* obtinere peras.

CHRISTI
III.

PASCHALIS II. PAP.
12.

HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.

fiasticis, quo minus sancta sint; quia apud quoscumque sunt, ipsa sunt, sive apud eos qui intus, sive apud eos qui foris sunt. Hæc scripsimus dilectioni vestræ, parati refelli sine contumacia, si melius his quæ scripsimus nos docuerit prudentia vestra, quod minus sit scriptura canonica. Hactenus Ivo ad Lugdunensem Archiepiscopum, qui ad eum rescribens, asserta ab illo multa refellit, & omittamus ea quæ ad jura Primatum spectant in sibi subditos Episcopos ad Concilium convocandos: de his quæ Ivo dixerat, Reges non posse ab Episcopis condemnari vel judicari, ita rescribit dicens: (a)

(a) Apud Ivo ep. 239. XLII. Reges & Imperat. ab Episc. judicandi

Quod si Reges, aut Imperatores a pontificali iudicio eximere tentaveris: recurrere ad Magnum Imp. Constantinum, qui in Nicæno Concilio, præsentem Papam Silvestro, per Legatos huiusmodi verba legitur habuisse: Vos, inquit, Episcopi a solo Domino iudicandi estis. Non ait: Ego & vos a solo Domino iudicandi sumus. Cum enim solos excludit Episcopos: se proculdubio, & omnes Reges Ecclesiastico subdit iudicio. Numquid culpas factum clarissimi doctoris Ambrosii, qui Theodosium Imp. ob suam culpam excommunicavit? Numquid incusatus Gregorium Septimum, qui Regem Henricum ob sua scelerata damnavit? Addidisti, te vereri, ne forte patris nostri pudenda in colloquio nostro revelarentur, timuisti certe, ubi non erat timor. Malumus enim absque dubio cum pietate verecundorum florum benedici, quam cum inverecundia irreverentis filii maledici. Atque utinam ipse pater pudenda (ut dicis) ista pro voluntate nostra contegi pateretur? Causatus es præterea periculosa tempora; causatus es adversaria partis robor, ac multitudinem; causatus es nostræ partis debilitatem ac paucitatem. Et profecto quanto periculosa sunt tempora, tanto forius servus Dei est amittendum, ne cum abundante iniquitate refrigescat caritas multorum, refrigescat & paucorum. Nonne recordaris, quod paucis Discipulis Christus dixerit: (b) Confidite, inquit, ego vici mundum? Si ergo doces diffidendum: victoriam mundi prædicas, & Christi victoriam prosterne. Novum & inauditum philosophandi genus, hortari contra fortes timidos, contra importunos desides, fieri in bello fugaces, in pace vero audaces, in periculo securos, in securitate providos. Detestabilis magister navis, qui in tranquilla serenitate artis suæ fastigium exercet, in tempestate vero clavum & cætera arma remittit. Ne verearis, frater, bonum semen seminavit Christus in agro suo: noli superseminare zizania, quæ ultro crescunt, & bonum semen suffocant nituntur. Multiplicatur numerus maglo-

(b) Joa. 16.

rum, abundant filii dissidentia; sed potens est Christus suos confortare, & adversarios prosterne. Quid enim ait Apostolus? (c) Omnia enim possum in eo qui me confortat. Numquid in eo solo erat Christus? Numquid in eo solo omnia poterat? Credimus, & confitemur, quia in omnibus & singulis Fidelibus omnia potest: Ecce ego, inquit, (d) vobiscum sum omnibus diebus.

(c) Phil. 4.

(d) Matt. 28.

Quod autem eos arguis, qui investituras Ecclesiasticarum dignitatum per laicos factas inter hæreses computant: non satis efficaciter facere videris. Quamvis enim sicut Catholica Fides in corde, ita & hæreticus error in corde maneat: tamen sicut ex Catholicis operibus Catholicum sentimus: ita ex hæreticis operibus hæreticum cognoscimus. A fructibus enim eorum (inquit Dominus e) cognoscis eos; & unaquæque arbor ex fructu suo cognoscitur. Et licet exteriores investituras per laicos factas non satis propria hæresis nomine censeamus: sentire tamen, ac defendere, fieri debere, indubitata hæresis est. In his resolvitur omnis quæstio, quando in hoc peccasse, hæresis sit, cum videlicet, investituras a laicis jure dari, ut dogma defenditur; quo sensu reperiuntur esse locuti sancti Pontifices, & alii, qui eam opinionem, hæresim esse dixerunt, & hæreticos dici debere, qui eam essent secuti sententiam. At huic assertioni Paschalis cum semper, ut vidimus, fuerit adversatus: procul abest, ut hæreticus dici potuerit, quamvis investituras ex causa concesserit. Sed de his rursus inferius.

XLII. Investituras laicorum defendere velle hæretis est.

(e) Mat. 7.

XLIII.

Ex his plane satis apparet, quod sicut Romæ, ita & in provinciis altercatum, aliis pro Paschali Papa in excusationem ipsius laborantibus, aliis ex adverso surgentibus non tam in Paschalem Pontificem, qui idem ipse, ut vidisti, est detestatus quod fecerat, & paratum se emendare, ad diversos jam (ut audisti ex Ivone) Episcopos scripserat; quam adversus Regem Henricum, quem excommunicandum esse, clamarent. Quod tamen anno sequenti in diversis provinciis esse factum in diversis Conciliis, suo loco dicetur. Porro quod ad Ivonem spectat, ipsum acquievisse scriptis a Joanne Archiepiscopo Lugdunensi, inde sumimus argumentum, quod cum in fine suæ epistolæ Joannes ista posuerit: Hæc tue dilectioni sub brevitate rescripsimus, adversus quæ si quid parare volueris sive cominus sive eminus, audire & respondere parati sumus. Ipse nihil respondisse reperitur: immo (quod in aliis hactenus non fecisset) adversarii epistolam perire nolens, cum suis consuit, ut cum eis perpetuo servaretur, iudicans illam dignam memoria sempiterna.

Por-

CHRISTI
III.

PASCHALIS II. PAP.
12.

HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.

XLIV. Porro languescente capite, nequaquam pariter cum eo infirmata sunt omnia simul membra, sed mirum in modum adversus proditorem & sacrilegum Principem insurrexere, ipsi Legati potissimum, qui in diversis provinciis vice Pontificis munere legationis Sedis Apostolicæ fungebantur. Inter quos sicut Romæ Joannis Cardinalis Episcopi Tusculani (ut vidisti) virtus enituit, ita in Oriente Cononis sive Canonis Cardinalis Episcopi Prænestini legatione fungentis ingens animi fortitudo pluribus exemplis est declarata. Qui ubi Hierosolymis existens hæc audivit, nulla interposita mora, collecto ibi hoc anno Concilio, Henricum ut impium, dixit, facilemque tyrannum anathemate condemnavit: moxque advocans in Occidentem, eodemque legationis munere Græciam, Borealesque lustrans circumquaque provincias, in singulis, collecta Synodo, ubique eundem Henricum anathemate percussit. Constant hæc ipsa ex Actis ultimi sub Paschale celebrati (a) Concilii Lateranensis, ubi ista leguntur: Ex dominus Prænestinus consequenter subjunxit, qualiter pro sedis illius legatione Hierosolymis audierit Regem Henricum post sacramenta, obsides, & oscula, in ipsa B. Petri Ecclesia dominum Papam tenuisse captum, indignè tractatum, potiora Ecclesie membra, Cardinales videlicet exutos, tractos, & male tractatos: nobiles quoque Romanos occisos & captivos, & populorum stragem factam, & audens ingemuerit, & pro huiusmodi facinoribus Ecclesie Hierosolymitanæ consilio, zelo Dei animatus, ex-

Conon Episc. Card. legatus damnat Henric. ubique.

(a) Urs. an. Dom. 1116.

PAGIUS VIII. Moritur Boamundus Antiochie Princeps.

Ad num. XLV. Boamundi Antiochiæ Principis mortem Baronius accurate hoc anno consignat, & Ducangius in Notis ad lib. XIV. Histo. Annæ Comnenæ perperam contendit, eam uno aut altero ante præsentem anno accidisse. Hæc de Boamundo Ordericus lib. IX. Anno ab Incarnat. Dom. MCXI. indist. IV. Marcus Boamundus post multos agones & triumphos in nomine Jesu Antiochia obiit, ubi tamen in loco mortis fallitur. Eum enim in Apulia demortuum certissimum, idque anno currenti, ut etiam produnt Albertus Aquensis lib. XI. cap. 48. Chronographus Malleacensis, ac Falco Beneventanus, qui extinctum tradit mense Februarii anni Christi MCX. indist. IV. Falconem citat Ducangius, & observat solemnè esse

NOTÆ

[1] SI Boamundus eodem mense ac Rogerius frater ejus obiit, recte utique Ducangius arbitratus fuit principem illum mense Februarii decessisse. Anonymus enim Beneventanus a Muratorio Antiquit. Ital. tom. 1. col. 262. vulgatus, qui a Martio annum auspiciatur, ad annum MCX. notat: Obiit Robertus Dux (lege Rogerius) VIII. Kal. Martii, & Boamundus frater ejus. Quin & certa dies obitus Boamundi eruitur ex anonymo auctore chronici Cavenfis, qui per hæc tempora scribebat, quamquam ejus Opus recentior alter usque ad annum 1123. continuavit, ut patet ex iis quæ leguntur ad annum 1120; ita enim ibi res hujus anni claudit: Gratias Deo & B. M. B. Michaeli Arcangelo &c. Amen. Is ergo Author scribit ad annum 1010. Eodem mense (Februarii) Rogerius Dux obiit, & Boamundus postea obiit 8. die. Ex his constare arbitror Boamundum initio Martii decessisse. MANSÉ

communicationis sententiam in Regem distulit, & eandem in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, in quinque Conciliis, consilio prædictarum Ecclesiarum renovando confirmavit, &c. Quæ omnia voluit per eundem Paschalem Pontificem in dicto Lateranensi Concilio confirmari, de quo suo loco distursumus. Summam itaque in tanto naufragio Romanæ Ecclesiæ ex sacerdotali constantia Conon sibi gloriam comparavit, laudemque peperit immortalem. Ita Deo mirabili modo operante, ut quod deficit in capite robor, in coherentibus membris magis ac magis accreverit ad alligandum perfidum Regem in compedibus anathematis, & nobiles ejus in maledictionibus sempiternis, ut anno sequenti diceretur.

Quod autem superius obiter facta est mentio obitus Boamundi Principis laudatissimi, in his præsertim quæ spectant ad militarem fortitudinem; non pertranseat is absque memoria antiquæ laudis ejus monumentis perpetuis consignatæ. Vetus etiam Chronicon Romualdi Archiepiscopi Salernitani, eodem anno ejus recenset obitum. Petrus (b) diaconus quoque sub iisdem Paschalis Papæ pressuris Boamundum diem obiisse testatur. Sepultus fuit Canus in Apulia, in Ecclesia S. Sabini; ad cujus sepulcrum ejusmodi hactenus inscriptiones in tabulis æreis leguntur, ut ferebant pedestres mæstæ hujus temporis infelicis:

XLV. Boamundi obitus tempus.

(b) Petr. diac. Chr. Cass. l. 4. c. 11.

Magnanimus Syria jacet hoc sub tegmine Princeps,

G g Quo

huic Scriptori annos Christi a mense Martio auspiciari, ideoque existimare eum vita functum mense Februarii anni Dionysiani MCXI. [1] Cæterum quantum v. r. fuerit Boamundus, vel ex his Annæ Comnenæ lib. XIII. verbis intelligi potest: Hic talis ac tantus fuit: ut uni omnium, qui tunc erant hominum, Imperatori Alexio secundus; uni duntaxat illi fortuna, vi dicendi, consilio, ceteris ut natura dotibus esset inferior; plano invictissimus futurus, nisi eum atas sua, verumque ac spei rationes cum Patre meo commisissent. Eum hoc anno vitam cum morte commutasse testatur etiam Petrus Diaconus lib. 4. cap. 42. cujus verba Baronius num. XV. refert: Ea perturbatione durante, inquit hic Auctor, Rogerius Dux cum Boamundo

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
12.HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.Boamun-
di Princi-
pis An-
tiochia
epitaphia

Quo nullas melior nascetur in orbe de-
inceps.
Græcia victa quater, pars maxima Par-
thia mundi
Ingenium & vires sensere diu Boamun-
di.
Hic acie in dena vicis virtutis babe-
na,
Agmina millena, quod & urbs sapit
Antiochena.

In januis autem æreis ista :

Unde boat mundus, quanti fuerit Boa-
mundus
Græcia restatur, Syria dinumerat.
Hanc expugnavit, illam protexit ab
hoste,
Hinc ridet Græci, Syria damna-
tua.
Quod Græcus ridet, quod Syrus lu-
get, uterque
Iuste vera tibi sit Boamunde sa-
lus.

Ex alio latere :

Vicit opes Regum Boamundus, opesque
potentum.
Et meruit dici nomine, jure suo.
Intonuit terris, cui non succumberet
orbis ?
Non hominem possum dicere, nolo
Deum.
Qui vivens studuit, ut pro Christo
moreretur,
Promeruit quod ei morienti vita da-
retur.

Rursum utrimque distichon :

Hoc ergo Christi clementia conferat
isti,

PAGIUS

IX.
Floret
Rupertus
Abbas
Tuitien-
sis.

do fratre defungitur. Rogerius Dux erat A-
pulæ, cui in Principatum successit Guillel-
mus filius, Boamundo vero in Principatum
Antiochiæ Tancredus nepos Dux etiam cele-
berrimus. Erant Rogerius & Boamundus filii
Roberti Guiscardi, de quo sæpe a nobis sermo
habitus.

Ad num. XLVII. & seqq. Florebat hoc tem-
pore Rupertus Abbas monasterii Tuitiensis,
in opposito civitatis Colonienfis juxta Rhe-
num, quod alias diximus a sancto Heriberto
Colonienfi Archiep. constructum. Fuerat antea
Monachus cœnobii sancti Laurentii in publico
Monte Leodii, de quo Renerus ejusdem mona-
sterii Monachus lib. de Viris Illustribus sui cœ-
nobii. Multa Opera tam in juventute, quam
jam ætate provecior in lucem emisit, inter
quæ libros XII. de Divinis Officiis, quos ejus
genuinum factum esse male a quibusdam nega-
tum, uti demonstrat Gerberonius in Apologia
pro Ruperto. Eum in gravissimum errorem circa
Eucharistiæ Sacramentum impigisse putarunt
Baronius num. XLIX. Bellarminus lib. de.

Militer ut cælis suis hic athleta fi-
delis.

Ex alia parte :

Intraus cerne fores, videas quid scri-
bitur, ores
Ut cælo deur Boamundus, ibique
locetur.

Deorsum vero :

Melfæ Campan. Rogerius fecit has ja-
nuas & candelabrum. At de Boamundo
hactenus, cui successit filius iridem Boa-
mundus nuncupatus, sed non ita felix,
sicut nec fortis : de quo consule Wil-
helmum Tyrium.

Hoc eodem anno (quod ad res O-
rientales spectat) vigesimatertia mensis
Aprilis Berythus capitur a Balduino. In
fine vero ejusdem anni, nempe decima-
nona mensis Decembris, Sidon adjumen-
to Danorum & Norvegiæ Regis classis
ab eodem Rege Balduino capitur. Qua
capta Dani cum focis victores ad pro-
pria reversi sunt. Hæc autem Tyrus
(a) pluribus narrat.

Demum vero claudamus præsentem
annum egregio & probe testato divino
miraculo, ab ejusdem temporis Scri-
ptore in lucem prodito. Hoc nempe an-
no quid mirandum acciderit in Leodien-
si monasterio, Rupertus Abbas Tuitien-
sis fama celebris ita narrat in commen-
tario, quem tunc scribebat de Divinis
officiis, istis verbis : (b) Sed ecce, in-
quit, dum hæc scribimus, jucundo per
quemdam Fratrem nostrum gratia resur-
gentis nobis aridet miraculo. Testor il-
lam beatam ac deliciosam noctem, in qua
Christus ab inferis victor ascendit, me
nihil super hoc mentiri ; nisi ille tam
sacrilegus sit, ut de ejusmodi re quid-
piam

Script. Ecclesiast. aliique utrumque fecuti, quod
scilicet unionem hypostaticam panis & vini
Eucharistici cum Verbo admiserit, cui opinio-
ni ipsemet locum dedit darioibus & subobscuris
suis locutionibus ; adeo ut hæretici cum
inter suos connumerent. Verum immerito ; cum
in Epistola Dedicatoria libris illis præfixa cla-
re Berengarianam hæresim impagnet, suamque
mentem Catholicæ fidei conformem explicet.
Legendus Gerberonius loco citato, & Natalis
Alexander part. I. Sæc. XI. & XII. Obiit Ru-
pertus anno MCXXXV. Porro Renerus hoc
ipso tempore vivebat, scripsitque etiam Gesta
S. Lamberti Episcopi Leodienfis, quæ extant
apud Chapeavillam Tom. I.

In Hispania dissensiones inter Alphonsum Re-
gem, & Urracam conjugem in apertum hoc
anno erupere. Sandovalius fol. 120. & seqq.
Chartas varias laudat, quibus liquet Urracam
anno superiori adhuc cum Alphonso marito fuisse,
uti Privilegium in favorem monasterii san-
ctæ Mariæ de Balvanera, emissum era MCXLVIII.
una cum conjugæ Urraca nomine strenuissimo Re-
ge.

XLVI.
Berythus
& Sidon
captæ.(a) Voill.
Tyr. de
bell. sac.
l. III. c.
13. & 14.

XLVII.

(b) Ruper.
Abb. de
Divin. of.
l. 8. c. 4.

X.

Initium
dissidii
Alphon-
sum inter
Regem &
Urracam
uxorem e-
ge.CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
12.HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMN. IMP. 31.

piam fingere ausus fuerit, quod vita e-
jus, vel propositum omnino prohibet vel
suspiciari. Fratris tamen ejusdem nomen
tacebitur, quoniam & hoc obnixè preca-
tur. Nam factum quidem lucere coram
hominibus cupit, ut glorificetur Pater
qui est in cælis ; se autem videri non
vult, nec suis reputari meritis miracu-
lum, cuius sola Dei gratia (quo judicio
nescimus) operatrix est. Res hujusmodi
est.

XLVIII. Hoc sancto Pasche sabbatho, quo ce-
reo (de cuius quoque præconis superi-
tudine re-
surrectio-
nis mira-
culum.

De certis
surrectio-
nis mira-
culum.

Hoc sancto Pasche sabbatho, quo ce-
reo (de cuius quoque præconis superi-
tudine re-
surrectio-
nis mira-
culum.

Hoc sancto Pasche sabbatho, quo ce-
reo (de cuius quoque præconis superi-
tudine re-
surrectio-
nis mira-
culum.

Hoc sancto Pasche sabbatho, quo ce-
reo (de cuius quoque præconis superi-
tudine re-
surrectio-
nis mira-
culum.

Sic potuit clauso Christus prodire se-
pulcro.

Siquidem hæc (ut ipse referens testatur est)
adoratio mentem ejus persæpe subibat,
quomodo verum Domini corpus (unde ipse
nullatenus dubitabat) clauso resurgere
monumento, clausis potuit januis ingredi
ad Discipulos. Mox ergo illi ad memo-
riam simile illud rediit, quod Augusti-
nus refert in libro de Civitate Dei fa-
ctum per quamdam Petroniam clarissimam
feminam, quæ mirabiliter ex magno atque
dutinò, in quo medicorum adjutoria cun-
ctâ defecerant, dolore sanata est. Hæc a
quodam Judeo dixit sibi fuisse persuasum,
ut anulum capillitio vinculo insereret,
quo sub omni veste ad nuda corporis cin-
geretur, qui anulus haberet sub gemma
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

ge Adelfonso suo existente genitore : mihi quo-
que quodammodo juncta consanguinitate, a Py-
renæis montibus usque ad refluxus Oceani Re-
gali auctoritate dominantibus. Eo etiam Chri-
sti anno era MCXLVIII. Urraca dte XXVI.
Decembris sancto Stephano Protomartyri fa-

lapidem in renibus inventum bovis. Hoc
alligato quasi remedio, ad sancti marty-
ris Stephani limina veniebat. Sed pro-
fecta a Carthagine, cum in confinio flu-
minis Bagradæ in sua possessione mansi-
set : surgens ut iter perageret, ante pe-
des suos illum jacentem anulum vidit,
& capillitiam zonam, qua fuerat alliga-
tus, mirata tentavit. Quam cum omni-
no suis nodis firmissimis, sicut erat, com-
perisset astrictam, crepuisse atque exili-
visse suspicata est. Qui etiam ipse cum
integerrimus fuisset inventus : futura sa-
lutis quodammodo pignus de tanto mira-
culo se accepisse præsumpsit, atque illud
vinculum solvens simul cum eodem anulo
projecit in flumen. Non credant hoc (in-
quit idem Augustinus) qui etiam Domi-
num JESUM per integræ virginialia ma-
tris enixum, & ad Discipulos clausis ostiis
fuisse ingressum non credunt.

Comparentur nunc duo hæc tam insignia
divinæ pietatis miracula, recens hoc, quod
hominem cingulum renium ejus firmiter ob-
strictum & indissolutum transiit & exi-
luit ; & illud antiquius, quod zona in-
sertus, nodo integro persistente erupit
anulus. Nescio quid mirer amplius, nisi
quod hic pariter (ut supra dictum est)
vox divinitus audita est :

Sic potuit clauso Christus prodire se-
pulcro.

Hoc igitur, ubi accepi (mane quippe,
ubi primum loquendi copia fuit, duobus
tantum Fratribus, quorum unus exiti,
attonitus adhuc Frater ille rem gestam re-
tulit, obnixè postulans, ut creditum no-
bis secretum nunquam cum suo nomine
proderemus :) ubi, inquam, hoc accepi,
tamquam meis maxime oblatum a Deo u-
sibus miraculum, lætus arripui. Siqui-
dem eadem nocte & eadem paululum an-
te horam qua illud accidit, supradictam
similitudinem ruminare cœperam, scilicet
quod hi qui fidei Resurrectionis detra-
hant, & ideo non veram carnis naturam
credunt resurrectionem, quia Dominus
clauso sepulcro surrexit, vel quia clausis
ad Discipulos ingressus est januis ; simi-
les sunt illis, qui terræ, quam inspec-
tant, detraxerunt apud filios Israel,
dicentes : Terra quam lastravimus, de-
vorat habitatores suos. Non igitur im-
portune longior nunc trahitur sermo de
Resurrectionis gloria, &c. Hæc Ru-
pertus Abbas, tunc monachus sub Be-
rengero sive Berengario Abbate in mo-
na.

XLIX.

Rupertii
lucubra-
tiones.

Gg 2

In-

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
12.HENRICI IV. IMP. I.
ALEXII COMM. IMP. 31.

nafterio S. Laurentii in monte Leodii constituto, ut ipse testatur in epistola nuncupatoria ad Cunonem Abbatem Sigeburgensem, ante commentarium in Genesim posita, qui Berengario moriente Abbate ab eodem commendatus fuit eidem Cunoni, cujus præfecturæ anno duodecimo, quem notat fuisse annum Redemptoris millesimum centesimum decimum septimum cum Indictione decima, suos cepit a se scriptos edere commentarios, sub ejus vivens patrocinio a persecutione falsorum Fratrum invidia tabescens. Felix progressus, sed non inoffensus penitus pede: nam in errorem illum impedit incaute, quo asseruit in sacratiffi-

PAGIUS Instrumento Ecclesiæ Vallisoletanæ, ubi Bernardus dicitur Archiepiscopus Toletanus, Urraca Regina Legionis, Petrus Trava Comes

mo (a) Eucharistiæ sacramento ita ineffe vere ipsum integrum corpus & sanguinem Christi, ut tamen substantia ipsa panis & vini etiam integra remaneret. Qui error damnatus est in Concilio Lateranensi sub Innocentio Papa Quarto. Porro quod spectat ad lucubrations ipsius, numerat ipse eas in epistola nuncupatoria ad eundem Cunonem jam creatum Episcopum Ratisponensem, conscripta ultimo loco, cum primitias laboris sui diutius apud se retentas eidem dedicat libros hoc anno scriptos de Divinis officiis. At hæc de Ruperto ad institutum fati.

Se-

Gallæciæ Præfectus & Gomefius Castellæ. Petrus autem Alphonfi Infantis gubernator erat.

JESU CHRISTI
ANNUS
1112.PASCHALIS II. PAP.
ANNUS
13.HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMMENI IMP. 32.I.
Indicatur
Lateranense
Concil.

Sequitur annus Redemptoris millesimus centesimus duodecimus, Indictione quinta, quo Paschalis Papa ad instaurandum grave damnum illatum Ecclesiæ, scandalumque curandum quod intulisset ubique Fidelibus, ac denique ad restituendam sanctam Ecclesiam in pristinam libertatem, Apostolicis indictum litteris generale Concilium in Laterano celebrandum habuit. De occasione autem hujus indicendi Concilii sic Urspergensis hoc anno: *Et tempore dominus Apostolicus multas a Romana Ecclesia passus est injurias, obiciantibus ei adversariis, quod contra instituta totius Ecclesiæ disciplina Regem Henricum tyrannum, Respublicæ vastatorem, & Ecclesiarum destructorem Imperiali benedictione sublimasset, insuper privilegio sacrilego condonasset. Inde coactus est in Concilio decimoquinto Kalendas Aprilis habito Laterani in Ecclesia Constantiana, ultima die Concilii, facta coram omnibus professione Catholice Fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret, dixit: Amplector, &c. De his acturi, in primis, quod ad tempus spectat, corrigendi sunt codices illi, qui habent idem Concilium habitum anno sequenti; id enim non ex Urspergense tantum, sed ex Actis Viennensis Concilii habiti hoc pariter anno, Indictione quinta, redditur manifestum, dum in eis mentio habetur ejusdem Lateranensis Concilii dicta die mensis Martii celebrati: adeo ut nulla remaneat dubitatio, hoc ipso anno idem Concilium celebratum; quod etiam ex Petro (a) diacono potest intelligi in Chronico Cassinensi.*

Ante Concilium autem idem Paschalis Papa suam causam præjudicavit, cum universo Catholico orbi innotescendum curavit per Legatos Apostolicæ Sedis,

datis ad eos litteris, quomodo coactus fecisset, quod Henrico de investituris concessisset. Cæterum se ea omnia inviolata reddere & confirmare quæ a prædecessoribus Romanis Pontificibus de his statuta fuissent. Extant eodem argumento ejusdem Pontificis litteræ hoc anno scriptæ ad Guidonem Viennensem Archiepiscopum, cujus generis & reliquæ erant ad Legatos cæteros datæ. Reddamus igitur quæ extant ad Viennensem, ut ex his reliquas quæ non extant intelligamus; sic se habent:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Viennensi Archiepiscopo Guidoni & Apostolicæ Sedis Legato salutem & Apostolicam benedictionem.

Si constantiam tuam seve illa barbaries minis, blandimentis, aut aliis modis tentat inflectere, prudentia tua immobilis perseveret. Si enim in viridi ligno sic factum est, quid fiet in aliis? Si in capite sic perpetratum est; quid fiet in membris? Igitur frater charissime in tuo bono incepto constanter & viriliter, Deo præstante, permanes. Minæ, vel blandimenta, vel alii suasionis aut dissuasionis modi providentiam tuam non moveant, sed ita Domino auxiliante perdura, ut aliis tua constantia salutaris perseverantia sit exemplum. Quæ cognoscere postulasti, hæc sunt. Scripta, quæ in tentoriis, in quibus cum multitudine clericorum, & civium Urbis, & totius provincie custodiebamur, pro libertate Ecclesiæ, & pro absolutione captivorum omnium, & pro excidio, quod Ecclesiæ, Urbi, & universæ provincie superincumbente undique gladio, imminere videbatur de electione, seu de investituris personarum facta sunt, videlicet: Ut electione libera facta sine

Pasch.
Papa quo
concessisset.
Cæterum se ea omnia inviolata reddere & confirmare quæ a prædecessoribus Romanis Pontificibus de his statuta fuissent. Extant eodem argumento ejusdem Pontificis litteræ hoc anno scriptæ ad Guidonem Viennensem Archiepiscopum, cujus generis & reliquæ erant ad Legatos cæteros datæ. Reddamus igitur quæ extant ad Viennensem, ut ex his reliquas quæ non extant intelligamus; sic se habent:
III.
Epistol.
Pasch. ad
Viennensem
Archiep.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6607.

SÆC. XII
An. Eræ
Hisp. 5.MCL.
Anno
Hegiræ 14.DVI. in-
choato
die 28.Junii feri
6.A. C.
1112.I.
Concilium
um Late-
ranense.

Num. I. ad XII. Concilium Lateranense, quod revocavit Privilegium a Paschali II. Henrico Imperatori concessum, celebratum hoc anno non V. Kalendas Aprilis, ut per errorem Amanuensium legitur in Actis hujus Concilii, a Nicolao Aragonio editis,

sed decimo quinto Kalendas Aprilis, uti habent Urspergensis in Chron. & Simeon Durelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. Paschalis II. inquit Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, Clericorum suorum importunitate compulsi, Romæ apud sanctum Joannem Lateranensem in medio mensis Martii Concilium CXXV. Episcoporum celebravit, in quo Episcopi omnes, qui fuerunt præsentis, uno ore, unaque sententia Privilegium illud, quod Papa compulsi Imperatori tradiderat super Investitura Episcoporum, condemnaverunt. Perlecta Charta acclamatum est ab universo Concilio: Amen, Amen, inquit Aragonius Cardinalis, qui subdat: *Hæc charta lecta est a Gerardo Engolismensi, Leone Ostiensi, Galone Legionensi Episcopis, Roberto Cardinali tit. S. Eusebii, & Gregorio Cardinali tit. SS. XII. Apostolorum, & communi aliorum consensu. Sed tam Tom. X. Concil. quam apud Baronium*

vi & simonia consensu Regis, facultatem habeat Rex investendi per virgam & anulum, & electus a Clero, & populo non consecratur, nisi a Rege investatur: ego canonica censura cassa omnino & irrita iudico, & sub damnatione perpetua permanere decerno, ut nullius unquam auctoritatis sint, & nullius bonae memoriae. Ea vero quae sacri Apostolorum canones, & Antiochenum, ac universa Concilia, & praedecessores nostri, & praecipue felicitis memoriae domnus Gregorius, & Urbanus de his prohibuerunt, damnaverunt, statuerunt, & firmaverunt: ego prohibeo, damno, constituo, & confirmo, & me illorum sanctiones profiteor servaturum. Hucusque epistola Paschalis. Legimus eam in pluribus veteribus codicibus scriptis: demum vero habetur cusa in Notis ad Ivonis epistolam. Eodem quoque argumento scripsisse ad Gerardum Episcopum Engolismensem itidem Sedis Apostolicae Legatum, testantur litterae Vienna redditae ad eum Paschalem Pontificem. Sic igitur ejusmodi ab Apostolica Sede tonitru in universum Christianum orbem perstreperet, apud omnes innotuit, cujus esset fidei Pontifex atque constantiae in conservandis praedecessorum decretis de investituris sanctis.

IV. Concil. Lateran. celebratur.

Post haec autem ubi dicti Concilii tempus advenit, collecti sunt in unum duodecim Archiepiscopi, centum & quatuordecim Episcopi, quindecim presbyteri Cardinales, & octo diaconi Cardinales, Abbates plures, & clericorum diversi ordinis innumera multitudo. Dies Concilii varia diversorum codicum lectione, diversa scripta esse reperitur. Alicubi legitur quinto Kalendas Aprilis, decimoquinto alibi, rursus alibi decimo octavo Kalend. ejusdem. Porro quae extant ejus Acta, quae & Nicolaus Aragonius in suum transtulit codicem in vita Paschalis, sic se habent:

PAGIUS

num. X. loco, Galone, vel Galone Legionensi Episc. legendum, Galone Leonensi Episc. Is enim Episcopus erat Leonii in minori Britannia sub Archiepiscopatu Turonensi, quod oppidum nunc vulgo vocatur S. Paul de Leon. Obiter observa diem XVIII. Martii incidere hoc anno in feriam secundam, qua de more Concilia inchoantur.

II. In eo Investitura prohibita.

Labbeus Tom. II. Biblioth. pag. 249. recitat Historiam Pontificum & Comitum Engolismensium ab Auctore Anonymo, qui vixit anno MCLIX. scriptam, in qua de Gerardo Episcopo Engolismensi cap. 35. inquit: Cum Romam tenderet, audito quod Paschalis Papa Concilium congregasset maximum diebus illis, ad jubileum tetendit (sed legendum cum alio exemplari correctiori, maximis diebus ad Urbem tetendit), in quam quamvis tacite venit, tamen residentes Episcopus cum domino Papa in Concilio invenit. Causa siquidem qua conveniant, talis fuit. Imperator siquidem Henricus

Anno Incarnationis Dominicae millesimo centesimo duodecimo quinto Kalendas Aprilis celebrata est Synodus Lateranensis a domno Paschali Papa in basilica Constantiniana. Ubi Episcopi complures ex Italicis provinciis interfuerunt, a Transalpinis duo. In qua nimirum Synodo de Guibertinis die quarta est facta questio, quod referrentur, quasi ex permissione Papae interdicta officia celebrare. Tunc Pontifex ait: Nec excommunicatos (sicut ajunt quidam) generaliter absolvi. Constat enim neminem nisi poenitentem & satisfacientem absolutionis gratiam consequi. Guibertinis nec officia interdicta restitui, immo Ecclesiae sententiam in eos editam juxta praedecessorum nostrorum de liberationem laudamus & confirmamus.

V. Actum i Synodo de Guibertinis.

Die autem quinta idem Pontifex narravit omnibus qualiter ab Henrico Teutonicorum Rege cum Episcopis quibusdam, & Cardinalibus tam presbyteris, quam diaconibus, & cum magna tam Romanorum, quam aliorum, qui tunc secum convenerant, multitudine captus fuerit. Quodque coactus fuerit contra deliberationem suam, pro redemptione captivorum, pro pace populi, pro liberatione Ecclesiae, ut supradicto Regi de investituris, quas saepius prohibuerat scriptum concessionis daret, & juramenta per Episcopos, seu Cardinales fieri praeceperit, quatenus nec de investituris deinceps eum inquietaret, nec in personam Regis anathema poneret. Quamvis autem conditio juramenti imposita ab ipso & suis minus observata sit (neque enim servaverunt nobis quod ab ipsis juratum fuerat:) Ego tamen eum nunquam anathematizabo, & nunquam de investituris inquietabo, * quod jam nostrae commonitionis instantiam repulerunt, habebunt judicem Deum. Porro scriptum illud, quod magnis necessitatibus coactus, non pro vita mea, non pro salute aut gloria, sed pro solis Ecclesiae necessitatibus sine fratrum consilio, aut sub-

VI. De promotione Henrici na.

* sed quoniam

Papam Paschalem, Cardinales & nobiles Romanos ceperat. Hac occasione Papa reliquit Investituram Imperatori, quae fiebat per anulum & virgam, & super Sacrosancta juravit propria manu & Curia ejus Imperatorem se non excommunicare pro investituris. Quia vero Papa rem illicitam fecerat, deponere se a Papatu promiserat: & ad Poncianas insulas habitu religioso exul ire disposuerat, si Investituram salvo sacramento ad pristinum libertatem, &c. id quae re nullum remedium a toto Concilio inveniri poterat. Gerardus Episcopus requisitus tandem tale consilium dedit, quod Investitura revocari poterant salvo sacramento (a Paschali scilicet II. facto) ita tamen quod Imperator dans Investituram non excommunicaretur. Quod consilium omne Concilium laudans dixit: Non tu locutus es, sed Spiritus Sanctus in ore tuo. Placuit itaque Papa & toti Concilio, quatenus Gerardus Episcopus, per quem Deus Ecclesiae tale consilium referrebat, cum quodam Car-

dina

subscriptionibus feci, super quo nulla condicione, nulla promissione constringimur: sicut prave factum cognosco, ita prave factum constiteo, & omnino corrigi, Deo praestante, desidero: cujus correctionis modum fratrum qui convenerunt, consilio, iudicioque constituo, ne forte per hoc in posterum detrimentum aliquod Ecclesiae, aut anima mea praedudicium reliquantur. Tunc enim communi omnium favore laudatum est, ut fratres omnes, qui donum a Deo sapientiae scientiaeque perceperant, maturius super hoc consilium communi collatione susciperent, quid sequenti die per inspirationem Spiritus Sancti responderent.

VII. Patchal. Papae professio.

Die itaque sexta, quae & ultima Concilii fuit, fidei suae veritatem sancti Patribus per omnia congruentem domnus Papa Paschalis in audientia totius Concilii exposuit, asserens se Scripturas sanctas veteris & novi Testamenti, & Concilia Universalia veneranda suscipere ac venerari, quae Catholica Ecclesia suscipit & veneratur, ita dicendo: amplector omnem divinam Scripturam, scilicet veteris & novi Testamenti, Legem scriptam a Moyse & a sanctis Prophetis: amplector quatuor Evangelia, septem canonicas Epistolas, & Epistolas gloriosi doctoris beati Pauli Apostoli, sanctos canones Apostolorum, quatuor Universalia Concilia, scilicet quatuor Evangelia, Nicaeanum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Chalcedonense, * decreta sanctorum Patrum Romanorum Pontificum, & praecipue decreta domini mei Papae Gregorii, & beatae memoriae Papae Urbani. Quae ipsi laudaverunt, laudo: quae ipsi tenuerunt, teneo: quae confirmaverunt, confirmo: quae damnaverunt, damno: quae repulerunt, repello: quae interdixerunt, interdico: quae prohibuerunt, prohibeo in omnibus, & per omnia, & in his semper perseverabo.

* Aliqui textus habent, & Antiochenum.

Sententia Synodalis contra privilegium Regi datum.

In calce etiam hujus professionis ex ore omnium, qui ad consulendum besterna de liberatione convenerant, Engolismensis Episcopus Gerardus hanc in scriptis sententiam recitavit.

Privilegium illud, quod non est privilegium, (neque vero debet dici privilegium, sed praevilegium) pro liberatione captivorum & Ecclesiae a domno Papa Paschali per violentiam Henrici Regis extortum, nos omnes in hoc sancto Concilio cum eodem domno Papa congregati ca-

PAGIUS

dinale Diviniaco, vel Dunciac (nomen illud corruptum) ad Imperatorem dirigeretur, qui voluntatem Imperatoris consuleret, quatenus Ecclesiae Romanae Investituram exponeret (forte reponeret), alioquin habitum consilium revelaretur. Quod cum in praesentia Imperatoris suscipisset Pontifex Gerardus mirabiliter perorasset, & a Cancellario Imperatoris, qui illius interpretis erat, singula exponerentur, vehementer

nonica censura, & Ecclesiastica auctoritate, iudicio sancti Spiritus damnamus, & irritum esse judicamus, atque omnino cassamus, & ne quid auctoritatis & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus. Quod ideo damnatum est, quod in eo privilegio continebatur, quod electus canonice a Clero, & populo, a nemine consecratur, nisi prius a Rege investatur, quod est contra Spiritum sanctum, & canonicam institutionem.

Perlecta vero hac charta, acclamatum est ab universo Concilio: Amen, Amen. Fiat, Fiat. Archiepiscopi vero, & Episcopi quoque & presbyteri Cardinales, qui interfuerant ipsi Concilio, hi sunt, videlicet:

- C. Sabinensis.
- G. Portuensis.
- L. Ostiensis.
- C. Praenestinus.
- I. Tusulanus.
- Patriarcha Venetus.
- L. Capuanus.
- L. Beneventanus.
- A. Amalphanus.
- H. Rheginensis.
- Hydruntinensis.
- Brundisensis.
- Cosentinus.
- Geruntinensis.
- Rossanensis.
- Segobienensis.
- G. Legionensis.
- Legatus pro Bituria.
- G. Viennensis Archiepiscopus.
- R. Volateranus.
- G. Senensis.
- R. * Popubre.
- G. Tarracinenensis.
- G. Syracusanus pro omnibus Siculis.
- G. * Vorrianus.
- B. Signinensis. & alii fere centum Episcopi.

* Verulanus.

Presbyteri Cardinales.

- B. Cardinalis tit. S. Marci.
- R. Card. tit. S. Clementis.
- R. Card. tit. S. Prisca.
- G. Card. tit. SS. Apostolorum XII.
- B. Card. tit. S. Petri ad Vincula.
- R. Card. tit. S. Eusebii.
- R. Card. tit. S. Laurentii in Damaso.

I. Car-

rumultus ortus est in Curia, ita quod Colonien- sis Archiepiscopus, qui cum solemniter in hospitio suo susceperat, (in Gallis namque discipulus Gerardi fuerat,) de vita illius dubitans, dixit: Magister maximum scandalum generasti in Curia nostra. Indignans autem Gerardus respondit: Tibi sit scandalum, mihi est Evangelium. Dedit tamen Gerardus Pontifici Imperator multa munera. Addit Petrus Blefensis in Con-

CHRISTI
1112.

PASCHALIS II. PAP.
13.

HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMN. IMP. 32.

I. Card. tit. S. Ceciliæ.
B. Card. tit. S. Martini.
F. Card. tit. S. Chryfogoni.
R. Card. tit. SS. Petri & Marcellini.
V. Card. tit. S. Xysti.
A. Card. tit. S. Sufannæ.

Cardinales diaconi octo.

Abbas Sublacensis.
Joannes Abbas Cafetanus.
Abbas S. Andreae.
Leo.
Gregorius.
Aldo.
Theobaldus.

Rofmanus, qui in damnationem dicti privilegii consenserunt cum Abbatibus aliis & multitudine innumerabili tam clericorum, quam laicorum. Et post hæc ita in codice:

X. Hæc charta lecta est a Gerardo Engolismensi, Leone Offienfi, Galone Legionensi Episcopis, Roberto Card. tit. S. Eusebii, & Gregorio Card. tit. SS. XII. Apostolorum, de communi aliorum consensu. In alio codice post Amen, Amen; Fiat, Fiat, hæc legebantur: Tunc surgentibus ex consensu fratribus, gratia Deo & Pontifici actæ sunt, quia patefacta liquidius veritate, de medio ablata sit scandali & dissensionis occasio. Et consenserunt duodecim Archiepiscopi, centum & quatuordecim Episcopi, & quindecim presbyteri Card. octo diaconi Card. Qui omnes in damnatione prædicti privilegii consenserunt cum Abbatibus, & innumerabili multitudine tam clericorum, quam laicorum. Hucusque in codice Vaticano, facta collatione cum aliis exemplaribus.

XI. Sed describamus hic carmina Gotfridi Viterbiensis Notarii Imp. quibus per Pontificem gesta usque ad finem Concilii alia pleraque sic narrat: (a)

Papa dolens lamenta movet, totumque per orbem, Ecclesiam sua charta vocat properanter ad Urbem.

PAGIUS Continuat. Ingulphi pag. 128. ubi de hoc Concilio agit, Gerardum tunc fuisse in Aquitania Sedis Apostolicæ Legatum.

XII. Gerardi consilium secutum est Concilium Lateranense, in quo, ut habet Baronius ex Aragonio Card. num. VIII. Patres non Henricum Imp. sed Privilegium ab eo extortum excommunicarunt: Nos omnes in hoc S. Concilio cum eodem domno Papa congregati, canonice censura, & Ecclesiastica auctoritate, iudicio S. Spiritus damnamus & irritum esse iudicamus (nempe Privilegium illud), atque omnino cassamus, & ne quid auctoritatis & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus.

Hæc ubi consedit, Casaris Acta dedit.

Tunc ait: O Patres, a Casare scripta notate,

Et quodcumque placet super his decreta parate:

Me quoque Pontificem non fore, iussa date.

Peccatis mala vestra meis venisse notavi,

Officiis me destitui dignum reputavi,

Me quoque deposui, ne percat, ait.

Hæc ait, & mitram reiecit, mantumque relinquit,

Ordinet Ecclesia sine me, quidquid placet, inquit,

Moreque Pontificis iudicet ipsa sibi.

Scripta legunt Cleri: Rex pontificalia querit,

Anulus & baculus sub Casare fertur haberi.

Copia Pontificum: non ita (dixit) erit.

Extortum Papæ scriptum contra rationem

Uritur; & priscum tibi conciliamus honorem.

Tolle pater mantum, Curia tota monet.

Rursus in Henricum * Quintum nova bella gerentur,

Pristina nota patri sibi jam tormenta moventur,

Ut pater ante fuit, sic anathemaluit.

Littera Papalis simul & Papale sigillum,

Missa per Imperium gravis excommunicat illum,

Et cunctos proceres, qui sua iussa tenent.

Hæc ipse.

At licet hæc ita stabilita in Concilio videri potuissent: tamen haud est opita discordia, quod videlicet ipse Paschalis Papa noluerit per se ipsum datum Henrico privilegium condemnare, & ipsum

A num. XII. ad XIX. Concilii Viennensis hoc anno habiti meminit Chronographus Malteacensis, illudque XVII. Kalendas Octobris celebratum, ut habet Codex a Baronio num. XVI. citatus. In eo Investitura Episcopatum, & Abbatiarum de manu laica suscepta, hærens iudicata est, & Henricus Germaniæ Rex excommunicatus, quod Paschalem II. indigne tractasset, ac detestabile scriptum violenter extorsisset. Patres in Synodali Epistola ad Paschalem II. data, & a Baronio num. XIV. relata testantur, Legatos Henrici Regis ad illud Concilium venisse; sed hunc in eodem excommunicatum esse. Pertinet ad illud Concilium, quod Sugerius in lib. de Vita Ludovici

* Regem scilicet, sed Imp. IV.

XII. Post concil. renovata discordia.

IV. In Concilio Viennensi excommunicatus.

CHRISTI
1112.

PASCHALIS II. PAP.
13.

HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMN. IMP. 32.

excommunicare, neque concessas investituras eidem revocare, ut ex verbis eius audisti superius ita dicentis: Ego tamen eum nunquam anathematizabo, nunquam de investituris inquietabo. Ipsum vero damnari per Concilium potius, quam per se ipsum concessum illi privilegium permiserit. Immo ex eo, quod amicitiam cum eodem Imperatore retinuerit, atque litteris colerit, & officiis frequentaverit: exulcerabat animos Orthodoxorum pro libertate Ecclesiæ æstantium. Quod patet ex litteris Guidonis Archiepiscopi Viennensis, qui fuit postea Callistus Papa, modo autem Legati Apostolicæ sedis, qui Viennæ hoc anno contra isthæc ab Henrico scelera perpetrata Concilium celebravit decimo septimo Kalendas Octobris, cui inter alios Episcopos interfuit, immo & præfuit pro legato (quod impeditioris esset lingua) S. Godofredus Episcopus Ambianensis, ut testatur ejus temporis scriptor (a) Nicolaus in vita ipsius. Sed & interfuit huic Concilio Viennensi sanctus Hugo Episcop. Gratianopolitanus (inquit Guido Abbas Carthusiæ in vita ipsius) qui præ cunctis, ut Henricus, qui sic enormiter in Paschalem Papam peccasset, excommunicaretur, in eodem Viennensi Concilio effecit. Porro ibidem ista decreta scripta esse reperiantur:

(a) Nic. in vita S. Godofr. l. 3. c. 7. die 8. Nov. apud Sur. tom. 6.

XIII. Concil. Viennensis decreta.

Excommunicatio Henrici Imp.

PAGIUS

Investituram Episcopatum & Abbatiarum, & omnium Ecclesiasticarum rerum de manu laica, sanctæ Romane Ecclesiæ auctoritatem sequentes, hærens esse iudicamus.

Scriptum illud, seu privilegium, quod a domno Paschali Papa violenter Henricus Rex de investituris, de anathemate in persona sua non sponte extorsit: irritum esse, & nullius beata memoria iudicamus fieri.

Henricum Teutonicorum Regem, qui simulata pace Romam veniens, post data sacramenta domno Papa Paschali vita, membrorum, mala captivitas, refutatio Ann. Eccl. Tom. XVIII.

ci Regis hujus nominis VI. cap. IX. scribit: Verum si querit quis, quare dominus ita tepide fecerit, noverit, quia Ecclesia, percusso Pastore & collateralibus, languebat, & pene eam, tyrannus ancillans, quia non erat qui resisteret, tanquam propriam occupabat. Cui certum factum dedit experimentum, quod cum Fratres Ecclesia columnas ad tuitionem & Ecclesia reparacionem, quomodocumque solvi fecisset, pacemque Ecclesia qualemcumque reformasset: ad eorum solitudinis confugit, moramque ibi perpetuam fecisset, si universalis Ecclesia & Romanorum violentia contum non rediisset. Verum Dominus J. C. Redemptor & defensor Ecclesiæ suæ, nec eam diutius conculari, nec Imperatorem impune ferre sustinuit. Qui etenim nec tenti, nec fide obligati fuerant, causam Ecclesiæ sustinuerunt suscipientes, domini designati Ludovici (nempe Ludovici hujus nominis

nis investiturarum, eundem domnum Papam in Sede Apostolica ante corpus beati Petri, post osculationem pedis, oris, & faciei, prodicione, perjurio, & sacrilegio, velut alter Judas, cum Cardinalibus Episcopis, & Archiepiscopis, & multis Romanorum nobilibus tradidit, cepit & raptum in castra insignibus Apostolicis exiit, & indigne atque inobnestre irrisum tractavit, & ab eo nefandissimum & detestabile scriptum violenter extorsit: excommunicamus, anathematizamus, & a gremio sanctæ matris Ecclesiæ sequestramus, donec bis omnibus abrenuntiatis, plenam satisfactionem Ecclesiæ exhibeat. Hactenus decreta Concilii Viennensis, quæ Archiepiscopus Legatus Romam confirmanda misit, his tunc ad eundem Paschalem Pontificem litteris synodalibus datis:

Domno sancto & dulcissimo patri Paschali, Guido Viennensis Archiepiscopus, & Apostolica Sedis Legatus, & ceteri omnes Episcopi & Abbates, qui Viennensi affuimus Concilio, debitam subjectionem & obedientiam.

Sanctæ paternitatis vestrae mandata sequentes, apud Viennam convenimus, ibique cooperante gratia Spiritus sancti, de investituris, de captione vestra, & vestrorum, de perjuriis Regis, de pessimo illo pacto & privilegio, quod a vestramarum jessate violenter extorsit, tractare diligenter curavimus. Affuerunt Legati Regis, litteras bullatas, quasi de parte vestra ad eum missas, audacter pretendentes, in quibus erga eum vester bonus affectus pacis & concordia & perfecta amicitia significabatur. Quas nimirum post Concilium, quod in præterita ultima Quadragesima Romæ celebrastis, se recepisse, & sibi missas idem Rex testabatur. Cumque super his multa nobis incuteretur admiratione, memores tamen litterarum illarum, quas humilitati nostra, illarum etiam, quas Gerardo Engolismensi Episcopo & vestrae Sedis Legato de bona justitiæ perseverantia miseratis: totius sanctæ

XIV. Synodali Epist. Viennensi ad Pasch. Pap.

Mh Ec.

VI.) suffragio & consilio in Gallicana celebræ Concilio collecta Ecclesia (sc. in urbe Viennensi) Imperatorem tyrannum anathemate innodantes mucrone beati Petri perfoderunt. Malmesburienfis lib. 5. de Reg. Angl. ait, omnem Galliam Ecclesiastici zeli vigorem intentasse in Henricum Imp. nec dissimulasse execrari. Tom. X. Concil. pag. 786. recitatur Epistola Paschalis II. Guidoni Viennensi Archiep. Sedis Apostolicæ Vicario, & ceteris Archiep. Episc. & Abbatibus Vienna congregatis. Data Laterani XIII. Kal. Novemb. qua Paschalis II. quæ statuta sunt ibi, rata suscipit & confirmat. Denique Guido Prior Cartusienfis in Vita sancti Hugonis Episc. Gratianopolitani Innocentio Papæ hujus nominis II. dicata cap. 5. de hoc sancto Præsule scribit: Ipse præ cunctis, ut apud Viennam excommunicaretur, effecit.

CHRISTI
1112.

PASCHALIS II. PAP.
13.

HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMM. IMP. 32.

Ecclesia & nostrae Fidei ruinam evitare cupientes, ad Dei honorem, & vestrum amipati, canonicam viam aggressi sumus.

XV. *Igitur distans sancto Spiritu investituram omnem rei Ecclesiasticae de manu laica haeresim esse iudicavimus.*

Scriptum illud, quod Rex a vestra simplicitate extorsit, damnavimus.

In ipsum etiam Regem nominatim, & solemniter, & unanimiter sententiam anathematis injecimus. Et nunc domne patris vestram, sicut dignum est, majestatem suppliciter exoramus, ut quod pro sanctae Ecclesiae fidei robore, pro Dei, & vestro honore fecimus, auctoritate Apostolica solemniter confirmetis. Cujus confirmationis argumentum per apertas nobis litteras significare dignemini, quas etiam (ut gaudium nostrum sit plenum) alter alteri destinare possimus. Et quoniam Principum terrae pars maxima, & universae fere populi multitudo in hac re nobiscum sentit: in remissionem peccatorum suorum omnibus injungatis, ut si necesse fuerit, auxilium nobis, & patriae unanimiter ferant.

XVI. *Illud etiam cum debita reverentia vestra suggerimus pietati, quod si nobiscum in his steteritis; si hoc sicut rogamus, confirmaveritis; si deinceps ab ipsius crudelissimi tyranni, & Nuntiorum ejus litteris, locutione, muneribus abstinueritis: unanimiter nos, sicut decet, habebitis fideles & fideles. Si vero (quod minime credimus) aliam viam aggredi coeperitis, & nostrae paternitatis assertiones praedictas raborare nolueritis: propitius sit nobis Deus, quia nos a vestra subjectione & obedientia repellitis. Vultis. Itis haec in codice subjecta leguntur: Anno ab Incarnatione Domini, millesimo centesimo duodecimo, Indictione quinta, decimo septimo Kalendas Octobris, Concilium hoc Viennense celebratum est. Quod autem ad confirmationem spectat, Paschalis Papa confirmare distulit; vixque impulsu Cononis Praenestini Episcopi Cardinalis post annos quatuor, nempe Redemptoris anno millesimo centesimo decimo sexto, in Lateranensi Concilio confirmavit omnia, quae per Legatos gesta essent, nominatim vero per eundem Archiepiscopum Viennensem, ut suo loco patebit.*

XVII. Pasch. Papa su-
gillatur.

Sic igitur Paschalis Papa, qui haecenus summa gloria Pontificatum universalis Ecclesiae administrasset: ab anno superiori, quo ea quae vidimus perpetravit, Apostolicae constantiae succis nervis, visus est languescere, & hebescere, cum nec tot undique, sive ab his qui essent Romae, sive in provinciis, stimulis agitatus, in Henricum sacrilegum insurrexerit, eundemque anathemate condemnaverit, nimis tenax custos praestiti,

immo per vim & metum extorti juramenti. Sed & quod ejusdem proditoris usum amicitiae retinuerit, & quod ex adverso undique magno animo insurgentes (ut vidisti) & zelo Catholicae Ecclesiae libertatis laesae astantes Patres represserit: magnam ipse sibi notam inussit; summam vero laudem sibi pepererunt Cardinales atque legati cum caeteris, qui sic ipsum per tot annos admonitionis stimulis agitarint; sicque renitentem patientissime tolerarint; ut nullum sint passim constari schisma, nec in Ecclesia adeo immane scelus inultum relinqui in perpetuam Sedis Apostolicae ignominiam. Ita divina providentia in eadem sacrosancta Sede Apostolica dispensante, ut cum languescit caput, membra ad defensionem fortius roborentur, nec sinant tyrannos irrumpere, vel quaecumque adversa in Ecclesiam prevalere.

XVIII. *Caeterum, quod audisti in eodem Concilio Viennensi statutum, haeresim esse de manu laica investituram accipere: sic intelliges secundum ea, quae ex epistola Joannis Archiepiscopi Lugdunensis sunt superius recitata non scilicet, quod sit haeresis, ipsas investuras dispensando concedere, sed asserere atque defendere de jure esse, & debere fieri per laicos investuras: id haeresim esse, cum id sit falsum dogma, bonis moribus & sacris parum institutionibus repugnans, in Ecclesiam introducere. Quod tamen crimen nihil penitus est, quod jure Paschali Papae obiici aliquo modo poterit, cum sive litteris ad diversos datis, sive verbis in Conciliis semper testatus atque professus sit, se de investituris firmiter tenere, quae praedecessores Gregorius Septimus atque Urbanus constituerent.*

XIX. *Quod vero non Cardinales tantum, sed & in provinciis Episcopi, (ut vidisti) pro defensione Ecclesiae adversus Imperatorem uno juncti spiritu insurrexerint: fuit summa laude dignum. Quod vero etiam hostes qui tantorum malorum auctores fuere, adversus Imperatorem pro Ecclesia steterint: id quidem omnem superavit admirationem; ut plane illud Davidicum (a) de re tanta usurpare licuerit: Haec est mutatio dexterarum Excelsi. Cum ille ipse Imperatoris Cancellarius Albertus, cujus consilio potissimum usus Imperator, tot tantaque indigna in Paschalem Pontificem perpetraverat: idem inquam ipse, qui ob mercedem impietatis, anno superiori Archiepiscopatum Moguntinum acceperat: hic tantus simul ac infulus accepit Episcopales, mutatus in virum alterum, veritatem propugnare aggressus sit, & pugnare contra Pontificis Romani persecutores; in primis vero contra ipsum Im-*

Pasch. fides catholica integra

XIX. Albert. Cancellarius contra Imp. agit.

(a) Ps. 76.

CHRISTI
1112.

PASCHALIS II. PAP.
13.

HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMM. IMP. 32.

Imperatorem quoad vixit, in dies magis, magisque constanter minime praetermiserit; nec destiterit aliquando, quamvis extrema quaque sit pati coactus, donec victoriam de recuperata prodita libertate sancta Ecclesia fuerit consecuta. Urspergensis hujus temporis historicus quamvis favens Henrico, huncque fugilans, ut in Imperatorem insidum, per singulos ferme annos res ab Adalberto gestas, detrahendo licet potius, quam laudando, commemorat.

XX. Hostes Eccl. in Defensoribus con-versi.

Atque primo de Archiepiscopatu Moguntino eidem collato anno superiore, post scelus admissum sic: *Habita post haec Moguntiae Curia, Adalbertum Cancellarium suum dudum in eandem cathedram electum baculo, & anulo investivit.* Ita ipse. Hoc autem anno agens de Viennensi Archiepiscopo, per Germaniam anathema in Imperatorem declamante, & plurimos commovente: inter alios eundem Adalbertum Moguntinum Archiepiscopum in Imperatorem concitasse tradit; cujus rei causa idem Moguntinus ab eodem Henrico fuerit detrusus in carcerem, ubi triennio detentus, & usque ad ultimum fere spiritum cruciatus demum Moguntinorum in Imperatorem insurgentium violentia coactus est Imperator eum dimittere, ut suo loco dicitur. Egressum vero de carcere eadem curasse, quae Romanus Pontifex per Legatos monuisset, idem auctor per singulos ferme annos, ut dixi res ab eo gestas narrans pluribus exemplis ostendit, nosque suis locis, pro temporis ratione dicemus. Sicque vides quasi miraculo, factum, ut cum is, qui positus est in Sede Petri defensor veritatis, ex humanae miseriae conditione infirmus appareret: Deus ad defensionem ejus hostes ipsos quoque convertens, majoribus auxiliis comparatis ipsam defendat Ecclesiam.

XXI. Praeter haec autem ad acerbissimum casum Romanae Ecclesiae, cujus fama pervasit quoque Orientem, permoti sunt etiam ejus aemuli; ac insuper adversarii, quorum praecipuus Imperator Alexius (ut auctor est Petrus diaconus (a) hoc anno misit Legatos Romam ad Romanos ipsos, quibus condoleret ipsis, eisdemque omne quod posset sponderet auxilium & favorem. Res tum gesta sic ab ipso narratur: *Eodem anno, quo scilicet dictum Romanum Concilium celebratum est, Alexius Imperator, cujus supra meminimus, strenuissimos ex suo Imperio viros Romam cum suis litteris misit, quibus de injuria ab Imperatore illata Pontifici, atque Romanis dolenter audisse significans: agebat postmodum gratias eosque laudabat, quod viriliter illi obstitissent. Atque ob id, si illorum ani-*

(a) Pet. diacon. l. 4. c. 48.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

mos paratos promptosque sensisset (ut sibi jam dudum nuntiatum fuerat) velle vel se, vel Joannem suum filium, juxta morem priscorum fidelium Imperatorum, a summo Pontifice Romae coronam Imperii sumere Romani: se omnino fore paratissimos ad ipsius nutum, per eosdem Nuntios mandant. Mense autem Majo elegerunt ex suis fere sexcentos ad Imperatorem conducendum; qui Cassinum venientes, ab Abbate honorifice excepti sunt, cum quibus Legatos ad Imperatorem ipse quoque direxit, servitium ei & orationis suffragia spondens. Igitur Constantinopolim profecti, cum Imperatori una cum Romanis quid sibi Abbas noster mandaverat, exposuissent: censuit illum Imperator inter amicos Imperii habendum, ac per hunc coenobii Fratres octo libras solidorum, palliumque triacostasimon beato Benedicto direxit. Mandavitque insuper Abbati ipsi, ut cum ipse Romam coronandus accederet: obviam illi Dyrrachium pergeret, atque cum eo ad Urbem usque properans, in ejus permaneret obsequio. Haec Petrus. Sed ista omnia in auras innanes evanuerunt, quae aliquo praetextu visa sunt fuisse tentata sub ejusmodi infuetae legationis involucre.

Alexii Imp. legatio ad Rom. pro Sede Apost.

Hoc eodem anno qui numeratur quintus exactus, sextus vero inchoatus a tempore Concilii Guastaldensis, ad Paschalem Papam querelae antiquae renovatae, & aliae innovatae perlatae sunt adversus Herimannum intrusum Episcopum Augustanum, qui (ut vidimus) ut lupus ingressus ad mactandum, & perdendum oves aditum sibi paravit, ut vulpes vero venatores elusit; demum cum ut sus cuncta etiam sancta libidine conspurcasset: defertur rursus ad Paschalem Pontificem. Cujus rei gestae historia ita ab Udalcalco, qui aderat, scripta narratur: *Deprehensus jam crebrius in stupri foeditate dictus Herimannus Episcopus, post monialium seu aliarum meretricum scortum, perpetrasset in Ecclesia diffamatur adulterium. Cujus videlicet uxoris maritus, cum esset fortitudine ac bonitate conspicuus, facile totam civitatem potuisset in adulteri concitare necem; sed malens gladio spirituali iudicium sibi fieri, quam materiali, Sedem petiit Apostolicam, de crimine facturus querimoniam. Augustensis vero Ecclesia tanto scelere quasi de gravissimo erroris somno experrecta, ad eandem Sedem litteras dirigit, quod super tali Episcopo sentire debeat, inquit, quae infra positus informatur scriptis.*

XXII. Causa Episcopi Augustani defertur ad Pasch. Pap.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Augustensis Ecclesiae clericis salutem & Apostolicam benedictionem.

XXIII.

Pro querelis quibusdam, quae super Episcopo

CHRISTI
1112.PASCHALIS II. PAP.
13.HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMN. IMP. 32.Quæ Pa-
schalis in
causa He-
rmani.

scopo vestro ad audientiam nostram ante
quinquennium pervenerunt: nos ei tunc
temporis officium Episcopale interdixisse
meminimus, quia & a nostro id temporis Le-
gato bonæ memoriæ Richardo Albano Epi-
scopo sicut vestris significatur litteris,
invitatus, & nostra præceptione præmoni-
tus, nequaquam ad statutum terminum an-
te hos curavit occurrere, aut purgatio-
nis debitum exhibere. Ex illo namque
tempore nunquam interdicti remissionem
nos ei fecisse meminimus. Hucusque ex
litteris Paschalis, quæ enim sequuntur,
ex clericorum potius ad Paschalem Pa-
pam epistola esse noscuntur: quæ sic se
habent: Latorem presentium Apostolicæ
Sedis auxilium postulante vestræ * fra-
ternitati commendamus, ut in querela,
quam adversus eum Episcopum gerit, vos
ejus justitiam tueamini. Datum Romæ no-
no Kal. Decembris. Ita interversa lege-
bantur in codice: nam hæc de tempore
datæ epistolæ ad sequentem epistolam
pertinere noscuntur, quæ scripta legitur
data ab eodem Pontifice ad Archiepisco-
pum Moguntinum, his verbis:

Paschalis Episcopus servus servorum
Dei, Arnolde venerabili fratri Mogun-
tino Archiepiscopo salutem & Apostolicam
benedictionem.

XXIV.
Epist. Pa-
schalis ad
Archiep.
Mogunti-
num.

Super cætera horrenda & infamia, quæ
de persona Augustensis jam dudum ad Se-
dis Apostolicæ audientiam perlata sunt:
nuper querelam Adalberti Augustensis
civis lacrymabili suggestione suscepimus.
Quam nimirum personis Ecclesiasticis di-
cere & audire turpe est, sed ex ipsius Adal-
berti poteris relatione cognoscere. Tibi
ergo, ad quem hujusmodi discussio pro
metropolitane dignitatis debito attinet,
litterarum presentium præceptione injun-
gimus, ut hujusce negotii veritatem, con-
vocatis fratribus, sollicita inquisitione
discutias, & quod justitia exegerit, de-
cernatis. Quod enim a vobis iuste & ra-
tionabiliter, auctore Deo, statutum fue-
rit, nos ratum habebimus. Hucusque Pa-
schalis epistola ad Archiepiscopum Mo-
guntinum, qui vocatum ad Synodum ad
dicendam causam Episcopum Augusti-
num, nec vententem excommunicavit,
& cum adultero adulteram quoque pari
sententia anathematis condemnavit, ut
ex ejusdem Archiepiscopi litteris Acta,
quæ recitantur inferius, docent. Cæte-
rum rursus ad imposturas, ad fraudes
iterum recurrit Episcopus, qui menda-
cium posuit fiduciam suam, atque usus
communistro commenti Conrado Canoni-
co Augustanæ Ecclesiæ, fingit litteras
ad Paschalem Pontificem: ait enim U-
dalcalcus: Spreto Episcopus salubriori
consilio, & criminis conscius, solito men-
dacii armatur præsidio. Litteræ siqui-
dem tamquam ex Augustensis Ecclesiæ

persona finguntur per Canonicum Conra-
dum, & dictum fratrem Ratpotonem A-
postolico diriguntur; quibus scilicet pe-
tebatur, ut causa ipsa cognoscenda ab
eodem Paschali Pontifice Curienti injun-
geretur Episcopo viciniore, prout appa-
ret ex redditis litteris Paschalis ad eos
quæ sic se habent:

Paschalis Episcopus servus servorum
Dei, dilectis filiis D. Decano, & cæ-
teris Augustensis Ecclesiæ Canonicis sa-
lutem & Apostolicam benedictionem.

Diu est quod frater noster Heriman-
nus Episcopus vester de tribus apud nos
fuit capitalis impetitus, de pravo wide-
licet electionis & consecrationis accessu,
de conversatione perversa, & de rerum Ec-
clesiasticarum distractione. Pro quibus ip-
so ab Episcopali officio suspensus, termi-
nus constitutus est, quo pars utraque an-
te nostrum deberet presentiam convenire.
Infra quem nimirum terminum con-
frater vester & Concanonicus Conradus
ad nos venit, & sicut ipse asserit, a vo-
bis accepit, quod Episcopus liber esset,
nisi illi constituto termino conveniret.

Cum itaque nuper ante nos & de quibus-
dam aliis gravibus idem diffamaretur E-
piscopus: cum his ad memoriam nostram
etiam illa præterita redierunt. Unde op-
portunum duximus, causam ipsius, ne diu-
tius Ecclesiæ detrimentum afferat, termi-
nare. Sed quoniam propter difficultates
itinerum, & personam infirmitatem, nostro
nequit se offerre conspectus: confratri no-
stro Vvoidoni Curienti Episcopo negotium
istud providimus injungendum. Præcipi-
mus ergo, ut ipse causam omnem diligen-
tius audiat. Et si Episcopus vester de re-
rum Ecclesiasticarum & de perverse con-
versationis vita emendatione fecit, & de
aliis quæ objecta sunt, tertia Episcopo-
rum, vel quinta presbyterorum manu se
purgaverit, restitutionem interdicti sibi
officii consequatur. Datum Beneventi Kal.
Aprilis. Ita Paschalis, si tamen Pascha-
lis, immo potius Paschalis nomine con-
ficta a Conrado atque collega fuerunt:
de quibus admodum idem, qui ista descri-
bebat, conqueritur Udalcalcus, qui in-
ferius ait, Curientem hunc Episcopum
fuisse fratrem Conradi fraudis ipsius com-
positoris. Vides igitur iterum scriptis
surreptitiis apud Paschalem nefandum
hominem ut innocentem in Ecclesia illa
Episcopum permansisse. Reliqua de eo
sub Callisto Papa astitata suo loco di-
cenda erunt. Sed quæ insuper ad hunc
annum spectant memoriæ de rebus ge-
stis sub Paschali, hæc habentur in titulo
sancti Laurentii in Lucina:

Tempore domni Paschalis Secundi Pa-
pæ, anno ejus xiiii. millesimo centesimo
duodecimo, Indictione quinta, sexto Kal.
Februarii, per manus ejusdem Pontificis
cra-

XXV.
Epist. Pa-
sch. ad
Eccl. Au-
gustan.

XXVII.

PAGIUS
V.
Obitus
Gibellini
Patriarch.
Hierosolym.

craticula, super quam proculdubio beatus
Laurentius emisit spiritum, de quodam al-
tari veteri educta est, cum duabus ampul-
lis vitreis mediis sanguine ejusdem Mar-
tyris, quæ cum nonnullis diebus videret-
ur a Romano populo, coram ejus multi-
tudine per manus Leonis Ostiensis Episco-
pi sub hoc novo altari ix. Kalendas Febr.
recondita est.

Ex sede vero marmorea sancti Lauren-
tii in Lucina retro altare primarium, ac-
kursum in tabula marmorea ejusdem Ec-
clesiæ (quæ item ad presentem annum
spectant) hæc habentur quæ sequun-
tur:

Anno Domini millesimo centesimo duo-
decimo, Indictione quinta, in Kalendis
Februarii dedicatum est hoc altare per
manus Leonis Ostiensis Episcopi. Re-
liquæ sanctorum martyrum in hoc vene-
rabili loco hæc recondita sunt, S. Cor-
nelii Papæ, S. Dionysii Papæ, Epipha-
nii Archiepiscopi, Paterniani Episcopi,
Concordii Episcopi, Stephani protomartyris,
Leonardi, Sisinnii, Laurentii, D.
Potentiani, Eusebii, Vincentii & Peregrini,
Romani, Marci, Marcelliani, Gervasii,
Protasii, Eustathii, Agathæ, Cyriacæ,

Ad num. XXIX. Guichenonus in Biblioth.
Sebastiana refert Epistolam A. Hierosolymita-
na Patriarchæ, datam A. Frustruariensi Abba-
ti, in cuius fine legitur: *Domnus Gibellinus*
Pater Pastorque Patriarcha noster, Vir piissimus
obit VIII. Idus Aprilis. [1] Hoc Scriptum nostrum
confirmatum est in Capitulo S. Sepulchri Jeru-
salem VI. Kal. Martii anno Dominica Incarnat.
MCXII. indit. V. captioni Jerusalem a Chri-
stianis anno XIII. Domini Arnulphi Patriarchæ
anno I. presidente in Jerusalem Domino Baldui-
no Rege invictissimo anno XII. regnante Domi-
no nostro Jesu Christo. Ita Guichenonus ex Ar-

NOTÆ [1] A B hoc Gibelino, hoc ipso anno 1112. & quidem ante diem VIII. Idus Aprilis quo
decessit, habitum fuit concilium in oriente, sed loco incerto, in quo assidentibus epi-
scopis sex composuit dissidium inter episcopum Nazaret & abbatem montis Tabor. Quæ ab
eo constituta composita ab episcopis & clericis in communi concilio residentibus rata & confir-
mata fuit, ipso etiam presente & approbante Balduino rege. Extant in codice Meliteni to.
I. num. 2. concordia hujus tabulæ exarata, anno Dominica incarnationis millesimo centesimo
duodecimo, Indictione quinta, regni vero gloriosi Regis B. anno XI. (mendose pro XII.) Ex hoc
titulo cl. quo Gibelinus se nuncupat Episcopum ad Orientales Ecclesias ab apostolica sede di-
rectum suspicionem movet codicis illius collector in annotationibus ad hanc chartam, num
Gibelinus celebris Arelatenfis episcopus, quem Paschalis II. miserat in Orientem, & scripti
hujus auctorem esse certo constat, alter sit a Gibelino qui tunc ecclesiæ Hierosolymitanæ pa-
triarcham agebat, & hoc anno die VIII. Id. aprilis decessit; cum Gibelinus, de quo in eadem
Charta, patriarchæ titulum nullum sibi assumat; & qui ecclesiæ Hierosolymitanam regerat,
Gibelinum ex clerico (non ex Episcopo Arelatenfi) Patriarcham renunciatum fuisse scribit Al-
bertus Aquisanis ætatis illius Scriptor. Sed ambiguitatem omnem tollunt epistolæ geminæ a Ba-
ronio ad. A. 1107. 18. productæ, quibus Gibelinus ex Arelatenfi ad Hierosolymitanam trans-
latus perspicue demonstratur. Cum autem alterutram ex illis ab ipso eodem Gibelino scriptam
inscriptionem hanc præferat: *Gibelinus Hierosolymitanus episcopus*; hinc tollitur ratio illa dubitan-
di cur in Diplomate Melitenfi Gibelinus episcopum se non patriarcham appellet; ab hoc enim
titulo fonte demissi animi gratia semper Gibelinus abstinuit. Silet autem in Diplomate Me-
litenfi nomen sedis Hierosolymitanæ quam tenebat, quia forte controversiam illam cum Mona-
chis montis Tabor, non ut Hierosolymitanus episcopus, cum de jure etiam patriarchæ Hiero-
solymitani ageretur, ut ex eadem charta liquet, sed ut legatus apostolicus dirempsit. De hoc
concilio nihil in collectionibus. MANSI

CHRISTI
1112.PASCHALIS II. PAP.
13.HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMN. IMP. 32.

Martina, Sophia, Pistis, Elpis, Agapes.
A † Ω. Insuper ibidem hæc sequuntur.

Anno Domini millesimo centesimo duo-
decimo, Indictione quinta, mense Octo-
bri, die XV. anno vero XIII. domini
Paschalis Secundi Papæ, quidam pres-
byter hujus Ecclesiæ nomine Benedictus
ducens secum quosdam laicos adiit Ec-
clesiam S. Stephani, in loco qui dicitur
Aqua transversa, ubi sub altari inve-
nit corpora sanctorum martyrum Pon-
tiani, Eusebii, Vincentii, & Peregrini:
quæ inde auferens suis cum so-
ciis in hanc Ecclesiam transulit, & do-
mino Papæ Paschali, sicut res acta fue-
rat, intumuit. Quo audito, venerabilis
Pontifex præcepit, ut in altari majori
S. Laurentii sub craticula conderentur;
quod & factum est. Eodem quoque an-
no idem presbyter invenit corpora san-
ctorum in via Ardeatina, Gordiani vi-
delicet martyris, & Felicule virginis
& martyris, & in majori altari iuxta
præfati Pontificis superpositis. Hæc ibi
de his quæ ad presentem annum spe-
ctant: reliqua inferius suo loco.

Hoc eodem anno defuncto Gibelino
Hierosolymitano Patriarcha, eligitur
Ar-

XXVIII.
Corpora
SS. Mar-
tyrum in-
venta.

XXIX.

VI.
Canonici
Mediola-
nenses
Grosula-
Christi anni
Ardericus idem cum Vicedomino, num Ar-
& ceteris sibi conjuratis in abjiciendo Grosu-
lanum, vel in suscitando aut in alium erigen-
do Archiepiscopum, catholice pulpitem ascendit
(in publico sc. cœtu), & factis silentio in
populo, coram illa maxima multitudine loquens
dixit: Nos salva reverentia Papa secundum au-
cto-

CHRISTI
1112.PASCHALIS II. PAP.
13.HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMN. IMP. 32.

Arnulph. Archidiaconus ejus Ecclesie Arnulphus nomine, de quo saepe superius, cujus detestabiles mores, opera nequissima. Vvillelmus (a) Tyrus narrat. Ita plane cum ejusmodi eligerentur in Episcopos, numen redditur Christianis infensum. Moritur vero eodem anno Tancredus

PAGIUS

floridatam & justitiam Canonum dicimus, quod Grosulanus non potest esse Archiepiscopus Mediolani (mirum Ecclesiasticos summi Pontificis iudicium abrogasse). Iste dicitur & confirmato illico Presbyterum Jordanum de Clivi elegit in Archiepiscopum. Hoc cum Presbyter Liprandus audivit, egrotus a lecto surrexit, & in altero die illi Electro piscem obtulit dicens; Gratias Deo, quod nunc mihi testimonium perhibetis; sed hi qui te elegerunt in Archiepiscopum, male fecerunt, & Deus illis miseretur; quia tu posses esse unus bonus Presbyter de claustris; nunc autem masculus es (id est virum te prebe). Cum autem Electus ille, nec aliquis de tot circumstantibus ipsi Presbytero respondisset, Presbyter ipse propinquius accessit, & osculatus Jordanum sicut unum de ceteris Sacerdotibus reliquit.

VII.

Landulfus cap. 23. fufe. narrat ordinationem Jordani factam ab ejus suffraganeis Arialdo Genuensi, Mamardo Taurinensi, & Landulfo Astensi; qua de re a multis murmur excitatum, in quo murmure, inquit Landulfus, Episcopi Azo Aquensis & Ardericus Laudensis (veteres Grosulani amici) videntur fuisse. Vigilante (id est vigente) itaque hoc murmure Mamardus Taurinensis illico Romam adivit, & solam petiit, (a Paschali II. qui jam in Grosulani favorem sententiam dixerat, & rediens inde, solam & chartam continentem sacramentum, quod Papa poscebat a Jordano, attulit; alioquin solam dari Jordano Papa prohibuit, sicut idem Mamardus notavit. At Jordanus per sex menses jejuniis fuit, & solam non habuit. Sequentibus capitibus Landulfus refert, Liprandum avunculum suum contestato denunciavisse, se jure adversus Grosulanum egressisse; cumque in extrema verfaretur etate Mediolano egredi statuit, ne inter eos moretur, qui animum obfirmarant in defensionem hominis, cujus causam Deus reprobasse videtur: Delatus est ipse Presbyter, inquit Landulfus cap. 24. ad Fontidii Monasterium (in diocesi Bergamensi situm) mo nesciente. In quo monasterio coram Monachis & fratribus a festo S. Nicolai (sc. a die VI mensis Decemb.) usque ad festum Epiphaniæ Domini splendide vixit. Liprandum usque ad annum MCXIII. vitam prorogasse, certis testimoniis liquet, siquæ, quod notandum, unico tantum mense in eo Monasterio fuit.

VIII.

Pergit Landulphus cap. 25. apud Puricellum in Monum. Basilic. Ambros. n. XVII. & lib. 7. de SS. Arialdo & Herlemb. cap. 90. Igitur Presbytero Liprando in Fontidii monasterio fama de Grosulano redeunte a Hierosolymis, auces Jordani & Ordinariorum ejus implevit, & Mamardus Taurinensis Episcopus iterum Mediolanum venit; atque solam, quam in praesenti (legendum, praesenti, Landulfus enim de anno MCXII. qui Liprandi obitum antecessit, verba facit) sine sacramento Jordano dare noluit, neque dedit; nunc videlicet in festo S. Nicolai, quando Presbyter Liprandus Pontidium intravit, super altare S. Ambrosii posuit; & Jordanus ascensus eam, de ipso alia-

Princeps Antiochiæ insignis armis sed praestantior pietate, qui habuit Rogerium. successorem, & moribus plane degenerem.

Quo pariter anno die duodecima Septembris illustri meritis S. Guido Confessor post Hierosolymitanam peregrinatione-

S. Guido.
nis obitus

ri assumptæ, qua postio & assumptio absentibus Ordinariis & Primiceriis facta fuit. Puricellus in priori loco laudato, ut ostendat nihil mutandum esse in hoc loco, quam in praecedenti, ait Landulfum annum a die XXV. mensis Martii exordiri, & Mamardum Episcopum Taurinensem ante diem XXV. Martii Jordano Pallium dare noluisse, ideoque in anno praecedenti. Sed vanum illud effugium; praeterquam enim quod Landulfum annum a Kalendis Januariis auspiciari videtur, diserteque asserit, a Mamardi reditu cum Pallio Jordanum, & per sex menses tantum privatum fuisse, & die XXV. Martii ad diem VI. mensis Decemb. quo S. Nicolaus colitur, menses novem intercurrunt. Landulfus cap. 24. Liprandi Presbyteri in vita & post mortem miraculis clari, sed in Sanctorum numerum non relati obitum narrat, & inquit, spiritum emisit in ejusdem (sc. Epiphaniæ) nocte, anno sc. MCXIII.

Hoc anno mortuus est Henricus Portugalliae Comes, qui Tarasiam filiam Alphonso VI. Castellæ Regis ex contubernio cum Semena Munionis, uxorem duxerat. Eum Mariana lib. I. de Reb. Hisp. cap. 4. alique usque ad nostra tempora e Domo Lotharingica prodidisse tradidere, licet Rodericus lib. 6. cap. 21. diserte scripsisset, eum fuisse ex partibus Bisontinis, & congermanum Raimundi Comitis patris Imperatoris, Alphonso scilicet VII. Verum nunc inter Eruditos convenit Henricum, cujus filius Alphonso primus Portugalliae Rex fuit, ut suo loco videbimus, ex Burgundiae Ducibus originem traxisse. Audiendus Anonymus, cujus Historia a Roberto ad mortem Philippi I. Regis fragmentum recitat Duchesnius Tom. IV. qui loquens de Alphonso VI. Castellæ Rege scribit: Hic filiam Roberti ducis Burgunatorum (fratris Henrici I. Francorum Regis) duxit in uxorem, nomine Constantiam, de qua suscepta filiam (Uracam appellatam, quæ mater fuit Alphonso VII. Castellæ Regis) quam in matrimonium dedit Raimundo Comiti, qui Comitatum trans Avaram tenebat. (Raimundus iste filius fuit Guillelmi II. Burgundiae Comitis, ubi Vefontio sita). Alteram filiam (nomine Tarasiam), sed non ex conjugali thoro natam, Alphonso unius filiorum filii ejusdem ducis Roberti dedit. Hæcque ambos in ipsis finibus Hispania contra Agarenorum collocavit imperium. Quare ex Roberto Burgundiae Duce natus est Henricus, & ex Henrico Henricus alter Portugalliae Comes, de quo hic sermo, cujus Successores ad solium Regium evedit fidem Christianam in remotissimas nationes intulerunt. porro Henricum Portugalliae Comitem exeunte ætate currentis anni, die incerto, vita functum esse, sepultumque Bracaræ era MCL. testatur Petrus Comodus Bonelus Portugalliae Princeps, qui id ante tria secula literis mandavit, & ex eo exscripsit Faria Auctor Lusitanie Europæ Tom. II. De proeliis adversus Saracenos, tam ab Henrico, quam a Raimundo Comitibus gestis. Legendus Sandovalius in Alfonso VI.

VI.

CHRISTI
1112.PASCHALIS II. PAP.
13.HENRICI IV. IMP. 2.
ALEXII COMN. IMP. 32.

tionem iterum repetitam ex hac vita migravit, ut ejus vitæ Acta scriptis-

data testantur. De eodem est mentio ea die in Romano Martyrologio.

Mil.

PAGIUS

X.
Comita-
tus Pro-
vincie u-
nitur
Barcino-
nensi.

Victorii de Saracenis reportatis inclavit etiam hoc tempore Raimundus Berengarii Comes Barcinonensis hujus nominis III. non vero IV. ut perperam Boncheus lib. IX. Hist. Comitum Provinciae cap. 1. qui & primus ex ea gente Provinciae Comes fuit: Habuit uxorem, inquit Anonymus de Gestis Comitum Barcinon. cap. 16. filiam Gilberti (melius, Gilberti) Comitis. Reqvinea nomine Dulciam, & ipsam Comitatum Provinciae, & Amiliani (id est, Amiliani Comitatus in Linguadocia positi, Gallicæ Milhaud,) cum ipsa adquisivit. Gilberto enim Comite Provinciae, incerto anno demortuo Gerberga uxor ejus Dulciam utriusque filiam Raimundo Barcinonensium Comiti eurrenti anno in matrimonium dedit, ut liquet ex Instrumentis a Baluzio in Appendice ad Marcum Hispanicum cap. 347. & duobus aliis capitibus sequentibus recitatis. Hæc verba prioris Kal. Februarii scripti: Ego Gerberga Comitissa dono tibi Dulcia filia mea omnem honorem, quem habeo, vel habere debeo quocumque modo Comitatum videlicet Provinciae & Gaudaldensis, & Carladensis, & illum honorem, qui est in Comitatu Rutenensi. Quæ omnia advenorunt mihi voce parentum meorum & largitione vini mei Gilberti Comitis patris tui. In secundo Instrumento III. Nonas Febr. hujus anni dato legitur: Ego Gerberga Comitissa Aralensis trado tibi Raimundo Berengarii Comiti filiam meam in conjugium nomine Dulciam cum omni honore meo, & cum illo honore, qui fuit Gilberti Comitis patris puella, nominatim Provinciam, quod ibi habeo & habere debeo, & Comitatum Capellanensem, & Vicecomitatum Carladensem, & omnem honorem quem ha-

beo in Comitatu Rutenensi, sicut fuit Gilberti Comitis, &c. Advenorunt autem mihi Comitissa Gerberga per scripta omnia, partim voce parentum meorum, partim largitione vini mei Gilberti Comitis.

In tertio, Idus Januarii hujus etiam anni XI. scripto habetur: Ego Dulcia Barcinonensis & Provincia Comitissa per hanc scripturam omnino Dulcium innotescere volo, qualiter tibi venerabili Raimundo, quem Dei dispositione mihi iusto matrimonio copulavi, dono atque concedo totum meum honorem, quem habeo vel habere debeo per Barcinonensium suæ maternam hereditatem, vel alio modo in Provincia & in Rutenensi comitatu vel ibidemque sita, &c. Fuit Gilberto & Gerbergæ altera filia Stephania appellata, quæ antea nupsit Raimundo de Baucio, cujus mentio in Instrumento anno MCL. scripto, & in eadem Appendice cap. 410. relato; in quo dicitur: Stephania uxor Raimundi de Baucio filii sui partem & hereditatem in Comitatu Provinciae requirebant; sed praefatus Comes Berengarius (filius Raimundi & Dulciæ) nihil se inde eis dare debere recognoscebat, quia Gilbertus Comes pater suus, & mater sua Gerberga Comitissa eam maritauerant, & hereditaverant. Quibus ex actis tria, quæ hæcenus tenebris involuta fuere, in apertam lucem educuntur. Primo, Dulciam Comitissam Barcinonensem Gilberti, & Gerbergæ Comitum Provinciae filiam extitisse; secundo, Dulciam sororem habuisse nomine Stephaniam, & denique Gilbertum Provinciae praefuisse ac Gilbertum II. Comitem Provinciae fictitium esse. Quæ ad illustrationem Historiarum Comitatum Barcinonæ & Provinciae obiter dicta sunt.

XI.

Matrimo-
nio Dul-

cia cum

Raimundo

Comite

Barcino-

nensi.

vel alio

modo in

Provincia

& in

Rutenensi

comitatu

vel ibidemque

sita, &c.

Fuit Gilberto

& Ger-

bergæ altera

filia Step-

hania appella-

ta, quæ antea

nupsit Rai-

mundo de

Baucio, cujus

mentio in

Instrumento

anno MCL.

scripto, &

in eadem

Appendice

cap. 410.

relato; in

quo dicitur:

Stephania

uxor Rai-

mundi de

Baucio filii

sui partem

& hereditatem

in Comitatu

Provinciae

requirebant;

sed praefatus

Comes Beren-

garius (filius

Raimundi &

Dulciæ) nihil

se inde eis

dare debere

recognoscebat,

quia Gilbertus

Comes pater

suus, & mater

sua Gerberga

Comitissa eam

maritauerant,

& hereditaverant.

Quibus ex

actis tria,

quæ hæcenus

tenebris

involuta

fuere, in

apertam

lucem edu-

cuntur.

JESU CHRISTI ANNUS 1113.

PASCHALIS PAP. II. ANNUS 14.

HENRICI IV. IMP. 3. ALEXII COMNENI IMP. 33.

I. Milleſimus centeſimus decimusteſtius annus jam incipit, Indictione ſe- xta, quo Paſchalis Papa pergens Bene- ventum, ibi Synodum celebravit, in qua quaſtiones provinciales, & alia judicia- lia definiuit. Agit de his Petrus diaco- nus.

Quod ad res Beneventanas pertinet, locuplex naſti ſumus monumentum re- rum temporis hujus, nempe Chronicon Beneventanum ad nos miſſum a Maxi- miliano a Palombaria Beneventano Ar- chiepiſcopo, amico chariſſimo, in quo res geſtae ab hoc anno narrantur uſque ad annum Redemptoris milleſimum cen- teſimum quadrageſimum, continens an- nos dumtaxat vigintiſeptem, ſincera-

PAGIUS SÆC. XII An. Eræ Hiſp. MCLI. An. Hegiræ DVII. in- choato die 17. Junii fer. 3. A. C. 1113 I. Collectio- nes dua Scripto- rum Bene- venti ge- ſarum.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6606.

© 2. E. D 12. P. 6. April. Indiſt. 6.

JESU CHRISTI 1113.

PASCHALIS II. PAPÆ 15.

HENRICI V. REG. 8. IMP. 3.

ALEXII COMNENI IMP. 33.

AD num. I. Baronius partem tantum Chro- nici Beneventani res in ea urbe ab hoc anno ad MCXL. geſtas complectentem vidit; verum poſt ejus mortem dua antiquorum Chro- nicorum, in quibus recententur acta a Prin- cipibus Beneventanis & Capuanis, Collectio- nes prodierunt. Prior Neapoli in 4. ab An- tonio Carraciolo anno MDCXXVI. alteraque in eadem urbe etiam in 4. anno MDCXLIII. a Camillo Peregrinio publicata, hæcque auſtor & Notis Chronologicis ac Diſſertationibus il- luſtrata. Complectitur ea Collectio Hiſtorias Lupi Protoſpatæ, Heremperti, Anonymi Caf- ſinenſis, & Falconis Beneventani, eaque ma- gno nobis uſui fuit. Verum Falco, non ab hoc anno, ſed ab anno MCII. uſque ad MCXL. Chronicon ſuum exorditur, & anni initium re- petit a die prima menſis Martii, non vero a die viceſima quinta ejuſdem menſis, ut alii, qui ab eodem menſe annum auſpicantur, quod Peregrinius pag. 152. & ſeq. compluribus ex- emplis demonſtrat. Hic Auſtor res ſui tem- poris, eaſque præcipue quæ Beneventi conti- gerunt, ſuſe & accurate deſcribit.

II. De Falco- ne ex illis ſcripſori- bus uno.

Baronius ait, Falconem in Beneventana Ec- cleſia Clericatus munere functum eſſe; ſed Peregrinius citatus pag. 148. oſtendit eum ea in re deceptum, & Falconem ex laicali mu- nere Notarii & Scribæ ſacri Beneventani Pa- latii in Judicem Beneventanum adſcitum fuiſ- ſe, jamque Notarum ſuarum initio ſcripſe- rat; Chronologus Falco noſtratum (Nea- politanorum ſeu Itaſorum) mediæ ætatis ob- fidelem, nec proſus ineptam diligentiam fa- cile princeps; munere, ut ipſe de ſe tra- dit ad annum MCXXXIII. & MCXXXVII. Notarius & Scriba ſacri Beneventani Pala-

plane & integra fide conſcriptum, ut- pote qui ſcripſit ea, vel vidit, vel ab iſis qui viderunt audivit. Auſtor Folcus nomine diſtus eſt, quem etiam Beneventa- num patria fuiſſe liquet ex ejus ſcriptis; & in eadem Beneventana Ecceſia cle- ricatus munere functum; ex quo qui- dem pleraque ſunt Annalibus inferenda. Et quod ad præſentem annum ſpectat, idem auſtor pluribus narrat ab eodem Paſchali Papa eidem civitati titulo Com- meſtabuli præfeſtum fuiſſe Landulphum cognomento de Græcia, inſignem for- titudine & audacia militem, qui cives tueretur a frequentibus Northmannorum vicinorum incurſionibus, idque plus ſatis ab eo præſtitum, adeo ut non ſatis ipſi

tit. tandemque in ſua eademque patria Ju- dex. Chronicon illud principio & fine mu- tilum ad nos pervenit. Pag. 149. Peregrini- nius pag. 149. hanc vocem Judex his ver- bis explicat; Judex haud Prætoſorem defini- tis litibus conſtitutum, ſed in Decurionum, ſive dicas Senatorum, album credas rela- tum, qui per ea tempora plerique in lo- cis Judices appellabantur. Ita ille.

Anno MCXII. VI. indiſtionis menſe Martio, inquit Falco, ſed ibi annus recte deſcriptus, & indiſtio vitioſe, legendumque, V. indiſtio- nis. In ejus enim Chronico indiſtione ſexta præſens annus recte notatur, & annis ſequen- tibus tam indiſtiones, quam anni accurate col- locantur. Amanueſes turbavit exemplar Fal- conis, ubi ad annum MCXI. habetur, V. indiſtione, ſine ulla narratione. Anno itaque Chriſti MCXII. Papa Paſchalis faciens Roma Synodum, inquit Falco, fregit pactum, quod fecerat cum Henrico Rege (menſe ſc. Aprilis an- no MCXII. ut ibidem oſtendimus). Pergit Falco; Apoſtolicus hæc auſtoris (nempe ſedi- tiones a Beneventanis exeunte anno MCXII. excitatas), nec mora ſecundo die inſtante men- ſis Decembris advenit Beneventum. Cauſa tu- multuum hæc erat, quod alii Landulphum Bur- vellum, alii Anſonem civitatis Rectorem ſine Do- mini Papa voluntate conſtituere ſatagebant. Fallitur itaque Baronius, quando ſcribit Paſ- chalem hoc anno Beneventum adventaſſe, cum eam in urbem menſe Decembri anni ſu- perioris pervenerit.

Cum in ea urbe hoc anno verſaretur, men- ſe Februario Synodum conſtituit. Synodo autem ſua ſacro Beneventano Palatio aſſiſte- dum cele- ret, prædiſtamque conſpirationem factam pro par- te illius Landulphi Burveilli deprehendens con- ſeditioſos cives vocari juſſit, (ubi loquitur Falco de- coercoſ.) Et quod quidam civium pro ipſius Landulphi auxilio turres Porta ſumma noctu cepiſſent, in- deque munitionum ipſarum cuſtodes eſcipientes, una tantum nocte eaſ virtute tenuerunt. Tan- dem Deo opitulante & Beneventanorum complu- rium fidelium ſolatio, quorum mens erat ſa- nior, turres ipſe vindicatae ſunt, & B. Petro reſtituta. At cives ipſi tale domino Papa dedere reſponſum, ut quos ſuſpectos haberet, vocaret, & ab eis pleniter juſtitiam ſumeret. Quid plu- ra? Curia ordinata vocantur malorum fautores,

III. Paſchalis II. anno ſuperiori exeunte Beneven- tum ve- nit.

IV. Ibi Syno- dum cele- ret, prædiſtamque conſpirationem factam pro par- te illius Landulphi Burveilli deprehendens con- ſeditioſos cives vocari juſſit, (ubi loquitur Falco de- coercoſ.)

CHRISTI 1113.

PASCHALIS II. PAP. 14.

HENRICI IV. IMP. 3. ALEXII COMN. IMP. 33.

ipſi fuerit tueri ſua, ſed etiam invade- ret aliena, caſtra eorum capiens, atque ſuccedens. Quorum gratia accidit, ut Northmanni magis miſiſque concita- rentur in Beneventanos, & conſtatis mi- litum copiis agrum Beneventanum aſſi- dalis graſſationibus in magnum pauperum detrimentum inſtarent. Quæ omnia pluribus auſtor narrat.

II. Dum autem adhuc Beneventi Paſchalis Papa moraretur, ab Antiocheno Patriar- cha legationem accepit de conſervandis antiquis juribus ejuſdem Ecceſiæ, qui- bus in dioceſi videretur imminuta ex conceſſione facta ab eodem Pontifice Ec- cleſiæ Hieroſolymitanae.

Hæc accepta legatione, Paſchalis Pa- pa, quod numquam eo animo fuiſſet, ut quod minimum inferret præjudicium An- tiochenæ Ecceſiæ, prout ſuperioribus a ſe datis litteris ad eundem Patriarcham Antiochenum ſignificarat; tamen expreſ- ſius id voluit declarare, ne aliquis in- mente ejus ſcrupulus remaneret. Quam- obrem ad eum has litteras (a) dedit pa- cis & unitatis conciliatrices:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, Coepiscopo Bernardo Antiocheno Pa- triarchæ salutem & Apostolicam benedi- tionem.

Sicut aliis litteris fraternitati tuæ scri- psimus, nos & personam tuam, & Ec- clesiam tibi commiſſam plena caritate di- ligimus; nec ullo modo volumus honorem veſtra dignitatis imminui, quin Antio- cheni Patriarchatus præſatio, ſicut præ- teritis temporibus conſervata eſt, ita etiam in futurum integra, præſtante

(a) Apud Tyr. de bel. ſacr. l. II. c. 28.

Litteræ Paſch. Pap. ad Episc. Antioch.

Ii

Do-

PAGIUS vocantur ſuſpecti, tandemque legitime ſententia extenſa quosdam captos vidimus, quosdam ejuſ- dem, & domos quorundam ſiſco deditas, quo- rundam deſtructas. [1]

V. Securitati urbis con- ſulit. Iſtis taliter actis (menſe ſcilicet Februarii an- ni MCXIII.) XV. anno pontificatus ſupradic- ti domini Papa menſe Martio VI. indiſtionis (præſata Falco cum anno MCXII. labente ſcilicet, copulavit, ſequentia cum menſe Mar- tio hujus Chriſti anni, juxta eam quam ſer- vat methodum) Dominus ipſe Apoſtolicus civi- tatem Beneventanam viriſ prædorum perſecu- tionibus ex omni parte oppreſſam aſpiciens, & civium bona a Normandis undique vicinanti- bus quotidie diſtrahi & conſundi, cognoscent conſilio habito Landulphum de Græcia militem præſentem & ſolertem, Commeſtabulum Beneven- tanorum inſtituit, quatenus . . . civitas . . . ſecura . . . perſiſteret. Ad quæ verba Peregrini- nius hæc notat; His conſonat Petrus Dia- conus in Audario ad Oſienſem lib. 4. cap. 50. qui præſentem adventum Paſchalis in- has partes numero facit ſecundum, prio- rem ſtatuens in anno MCVIII. menſe O- ctobri, ut traſit libro eodem cap. 33. ad- fertoremque habet noſtrum Falconem, dicen- tem tunc illum menſe Novembri ordinaſ- ſe Landulphum Archiepiſcopum Beneventi. Ita Peregrinius. De priori Paſchalis II. Bene- ventum acceſſu anno MCVIII. cum eodem Fal- cone egimus.

VI. Ad num. II. & ſeqq. Willelmus Tyrius lib. II. cap. 27. narrat, Balduinum Hieroſolymo- rum Regem per nuncios a Paſchali II. petiſſe, ut quaſcunque urbes ſibi poſſet vindicare, omnes diſioni & regimini Hieroſolymitana Ec- cleſiæ ſubjacerent; quod obtinuit Reſcripto dato Laterani V. Idus Julii. Ad petitionem quo- que Balduini Regis Paſchalis II. Gibelino Pa- triarchæ Hieroſolymorum ſcripſit, eique con-

VII. tenore a Willelmo Tyrio recitatas ſuis annis reddere; ſed cum animum non advertiſſet ad errorem, qui cubat in ſubſcriptione litterarum a Paſchali II. ad Balduinum Regem datarum, oleum & operam perdidit. Litteræ itaque Paſchalis datæ Laterani V. Idus Julii, aliaque ad Gibelinum Patriarcham Hieroſolymorum ſine loco & die ſcriptæ, ad eundem annum eun- demque diem pertinent; cumque Gibelinus anno MCXII. VIII. Idus Aprilis e vivis ex- ceſſerit, utraque Epiſtola, V. Idus Julii, non apt

NOTÆ

[1] Synodo huic Beneventanae quinam poſſimum epiſcopi adſuerint, nullibi quidem adno- datum reperi, ſed facile eorum nomina prodierunt in bulla Paſchalis II. hoc anno data in gratiam hoſpitalis Hieroſolymitani, de qua nos in Nota ad annum 1099. 15. Pertinet autem illa ad XV. Kal. martii hujus anni, adeoque ad tempus quo concilium iſtud agebatur, ſubſcribiturque a Richardo Albanenſi, Landulfo Beneventano, Conone Præneſino, Anaſtaſio cardinali preſbytero tit. B. Clementis, Gregorio Teracinenſi, Joanne Melitenſi, Romoaldo diaco- ni cardinali Rom. ecceſiæ, & Gregorio cardinali preſbytero tit. S. Grifogoni. Hi ergo con- cilio Beneventani aſſeſſores. MANSF

CHRISTI
1113.

PASCHALIS II. PAP.
14.

HENRICI IV. IMP. 3.
ALEXII COMN. IMP. 33.

Domino, conservetur. Illud autem, quod filio nostro Balduino Hierosolymitano Regi per nuntios suos intercedenti concessimus, charitatem vestram omnino conturbare non debet: sic enim in eis scriptum est: Ecclesiarum, quæ illis in partibus fuerunt vel sunt, terminos atque possessiones diutina Infidelium possessio tyrannisque confudit. Cum itaque certos ejus fines assignare præsentis deliberatione nequimus: tuis non immerito precibus duximus annuendum; ut quia pro Hierosolymitana Ecclesiæ sublimitatione personam tuam extremis periculis devovisti, quascumque Infidelium urbes ceperis, vel cepisti, ejusdem Ecclesiæ regimini dignitatique subiaceant. Eodem sensu etiam illa verba discutienda sunt, quæ felicis memoria Gibelino Hierosolymitano Patriarchæ de civitatibus atque provinciis scriptas, quæ supradicti Baldvini Regis prudentia, exercituum cum sequentium sanguine per Dei gratiam acquisitæ sunt. Siquidem Ecclesias illas, quibus certi fines assignari possunt, quarum termini ac possessiones diutina possessione ac tyrannide confusi non sunt, & ipsarum Ecclesiarum urbes illi volumus Ecclesiæ subiacere, ad quem ex antiqua sciuntur justitia pertinere. Non enim volumus aut propter Principum potentiam Ecclesiasticam minui dignitatem, aut pro Ecclesiastica dignitate Principum potentiam mutilari. Data Beneventi decimoquinto Kalendas Aprilis. Ad Balduinum autem de iisdem sic icribit:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, carissimo Balduino illustri Hierosolymitanorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem.

Concesso illa, quam nos petitioni tuæ accomodavimus, ut quascumque Infidelium urbes ceperis vel cepisti, Hierosolymitanæ Ecclesiæ regimini, dignitatique subiaceant, non parum cum fratrem nostrum Bernardum Patriarcham, tum uni-

III. Pasch. litteræ ad Regem Hierusalem.

PAGIUS

aut altero anno ante Gibelini obitum procul dubio data. Baronius, qui annum emortualem Gibelini recte notarat, literas ad eum a Paschali II. directas & a Tyrio anno MCXV. scuti omnes jam memoratæ, relatas prætermisit, quia, uti existimo, hunc nodum solve- re non potuit. Tum cum Bernardus Patriarcha Antiochenus questus esset apud Paschalem II. de concessione illa Patriarchæ Hierosolymitano in suum præjudicium facta, Paschalis II. Epistolam ad eum scripsit, quæ dicitur data Laterani VII. Idus Augusti, idque anno MCXI. aut infrequenti. Currenti vero anno dum Beneventi esset, ad Bernardum Antiochenum Patriarcham iterum scripsit, atque se jam revocasse concessionem factam felicis memoria Gibelino Hierosolymitano Patriarchæ. Quare Paschalis II. litteræ XV. Kal. Aprilis Beneventi, ubi is versabatur, indubitanter datæ, eademque die ac in eadem urbe de prioris concessio- nis a se in præjudicium Ecclesiæ Antioche-

versam Antiochenam turbavit Ecclesiam. Cum enim nos concessionem tibi super Ecclesiis indulserimus, quarum terminos & possessiones diutina Infidelium possessio, & tyrannus confudit: illi eas Ecclesias a Hierosolymitano Patriarcha, te conveniente, invafas conquerrantur, de quibus ambiguitas nulla sit, quin eas etiam Turcorum vel Sarracenorum temporibus sedes Antiochena possederit, & eorum Episcopi etiam Infidelium oppreffi tyrannide, Antiochenorum Patriarcha obedientiam exhibeant. Porro nos litteris ad supradictum Patriarcham missis Antiocheni Patriarchatus prælationem, sicut ab antiquis Patribus distributa, & præteritis temporibus conservata est, ita etiam in infinitum integram servari sancimus. Tuam igitur strenuitatem monemus, & momentes præcipimus, ne a te invafiones hujusmodi fieri (ut manifesta est veritas) permit- tantur, sed unaquaque Ecclesia justitiæ suæ limitibus perfruatur. Nec enim possumus manifeste sanctis Patrum nostrorum constitutionibus obviare, nec omnino volumus, aut pro Principum potentia Ecclesiasticam minui dignitatem, aut pro Ecclesiastica dignitate Principum poten- tiam mutilari: ne apud nos occasione al- terutra pax turbetur Ecclesiæ. Clericis quoque Hierosolymitanis per præsentia scripta præcipimus, quandoquidem pater- nas possessiones, & patriam pro Ecclesiæ (ut creditur) exaltatione, pro religio- nis observantia reliquerunt, ut Hieroso- lymitana Ecclesia sint contenti, nec inju- ste aut procaciter ea usurpare contendant, quæ certo sciuntur ad jus Antiochena Ec- clesiæ pertinere. Omnipotens Dominus sua te in omnibus dextera protegat, de bo- nibus Ecclesiæ triumphare concedat. Data Beneventi decimoquinto Kalendas Aprilis. Hactenus Paschalis litteræ. Inde reversus est Romam: Ubi manens, excommunicavit Robertum Comitem, quod castellum contra Beneventanos ere-

na factæ revocatione ad Balduinum Hieroso- lymorum Regem scripsit; sed Librariorum er- rore hæ litteræ dicuntur datæ Laterani XV. Kal. Aprilis, loco, Beneventi XV. Kal. Apri- lis, qui error manifestus est: cum uno eo- demque die Paschalis II. Romæ & Beneventi esse non potuerit. Tyrius vero cum lib. II. cap. 26. cum de Legatione a Paschali II. ad- vertus Arnulphum Patriarcham Hierosolymo- rum ad partes Syria, anno MCXV. directæ verba fecit, capitibus sequentibus ejus occa- sione literarum ejusdem Papæ tam ad Gibeli- num, quam ad Bernardum Patriarchas, men- tionem habet.

Interim cum Robertus Sclavus, qui castel- lum ad montem Sabletam contra Beneventanos erexerat, nollet illud diruere, & eisdem ve- xare non cessaret; Prædictus Apostolicus hac Ro- ma audiens (Benevento sc. redux) illum ex- communicavit, donec castellum illud civitati contrarium delevisset, quod facere ipse Robertus con-

VIII. Beneven- tani a Roberto Sclavo & a Nor- mannis vexati.

IV.

(a) Voil. Tyr. l. II. c. 22.

Thabo- rantes Monachi martyres. (b) Pet. Clun. l. 4. c. 44.

PAGIUS

IX.

Infantia nuptia Baldvini Regis Je- rosolymo- rum cum Comitissa Sicilia.

X.

Ad redi- ens Gro- sulani ex Oriente, Mediolani tumultu- atum.

xisset, & monitus non destitisset: qui ta- men suadente Landulpho Beneventano Comestabulo, illud est demolitus; sicque ab ipso Paschali absolvi meruit.

Quod autem ad res Hierosolymitanas pertinet, hoc anno execrabile illud faci- nus perpetratur, ut Arnulpho Hieroso- lymitano Patriarcha agente, Balduinus vivente adhuc prima conjuge, duceret in uxorem Comitissam Siciliæ, quæ u- xor fuerat Rogerii Comitis. Ita infen- so numine res Christianorum cœperunt in deterius labi. Hæc pluribus Tyrius. (a) Quomodo autem per Paschalem Pa- pam Legato missa, ab eo Arnulphus fu- it depositus, suo loco dicitur. Quo an- no Turcæ, qui Hierosolyam capturi advenerant, re infecta recedentes, mo- nasterium Christianorum in monte Tha- bor constitutum evertunt, & monachos omnes occidunt. Hæc in Appendice ad Sigebertum hoc anno. Erant isti san- ctissimi viri germina Cluniacensium, vi- tæ religiose observantissimi, ad quos ex- tat (b) Petri Cluniacensis Abbatis e- Ann. Eccl. Tom. XVIII.

contempsit, inquit Falco, qui addit, Landul- phum Comestabilem cum Roberto ea de re egisse, & castellum illud evertisse: Castellum illud destruxit, & funditus delevit, duobus videlicet equis optimis & decentis solidis da- tis. Quod cum Normanni accepissent, sævius in Beneventanos grassati sunt, ut Baronius num. I. narrat ex Falcone.

Ad num. IV. Willelmus Tyrius lib. II. cap. 21. loquens de Rebus hoc anno gestis ait, Co- mitissam Siciliæ viduam Roberti Rogerii Guif- cædi fratris & Comitis Siciliæ matrimonium in- iisse cum Balduino Hierosolymorum Rege, consilio & consensu Rogerii filii sui, qui post- ea Siciliæ Rex declaratus fuit; sed eas nu- ptias Arnulphi Patriarchæ Hierosolymorum malitia factas infelicem exitum fortitas esse, quia prior Balduini uxor apud Edeffam adhuc in rebus agebat humanis. Ea Sicilia Comitissæ erat Adelais de Monteferrato tertia uxor Rogerii, dimissa postea a Balduino Rege, ut infra referemus.

Hoc anno Mediolani Grosulano ex Oriente reduce rursus tumultuatum, ut narrat Landul- phus Junior cap. 26. apud Puricellum in Mo- numentis Basl. Ambros. num. 326. In Augu- sto, qui fuit octavus mensis ab illo, in quo Pres- byter Liprandus obiit; in isto enim mense Gro- sulanus a Hierosolymis rediit, & prius post le- gem factam de eo ignitam intravit Mediola- num (Grosulanus enim prius mense Augusto Me- diolanum rediit: primo anno MCV. postquam a Paschali II. in Sedem Mediolanensem resti- tutus fuit, & secundo hoc anno post suum e peregrinatione Hierosolymitana reditum), ibi- que tunc ad locum, ubi Sanctus Victor carera- tus fuit, suos labores, suosque thesauros Sa- cerdotibus & viris, quos sibi putabat fideles, explicavit: & explicando induxit benignitatem, qua pavit & induit Jordanum, quem fecerat Subdiaconum. Videbat etiam inflare adversus Jor- danum; eo quod dicebat eum sibi jurasse, & decessisse (fuerat Jordanus unus ex ardentiori- bus Grosulani fautoribus, ut indicat Landul-

CHRISTI
1113.

PASCHALIS II. PAP.
14.

HENRICI IV. IMP. 3.
ALEXII COMN. IMP. 33.

pistola, qua eorundem commendatur monastica observantia. Quamobrem ju- re æstimare liceat, quot monachos ca- los, tot laureatos martyrii corona Mar- tyres e monte Thabor assumptos in cœlum.

Hoc item anno Paschalis Papa resti- tuit Ecclesiam S. Bartholomæi in Tibe- rina insula. Docet hoc inscriptio supe- rius recitata, cum de ejusdem Apostoli corporis translatione egimus in fine de- cimi Annalium Tomi. Ibi post tetrasti- chon hæc verba adhuc sculpta leguntur: Tempore Paschalis Secundi Papæ anno Dominica Incarnationis millesimo centesi- mo decimotertio, Indictione septima, men- se Aprilis, die quarta.

Hic insuper est annus, qui S. Ber- nardi conversione a sæculo ad Cister- cientes Ecclesiæ Dei exitit memorabi- lis: cum ipse doctrina, vitæ exemplo Sanctorum fecunda sobole magnopere Ecclesiam illustravit. De eo enim ita Vvilelmus Abbas S. Theodorici, sancti viri sanctus collega in vitæ ipsius pri- mordiis: Anno ab Incarnatione Domini I i 2

V.

XI.

plus cap. 24. de sequenti miraculo a Lipran- do perpetrato sermonem habens) ipse quædam Presbytero Liprando existente in vita, cum Jor- danus & ceteri Grosulanis calumniabantur eum & suam legem, nobilis miles Placentinus de faucibus mortis ad laudem ejus ereptus est.

Jordanus qua vi, qua pecunia sibi possessio- nem Archiepiscopatus Mediolanensis asseruit, uti narrat Landulphus cap. 26. apud Puricel- lum citatum num. 320. Quod fortis & valida turba Jordani non sustinuit: sed assumtis armis maximum insultum in Grosulanum fecit. Ipsus autem Grosulani cetera undique concurrerunt, ferendo & inferendo vulnerationes, orbitatio- nes, & occisiones multas in equis & in ho- minibus fortiter & prudenter ipsum Grosulanum per quindecim dies in turribus de porta Roma- na servavit. Paucis interpositis: Plurima igitur utrimque strages Anselmus de Ruffella sua- det, ut legitima Synodus dirimenda liti congre- garetur; sed in hujus consilii mercedem a Jor- dano excommunicationem reportat. Ex eodem Landulpho cap. 27. discimus, Grosulanum a Jordano accepta ingenti pecuniæ summa, non tantum cum suis; sed etiam cum Jordanitis communicasse. Tandem Grosulanus Mediolanum exiit, atque Placentiam adivit, ibique in monasterio Sancti Marci, quod est congregatio- nis Vallis Umbrosæ hospitatus est. Cumque Gro- sulanus ad Archiepiscopatum Mediolanensem rursum animum adiecisset, Paschalis II. ad causam hanc dirimendum Concilium Romæ in- dixit, ut anno MCXVI. videbitur.

Grosula- nus Me- diolano e- xire co- atus fuit.

XII.

Obiit hoc ano Sigebertus, Gemblacensis in Brabantia Monachus, vir in omni scientia li- terarum incomparabilis ingenii, inquit Rober- tus de Monte ejus Chronici Continuator, qui tamen in Schismaticorum castris militavit. De anno ejus emortuali inter omnes convenit, dies vero notatur in brevi ad Sigeberti Chronicon Appendice ab anno MCXIII. ad MCLXII. Tom. I. Biblioth. Labbei, in qua ad annum MCXIII. dicitur, quarta nonas Octobris obiit. Chronicon ejus a Miræo juxta antiquum Co- di-

Moritur Sigebertus Chrono- graphus.

CHRISTI
1113.PASCHALIS II. PAP.
14.HENRICI IV. IMP. 3.
ALEXII COMN. IMP. 33.

millesimo centesimo decimotertio, a constitutione domus Cisterciensis decimoquinto servus Dei Bernardus annos natus circa vigintiduos, Cistercium ingressus cum sociis amplius quam triginta, sub Abbate Stephano, suavi jugo Christi collum submisit. Ab illa autem die dedit Do-

minus benedictionem, & vinea illa Domini Sabaoth dedit fructum suum, extendens palmites suos usque ad mare, & ultra mare propagines suas &c. Quantum enim proficua fuerit Dei Ecclesiae sancta ista plantatio, haud facile est verbis assequi.

Se-

PAGIUS dicem Gemblacensem editum; ad hunc usque annum perducitur eo excluso. Quare Sigebertum bis illud Opus publicasse oportet, cum Robertus de Monte qui illud continuavit asserat Sigebertum Chronicon suum perduxisse usque ad annum Incarnationis MC. ego exinde, inquit quod & Matthaeus Parisiensis ad annum Christi MC. & Radulfus de Diceto in Abbreviat. Chronicorum etiam tradunt. In libello de Gestis Abbatum Gemblacensium Tom. VI. Spicilegii Dacheriani ejus virtutes, scripta, dies & annus mortis exacte narrantur. De eius etiam Operibus legendus Labbeus in disert. de Script. Ecclesiast.

XIII. Florebat hoc tempore in Gallia Petrus Abaelardus Nannetensis, qui calamitatum suarum Historiam composuit in sua prima Epistola ad Amicum scripta. Natus ad literatoriam disciplinam, ut ipsemet asserit, facile eam didicit, praefertimque Dialecticam, cujus discendae percupidus diversas disputando perambulavit Provincias. Parisios venit ad Guillelimum Campellensem, in hoc tunc magisterio re & fama praecipuum, cui primo acceptus, sed postmodum gravissimus fuit, quod nonnullas ejus sententias refelleret, & de suo ingenio nimis praesumens adhuc adolescentulus Meloduni paucis leucis Parisiis distitit, & Campello vico, ubi Guillelmus in lucem venit, Scholas aperuisset: Et ab hoc ait Abaelardus, Scholarum nostrarum exordio, ita in arte Dialectica nomen meum dilatari cepit, ut non solum condiscipulorum meorum; verum etiam ipsius Magistri fama contrahita paulatim extingueretur. Hinc factum, ut de me amplius ipse praesumens, ad castrum Corboli, quod Parisiaca urbi vicinus est, quanto citius Scholam nostram transferrem: ut inde videlicet crebriores disputationis assultus non a daret importunitas, sed legendum videtur, inquit Duchesnius mox citandus, opportunitas. Interim Guillelmus Campellenis currenti anno, ut docet Albericus in Chron. Episcopus Catalaunensis creatus, a consueto Philosophiae docendae studio non destitit, & ad ejus Scholam Abaelardus Corbolio Parisios venit. Sed cum rursus Magistro gravissimus esset, Dialecticae docendae ipsemet operam dedit, & post aliquod tempus Melodunum reversus scholas ibi rursus aperuit. Tandem Parisiis Sacram Scripturam legit, & Petrus Lombardus postea Episcopus Parisiensis, ejus Theologia usus in compositione Sententiarum, ut prodit Joannes Cornubiensis ipsius Lombardi discipulus in suo Eulogio ad Alexandrum III. Papam.

Fulbertus Canonicus Ecclesiae Cathedralis Parisiensis eum rogavit, ut successivis horis Heloissam nobilem virginem neptem suam, forma praestantem, doctrina praestantior, & tota Gallia ob eruditionem, eximias animi dotes, & peritiam Hebraicam, Graecam & Latinam linguam postea celebrem, tam Linguis quam Philosophicis, aliisque liberalibus artibus imbueret. Verum Abaelardus amoribus ejus illaqueatus, ipsam quoque suis illaqueavit, & ex ea concepit filium nomine Astrolabium; quod seculus honestis nuptiis, consentiente Fulberto, imminuere voluit, & dum interim Scholis vacaret, Heloissam cum Argentolienibus Monialibus reclusit, monitam tamen ne velum indueret. At Fulbertus & Heloissae consanguinei eum sibi illuisse putantes, qua parte peccaverat, crudeliter mutilarunt, & eunuchum effecerunt; indeque ipse pudore suffusus Monachum in Monasterio Sancti Dionysii juxta Parisios induit, ipsa vero ab Episcopo velum accepit in Monasterio Argentolensi Lutetiae vicino, in quo postmodum Priorissa & Abbatissa fuit.

XV. Cum non desisterent Scholares ad eum accedere, & tam intra quam extra Galliam ejus fama dilataretur, rogatus est Adamus Sancti Dionysii Abbas, ut eum docere permitteret, quod & ab eo obtinere: Vix autem de vulnere adhuc convalescentem, inquit Abaelardus, cum ad me confluentes Clerici tam ab Abbate nostro, quam ipso continuis supplicationibus esiliabant, quatenus quod hactenus pecunia vel laudis cupiditate egeram, nunc amore Dei operam studio darem. Notat Abaelardus San-Dionysianos Monachos eo tempore licentiori vitae fuisse deditissimos: Quorum quidem intolerabiles spurcitas ego frequenter atque vehementer modo privatim, modo publice redarguens, omnibus me supra modum onerosum atque odiosum effecti. Qui ad quotidianam discipulorum nostrorum instantiam maxime gavisus occasionem nacti sunt, qua me a se removerent. Sed dum magnorum & parvorum odiis in eum ardentibus, ipse nimis ingenio suo indulget, aliosque despiciit, sicut manus ejus contra omnes, sic manus omnium contra eum armantur, & variis erroribus infimulatur, uti anno MCXXI. de Concilio Sueffionensi, annoque MCXL. de Senonensi verba facientes videbimus. Quae paulo fufus nobis tractanda fuere, quia ejus Opera nonnulli post mortem Baronii, annoque MDCXVI. ab Andrea Duchesnio e tenebris eruta & Notis illustrata. Vide quae an. MCLXVI. de Gozino Abbate Aquicinctensi dicemus.

XIV.
Ejus &
Heloissa a-
mores.XV.
Ejus Scho-
la celebra-
rima.JESU CHRISTI
ANNUS
1114.PASCHALIS PAP. II.
ANNUS
15.HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMNENI IMP. 34.

I. Sequitur annus Christi millesimus centesimus decimusquartus, Indictione septima, quo Paschalis Papa Ceperani ad ripam fluminis Liris Synodum habuit: de qua Petrus (a) diaconus meminit. In ea conquestus est Archiepiscopus. Constantinus adversus Rogerium Siciliae Comitem, quod ab eo Archiepiscopatu dejectus, coactus fuit monachus fieri Cassinensis. Ubi autem Paschalis ad Cassinensem Abbatem pertinere ex privilegio ista cognovit: per eum dirimi voluit controversiam. Qui ad pedes Pontificis eum vestes monasticas deponere iussit, sicque liber esse permixsus abire. In eodem Concilio (pergit Petrus) idem Apostolicus Voillemum Ducem Apuliae Calabriae constituit. Ibi etiam cum Landulphus Beneventanus Archiepiscopus accusatus fuisset, nec se purgare valeret, aut obiecta refellere: ad hoc monasterium fugit. Sed quo pacto nostrae Congregationis interventu & Episcopatus ordinem, & Papae gratiam recuperaverit, suo loco dicemus. Hucusque de Synodo Petrus.

II. Quae autem hoc anno eandem Synodum facta praeserint, ac etiam quae pertinent ad causam Beneventani Archiepiscopi cum Paschali Romano Pontifice: ex veteri scripto codice Chronici Beneventani omnia hic describenda sunt, nempe de legatione missa ad Paschalem Papam pro pace cum Northmannis in eunda, dum nimis eorum armis infestarentur agri de qua legatione ita ibi: Miserunt ad praedictum Papam Landulphum Archiepiscopum & Racheisum S. Modesti Abbatem, ut ei necessitatem ex omni parte, quam patiebantur, intimarent. Ipsi autem abeuntes, quam viderant afflictionem domno Papae patefecerunt, eum lacrymando precantes, ut gre-

gi commissio, sicut Pastor bonus subvenire dignaretur. Necessitate enim domnus Papa, cogente scilicet, eis praecipit, ut pacem civitati, prout melius possent, facerent, & pauperibus subvenirent, ne Petrus Apostolus civitatem acquisitam occasione ista perderet: quidquid autem de pacis consilio invenissent, ipsi remitterent. Archiepiscopus vero Roma reversus aliter quam acceperat faciens &c. Missum fuisse cum Archiepiscopo Petrum Portuensem Episcopum, & Romualdum diaconum Cardinales, inferius auctor narrat. Verum Archiepiscopum non quae erant pacis, sed quae belli operatum constat; nempe, ut nec pacem cum Northmannis componeret, sed civile acerrimum bellum conflaret, uti pluribus ibi narratur, quae brevitate causa omittimus; quorum haec est summa. Quod reversus Beneventum, conatus sit Landulphum Comes tabulum eidem civitati ab eodem Paschale Pontifice praefectum in ordinem redigere; quo facere denegante, cives qui stabant pro Archiepiscopo, ad arma conversi sunt, quos placare studens, habuit coram omnibus concionem, sed frustra, reclamante populo & invadente iudicis domum. Legati vero cum nequidquam proficerent, relicto in munitione palatii Comes tabulo, recessere. Cum interim non patiente Comes tabulo se ab honore deponi pugnatum est utrimque de qua pugna auctor Chronici qui aderat, ait: Quosdam, inquit, ex utraque parte vidimus vulneratos, &c. Et inter alios idem Comes tabulus graviter fauciat, cum ab universo populo in palatio obsideretur, nec evadendi alia ratio esset, abdicavit se magistratu illo; atque pollicitus est juramento, quaecumque populus praecipisset, implere. Itaque coactus recessit, inde

melius possent, facerent, inquit Falco apud Baronium n. II. In Codice a Caraciolo impresso legitur: Necessitate autem Domino Papa ostensa eis praecipit, ut pacem &c. Peregrinus in Notis ad hunc Falconis locum observat, Baronium a fide sui exemplaris alicubi discessisse, aliquantoque concinnius, & ad Latinam magis normam dictionem composuisse. Landulphus Beneventanus Archiepiscopus conatus est armis Landulphum Comes tabulum in ordinem redigere, uti narrat Baronius num. II.

In Concilio apud Cyperanum, ad fluvium Liris ripam positum, hoc anno habito, Apostolicus juxta Fulconem, a Baronio num. IV. citatum, Ducatum Italiae, Calabriae & Siciliae Duci praefato (nempe Willelmo) concessit. In Codice quidem Falconis impresso, loco, Ducatum Italiae, habetur, Ducatum Apuliae; verum Peregrinus laudatus, pag. 156, asserit, quam sequutus est lectionem Baronius, reperiri in

II.
Voillemus
Calabriae &
Apuliae
Dux a
Paschali
II. consti-
tutus.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6607.

SÆC. XII.
An. Eræ
Hisp. M-
CLII.
An. He-
gira
DVIII.
inchoato
die 7. Ju-
nii fer. r.
A. C.
1114.I.
Beneven-
tani a
Norman-
nis hosti-
liter pressi.

☉ 3. D. ☽ 13. P. 29. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1114.

PASCHALIS II. PAPÆ 16.

HENRICI V. REG. 9. IMP. 4.

ALEXII COMNENI IMP. 30.

A Num. I. ad IX. Beneventani a Normanis in angustiis compulsi Legatos ad Paschalem II. miserunt, rogaruntque, ut regi commissio, sicut Pastor bonus, subvenire dignaretur. Necessitate enim domnus Papa, cogente scilicet, eis praecipit, ut pacem civitati, prout

CHRISTI
1114.PASCHALIS II. PAP.
15.HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMN. IMP. 34.III.
Alia legatio
missa Benevent.

se conferens ad montem Fuscum. Quomodo autem, ubi ista audivit Paschalis Papa, rursus aliam legationem miserit Beneventum, sic auctor narrat: Cumque huiusmodi facti ultra quam credi potest nefandi, predicti Apostolice aures fama tetigisset: tactus dolore intrinsecus super dilecti filii sui Comestabuli expulsionem, lacrymis, sicut audivimus, manantibus spiritu infremuit, atque confestim Archipresulem Landulphum ab omni, quod acceperat a Sede Romana, officio coram omnibus deposuit, simulque omnes suos sequaces anathematis vincula donec satisfacerent, alligavit. Sed si Lectoris charitati asperum non videbitur, quid post illarum excommunicationem actum Beneventi sit, non pretereundo exarabo. Dominum enim testor, nihil aliud posuisse preter quod viderim, & quod audierim, scripsisse. Tali igitur anathematis sententia in B. Petri adversarios longe lateque divulgata, delegavit presatus Apostolicus Beneventum Anastasium Albanensem Episcopum Cardinalem Romane Sedis idoneum, cupiens quod Beneventanum populum deberet se recognoscere. Cardinali enim ipso hospitatio triduo post coetus omnis Beneventanorum in sacro palatio convenit; ubi enarratis omnibus que accidissent, Anastasius in verba ista prorumpens, inquit: Ad videnda, domini & fratres, que Romae audierat dominus noster Papa negotia, & investiganda, nos pro certo sciatu esse delegatos. Deinde prout melius, Deo annuente, poterimus, circa pacis & utilitatis vestra proficuum nos die nocteque consilium & auxilium prebebimus. His & similibus taliter prolatis, unusquisque ad propria remeavit. Manfic ibi Legatus, quousque cuncta componeret, populumque obsequentem Pon-

tifici redderet: indeque ad Paschalem Papam, a quo missus fuerat, reversus est. Quæ autem hæc secuta sint de Concilio eodem habito Ceperani, ita idem auctor enarrat:

Cumque Cardinalis ipse Anastasius Romanam peteret: dominus Papa Paschalis Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus congregatis, mense Octobri, primum post ejus regressum adveniente, Ceperani Concilium constituit. Ad cuius sacri conventus frequentiam Voillemus Dux, & Robertus Princeps mille fere equitum numero congregato, perrexerunt. Landulphus vero de Græcia Comestabulus, qui fuerat Benevento expulsus, litteris domini Papa specialibus ad idem sacrum Concilium accersitus honorifice commoravit; quæ a domno Papa officiosissime susceptus est. Hic namque fraudem devitans Northmannorum, navigio quodam secure transfretavit. Jordanus autem Comes timens, multorum suorum pondere delictorum oneratus, ad tale tantumque Concilium pergere, Legatos suos direxit. Archiepiscopus autem Landulphus Suffraganeis suis convocatis, innumeraque auri & argenti copia congregata, cum Comite Roberto ad conventum illum retendit. Talibus igitur & tantis Patribus, proceribusque congregatis, in medio conventus ipsius, die videlicet sabbathi, Ducatum Italiae, Calabriae, & Siciliae Duci presato Apostolicus concessit.

Concilium itaque mirabiliter ordinato, Apostolicus ipse coram omnibus super Landulpho Beneventano Archipresule lacrymabiliter, quomodo Comestabulum suum expulisset, condolens conquerabatur. Ipse vero Archipresul nolens, immo timens conventum illum sine loci, & officii restitutione ingredi; apud insulam Ceperano proximam hospitatus est. At ubi Apo-

IV.
Quæ acta
in Conc.
Ceperani
habito.V.
Judicium
de Ar-
chiep. Be-
nevent.

PAGIUS

in antiquo Codice MS. Falconis. Quod si quis dicat, sequi inde universam Italiam Willelmo Duci in Concilio Cyperanensi concessam, respondet Peregrinus, quia id apertum videbatur mendacium Librario persuasisse, ut expuncto Italia nomine, alterum Apulia induceret, vel ob id maxime, quod fortasse observasset, Petrum Diaconum in Auditorio ad Ostiensem lib. 4. cap. 49. pro illa sua stare lectione: In eodem Concilio, inquit Petrus, idem Apostolicus investivit Voillemum Ducem de Ducatu Apulia & Calabria. At nescius erat, ait Peregrinus, ex Græcorum tunc idiotismo nostratibus etiam Italis ob mutuum cum suis consuetudinem usurpato, communi Italia vocabulo a Falcone Apuliam solummodo demonstrari, quam Langobardis, perindeque Italicis Dynastis ipsi subtraxerant; nec noverat ob id recentem Calabriam, sitam ad mare inferum, tunc comprehensam sub eo vocabulo non fuisse, quoniam ea a Græcis nunquam amissa fuerat, nec Italis unquam post Iustinii Junioris tempora possessa. Ita Peregrinus, qui variis

Falconis locis hunc loquendi modum usitatum fuisse probat. Hoc itaque anno Voillemus, Rogerii Apuliae & Calabriae Ducis filius ac Roberti Guiscardii nepos, Dux eorundem Ducatum a Paschali Papa constitutus est in Synodo apud Cyperanum cui ille postea fidei sacramentum præstitit, uti narrat Petrus Diaconus lib. 4. cap. 51. Cinnamus lib. 3. cap. 1. hunc Willelmum Longobardia Ducem appellat, quia ea regio a Græcis Longobardia vocabatur; qui loquendi modus etiam observandus.

Petrus Diaconus, postquam de Concilio Cyperani indicto verba fecit, capite insequenti de quibusdam Casinensibus Monachis a Saracenis captis sermonem instituit, meminitque Ecclesiarum Christianarum Africa; quæ sæculi XII. initio antequam Almoravidum Secta in ea exurgeret, adhuc persistebant. Hi enim omnes Christianorum seu Mozarabum Ecclesias, tam in Africa, quam in Hispania demoliti sunt, uti infra narrabimus. Petrus itaque Casinensis cap. 50. secundum novam editionem, vel cap. 52. secundum veterem refert Azzonem Monasterii Casinensis Decanum, ac quosdam alios

III.
Fides
Christiana
hoc
tempore
nondum
in Africa
extincta.CHRISTI
1114.PASCHALIS II. PAP.
15.HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMN. IMP. 34.

Apostolicum querentem ipse comperit, quosdam Romanorum, Praefectum etiam vocari iussit, videlicet, utcumque potuissent, veniam pro eo a domno Papa impetrarent. Quin etiam dicebat Archiepiscopus, se domino Papa de omnibus illis querimonis justitiam facturum, satisfacturum scilicet, dummodo ut locum in Concilio & officium restitueret. Hoc Apostolicus audito, consilio habito, locum & officium ei redintegravit. Cumque taliter restitutus fuisset, sine mora conventum illum, die videlicet Lunæ, cum Comite Roberto adivit. Quid plura? eo redintegrato, pro diaconum quendam ad faciendam justitiam in presentiarum Apostolicus vocari præcepit. Qui continuo surgens, voce lacrimabili coram omnibus respondens, inquit: Primitus gratias ago Deo, & beato Petro, & tibi domine pater, vestram implorans paternitatem, ut misericordiam super me, quem sanctitas vestra apud Beneventanum sedem plantavit, habeatis. Apostolicus autem hæc audiens: Unde vis, inquit, ut misericordiam super vos habeamus? & Archiepiscopus: Domine, quia audivi vos erga me indignatos fuisse, cum me litteris vestris accersiri iussissetis, & ad Curiam vestram non adveni. Et Apostolicus: Quare, inquit, ut ipse asseris, vocatus ad Curiam non adveniisti? Archiepiscopus ad hæc: Domine, inquit, pater, timore coactus vestra indignationis, & quorundam minantium non adveni vocatus, eo quod Legatos meos Episcopos non accepissetis, & alium quemdam, quem prius direxeram, adversarii nostri verberibus afflixere. Ad hæc Apostolicus: Legatos tuos, quos dico, Episcopos non adivi, quia iustitia faciendæ, satisfaciendæ videlicet, verba non dixerant, immo mercedis causa pro vobis & non pietatis venerant. Legatum autem alium, quem verberatum profiteris, nec vidi, usque ejus fama ullo modo ad nos pervenit. Cumque Ar-

chiepiscopus ipse ex omni parte detentum se videret, si veris rem egisset responsonibus: aliam advenit excusationem, dicens: Domine pater, terminum competentem mihi veniendi non tribuisti: unde si placeret venire, non potui, nec (ut dixi) metu compulsus ausus fui. Et Apostolicus: Sed quia litteras nostras contempsisti, asseris nunc, te non per contemptum, sed metu tantum ad nos non venisse. Competentem terminum veniendi proculdubio largitus fui, ab Idibus scilicet Aprilis, & sex mensium spacio interpositio. Inde litteras vocationis in medio legi præcepit. Veruntamen isti fratres (subdit Apostolicus) deliberent, & quam opponis excusationem, canonicam fuisse discernant. Et præcepit quibusdam Cardinalibus & Archiepiscopis Romane Sedis iudicibus, ut in partem seniori, super huiusmodi excusationem Archiepiscopi sententiam extenderent. At ipsi in partem euntes, sententiam illam dno ventilantes, taliter in conspectum omnium regressi iudices ipsi protulerunt:

Domne Archiepiscopo Beneventano, quoniam non pro contemptu, sed pro metu asseris vocatus ad Curiam te non venisse, dicimus, & iudicamus hanc canonicam non esse excusationem. Iudicio autem talium tantorumque Patrum extenso, capitula sanctorum Patrum prædecessorum coram omnibus exhiberi, & legi Apostolicus præcepit, confirmata scilicet in conventibus & super contemptoribus ordinata. His itaque perfectis, super tanto & tali negotio a Cardinalibus & Episcopis diu ventilatum est. Sed quid plura? Diaconus eum iterato ad iustitiam faciendam, satisfaciendum videlicet, vocavit. Qui continuo assurgens: Unde, inquit? Et Apostolicus: Quia suscepisti regalia B. Petri extra nostram voluntatem, & claves tenuisti portarum, & palatium invasisti, & Landulphum expulisti, & galeam sumpisti, & clypeum, & Ful-

PAGIUS

alios Monachos e Sardinia in Italiam navigantes, a Pyratibus captos, in Africam ac in civitatem Calamentem, que a Saracenis Alebila dicitur, deductos fuisse. Urbs hæc alia non est quam Alkala vel Kala Amad, id est arx Hamad, a nomine conditoris e familia Ziridum sic appellata. Kala amad, uti per corruptionem vocatur a Scriptoribus in Geographia parum versatis pro antiqua Calama usurpata fuit; verum urbs hæc longe ante hæc tempora everfa, & Calad Hamad nova civitas erat.

Jam Azzo huius Monasterii Decanus in eadem captivitate vita excefferat, inquit Petrus Diaconus cap. 51. secundum novam editionem, qui capite insequenti subdit: Corpus ejus in Ecclesia Beate Mariae ante altare conditum est, jamque dixerat eum in eadem provincia defunctum fuisse, patra in ejus sepulchro miracula ab eodem Chronographo recitata, quæ a Saracenis visa sunt, sed quæ eorum Rex putavit a Christianis conficta: Rex suorum ta-

lia dum audisset ab ore, dictis derogans fidem, lampadem extingui, & Ecclesiam, sicut prius sustulisti præcepit, exurgensque ad domum Callifa, que ad Ecclesiam liminabat, perrexit. Ad quæ verba Angelus a Nuce novæ editionis Auditor recte notavit hunc Callifam non fuisse Regem, quod Rex Calamentis, inquit, accessisse dicitur ad Domum Callifa, diversus ergo a Rege Callifa. Idem Angelus ac Ducangius in Glossario voce, Chalifa, animadvertunt, Callifa nomen non tantum supremis Sacerdotibus, sed quibuscumque etiam aliis a Saracenis Principibus attributum fuisse. At cum ex hoc Petri Diaconi loco appareat, Callifa domum Ecclesiam liminasse, seu eidem adjecisse; verosimile non est sermonem ibi esse de præcipui Doctoris aut Presbyteri Mahometani domo; sed de domo Pastoris aut Episcopi Ecclesie Christianæ, qui Arabico nomine & more recepto Saracenorum Callifa nuncupabatur. Hoc enim tempore Callifa Babylonenses & Bagadenfes omnem au-

cto.

CHRISTI
1114.

PASCHALIS II. PAP.
15.

HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMN. IMP. 34.

Falconem illum ad sacramentum compulsi. Northmannos introduxisti & alia. Hoc ipse Archiepiscopus audito respondit: Vere regalia B. Petri non alia de causa accepi, sed vestra pro fidelitate. Nam cum Beneventi aderas, civitatem mihi commendasti: portarum vero claves non ego suscepam, hunc sane qui eas retinet, fidelem tuum omnino consistetur. Clypeum profecto non accepi: galeam quidem tuli pro capitis munitione, ne lapide aliquo opprimerer. Northmannos (ut dixisti) non introduxi, Longobardos vero sexdecim pro auxilio populi civitatem ingredi feci. Sacramentum Fulconis iussu suo factum fuisse, & populi iurjurandum, denegavit.

VI.

His omnibus Apostolicis auditis, Cardinalibus iterum & prefatis iudicibus precepit, ut super omnibus istis, & contemptu sententiam exprimerent. Cumque Archiepiscopus ipse huiusmodi preceptum (& ut ita dicam) terribile audisset: Willelmum Ducem supra memoratum, & Robertum Principem, & Petrum filium Leonis, nec non & Episcopos exorabat, dicens: Domini proceres, & Episcopi confratres, dominum nostrum Papam Paschalem precor orate, ne me in conspectu omnium taliter confundat, & dedecoratum dimittat. Si vero ejus clementia placuerit; exilium petam & mare transfretabo. Tunc proceres ipsi euntes, pedibus domni Papa advoluti, sicut Archiepiscopus rogaverat, deprecari sunt: quod minime obtinere valuerunt. At ipsi iudices ex precepto euntes licet dolendo & protolando, reversi sunt, ne tale super Landulphum Archiep. darent iudicium. Iudicibus tamen ipsis adhuc, ut dixi, moram facientibus super sententiam: Apostolicus adjurando precepit, ut per fidem quam B. Petro & ipsi deberent, quid canonicum esset dicendum, dicerent.

PAGIUS

toritatem amiserant, eisque Pontificatus tantum umbra supererat. Hæc annotare visum, quia extinctionis fidei Christianæ in Africa tempus hæcenus non satis explicatum. Porro, ut habet Noweirius hoc anno Calamensis Rex Al Aziz bellach vocabatur, & pronepos erat Annastris Regis, qui Christianis favit Gregorio XII. Ecclesiam Romanam regente, uti anno MLXXXVI. monstravimus.

V.
Concilium
Vindobrense.

Ad num. IX. & seq. Hoc anno Vindobrii seu Vindobrii (oppidum est a Londinio XX. mille passuum, in quo Reges Angliæ inaugurari solent) sexto Kalendas Maii habitum Concilium, cui Episcopi & Proceres Angliæ interfuerunt, ut Archiepiscopus Ecclesiæ Cantuariensis præficeretur. Voluntas Regis erat, inquit Eadmeus, qui præfens fuit, lib. 7. Novorum, ut Abbas Abendonæ Archiepiscopus eligeretur: Animus tamen Episcoporum, & quorundam Magnatorum in aliud vergebat, præoptantium videlicet, aut quemlibet Episcopum de Ordine Clericali, aut Clericum aliquem de Capella Re-

At Episcopus Portuensis primus omnium, licet egre, & tanta sententia dolore turbatus ait: Quoniam regalia beati Petri suscepisti, & claves portarum tenuisti, & palatium invasisti, & Landulphum expulisti & ad Curiam venire vocatus contempsisti: iudicamus super vos depositionis sententiam, & contra beatum Petrum, & dominum nostrum Papam fecisse.

VII.
Sententia
in Arch.
Benevent.
vent.

Idipsum Capuanus Archiepiscopus, & Gregorius Cardinalis affirmaverunt. Volentibus autem aliis iudicibus eandem confirmare sententiam: Landulphus ipse jam Archiepiscopus Beneventi e medio conventus illius, timore coactus, & sententia talis gladio percussus, surrexit. O qualem (si interesset lector) stetum, videres, & Landulphi illius pallidum, aspiceres vultum, cum, ex oratorum iudicum qui decoratus erat Beneventana sede, & præ aliis gloriosus ubique fuerat, deponeretur: Quid dicam? subtelio ejus levato, metuendum illud Concilium, ut mente captus dereliquit. Hactenus de his Chronicum Beneventanum: quæ Petrus diaconus in Chronico Casinate narrare subterfugit. At reliquas in remotioribus partibus res gestas anni hujus Paschalis Papæ videamus.

VIII.

Cum hoc anno, quinquennio jam exacto vacationis sedis Cantuariensis in Angliâ, tandem ei Radulphus fuisset Episcopus ordinatus: indulgentia Paschalis Pontifex pallium, quod Romam veniens accepturus erat, misit ad eum per Legatum Anselmum, nepotem ex forore S. Anselmi prædecessoris: ad quod impetrandum hæc prævenerunt Ivonis Carnotensis Episcopi ad eundem Pontificem litteræ: (a)

IX.

Paschali summo Pontifici, Ivo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister devotam ut patri obedientiam, & debitam ut domino reverentiam.

(a) Ivo ep.
251.
Pallium
a Pasch.
petitur
absenti
dari.

Quo-

gis, in opus illud ascisci. Verum ubi eis abestum est, nullum a Beato Augustino, nisi de Monachico ordine unquam Pontifici Cantuariensi præfuisse, uno dumtaxat excepto (Stigando scilicet), qui & ob hanc præsumptionem, & alia quadam perverse ab eo commissa, depositus per Romanum Pontificem fuit (nempe per Alexandrum II. anno MLXX.). & ea tam antiquam, & authenticam consuetudinem; cum nulla ratio, vel necessitas exigeret, subverti non oportere; desistere capto, quod plurimo consuetudine persisterent, compulsi sunt. Henricus Rex cum videret omnium sententias in Rodulphum Roffensem Episcopum inclinare, mentem mutavit, eamque in Rodulphum transtulit, qui ideo in Primatem totius Britannicæ constitutus est. Audires (si adesces) multos una conclamare: Vere cor Regis in manu Dei, Quocumque vult, inclinat illud. At sunt hæc anno Incarnat. Dom. MCXIV. sexto Kalendas Maii, quinto die peracto quinquennio a transitu gloriosissimi patris Anselmi, inquit Eadmeus laudatus.

Cum

CHRISTI
1114.

PASCHALIS II. PAP.
15.

HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMN. IMP. 34.

Quoniam in oculis Apostolica majestatis aliquam pie præsumo habere me gratiam: ea præsumptione aliquando cum aliqua spe peto ab eadem Sede Apostolica ea quæ videntur esse contra rigorem Apostolicum, si non sint contra honorem. Apostolicum; quia non est indecens Sedi Apostolicæ cantare Deo misericordiam & iudicium. Cum ergo opportunum est, securus pulso ad thronum misericordie. Iudicium sine ulla disceptatione debet omnis Judex; de misericordia vero deliberandum est, utrum expediat an non expediat. Hæc non ignorantibus scribo, sed ad hæc ista præmitto, ut in quacumque harum partium se verat postulatio mea, aut petentis iustitia non negetur, aut pie pulsanti misericordie janua non claudatur. Quod bene discernere poterit vestra paternitas cum summam nostram petitionis audieritis & per presentes Legatos adventus sui causam cognoveritis. Novit enim vestra paternitas, quanto tempore post mortem bon. mem. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis Ecclesiæ pastore viduata langueret: quomodo Rex Anglorum bona Episcopalia in usus seculares usurpaverit: quanto studio Episcopalem electionem ibi fieri non permisit. Nunc vero post increpationes vestras, post multas Episcoporum diocesano rum admonitiones prætaxata Ecclesiæ consensu Episcoporum, Rege tandem connovente, elegit sibi in Archiepiscopum Radulphum Roffensem Episcopum, virum religiosum & honestum, scientia & moribus clarum.

Hic in propria persona Sedem Apostolicam visitare secundum majorum instituta deliberavit, sed eum partim corporis debilitas impedit, partim periculum. Romam itineris deterruit. Mittit itaque prædicta Ecclesiæ vice electi sui religiosas personas, & dictis & scriptis obnixè postulantes, ut prædictum electum Cantuariensi Archiepiscopatu confirmetis, & dignitatem et pallii concedatis. Ego quoque affectu fraternæ caritatis, & ausu paternæ dilectionis consulendo rogo, & rogando consulo, ut etiam aliter fieri non potest, cum aliqua tamen dispensatione languenti Ecclesiæ subveniatis; & pro Ann. Eccl. Tom. XVII.

PAGIUS
VI.
Henricus
Angliæ
Rex Wals-
ham sibi
publicis.

Cum vero Britanni, Cambri & Wallenses didi, conterminis Anglorum finibus graves, Henrici Regis curam exercerent, is militem colligit, aciem trifariam dividit, & tertiam ipse totius exercitus Imperator ducit. Hoc bellico apparatu territi Britanni, provinciam victori Regi reliquerunt, qui præsidia per loca disponens, Britannis servitutis jugum, quod prius subire noluerant, imposuit, ut colligitur ex Hovedeno pagin. 473. Huntindoniensi pag. 380. Mailroseni in Chron. Joanne Brompstone in Chron. Alfordo in Annal. Eccles. Angl. & aliis. Matthæus Paris. hæc ad annum præcedentem refert.

VII.

A num. XI. ad XV. Anno Domini MCXIV.

pter Ecclesiæ necessitatem, deinde propter utilitatem & honestatem personæ, petentium supplicationibus aurem misericorditer inclinatis. Nisi enim medicinalis manus cito subveniat; prædicta Ecclesiæ in veteres ruinas relabatur, & vox dilatatoria potentium sine modo ultra modum prorelabitur. Cum enim Dominus noster, qui institutor erat sabbati, misericordie opera faceret in sabbato, & redargueretur a Phariseis quod solveret sabbatum, spicas Discipulis vellentibus, eorum murmuratiõni respondit: Si intellexissetis, (a) Misericordiam volo & non sacrificium, numquam condemnassetis innocentes. (b) Alibi. (b) An nescitis, quia filius hominis dominus est etiam sabbati? Per hoc Doctores informas, quia tunc possunt legum rigorem propter necessitates Ecclesiasticas temperare, quando ipsa legum remissio nihil continet contra Fidei veritatem vel morum honestatem. His exemplis admoniti, secure pulsamus ad januam misericordie, credentes non esse indignum, si Apostolicus preceptum mittentis sequatur aut exemplum. Postremo quantum potest mens humana de alieno corde pensare, sanum nobis esse videtur consilium, ut eum paternæ suspiciatis; quatenus vos liberalem filium & fidelem vobis adoptasse gaudeatis. Hucusque Ivo ad Paschalem Papam, ne scilicet cogeret recens electum ex Angliâ Romam se conferre, cum jam tum legibus sacris, tum usu non nisi præfenti atque petenti cuiquam Archiepiscopo pallium dari consueverit. Annuit, ut audisti, Paschalis Papa, palliumque ad ipsum in Angliam misit.

(a) Matt.
9.
(b) Ibid.
12.

Pallium
non nisi
præfenti
dari de-
bere.
XI.

Hoc eodem anno (ut habet Appendix ad Sigbertum) in civitate Bellocensis a Sedis Apostolicæ Legato Conone Concilium celebratur. De Conone S. R. E. Cardinali dictum est superius, quem idem auctor ex eremo provedum afferit. Porro adversus Henricum Imperatorem ejusmodi Synodum congregatam, & in eum sententiam anathematis pronuntiatam, ea quæ superius dicta sunt, satis ostendunt. Præter hæc autem inter alias causas itidem aditatas, quæ-

K k

VIII. Idus Decemb. Cono Prænestinis Episcopus, Concilium & Apostolica Sedis Legatus, Regem Henricum Bellocensem (sc. Germaniæ) apud Belvacum anathematizavit in Concilio suo, uti legitur in Codice MS. Montis Dei, & in alio a Jureto in Notis ad Epistolam Ivonis CCXXXVI. memorato. In eo Concilio questi sunt Ambianenses desitutos se esse optimo Pastore suo, nempe S. Godofredo, qui relicto Episcopatu Carthusiam perierat, ut narrat Nicolaus Monachus in ejus Vita, qui præfens rerum, quas refert, inspector fuit. Interim afferuntur literæ sanctissimi Præfatis, quibus significat se Episcopatum abdicasse, seque ineptum & indoneum qui Episcopi munere fungatur. Statutum fuit, Pa-

CHRISTI
1114.

PASCHALIS II. PAP.
15.

HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMN. IMP. 34.

(a) Nic. in
vit. Gode-
fridi. l. 3.
c. 9. 10. 11.
apud Sur.
1. 6. die
8. Nov.
Concil.
Bellovac.
acta.

Causa
Godefre-
di Episcopi
examina-
ta.

XII.

PAGIUS

VIII.
Ivo Episc.
Carnoten-
sis usque
ad annum
MCXVII.
in vivis
fuit.

rela illata est ab Ambianensibus adversus Godefredum suum Episcopum, qui relicto Episcopatu Carthusiam petiisset: de quo ista Nicolaus (a) monachus præfens rerum inspector: Interim Conon Cardinalis Pontificis maximi Legatus, & Radulphus Rhemensis Archiepiscopus apud Bellovacum Synodum celebrant; & ad eam accedunt Ambianensium Legati, con- queruntur se destitutos optimo pastore suo. Ad quos Rhemensis Archiepiscopus: Qua fronte, inquit, hæc apud nos propo- nere ausi estis, qui vestrum pudicum, Orthodoxum, virtutibus cunctis ornatum, vestra improbitate e sua sede expulistis? Quem illi parem, necdum sanctiorem um- quam habituri estis sacerdotem? o vos miseros, qui tanto pastore vel ad mo- mentum caruistis! Num vos illum turpia lucra sectantem, libidini vacantem, Ec- clesiastica beneficia vendentem unquam deprehendistis? illis respondentibus; ab his illum plane immunem esse. Subjecit Archiepiscopus: Ite ergo, & tam peri- tum oculis Domini custodem perquirite, & inventum vobiscum adducite. Testor enim Dominum JESUM, donec ullus erit in Godefredo vitalis spiritus, nullum al- ium vos Episcopum habituros.

Dum hæc geruntur en adsunt Nantii apportantes litteras B. Godefredi, qui- bus ille significat, se episcopatu abdicaf- se: hortatur, ut alium Patrem sibi qua- rant, se nunquam rediturum affirmat.

Patres abud Sueffones ad Domini Epiphaniam convenire, & quid faciendum sit deliberare. Tum anno sequenti Concilium Sueffonense congregatum, missique Henricus Abbas S. Quin- tini, & Hubertus Monachus Cluniacensis ad Cartusianos, petunt, ut Godefredum Ambia- norum Præfulem ad Sedem suam ocuis redire compellant. Hæc ubi Godefredus accepit, ad pedes Monachorum se prostravit, cum multis lacrymis orans, nec snerent ipsum a se evelli: sed quia Regia & Episcoporum auctoritati res- sistere non poterant, in pace illum a se dimit- tunt, inquit Nicolaus Monachus. Huius etiam Concilii Belvacensis meminit pseudo-Robertus de Monte in Chron ad hunc annum, & Tom. II. Spicilegii Dacheriani pag. 594. referuntur varia Decreta in eo recepta, diciturque ex Gestis ejus nunc deperditis, ei interfuisse Ar-chiepiscopos Remensem, Bituricensem ac Se- nonensem, nec non & Suffraganeos eorum, multosque alios Synodales Viros.

Baronius num. XIV. meminit quatuor Epi- scolarum ad Cononem Præfatum Episcopum & Apostolicæ Sedis in Gallia Legatum ab Ivone Episcopo Carnotensi scriptarum, quæ juxta novum ordinem sunt CCLXVI. CCLXVII. CCLXXIII. & CCLXXV. quas cum ante hu- jus anni finem datas arbitretur, Ivonem po- stea superstitem non fuisse suspicatus est. Verum Conon anno sequenti tribus Conciliis in Gallia celebratis præfuit, ipseque Ivo Episto- lam CCLXXV. anno tantum MCXVI. eoque in exitum vergente misit, ut infra videbi- mus. Quare communis opinio, quæ Ivonem an. MCXV. demortuum tradit, an. MCXVII.

Ostendit se ineptum & inidoneum qui E- piscopi munere fungatur: se quidem ver- bis docuisse subditos suos, sed mala vita corrupisse, & perdidisse. Quæ cum lege- rentur, pene omnes lacrymati sunt, ad- mirantes tanti viri humilitatem, qui cum esset meritis summus inter omnes mi- nimos se abiicere videretur. Sane cum in- terdum de his quidam reverendissimi Pa- tres, qui tum præfentes affuere inter se colloquerentur, vidi eos lacrymas tenere non posse, adeo illorum animis affixa est epistola illa, in qua tantum se vir tan- tus extenuavit. Tandem statunt Patres apud Sueffones ad Domini Epiphaniam convenire, & quid faciendum sit delibe- rare.

Ubi eo ventum est, jubente Ludovico Francorum Rege, accitus est Henricus Abbas S. Quintini, in quo monasterio vir Dei Godefredus ab ipsis pene incu- nabulis sobrie & pie educatus ad summum virtutis apicem pertigerat. Vocatus est etiam Hubertus magnæ auctoritatis vir & celeberrimi monasterii, quod Clunia- cum vocatur, monachus. Hos duos cum suis litteris mittunt ad Fratres Carthu- siæ, orant, inmo imperant, ne Godefre- dum Ambianorum præfulem apud se diu- tius morari suant, sed ad sedem su- am ocyus redire compellant. Audunt mandata ad ipsum Godefredum, ut ce- lerrime ad desolatum suum gregem se recipiat. Ostendunt, non debuisse illum. *semel*

valide confutabitur, constabitque eum illo Chri- sti anno e vita migrasse. In Epistola quidem CCLXVIII. scribit Ivo, se viginti quinque annis jam in Episcopatu esse, ejusque Sedis annus XXV. hoc anno abfolvitur; sed non- inde sequitur, eum eo Sedis suæ anno viven- di finem fecisse. Inno in sententia Baronii E- piscopatus ejus initium cum anno MXCIII. conjungentis, annus ejus XXI. hoc anno ab- solvitur. Præterea ea Epistola vulgarem opi- nionem, quæ eum Episcopum anno MXCII. creatum, & anno MCXV. demortuum statuit plane etiam convellit. Sed de Ivonis morte anno MCXVII. sermo erit.

Manichæi in Oriente grassabantur, & Alexius Imp. in iis ad veram religionem convertendis omnem operam adhibebat. Anna enim Comne- na lib. XIV. Alexiados pag. 449. refert, Ale- xium patrem indictione octava mense Novembri, profectum esse ex urbe Regia, ut Comanos re- pelleret, interimque dum Philippopoli mora- retur, pro militari quam susceperat, Apo- stolicam expeditionem religiofis certaminibus gel- fisse: Cum nondum illi limitem intrassent (nem- pe Comani, inquit Anna pag. 453.) ne sibi periret illud otium, opus ex occasione moliri cepit, eo ipso utilius & majus quod ex pro- fesso agebat, & cujus præcipue causa venerat. Deducere nimirum Manichæos aggressus est a cor- ruptis & amaris quibus se ingurgitare consu- verant præva doctrina lacubus; quod eos ad pu- ros & suaves Catholica doctrina fontes salubri- ter sitiendos, jucundeque hauriendos converte- ret. In eo erat, id agebat totos dies. Vidif- ses a primo diluculo ad pomeridianam horam, aut

XIII.

Synodali
juffu re-
vocatur
God. frid.
ad Episc.

IX.

Alexius
Imp. con-
vertendis
ad fidem
Manichæi
operam
dat.

PAGIUS

aut etiam ad vesperam; interdum ad secundam & tertiam noctis custodiam continuo vacantem uni rei; audientem nimirum patientissime, ac vicissim alloquentem quos subinde accesserat erroribus implicitos. Ibi eos docebat fidem re- ligiam; ibi prævitatem hæresos eorum invictis argumentis confutabat, convincebatque inelu- tabiliter. Aderant vel testes, vel adjutores præ- clari operis Eustratius & Nicæa Antistes (ce- leberrimus Aristotelis interpres de quo Philip- pus Labbeus in Brevi Conspectu Græcorum Ari- stotelis interpretum Parisiis anno MDCLVII. edito) vir & sacris & externis cumulatus li- teris: præstanti vero potissimum pollens colloquio- rum ac congressuum confereendorum facultate: adeo quidem ut in ista disceptandi coram dex- teritate vivida, copioaque disputandi, eos etiam antecelleret, qui in Zenonis porticu, aut Aca- demii spatii hoc unum tota vita meditantur. Nec ipse videlicet deerat Philippopolitanus Ar-chiep. Sed ante omnes & præ omnibus unum Imperator sibi ad hæc pugnam commilitonem auxiliarem adjunxerat Nicephorum meum Casa- rem (Anna maritum) quem jussit in di- vinitis libris bene jam antea versatum, colligere ad præsentem usum, habereque in promptu atque in tempore suggerere testimonia sacerorum oraculorum, qua aperte revincendis Philippopo- litanorum erroribus apta essent.

X.
Innume-
ras ab er-
rore avo-
cat.

Eructus extitit opera magnus. Plurimis Ma- nichæorum pertinacia & dubitatio omnis ex- emptæ est. Ibant persuasi exuto errore ad Sacer- dotes, & ab iis peccata ultro ipsi sua fidentes, dummantisque divini baptismi fiebant participes (ut enim testatur Cedrenus in Constante Imp. Heraclii filio pag. 434. Manichæi pro baptismo habent verba Evangelii, quia Dominus dixe- rit se esse aquam vivam). Multos tamen vi- dere erat eodem tempore perversa constantia ve- ram illam & sanctam Macabaorum amulantes; imo superantes; etenim ut illi pro sacra, di- vinaque religione, ita hi pro suo nefario er- rore propugnabant, persistentes in eo: preferen- tes, quin etiam auctoritates & sententias li- bhorum divinarum, quibus suum disputabile fir- miori dogma credebant. Verum & horum ple- risque istam ad extremam contumaciam quoti- dianæ allocutiones Imperatoris, & illa mise- ros admonendi, adhortandique perseverantissima dignatio eripuit: ut jam & credere, & sacro baptismate initiari convicti vellent, atque ul- tro poscerent; quorum salus abunde magna tot laborum merces Augusto videbatur: tantique illi erant arumossissimorum congressuum exorbe- re longa tadia, Solis ab ortu primo ad profun- distimam sapiens noctem durantium, a quibus ne memoria quidem eum aut necessitas curandi

CHRISTI
1114.

PASCHALIS II. PAP.
15.

HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMN. IMP. 34.

semel susceptam Ecclesiam tam facile deserere. Plus enim apud Dominum de- mereri, dum sinit per abrupta vitiorum præcipites ire oves suas; quam possit promereri, dum privatim in quantumvis remota solitudine vivit etiam severissime. Tum quoque docent sacros vetare canones, ne quis Episcopo viventi subro- getur, nisi vel infirmitate cogente id i- ple petat, vel ob crimen deponendus sit. Hæc ubi Godefredus accepit, animo val- de consternatus, ad pedes monachorum se prostravit, cum multis lacrymis orans ne snerent ipsum a se evelli. Flent pa- riter etiam illi. Aitamen multis eum con- sili. Eccl. Tom. XVIII.

solantur modis, & quia regia & Epi- scoporum auctoritati resistere non pote- rant, in pace illum a se dimittunt. Et inferius:

Porro cum beatus Godefredus a Caribus non tam sponte sua, quam vi propemodum abactus esset, exiens crebro ad eam reflectebat. oculos lacrymis ma- dentes, se miserum & infelicem summo animi dolore proclamans, cui in illo An- gelico contubernio non licuerit usque ad supremum vitæ diem permanere, & soli Deo, divinæque contemplationi vacare. Fuit autem in Caribus a sacris feriis B. Nicolai Episcopi, quæ aguntur octa- vo

XIV.

K k 2

vo

avellere corporis poterat, totos plerosque impe- sum dies in illis fastidiosissimis jurgiis perse- verantem, idque per astum sub Sole ardenti; nam ista colloquia in subduali tabernaculo fie- bant. Paulo post subdit multitudinem conver- sorum Manichæorum in multa millia ac myria- das excrefcere numerum. Istorum Manichæo- rum secta infecta postea Ecclesiam Latinam, ex- istque exorti Albigenfes, & alii diversis no- minibus appellati.

Pandulfus Pisanus Auctor Vitæ Paschalis II. de Bello Balearico hoc anno inchoato hæc scri- bit: Quid egregia Pisanorum industria & ad- mirabilis pertinacia per eundem dominum Pa- pam Balearibus insulis Efla & Majorica con- busum in- tulerit; quem apparatus, quas copias supple- mentumque, quæque Legatum ipse habuerint, qua Consule, sub quo Imperatore militaverint, quisque eorum fortiter (fecerit), quot navibus & quomodo ierint, quid naufragii, quidus la- boris in reficiendis ratibus passi sint; illud et- iam gloriosum, admirandumque subsidium quod non desperaverint; quomodo etiam evulsi capti- vis, direptis spoliis, subversis urbibus victores redierint, quia digno volumine comprehendere disposui, suo loco & suo tempore disuli. Ve- rum vel is Auctor coævus Historiam illam po- stea non elaboravit, vel ea ad nos non per- venit. Hoc tamen bellum fusc descriptum a Laurentio Veronensi, Petri tunc Archiepisco- pi Pisani Diacono, Auctore etiam contempo- raneo, in suo Poemate in septem libros divi- so, editoque ab Ughello in Appendice ad Tom. III. Italiae Sacræ cum antiquis Chronicis Pi- sanis. Illud etiam bellum narrat Diagus in lib. 2. Hist. Comitum Barcinonensium cap. 88. & seqq.

XI.

Expedio
in Balea-
res & E-
busum in-
sulas.

Porro Baleares Insulæ ab Hispania vix LXX. milliaribus, & inter se XXV. mille passibus distatæ sunt. Sæpius a Pisanis, quod gravia- damna ab illis ferrent, vastatæ fuerant, nu- perque frustra obfessæ. Paschalis II. serio per- pendens mala, quibus a pyritis illis Sarace- nics Christiani affligebantur, ut illuc arma- rursus converterent, Pisanos adegit, iisque Raimundus Berengarii hujus nominis III. Bar- cinonæ & Provincie Comes se se adjunxit. In Majoricam insulam Comes excensionem fe- cit, ac præcipuum oppidum oppugnavit; ve- rum cum cives illud fortiter propugnarent, i- psequæ accepisset, Mauros seu Saracenos cum ingenti exercitu Barcinonam venisse, obfidio- nem solvit, & tam ad majores copias colligendas, quam ad auxilium Barcinonæ feren- dum, ad eam urbem rediit. Diagus citatus cap. XCI. hæc verba refert ex lib. 2. Anti- quitatum MSS. Archiepiscopus Barcinonensis quæ

XII.

Saraceno-
rum in
urbem
Barcino-
nensem ir-
ruptio.

vo Idus Decembris usque ad Quadragesimam initium, admodum interim exultans in Domino, quod a terrenis curis absolutus, optata quiete fruere. Multa illi reliquit virtutis & sanctitatis exempla, ut hodieque de illo inter se crebro conferunt. Profectus inde, venit ad Rhemorum urbem, ubi tum Cono Cardinalis & Legatus frequentissimam Synodum habebat. Adduxit autem eum in Synodum Raulphus Rhemorum Archiepiscopus, & jeju-

niis, vigiliis, aliisque sanctis exercitiis adeo extenuatum, & confectum, ut vix pedibus consistere posset. Quem ut viderunt Patres, valde mirabantur, adeo illum se mundo, sibi mundum crucifixisse, ut nec mundum ipse diligere, nec mundus illum amare posse videretur. Durusculum cum tunc appellavit Cono Legatus, quod junctum munus reliquisset. Deinde admonuit, ut propriae utilitati multorum salutem anteponebat, Ambianos rediret, & suo

PAGIUS quæ ad hunc annum referenda: *Sequenti tempore exercitus magnus Maobitarum (legendum videtur, Morabitarum) qui biduo civitatem Barchinonam obsedit, ipsam Ecclesiam violavit, & Altare suffodit & fregit. Addit Diagus, Saracenos, cum urbem occupare non possent, Ecclesias spoliassent, altaria fregissent, & inauditas crudelitates exercuissent. Interim Raimundus Comes ex insulis Balearibus cum classe adventavit, & tantam Barbarorum stragem edidit, quanta maxima alias facta fuisset. [1]*

XIII. *Ebusus insula Saracenis crepta.* Dein Raimundus Comes sublati velis Barchinone solvit, & per Provinciam Genuam ac Pisas ad utrumque Reipublicæ auxilium implorandum tendit, quod illi promissum fuit. Sed antequam Pisani adventarent, Raimundus Comes Majoricam aggressus est. Pisani optatum iter contra Majoricam susceperunt cum Petro Pisano Archiepiscopo, atque cum Bosone Cardinali Romanæ Sedis Legato. Hic in Chronico Mauriniacensi, quod extat Tom. IV. Duchesnii, memoratur his verbis in narratione dedicationis Ecclesiæ Mauriniacensis, a Papa Calisto II. anno Incarnationis Pisano MCXXX. peracta. *Boso de titulo S. Anastasia totius Hispania Legatus, cujus, ope & industria Majorica insula & Casaranga nobilissima Hispanorum civitas subacta est. Sed fallitur iste Anonymus; Boso enim Cardinalis erat Tit. Qua-*

tuor Coronatorum, Theobaldus vero Buccapetus Cardinalis Presbyter tit. S. Anastasia, qui anno MCXXIV. sub Coelestini II. nomine Pontifex creatus eodem die abdicavit, ut videre est apud Baronium eo anno num. VII. Ciaconium & alios. Antiquus Chronographus Pisanus laudatus de Bosone Legato & Petro Pisano Archiepiscopo ait: *Divina disponente gratia prius ad Insulam Ebusum (seu Ebusum quæ non longe a Majorica distat) applicuerunt. In ipsa enim insula ejusdem nominis civitas, in arduo sita, &c. Hæc per mensem obsessa capta est in Sancti Laurentii festo (currenti scilicet anno). Ejus manibus destructis & cassare (id est arce) cum ejusdem urbis Gardo (id est, Præfecto) catenis adstricto in festo S. Bartholomæi Apostoli ad insulam Majoricam applicuerunt. [2] Describit postea iste Chronographus quæ tam autumno, quam hyeme sequentis Christi anni, quo Majorica urbs capta, ab exercitu Christiano gesta sunt. Ebusus ab Hispanis hodie *Tivita* appellatur.*

XIV. *Occisi in obsidione Majorica Massilia sepulti.* Cum post primam Majoricæ oppugnationem Raimundus Comes ad repellendos Barbaros Barchinonem redire coactus fuit, & insulam relinquere, Pisani occisorum, quorum non parvus erat numerus, cadavera navibus imponere, & Massiliam pervenientes ea in Ecclesia Sancti Victoris sepeliere, ut produnt citata Chrono-

NOTÆ [1] *G*emina in Hispaniis concilia hoc anno celebrata ex Card. de Aguirre in novissima collectione Veneto Labbeana to. XII. col. 1200. referuntur, aliud quidem Legionense, alterum vero Palentinæ. Sed cum ambo eodem ferme tempore habita legantur, nam Legionense ad diem XV. Kal. Novembris indictum fuit, Palentinum vero VIII. Kal. Novembris coepit, atque intuper utriusque Bernardus Toletanus præfuisse statuatur, alterutrum consequi necesse est; vel ad duos diversos annos illa pertinere; vel Concilium quidem hoc anno indictum fuisse Legioni, ut constat ex epistola Bernardi, qua Didacum Compostellanum invitavit; sed postea Bernardum mutato consilio & prorogato paululum termino omnia Legionis, loco ejus urbem Palentinam statuisse. Ex quibus facile contingisse potuit, ut Legionense concilium, de quo sola mentio in eadem Bernardi Epistola superest, nullum fuerit. MANSI

[2] *A* pud Bollandistas in Vita B. Oldegarii Episcopi Barchinonensis, cujus festa dies celebratur sexta martii, recitatur bulla Paschalis II. data apud Triburum indictione nona Incarnationis Dominicæ anno MCXVI. Pontificatus autem D. Paschalis II. anno XVII. die X. Kal. Junii; in quo hæc inter cætera ad rem nostram leguntur: *Venerabili fratri nostro Bosone S. R. E. presbytero cardinali quem in Hispania partibus legatum dirigimus apostolicum &c.* Ex hoc autem inferas Bosonis legationem biennio serius assignandam esse, sicut & obsidionem Majoricanam, quam Boso ipse perfecit testibus Scripturibus a Pagio laudatis, non citius, quam anno 1116. compleri potuisse.

Fallit etiam Pagium hic constat, cum vocat Bosonem presbyterum cardinalem tituli SS. Quatuor Coronatorum; nam *Boso tituli S. Anastasia presbyter* subscriptus legitur bullæ Paschalis II. in causa Bisuntinæ ecclesiæ agitata atque definita in concilio Lateranensi IV. Data est bulla legenda apud Labbeum to. XII. Venetæ edit. *Laterani IX. Kal. Aprilis, Indict. IX. Incarnationis dominicæ anno 1116. Pontificatus autem Domini Paschalis II. Papa anno XVII.* Ex hac igitur anonymi Pisani autoritas confirmatur, patetque Bosonem non tituli quatuor Coronatorum, sed S. Anastasia presbyterum in Hispanias non nisi anno 1116. venisse. Si ergo Theobaldus Buccapetus titulum hunc S. Anastasia prætulit, ut ex Baronio Pagius notat, eum sibi assumpsisse titulum oportet & forte etiam ad cardinalitiam dignitatem promotus fuit post obitum Bosonis, qui anno 1120. adhuc vivebat, ut ex Pagio hic constat. MANSI

suo officio fungeretur, rectius sibi consulurus, si non sua unius salute contentus, plurimos Christo lucrifacere conaretur, & tandem a Christo audire mereretur: (a) Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Cum non posses vir Dei, illius, aliorumque Episcoporum auctoritati oblectari, ad suam redit Ecclesiam, & ab omnibus cupidissime excipitur. Hactenus Nicolaus. Ex quo etiam audisti, quam frequens multaque Cono Legatus in Synodis esset dum moraretur in Galliis, in quibus omnibus in Henricum Imperatorem anathema inclamaretur: ad quem in Galliis morantem data extant quatuor Ivo- nis Episcopi Carnotensis epistolæ, (b) quibus cum se infirmitate corporis gravatum, quod eum non adeat, excuset, ipsæque epistolæ ad finem codicis positæ inventiantur: haud diutius ipsum Ivonem superfuisset putandum, nec excellisse

(a) Hist. 25.

Ivonis Carnot. tempus obitus.

(b) Ivo ep. 267. 268. 275. 277.

PAGIUS Chronica Pisana, in quibus refertur eorum Epitaphium, quod etiamnum in ea visitur, sicut & apud Volaterranum lib. 5. Geographiæ.

Verbi incarnati de Virgine mille peractis Anni his centum bis septem connumeratis Vincere Majoricas Christi famulis inimicas Tentant Pisani Maomeri Regna profana. Marte neci dantur multi, tamen hi sociantur Angelica turba, colique locantur in urbe. Terra destructa classis redit æquora ducta, Et vi divina rediit viderice carina. O pia victorum bonitas defunctis suorum Corpora classe gerunt, Pisasque reducere quarunt. Sed simul adductus ne turbet gaudia luctus, Casti pro Christo tumulo clauduntur in isto.

XV. *Gesta ab Alphonso Aragonia Regi adversus Saracenos.*

Nec minus valide Alphonsus Aragoniæ & Castellæ Rex Saracenos in Hispania premebat Castellanis & Aragonensibus communi utilitate odium & dissidium, quo ob invicem dissidebant, ad tempus deponentibus. Casaranga nuper mortuo Rege non nisi a Præfectis a Marochiorum Rege ex Africa missis regebatur, & Ofea ac munitiorum Oppidorum, eorumque vicinorum expugnatione fere circumvallata erat. Quare eandem obsidione cingere decrevit, de eximia multorum Procerum Francorum erga se voluntate certus. Mense Januarii præsentis anni copias in loco a Casaranga quinquæ tantum leucis distante collegit, uti narrat Surita in Annal. lib. I. & quia Saraceni, qui circumvicinia loca obtinebant, exercitum Christianum graviter vexabant, Rotrocius hujus nominis II. Pertensis Comes Tutela florentis civitatis; ipsoque situ opportuna occupanda consilia inivit. Posita ea ad amnem Iberum, sexdecim tantum leucis a Casaranga distita, quam cum tandem Rotrocius Comes expugnasset, Alphonsus Rex eandem ei in fortitudinis præmium dedit, supremo sibi jure reservato. Dinde leges & privilegia eidem urbi concessit. Chartam ab eo tunc emissam refert Moretus lib. 3. Investigat. Navarr.

tempora Paschalis Papæ; nam post eum non Ivo, sed Godefredus alius legitur fuisse Carnotensis Episcopus ad quem complures extant datæ epistolæ sancti Bernardi.

Hoc item anno Henricus Imperator monasteria monachorum Vallumbrosianæ suo hujusmodi munivit privilegio: licet ab excommunicato Imperatore ista petisset, decus fuerit.

In nomine sanctæ & individua Trinitatis, Henricus divina favente clementia Romanorum Imp. Aug. Cum omnium fidelium petitionibus & necessitatibus subvenire debeat Imperiali majestas: multo magis his est impertienda ejus benefici clementia, quos religionis præcipue exuberare fecit gratia: Quapropter natum sit omnibus Imperio nostro subjacentibus, quod petitione venerabilis viri Bernardi Parmensis Episcopi, & dilectissimi cognati nostri Pontii Cluniacensis Abbatis, cuncta monasteria Vallumbrosianæ

XV.

pag. 539. quæ data dicitur Era MCLLII & in Archivis Ecclesiæ Collegialis Tutelæ asservatur. Hæc verba in ea leguntur: *Et capta fuit Tutela ab illustri Rege Alphonso cum Dei gratia, & auxilio virorum Nobilium terra & comitis de Pertica... era MCLLII. hoc scilicet Christi anno.*

XVI. *Ordericus initio libri XIII. varia in medium adducit, quibus Gesta in Hispania Christianos inter & Saracenos eo majorem lucem accipere possunt, quo ejus Historia anno MDCXIX. hiantibus. Paritius ab Andrea Duchesnio primum publicata fuerit. Et licet Ordericus semper annos non definiat, resque suo ordine narret, ac in nonnullis erret, id tamen sincero Scriptori in Normannia scribenti condonandum. Is re quæ anno MC. accidit relata, subdit: Non multo post Ildefonsus Aragonum Rex graviter a Paganis impeditus est, & crebris certaminibus, multisque detrimentis nimium vexatus est. Unde Rotroni consanguineo suo Legato destinavit, sique humiliter mandavit, ut sibi contra Ethnicos dimicanti subveniret, & auxilia Francorum, qui multis in necessitatibus laudabiliter experti sunt, secum adduceret. Promisit etiam se daurum suffragantibus Gallis largi stipendia, & secum remorari volentibus optima prædia. Protinus Comes probissimus commilitones ascivit, cognato Regi suppliciter adduxit, sine dolo & fitione adjuvit: sed integram Hiberorum (seu Hispanorum) fidem non invenit. Nam dum in multis strenuo cum sociis & conprovincialibus suis egisset, & eorum adminiculum Saracenos admodum terruisset & Hispani dolum in illos machinati sunt, & de morte suorum auxiliatorum consensu Regis, ut opinantur, traxerunt. Quod facinus ut ab eorum complicitibus detectum Gallis patuit, Rotro cum consodalibus suis Regem cum proditoribus Hiberis reliquit, & in nullo digne pro tantis laboribus remuneratus, in Gallias remeavit. Ita Ordericus. At licet Tutela obsidione in longum protrahata, ob continua, quæ Saracenis a Frangæ, & Leridæ Regulis submittebantur subsidia, complures e Gallis exercitum reliquerint, quia pecunia eis promissa non solvebatur, ut Scriptorum Hispani fatentur, nulla tamen intervenit*

CHRISTI
1114.

PASCHALIS II. PAP.
15.

HENRICI IV. IMP. 4.
ALEXII COMN. IMP. 34.

fiana congregationis ubilibet posita, sub nostri Imperii tuitionem ac defensionem suscepimus. Statuimus itaque, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla civitas, nulla alia sive magna, sive parva persona Ecclesiastica, secularisve, predicta monasteria inquietare audeat, vel eorum possessiones, seu reliqua bona auferre, minuere, quoquo modo vexare presumat, &c. Datarium autem ita in fine

subiicitur: Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo decimoquarto, Indictione septima. Datum. Boccen. * Nonis Augusti. Hoc etiam Willelmus Prænestinus Episcopus Cardinalis sua corroboravit presentia. Accepta sunt ista ex archivo Vallumbrosiano. Sed non Willelmus, sed magnus ille Conon erat hoc tempore Episcopus Prænestinus inimicissimus Imperatori.

Aut

ergo mirari debetis, si filium ejus matris mea, consobrinum, loco mihi fratris habendum censam, & de remotissimis partibus ad me venturum gratanter excipiam. Locum illum, aliaque in hanc rem refert etiam Moretus, qui cum Oihenartum tantum legisset, excusatione dignus, si praefati Auctoris Historia Comitum Perticæ nomen tacuerit. Quoad obsidionem urbis Castranguitanæ, ea ob quæ Alphonsus Regi supervenire negotia, & ob multorum Francorum ab exercitu discessum, ante an. MCXVIII. felicem exitum non habuit.

Anno MCXIV. Henrico Romanorum Imperatori filia Regis Anglorum Henrici (Mathildis appellata) VII. Idus Januarii Moguntia desponsata & in Imperatricem est consecrata, inquit Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. Idem habet Urspergensis in Chron. qui addit, filia Regis Frisonæ & Colonienfis adversus Henricum Imp. rebellasse, ab eoque Saxones anno sequenti etiam defecisse.

Joannes Turocius in Chron. Hungarorum. cap. 62. scribit, Colomanum Hungariæ Regem excecaisse Almu fratrem suum & filium ejus Belam adhuc infantulum, ac postea migrasse ex hoc sæculo currenti anno, tertio nonas Februarii feria tertia. Et successit Stephanus hujus nominis II. filius ejus. Timebant omnes Reges, inquit idem Chronographus, Stephanum Regem, tamquam illum fulminis: unde infantes vagientes comminatione nominis Regis Stephani quiescere compellebantur.

PAGIUS

XVII. Tutela Saracenis erepta datur Rotroco II. Perensi Comiti.

nit perfidia, ut tam praefata donatio, quam conjugium neptis Rotroci cum Garfia Ramire insinuant.

Hoc enim circiter tempore idem Rotroco comes Margaritam seu Mergelinam neptem Garfia Ramirez postea Regni Navarrici restauratori in matrimonium collocavit, eique in dotem Tutelam, & loca ab ea dependentia dedit. Hanc Toletanus lib. 7. cap. 12. Marca lib. 5. Historiæ Bearnensis cap. 18. Giribayus, & passim Hispaniarum Historici Rotroci Pertensis Comitum filiam faciunt; sed hunc vulgarem errorem Egidius Bry lib. 3. cap. 7. Historiæ Comitum Perticæ & Alenconii Parisiis anno MDCXXX. in 4. impressæ primus refellit, & post aliquot annos Oihenartus in Notitia utriusque Vasconicæ manifesto plagio hoc inventum sibi adscripsit. Uterque inter alia refert testimonium Margarita Guillelmi Siciliae Regis uxoris & Garfia Ramirez filia, quo ipsamet Margarita Regina asserit, opera Tutelæ Ramirem patrem in Regni Navarrici possessionem rediisse. Ea apud Hugonem Falcundum libro de Sicilia calamitatibus illius Regni Optimates his verbis alloquitur: nec enim aliter quam fratres proprios diligere quidem & honorare debeo filios Comitum Perticensis per quem (ut verum fatear) pater meus regnum obtinuit. Nam idem Comes patri meo terram amplissimam cum NEPTI SUA MATRE MEA dotem dedit, quam in Hispania multis periculis ac diuturnis laboribus expugnatam Saracenis abstulerat. Nec

I. Ob Praefecti obitum in Urbe tumultus exorti.

JESU CHRISTI
ANNUS
1115.

PASCHALIS II. PAP.
ANNUS
16.

HENRICI IV. IMP. 5.
ALEXII COMNENI IMP. 35.

Annus sequitur millesimus centesimus decimusquintus, Indictione octava notatus, quod defuncto Petro Urbis Praefecto, cum infcio Pontifice ejus filius a factiosis civibus Praefectus acclamatus esset, turbatum complurium ab iisdem manavit occasio: quibus ut occurreret Paschalis Papa plurimum laboravit. Res gesta describitur ab eo qui aderat Petro diacono Cardinali Bibliothecario in vita Paschalis, his verbis:

Anno decimosexto Pontificatus domini Paschalis Papa Secundi, anno pacis quinto, mense primo, Martii scilicet vigesima sexta die mensis, die Paschæ, id est transitus, in Coena Domini, ira calicis de manu ejus in terram descendit. Petro urbis Praefecto defuncto, homines scelerati, seditiosi, prompti ad malum, privatis male, publicis negotiis pessime providentes. . . . * partibus primoribus, puerum adolescentem in Urbe Praefectum eligunt. Hujus modus, immo excessus hic est. Dum in domicilio pater Praefectus moritur; extra in gradibus ejus filius Praefectus eligitur. Patris cadaver ad Ecclesiam ducitur; & filii fastus ad loca Praefectoria destinatur. Patri exequia funeris in Ecclesia; filio laudes Praefectorio in atrio applaudunt. Ille patrem rationem Deo redditurum in sepulchro deponunt; isti filium juraturum populo in ambonem subleant. Miserabilis casus utrorumque. Et tu exequias funeris pro Comitibus filii, perdidisti pater; & tu Comitiorum plausum pro patris exequiis amisisti filii. Concludit igitur qui vult, dicatque, patrem malo terminasse exitu, cujus in morte uxor gaudeat, filius lætetur, domus tota exultet; si

* Patribus.

XVIII. Matrimonium

XIX. Moritur Colomanus Hungariae Rex

lium principium inchoasse nequam, cujus in Comitibus mater laceratis crinibus planctus filius scissis vestibus gemat, domus tota tristetur.

Turbavit domnum Papam, Curiamque simul mors patris, & excessus filii, inique consilio: Quia nostra, inquit, ante tempus occupant; merito & non sua in tempore perdant. Vade Petre, & tu Constantine, & ex omnibus quæ ad Praefecturam pertinent, ad Curiam commo- dum, in testimonio venerabilis hujus nostri Diaconi re investias. Paruit jussis Petrus, in reditu tumultum, insidiasque in domini necem persequitur. Providit auxilium, subsidia positis loco & tempore egregie facturis, inde sibi affuturum fore denuntians. Jamque ille cum tumultu populi, plebique Constantiniana basilica pede limen tetigerat: cum subito oleum consecrandum in chrisma, jam infectum balsamo, confectumque fracto vase diffusum est. Turbati Patres, mirari Domini non cessabant prodigium, eo quod in prosperitate positi, nullum periculi casum affuturum timebant. Sic iterum alio oleo confecto, dominus Pontifex ad exequendam tantæ solemnitatis mysterium, ad altare ascendit. Jamque ex tribunalis sede orationem: Deus a quo & Judas reatus sui poenam, & latro confessionis premium sumpsit, inceperat, cum illi Petrum scissis vestibus inter altare & tribunal ipsi sapponunt: confirmari eum in Urbis Praefectum petunt. Cumque (ut ejus domus moris erat) ob reverentiam incœpti officii respondere disferret: irasci illos, magis inclamare vocibus, Dominum sibi testem facere, in vota jurare, ni respondeat, aliterque si sen-

II. Pasch. Pap. a- lium Pra- lectum e- legit.

* mini- sterium.

cem inter & Henricum Imp. anno MCXI. constituta, ideoque exemplar, quod nactus est Baronius, recte habet, anno pacis V.) mense primo (id est, Martio) XXVI. die mensis die transitus Domini (legendum, in Coena Domini; Codex Baronii habuit, die Paschæ, id est transitus in Coena Domini) ira Dei de manu calicis ejus in terram descendit. Quare Falco Beneventanus, qui non minus quam Auctor Vitæ Paschalis II. coartaneus est, accurate scribit, hæc contigisse anno XVII. Paschalis, indictione IX. mense Martio. Auctor enim Vitæ Paschalis, alique omnes Falconi in eo consentiunt, quod seditio hæc mense Martio, non vero mense Aprili excitata fuerit; anno autem MCXVI. qui Paschalis II. decimus septimus est, Pascha in diem secundum Aprilis, & feria quinta in Coena Domini in diem tricesimum mensis Martii incidit. Minime itaque dubitandum, quin prolixa ista Auctoris Vitæ Paschalis II. narratio in annum sequentem indictione IX. notatum differenda sit, de qua ideo ibidem agemus.

Ad

PAGIUS SÆC. XII. An. Erae Hisp. MCLIII. Anno Hegira: Di. inchoato die 27. Maii fer. 5. A. C. 1115. Anno sequenti Romæ tumultus.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6608.

Ⓞ 4. C.) 14. P. 18. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 1115.

PASCHALIS II. PAPÆ 17.

HENRICI V. REG. 10. IMP. 5.

ALEXII COMNENI IMP. 35.

Num. I. ad V. Baronius in narrandis tumultibus, qui Romæ post mortem Petri Urbis Praefecti accidere, usis est codice variis in locis corrupto Pandulfi Auctoris Vitæ Paschalis II. a P. scriptæ, seu, ut ipsemet interpretatur, a Petro Diacono Cardinali Bibliothecario. Ait itaque Auctor Vitæ Paschalis: Anno XVII. Pontificatus dicti domini Papa (hoc anno mense Augusto inchoato) anno pacis X. (legendum anno pacis V. pax enim Pontifi-

si senserit, atrocis facti miserias eo die visurum. Tandem dominus: Quid, inquit, confirmari eum in Praefectum petitis, quem nec nos digne dare, nec vos hodie honeste petere potestis, cum vos hodierni funeris exequia ex Comitibus merito subtrahant, & nos solemnibus diei christiana ab hujusmodi juste removeant? quibus peractis, respondebitur digne. Et illi pro velle rebus jam dispositis, cum fremitu tumultuantesque discedunt. Fecissent quod disposerant in via, nisi eorum audacia, quae ita tumuerat, nostrarum copiarum timore enervaretur.

III. Tyrannus novum praefectum in Pap. Die altero, die Parasceves, cum omnium civium hujus Urbis maxime vetustis moribus sancta devotio per loca sancta, per Martyrum caemeteria, per votiva solemnibus pedibus discalceatis in Urbe, suburbisque confertim diffunderetur: illi simplicem populum, plebemque in factionis suae charybdis sub armis jurare compellunt. Eisdem die magni Sabbathi, die Paschali. Secunda feria eunti domo ad basilicam beati Petri, juxta radicem pontis Trajani cum tumultu se puer ille opposuit, confirmari petiit. Quod quia adeptus non est: sequentis familia alios cepit, alios affecit injuriis. In reditu cum coronato domno Papa (ut ejus diei mos est) Patribus solemniter procedentibus in Curiam, ex Capitolio strepsu, clamore, lapidibus eos persequuntur. Nec adhuc satis, delegant post eum. Nec antea vestes sacras cum exire licuit, quam respondere oportuit, sequenti sexta feria de confirmatione communi consilio deliberandum. At ille non contentus termino, ea die Praefecturam, a quibus potuit, in se complere fecit. Feria sexta in tantam exarsit audaciam, ut eorum domos subverteret, quorum religio fidei in in domum Papam perfide agere noluerat. Providens autem dominus, huic ruina abscque multa caede resisti non posse, in Albanam secessit. Furor illius, fautorumque in Ecclesiam & domum Petri Leonis, & eos qui eam tueri videbantur, omnimodo conversus est. Qua nec passet pati, nisi reverso eo, suorum fulciretur auxilio.

IV. Reversus Petrus Leonis tanto copiosus Principibus Curiae largitus est dona.

Albanum hodie.

Albanum hodie.

IV. Reversus Petrus Leonis tanto copiosus Principibus Curiae largitus est dona.

Ad num. V. Narrat Baronius ex laudato Falcone Concilium Trojanum in Apulia mense Septembri celebratum, in quo inter caetera, Treuga Dei statuta est. Ex quo intelligis, Treugam Dei, seu pacem inter privatos homines & Communitates, de qua saeculo superiori locuti sumus, a sacris Conciliis approbatam fuisse.

Labbeus Tom. IV. Concil. refert, Trenorciensis a Guidone Viennensi Archiep. Sedis Apostolica legato celebratum fuisse Concilium in causa Ecclesiarum Vefontionensium S. Joannis & S. Stephani, quae utraque se Cathedralam ja-

quanto laboriosius bellicis sudoribus pro se suscipiendo opus fore cognoverat. Ptolemaeus donavit Aricam, caeteris aurum & argentum, & alterius suppellectilis copiam. Nostri secuti ad congregandum eis Tiberim copias exponunt, praesto sit proelium. Et cum Urbis totius milites cum collecticiis nostris paucis belli fortunam experiri debuissent: magno ausu, sed subito nostri victores illorum alios jussurandi religione in actionem domni Papae reversuros astringunt, alios, ut secum puerum, secum captivos ducant. Jam nostri Pannonem properantes, Albam transferant. Juxta terram Ptolemaei uti securi, molles, dissoluti, inermes intraverant, in Algidum jam devenerant: cum Ptolemaeus irruens in eos & captos abtulit, & captivos cepit, non veritus domnum Papam nec novit susceptum beneficium triplicata jurisjurandi religione. At Ptolemaei perfidia in exemplum suscepta perjurii contagio omnes infecit, adeo ut ob participationem consortibus sceleris in Urbe, & caeteris hinc inde, perjurium nec infamia, nec crimen haberetur. Execrabile dictu, horribile auditu, hoc ausu, hac indulgentia criminis, Sermonetam, Nymphas, Tiberium, & omnem oram maritimam enormitatis defectiois involvit, simul & totam Urbem (ut vix unus in multis esset, quem factionis reum dicta vel facta verisimilibus indiciis non demonstrarent) bullire machinis & tormentis ea ex parte, qua Capitolii rupes aedibus Petri Leonis imminet, continuo ordinatis, quidquid armis & igne majus inferre poterat, invidia magis, quam ratio mollebat. Factumque ut solus ex parte pateretur in toto, quidquid undique ab omnibus poterat, inferri malorum. Hujus tandem impetus fluctus cepit detumesce: divinis auxiliis, in operibus rusticanis pro maturitate illius temporis omnibus ferme instantibus. Haecenus auctor de turbis urbanis, occasione novi Praefecti electionis obortus.

Hoc eodem anno Paschalis Papa Augusti mensis tempore in Apuliam profectus, Trojae Concilium habuit, de quo ista in Beneventano Chronico ab auctore qui ad-

stabat: cum Archiepiscoporum Sedes diutius quidem in Sancti Joannis, nonnumquam vero in S. Stephani Ecclesia fuisset. Fustus jam de illa controversia egerat Chiffletius in Historia Trenorciensi, & uterque refert varia Rescripta Apostolica ad componendam hanc controversiam emissa. In uno a Paschali II. Guidoni Viennensi Archiep. S. Sedis Apostolicae Vicario scripto reprehendit Pontifex Guidonem, quod Sancti Stephani Clericorum testimonium in Ecclesiae suae causa admittere noluerit, ex eoque discimus, Synodum Trenorciensem currenti anno habitam; datum est enim Troja VI. Kal.

* securi
Perfidia
Ptolemae
Comitis
Tusculani.

rat: His omnibus, & aliis ita peractis, Apostolicus ipse nono Kalendas Septembris Trojam tetendit, ibique Concilium statuit, & firmavit. Ad cujus sacri conventus praesentiam fere omnes Apuliae principes, Archiepiscopi, & Episcopi convenerunt. Conventu itaque sancte ordinato, inter caetera quae ibi posita sunt, Treuga Dei statuta est. Adeo quod Comes Jordanus, & Comes de Loritello, & alii Barones Apuliae sacramento in praesentiarum, firmaverunt Treugam Dei ex tunc per spatium annorum trium fore tenendam: sicque confirmato Concilio, & pie finito, Papa Beneventum tertio die intrantis mensis Septembris reversus est. Deinde Apostolicus ipse civitatis negotia quae imminerebant judicans, Romam reversus est septimo Kalendas Octobris; ubi tunc erat monasterium sancti Vincentii dedicavit. Haec ibi. Sed Petrus in Chronico Cassinate ponit anno 1117.

VI. Moguntini in Imp. Quod ad statum rerum Ecclesiae Germanicae spectat: Deo propitio magis ac magis Catholici invalescunt. Etenim Moguntini in ipsum Henricum Imperatorem zelo justitiae conspirantes, & in eum insurgentes, coegerunt dimittere liberum suum ipsorum Archiepiscopum, quem diu (ut audisti) in carcere detinuerat: qui dimissus adversus eundem Imperatorem pro Romana Ecclesia usque ad ejusdem Imperatoris occasum viriliter egit. De his autem ita Ursperger Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS Kal. Septemb. indit. VIII. hoc scilicet anno. In alio dato Laterani X. Kalendas Maii Paschalis haec Guidoni Legato suo mandat: praecipimus sollicitudini tuae, ut pro hoc negotio peragendo, & tanti scandali lite sedanda, adhibitis tecum sapientibus & religiosi fratribus vel Divisione, vel ad alium competentem locum convenias, quo possint sine gravamine personis sibi necessariis adhaerere, &c.

IV. Guidonem juxta Paschalis II. mandatum Concilium ad hanc hanc dirimendam Divisione coegisse, docet antiquum monumentum in parvo Chronico Bonavallensi a Manrico in Annal. Citero. anno MCXVII. cap. 3. recitatum, cujus nulla, neque Tom. X. Concil. neque in Historia Trenorciensi mentio, quod ideo hic a nobis referretur: Anno ab Incarnat. Domini millesimo centesimo decimo septimo, cum dominus Guido S. R. E. Legatus, Viennensis Ecclesiae Archiep. nunc autem Papa Catholicus (sub Callisti II. nomine) rediret a Concilio, quod ad Divisionense castrum, cum multorum Episcoporum, & Abbatum, aliarumque religiosorum personarum conventu celebraverat: veniens ad novum monasterium, quod usitato vocabulo Cistercium nuncupabatur, rogavit dominum Stephanum Abbatem illius loci, ut in Viennensi suo Archiepiscopatu monasterium construeret; ubi Monachi sub Regula & Abbate viverent, pro se, & omni Clero, & populo sibi commisso, misericordiam Dei devote exorarent. Cujus petitioni idem Abbas, communicato Monachorum sibi commissorum consilio, annuens venit Viennam, & consilio, & adjutorio praescripti domini Pa-

gentis hoc anno: Ita sedato vix militum, plebique ferventissimo furore, Caesar ab urbe secessit, & post paucos dies Adalbertum Archiepiscopum Moguntinum, quem jam per annos tres arctissima mancipaverat custodia, vix nimirum ossibus haerentem, ut coactus promiserat, cathedrae suae remisit. Hic igitur non multo post Sedis Apostolicae Legato Dieterico de Nantiois & litteris subiciens: ipsum sibi caeterisque non paucis Praesulibus Coloniae occurrere postulavit. Ubi & mandatae Papae, quae sibi detulerit, communiter percipi, & ille suam consecrationem diu scilicet interclusam tanta auctoritate consequi possit. Qui conventus, Colonienfis scilicet, instante festo Natalis Domini factus est non absque indignatione Imperatoris. Haec de Adalberto, qui ex infestissimo hoste Romanae Ecclesiae (ut audisti) Dei summa potentia, eidem est redditus addictissimus.

VII. Quod vero ad Dietericum Sedis Apostolicae Legatum spectat, de ipso ita Ursperger paulo superius: Saxonum vero consensus ad resistendum Imperatori magis ac magis roboratur. Ad haec quemdam Cardinalem Romanum nomine Dietericum legatione in Pannonias functum per Nuntios adfiscunt, quo etiam praescripti Concilii actionem, & per ipsam Imperatoris excommunicationem praedicante, tam Archiepiscopus Magdeburgensis, quam caeterarum Ecclesiarum.

VII. Dietericus Card. legatus.

pa Callisti, in valle quadam cepit Canobium adificare, quod Bonam vallem idem Papa dictavit vocari. Et sciendum, quod omnes sumptus ad hoc opus necessarii ejusdem Papae providentia seu administratione provenerunt. De eo Monasterio infra. Hoc Concilium Divisionense in altera Conciliorum editione locum habere debet.

Ceterum controversia illa de Sede Metropolitana Vefontionensi inter Canonicos S. Stephani & S. Joannis sedentibus Paschali II. & Callisto II. magna animorum contentione agitata, omnino compressa non fuit, donec anno MCCLIII. Hugo Cardinalis, qui de S. Caro dictus est, tum per Germaniam Legatus Apostolicus, utriusque consentientibus Canonicis, sic illas Ecclesias univit, ut una in posterum esset Ecclesia, unum Capitulum, unum ararium, sigillumque unum, cum hac epigrapha: Sigillum Ecclesiae Bisontinae. Iisdem horis Divinum Officium, iisdem ritibus peragitur; Canoniarum alij ad S. Joannis; alij ad S. Stephani confedentibus: quod discrimen ipsae, quas incolunt, domus faciunt. Utrobique suam habet Sedem Episcopus: penes ipsum est optio. Haec Chiffletius tam in Historia Trenorciensi cap. 39. quam in Probationibus ejusdem Historiae, & ex eo alij.

Ad num. VI. & seq. Germania tumultibus hoc anno concussa, uti refert Ursperger in Chron. & ex eo Baronius. Saxonum consensus ad resistendum Imperatori magis roboratus fuit, & Dieterico Cardinali Romano ac Sedis Apostolicae Legato hoc anno misso pro ea legni-

V. Finis controversia in Conc. Trenorciensi & Divisionensi si agitata.

VI. In Germania turba exorta.

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
16.HENRICI IV. IMP. 5.
ALEXII COMN. IMP. 35.

Præsules reconciliationem recipiunt, &c.
Subiicit de Nuntiis ex Italia ad Imperatorem venientibus, & Mathildis Comitissæ obitum nuntiantibus.

VIII. Mathildis Comitissæ obitus.
Mortua enim est hoc anno ipsa Mathildis Comitissa, cujus obitus tempus ejus vitæ scriptor Domnizo ita verbis istis consignatum reliquit:

*Dum bis quarta manet Indictio, jungitur atque
Virginis partus qui currere coeperat
annus
Millenus quintus decimus centesimus,
illum
Natalem Christi voluit celebrare Mathildis.*

Et de ætate ipsius, mense dieque obitus sic:

*Sex deciesque novem vivens annos in honore,
Julius ante dies octo quam det prope finem,
Scilicet ante diem celebrem Jacobi Zebedæi,
Corpus ei Christi, pariterque Crucem crucifixi
Porrexit Præsul Reginus corde serenus,
Quique Bonus senior proprio sit nomine dictus.*

PAGIUS gniter agente tam Archiepiscopus Magdeburgensis, quam caterarum Ecclesiarum Præsules reconciliationem recipiunt, sicque scisso iterum regno, unaque nova res oriuntur, sic contraria qualibet invicem partes utraque moliantur, inquit Urspergensis, cui Chronographus Hildensheimensis suffragatur.

VII. Obitus Mathildis Comitissæ.
Ad num. VIII. Mathildis Comitissa, cui tantum Romana Ecclesia debet, die XXIV. mensis Julii, anno ætatis LXIX. in castello Bondoni octo miliaribus ab urbe Ferraria distante [r] spiritum Deo reddidit, ejusque corpus, ut ipsa vivens constituerat, ad monasterium S. Benedicti, quod de Padolirone dicitur, & quindecim miliaribus Mantua distat est; translatum. Urbanus VIII. anno MDCXXXV. Mathildis ossa Romam asportari jussit, ac sepeliri prope sacellum Gregorianum. Ejus Vita a Domnizone Auctore coævo scripta, & hoc seculo Franciscus Maria Fiorentinus Commentaria Rerum ad Mathildem Comitissam pertinentium lingua Italica in Urbe Lucensi publicavit, cujus Opere in hac Critica sæpius usi sumus. Quantis ipsa eminuerit virtutibus, ex Annalibus satis patet.

VIII. Ad num. IX. Non tantum Concilium Hierosolymitanum, in quo, Arnulphus Patriarcha-

In manibus ejus Comitissa Mathildis ab hujus

Aerumna sæcli jugiter memoranda recedit.

In Cruce nam Christi sua figens oscula dixit:

Te colui semper, mea nunc rogo crimina terge.

Accipiens Christi Corpus venerabile, dixit:

Semper dum vixi, Deus, hoc scis, spem tibi fixi:

Nunc in fine meo me salvans, suscipe queso.

Sic orans migrat mox hæc sapiens Comitissa, &c.

Quid autem actum de bonis Mathildis Ecclesiæ Romanæ relictis, ignoramus, an possessionem eorum Paschalis Papa adeptus sit. Nam Urspergensis Abbas hoc anno agens de ipsius Mathildis obitu, hæc ait: *Interea directi ab Italia nuntii obitum illius inclityæ Mathildis nuntiant, ad ejusque prædiorum terras amplissimas hæreditario jure possidendas Casarem invitant. Qui anno sequenti in Italiam se contulit.*

Quod ad res pertinet Orientis, cum accusationes præterquam adversus Arnulphum Patriarcham Hierosolymitanum, Romam ad Paschalem Papam delatæ essent, & ipse Pontifex Legatum hac de

Hierosolymitanus Sede depositus est, ut narrat Baronius ex Tyrio lib. II. cap. 26. sed etiam Remense hoc anno celebratum. De eo Tom. X. Concil. ex Codice MS. Montis Dei hæc referuntur: *Cono prænestinus Episcopus, & Apostolica Sedis Legatus, in quadragesima proxima (sc. post Bellovacense) coactum mense Decembris superioris anni) Latave Hierusalem (sc. dominica quarta Quadragesimæ) V. Kal. April. Remis celebrato Concilio eundem Henricum (sc. Imperatorem) damnavit.* Habitum præterea Concilium Sueffonense, ut anno superiori jam diximus, in eoque decretum, ut Sanctus Godefridus Ambianensis Episcopus e Cartusia, quo secesserat, revocaretur. Verum, ut narrat Nicolaus Monachus in ejus Vita, Godefridus profectus inde venit ad Remorum urbem, ubi tum Cono Cardinalis & Legatus frequentissimam Synodum habebat. In eo Cono Legatus eum admonuit, ut propria utilitati multorum salutem anteposens Ambianum rediret. Cum non posset Vir Dei, illius, aliorumque Episcoporum auctoritati oblitari, ad suam rediit Ecclesiam.

Duo alia Concilia Colonia congregata; alterum die decima nona mensis Aprilis, seu feria secunda Paschatis; alterum instante festo Na-

IX. Concil. Hierosol. in causa Arnulph.

Varia Concilia in diversis locis coacta.

IX.

CHRISTI
III.PASCHALIS II. PAP.
16.HENRICI IV. IMP. 5.
ALEXII COMN. IMP. 35.

de causam Orientem misisset, illic Concilio celebrato, idem Arnulphus e sedem omnium consensu deponitur; qui ad Sedem Apostolicam provocavit. Hæc enim ita Willelmus Tyrius habet (a): *Eodem tempore dominus Papa auditis enormitatibus Arnulphi Patriarchæ, & de ejus immunda conversatione plenius e-*

(a) Voil. Tyr. l. II. c. 26.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

Duo concilia Colonienfis adversus Henricum Imp.

Natalis Domini. [r] De priori in Codice MS. Montis Dei hæc leguntur: *Item Cono (Legatus Sedis Apostolicæ in Gallia) Feria II. proximi Pasche Regem Henricum (coronatum Imperatorem) damnavit Colonia in templo Sancti Gereonis.* De posteriori Urspergensis verba faciens de Alberto Moguntia Archiepiscopo, qui Henrici Imp. partes secutus fuerat, scribit: *Hic non multo post Sedis Apostolicæ Legato Dieterico (seu, ut eum Trithemius in Chron. Hirsaug. vocat, Theoderico) se nuntius & literis subjiciens, ipsum sibi, caterisque non paucis Præsulibus Coloniam occurrere postulavit, ubi & mandata Papa, qua sibi detulerit, communiter percipi, & ille (sc. Adelbertus) suam consecrationem, diu scilicet interclusam (quia, ut tradit Urspergensis in Chr. ad annum MCXI. annulum & virgam Pastoralem susceperat ab Henrico Imp. tanta auctoritate consequi possit. Qui conventus instante Festo Natalis Domini (seu, ut loquitur Trithemius, qui idem narrat, circa finem Decembris) factus est, non absque indignatione Imperatoris, qui necdum plene voluntarius erat in consensu ejusdem ordinationis. Anno Domini MCXVI. (qui nobis annum a Kalendis Januarii incipientibus est adhuc annus MCXV.) Imperator Natalem Domini Spira cum paucis Episcopis & Principibus celebrans, ea qua interim Colonia gererantur, graviter tulit. Audivit enim quam plurimos ibi convenisse, non solum Metropolitanos, sed etiam alios Episcopos, uti Optimates regni, causa præcipua verbum excommunicationis in se manifestandi, quamvis ipse Cardinalis (sc. Dietericus, seu Theodericus), cujus hæc initiabantur auctoritate, in itinere defunctus, ille ad sepulturam potius, quam ad actionem delatus esset Concilii. Missus tamen ab eo illic præsul Wirtzburgerensis, auctoritatem vel communionem, nansit reconciliatus habere meruit. Hen narrat Trithemius citatus ad annum MCXV. sed Tomo X. Concil. hoc secundum Concilium Colonienfis male in annum sequentem dilatum, quod in altera Conciliorum editione corrigendum erit.*

X. Concilium Catalaunense.
Denique indictum Concilium Catalauni, quæ urbs Gallia Belgicæ in Campania ad Matronam Fl. ut habet laudatus Codex MS. Montis Dei: *Catalaunis Cono quarto habito Concilio prædictum Regem (sc. Henricum Imp.) damnavit IV. Idus Julii; quod tamen Concilium V. Idus Julii in Chron. Sancti Petri Vivi dicitur ce-*

doctus: Legatum dirigit ad partes Syria quemdam virum venerabilem & multa religione conspicuum Arausicensem Episcopum, qui ad partes nostras perveniens, convocato universi regni Episcoporum Concilio, prædictum Arnulphum coram se stare præcepit: tandemque meritis exigentibus, auctoritate Sedis A-

LI 2

po-

lebratum. Sermonem etiam de hoc Concilio habet Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. ad annum MCXV. *Wlfridus Episcopus de Sancto David in Valonia obit. Usque ad illum Episcopi extiterunt Brittonici. In octavis Apostolorum (seu pridie Nonas Julii) magnum Concilium a Cono Romana Ecclesiæ Cardinali Catalaunis celebratum est. In quo excommunicavit Episcopos, qui Concilio non interfuerunt, quosdam vero degradavit, & plurimos Abbates baculis privatos deposuit de sedibus, Ecclesiasticum illis interdicens officium. Paulo post; Bernardus Regina Cancellarius ad Ecclesiam S. David in Valonia Præsul eligitur. Videtur Concilium Catalaunense circa initium mensis Julii inchoatum, & quæ mox narravimus, diversis diebus in illo gesta esse. Porro Henricus Rex Angliæ Wallia subjugata, cupiens Ecclesiam Sancti David, seu Menevensem alias Walliæ Ecclesiæ suffraganeas Menevensis Ecclesiæ subicere Metropolitanæ Cantuarie voluit Bernardum a Cantuariensi Archiepiscopo consecrari; verum Bernardus, Henrico Rege defuncto, super jure Ecclesiæ suæ Menevensis, seu Sancti David questionem movit contra Theobaldum Cantuariensem Archiepiscopum, de qua anno MCXL. verba faciemus.*

Episcopi in Concilio Catalaunensi depositi subditi erant Henrici Angliæ Regis & in Normannia, quæ ei parebat, Sedes suas habebant. Quare Eadmerus lib. 5. Novorum ait, id Regem valde commovisse. Hæc ejus verba: *Regis adhuc consilia cum Episcopis habito, quid super his, & quibusdam aliis, qua animum suum plurimum offensus, Papa responderet, placuit in commune ut suos Nuncios mitteret per quos qua vellet, securus Papa mandaret nam ante hoc dies, quidam Romana Ecclesiæ Cardinalis, sanctus Legatione Apostolica Sedis, Cono namine, Franciam venerat: & ibi juxta sua legationis officium, generalia Concilia celebrans, Episcopos Normannia ab episcopali officio suspensos excommunicavit (nempe in Concilio Catalaunensi): eo quod Concilium, (hoc anno celebratis) tertio vocati, interesse noluerant. Quæ episcoporum excommunicatio animum Regis valde reddidit conturbatum: & rationis esse duxit, super his Papam convenire. Maxime quod in hujusmodi visus sit Privilegia Patri (Willelmo sc. I. Angliæ Regi) & fratri sua (Willelmo sc. II.) sibi que a Romana Eccle-*

XI.

Gesta in eo Henrico Angl. Regis animi conturbatum

NOTE

[r] Aleri e duobus hisce Colonienfis conciliis Episcopos XIV. affedisse colligo ex Analista Saxone Eccardi, qui ad annum 1116. a Natali coeptum, iis narratis, quæ Urspergensis expilavit, addit funus Dieterici seu Theoderici, ab Episcopis XIV. Colonia (quæ ad concilium convenerant) curatum fuisse.

Cæterum hoc anno satis nondum functo Theoderico cardinali concilium aliud Goslarie habitum memorat author chronici Sampetrini, qui licet recentior est Scriptor cum chronic in suum anno 1115. claudat, horum tamen, de quibus scribimus, annorum historiam excepit a vetusto chronico ab anno 1078. ad 1111. deducto, quod Menkenius offendisse se in eodem Codice unde recentius hoc desumpsit testatur. Extat Chronicon istud recentius apud Menkenium Rer. Germanic. Scripto. tom. III. col. 207. Ita vero ibidem legas: *Conventus Episcoporum ac Principum magnus apud Goslarium sub Theoderico Cardinali S. Romana Ecclesiæ factus est.* MANSI

NOTE [r] Mathildis comitissa obiit non in castello Bondoni agri Ferrariensis, sed in altero ejusdem nominis pago diocesis Regienfis in chartis Bacchini Bondeno de Ronchoris appellato, ut Muratorius in Notis ad Domnizonem Rer. Italic. to. V. fol. 382. demonstrat. MANSI

CHRISTI III 5.

PASCHALIS II. PAP. 16.

HENRICI IV. IMP. 5. ALEXII COMN. IMP. 35.

posolica, ab officio pontificali deposuit. Ille autem adhuc fiduciam habens in suis prestigiis, quibus pene univerforum sub-

vertebat animos, transfretare coactus, ad Romanam perrexit Ecclesiam: ubi domini Papa, & totius Ecclesie blandis ver-

PAGIUS

lesia jam olim collata, se non promerente, fo-

XII. Querele inde nata cito & prudenter sopita est.

Priora Eadmeri verba, quibus asserit, Hen-

XIII. Quatuor priores Ordinis Cisterciensis abbatia.

Ordo Cisterciensis per hæc tempora mirifi-

XIV. Majorica a Pisanis capta.

Hoc anno Majorica in Christianorum pote-

tum diremit, Clevoque atque aliis, qui conve-

Quarta vero civitatula (idest, pars civita-

Et facta prada muri sternuntur & a-

CHRISTI III 5.

PASCHALIS II. PAP. 16.

HENRICI IV. IMP. 5. ALEXII COMN. IMP. 35.

verbis & larga munerum profusione reli-

Apostolica remeavit ad propria, sedem

PAGIUS

traductus in urbem. Præbuit Italia se se spectabile monstrum.

XVI. Concilium Ovetan.

Celebratum hoc anno Oveti Concilium, a

XVII. A Præfatis & laicis subscriptum.

Pelagius Episcopus Ovetensis, qui hoc Con-

ricus Gonfalvis Giron, ortus ex Asturi-

Hoc anno, era MCLIII. ut narrat Sando-

Ludovicus Rex Francie, inquit Guillelmus

Tum Nangius ad annum MCXV. Ludovicus

XVIII. Aragonenses venant Sarracenos.

XIX. Ludovicus Francia Rex in Seditione per suos Paganos.

XX. Iterum in eisdem diebus.

CHRISTI
1115.

PASCHALIS II. PAP.
16.

HENRICI IV. IMP. 5.
ALEXII COMN. IMP. 35.

JESU CHRISTI
ANNUS
1116.

PASCHALIS PAP. II.
ANNUS
17.

HENRICI IV. IMP. 6.
ALEXII COMNENI IMP. 36.

di licentia, qua prius meruerat depositio- nem. Hæc summam Willelmus. Mil-

PAGIUS
XXI.
Tanchelinus hæreticus occiditur.

XXII.
Obitus Petri Eremitæ.

In Chronico Anselmi Gemblagensis ad hunc annum hoc additamentum legitur: Tanchelinus hæreticus, qui Andoverpiam (seu Antuerpiam) Walagram, & circumjacentes insulas, & maritima loca in partibus illis, multis hæretibus infererat occiditur. Quod hoc etiam anno Meyerus in Annal. Flandriæ narrat.

In eodem Chronico ad hunc annum legitur hæc additio: Petrus Eremita ex Syria reversus apud Huyum moritur, & sepelitur in monasterio a se fundato ad Mosam fluvium. Huum seu Huyum aut Huionum oppidum est quinque leucis ab urbe Leodiensî distitum, Egidius Aureæ Vallis Religiosus in Continuatione Episcoporum Leodiensium cap. 16. His diebus inquit, dominus Petrus Eremita, qui cum Godofrido Duce Jerosolymam profectus fuerat, acceptis Reliquiis a Domino Arnulpho Jerosolymitano Patriarcha, de Sepulchro sc. Domini, & de Reliquiis B. Joannis Baptiste, cum privilegio Crucesignatorum, Domino Oberto Leodiensium Episcopo transmissis, ad partes Leodienses revertitur; ubi fundavit Ecclesiam Hoy novi monasterii in honore S. Sepulchri, & B. Joannis Baptiste, in qua viri-vita venerabilis, sumptibus aliquantis viris religiosi plantavit Regulam Sanctissimi Patris Augustini. Consummato autem vita sua curriculo, in bonæ senectute diem clausit extremum VIII. Idus Julii, cujus corpusculum digne mandatur sepultura a toto Clero & populo Hoyensi in latere Ecclesie. Ait postea Egidius in sua marginali annotatione eum translatum solemniter fuisse a loco extra

Ecclesiam, ubi olim sepultus fuerat, in criptam præstita Ecclesia, & ibi honorifice reconditas ejus Reliquias XVII. Kalend. Novembr. anno gratia MCCXLIII.

Jacobus de Vitriaco in Hist. Orientali cap. 16. dicit, Petrum inspiratum fuisse a Deo, ut Jerosolymam adiret, & ut in reditu Urbanum II. conveniret de liberatione Terræ Sanctæ cum eo acturus. Ait etiam eum fuisse pauperem & religiosum hominem in Ambianensi Episcopatu vitam eremiticam agentem. Denique Auctor Magni Chronici Belgici pag. 134. annum fundatæ a Petro Eremita apud Huyum Ecclesie his verbis aperit: Anno ejusdem domini Oberti (Episcopi Leodiensî, successoris Henrici pridie Kalend. Junii anno MXCI. demortui, ut habet Egidius laudatus) decimo tertio incepti fundari novum Monasterium in suburbio Rotensi Canoniorum Regularium, &c. in honorem Sepulchri Domini, & S. Joannis Baptiste, assumptis eo viri religiosi secundum Regulam B. Augustini, & ibi prædictus Petrus sepulturam accepit. Quare cum Monasterium illud redux ab expeditione Jerosolymitana Petrus fundaverit, ut refert ibidem hic chronographus, ejus e Syria in Occidentem reditus, & novi monasterii ædificatio pertinent ad annum MCIV. Vita hujus servi Dei hoc sæculo a Petro D'outremanno Belga e Societate Jesu edita. Porro anno MCIV. Daimbertus quidem verus Jerosolymorum Patriarcha erat, sed Arnulphus Sedem invaserat, ut narrat Tyrius lib. 10. cap. 16. & seqq.

XXIII.
Fundavit Monasterium Canoniorum Regularium apud Huyum.

I.
Conc. Generale Lateranum.

* al diverfarum

* Chryfolanum.

Lucensis cum Pifano Ep. contra-versa.

II.

* hujus

Millesimus centesimus decimus sextus annus sequitur, Indictione nona, quo a Paschali Papa agitur Romæ generale Concilium in basilica Lateranensi, cujus Acta per singulos dies digesta Urspergensis sic narrat: Eodem igitur anno qui est decimus septimus, nondum absolutus, ordinationis domini Papæ Paschalis Secundi, pridie Nonas Martii, Roma in Sede Lateranensi, in Ecclesia sancti Salvatore, quæ appellatur, Constantiniana, celebrata est Synodus universalis Concilii, congregatis ibidem ex diversis regnis, & provinciis Episcopis, Abbatibus, Catholicis; Ducibus, & comitibus, Legatis * universarum provinciarum, quamparim.

Prima itaque die, quæ secunda feria tertia hebdomadæ Quadragesimalis inter Mediolanenses Episcopos * Grosolanum, & Jordanem, in alterum, de invasione, in alterum, quod Ecclesia sua deservit extiterit, ventilata est controversia: hanc causam dominus Apostolicus Cardinalium Episcoporum consilio tractandam distulit.

Sequenti die in eadem causa plurima tractata sunt, sed res non finita.

Quarta vero feria Lucensis Episcopus de invasione terra juris Ecclesie suæ Pifanos impetebat. E contra dum Pifanus suos defenderet, inter utramque jus partem utriusque populi suffragio longo litigio disceptatur.

Tunc quidam Episcoporum de medio Concilii surgens, ita exorsus est: Dominum patrem Papam recordari decet, quare * illius presentis & generalis Concilii multitudo sancta per omnia periculorum genera, mari, terraque conveniret inortaria, ubi non de spiritualibus vel Ecclesiasticis, sed secularibus, ordine præpostero tractatur negotiis. Expediendum prius, propter quod principaliter convenierint, ut evidentius pernoſcatur, quid dominus Apostolicus sentiat; quidque in Ecclesiis suis reversi, Episcopi scilicet, predicare debeant. Tunc Apostolicus causam Concilii, & animi sui intentionem his verbis exposuit:

Postquam Dominus de servo suo fecit quod voluit; & me populunque Romanum tradidit in manus Regis, videbam quotidie passim fieri rapinas & incendia, cades, & adulteria. Hæc & hujusmodi mala cupiebam avertere ab Ecclesia & populo Dei: & quod feci, pro liberatione populi Dei feci. Feci autem ut homo, quia pulvis sum & cinis. Fateor me male egisse: sed rogo vos omnes, orate pro me ad Deum, ut indulgeat mihi. Illud autem malum scriptum, quod in tentoriis factum est, quod pro pravitate sui privilegium dicitur, condemno sub perpetuo anathemate, ut nullius unquam sit bonæ memoriæ, & rogo vos omnes, ut idem faciatis. Tunc ab universis conclamatum est: Fiat, Fiat.

Brunus autem Signinus Episcopus alius exorsus est: Gratias agamus omnipotenti Deo, qui dominum Papam Paschalem, qui presentis Concilio præfides, auctivimus proprio ore damnantem illud privilegium, quod pravitate & hæresim continebat. Ad hæc quidem cavillatorie subjunxit: Si privilegium illud hæresim continebat, qui illud fecit, hæreticus fuit. Joannes autem Cajetanus Episcopus ad hæc commotus, Signino respondit: Tunc hic, & in Concilio, nobis audientibus, Romanum Pontificem appellas hæreticum? Scriptum quod fecit dominus Papa, malum quidem fuit, sed hæresis non fuit. Et alter quidam adjecit: immo nec malum dici debet. Quia si liberare populum Dei bonum est: quod dominus Papa fecit, bonum fuit. Sed liberare populum Dei bonum est auctoritate Evangelii, (a) qua precipimur animas quoque pro fratribus ponere.

Ad hæc patientia domini Papæ horrendo hæresis nomine pulsata expurgata est, & manu silentium indicens, dissidentium clamores & murmura tali oratione compeſcuit. Fratres & domini mei, audite: Ecclesia ista nunquam habuit hæresim; immo hic omnes hæreses conquassatae sunt. Hic Arriana hæresis, quæ per trecentos fere annos viguit, annullata est. Se.

Paschalis Pap. poenitentia.

III.
Bruno quid in Pasch. Pap.

Defenditur Pasch. Pap.

A. C. 1116.
I.
Conc. Lateran.

PAGIUS
SÆC. XI.
An. Eræ
Hisp. M.
CXLVI.
An. Hegiræ
DX.
inchoato die 15.
Maitter.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6609.

○ 5. BA. ☽ 15. P. 2. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1116.

PASCHALIS II. PAPÆ 18.

HENRICI V. REG. II. IMP. 6.

ALEXII COMNENI IMP. 36.

Num. I. ad VI. Acta Concilii Lateranensis hoc anno celebrati fuisse Baronius ex Urspergensî in Chron. recitat. Illud inchoatum secunda feria tertia hebdomadæ Quadragesimalis, pridie Nonas Martii, & per sex dies congregatum, adeoque conclusum sequenti sabbato, V. Idus Martii. In eo Paschalis II. retulit se Privilegium Investiturarum Henrico Imp. per vim concessisse, & ut multa mala ab Ecclesia & populo averteret; sed se illud condemnare sub perpetuo anathemate, & rogare omnes, ut idem faciant. Tunc ab universis conclamatum est: Fiat, fiat, inquit Urspergensis. Vides

CHRISTI
1116.

PASCHALIS II. PAP.
17.

HENRICI IV. IMP. G.
ALEXII COMN. IMP. 36.

Ab hac Sede heresis Eutycheiana, & Sabelliana contrita, Photinus, ceterique heretici destructi sunt. Pro hac Ecclesia Filius Dei in passione sua oravit, cum dixit: (a) ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.

Quinta feria Papa in Concilio non sedit, multis & maxime regis negotiis per dominum Cluniacensem, Joannem Cajetanum, & Petrum Leonis Urbis Praefectum, ceterisque illius partis fautores impeditus.

IV.
De Ecclesiae incremento.

Sexta feria Apostolicus in generalem omnium Ecclesiarum causam animum advertit, & Joanne Cajetano cum Petro Leone, ceterisque Regis fidelibus in faciem resistitibus praedicto Cononi Pranesino, sepius verbum excommunicationis exponere cupienti: murmur hujusmodi verbis & manu ita compevit. Ecclesia primitiva Martyrum tempore, floruit apud Deum, & non apud homines. Dein ad Fidem conversi sunt Reges, Imperatores, Romani Principes, qui matrem suam Ecclesiam, sicut boni filii, honestaverunt conferendo Ecclesiae Dei praedia, & allodia, saeculares honores, & dignitates, regalia quoque jura, & insignia, quemadmodum Constantinus, ceterique Fideles: & cepit Ecclesia florere tam apud homines, quam apud Deum. Habeat ergo mater & domina nostra sibi a Regibus, sive Principibus collata: dispenset & tribuat ea filii sui sicut scit, & sicut vult. Privilegium investiturae, quod in tentoriis concessisset videbatur, obliterare volens, iterans sententiam Papae Gregorii Septimi, investituram Ecclesiasticarum rerum a laica manu rursus excommunicavit sub anathemate dantis & accipientis.

V.
Quae Cono Episcopi Pranesini de excommunicatione Henrici Imp.

Cardinalis vero dominus Conon Pranesinus ralem Papae fecit inductionem legationis suae, & contra disturbatores praesentis negotii competentem, qua recitata superius ex parte, hic itidem repetenda: Domine pater, si tuae placet majestati, si vere tuus fui Legatus, & quae feci, tibi placent esse rata, in auribus sancti hujus praesentis Concilii ore tuo edicto, & legationem meam tua aucto-

PAGIUS des Concilia feria II. ut plurimum inchoata fuisse.

II. Ad num. VI. & seq. Acta in Causa Grosulani ab Archiepiscopatu Mediolanensi depositi, & Jordani in ejus locum subrogati narrat Baronius ex Urspergeni laudato, sed Puricellus in Monumentis Basilicae Ambrosiana num. 322. refert verba Landulphi a sancto Paulo in Chron. cap. 29. qui huic Concilio interfuit: Ego itaque marens de hac intrusione (quippe Nazarius Muricula jam factus Primicerius alterum Landulphi intruserat in Ecclesiam S. Pauli in Compto, ut notat Puricellus), & omnis Ecclesiastici beneficii in me facta expropriatione, ite ad Synodum, quam Papa Paschalis pro cau-

ritate corrobora, ut sciant omnes, quia tu me misisti. Adhuc Apostolicus respondens, ait: Vere Legatus ex latere nostro missus fuisti, & quidquid tu, ceterique fratres nostri Cardinales Episcopi, Legati Dei, & Apostolorum Petri & Pauli, hujus Sedis nostra auctoritate fecerunt, confirmaverunt, probaverunt, ego quoque probo & confirmo: quidquid damnaverunt, damno. Et dominus Pranesinus consequenter subjunxit, qualiter pro Sedis illius legatione Hierosolymis audierit Regem Henricum post sacramenta, obsides, & oscula in ipsa beati Petri Ecclesia dominum Papam tenuisse captum, indigne tractatum, potiora Ecclesiae membra, Cardinales videlicet exutos, tractos, & male tractatos; nobiles quoque Romanos occisos, & captivos; & populorum stragem factam, & audiens ingemuerit, & pro hujusmodi facinoribus Ecclesiae Hierosolymitanae consilio, zelo Dei animatus excommunicationis sententiam in Regem dictavit; & eandem in Graecia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, in quinque Conciliis, consilio praedictarum Ecclesiarum, renovando confirmavit. Orare se demum, ut sicut dominus Papa legationem suam confirmasset, ita praesentis Concilii Patres & Episcopi concorditer annuerent. Ad eundem modum Legati, & litterae domini Viennensis postulabant.

Dum tali ratione & ordine tam variis dissonae multitudinis assensus exquiritur; a saniori parte veritati, & aperte rationi nihil contradicendum: a paucis submurmuratum: ab Episcopis, vel Abbatibus nullo modo reclamatum. Sic videas, quali ambitu, ut dictum est, oportuerit excommunicationem Henrici Imperatoris saepius a Legatis in Conciliis actitatum & promulgatam, demum in Concilio universali probante Pontifice confirmari. Pergunt Acta:

Sabbato denique inter Mediolanensem Episcopos controversia tali dispensatione terminata est, Apostolico Paschali docente, translationes Episcoporum duobus feri modis, necessitate, vel utilitate. Hujus

VI.
Sedata controversia Ecclesiae Mediolanensis.

sa Grosulani & Jordani Roma celebravit, in qua supradictus Anselmus de Pusterla secundum suam dignitatem honestum locum habuit, & sedit. Sed neque pro Grosulano, neque adversus Jordanum verbum bonum aut malum protulit. Jordanus vero a principio Synodi usque in finem sedens & silens a dextera Apostolici nullo mediante in Synodo fuit (notabile est, quod Mediolanensis Episcopus primum locum habuerit). At Grosulanus ibi stando & sedendo inter Archiepiscopos & Episcopos, cum vir prudens intendebat ad destruendam Jordanum impositionem (id est, electionem aut inthronizationem) & conversionem (id est, eorum mutationem, qui Jordanum Archiepiscopum creaverant).

CHRISTI
1116.

PASCHALIS II. PAP.
17.

HENRICI IV. IMP. G.
ALEXII COMN. IMP. 36.

* Chrysolani. * Chrysolanum. Indulgentia concessa.

jus autem translationis * Grosulani, quae videbatur, utilitatem, in animarum & corporum damna conversam, * Grosulanum quidem in locum unde translatus fuerat, restituit; Jordanem vero Mediolanensibus concessit. Haec de Mediolanensi Archiepiscopo, quem Grosulanum nominat, alii vero Chrysolanum appellant. Pergit vero: His autem, qui propter Concilium, & animarum suarum remedium Apostolorum Limina visitarent, qui de capitalibus penitentiam agerent: quadragesimae diebus penitentiam indulget. Haec de Romano Concilio Urspergenis. Porro licet Paschalis Papa (ut vidisti) nunquam adduci poterit, ut excommunicaret Henricum: tamen per Legatos illam in eum excommunicationem in Concilio Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

rant, licet antea Grosulanis fuerent) eorum qui ipsam fecerant impositionem: & intendendo ad ista egregie loquebatur de positione & restitutione sua, qua postus & restitutus fuit in Mediolanensi Ecclesia. Cui viro (sc. Grosulano) homo, qui in ista Synodo sive in Lateranensi Palatio contradixerat, certum locum non habuit, id est in praesenti Synodo.

III.
Grosulanus ad Episcopatum Saonensem redire coactus.

Ut haec locutus est Grosulanus, nullus qui ei contradiceret comparuit, sed dominus Papa Paschalis, qui affectans reddere illum placabilem Deo & sibi, ejus scientiam, ejusque facundiam commendabat, atque labores, quos ipse Papa per se, suosque Legatos Roma & per Longobardorum provinciam pro ipso Grosulano sustinerat, coram Synodo referebat, & ad lenendam duritiam & asperitatem eorum, qui nec positionem, nec restitutionem Grosulani susceperant, vel suspiciebant, non solum de Presbytero Lippando, ejusque lege mentionem faciebat, sed ruinam gabata (id est, pedi Pontificii, quod in ipso Concilio Romano anno MCV. coacto e Grosulani manibus cecidit.) introducebat. Qua ruina tunc apparuit, quando ipse Grosulanus juravit, & ad accipiendam restitutionem ascendit. Insuper inferebat (sc. Paschalis II.) quod Grosulani translatio de Episcopatu Saonenfi ad Archiepiscopatum Mediolanensem utilitatem non contulerat. Quos casus Grosulanus clypeo Ecclesiasticae consuetudinis & legis a se quodammodo repellebat. Verumtamen dominus Papa, nec Synodus, neque in prima, neque in secunda, neque in tertia, sive in quarta die Synodi Grosulano per singulos dies pro se, suasque causas in Palatio & Synodo agenti, non satisfecit. Sed Grosulanus in quinta die (Puricellus notat fuisse diem sabbati, eo quod feria quinta Pontifex in Concilio non sedit, ut Urspergenis narrat) qui fuit ultimus illius Synodi Apostolica instanti suis cum praedictis objectionibus. Flendo, inquit, Domine, Domine, veniam ad vos; quamvis ii, quibus dedisti potestatem iudicandi causam meam, me non diligant. Tunc Portuensis Petrus Episcopus se & ceteros habentes hanc potestatem de malevolentia habita in Grosulanum honeste & sufficienter excusavit. Et cum excusasset; in communi concordia illius excusantis, & ceterorum habentium potestatem istam prolata fuit sententia, qua prohibuit Grosulanum Mediolanensem Ecclesiam inquietare, & ad Episcopatum (Saonensem) dixit ei redire.

concilio confirmavit: quem nec sine Concilio absolvere umquam voluit. Nam audi quid anno sequenti idem Auctor Affirmet: His & hujusmodi claudibus Rex Henricus corde tenus sauciatus, non cessat legationes satisfactorias ad Apostolicam Sedem, licet ipse multum infestationibus Italicis insudans, destinare quas tamen constat minime profecisse. Nam dominus Apostolicus propter securitatem, quam Regi, licet coactus fecerat, diffidetur se illum anathematis vinculo colligasse, ab Ecclesiae tamen potioribus membris excommunicationem connexam, non nisi ipsorum consilio denegat se posse dissolvere, concessa nimirum utrimque synodalis audientiae jure. Haec Urspergenis, qui adventum Henrici rursus in

M m

Ur-

Hanc narrationem prosequitur Landulphus Junior cap. 30. apud Puricellum citatum: Jordanus vero audita & publicata illa sententia de redeundo Grosulano ad Episcopatum (nempe toto vita Savonensem) coram ipsa Synodo theatrum ascendit (supra quod erat Paschalis II. thronus), & remansit. Ibi ad pedes Apostolici stratus gratias illi reddidit: & elevatus ab ipso Apostolico gratiam & virgam Pontificalem in ipso theatro suscepit. Altera vero die (sc. dominica IV. Quadragesimae) ipse Jordanus Archiepiscopus ordinavit Brixientem Electum in Episcopum nomine Villanum, sicuti refert Landulphus. Mandavit Grosulano Concilium Romanum, ut ad suum Episcopatum Saonensem rediret; verum, uti habet Landulphus: Ipse autem non ad Saonam ivit, sed in ipsa Urbe (sc. Roma), apud monasterium, quod dicitur sancti Sabbaoth (legendum, Saba sicuti recte notatur in antiquo Archiepiscoporum Mediolanensium Catalogo in Archivis Metropolitanae Ecclesiae asservato. Monasterium illud Romanum sancti Sabae Monachi Graeci incolebant) per annum unum & menses quatuor, ut Episcopus vixit, (neque enim Episcopatum deseruerat, aut Monachum induerat) atque ibi sepultus est octavo Idus Augusti. Galuancus Flamma in suo magno Chronico, alique recentiores Mediolanenses, qui eum sequuntur Scriptores, hunc Praefulem in Ecclesia sancti Sebastiani sepultum asserunt; sed solide a Puricello laudato haec in re refelluntur.

IV.
Grosulani

Grosulanus ab aliquibus Grosulanus ab aliis Chrysolanus appellatus doctrina & eloquentia Scriptis pollebat, ut mox vidimus Synodum Romanam explicantes. Trithemius lib. de Script. Eccles. tum de ejus verba recitat Baronius num. XVI. valde laudat Tractatum ab eo editum de Spiritu Sancto contra Graecos, quem Baronius periisse existimans prolixum fragmentum ex eo excerptum num. VIII. & seqq. recitat. Verum asservatur ille MS. in Bibliotheca Regia sub titulo Petri Grosulani Episcopi de processione Spiritus sancti, indeque Ughellus in Episc. Mediolanensibus eum Petri praenomen tulisse deducit. Existimat num. VII. Baronius Grosulanum a Paschali II. ad Alexium Imp. Legatum missum fuisse ob causam sibi incognitam, & dum Constantino poli esset adversus Graecos disputationem de processione Spiritus Sancti instituisse coram ipso Imperatore. Baronium secutus est Allatius lib. 2. de Confectione Eccles. Occid. & Orient. cap. 10. & utrumque passim alii. Verum

V.
Tractatum de processione Spiritus Sancti.

CHRISTI
1116.

PASCHALIS II. PAP.
17.

HENRICI IV. IMP. 6.
ALEXII COMN. IMP. 36.

Urhem sequenti anno contigisse tradit post Paschalis obitum. Spectat fortasse etiam ad ejusdem Concilii Acta, quod hoc anno Landulphum olim Archiepiscopum Beneventanum a Paschali Papa in suam pristinam sedem restitutum, habet Chronicum Beneventanum, Quod autem de Grosolano, sive potius Chryfolano Archiepiscopo Mediolanensi

VII.

PAGIUS

VI.
Seditio
Romæ hoc
anno exci-
tata.

VII.

Paschal.
II. Lan-
dulphum
in Archie-
piscopat.
Beneventi
restituit.

rum Legatio hæc cuius antea nullus mentio- nem fecerat, plane commentitia. Cumque ex Landulpho Juniori anno MCX. a nobis lau- dato constet, Grosolanum eo anno in O- rientem profectum esse, indeque nonnisi post biennium rediisse, perspicuum est, in- tra tempus illud Grosulanum Constantinopoli adversus Græcos disputasse, & Tractatum, de quo mox, tunc elucubraste. Baronius num. VI. suspicatur, Landulphum Archiepiscopatu Beneventano alias a Paschali II. depositum, in Concilio Lateranensi in pri- stinum statum restitutum fuisse, illudque in- dicare Falconem in Chronico Beneventano. Verum iste Chronographus contrarium insi- nuat; cum eum mense Augusto dignitatem recuperasse prodar, & Concilium Lateranense mense Martio inceptum & absolutum fuerit. Hæc Falconis ad hunc annum verba, quibus seditio, quam Baronius anno superiori, ut i- bidem dictum contigisse putavit, anno suo redditur; dominus noster prædictus Apostolicus Roma Synod. statuit (ubi de alio Concilio, quam, quod hoc anno celebratum est verba non facit) & hoc anno Præfectus urbis Roma mense, quidem Martio obiit, post ejus mortem civile bellum terribiliter ortum est, eo quod Romani au- dierant, quod Petrus filius Leonis, Apostolici consilio filium suum Præfectum ordinare vellent. Unde Romanorum populus Præfecti defuncti fili- um ad Præfecturam honorem exererunt. Quo or- dinato ad prædictum Papam Paschalem mi- serunt suppliciter postulantes, quatenus eorum ordinationi assensum ipse præberet & corroboraret. Apostolicus autem nullo modo eis assen- sum tribuit. Romani itaque hæc agnoscentes conjuratione facta, mirabilia domorum adifi- cia, & turres complures radicibus prostrave- runt, eorum quidem qui cum Petro Leonis ad id faciendum conjurabant. Unde factum est, ut Ptolemaus Præfecti avunculus, & alii Bar- ones Apostolici castra invaderent & tenerent; contigit autem die quadam quod Præfectus ipse militum fere quinquaginta collegio stipatus ad explorandum milites, quos Apostolicus miserat, extra Urbem perrexisset. Comestabulus autem A- postolicus hoc deprehendens ex improvise eos ag- greditur, prostravit, & Præfectum compre- hendit. Ptolemaus igitur memorati nepotis cap- tionem audiens, absque mora militibus sum- ptis, Papæ præfatum Comestabulum invadens, ne- potem, qui captivus ferebatur, absolvit, & secum gaudens ad propria perduxit. Dum hæc & alia Roma agerentur, præfatus Apostolicus Urbem exiit, qui apud castrum quod- dam Sesion nomine (Italice, Sezza in Cam- pania Romana, ditionis Pontificiæ) commo- ratus est; videret siquidem seditioem illam magis ac magis inflammari, & Petrum Leo- nis de die in diem acriter expugnari. Diebus autem non multis elapsis, Apostolicus ipse seditioem illam placari & minui aspiciens, consilio accepto, militibus collectis, Romam in-

aliunde ad eam Ecclesiam gubernandam translato, mentio facta est: hic ad finem anni hujus egregium viri doctissimi frag- mentum, ne pereat, describendum est. Jam enim quod a Latinis prorsus exci- derat, Græcia utcumque mutilum con- servavit, quod multum præ manibus ha- buit ut impugnaret, cum videlicet ex eo Græci schismatice urgerentur in questione illa

gressus est; deinde Palatium Lateranense ingre- ditur, ibique Missarum solemnia decantavit. Cum autem ipse Urbem ingressus fuisset, Ro- manorum cæcus, qui ei rebellis existeret, fere ad ejus imperium & potentiam adversus est; sicque Apostolicus ipse tranquillitate juvenita- Romam securus habitavit. His taliter actis, prædictus Apostolicus LANDULPHUM, qui ma- depoluerat, undecimo die intrante mensis Au- gusti redintegravit ad Archiepiscopatum, vide- licet Beneventanum. His adde que Baronius anno superiori n. I. & seqq. de hac seditioe loco non suo habet.

Paschalis II. literis ad Raymundum III. Bar- cinone, Bisuldani, & Provincie Comitem da- tis apud Transiberim per manum Joannis S. R. E. Diaconi Cardin. ac Biblioth. X. Kal. Junii in- dict. IX. Incarnat. Dom. anno MCXVI. Pontifi- catus autem sui anno XVII. ejus personam, ut Comes petierat, uxoris ejus ac filiorum in Sedis Apostolicæ tutelam suscipit, atque Non parvum tua Nobilitati meritum labor il- le conciliavit, quo per anni longitudinem (per annum nempe MCXV.) in Bælearibus insulis contra hostes Christiani populi desudasti; cui tuo, tuorumque consortium glorioso præcinctui Omni- potens Deus gloriosam de hostibus suis victoriam conferre dignatus est. Super hoc ad expugnandos Mauros ac Moabitæ in Hispania partibus, & Tor- tosam eorum præsidium obsidendam animi nobiliti industriam parat. Ad quæ postrema verba refer- rendum quod Anonymus in Gestis Comit. Bar- cin. cap. 16. de Raymundo scribit: Tributa ab eorum (nempe Saracenorum) Principibus, Valentia scilicet, Tortosa & Uerda accepit. Ca- terum Tortosa nonnisi a Raymundo Berengarii hujus nominis IV. ejus filio & successore Sa- racenis erepta, ut suo loco dicitur. Eas li- teras refert Diagus in Hist. Comit. Barcin. lib. 2. cap. 95.

Eodem die Paschalis II. scripsit ad Olde- garium, Abbatem sancti Rufi electum Barcino- nensem, atque se a Canonicis Barcinonensis Ecclesiæ accepisse, eum Cleri & populi deside- riis concurrentibus Episcopum Barcinonensem electum fuisse; ipsumque eo cognito in suam diffugientem Abbatiam, omnium expectationes sefellisse, ita ut Spiritui Sancto resistere videat- tur. Quare se illum a regimine monasterii sancti Rufi absolvere, eique præcipere, ut ad præfatum Ecclesiam Barcinonensem accedat. Quod si, quod absit, subdit Paschalis II. huic nostra præceptionis pagina obedientiam impariti- ri renueris, venerabili fratri nostro Bolsoo S. R. E. Presbytero Cardinali, quem in Hispania partibus Legatum dirigimus Apostolicum, per Apostolica scripta præcipientes mandamus, qua- tenus te, ut Barcinonensis Ecclesiæ præfata, ad quam te Electum dignoscimus, gubernacula su- mas monitione præmissa, appellatione remota, nullisve literis a Sede Apostolica impetratis, ve- ritati & rationi præjudicantibus, per consu- ram Ecclesiasticam, donec pareas, cogere non de- sistat.

Chryso-
lani Ar-
chiep.
Mediol.
ad Alex.
Imp. le-
gatus.

VIII.
Saraceni
a Ray-
mundo
III. Comi-
te Barci-
nonensi
bello ve-
xati.

IX.
B. Olde-
garius sit
Episc.
Barcino-
nensis.

CHRISTI
1116.

PASCHALIS II. PAP.
17.

HENRICI IV. IMP. 6.
ALEXII COMN. IMP. 36.

illa de Spiritu sancto, quem non sicut Latini, illi asserere de Patre Filioque procedere. Cum enim Chrysolanus vir esset doctissimus, in primis vero litteris Græcis esset excultus: oportunos, di- gnisque judicatus est, cui Paschalis Pa- pa onus legationis crederet in Orientem ad Alexium Comnenum Imperatorem. Quænam autem hujus decernende legatio- nis causa potissimum intercesserit, nobis hæcenus incomperum, sed illud satis per- Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

X.
Duo pro-
ximi ejus
successores
in Abba-
tiam S.
Rufi.

stat. Eas literas Tamayus in Hispanico Mar- tyrologio eruit ex Codice MS. pervertito, & ex eo alii excerpere. Natus erat Beatus Ol- degarius in Catalonia, & adhuc puer oblarus est a parentibus Ecclesiæ Barcinonensi una cum aliquibus possessionibus, & postquam Sacerdos ac Præpositus Ecclesiæ Barcinonensis creatus fuit, eum Canonici Regulares monasterii sancti Rufi juxta Avenionem sibi Abbatem sibi præfecere. Cum vero anno MCXIV. Raymun- dus Guillelmus Barcinonensis Episcopus in ex- peditione Majori-cana, ad quam jubente Pa- schali II. profectus est, occisus fuisset, Clerus & populus Barcinonensis, curante Raymundo Comite, eum in demortui locum subrogarunt: quod ubi ille factum cognovit, ut erat singu- lari vir humilitate, prope in Provinciam, ubi sancti Rufi monasterium positum, navi- gavit.

Beato Oldegario in Abbatiam San-Rufensem successit Willelmus in Catalogo Abbatum San- Rufensium a San-Marthanis omisus. Jacobus enim Petitus in Appendice ad Pœnitentiale Theo- dori pag. 634. recitat donationem Ecclesiæ Ori- dinatensis cum permisso & concessione Pontii Episcopi Bellicensis factam Willelmo sancti Rufi Abbati & ejus successoribus, in cuius fine legitur: Facta est charta ista anno ab Incarnat. domini MCXX. apud Tortas (que domus est Carufiana) præcipientem domino Pontio Turrensi Episcopo Bellicensi. San-Marthani in Episcopi Bellicensis plura habent de illustri hoc Præ- fule, qui ante Episcopatum fundavit Cartu- siam Majoravi in Bugese, & huic Ordini no- men dedit. Postea sedente Innocentio II. Pon- tifice Romano, abdicato Episcopatu, monaste- rium suum repetiit, in eoque sancto sine quie- vit. In Actis a San-Marthanis citatis vir no- bilitate clarus vocatur Pontius de Balmeto. Post Willelmum San-Rufensem Abbatiam administra- vit Pontius, cui & successoribus ejus Petrus Viennensium Archiepiscopus & Apostolica Sedis Legatus confirmat donum, quod Ecclesiæ sancti Rufi prædecessor suus Guido Viennensis Ar-chiepiscopus fecit de Ecclesiâ sancti Martini Viennensis, aliaque memorata in confirmatio- ne recitata a Jacobo Petito laudato pag. 631. in cuius fine legitur: Actum est anno ab In- carnat. Domini MCXXV. Præfata vero donatio- nis actores fuerunt & testes dominus Petrus Ar-chiepiscopus, Sc. Tam Pontius Abbas, quam Petrus Archiep. Viennensis a San-Marthanis omisus, & post Guidonem Callistum II. in summo Pontificatu vocatum nullum Archiepiscopum Viennensem ante annum MCXLVI. ex- hibent, aientes: de Petro quem nonnulli ex Ca- nonico Podensi, ad Viennensem Metropolitim sub- lectum referunt, nullam in diptychis mentio- nem haberi. Quare diptycha illa, sicuti & va- riarum Gallicæ Ecclesiarum, per hæc tempora suppleri debent.

spectum, Chrysolanum ipsum, Constanti- nopolim cum pervenisset, sive hoc in- primis faciendum suscepisset, sive occa- sione aliqua obiter oblata, adversus Græ- cos de Spiritu sancto disputationem insti- tuisse coram ipso Alexio Imperatore; quam quidem ipsi Græce scriptam re- liquit. Nos vero ex eis mutuati sumus, quam hic describendam putamus, ne pe- reat omnino. Habetur textus Græcus in Vallicellana, quæ nobis est usui libero, M m 2 bi-

Prætermisus & a San-Marthanis Severus Ab- bas Sancti Rufi, quem Pontio successisse oportet; cum Stephanus Dienfis Episcopus literis suis apud Petium citatum pag. 633. donatio- nem Ecclesiæ de Taullinaco factam Ecclesiæ fan- cti Rufi confirmet in manu domini Severi Ab- batis sancti Rufi, & in eorum calce legatur: Acta hæc chartæ est anno ab Incarnat. domini MCXXVII. indict. V. mense Aprilis, octavo Ka- lendas Maii, luna decima, anno VII. Episco- patus domini Stephani prædicti Episcopi, nempe Dienfis.

In Anglia Henricus Rex Guillelmum uni- cum filium, quem prius Normanniæ Ducem creatur Angliæ Regni hæredem ac principem coli Senatus consulto decrevit: decimo tertio Kal. Aprilis, inquit Eadmerus lib. 5. Novorum, factus est conventus Episcoporum, Abbatum, filium re- & Principum totius regni apud Serberiam: cogente eor illius sanctione Regis Henrici & squi- dem Normanniam se proxime transfreturum disposuerat. Et quid sibi eventurum esset, ignorans, Willelmum, quem ex ingenua con- jugo sua filium susceperat, hæredem regni sibi substituit.

Interim Anselmus Junior, qui nuper Palli- um Radulphi Archiepiscopo Cantuariensi tulerat, iterum Legatus Sedis Apostolicæ rediit, Henricum Regem in Normannia repetit, & Regis in obeundo munere patrocinium postulat. Verum Henricus Rex magnum inde nasci Cantuariensi Ecclesiæ præjudicium prævidens, Regni Episcopos convocavit currenti anno: Ipso anno, inquit Eadmerus citatus, circa men- sem Augustum, reversus a Roma super memora- tus Anselmus, venit Normanniam ad Regem Henricum: literas Apostolicas deferens: qua sibi vices Apostolicas in Anglia administrare conce- debant: quod regno Angliæ brevi innotuit. Ad- mirati ergo Episcopi, Abbat, & Nobiles qui- que Landonia adunati sunt, super his, & quibusdam aliis, præfate Regina (Mathilde) communi consilio tractaturi. Quid multa? Pla- cuit omnibus, Archiepiscopum Cantuariensem, quem res hæc maxime respiciebat, Regem adire & exposta ei antiqua regni consuetudine, si- mul ac libertate, si consuleret, Romam iret, & hæc nova annihilaret. Anplectitur ille con- siliium, & amore quam maximo visitandi Apo- stolorum limina ardens, mare transit, & Re- gem Rotomagi reperit. A quo, & Ecclesiæ Pon- tificatus illius civitatis, summo gaudio & ho- nore susceptus, per plures dies in eadem civi- tate, ab ipso Rege detentus est. Supra memo- ratum quoque Anselmum ibi reperimus, transi- tum in Angliam, gratia legationis sua exercen- de, præsolantem. Sed Rex Henricus antiquis Ecclesiæ consuetudinibus præjudicium inferri non sustinens, illum ab ingressu Angliæ detinebat, & ei utpote Nuncio B. Petri, largiret & offi- cio ministrari faciebat. Reliqua ad hunc an- num non pertinent. Hæc

XI.
Severus
Abbas S.
Rufi.

XII.
Henricus
Angliæ
Rex VII.
Guillelmum
Anselmum
filium re-
gni hære-
dem dicit

XIII.
Anselmus
Legatus
Sedis A-
postolicæ
Angliam
ingredi
prohibi-
tus.

bibliotheca. Porro ipsam disputationem Latinitate donavit noster consuetus interpres Federicus Metius Episcop. Thermularum. Puto autem ad convincendos Græcos dedita opera hunc missum Legatum Constantinopolim, non invito Alexio Imperatore, quem quidem Euthymius in Panoplia sua Catholico nomine laudat, cujus esset studium in colligendis Fidei orthodoxæ decretis. Disputatio autem, sive oratio (hic est ejus titulus) sic incipit:

VIII. *Chrysolani Episcopi Mediolanensium oratio ad Imperatorem dominum Alexium Comnenum.* Quæ sequuntur addidit Græcus librarius: Qua demonstrat (ut auctor putat) Spiritum sanctum procedere a Patre, pariterque a Filio.

Audi & intellige, quæ tibi dico, sapientissime, & clementissime, potens patriter, & mitissime Imperator Alexi, de Spiritu sancto: neque respicias me, licet sim omnium servorum postremus, sed potius ad illum respice, de quo loquor, Dominum videlicet JESUM CHRISTUM, qui est Imperator Imperatorum, & omnibus Imperatoribus major: (a) Per ipsum enim Reges regnant, & legum conditores justa decernunt. Pro ipso itaque, & de

(a) Prov. 8.

PAGIUS XIV. *Hæc vero causa Henricum Regem in Normanniam traxit, ibique eum detinuit. Theobaldus Blesensis Comes Adela Henrici Angliæ Regis sororis filium Ludovicum VI. Francorum Regem offendens belli facem accendit. Quare Henricus Rex nepotis causam agere, & adesse, si opus foret, decrevit. Hinc utrimque iræ, malaque quæ plures annos tenuere. Et licet interdum ab armis cessatum sit, uterque tamen colligendo tantum vires respirasse videntur, ut fortius infurgerent. Cum Rex ad Pascha transfretasset in Normanniam, inquit Huntindoniensis pag. 380. sit maxima discordia inter eum & Regem Francorum. Causa autem hac erat. Theobaldus, Consul Blesensis, (vides Consulis & Comitibus nomen jandiu pro uno eodemque sumptum fuisse) nepos Regis Henrici contra dominum suum Regem Francorum arma promoverat. In cujus auxilium Rex Anglorum Duces suos, militiamque suam misit, & Regem Ludovicum non mediocriter afflixit. Quod ad hunc annum pertinere ostendit Mathæus Parisiensis, qui ad ann. MCXVI. idem narrat.*

XV. *Audiendus etiam Malmesburienfis lib. 5. de Reg. pag. 159. de utroque Rege verba faciens, sed aliorum Scriptorum Anglicorum more Ludovico Regi parum æquus: Postea simul inter eos exorta est pro Theobaldo, Comite Blesensi, filio Stephani, qui apud Ramulam occubuit (qui Theobaldus susceptus erat Stephano ex Adala, filia Willelmi magni). Diu igitur ex parte Regis nostri, labores viarum consumpsit nuncios, ut dignaretur Ludovicus satisfactionem Theobaldi. Ille vero parvi faciens preces, Theobaldum ab Apostolico denotari fecit, quasi arrogantem, & Deo rebellem: qui præter austeritatem morum, qua omnibus videbatur intolerabilis: ferebatur dominum suum fraudare avitis possessionibus.*

ipso ego illius servus, licet indignus & inutilis, tecum verba facio. Ne ullo pacto suas in regno tuo aliquam ipsi fieri contumeliam, ne etiam & ipse graves & quas decet Imperatores, a te exigat penas in regno suo. Et quomodo contumeliam Filio Dei ille non infert, qui dixerit, quod Christus Dominus non sit æqualis Patri? Dum Apostolus de ipso affirmat: (b) Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo. Ecce igitur quomodo Filius arbitratur se ipsum Deo Patri æqualem. Sed quicumque dicit: Spiritum sanctum non procedere a Filio: opinatur, Filium non esse æqualem Patri. Quomodo enim Filius Patri erit æqualis, nisi æqualem cum Patre gloriam obtineat? Gloria enim Patris est, ut Spiritus Patris a Patre procedat: quæ si non reperitur itidem in Filio, ut Spiritus Filii a Filio etiam procedat: aperte patet, quod Patris gloria longe est major, quam gloria Filii. Si igitur Patris gloria est major, & Filii gloria minor: utique patet, quod non sit æqualis gloria Patris & Filii. Si vero Patris & Filii non est æqualis gloria, non erit æqualis potestas, nec una deitas, nec una majestas.

(b) Phil. 2.

Sed

XVI. *Ludovicus Francorum Rex anno MCXIX. Synodum Reimsensem, cui Callistus II. Papa præerat, introivit, plurimumque questus de Henrico Anglorum Rege, & de injuriis ac infestationibus sibi, suisque hoc anno ingentibus; Theobaldus Comes (nempe Blesensis) homo meus est, sed instinctu avunculi sui (sc. Henrici Regis) contra me nequiter erectus est. Ejus enim divitiis & potentia infatus, in me rebellavit, & insidus mihi atrocem Guærram fecit regnumque meum ad detrimenta multorum conturbavit. Legitimum, bonumque virum Guillelmum Nivernensem, quem bene nostis, remanentem de obsidione castelli cuiusdam excommunicati furis, ubi vere spelunca latronum, & fossa Diaboli erat, comprehendit, & usque in hodiernum diem carceri mancipavit. Religiosi Præsules Thomam de Mavla seditionum prædonem (legendum præconem) totius provincie merito adversati sunt (in Concilio sc. Belvacensi anno MCXIV. Præside Conone Cardinali Prænestino coacto, ubi ob immania scelera excommunicatus fuit, uti refert Sugerius in Vita Ludovici Regis VI.) Ideoque mihi generalem inimicum peregrinorum & omnium simplicium obfidere præceperunt, & ipsi mecum, legitimeque Barones Gallie ad comprimendos exleges convenerunt, & cum communi collectione Christiani exercitus (intelligit Communia, de quibus anno MCVIII. num. ult. locuti sumus,) pro zelo Dei certaverunt. Inde præfatus heros (Guillelmus Comes Nivernensis) cum mea licentia pacifice regressus captus est, & a Theobaldo Comite usque hodie retentus est: licet eum multitudo Procerum ex parte mea sæpe pro liberatione Comitibus suppliciter requisivit. & tota terra ejus ab Episcopis anathematizata sit.*

Guil.

Sed quam de causa non datur Filio Dei, ut suus Spiritus ab ipso procedat, dum confitemur, Spiritum sanctum ab ipso mitti, & ab ipso largiri? Spiritus itaque sanctus, Spiritus Filii existit, & Filii missio, & donum Filii, quemadmodum idem Spiritus est Patris missio, & donum Patris. Ad perfectionem itaque Filii pertinet, ut quicumque crederit, quod Spiritus Sanctus a Patre & a Filio ex utroque æqualiter mittitur, & largitur, ut idem ipse credat, quod Spiritus sanctus Patris & Filii ex utroque æqualiter procedat. Quicumque vero illud crediderit, & hoc non credit: non est perfecte Fidelis.

IX.

Sed fortasse dicit ille: Caveo equidem ne quo pacto Patris gloria, & Spiritus sancti, aliquid detrimentum & immutationem patiantur, si Spiritus sancti ita a Filio, quemadmodum a Patre procedere ostendatur: absit hoc. Gloria enim Filii gloria Patris existit, sicut e contra Patris gloria est gloria Filii. Nullam enim unquam singularem gloriam quarit Pa-

ter a Filio segregatam, neque Filius sibi gloriam querit segregatam a Patre, præter illam solam, qua ipse Pater est; ita etiam qua Filius ipse Filius est; secus enim communis est, sed non singularis. Singularis igitur gloria Patris ea est, qua Pater existit; sed potius etiam illa quodammodo gloria Filii est, quoniam Pater hac in re magis glorificatur: Filius enim ille ipse Patris existit. Quod vero dicimus de gloria Patris & Filii, hoc etiam fideliter sentimus & de gloria Filii, & Spiritus sancti. Spiritus enim sancti gloria Filii etiam gloria existit; nec habent inter se aliquam singularem gloriam & privatam, nisi quod ille talis est, a quo Spiritus sanctus procedit, & iste talis, qui a Filio procedit. Similiter dicimus & sentimus de gloria Patris, & Spiritus sancti. Gloria enim Patris, Spiritus sancti est gloria, & Spiritus sancti gloria est Patris gloria. Tamen hanc singularitatem, & distinctionem habent inter se, quod Pater talis est, a quo Spiritus sanctus procedit, & Spi-

PAGIUS XVII. *Guillelmus iste secundus hujus nominis Nivernensis Comes, qui anno MCXLVII. sub finem vitæ Caruliano Ordini nomen dedit, hoc anno captus est, ut tam Chronicon Fiscanense, quam Vezeliacense Tom. I. Biblioth. Labbei fidem faciunt, & in Vezeliacensi additur eum captum apud Avalum Burgundiæ oppidum inter Augustodunum & Autissiodorum, ut anno DCXII. num. VI. diximus. Cum vero Thomas d. Marla, seu de Marna, ut etiam appellabatur, a rapinis & incendiis non desisteret, Galliarum Episcopi Ludovicum Regem precati sunt, ut eum armis aggrediretur, & idem Cono Legatus Apostolicus eundem & complices anathemate percussit, & quidem hoc anno, ut demonstrat Ivoonis Epistola CCLXXV. Cononi Prænestino Episcopo, Sedis Apostolicæ Legato scripta; cum enim capti Comitibus Nivernensis mentionem in ea faciat, isque hoc tantum anno in hostium potestatem venerit, non dubium quin ea ad præteritum annum pertineat, licet Baronius anno MCXIV. num. XIV. putarit, nullam Ivoonis post eum annum superesse datam ab eo Epistolam: Nuper accepi, inquit Ivo, literas vestras, continentem excommunicationem eorum, qui Nivernensem Comitum ceperunt, vel captivi ejus interfuerunt, vel de spoliis ejus aliquam partem acceperunt, vel auxilium in hoc dederunt, excepta sola persona Theobaldi Comitibus; cui inducias usque ad Octavas omnium sanctorum donastis. Et tamen nisi interim Comitum Nivernensem reddidit, ex tunc eum excommunicationi subjecistis. Paucis interpositis subiungit Ivo. Audistis ejus (sc. Theobaldi) responsionibus consilium mihi fuit, ut religiosas personas religioni vestra transmitterem, qui verba Comitibus, & hæc & alia vobis referent: ut de his cum domino Rege (sc. Ludovico) tractetis, & inter eum & Comitum pacem componere studeatis, &c. Communitate itaque consilio cum Episcopis & Judicibus pacis, ita hanc controversiam sedare studeat, ut qui ex adverso stat, non habeat quod reprehendat; & pax Ecclesiarum & quiete pauperum in sua stabilitate permaneat, ubi loquitur de Treuga Dei, ejus violatores excom-*

municari soliti erant, ut liquet ex Epistola LX. Ivoonis, qui cum subditus esset Theobaldi Blesensis, Carnotensis, & Campaniæ Comitibus, in Epistola CCLXXV. in partes ejus propendere videtur.

XVIII. *Ex his evidenter deducitur, summo pereceptos fuisse viros doctissimos, qui Ivoonem Carnotensem Episcopum anno superiori demortuum statuerunt. In Vita Beati Roberti de Arbrissello Ivooni summa amicitia conjuncti; ad in Monacho Fontis-Ebraldi coævo scripta, cap. 2. dicitur Robertum paulo antequam animam Deo redderet, Ivoonem & Bernardum Abbatem Bonnavallis graviter dissidentes inter se conciliasse: Quadam die in territorio Carnotensi ad vicum Bonnavallis, in quo quadam Monachorum Abbatia erat, hospitalitatis gratia convenerunt (sc. Robertus cum quibusdam Sanctimonialibus Ordinis a se fundati) eodem tempore quo Carnotensem Episcopatum regerebat Ivo, qui adeo pro quibusdam causis cum Bernardo hujus Bonnavallis Abbate discordatus fuerat, ut propomodum irreconciliabilis esset; eorum discordia, &c. postquam vero pius Magister tantam discordiam invitavit audivit; discordantibus illis valde condoluit, atque qualiter eos pacificare posset, apud se cogitare cepit. Præmissit ergo ante se per Angardim religiosam Monacham, qua Fontis-Ebraldi tunc Priorissa erat, Sanctimoniales suas ad locum destinatum; ipse vero confociato sibi Bernardo (Ordinis Tironiensis fundatore) Abbate religioso, atque Petronilla Abbatisa sua, propter prædicta discordia reconciliationem festinat, accurrit, Carnotum, &c. & ut verum fatear, postquam prudens concionator charitate conductus Carnotum advenit; licet multum laboraverit, non solum, tamen illam Demoniacam discordiam funditus dissipavit; verum etiam, quod multi jam incredibile suspicabantur, in antiquam amicitiam illos restituit. Subdit Robertum, appropinquante Dominica Nativitate ad Alta-Brugeria locum, qui paucis leucis Carnoto distat, perrexisse, ibique Dominicam Nativitatem celebrasse.*

Auctor de Gestis Episcoporum Cenomanensium

XIX.

X. Spiritus sanctus talis est, qui a Patre procedit. Ut vero apertissime appareat, quorsum hæc nos dicamus: ita brevius quæ superius dicta sunt, colligamus & perpendamus. Offendimus igitur supra, quod sicut Pater duas habet (ut ita dicamus) singulares glorias, alteram quidem quo ad Filium, alteram quo ad Spiritum sanctum: ita etiam Filius duas habet glorias, alteram quo ad Patrem, alteram quo ad Spiritum sanctum. Spiritus quoque sanctus similiter duas habet glorias, alteram quo ad Patrem, alteram quo ad Filium. Quicumque igitur dixerit, Spiritum sanctum procedere a Patre, & non a Filio: duas quidem glorias relinquit ipsi Patri, sed unam aufert Filio, sicut & Spiritus sancto; quibus refragatur Catholica Fides, & repugnat communis consensus. Fides enim Catholica, Patris, & Filii, & Spiritus sancti gloriam aequalem esse, confirmat. Aequalis enim est gloria Trinitati in Unitate, & Unitati in Trinitate, in omnibus aliis juxta omnia integra permanente proprietate Patris in Patre, & proprietate Filii in Filio, & proprietate Spiritus sancti in Spiritu sancto; ita ut nullus affirmare possit aliquid de Patre, per quod Pater vel ge-

nitus vel procedens esse cognosceretur; neque quidquam de Filio, per quod Filius, vel procedens, vel genitor ostenderetur; ita etiam de Spiritu sancto nullus aliquid posset affirmare, propter quod Spiritus sanctus, vel genitus vel genitor appareret. Ecce igitur sapientissime & clementissime Imperator, quomodo iis, quæ supra diximus, divina favente ope, ostendimus, quod aequalis gloria in tribus sit divinis personis, & singularis in singulis absque ulla confusione generationis & processionis. Ostendimus præterea, quod quicumque dixerit, Spiritum sanctum a Filio procedere, nullum detrimentum inferi Spiritus sancti gloriae; sed ille potius qui dixerit, Spiritum sanctum non procedere a Filio; Filii & Spiritus sancti gloriae aliquid ipse subtrahat, & in Filium, & in Spiritum sanctum pariter delinquit: nec illi remittetur nec in presenti, nec in futuro saeculo, nisi poenitentia ductus crediderit & confiteatur, Spiritum sanctum a Patre & a Filio procedere. Hoc enim tibi pateat manifestum, quod sicut in hac Trinitate nihil majus aut minus existit: ita in eadem nihil prius aut posterius intelligi debet: tota enim Trinitas æquali honore est veneranda, & coæterna &

XI.

XII.
(a) Joann.
15.

existit: neque enim Pater præcessit Filium, neque Pater aut Filius Spiritum sanctum. Similiter neque Pater major est Filio, neque Pater aut Filius Spiritu sancto major est: quoniam in Trinitate Pater omnino æqualis est gloria cum Filio & Spiritu sancto, & omnino sunt æquales gloria cum Patre, & Spiritus sanctus, & Filius. Quapropter aliter intelligi omnino nequeunt, nisi intelligatur Spiritus sanctus a Patre procedere simul & a Filio. Sed inquit aliquis: In Evangelio reperitur, (a) Spiritum sanctum a Patre procedere, non tamen legitur, & a Filio: sed hoc quidem nolo silentio prætereire, sed potius diligenter quærere, ut ipse discam, si quo pacto, Deo docente, valeam invenire absque ulla dubitatione, quid fidelis homo de hac re sentire debeat. Veritas itaque dicit, Spiritum sanctum a patre procedere; sed Græcus addit præterea, & dicit, Spiritum sanctum procedere a Patre solo. Latinus addit etiam ipse, & dicit Spiritum sanctum procedere a Patre, & a Filio. Addit igitur Græcus, addit & Latinus, quoniam in prædictis Evangelii verbis non invenitur, neque ex solo Patre, neque ex Filio. Si igitur vera sunt quæ dicit Græcus, mendacia essent præculdubio quæ dicit Latinus. Sed a verbis

quæ habentur in Evangelio, neque Græcus dissentit, neque Latinus; sed ab ea additione, quam addit Latinus, dissentit Græcus. Tu igitur, sapientissime Rex ascende benigne ad tribunal cordis tui, & sedens quasi iudex in solio mentis tue judica judicium justum; neque (ut fieri solet) Græcos, quasi peculium tuum foveas. Familiaritas enim plerumque a veritate declinare facit iudices. Pone igitur utrorumque rationes, & non sit apud te (b) pondus & pondus, vel mensura & mensura; utraque enim abominatur Deus. Audi igitur ingenuo corde, tuo, quam de causa addat Græcus illud, A solo, & qua iterum de causa addat Latinus, Et a Filio, Spiritum sanctum scilicet sanctum procedere; & ubi videris cum ratione additionem appositam, ibi mente acquiescas tua, & illi additioni te ipsum adjungas, ubi vero videris additionem a ratione alienam: tu quidem rationi adhareas, ab ea additione te ipsum segregas. Volo equidem argumentum Græci & Latini in medium afferre, ut utroque argumento per te perpensio, veritas a te dignosci valeat circa utramque additionem. Græcus inquit: Ego recte credo, Spiritum sanctum a Patre procedere, & non ab alio; & quoniam inibi, in Evangelio scilicet, non est additum, A Filio, vel ab

(b) Pro.

XIII.

PAGIUS sum Tom. III. Analect. a Mabillonio publicatus, pag. 312. postquam rem feria Paschatis III. gestam retulit, duo hæcenus ignota nos edocet, Hildebertum nempe Episcopum Cenomanensem, qui hujus seculi initio, uti jam ostendimus, Romam profectus est, iterum hoc anno illuc perrexisse, & sequenti rediisse. Secundum, Henricum hæreticum, quem divus Bernardus Epist. CXXL. apud Baronium anno MCXLVII. num. XVI. testatur, Lausanam, Cenomanos, Pictavos, & Burdegalam spurcitiis suis foedasse, annis quibus hæc accidere, non expressis, currenti primum Cenomanis visum esse. Cujus Auditoris, qui narrat quæ suo tempore sub Hildeberto Episcopo contigere, vel saltem quæ ab iis qui viderunt, accepit, verba licet longiora, non possumus non transcribere, quia Annales Ecclesiasticos mire illustrant: Per idem fere tempus in adjacentium finibus regionum surrexit quidam hyprocrita, quem propria actio, mores perversti, dogma detestabile scorpionibus & parvicidalibus dignum protestantur supplicio. Is enim ovium spoliis lupi rapacis rabiem occultans, vultus & oculorum incitatione mari conformis naufragoso, coma succinctus, intonsus barba, corpore procerus, pernix incessu, nudis humo, bruma debacchante, serpens vestigiis; expeditus affatu, terribilis sono, juvenis atate. Nullus ei nitor in vestitu, vitius ejus a publico in promptu distans, hospitium in adibus burgensium, mansio in porticu, cæna, cubile in cænaculo, minime sicutem ad instar Danielis Propbeta, sed juxta illud, Mors intravit in fenestras vestras. Quid multa? idem namque mira sanctitatis & scientia circumquaque tumore, non merito; falsitate, non vero habitu erat celebrior, non moribus, non religione, sed opinione.

XX. Matrona etiam atque impubes pueri (nam utriusque sexus utebantur lenocinio) pro varia prædicatione huic accedentes, excessus suos profiterentur; sentia a sed augmentat, plantas ejus, clunes, unguis, canomana, tenera manu demulcendo. Isti plane tanti sensibus viri lascivis exilarati, & adulterii enormitate, publice testabantur, nunquam se virum attrectasse tanta rigiditatis, tanta humanitatis & fortitudinis: cujus affatu cor etiam lapideum facile ad compunctionem posset provocari. Hujus itaque religionem & colibem vitam Monachi & viri anachorita, & universi regulares deberent imitari. Afferant quoque sibi a domino Deo antiquam & authenticam propter rarum collatam fuisse benedictionem, & spiritum quo mortalium excessus ceteris incognitos, visa tantum eorum facie cognosceret & proderet. Cum hujusmodi fama nostram afflaret regionem, populus propria levitate proprio applaudens detrimendo; quotidie, & tota die illius illud con-fabulationibus suspirabat, & ejus adventum, quod citius posset hæresis sua confors in remotus (loco in legendum, non) fieri & participes. Solet enim accidere multoties, quod plebisque ea sunt gratiora, quæ sibi magis ostendunt. Caterum hoc volvenda dies en attulit ultro. Ipse enim nostros compatriotas viperino affatu suo disponens insicere, eidem Episcopo (nempe Hildeberto) duos ex discipulis suis, tam vitam quam habitu sibi similes, ad instar Salvatoris ante faciem suam designavit. Qui cum die cineris nostra suburbia civitatis attigissent, eos plebs universa malo fervens proposito tanquam domini universitatis Angelos susceperunt. Gerebant ex Doctoris consuetudine baculos, vexillum crucis, in quorum vertice ferro fabricatum erat infirmum colere & exteriori conversatione

XXI.

PAGIUS

tione speciem prætententes penitentium. Hos idem Pontifex vir maxima pietatis minus argolici equi formidans insidias, blande recepit & devote eisdem hilarem frontis gratiam exhibuit & liberalitatis. Et quamvis Romanum iter assumpsisset, tamen inter cetera suis injunctis Archiepiscopi, ut illi pseudo-eremita HARRICO (hoc enim nomine vocabatur hæreticus) pacificum ingressum, & licentiam sermocinandi ad populum permitterent. Quo mania civitatis ingresso, vulgus solito more, (ut diximus) applaudebat novitati, ut potius personam mirabatur incogniti, quam probati. Quid mirum? Estimabant illum suam honestate famam excedere, cui rumor præconio quo frequentius utitur, excellere; cujus schismate, factionibus, privatim largitionibus plebique Clericorum exaccati, plebecula declamationibus alimenta ministrabant, tribunal preparantes unde concionator ille turbas alloqueretur obsequentium sibi populorum. Caterum dum orationem haberet ad populum, eisdem Clericis ad pedes ejus residentibus & stantibus, tali resonabat oraculo, ac si demonum legiones unobitu ejus ore murmur exprimerent. Veruntamen mirum in modum fecundus erat, cujus sermo ita mentibus vulgi per aures infusus habebat, quasi recens venenum interiori membrum indagatis, circa vitalia totis collectis viribus, cum vita inexorabile exercens odium; se inflat avidius, jugiterque degrassatur. Qua hæresis plebs in Clerum versa est in furorem, adeo quod famulis eorum ministrarent, cruciatus, nec eis aliquid vendere vel ab eis emere voluissent; immo habebant eos sicut ethnicos & canomovet, publicanos. Præterea non tantum ades eorum ob-

XXII.
Comoniam venit, & hæresim suam prædicat.

XXIII.
Plebem adversus Clerum canomovet.

ruere, & bona dissipare; sed illos lapidare aut affigere patibulo decreverunt, nisi Princeps & Optimates ejus cognita illorum nequitia, nefandis ausibus suis, vi potius quam ratione (bellus enim rationem non admittit) resisterent. Quidamque ex Clericis in eadem urbe manentibus, Hugo scilicet de Osello, & Villus. Qui non bibi aquam, & Paganus Alaricus cum quadam die ad eum gratia disceptandi accessissent, vehementer verberati & in buccis, in luto & in cæno contumeliose obruti & sordidati vix sine mortis discrimine impetum furiosa plebis potuerunt sustinere, immo postquam evaserunt periculum, eorum profectio similis fuga videbatur. Illi enim ab ipsis comprehensi nullatenus evasissent periculum, nisi Comitibus & Optimatum ejus patrocinio latebras subire potuissent. Nam (sicut dictum est) Princeps civitatis illorum erroris resistens, nullatenus a Clericorum tuitione volebat reslire. Clerici vero per quemdam Canonicum eidem hypocrita literas, quia vox voce cum eo loqui non audebant, in hunc modum transmisere. Ecclesia nostra te & socios tuos in vestimentis ovium venientes, sed intrinsecus lupi rapacitatis molientis insidias, cum pace recepit & honoratur a Clero. Ipsa etiam tibi affectum & effectum fraternæ caritatis exhibuit, existimans quod populum de salute animarum fideliter commoveres, & semen verbi Dei in cordibus eorum sinceriter seminaves; sed tu pro pace inanis pro honore opprobrium, pro caritate odium, maledictionem pro benedictione perverso ordine reddere, & Ecclesiam Dei fallacia tua perturbare præsumpsisti. Nam inter clerum & populum discordiam seminasti, ac seditiosa plebis multitudinem cum gladiis

XXIV.
Excommu-
nicatur a Clero.

ab alio: hac de causa nolo dicere, ab alio, sed a Patre solo intelligere. Si enim veritas ab alio etiam procedere intellexisset: utique ab alio esse, omnino dixisset. Ad hoc ego respondeo, Latinos tutatus: Non est necesse hoc in loco hac de causa intelligere a solo Patre Spiritum sanctum procedere, quoniam solum Patris nomen in Evangelio ponitur: multis enim in locis & sententiis sacrae Scripturae solum Patris nomen ponitur: nihilominus non hac de causa solus Pater intelligitur, ut non magis Filius etiam congrue ibidem intelligatur, quemadmodum in illis Evangelii verbis (a): Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Ecce enim veritas, solo Patris nomine posito, dicitur hoc duo, Spiritus videlicet sanctus a Patre procedit, & Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis: cum tamen eadem Veritas Filius dicatur istis Discipulis: (b) Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere adversarii vestri. Per os & sapientiam nihil nisi Spiritum quem accepturi essent credentes, intellexisse, palam facit idem Evangelista in Actis (c) Apostolicis, dum ait Stephano: Non poterant resistere sapientia, & Spiritui qui loquebatur. Idem ergo Spiritus Patris, & Filius, a Patre dari dicitur, & a Filio & non Patre solo, licet dixerit, Spiritus Patris vestri. Debemusne igitur ita intelligere, Spiritum sanctum Patris vestri, & non Filii, quemadmodum Graecus intelligit, Spiritum inquitens, a patre procedere, & non a Filio? Si ve-

PAGIUS diis & fustibus adversus matrem Ecclesiam traditione DECIES iterata commovisti: nobis oculum Juda porrexisti, nosque & universam Clerum publica injuria haereticos appellasti. Insuper (quod pejus est) multa contra fidem Catholicam, qua fidelis Christianus retractare exhorrescit, pernicioso & insideliter protulisti. Igitur ex auctoritate summa & individua Trinitatis, & totius orthodoxa Ecclesia, & Sancta Dei genitricis Mariae, & S. Petri Apostolorum Principis, & Vicarii ejus reverendi Patris nostri Paschalis Papae, atque Antistitis nostri Hildeberti, tibi sociisque tuis male & damnose errori tuo blandientibus penitus prohibemus, ne in toto Cenomanensi Episcopatu ulterius nec privatim, nec publice predicationem facere, nec perverforum dogmata ineptias propagare praesumas. Si vero contra tantam auctoritatem usurpaveris nefandis faucibus tuis debilitandis, de quo virus elicere, eadem auctoritate, ejusque Privilegio suffulti, excommunicamus, te, omnes complices, factores, & adjuvatores tuos, & ipse ejus Divinitati non desinis contraire, te in die districti iudicii aeterna maledictione faciat mancipari.

XXV. Ille vero apices minime recepit, sed Vuillus Musca seriem literarum coram eo retulit. Huic sane supplicium adstantes minabantur; nam in

ro Spiritus Patris non est Spiritus Filii quid est igitur quod inquit Apostolus: (d) Misit Deus Spiritum Filii sui in cordibus nostris. Et iterum: (e) Nisi quis Spiritum Christi habuerit, hic illius non erit? Nam Veritas dicit, Spiritus Patris, & non erit veritas, quod dicit Veritatis Apostolus, Spiritum sanctum Filii esse Spiritum & Christi? Si vero utraque vera sunt hoc in loco & quod Veritas dicit, Spiritum Patris, & quod Veritas tacet, Spiritum Filii: quanam de causa non similiter, utraque vera sunt: illa in illo loco magis ubi Veritas dicit Spiritum sanctum a Patre procedere? Porro iterum alia duo exempla ex Evangelio proferam, in quibus nomen Patris ponitur, solus tamen Pater absque filio non intelligitur. Ut vero in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, Dominus JESUS dixit Discipulis suis in Evangelio: (f) Si remiseritis hominibus peccata ipsorum, remittet vobis Pater caelestis delicta vestra. Alio etiam in loco dixit: (g) Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ille est frater meus. Ecce in his duobus locis solus Patris nomen ponitur. Catholica tamen Fides non patitur, ut solus Pater absque Filio in illis intelligatur, quoniam in voluntate solius Patris nomen ponitur, sed solus Pater numquam intelligitur, & voluntas Patris est Filii voluntas, & peccatorum remissio, qua est a Patre, eadem est a Filio. Similiter quando dicitur, Spiritum sanctum a Patre procedere, si fortasse solius Patris nomen ponatur, Christianorum tamen Fides non tolerat neque pa-

propatulo, ut sibi visum fuerat, Henrico audierit opprobria ingerebat: Henricus plane singularis literarum distinctionibus caput mutando, disseminandis. Mentiris, iterabat. Sane nisi Dapifer Consul (ideest Comitibus) illic adesset, cujus conductu Willelmus iter illud sumserat, nunquam vivus ad matrem remearet Ecclesiam. His ita gestis, nec minus apud Sanctum Germanum, & Sanctum Vincentium sacrilegorum agebat conventus, ubi dogmatizabat novum dogma, quod femina quae minus caste vixerat, coram omnibus vestes suas cum crinibus nuda comburerent; nec quilibet amplius aurum, argentum, possessiones sponsalia cum uxore sumeret; nec illi dotem conferret: Sed nudus nudam, debilis agrotam, pauper duceret egenam; nec curarent sine casto, seu incesto connubium sortirentur. Dum ea, sicut impostero dixerat, agerent, ille quid singulari haberent venustatis mirabatur, qua ceteris candore excelleret, vel nitore corporis splendidior haberetur. Ex jussu tamen illius plebis actio pendebat universa, & affectus.

XXVI. Tanta auri, tanta argenti affluentia, si vellet, redundaret, ut opes omnium solus videretur possidere. Licet plane multa reciperet, tamen parcebat cupiditati, ne nimis ambitiosus videretur. Verumtamen plura sibi retinens, paucis ad restaurationem pannorum, qui (sicut dictum

(d) Gal. 4.
(e) Rom. 8.

(f) Joan. 20.

(g) Mat. 12.

XIV. (a) Mat. 3.

patitur, ut solus Pater absque Filio intelligatur. Hoc autem intelligendum, ut quando solum nomen Patris ponitur, & solus Pater intelligitur, ut in Evangelio: (a) Vox Patris audita est: Hic est Filius meus dilectus; ecce hoc in loco, potest Graecus dicere, vocem Patris intelligendam, non vocem Filii: vox enim ex Patre audita est, non autem ex Filio: nihilominus ex ipso hoc dicere non potest, quoniam solum nomen Patris illud loquitur, sed potius ab hoc ipso, quod haec vox ea est, quae ad solum Patrem refertur: Hic est Filius meus. Diligentem itaque est animadvertendum in unaquaque propositione & significatione, quae solum nomen Patris ponitur, qualem sit illud, quod proponitur. Si enim tale est, ut ad solum Patrem referatur: & Graecus, & Latinus, & Christianus omnis debet de solo Patre illud intelligere. Si vero tale existerit quod proponitur, ut ad Patrem, & ad Filium simul referatur, non debet eo in loco Christianus homo Patrem a Filio, & Filium a Patre segregare, sed simul intelligere & Filium. In hac vero propositione & significatione, qua dicit Spiritum sanctum a Patre procedere, tum Graeco, tum etiam Latino est considerandum, utrum processio Spiritus sancti soli Patri, vel simul Patri & Filio tribuatur. Ex ipsa igitur simplicis significatione nullus aperte potest intelligere, an a Patre solo, vel a Patre & Filio Spiritus sancti processionem intelligere de Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS dum est) incensi fuerant, conferebant. Ejus quoque admonitu multi juvenum dicebant venales mulieres, quibus ipse pannos pretio quatuor solidorum emebat, quo nuditatem suam tantummodo supertegerent. At verus Judex opibus qualis haereticis ceteris innotuit qualis esset arbor, folia proferebat sine fructu: qua tamen occupat terram, & quaque circumquaque germinantia extinguit, nesciens expectare hyemem, sed aestate arefcit, & moritur. Juvenes enim qui nequam ejus consilio uxores acceperant, parvo tempore dilapso curriculo, aut fame aut supro compulsi mulierum, ad alias partes transvolabant, feminas relinquentes totius egentis auxilii. Sicque illi alii in adulterio adhaerebant, & ipsa adhuc maritis suis superstitibus, aliorum convivia illicite expectabant. Nemo enim ex illis qui ejus exhortatione conjugium inierunt, cum multi essent, unquam uxori suae, vel viro conjugis fidem exhibuit vel reverentiam; vel qualibet alia mulier qua fornicationi deliciis vestimentorum, jurjurando abrenunciasset, potuit se continere: sed in dies augmentando facinorosa, in deteriora delapsa est.

XXVII. Haec & multa his similia exactor ille jugiter Henricus perficiens, adventu cognito Antistitis (ideest Hilarii deberti) qui (sicut pralibavimus) Romam profusus Episcopus factus fuerat, secessit in castrum Sancti Karicomonanensis: ibique & in locis circumpositis morabatur, nequaquam incerto desicens, sed quotidie ad quaque pessima innovatus. Nam sacratissimo die Pentecostes, cum etiam parvuli fideles officii

beat. Si igitur Graecus voluerit, ut nos eo in loco a solo Patre intelligamus: necesse est, ut auctoritatem aliquam in medium afferat, vel rationem aliquam ostendat congruentem, per quam hoc credere debeamus. Si vero auctoritatem nullam, vel testimonium de hoc poterit demonstrare: aperte patet, quod non debet in illo loco, a solo Patre procedere Spiritum sanctum, intelligere. Non igitur rationi congrua est illa causa, quam superius diximus pro Graeco, nisi alia fortasse congruenter afferatur. Hucufque in Graeco codice, in quo decurtatam disputationem hanc poni, nemo non videt: nam carere saltem perorationem habitam coram Imperatore orationem, quis non intelligit? Certe ejusmodi fuisse, ut pluribus Graecorum, qui sapientiores esse videbantur, laborandum, sudandumque tribuerit, iidem ipsi fateti videntur.

Et enim contra Chrysolanum Episcopum Graeci complures quasi indicto bello, structa acie castra moverunt. Inter alios autem quidam monachus Joannes nuncupatus, & Nicolaus Methones adversus eum pugnavisse noscuntur, de quibus Gennadius Scholarius in Apologia Concilii Florentini adversus litteras circulares Marci Ephesini saepius verba facit, eosque schismaticos, Photii discipulos, & Marci Ephesini doctores appellat, a quibus tamquam malis corvis, malum ovum Ephesinum ortum habuisse inquit. Scripsit praeterea contra Chrysolanum Eustratius Archiepiscopus Nicenus

XV. Chrysolani contra tradito-res.

soleant divinis devoti interesse, ipse miserrimus omnium adscito sibi quodam adolescente Clerico, cujus indicio postea tota illius petulantia denudata est, clam secreto noctis silentio ad domum cujusdam Militis proficiscitur, ibique cum matrona domus in thalamo luxuriose tota die usque ad meridiem immoratur. Sic nec timore divino, nec pudore hominum lascivia sua voluit temperare, donec enormitatem sui facinoris finitimis & exteris populis innotesceret. His ita pertrastatis, & praefato Pontifice multa, maximeque Clericorum suorum stipante caetera, suburbia civitatis ingresso, & signum Dei vi-vi paterno affectu ore & manu pingente in populum, felle cordis & sermonis in injuriam Creatoris commoventur, ejus signaculum & Pontificalem respuentes benedictionem. Nolumus, inquit, scientiam viarum tuarum, nolumus benedictionem, eorum benedic, eorum sanctifica: nos habemus patrem, habemus Pontificem, habemus advocatum qui te excedit auctoritate, excedit honestate, excedit scientia. Huic Clerici iniqui, Clerici tui adversantur, ejus doctrina contradicunt, hunc quasi sacrilegum detestantur & respuunt, verentes quod eorum scelerata denudaret propheticum spiritu, & haereticam suam & corporis & incontinentiam privilegio condemnaret literarum. Sed hac omnia sine dilatione in eorum capita redundabunt, qui Sancto Dei vocem caelestis predicationis, nescimus qua consili audacia, interdixit praesumpserunt.

Epi.

CHRISTI
III. 6.PASCHALIS II. PAP.
17.HENRICI IV. IMP. 6.
ALEXII COMN. IMP. 36.

mus. Quorum scripta, quales isti fuerint, satis indicant, quod digna sint suis patellis opercula. Hos omnes etiam iisdem temporibus floruisse, ex eorum scriptis aperte constat, dum coram illo egisse affirmant, vel ab aliis accepisse qui cum Chryfolano egerunt. Scripsit quoque Blemmides cognomento Sapiens adversus Chryfolanum, haud tamen puto, quod is fuerit Nicephorus ille Blemmidis magni nominis vir, quem Latinorum veram doctrinam festatum potius, quam Græcorum levitatem, & errores, apparet ex ipsomet Gregora, qui libro quinto capite secundo hæc habet de Blemmide, quod acumine ingenii, & eloquentia, & Ecclesiasticorum dogmatum usu ita alios superabat, ut cum illo collati, quasi pueri viderentur. Qui Blemmides (ut idem Gregoras ibidem asserit) cum divinarum rerum esset peritissimus, & in otium se contulisset, multa e sacra Scriptura testimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viderentur, colligere, & conscribere cepit. Quibus scriptis Græcus quidam, qui deinde Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, adductus est, ut Latinorum sententiæ adhereret. Quamobrem a schismaticis, vel invito Michael Palæologo Imp. e Patriarchali solio fuit deturbatus. Blemmidis itaque ad-

PAGIUS Episcopus autem miserus erroris eorum & **XXVIII.** inscitia; approbra ub eis sibi illata clementer Henrici sustinuit, Deum majestatis assidue exorans, ut in scitiam plebis errorem admixtum elationi comperceret, ne Ecclesia sua schisma inferre potuissent. Sed nonnansen- **Ce-** juxta vocem Psalmis pro salute delinquentium sis in a- exorantis, Imple facies eorum ignominia, & pertum quærent nomen tuum domine; idem Dominus profert. Deus repente incendio maximam partem suburbiorum civitatis permisit comburi, ut saltem temporali jactura malum propositum suum deponeret, & nomen sanctificatum, nomen Dei vivi invocarent. Pontifex vero illud Propbeta „ recinens, „ Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, domine, quam abscondisti timentibus te, paucis evolutis diebus seductorem adiit, & ejus impietatem divina auctoritate continuit. Cum vero simul inirent colloquium Episcopus sciscitatur, cujus meriti sortitus esset professionem. At ille ignorans quid esset professio, obmutuit. Denuo requirente Episcopo, cujus Ordinis fungeretur officio? At ille, Diaconus sum. Tunc Episcopus, Profer igitur si hodiernis interfuisti mysteriis. Respondit, Non. Pangamus ergo domino Deo hymnos matutinales; quibus incaptis Henricus proficitur, se dietam ignorare, (idest cursum Ecclesiæ ordinarium seu Officium, quod quotidie celebrari solet in matutinis horis, ut videre est in Glossario Ducangii.) Episcopus tamen volens omnino ejus reverere insipientiam, Dei genitrici solitos psalmos canere cepit. Horum quoque nec versus noverat, nec seriem. Sicque rubore confusus, vitam suam, genus dogmatizandi & presumptionem proficitur. Revera lixa erat, nullam adeptus scientiam, sed totus deditus petulantia; tamen sermocinandi ad populum & tesseras inscitiæ notitiam profectus.

versus Chryfolanum scripta pseudoepigrapha sunt, non germana Nicephori illius Blemmidis Sapientie nomine insignis, de quo supra; sed alterius Blemmidis junioris schismatici potius, cum præsertim ea tanti nominis viro indigna, quivis illa percurrens, facile judicaverit. Cæterum quod ad rem spectat, sane quidem infelicem Ecclesiam Græcorum ex hujusmodi legatione Chryfolani a Paschali Papa. missa nullum lucrum consecutam esse, declarant eventa, cum post hæc in eodem errore perseverasse, majorum monumenta demonstrent, quamvis Imperator se cum Romana Ecclesia communicare, ostendi ipsi voluerit.

De eodem autem Chryfolano ad postremum accipe quæ Trithemius habet licet loco non suo: nam post Alexandrum Tertium ponit, quem constat vixisse hoc tempore sub Paschali Papa. vivente Alexio Imperatore; ait enim: *Chryfolanus Ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, Græca & Latina eloquentia insignis edidit, quadam magne auctoritatis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit, de quibus ad manus nostras nullum pervenit. Fertur ejus de spiritu sancto*

XVI.
Chryfolani scripta.

Hinc scriptum est: Vera gloria radices agit atque propagatur: sicut omnia celeriter transeunt, & tanquam flos fœni decidunt, nec quicquam simulatum potest esse diuturnum.

Verum tamen Episcopus cognita levitate & **XXIX.** impietate Henrici, Apostolica sibi prohibuit auctoritate, ne ipse amplius in Episcopatu suo permaneret: sed ad alias partes, nostris parcens, sua exgressus dirigeret. Ille vero convictus industria Pontificis, clam aufugit; & cæteras regiones nisi otior esset fama, simili modo perturbaret, & viperino biatu suo inficeret. Hæc de Henrico adnotavi & gestis Hildeberti inserui ad commendam & doctrinam posterorum; ut caveant, ne Ecclesia Christi aliquando ejusmodi erroribus valeat perturbari. Denique idem Hildebertus modis omnibus procuravit, qualiter furorem plebis ratione pariter & humilitate mitigaret, quam Henricus contra Clerum seditiose concitaverat. Eos enim Henricus sic sibi illexerat, quod vix adhuc memoria illius & dilectio a cordibus eorum deleri valeat vel depelli. Hæc Anonymus de Gestis Episcoporum Cenomanensium. Porro Hildebertus Romam perrexit ad Generale Concilium a Paschali II. in Urbe celebrandum, illicque hyeme profectus est, ut ipsemet in Epist. LXXVI. ad quemdam Episcopum data affirmat. Huc etiam revocanda Epistola LXXVIII. Hildeberti omnibus Archiepiscopis & Episcopis scripta, qua significat Cyprianum & Petrum in hæresim Henrici prolapsos, in sinum Ecclesiæ nunc rediisse. Ubi Henricus ab eo appellatur magnus Diaboli laqueus, & celebris armiger Antichristi, atque eam pestem sic suam hæresim infecisse, ut veniens ei Clerus vix inter parietes Ecclesiæ suam tueretur libertatem.

Jam

CHRISTI
III. 6.PASCHALIS II. PAP.
17.HENRICI IV. IMP. 6.
ALEXII COMN. IMP. 36.

esto contra Græcos liber unus, de Sancta Trinitate liber unus, Epistolæ, Sermones, & alii tractatus, qui mihi incogniti sunt. At periere ista omnia, ut vix quod La-Ann. Eccl. Tom. XVII.

tinitati reddendum e Græcis curavimus monumentum: idemque decurtatum superfit.

N n 2 Se-

PAGIUS Jam antea Brunone Ecclesiam Trevirensis re-**XXX.** gente, anno Sedis ejus, quam initio anni Christi MCII. inuit, incerto, res memorabilis contigit, cui Auctor Anonymus Historiæ Trevirensis Tom. XII. Spicilegij Dacheriani pag. 243. se interfuisse scribit: *Evodii, inquit, quod Treverice diocesis appenditium est, fuerunt eo tempore heretici, qui substantiam panis & vini, qua in altari per Sacerdotes benedicitur,*

in Corpus Christi & Sanguinem veraciter transmutari negabant, nec baptismi sacramentum parvulis ad saluationem proficere dicebant, & alia perplura profitebantur erronea, qua memoria tradere nefas duxi. De his quatuor oblatis sunt ei, quorum duo Presbyteri, reliqui vero duo erant laici. Quid egerit Bruno, ut pestem illam eliminaret, ibidem legendum.

JESU CHRISTI ANNUS III 7.

PASCHALIS PAP. II. ANNUS 18.

HENRICI IV. IMP. 7. ALEXII COMNENI IMP. 37.

I. S Equenti anno millesimo centesimo decimo septimo, Indictione decima, Paschalis Papa (inquit (a) Petrus diaconus) mense maio ad Cassinense monasterium venit, indeque assumpto ejusdem cenobii Abbate Trojam pergens illic Concilium celebravit; inde vero regressus, Ecclesiam S. Vincentii monasterii ad ripam vulturini edificatam ritibus solemnibus dedicavit. Hæc de rebus gestis a Papa, sed de Imperatore hoc anno ista subicit: (b) Anno Dominicæ Incarnationis millesimo decimo septimo, Imperator congregato exercitu Romam advenit. Quod ubi Papa Paschalis didicit, se se ad hoc monasterium contulit, atque ab omni Congregatione Rogatus, Lindalpbm Beneventanum Archiepiscopum quem fuisse depositum supra retulimus, in gradum suum restituit, sicque Beneventum perrexit. Interea Imperator ingressus Urbem cum Pontificem discessisse cognoverit: Consules, Senatores, & proceres partim domis, partim promissis ad se attrahens, Ptolemæo illustrissima Ostia via gente progenito, Ptolemæi magnifici Romanorum Consulis filio filiam suam in matrimonium junxit, eique oblati plurimis donis, quidquid avus ejus Gregorius, alique parentes habuerant, sive detinuerant, Ptolemæo ipsi, ejusque hæredibus auctoritate sua in perpetuum

(a) Petr. Diac. l. 4. c. 57. Paschal. Pap. Trojæ Conc. celebrat.

(b) Id. ib. c. 63.

Henric. Imp. in Urbem redit.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6610.

SÆC. XII An. Eræ Hisp. MCLV. Anno Hegiræ DXI. inchoato die 5. Maii feri 7. A. C. 1117. Conc. Trojanum anno MCXV. celebratum.

6. G. D 16. P. 25. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1117.

PASCHALIS II. PAPÆ 19.

HENRICI V. REG. 12. IMP. 7.

ALEXII COMNENI IMP. 37.

Num. I. ad VIII. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casinensis cap. 56. de rebus anno superiori gestis disertum sermonem habet. Tunc his verbis caput 57. exorditur: Sequenti anno mense Maio jam dictus Papa Paschalis ad monasterium venit: Abbatemque secum adducens Trojam Concilium ibi celebraturus accessit. Baronius num. I. textum illum corrupit, legitque sequenti anno millesimo centesimo decimo septimo sed contra mentem Petri Diaconi, indeque Concilium Trojanum fingit, quod nunquam fuit, certumque illud hoc anno Beneventi habitum. Peregrinus enim in Notis ad Falconem, postquam observavit, ipsimet Baronium Concilium Trojanum anno MCXV. copulasse, hæc scribit: Paschalis, ut Petrus Diaconus perhibet in laudato non semel Astario lib. 4. cap. 57. mense Maio Roma egrediens venit ad monasterium Casinense,

tradidit. Agit interim Papa cum Principibus aliisque Romanis, ut adversum Imperatorem conglobati illi obistere pergant; sive contra prædictum Ptolemæum Romanorum Consulem, ipsius generum prædicto Pontifici auxilium ferant. Henricus præterea in Urbe Romana persilvens Paschalis diei solemnitatem ingenti gaudio Senatus Populique Romani celebravit. Et quia Pontificem minime invenit, nec poterat per internuntios res inter utrumque agitari: coactus fervore astatis secessit ad frigidiora loca, pollicitus prima temperie se rediturum. Hæc de rebus gestis per Henricum in Urbe Petrus. Subicit vero de inani conatu Northmannorum contra eundem Ptolemæum Comitem Tusculanum.

Cæterum in Bibliothecario plura sunt alia quæ in Petro desiderantur. Atque primum de causa sui adventus, quam idem Henricus prætexerat, nimirum quoniam in proxima Synodo Lateranensi hostis Ecclesiæ fuerat declaratus, denuntiatusque excommunicatus, ob idque cuncta collata in ipsum ab Ecclesiâ beneficia, exhibitæque officia nullius essent momenti, quæ per vim, & metum extorta fuissent: Henricus poenitentem se Romam venturum significavit, utque ea sponte, & cum pace, libereque abfque metu perfolverentur a Pontifice.

II. Henricus adventus in Urbem causa.

ejusque Abbatem tunc Girardum secum ducens, Synodum celebraturus Trojam perrexit, indeque regressus Ecclesiam Sancti Vincentii juxta ortum Vulturini fluminis solemniter dedicavit. Sic ille. Et Falco in super post prædicta subdit: Confirmato autem Concilio & pie finito, Papa Beneventum tertio die intrante mensis Septemb. reversus est. Deinde Romam reversus est septimo Kal. Octob. Qui tunc monasterium S. Vincentii (hoc jam a Petro etiam intellexeramus) dedicavit. Igitur Paschalis a mense Martio in anno MCXV. Roma absens moratus in his est locis per quatuor fere menses, cum Synodum habuit Trojanam; recitata namque Petri verba de alia Synodo in præfata urbe congregata, quam de exposita a Falcone, haud sunt intelligenda: quod amborum Auctorum de celebrata tunc a Paschali dedicatione Ecclesiæ Sancti Vincentii concursus assertio manifeste probat.

Et præterea, ut in Castigationibus ad Anonymum Casinensem ad annum MCXIV. observabam, Petrus dicens Papam Paschalem sequenti anno, postquam Cassinenses Monachi Castellum suum recuperarunt, quod cap. 54. accidisse perhibet in anno MCXV. Sic enim ejus scriptus Codex & editio præfert Neapolitana (nempe que ab Angelo de Nuce curata fuit) statuens, inquam, Papam Romam discessisse sequenti anno, hoc est Christi MCXVI. Trojanum Concilium celebraturum, communem Epocham Christi nati observatam

II. Concil. Beneventanum hoc anno coactum.

CHRISTI 1117.

PASCHALIS II. PAP. 18.

HENRICI IV. IMP. 7. ALEXII COMN. IMP. 37.

libero. Ista quidem fama ferēbat; cæterum res ipsa contrarium demonstrabat. Nam audi Bibliothecarium ejusdem temporis auctorem, qui isthæc sigillatim ita describit: Altero namque a sequenti anno Rex Henricus in Italiam rediit manifestus hostis Ecclesiæ; tantoque infestior bonis ac religiosis, quanto benignior malis, seditiosisque. Hujus Consiliarii, familiarique erant Abbas Farfensis, qui ob sacrilegium, factionemque in Ecclesiâ, bis terque capite damnatus fuit, Joannes maledictus, & Ptolemæus. Horumque favore tunc simulatque in Latium intravit, beati Petri fidelibus bellum indicit, magna conatus est, famosa ferit sed præva. Ob cujus victoria gloriam, quam fecerat, videlicet quia apprehenderat quedam castra, plebs, populusque Romanus triumphum ipsi instituit: Coronata Urbe, Rex & Regina transivit per medium; magnus apparatus, magna gloria, parva hic visa; nullus Patrum, nullus Episcoporum, nullus Catholicus sacerdos occurrit. Fit ei processio, empta potius, quam indicta. Iturus ad basilicam beati Petri navi transivit, non ponte trajectus. Coronari expetit: Respondetur, in ea Eccl. coronandus a Papa cum Patribus coronari debet: aliter nequit. Quod si velit, ab eis fore petendum. Quæ autem tum ad eos peroravit Henricus, sic recitat:

Si divinitus datum foret, Patres conscripti, rerum publicarum statum digno moderamine gubernari; digna reverentia earum rectores alter ab altero præveniretur: pax foret, nec Imperialibus Comitibus Urbis abesset Pontifex, nec in Pontificalibus orbis abesset Imperator, alter alterius gloria fulciretur; gloria alterius, gloria utriusque foret, & robur utrorumque timor omnium, amoreque in utrosque tota se converteret Civitas: nos Patres, nos Consules, nos primores nos omnes boni Urbis & orbis intuerentur; Gothi, Galli, Hispani, & Africi, Græci, & Latini, Partibus, Indus, & Arabs, aut timerent nos, aut diligerebant. Nunc autem dum secus agitur, sit aliter. Dimissis cæteris, dum in invicem agimus; invicem agitur ab omnibus: merito hæc patimur, maledicimur; impugnamur, exterminamur. Convertimini igitur, & mei licet peccantis votum correctionemque suscipite; nedum per vos nimia rigescit justitia, multiplicatis sceleribus, malum sine me qualiter rigescat non habeat. Ecce a Patre Romana Ecclesiæ domino Paschali Papa & Galliis coronandus adveni in Urbem: cum abesse, infortunis meis depero. Nunc autem id a vobis exopto; tantoque si id recipiam, mihi fiet gratius, quantum ut mihi fieret, gravius elaboravi. Solent accuratus excollere homines, quod diu quaesitum

III. Henric. Imp. oratio ad Roman.

PAGIUS tam a Falcone, anno certe præit (nempe Petrus Casinensis) observandumque, Concilium Trojanum anno MCXV. certo celebratum fuisse. Quo fit, ut Falconi de tempore præfati Concilii non adverteatur. Qui insuper spontanea confessione coactum illud detegit in anno MCXV. cum cap. 60. & 61. ait, Paschalem sociato sibi Abbate Casinensi reversum ex Synodo nimirum jam dicta discessisse mediante Quadragesima alteram ibi Synodum celebrare (sequenti anno MCXVI.) ac deinde loco cessisse ob turbas a Romanis motas (exante Martio anno MCXV.) occasione præfati se invito instituti, tandemque in anno MCXVII. Urbem egressum (ad eam enim prius ipse iterum se contulerat, ut fatendum est, idque Falco non tacet) Beneventum recessisse, ut Romam advenientem Regem devitaret Henricum, Paschalis, inquam, præfati Regis occursum, sic in dicto anno MCXVII. declinavit, in quem cæteri etiam omnes id coniciunt Auctores, & præsertim Falco, qui illum mense Aprili Beneventi constitisse affirmat, utique postquam Concilium in Quadragesima antecedentis anni MCXVI. Romæ habuerat, eam deseruerat, repetiveratque Urbem: ac subinde in antea anno MCXV. Trojæ, ut prædictum est, præfatus fuerat. Hæc Peregrinus. Hoc itaque an. Concilium a Pasch. II. non Trojæ, sed Beneventi congregatum, sed altum ibi de rebus in hoc Concilio gestis silentium. Hæc Falconis de eo verba. Anno MCXVII. Dominica Incarnat. & XVIII. Pontificatus Domini Paschalis, mense Aprili, ipse Synodum Beneventi celebravit.

Petrus Diaconus laudatus apud Baronium num. V. urbe in qua Concilium celebratum, non expressa, de eo loquitur, atque tantum coactum fuisse in partibus Apulia, quæ verba Baronio labendi causa esse potuerunt. Sed Peregrinus pag. 163. recte ea exponit; Nec turbet, te, inquit, quod dicat in Apulia partibus Concilium illud congregatum, in quibus haud censetur Beneventum. Nam tunc & aliquanto etiam post, passim unius Apulia absoluto nomine cunctam Italiam cis Tyberim (nota, qui loquitur, Neapolitanum esse) exteri Occidentales nuncuparunt, exque illorum usurpatione etiam incolæ; quandoquidem Normanni ob res primum in Apulia præclare & feliciter gestas longinquorum ora ad se solos, & ad unam Apuliam converterant.

III. Italia Translyberina Apulia quandoque.

Adventum Henrici Romam accurate refert Baronius ex Pandulfo Pitane Auctore. Vitæ Paschalis II. Petrus Diaconus cap. 63. ait tantum Imperatorem congregato exercitu Romam adventasse, ac Paschalem II. Urbe egressum Beneventum perrexisse. Et quia Pontificem ibi minime invenit (nempe Henricus), nec poterat apte per internuntios res inter utrumque agitari, coactus fervore astatis secessit. Verum auctor Vitæ Paschalis II. quid Henricus antequam Urbem relinqueret, egerit, hoc modo narrat: Diffusus hic Rex, accito Mauritio Bracharensi Archiepiscopo, qui ob superbiam levitatem Curialis effectus, per biennium, extra Ecclesiam propriam, opulentissimo cultu & Regio hac & illic dissoluta vagabatur, ante corpus B. Gregorii coronari se fecit, sicque ab urbe comitatus abscessit. Baronius anno MCIX. num.

IV. Henricus a Bursino Archiep. Bracarensi Roma Imperator coronatur.

CHRISTI
1117.

PASCHALIS II. PAP.
18.

HENRICI IV. IMP. 7.
ALEXII COMN. IMP. 37.

fitum periculis adinventur. Sit pax, & quidem erit, si velitis. Sine crimine loquor, profecto sedatis ventis, quiescunt maria. Hæc Rex.

IV. Ad hæc Ecclesia, quæ erat in Urbe: Inbonestum satis & indignum nostri arbitramur, Rex, ut aliquando nos dulcibus dictis convenias, quos infelicibus actibus indices circumvenire contendis. Credisne, credamus, Rex, te ad poenitentiam satisfactorum venisse, per quem acerba ira continuas atque acerbis irruptiones barbaricas, rapinas sacrilegas, ordinationes sacrilegas & execrabiles, impias seditiones assidue constari, fierique cernamus? Simul ac Latium intrasti, Rex, beati Petri fidelibus bellum injecisti. Si non successit ex voto: Deo, non Regi gratia debentur. Age qui sunt, pro quibus agitur? Abbas Farfensis, & Ptolemaus, uterque anathematizatus. Qui sunt, contra quos agitur? Beatus Petrus, & Beatus Paulus, uterque Apostolus. Quibus in locis agitur? In eorum patrimonii, in domo propria. Oblitus horum, Rex, illis ducibus audax,

PAGIUS num. II. de Mauritio, vulgo *Burdino* appellato, jam locutus fuerat, sed ibi aliqua in medium adducit, quæ nobis hic illustranda, corrigendaque ex Vita ejusdem Burdini a Baluzio lib. 3. Miscel. pag. 471. ex variis Antiquis collecta. *Bernardus* Archiepiscopus Toletanus ac Sedis Apostolicæ per Hispaniam Legatus, cum anno MXXV. post celebratum Concilium Claromontanum in Hispaniam rediret, ducit secum e provincia Lemovicensi *Burdinum*, literatum, Curialem, & eloquentem virum, ut eum vocat Auctor Chronici Mauriniacensis, illumque primum Toletanum Archidiaconum, dein Episcopum Conimbricensem constituit. Tum defuncto *Sancto Gerardo* Bracara Archiepiscopo, quem ex Monasterio Moyssiacensi in Aquitania prima *Bernardus* in Hispaniam adduxerat, *Burdinus* ei; juxta quod *S. Gerardus*, ut in Vita ejus cap. 16. apud Baluzium libro citato, olim prædixerat, suffectus est communibus Cleri suffragiis anno MCX. ut tradit *Rodericus a Cunha* in Hist. Ecclesiast. Archiepiscoporum Bracharensem; & quia translationes Episcoporum sine interventione auctoritatis Romani Pontificis fieri non possunt, ad Sedem Apostolicam accessit.

V. Primum quidem a Papa *Paschali* obtinuit, ut postulata Cleri Bracharensis valeret; postea vero Pallium accepit per manus Joannis Caceriani Diaconi Cardinalis & Cancellarii. *Bracaram* reverfus tenacior fuisse videtur in vindicando antiquo Sedis suæ gradu, quam ut *Bernardo* patrono suo placere possit. Nam is tota mente incumberebat, ut quia Toletanæ Ecclesiæ collatus recens fuerat Primatus per universam Hispaniam, subiceret Toletano universas Hispaniarum Ecclesias. Intercessit *Burdinus*, appellavitque *Paschalem* Romanum Pontificem, qui sæpe monuit *Bernardum*, ut abstineret ab inferendis injuriis Archiepiscopo Bracharensi; sed cum tunc magna esset Legatorum auctoritas, *Burdinus* perrexit in Italiam, ut a Romano Pontifice afflictis rebus re-

audacter Ecclesiam beati Petri intrasti, cum omnibus clericis, quibus Patribus, cum quibus Episcopis & quomodo stendum? quomodo agendum est? Adde qui sunt nunc, qui ante ejus fores excubant? nonne seditiosi? Qui sunt, qui nunc ex thesauri custodiant? nonne sacrilegi? Qui sunt, qui ejus altari deseruiunt? nonne heretici? Heu, heu! expulsis Catholicis, reverendam cunctis orbis populis beati Petri Ecclesiam per te heretici occupant. Hæcine illa vita, Rex, per quam poenitens veniam merearis? satisfactio, quæ Ecclesiæ conformeris? pax, quæ bella quiescant, seditiones cessent, venti sedentur, mare detumescat? Profecto ne conversus, immemor mali, aliter cum Deo senseris, Rex, aliter Rex Regum cum Rege sentiet Deus. Comitari cum excommunicatis, Rex, nos non debere, nec posse, eo maxime, cum Comitibus tuis interesse non liceat, dum contingat abesse, qui omnium nostrum debuit interfuisse primus.

V. Diffusus his Rex, accito *Mauritio Bracharensi Archiepiscopo*, qui ob superbiam, le-

medium peteret. Hanc ejus in Italiam professionem anno hujus seculi decimo quinto contigisse, ex eo colligit *Baluzius*, quod *Pandolphus* in Vita *Paschalis II.* loquens de coronatione *Henrici Imperatoris*, quæ hujus anni initio Romæ peracta est a *Burdino*, scribit eum biennio non introisse provinciam *Bracharensem*; quod evincit eum de ea decessisse anno MCXV. *Paschalis II.* auditis, quæ adversus *Bernardum* proponebantur, terminos posuit Legationi ejus, & *Burdinum* Bracharensem Archiepiscopum, universamque provinciam ab illius jurisdictione liberavit; simulque *Conimbricensem* Diocesim, quam *Bernardus* subtrahere conabatur Metropoli *Bracharensi*, ad eam pertinere pronuntiavit.

VI. Horum *Papæ Paschalis* Decretorum mentionem facit *Innocentius III.* lib. 2. Epist. 126. In favorem *Burdini* occasione controversiæ, quæ sub Pontificatu ejus fuit de Diocesi *Conimbricensi* inter *Bracharensem* & *Compostellanum*. Nam *Conimbricam* uterque contendebat ad Metropolim suam pertinere. *Bracharensis* ergo, ut jus suum tueretur, allegavit Decreta *Papæ Paschalis*, quæ *Conimbricensem* diocesim adjudicant Archiepiscopo *Bracharensi*. Laudat *Innocentius III.* Epistolâ *Paschalis II.* quarum prior edita est Tom. III. *Monarchiæ Lusitanicæ*, posterior a *Roderico a Cunha* in *Tractatu de Primatu Bracharensis Ecclesiæ in universa Hispania*. Utraque data est *Anagnina III.* Nonas Novemb. & in posteriori *Bernardo Toletano* Archiep. Apostolicæ Sedis Legato, ait *Paschalis*: Pro injuriis confratris nostri *Mauritii Bracharensis Archiep.* fraternitatem tuam sæpe monuimus; sed adhuc se vehementer a te gravari conqueritur. *Conimbricensis enim Episcopi* obedientiam ei contra *Romanæ auctoritatis* Privilegia subtraxisti &c. Nos autem in his vehementer regniurbationem & aetatis tuæ gravædinem infirmitatisque pensamus. Idcirco te ab injuncta super Archiepiscopum & provinciam *Bracharensem* curâ legationis absolvimus, ut liberius ipse valeat in

CHRISTI
1117.

PASCHALIS II. PAP.
18.

HENRICI IV. IMP. 7.
ALEXII COMN. IMP. 37.

Rececit
Henric.
ab Urbe.

Pasch. re-
dit in
Campan.

levitatemque Curialis effectus, per biennium extra parochiam propriam opulentissimo cultu regio hac & illac molliter dissoluteque vagaverat; ante corpus beati Gregorii coronari se fecit, sicque ab Urbe comitatus abscessit. Et infra de *Paschali* Papa ista subjungit:

Dominus *Papa* celebrato Concilio, quod in partibus *Apuliæ* congregaverat, rediens cum *Northmannorum* exercitu in *Campaniam*, *Pillum*, *Pullanumque*, in maritimis oppidum sancti *Silvestri* in sui deditiorem convertit. Jamque *Aatumnus* instabat, cujus calore, vel astu exterius conspatus, interior dissolutus uti senex, & qui erat in castris, debilior *Anagninam* se contulit. Hicque adeo infirmitas eum oppressit, ut qui aderant medici, morti eum magis quam vitæ adjuvicarent. Sed *Auctor vitæ* Deus vitam ejus produxit in longum, dum dissolutis interioris membris compaginis soliditatem adjecit, & exhaustis viribus interioris fomenti robor diffudit. Factumque est, ut qui antea in lecto, alterius auxilio sustentus, vix sedere poterat; postmodum ante altare per se erectus *Missarum sollemnium* celebraret. Hac valetudine venit *Præneste*, & beati *Agapiti Ecclesiam* eidem dedicavit, & *Nativitatis Domini Vigiliis*, *Romani ordinis Missas*, & *Mā-*

PAGIUS in provincia sua justitiam exercere.

VII. Tanti autem *Burdinum* *Paschalis* Papa fecit, ut cum hoc anno *Henricus* Imp. Romam venisset, in senio erga se animo, eundem *Burdinum* sua per tractanda pace Legatum ad eum miserit, ut inquit *Gelasius II.* successor ejus in litteris anno sequenti *Caietæ ad Clerum & plebem Romanam* datis, Tom. X. Concil. pag. 818. recitatis. Sed ipse a *Papa* deficientes *Henricum* Imperat. coronavit. Neque enim alia de causa delectus ad id facinus, quam quia *Romani Pontificis* vices obtinebat apud *Augustum*, pacis ac concordie interpres. Alioquin inquit *Baluzius* citatus num. XII. cur non potius *Germani* cuiuspiam Episcopi ministerio *Henricus* usus fuisset; *Paschalis*, qui tum agebat in partibus *Apuliæ*, ut ex *Falcone* jam diximus, incanduit adversus *Burdinum* uti proditorem ac perfuram, Synodumque congregavit apud *Beneventum*, in qua eum publice ob eam causam excommunicavit, ut asserit *Gelasius II.* in Epistola ad *Gallos*, quæ prima est inter ejus Epistolâ. Ex aliis litteris ejusdem *Gelasii* ad *Bernardum* *Toletanum* & ceteros *Hispaniarum* Episcopos discimus, non solum excommunicatum in ea Synodo fuisse *Burdinum*; sed etiam *Paschalem* *Bernardo* *Toletano* Archiepiscopo & *Hispaniæ* *Primate* mandasse, ut alium in loco *Burdini* eligendum curaret, ipsumque

NOTÆ [1] Concilium illud quo vocatus a *Bernardo* *Toletano* *Burdinus* venire recusavit, forte ipsum fuit Concilium *Legionense*, de quo nos in Nota ad A. 1114. I. Id si admittatur *Legionense* illud concilium ex anno 1114. cui a *Card. de Aguirre* illigatur, ad annum saltem superiorem 1113. revocandum erit. MANSI

tutinum post *Missam* & iterum *Missam*; & post *Missam* processione cum omni voto & solemnitate illi diei debita celebravit. Quæ autem post hæc secuta sint de ejus obitu, qui contigit mense *Januarii*, anno sequenti dicturi sumus.

Cæterum *Henricus* Imperator perterritus prodigiis, & portentis multisque irati numinis signis, quæ hoc anno in *Germania* contigerunt, ad absolutionem impetrandam (ut *Urspergensis* ait) diligenti cura laborat. Erant ista terribilia inter alia, quod magnus ille sanctus *Benno* *Misnensis* Episcopus, qui ante decem annos ex hac vita migrarat, multiplicitate miraculorum contra hæresim *Henrici* pugnabat, qui vivens, quadraginta annis quibus sedit Episcopus, adversus eamdem contra *Henricum* patrem ejus infatigabili labore certaverat. Terribilis namque post mortem est redditus hostibus *Ecclesiæ* persecutoribus *Sanctus*, quod ipsum tunc Imperatorem provocans ad Dei judicium moriens, traxerit paulo post secum certaturum ad divinum tribunal. Et quod eodem anno apparet post mortem *Ortoni* *Misnensi* *Marchioni*, a quo acceperat alampam, die quo vivens prædixerat *Sanctus*, idem ipse spiritu oris sui interfecerit impium, prout vitæ ipsius (a) Acta testantur. Quem

VI. *S. Benno* *Misnens.* Episc. miraculis pugnat.

(a) Extant apud *Sur.* t. 7. die. 3. Junii.

excommunicatum fuisse, cæteris *Hispaniarum* *Prelatis* significaret.

VIII. *Em. Cardinalis de Aguirre* Tom. III. Concil. pag. 319. & seqq. refert aliqua fragmenta *Antea ab eodem* *Papæ* *Toletano* anno MCXIV. celebrati sub die VIII. *Kalend. Novemb.* quæ quando *Baluzius* *Episcopi* *Præfata* de *Burdino* scripsit, nondum e interdictenebris extant. Inter ea extat *Epistola* *Paschalis II.* ad *Burdinum* *Laterani XII. Kalend. Maii*, *indictione VII.* anno sc. *Christi* MCXIV. data, cujus hic tenor est: Inter querelas alias qua de te ad *Sedem Apostolicam* delata sunt, *Legionensis Ecclesiæ* invasio & contritio nos gravius contristavit. Super qua ex nostris litteris monitus, & a *Vicario* nostro *Bernardo* *Toletano* ad Concilium evocatus, & venire & satisfacere contempsisti (illius Concilio Acta deperdita, & locus in quo celebratum ignotus.) [1] Adhuc pro hujus nequitia & inobedientia, per eum, tam a *Sacerdotali*, quam ab *Episcopali* officio interdictus, eadem officia celebrare pertinaciter presumpisti. Nos igitur, auctore Deo, tantum superbia & nequitia facinus ulciscentes, & eadem tibi officia, & *Bracarensis Ecclesiæ* obedientiam interdiximus, donec respectu obedientias, & plenius satisfacias. Quibus ex litteris liquet primo, *Burdinum* ante initium anni MCXIV. non solum *Ecclesiam* *Le-*

CHRISTI
1117.

PASCHALIS II. PAP.
18.

HENRICI IV. IMP. 7.
ALEXII COMN. IMP. 37.

Quem quidem vivere Ecclesie sanctae vindicem, & vigilare adversus eius persecutores, crebra quae ad sepulcrum eius miracula edebantur, significabant, quae sicut Catholicis summae consolationis erant, ita schismaticis maximo terrori & metui.

VII.
Henric. Imp. legationes ad Pasch. frequenter.

Hic prodigiis & aliis, inquit Urspergensis hoc anno (quod dictum superius repetimus) Rex Henricus corde tenus sauciatus, non cessat legationes satisfactorias ad Apostolicam Sedem, licet ipse multum infestationibus Italicis insudans destinare, quas tamen constat minime profecisse. Nam dominus Apostolicus propter securitatem, quam Regi licet coactus fecerat, diffidetur illum se anathematis vinculo colligasse; ab Ecclesia tamen potioribus membris excommunicationem concessam, non nisi ipsorum consilio denegat se posse dissolvere, concessio nimirum utrimque synodalis audientiae iure. Ad hoc etenim Ultramontanis affirmat, se quotidie litteris impelli, & maxime Metropolitanum Moguntini. Hae ipse, quibus vides praeter ceteris Adalbertum Archiep. Moguntinum adversus Imperatorem pro Romani Pontificis ju-

PAGIUS

IX.

Fabula de Bernardo & de Burdino confecta refelluntur.

gionensem invasisse; sed & a Bernardo Toletano Archiep. S. Sedis Legato ab officio Episcopali interdictum fuisse. Secundo, ante praesentem annum respiciunt, & plenius satisfecisse, cum Paschalis II. eo currente eum Legatum pacis ad Henricum Imp. miserit. Baronius anno MCIX. num. II. refert ex Mariana lib. X. cap. VIII. Alphonsum Aragoniae Regem Bernardum per biennium in exilium misisse. Verum cum hoc in aliis Hispanis Scriptoribus non legatur, suspicor biennium illud, quo Auctor Vitae Paschalis II. affirmat, Burdinum a suo Episcopatu abfuisse, errandi causam Marianae dedisse, eumque inde inculisse Bernardum ab Alphonso Rege per biennium relegatum esse. Secundo, Baronius ibidem ait, Burdinum illius exilii captata occasione Romam venisse, atque oblata pecunia petiisse a Paschali II. in Bernardi locum intrudi, sed cum execratione rejectum a Paschali II. se contulisse ad Henricum Imp. quem eadem jam coepisse adversari intellexisset. Quam in rem laudat Rodericum lib. VI. cap. XXVII. & XXVIII. & citare potuisset Romualdum Archiepiscopum Salernitanum, acerrimum Tolletani Primatus defensorem, qui nundinationem illam commemorat, licet non illo tempore, quo Baronius pronunciat ista evenisse. Verum tot contradictionibus implicata est narratio illa apud Rodericum, ut fabulae simillima videatur. Nam tradit Rodericus id evenisse statim post mortem Urbani II. cum tamen eo tempore Burdinus nondum Archiepiscopus esset, nullaque haecenus controversia verfaretur Paschalem inter & Henricum, nulla Bernardum inter ac Burdinum. Secundo vanitas istius Rodericianae descriptionis ex eo deprehenditur, quod illic scriptum sit Burdinum ad Sedem Apostolicam evectum ab Imperatore eo ipso tempore, quo Paschalis Papa in custodia Regia erat; denique quod affirmet Pas-

re propensius laborasse, quem antea auctorem vidimus violentiae in Paschalem per eundem Henricum exhibitae.

VIII.

Hoc item anno, quo Henricus Imperator reversus est Romam, contigit a Rege & Episcopis Angliae legatio Radulphi Archiepiscopi Cantuariensis, & Herberti Episcopi collegae ad Paschalem Papam. Hujus autem decernendae legationis occasio ea praecessit, quod per mota est ibi quaestio occasione Legatorum Apostolicae Sedis, sua, non quae sunt JESU CHRISTI quaerentium, & proxime ob Petrum Leonis Cardinalem legatione ibi male perfunctum, adeo ut Henricus Rex provocandum potaverit ad antiqua privilegia, quod scilicet Cantuarienses Archiepiscopi fungerentur legatione Sedis Apostolicae, ex privilegio S. Gregorii Papae illi Ecclesiae concessio ob idque diceret in Angliam alium non esse mittendum Legatum, sed satis esse debere, vice Pontificis Romani esse ibi semper Legatum ipsam Cantuariensem Archiepisc. Ad haec igitur conservanda sibi jura, & ad propulsandam Legatorum ingruentium rapacitatem, Henricus Rex

De legationibus in Angliam mittendis controversia.

(a) VIII. Malm. de Gest. pont. Angl. l. 1.

IX. Paschal. Pap. ad Anglo. epist.

X. Paschalis II. Ecclesia Cantuarien. Privilegia confirmat.

chalem diem suum obtulisse apud Cajetam, & Imperatorem illum Ortonem appellet; quae omnia a veritate aliena. Aequum falsum est quod ait Romualdus, Burdinum, defuncto Toletano Archiepiscopo, largita Paschali Papae thesauri copia petiisse ab eo Toletanum Archiepiscopatum, sed obtinere non potuisse, licet Paschalis pecuniam accepisset. Quippe Bernardus superites fuit Paschali II. quem aliunde constat Burdino postea gratificatum esse, eum adversus vim Bernardi defendisse, suumque Legatum constituisse, ut concordiam procuraret inter Sacerdotium & Regnum.

A num. VIII. ad XI. Radulphus Cantuariensis Archiepiscopus, qui pro Ecclesiae suae causa Romam petebat, Paschalem II. ex Urbe fugatum non nisi Beneventi convenire potuit: Quoniam, inquit Eadmerus lib. 5. Dominus Papa, propter discordiam, qua illis diebus inter ipsum & Imperatorem erat, & Romanos, Beneventi morabatur: nec Radulphus usque ad eum, partim propter corporis sui imbecillitatem, partim propter praefatam discordiam; cuius causa, omnibus ad Papam ire volentibus, graver insidia ab incolis struebantur, nullatenus accedere poterat: missis nunciis cum litteris, innotuit ei, & adventum, & adventus sui causam usque Romam: quod ille benigne suscipiens, & verba eorum moderata aequitate lance perpendens, juxta negotii modum scripsit Episcopis Angliae & Regi. Refert postea Paschalis II. literas Episcopis Angliae & Henrico Regi, Beneventi non. Kalend. April. datas, quibus Pontifex rescribit, se Cantuariensis Ecclesiae Privilegia confirmare. Hujus Legationis substantia fuit Legatorum rapacitas. Verum non Petrus, uti scribit Baronius, sed Anselmus vices Apostolicas in Anglia administrare jussus fuerat; Petri enim Legatio ad annum MCXXI. pertinet, ut ibi videmus.

Interim Anselmus, qui Legationem suam Re-

XI.

CHRISTI
1117.

PASCHALIS II. PAP.
18.

HENRICI IV. IMP. 7.
ALEXII COMN. IMP. 37.

Rex Romam magni ponderis legationem credidit Radulpho Cantuariensi Archiepiscopo, cui additus nomine Episcoporum, & Regis Legatus Herebertus Episcopus Norwicensis; qui cum Romam pervenissent, Paschalem Papam ibi non invenerunt. Nam (ut tradit Vvillielmus hujus temporis auctor (a) absens tunc erat, Beneventique morabatur. Obsederant enim, inquit, Imperatoris satellites, qui tunc secundo Romam armis terrebant, medios calles; nec potuit Archiepiscopus potiri Papae colloquio nisi per internuntios. Illi quid apud Papam egerint, epistola manifestabit; quae sic se habet:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Angliae Episc. & charissimo filio Henrico illustri Regi salutem & Apostolicam benedictionem. Veniente ad nos charissimo & reverendissimo fratre nostro Radulpho Archiepiscopo, vestram ad nos missam legationem per venerabilem Episcopum Herebertum Norwicensis cognovimus. Et quidem gravibus infirmitatibus molestis impediti iidem fratres & Coepiscopi, pervenire ad nostram praesentiam minime potuerunt. Sed Nuntiorum honestis venerabilibusque personis pervenientibus, eorum scripta suscepimus: in quibus & ipsorum postulationes, & vestra legationis vota perspeximus. Id enim optabatur, ad possebatur, ne Ecclesia Cantuariensis temporibus nostris sua dignitate priveretur, ne nos eandem dignitatem minuamus, aut minui sinamus qua videlicet potita est, ex quo a B. Gregorio per beatum Augustinum fundata est. Praeter haec litterarum iudicia, Legati, qui ad nos missi sunt, ut sapientes ac strenui viri, assertiones suas prudenter, instanter, & efficaciter executi sunt. Nos profecto & Legatorum personas, & assertiones, & vestrum omnium legationes tanquam charissimorum fratrum benigne hilariterque suscepimus: quod vobis in Domino propter Dominum placere optamus. Vestra ergo dilectioni notum habere volumus quod Cantuariensis Ecclesiae dignitatem nec imminuimus, nec imminuere desideramus. Beatum namque Gregorium Apostolicae Sedis Pontificem, tamquam praecipuum Christi Domini membrum, tamquam Christiani populi Pastorem, & Doctorem, & tamquam salutis aeternae ministrum in omnibus vestrae Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS Anselmus Legatus Papa in Anglia Rotomagi remanet.

neramur; & rata esse cupimus quae ab ejus institutionibus processerunt. Illam ergo dignitatem, quam ab eo per beatum Augustinum Cantuariensis suscepit Ecclesia, & quam sanctae memoriae frater noster Anselmus jure ac possessione legitima tenuisse cognoscitur, nos profecto nullatenus imminuimus; sed in eo statu esse Cantuariensem Ecclesiam volumus, ut authentica ejus privilegia juxta canonum sanctiones nullis perturbationibus violentur. Data Beneventi, nono Kalend. Aprilis; anni sequentis scilicet, quousque Legati Romae detenti sunt ob malam valetudinem Cantuariensis Archiepiscopi, & (ut audisti) ob difficultates itineris conveniendi Pontificis Beneventi commorantis. Nam (inquit idem auctor) ita circa Romam plures dies Radulphus commoratus, modo in Imperatoris exercitu, Papa dumtaxat concessu, modo in Satrio colloquium opperiebatur Papae, quem rumor disperferat, jam jamque affore. Qua illi expectatione suspensus, perdidit impensam. Passi sunt autem praeter jus scandalum ex Anglis nonnulli, quod Papa quaerens authentica privilegiorum, ita negotium dimississet infectum; perinde ac si in re tanta fuisset praecipitanda sententia, cum praesertim in legationibus in Angliam affidue mittendis Sedes Apostolica antiqua potiretur possessione.

Hinc etiam nuper electus Archiepiscopus Eboracensis Turstinus sive Turstanus, cum cogeretur ab Archiepiscopo Cantuariensi ad professionem, ex privilegio ejus Ecclesiae, impulsu clericorum suorum Romam veniens, has ab eodem Paschali Papa ad Regem litteras imperavit: (b)

Paschalis Episcopus servus servorum Dei Henrico illustri Regi Anglorum salutem & Apostolicam benedictionem. Nos, auctore Deo, de probitate tua non tantum bona, sed meliora confidimus. Idcirco monemus excellentiam tuam, ut divinae gratiae memor semper existas, qui tibi & regni pacem, & justitiam notitiam tribuit. Honorem igitur Dei, & Ecclesiarum ejus in regno tuo diligenter observa, & justitiam efficaciter exequere: quia per honorem Dei tuus profecto augebitur. Audivimus electum Eboracensem virum sapientem & strenuum sine judicio ab E-

X. Causa Turstani Archiep. Eboracensis.

(b) Vvill. Malm. de Gest. Angl. Pont. lib. 3.

Paschalis pro Turstano ad Regem Angl.

Angliam pro exercenda Legatione sibi injuncta transiret, Rex, ut diximus, consentire noluit, ratione quam praebavimus, & aliis non minus rationalibus usis. Factam tamen denariorum collectionem, illique pecuniam consignatam dubitandum non videtur, sed incertum, inquit Alfordus hoc anno num. IX. an ad illam colligendam mare trajecerit Legatus.

A num.

boracensi Ecclesia sequestratum, quod ni-
mirum divina justitia & sanctorum Pa-
trum institutionibus adversatur. Nos qui-
dem neque Cantuariensem Ecclesiam mi-
nui, neque Eboracensem volumus præju-
diciū pati; sed eam constitutionem,
quæ a beato Gregorio Anglicæ gentis
Apostolo inter easdem Ecclesias constituta
est, firmam censemus, illibatamque ser-
vari. Idem ergo electus, ut justitia exi-
git, ad suam Ecclesiam omnimodis revo-
cetur. Si quid autem quæstionis inter eas-
dem Ecclesias nascitur, presentibus u-
triusque partibus in nostra presentia per-
tractetur. Hæc Paschalis pro Turstano,
qui absque judicio (ut audisti) fuisset
a sua Ecclesia separatus; cum tamen al-
ias (ut vidimus) Anselmi temporibus,
causam Cantuariensi adjudicasset contra
Gerardum Eboracensem. Sed quæ postea
obtinuerit idem Turstanus a Callisto Pa-
pa, suo loco dicitur.

XI.

Eodem anno cum ingens terræmotus
universalem Italiam quateret, inter ad-
miranda, quæ tunc accidisse, tum Pe-
trus diaconus (a) Cassinensis, tum alii
ejusdem temporis Scriptores narrant, sa-
tis illud Annalibus inseruisse, quod item
ab ejusdem sæculi Scriptore Rogerio sic
traditur: (b) Apud Longobardiam magno
terræmotu facto, & ut testati sunt qui
novere, quadraginta dierum spacio du-

(a) Petr.
dia. lib.
4. c. 64.

(b) Rog.
Annal.
Angl. hoc
anno.

PAGIUS
XII.
Terramo-
tus &
Conc. Me-
diolanen-
se.

Ad num. XI. In Octabis, inquit Chronogra-
phus Hildensheimensis ad hunc Christi an-
num, Sancti Joannis Evangelistæ late per Or-
bem terrarum & inauditio hætenus terra motu
terram concutitur. Maxime vero in Italia minax
hoc periculum per multos dies continuo desa-
vit, &c. Sigonius lib. X. de Regn. Ital. ait,
illum terræ motum Nonas Januariæ Italiam
concussisse, & eodem fere modo quo Sigonius,
describit illum Landulphus Junior cap. 31. a-
pud Puricellum in Monument. Basil. Ambros.
num. 325. Landulphus addit, Jordanum Me-
diolanensem Archiep. Concilium provinciale
in eadem urbe convocasse: Longobardorum ci-
vitates, & earum Pontifices, audita Legatio-
ne Jordani Archiepiscopi, & Consulum ejus-
dem urbis, in statuta die convenerunt Medio-
lanum in Prato sancto, quod dicitur Brolium,
ubi Archiepiscopus & Consules duo theatra con-
stituerunt. In uno Archiepiscopus cum Episcopis
& Abbatibus & Ecclesiarum Prælatibus & se-

rante, plurima domorum ædificia corrue-
runt. Et quod visu dictuque constat mi-
rabile, villa quadam prægrandis mota est
repente de statu proprio, jamque ab om-
nibus in loco longe remoto consistere cer-
nitur. Sed non hoc est, quod adeo di-
gnum Annalibus Ecclesiasticis putem,
cum de his licet mirandis, alia tamen
exempla apud Gentiles quoque Scriptores
legantur; sed quod ibi sic sequitur: Viri
Mediolani Patricia dignitatis dum de
Republica tractantes sub una residerent
turri: auribus omnium vox foris inso-
nauit, unum ex illis nomine vocans, &
festinato exire rogans. Quo tardante,
persona quadam apparuit, quæ vocatum
virum, ut egredere, prece obtinuit.
Exeunte illo, turris repente cecidit, &
omnes qui ibidem erant, casu mirabili
oppressi. In quo quidem renovata quis
non videat antiqua miracula, idque il-
li simile, cum (c) Angelus, ne peri-
ret justus cum iniquis, Loth illæsum.
cum suis eduxit e Sodomis? Quibus di-
seant homines, non nisi ex divina provi-
dentia, casu vero vel fato numquam in
communibus cladibus hunc perire, il-
lum vero ex insperato salvari.

Terræmo-
tus prodigi-
gia.

(c) Gen.
19.

Hoc eodem anno mortuus asseritur vic
inignis Robertus, auctor monasterii Fon-
tis Ebraldi. Qui enim eduxit populum
suum de Ægypto, & deduxit per defer-
tum

XII.
De mon-
ast. fon-
tis Ebral-
di origi-
ne.

dit: in altero Consules cum juris legum & morum
peritis. Atque in circuitu eorum affuit innumera
multitudo Clericorum & laicorum, mulierum quo-
que & virginum expectantium sepelitionem vitia-
rum, & suscitationem virtutum. Quid in hoc
Concilio, cujus in Collectione Conciliorum
nulla mentio, statutum fuerit, incompertum.
Subjungit Puricellus; Hæc autem atque hu-
jusmodi alia hoc ipso terræ motu tempore
agebantur Mediolani non ultra decem men-
ses ac dimidium, antequam Paschalis Papa
moreretur, sicut constat ex ejusdem Lan-
dulphi cap. 32. Mortuus autem ille fuit an-
no MCXVIII. medio mense Januario. Quam-
obrem Concilium illud & terræ motus in-
ciderunt in superiorem annum MCXVII. cir-
ca finem Februarii. [1]

A num. XII. ad XV. Anno superiori ex Vi-
ta Beati Roberti de Arbriffello Fundatoris Or-
dinis Fontis-Ebraldi a Monacho ejusdem Or-
dinis elucubrata, & ad diem XXV. Februa-
rii

XIII.

NOTÆ

[1] Concilium illud & terra motus inciderunt in superiorem annum MCXVII. circa finem
Februarii &c. De concilio Mediolanensi quidem id lubens admitto. De terræ mo-
tu vero plane nego; nam illud III. Nonas Januarii contigit; sed cum in Italia per plures con-
tinuatos dies sævierit, & huic terræ concussioni crebræ etiam Coeli procellæ accesserint; inter
quas XIII. Kal. Martii hora vespertina tetrior cæteris ingruerit, teste Annalista Saxone Ec-
cardiano; ideo non a terræ motu, sed a procellis hæc ducendi sunt decem illi menses & semis,
qui ad obitum usque Paschalis excurrerunt. Cæterum in Italia eadem die ac in reliquis Euro-
pæ partibus terræ concussionem illam accidisse prodit Scriptor Italus vetustus, author nempe
Chronici Veronenfis vulgatus Rer. Ital. tom. VIII. col. 62r. qui ad annum 1117. scribit:
Terra motus factus est magnus in Italia, & fuit IV. Junii (corrupte pro Januarii) disti mil-
lesimi. MANSI.

tum in adinventionibus suis: idem du-
cens populum Christianum per deserta
loca sæculi hujus ad terram felicioris pro-
missionis ipsum regnum cælorum, no-
vam in Gallia Religiosorum instituit vi-
vendi formam per servum suum Rober-
tum Parisiensem, in monasterio quod e-
rexit, dictum Fontis Ebraldi, in quo e-
tiam viri tamquam Dei Genitrici, Ab-
batissæ parerent. Hæc ut accipias, præ-
sciendum, quod monasterium Fontis E-
braldi nomen duxit a fonte loci in quo
situm est. Ferunt enim Ebraldum quem-
dam juvenem, genere nobilem, sed mo-
ribus corruptis, magna scariorum manu
stipatum, adiacentes vias regias latroci-
niis olim infestasse, silvasque tunc tem-
poris frequentes infestasse, quarum hodie-
que reliquæ manent non parvæ. Post
hæc Theologum quemdam Parisiensem,
eximæ doctrinæ virum, divinique verbi
concionatorem insignem, Robertum de
Abruscellis nomine, eo advenasse, san-
ctique exhortationibus suis non modo
juvenem illum, ut mores vitamque mu-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

taret, impulisse, sed multos præterea o-
mnium generum homines ad despicien-
dam sæculi vanitatem, austeriorisque vi-
tæ leges subeundas permovisse; ad quo-
rum habitationem distincta iidem in se-
ptis monasteria condidit, sua seorsim vi-
ris, virginibus, ægrotis, & mulieribus
reliquis ædificando. Universæ porro
Congregationi Abbatissam præposuisse,
quæ in omnes tum viros, tum fæminas
jus summum obtineret, statuens ut viris,
sancti Joannis Evangelistæ exemplo, vir-
ginibus seu mulieribus parerent, & hæ
vicissim B. Virginis exemplum sequentes,
religiosos, tamquam filios amplecteren-
tur. Statuta denique & constitutiones
pro utriusque separatim perscripsit.

XIII.

Cum ergo ad hunc modum recte insti-
tutum fuisset monasterium Fontis Ebral-
di, Reges & Principes, cæterique dy-
nastæ, magna mox veneratione illud pro-
sequi, & diversa ei bona largiri cœpe-
perunt; nonnulli etiam hujus congrega-
tionis Conventus in suis terris expetie-
runt, ita ut ex omnibus illis Conventi-
bus
Q o 2

PAGIUS

Mortur
Ivo Episc.
Carnoten-
sis.

rii a Bollandò recitata, cap. 3. ostendimus,
Robertum, postquam Ivonem Episcopum Car-
notensem, & Abbatem Bonævalis inter se dis-
sidentes reconciliavit, celebrasse Dominicam
Nativitatem, quæ tunc appropinquabat, Alta-
Brugeris, cœnobio a Carnotensi urbe parum
dissito. Nunc vero ex eadem Vita addendum,
peracta in eodem loco Dominica Incarnationis fe-
stivitate, dispositaque interiori & exteriori ejus-
dem loci Domini civis societate, iterum Car-
notensem rogatus advenit. Desunt quippe jam
fuerat Carnotensis Antistes, quem superius præ-
notavimus. Quare a recentioribus Criticis I-
vonis Carnotensis Episcopi doctrina & sanctitate
illustri mors aut cum anno MCXV. aut cum
anno MCXVI. male hæcenus alligata fuit; cum
Scriptor laudatus Vitz B. Roberti, qui hoc
tempore vixit, discrete indicet, Robertum,
quem hoc anno exeunte mense Februario de-
mortuum constat, uno aut altero mense I-
voni superstitem fuisse. Accurate itaque Ivonis
obitum tam Robertus de Monte (cujus germa-
num Supplementum ad Sieberti Chronicon Da-
cherius publicavit cum Operibus Guiberti de
Novingento), quam Matthæus Parisiensis in
Chron. cum præfenti anno copularunt. Utrique
suffragatur præsum Kalendarium Sancti Quinti-
ni Belvacensis, in quo ipse Ivo Abbas ante suum
Episcopatum fuerat, & varia moriens eidem do-
navit; in eo enim legitur: Kalend. Januarii obiit
venevanda memoriæ Magister Ivo, præ aliis sui
temporis Doctor insignis, primus Abbas hujus Ec-
clesiæ, postea Carnotensis Episcopus. Paulo post:
Obiit autem tantus vir iste anno Incarnationis
Christi MCXVI. pro cuius anima datus ad ele-
mosynam unum frumenti modium, ubi annus ille
MCXVI. a Paschate superioris anni exorditur.
In Martyrologio quidem Ecclesiæ Carnotensis
Ivo mortuus dicitur Idibus Decemb. anno Incar-
nat. Dom. MCXV. sed ex dictis, tam præfenti
quam superiori Christi anno, illud falsum esse
convincitur, sicuti & quod inscriptum est Ka-
lendario Ecclesiæ S. Joannis Carnotensis in Val-
le, cum obiisse X. Kal. Januar. anno ab In-

carvat. MCXV. utrumque enim Kalendaris lau-
datis, ut sæpe fit, post aliqua sæcula ab Ivo-
nis morte inferum; neque video hoc im-
posterum in controversiam venire posse. Sam-
marthani in Episcopis Carnotensibus referunt
quoddam Ivonis epitaphium in quo sic dicitur
sedisse annos XX. sed hujusmodi epitaphia ple-
rumque multis sæculis post eorum mortem,
in quorum honorem efformata, composita,
sunt; Ivonem enim annum Sedis MCXVII. in-
choasse, me demonstrasse arbitror.

XIV.

Sed præstat audire Robertum de Monte in
vero suo Chronico ad annum MCXVII. Mor-
tuus est hoc anno vir religiosus & magna li-
teratura Ivo Carnotensis Episcopus. Hic dum
esset juvenis audivit Magistrum Lanfrancum
Priorem Becci (in Normannia) de secularibus
& divinis literis tractantem in illa famosa
schola quam Becci tenuit, in qua & multi
& nobilitate seculari, & honestate morum con-
venerunt viri præditi, & qui postea ad sum-
mum apicem Ecclesiastica dignitatis, & reli-
gionis attigerunt; postea vero idem Ivo aliquan-
do præfuit & profuit Conventui Canonicorum
S. Quintini Belvacensis. Ad ultimum factus
est Episcopus: rexit Ecclesiam Carnotensem vi-
villiter & religiose fere annos viginti tres (le-
gendum viginti sex, scriptum erat xxv. &
progressu temporis extrema parte penultimi nu-
meri deleta, relicto est xxi. quod scrip-
tus contigisse suis locis observavimus). Reli-
quit autem multa monumenta industria sua reli-
gionis & sapientia, ædificando scilicet mona-
sterium Canonicorum S. Joannis de Valle, in
quo & sepultus est: & domus Episcopii facien-
do: & a malis consuetudinibus & exactionibus
Comitis Carnotensis idem Episcopium liberando
& multa utilia scribendo.

XV.

Pius V. Pontifex Romanus Canonicis Regu-
laribus Congregationis Lateranensis, Bulla an-
no MDLXX. emissa, festum ejus celebrare
concessit die XX. mensis Maii. Ejus Decreto
ante Gratiani tempora per sexaginta circiter
annos usi sunt Juristæ, illudque ab eo editum
anno

Auctor
fuit De-
creti Ju-
ris.

CHRISTI
1117.PASCHALIS II. PAP.
18.HENRICI IV. IMP. 7.
ALEXII COMN. IMP. 37.

bus constitutus fuerit Ordo, cujus caput esset idem monasterium Fontis Ebraldi: quem quidem authenticis bullis multi Pontifices approbarunt, docentes Ordinem

PAGIUS

anno MXC. ut docet Radulphus de Diceto in Abbreviat. Chronic. ad annum MXC. ubi ait: *Tuo Carnotensis Episcopus regularum Exceptiones Ecclesiasticarum in unum corpus adunavit huc usque*, id est usque ad illi Christi annum. Prologus enim huius Operis his verbis inchoatur: *Exceptiones Ecclesiasticarum regularum, partim ex Epistolis Rom. Pontificum, &c.* In ultima quidem editione Decreti Ivonis vox *Exceptiones* mutata fuit a Jureto in vocem *Excerptiones*, sed ipsemet in Notis ad illum Prologum eam mutationem recipiendam non esse his verbis satis declarat: „ In precedenti editione & in codice MS. S. Victoris Parisiensis, sicut etiam in omnibus Pannormia & Epistoliarum Ivonis MSS. & editis habetur *Exceptiones*. Sed quia Recentiores, dum illum citant, ut Antonius Augustinus & alii possunt, fuerunt *Excerptiones*; ex quorundam iudicio hic editum est. Ita Juretus. Verum iudicium illud non sequendum, sed rejiciendum erat; nam præter codices MSS. citatos & præcedentes editiones, Radulphus de Diceto laudatus, Sigebertus lib. de Illust. Ecclesie Script. cap. 168. & codex MS. Vaticanus num. 1358. habent, *Exceptiones*, non vero *Excerptiones*, & excipere aliquid memoria dignum ex sermone altissimi phrasia Ciceroniana est, ut liquet ex lib. 1. de Oratore 48. Denique Galterus, qui hoc ipso tempore Episcopus Magalonenfis erat, in Epistola ad Robertum Præpositum Insulanum loquens de Floribus Psalmorum a Lerberto sancti Rufi Abbate collectis ex expositionibus super Psalmos ab Augustino ac Cassiodoro & aliis Doctoribus editis, ait se illos transmittere, (sicut ab illo sancto viro sc. Lerberto) *floribus excepti sunt*, ex illis nempe expositionibus. Imo Hildebertus Archiep. Turonensis Collectionem Canonum a se factam inscripsit, *Exceptiones Ecclesiasticarum regularum*, ut ipsemet prodit in Epist. LXXXIII. Vera itaque Ivonis lectio *Exceptiones*, non vero *Excerptiones*.

XVI.
Sed non est
Ius Epi-
scopus.

Extant duæ Canonum ac Decretorum Collectiones antiquæ Ivoni attributæ, quarum una *Decretum Ivonis* vulgo vocatur, altera *Pannormia*, utraque eandem habens Præfationem a voce *Exceptiones* incipientem, sed Pannormia non est Ivonis Opus, sed Hugonis cuiusdam Catalaunenfis, qui Decretum in compendium redegit, teste Vincentio Bellovacensi qui lib. 25. Speculi Historialis cap. 84. de Ivone & eius Abbreviatore scribit: *Hic inter alia laudabilia qua fecit, Decreta Apostolica abbreviando compilavit & ordinavit. Quod quidem prius Isidorus in unum maximum volumen redegerat, nec sine magno sumptu transferri poterat. Hic autem & ipsa Decreta Apostolicorum abbreviavit, & per capitula distinxit, & multas sanctorum Doctorum sententias ad ea capitula pertinentes pariter interferevit. Hic liber Decretorum Ivonis apud nos pluribus locis reperitur, qui quoniam ipse quoque non parva quantitas, non est facile portabilis. Hugo Catalaunensis (legendum Catalaunenfis) ex eodem volumine abbreviato libellum portabilem legitur composuisse, qui & ipse apud nos est, & Summa Decretorum Ivonis appellatur. Baluzius U. Cl. in Præfatione ad Dialogos Antonii Augustini*

hunc ab illis verbis Christi: (a) *Ecce filius tuus, Ecce mater tua*, institutionis suæ originem, rationemque petiisse.

Mor-

de Emendatione Gratiani, notationibus eruditissimis a se illustrato existimavit, Vincentium loqui de quodam alio Opere, quo careamus, & Ivonem primo scripsisse Pannormiam & Præfationem eodem tempore confecisse, quæ postea magno Decretorum volumini Præfixa fuerit, cum ab una eademque Præfatione Decretum, ejuſque Abbreviatum initium sumat.

Sed hac in re Viro doctissimo assentiri non possum; cum Vincentius Bellovacensis seculo sesqui medio post Ivonem obierit, diserte testetur, se Hugonis Epitomen habere, & conjecturæ quæ ad eum Ivoni vindicandam in medium adducuntur, rem non evincant. Quod enim dicitur, hanc Epitomen diversam esse a Pannormia, quod Summa Decretorum Ivonis inscripta fuerit, & Pannormia in codicibus tam editis, quam MSS. nunquam Summa Decretorum appelletur, parum urget; cum isdem libris varii quandoque tituli appositi fuerint. Ex eo vero quod pauca sint, in quibus hæc duæ Collectiones inter se conveniant, non sequitur, Pannormiam non esse Epitomen Decretorum Ivonis, sed Pannormiam seu Epitomen, ac Decreta duorum esse auctorum. Denique Sigebertus, qui eodem, quo Ivo, tempore vixit, loco laudato unius tantum Operis de Canonibus ab eo editis mentionem facit, quod aliud esse non potest, quam ejuſ Decretum in libros XVII. divisum: *Composuit*, inquit, *inſigne volumen Canonum*.

Tam Decretum, quam ejuſ Summa seu Epitoma Pannormia nomine appellata reperuntur. Epitome enim, quæ in Bibliotheca Vaticana, uti jam monui, servatur, Pannormia Ivonis inscribitur, & hoc ejuſ initium. *Exceptiones Ecclesiasticarum regularum, &c.* Liber autem VIII. & ultimus Pannormie in eo Codice his verbis finitur: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*, estque sexcentorum annorum, quod cum ex characterum forma dignoscitur, tum ex Imperatorum & Romanorum Pontificum Catalogis eidem præfixis aperte colligitur. Hi enim eadem veteri manu, qua Ivonis Pannormia sunt exarati, & prior definit in Conrado II. id est, in Conrado Salico, alter vero in Joanne XIX. ut me per literas monere dignatus est Eminentissimus Card. Casanata. Quo ex Catalogo Rom. Pontificum, ut id obiter observem, colligimus Joannem, qui imperante Conrado Salico Ecclesiam Romanam rexit, appellatum fuisse Joannem XIX. non vero Joannem XX. ut eum Baronius vocavit. Decretum vero Pannormiam etiam didum fuisse, ostendit Trithemius in lib. de Script. Ecclesie, qui de Ivone ait: *Scriptis post Burkardum Vortmaciensem Episcopum ex canonibus Sanctorum compendiosum Decretum, quo ante Gratiani tempora utebantur Jurista, quod prænotavit Pannormiam libri X. ubi legendum, libri XVII.* Neque enim Trithemius de Ivonis Epitome intelligi potest; cum non ea, sed Decreto ante Gratianum uterentur Jurista, & incredibile sit, Trithemium Epitomen memorasse, & Decreti mentionem non fecisse.

Præter Ivonem duo alia fulgentissima Galliarum luminaria hoc anno extincta, Beatus nempe Robertus de Arbrissello, & Bernardus Tironii Abbas, cujus societas Roberto semper gra-

XVII.
Refellitur
contraria
sententia.XVIII.
Decretum
& Epitome
eodem
quando
que nomi-
ne appel-
lantur.

PAGIUS

Mortuum tradunt Robertum Regulæ auctorem, anno millesimo centesimo decimo septimo & S. Bernardo familiarem fuisse. Statuisse autem, ut cum Abba-

XX.
Mortuus.

Tum cap. 4. subdit: *Carnotensibus itaque pacificis, fidelis verbi domini dispensator Carnotensem urbem, nunquam ad eam postea remeaturus, reliquit, conjunctoque sibi Bernardo Tironii Abbate venerabili, cujus societas semper sibi gratissima fuerat, ad castellum quod populariter Blesis dicitur (Gallice, Blois) ambo simul pervenerunt. In eodem vero castello Vilhelmus diversensis religiosus Comes (hujus nominis secundus) incarceratus tenebatur ab anno sc. superiori, (ut ibidem ostendimus) eo quod Ludovici Regis Francie partes pro pace tenenda adversus Carnoti Comitem ipse tenebat. Hic etiam Vuillelmus exigentibus vita sua maritis utrique charus habebatur, &c. Visitato itaque sibi dilecto Comite, atque plus quam carceralis pena exigebat, confortato: duo illi visitatores, nunquam posthac in hac vita sese visuri inseparabiliter, ut ita dicam, sunt separati. Quod exeunte circiter mense Januarii currentis anni factum fuisse præfatus Monachus indicat. Qui paulo post narrat, Robertum Urfanum sui Ordinis monasterium non longe Carnoto & Fontebraldo distitum venisse. Tum refert quid Robertus egerit sexta feria, die nempe decima sexta mensis Februarii, dein quæ sabbato, die videlicet XVII. ejuſdem mensis, secunda feria, sc. die XIX. tertia feria, die nempe XX. & denique quarta feria ante obitum suum, die sc. XXI. Cumque post hæc de ejuſ morte verba faciat, apparet eam in eadem feria quartam, diemque XXI. mensis Februarii, sive IX. Kalendas Martii.*

XXI.
Annus
mortis e-
jus ac
tunc.

Honoratus quidem Nicquetius in Vita Gallica B. Roberti cap. 35. ait, juxta monasterii, Ordinisque Fontebraaldensis traditionem eum die XXIV. mensis Februarii demortuum; Henschenius vero ad diem XXV. ejuſdem mensis, Pavillonus in Vita Gallica ejuſdem inclyti Fundatoris, passimque omnes alii diem insequentem eligunt; sed Auctori Anonymo coætaneo, qui ejuſ vitam scripsit, manifeste contradicunt; is enim diserte docet, eum feria quarta spirituum Deo reddidisse, ideoque die XXI. mensis Februarii. Præterea evidens est corpus ejuſ non nisi post aliquot ab illius obitu dies terræ mandatum fuisse, utpote de longinquo adductum. San-Marthani enim in Archiep. Bituricensibus de Leodegario Archiep. Bituricensi verba facientes referunt Chartam ex tabulario Fontebra-

CHRISTI
1117.PASCHALIS II. PAP.
18.HENRICI IV. IMP. 7.
ALEXII COMN. IMP. 37.

tiffa, quam crearat, diem suum clauderet, ea illi succederet, quam Religioſa ipsæ suis suffragiis elegissent. Quod ab illis semper observatum est, quam-

denſi extractam, currentique anno, ipſoque die, quo B. Robertus sepulturæ mandatus, scriptam, in qua dicitur: *Eodem die, quo Magistri Roberti de Arbrissello corpus (Dei gratia DE LONGINQUO ALLATUM, in loco Fontis Ebraldi, quem Deo auxiliante fundavit) humatum fuerat, non minima multitudo Religioſarum personarum ad tanti viri funeris obsequium illic congregata fuerat, &c.* Denique Robertus in Monasterio Urfani leucis circiter quatuordecim a Cari fluvio distito hominem exiit, corpusque ejus, ut ad Fontem Ebraldum commodius devehere, navi impositum, solo corde Urfani relicto. Caris infra Turonas in Ligerim sese exonerat, ad quem fluvium positus est Candacensis vicus ubi divus Martinus Turonensis Episc. ultimam diem clausit. Locus ille Gallica leuca a Fonte Ebraldo distat, ut videre est in chartis Geographicis, & e Candacensi vico Gallice Candæ sacrum pignus terreſtri itinere ad Fontem Ebraldum devehctum est, ad quod inter tam navale quam terreſtre conficiendum tres aut quatuor dies insumpti. Quare Robertus nec die XXIV. nec die XXV. Februarii vita functus est, & tam in Chronico Andegavenſi Tom I. Biblioth. Labbeanæ, quam in Chronico Malleacensi, Tom. II. ejuſdem Biblioth. obitus nomine dies exequiarum intelligendus. In posteriori Chronico ad annum MCXVI. legitur: *Obiit Robertus de Arbrissello, Fundator Fontis-Ebraudi VI. Kalend. Martii*; in priori ad eundem Christi annum, *obiit Robertus de Arbrissellis quinto Kal. Martias, ipse fuit fundator Monasterii Fontis-Ebraudi*. Ex utroque eruo, corpus Roberti die XXIV. Februarii ad Fontem-Ebraldi pervenisse, & die insequenti seu V. Kalend. Februarii sepulturæ mandatum fuisse. Festo quidem S. Mathæi iste in diem sequentem in Martyrologio Ordinis Fontis-Ebraldi præleguntur; *Eodem die in Biturica patria, apud Urfanum, præclara dormitio Reverendi domini Roberti de Arbrissel Doctoris Theologi, venerabilis Presbyteri, ac carissimi Patris nostri, &c.* sed ea a paucis sæculis scripta; cum hoc tempore titulus iste, *Doctor Theologus*; nondum auditus esset. Certum itaque & indubitatum esse debet, Robertum, die XXI. Februarii jam inchoato ac currenti anno ad Deum migrasse, & utrumque Chronographum citatum a die Paschalis annum inchoare. Præter Monachum Fontis-Ebraldi, qui creditur esse Andreas Roberti discipulus, ejuſ vitam scripsit Baldricus Dolensium Episcopus anno MCXXXI. demortuus.

Licet Robertus Ecclesiam universam sanctitate sua vivens & mortuus illustrarit, calumniam tamen passus est a Roscelino heretico, & a quibusdam æmulis. Imo Goffridus Vindocinensis Abbas, Roberto amicus ad eum scripsit Epistolam XLVII. libri 4. in qua ait: *Feminarum quasdam, ut dicitur, nimis familiariter tecum habitare permittis: quibus privata verba sæpius loqueris; & cum ipsis etiam & inter ipsas noctu frequenter cubare non erubescis, &c.* Goffrido suppositam fuisse hanc Epistolam credere Sirmondus Editor Epistolarum ejuſdem Goffridi, Bollandus in Comment. prævio ad vitam B. Roberti, & Joannes a Ma-
nu Firma Fontebraaldensis Monachus in Difer-

XXII.
Purgatur
a calum-
nia in-
eum con-
fess.

diu electionum usus in monasteriis per-
manfit. Cæterum & quamdiu stetit eli-
gendi potestas & postquam auctoritate
Pontificis constitui Abbatiffæ cœperunt,
optimas semper easque memorabiles Ab-
batiffas sortitæ sunt, vitæ integritate,
ac sanctitate quam genere illustriores;
tamen pleræque Regum & Principum,
aut nobilissimorum certe equitum filia
fuerint. Inter quas eluxerunt Mithil-
dis Comitissæ Andegavensium filia, Guil-
elmi viduæ Henrici Primi Anglorum,
Regis filia, Mathildis altera filia Theo-
doricæ Comitissæ Flandriæ, viduæ item
Ducis Burgundiæ, Aloysiæ Ludovici ju-
nioris Francorum Regis filia, Joanna de
Brenna neptis Roberti filii Ludovici
Crassi Francorum Regis, Elisabertha so-
ror Philippi Valesii Regis, Maria de
Britannia Aurelianensis & Britannicæ Duc-
cum neptis, Anna Aurelianensis Ludovi-
ci XII. Regis soror, Renata de Borbo-

no filia Joannis Comitissæ Vindocini, Lu-
dovica de Borbonio soror primi Ducis
Vindocini, & Eleonora de Borbonio
ejusdem Ducis, & Francisæ Alinconiæ
filia, amita Henrici Quarti Christianissi-
mi Regis Francorum & Navarra: quæ
monasterium, in quo ducentæ præter
cæteros religiosos Deo dicatæ moniales
numerantur, Ordinemque universum,
moderatur magna pietatis, prudenti-
æ, sanctitatisque apud omnes opi-
nionem.

Observandum est, Mariæ Britannicæ
Abbatiffæ temporibus, ipsa procurante,
factam fuisse Ordinis reformationem,
juxta Regulam S. Benedicti, & statuta
Roberti institutoris, Xysti IV. Pontifi-
cis maximi auctoritate, qui Archiepi-
scopos Lugdunensem & Bituricensem de-
legavit ad eandem reformationem exe-
quendam: quæ nunc etiam in Fontis
Ebraldi monasterio, Prioratibusque cir-
citer

XIV.

PAGIUS fert. duplici de Epistola contra B. Robertum de
Arbr. conficta. Verum legitur ea in antiquissimo
Codice MS. Cenomanensi eadem manu scrip-
ta, qua cætera; extat pariter Florentiæ in
Bibliotheca Sanctæ Crucis, quæ domus est Or-
dinis nostri, ubi eam legi, quamque nuper
examinavit etiam Mabillonius in Museo Itali-
co Tom. I. pag. 164. qui testatur illarum Epi-
stolarum codicem scriptum esse Auctoris ætate.
Jam pag. 54. loquens de Bibliotheca Regine
Suevicæ dixerat, se in ea vidisse alterum Co-
dicem completentem Epistolas ejusdem Gos-
fridi ipsius ætate scriptum, & has inter Epi-
stolam ad Robertum de Arbriffello, cujus no-
men sola prima littera R. designatur. Sed
nec ea Epistola, neque alia Marbodi Episcopi
Redonensis, officium Roberti Sanctitati; utpo-
te quæ falsos tantum rumores continent, a
malevolis in eum sparfos. Etenim piissimum
virum, inculcata vita, alia Auctorum æqua-
lium testimonia, cæteraque omnia ab his ca-
lumnis abunde purgant, ut fuisse demonstrat
Natalis Alexander part. II. seculi XI & XII.
in Dissert. V. de Gosfrido Vindocinensi Abba-
te, & Marbodi Redonensis Episcopi Epistolis
Roberto de Arbriffello inscriptis.

XXIII. Mirum tamen videri non debet, Gosfridum
virum egregis monumentis ad omnem memo-
riam commendatum, quique tanto in numero
fuit apud Ludovicum VI. Francorum Regem,
Urbanum II. & Callistum II. mendaciis in Ro-
bertum confictis fidem adhibuisse; cum San-
ctus Bernardus Abbas Clarævalensis, cujus
major fuit existimatio apud Reges & Summos
Pontifices, & non minor in maximis rebus
& gerendis & sustinendis exercitatio, factioni
adversus Sanctum Vvillelmum, electum & con-
secratum Archiepiscopum Eboracensem inno-
center adhæserit, & infontem præfulatu mul-
tari curavit. Mortuo Archiepiscopo Eboracensi
pars major Vvillelmum Thesaurarium elegit Epi-
scopum, & Henricus Vintoniensis Episcopus sanctæ
Sedis Legatus, Vir tam natalibus, quam re-
ligione & pietate illustris illum consecravit.
Sed Osberto Archidiacono ejusdem Ecclesiæ,
homine turbulento & factioso intercedente,
varie sparfe per Angliam adversus Vvillelmum
criminationes, quæ sanctam Bernardum sedu-
xere, & effecere, ut pessime de illo sentiret

& scriberet. Non solum Innocentio II. sed
etiam Cœlestino II. Lucio II. & Eugenio III.
sedentibus. In Epistola CCXXXV. ad Cœle-
stinum II. data, quæ alias erat CCXXXIV.
ait Vvillelmum sibi vendicare electionem in præ-
fata Ecclesia impio cupere, & eum de pluri-
mis & pessimis pulsari. Vvillelmum appellat
idolum Eboracense, atque eum, cum non pos-
set per ostium, fodisse argenteo, ut ajunt,
sarculo, & intrusum fuisse. Subdit: Heu! No-
tus est Orbi triumphus Diaboli. Ubique per-
sonat plausus incircumcisorum & plantus bo-
morum, pro eo quod videatur sapientiam vicisse
malitia. Monstratur digito matris Ecclesiæ turpi-
tudo: Patris Innocentii (nempe Innocentii II.
Papæ) verenda irridetur, denudata a seruo ne-
quam (nempe a Vvillelmo) quoniam mortuam
putat sed vivit in vobis. Si is exitus im-
minebat, cur e longinquo Romam esse pertrahere
causa spurcissima, umbra magis & angulo di-
gnus? &c. Non dissimilia scribit sanctus Ab-
bas adversus Sanctum Præfulem Vvillelmum
in Epistolis CCXXXVIII. CCXXXIX. CCXL.
CCCLII. CCCXLVI. & in Epistola CCCLX.
ubi Vvillelmum pestem communem vocat. Et
tamen tunc Anglia Sanctiorem Præfulem non
habebat, neque majori apud alios multos vi-
ros piissimos existimatione pollentem, ut infra
vituri sumus. Magni itaque ac piissimi Viri
falsis relationibus quandoque decipiuntur, &
trahuntur in sententias a veritate alienas.
Sed sicut criminationes adversus Vvillelmum
Eboracensem excogitata non obstitere, quo-
minus Honorius III. eum Sanctorum catalogo
adscriberet; ita sperandum Sanctam Sedem
Roberto de Arbriffello Sanctorum honores, cul-
tumque tandem decreturam. Infra videbimus
B. Joachimum Congregationis Florentis in Ca-
labria Fundatorem prophetiæ dono clarum,
durius habitum fuisse.

XXIV. B. Roberto superstes fuit B. Bernardus Fun-
dator Congregationis de Tironio, ut jam dixi-
mus hujus anni initio, & fidem facit Chro-
nographus Malleacensis, qui hoc tempore vi-
xit, quique annum a Paschate exordiens, ad
annum MCXVI. narrata B. Roberti morte,
ait: Eodem anno obiit Bernardus Fundator co-
nobii Tironis, quod est in Pertico, septimo Ka-
lendas Martii, qui tamen colitur in monaste-
rio

citer sexaginta, qui ab illo pendent,
studiose observatur. Extat epistola D.
Bernardi (a) ad Episcopum Andegaven-
sem, de querela inter ipsam, & Abbatiffam
Fontis Everardi: ubi legendum E-
braldi; de hoc enim loquitur mona-
sterio, quod in diocesi quidem Picta-
viensis positum est, sed contiguos cum
Andegavensibus fines habet.

Sed & Petrus Venerabilis Cluniacen-
sis Abbas ejusdem Roberti meminit (b)
magno præconio, utpote qui fuerit in-
stitutor matris suæ B. Raingardæ in
vita spirituali, quæ viro defuncto pro-
fessa est monasticam regulam in Marci-
niacensi monasterio. Cujus res præla-
ta gestas, post ejus obitum ipse epita-
phio est profecutus, ubi pariter corru-
ptæ legitur monasterium ad Fontem E-
braudi, loco Ebraldi; meminit & ibidem
de ejusdem Roberti ex hac vita de-
cessu.

XV. Quod ad res pertinet Orientis, de
pœnitentia Balduini Regis hæc Tyrius
narrat: (c) Hierosolymam rediens, gra-
vi ex insperato correptus est aegritudine
qua eum supra vires defatigaretur; &
timeret deficere, lasam habens conscien-

PAGIUS rlo Tironensi die XIV. mensis Aprilis, ad quem
diem Henfchenius recitat ejus Vitam a Gau-
frido Grosso Monacho Tironensi & B. Bernar-
di discipulo elucubratam. Tironensium Mona-
chorum Religionem laudat Jacobus a Vitra-
co in cap. XX. Histor. Occidentalis, & Ti-
ronense monasterium in diocesi Carnotensi
constructum subest Congregationi S. Mauri.

XXV. Guillelmus Neubrigensis hujus faculi exe-
cutis scriptor, Roberto & Bernardo addit
Vitalis Saviniacensis cœnobii in confinio Nor-
manniæ, Aremorica & Cenomanorum anno
MCXII. conditorem; qui tres Viri cum Pe-
tro Pictaviensi Episcopo celeberrimo, anno
MCXV. juxta Chronographum Malleacensem
vita functo, non modo literis; sed omnibus
quoque virtutibus eminentur, sui que singuli
Monasterii, quasi de condito fundatores ex-
terunt. Hæc Neubrigensis lib. 1. cap. 15. In-
transmarinis partibus, sicut, a Majoribus acce-
pi (erat enim Anglus), tres memorabiles vi-
ri uno tempore fuerunt, scilicet Robertus cognomi-
natus de Arbusculo, Bernardus & Vitalis. Hi
non ignobiliter eruditi & spiritu ferventes
circuibant per castella & vicos, seminantesque
secundum Esaiam super omnes aquas, de con-
versione multorum fructus uberes colligebant,
pio inter se placito constituto. Quod Robertus
quidem seminarum communi labore ad meliora
conversarum sollicitudinem gerebat: Bernardus
vero & Vitalis maribus propensius providerent.
Robertus itaque famosissimum illud monasterium
feminarum de Fonte-Ebraudi construxit, & re-
gularibus disciplinis informavit. Bernardus ve-
ro apud Tironiam, & Vitalis apud Saviniacum
monachis regulaviter instituit suos quisque ab
aliis per quasdam præceptorum proprietates distin-
xit. B. Vitali quartus in Abbatiam successor fuit
Serlo, qui se cum triginta Abbatibus sibi subdi-
tis, præsentem Sancto Bernardo Cisterciensis
subjecit, ut sub Eugenio Tertii Pontificatu vi-
debimus. Baluzius lib. 2. Miscell. pag. 310. re-

ziam super eo quod legitima uxore inju-
ste abjecta aliam superduxerat: corde
compunctus & facti pœnitens viris reli-
giosis, & Deum timentibus aperiens con-
scientiam, reatum confessus est, satisfaci-
tionem promittens. Cui cum pro consilio
daretur, ut Reginam quam superduxe-
rat, a se dimitteret, abjectam vero ad
regiam unde deciderat, revocaret digni-
tatem, acquievit: & quod ita facturus
esset, sicut ei concederetur productior
voto se obligavit. Quod præstitit, dum
Reginam, quam super induxerat, in Si-
ciliam dimisit. Verum quod prior dimis-
sa fuerit revocata, non legimus. Mer-
tuus est autem idem Rex anno sequenti,
cum bello vexasset Aegyptum.

Eodem anno moritur Nicolaus Muza-
lon Patriarcha Constantinopolitanus, cum
fessisset annos vigintiseptem, ut testatur
Zonaras, qui his erat præfens, atque
ejus funus Imperatorem magnificis hono-
ribus profecutum fuisse. Ejus jussu re-
stituta fuisse Acta sanctæ Parasceves,
quæ Calicratæ colebatur, testatur Theo-
dorus (d) Balsamon, qui & ejusdem ci-
tat synodalia (e) responsa. Extat ejus-
dem Muzalonis (f) decretum de spon-
sa-

XVI. Obitus
Nicol.
Muzalii
Patriar-
ch. Const.
(d) Theo.
Bals. in
Synod.
Trull. c.
63.
(e) In Sy-
nod. Car-
th. c. 11.
& Nom.
Phot. tit.
13. c. 2.
in Concil.
Antioch.
c. 3.
(f) Cod.
Juris
Orien. l. 3.
sa-

fert Chronicon Saviniacense, quod his verbis
inchoatur: Anno Domini MCXII. beatus Vita-
lis eremita optimus seminiferus (idest, Ver-
bi Divini seminator) in confinio Normanniæ &
minoris Britannia edificavit Monasterium illud,
quod dicitur Saviniacum. Hic beatus vir mo-
dernas institutiones in aliquibus Cisterciensibus
semiles Monachis suis imposuit, virtutibus &
miraculis claruit, &c. Rexit Abbatiam annis
X. & anno domini MCXXII. gloriose migravit
ad dominum, & quidem XVI. Kalend. Octob.
ut in eodem Chronico legitur. Denique Ba-
luzius Tom. IV. Miscell. pag. 556. refert elo-
gium B. Abbatis in quo dicitur, Canonice
primo, post eremita bonus. Cœnobium Saviniæ
construxit, nempe in diocesi Abrincatenfi.

Ad num. XV. Balduinus Hierosolymorum
Rex, qui vivente adhuc uxore Adelaidem Ro-
gerii hujus nominis primi Comitissæ Siciliæ vi-
duam superinduxerat, eam hoc anno dimisit
quæ septem cum navibus in comitatu suo Si-
ciliam transfretavit, inquit Fulcherius lib. 2. 105.
Hist. Hierosol.

Ad num. XVI. Nicolaus Grammaticus Pa-
triarcha Constantinop. anno millesimo cente-
simo undecimo e vita migravit, cum, uti suo
loco monstravimus, Patriarchale solum anno
MLXXXIV. ante mensem Septembrem con-
scenderit, & Zonaras in Alexio Imp. scri-
bat: Patriarcha Nicolaus, Ecclesia per annos
viginti septem gubernata, senex admodum de-
cessit: cujus funus Imperator magnificis hono-
ribus profecutus, alium in Patriarchico folio
collocavit, ex fratre nepotem ejus, qui tum
Chalcedonensi præerat Ecclesiæ, in literis tum
profanis, tum sacris ab ineunte versatum ata-
te, quem ipse Imperator in Ecclesiâ declaravit.
In lib. IV. Juris Græco-Romani, ubi refertur
Series Episcoporum Byzantii, Nicolai successor
appellatur Joannes Hieronimon, cognomento
Chalcedonii. Extant in Bibliotheca Regia Cod.
912. Monachorum quorundam extra civitatem
Acum-

XXVI. Adelaïs
dimissa a
Balduino
Reg. Hie-
rosol.
XXVII. Moritur
Nicolaus
III. Pa-
triarcha
Constans.

CHRISTI
III 7.PASCHALIS II. PAP.
18.HENRICI IV. IMP. 7.
ALEXII COMN. IMP. 37.(a) Eod.
lib. 3.

salibus duorum consobrinorum, necnon decretum (a) de canonica præstatione suscipienda ab iis qui inicianur sacris ordinibus. Eiusdem extat synodalis epistola, continens rescriptum Alexii Comneni. Successit autem in locum ejus, ut idem Zonaras ait, unus ex diaconorum ordine patria Chalcedonensis nomine Theodorus. Quantum autem hic federit, in ferie Græca, quæ ponitur Constantinopolitanorum Patriarchatum, quæ ha-

PAGIUS

Accumiorum Quæstiones, & ad res responsa Synodi coactæ sub Nicolao Patriarcha & Alexio Imp. Eiusdem Operis aliud exemplar MS. affervatur in Bibliotheca Cæsarea, ut monet Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæs. Porro iste Nicolaus tertius hujus nominis fuit. Nicolaus vero Muzala, quem cum eo confundit Baronius, quartus hujus nominis appellandus, & de eo infra sermo erit. Huc retrahenda quæ anno sequenti Baronius de damnatione Bogomitorum sedente Nicolao Patriarcha facta, literis mandavit.

XXVIII.
Obitus
Magistri
Anselmi
Laudunensis.

Hoc anno e vivis excessit Magister Anselmus, Laudunensis Decanus, qui Lutetia & Lauduni per quadraginta & amplius annos Theologiam publice professus est. Dacherius enim, qui Guiberti Abbatis B. Mariæ de Novigento Opera publicavit, catalogum Decanorum Laudunensium ex tabulariis eruit, & iisdem Operibus annexit, hoc anno mortem ejus confirmat. Habuit discipulos celeberrimos & Magistros insignes, Willelmum de Campellis postea Catalaunensem Episcopum, Petrum Abaelardum, Gaufridum Britonem Dein Rotomagensis Archipresulem, aliosque. Hugo Metellus

betur cusa in codice Juris Orientalis, non legitur, sicut nec ejus successorum, scilicet Neophyti inclusi, Constantini, & Lucae Chrisoberges, quorum nec nominum quidem est aliqua mentio apud Nicetam Chronitam, ut plane divinare convincantur, qui textentes in factis feriæ Constantinopolitanorum Patriarchatum, multis omisis, loca certa singulis, quos recitant, tribuisse inveniuntur.

Mil.

Canonicus Regularis Ordinis S. Augustini in Abbatia sancti Leonis Tullensis, qui hoc ipso tempore floruit, scripsitque Epistolas plures ad viros sui temporis scientia vel dignitate illustres, nondum publici juris factas, in Epistola IV. ad Innocentium, de eo ait; Mortuo Anselmo Laudunensi & Guillelmo Catalaunensi, ignis verbi Dei in terra defecit, indeque Joannes Canonicus S. Victoris Parisiensis in Chronico MS. de eo, inquit, dixisse fertur Eugenius III. Deum spiritum ejus suscepisse, ne Scriptura periret. Glossam interlinearem aliisque reliquit ingenii sui monumenta, quorum pleraque adhuc inedita, quæ Natalis Alexander Sæc. XI. & XII. part. I. cap. VI. art. III. enumerat. Porro Anselmum hoc anno obiisse præter Pseudo-Robertum de Monte tradit Auctor Synchronus, cujus verba Martellus in Metrop. Remensi lib. 2. cap. 33. refert, & Anselmum plurimum laudat. Dacherius in Notis ad Guibertum de Novigento pag. 642. elogium Anselmi, & annum ejus emortualem descripsit ex Chronico Canonici Laudunensis cœvi hætenus inedito, & Nangius in Chron. eundem annum pariter signat.

Pasch.
Pap. re-
redit in
Urbem.

I.

Millesimus centesimus decimus octavus annus sequitur, Indictione undecima, quo Paschalis Papa moritur. Quomodo autem id acciderit, hæc ex Bibliothecario accipe: Præneste octavas Nativitatis Domini, atque etiam Epiphaniæ devotissime celebravit, & data licentia Legatis Joannis Imper. Constantinopolitani, quos ibidem receperat Præneste, quibus & in mandatis dedit, ut Imperatorem adversum Sarracenos vehementer animaret: liberaturus beati Petri basilicam, incautis hostibus Romanæ in porticum venit. Ob cujus inopinatum subitumque adventum tantus terror Ptolemaum & Farsensem Abbatem invasit, ut antequam dominus Papa daret pacem, peterent, sed desperantes de gratia, dimissis laniis in Urbe, latitare pararent. Jamque bonus Pontifex ad perficiendum, quod inceperat, machinas, & tormenta, & queque necessaria bello incredibili agilitate per biduum per suos parari fecerat, ut vicisse eum potius diceret, quam Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS
SÆC. XII.
An. Era
His. M.
CLVI.
An. Hegi-
rice
DXII.
inchoato
die 24.
April.
fer. 4.
A. C.
1118.
I.
Mortuus
Paschalis
II. Pap.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6611.

☉ 7. F. ☽ 17. P. 14. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 1118.

GELASII II. PAPÆ 1.

HENRICI V. REG. 13. IMP. 8.

JOANNIS COMNENI IMP. 1.

AD num. I. & seq. Paschalis II. uti refert Pandulfus Pisanus in ejus Vita apud Baronium, qui eam Petrum Bibliothecarium perperam credit, cum morbo affectus esset, venit in præneste, & B. Agapiti Ecclesiam ibidem dedicavit. Nativitatis domini vigiliis Romæ celebravit. Tandem carnis debitum solvit XV. Kalendas Februarii, sed dies ille procul dubio corruptus, uti ex ipso Pandulpho eruitur, qui subdit, post Paschalis II. obitum Episcopatum cessasse diebus tribus, quemadmodum videre est apud Baronium num. II. & apud Papebrocium in conatu Chronico-Hist. in Paschali II. Fieri enim non potest, ut Paschalis XV. Kalendas Februarii, seu die XVIII. mensis Januarii e vivis excesserit, & die XX. vel XXI. ejusdem mensis Gelasius II. ejus successor electus fuerit; cum hujus mors contigerit anno sequenti die XXIX. mensis Januarii, postquam sedisset annum unum & dies quatuor vel quinque, ut ibidem videbimus; alioquin Sedes vacasset, non dies III. sed dies VII. Loco itaque XV. Kalend. Februarii, legendum, XII. Februarii, quo die Paschalem II. vita functum esse recte scripsere Petrus Diaconus lib. 4. cap. 66. & Chronographus Malleacensis. Hanc nostram emendationem certam reddit ipsemet Pandulphus, qui narrata ejus morte ait: In sede propria, in Patriarchia, in dextro latere tem-

JESU CHRISTI
ANNUS
1118.PASCHALIS PAP. II.
ANNUS
1.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMNENI IMP. 38.

victurum. Sed dum quod voluit fecit: Dominus vitam ejus, quam ob gratiam distulit, ob debitum terminavit. Biduo post reditum tanto arctius ob laborem itineris, populique frequentiam infirmatus in eum convalescit, quanto remissus, & quietis assiduitate, & sedulitate obsequii ante defecerat, vir sanctus moriebatur & operabatur. Convocatis Patribus, ut in constantia Fidei, & sinceritate veritatis Deum sequerentur, injunxit: ut caverent dolos ab his, qui intus erant & extra in execratione Guibertinorum, ac enormitatis Teutonice: se invicem diligerent, & invicem idem dicerent, & ipsum verum, quem diligerent in omnibus Deum tenerent.

Post hæc unctus oleo sacro, facta confessione, peractis in eo omnibus, prout decuit, secundam sanctæ Ecclesiæ ritum, psallendo cum psallentibus, media nocte, ut qui de tenebris properabat ad lucem, senex honestus, carnis debitum solvit, decimo quinto Kalendas Februarii. Corpus ejus

II.
Mors at-
que se-
pultura
Pasch.
Pap.

pli, in mausoleo purissimi marmoris mirifico opere sculpto XI. Kalendas Februarii collocatus; indicat enim Paschalem II. die præcedenti, nempe XII. Kalend. Februarii, e vivis abiisse, sequenti die terræ mandatum esse. Hinc Falco, qui annum a die prima mensis Martii incipit, diem sepulturæ cum die mortis, ut sæpe fit, confundens, scribit: Hoc anno MCXVII. Paschalis Papa obiit XI. Kal. Februarii, & Gelasius Papa eligitur. Dies mortis Paschalis II. etiam corrupte descriptus apud Simeonem Dunelmensem in Histor. de Gest. Reg. Angl. Hovedenum pag. 474. & Bromptonum pag. 1007. ubi traditur, Paschalem XV. Kal. Februarii demortuum, sicuti & in Chron. Walteri Hemingford Tom. II. Collect. Oxoniensis.

Cum itaque Paschalis II. die XIV. mensis Augusti anni MCXIX. Pontifex Rom. ordinatus fuerit, Ecclesiam Romanam rexit annos XVIII. menses V. dies VII. si dies emortualis excludatur, ut habent Auctor Magni Chronici Belgici ex Bernardo Guidonis, Joannes Ceccanus in Chronici Fossæ Novæ apud Ughellum Tom. I. Italiae Sacre, Martinus Polonus in Chron. Wernerus in Fasciculo Temporum, & duo ex nostris Catalogis, vel dies VIII. si dies emortualis includatur, ut in uno ex iisdem Catalogis dicitur. Verum quidem est, Baronium num. II. referre locum Pandulphi hoc modo: In mausoleo purissimi marmoris thalassico opere sculpto, undecimo Kalendas Februarii collocatus est; cum sedisset annos XVIII. menses V. dies IV. sed locus ille tam a librario, quam ab interpolatore corruptus; loco enim, thalassico, legendum, mirifico & reicienda hæc verba, cum sedisset, &c. quæ in aliis Pandulphi Exemplaribus non extant, & veritati contraria sunt. Ex quibus consequens est Papebrocium citatum perperam scripsisse Paschalem II. e vivis excessisse XVIII. die Januarii, sedisse annos XVIII. menses V. dies V. & sedem post ejus mortem vacasse dies XII. recte vero Onuphrium in Chron.

ejus balsamo infectum, & ut habet ordo, sacris indutum vestibus, cam exequiis debitis, & honore digno, cum frequentia Cleri, & populi deportatur. Non culibet tanta gleba imposta est deportanda, sed ab ipsis Patribus honorifice est deportata in basilicam Salvatoris, sede propria in Patriarchio, dextero latere templi in mauseleo purissimi marmoris thalassico opere sculpto, undecimo Kalendas Februarii collocatus est, cum sedisset annos decem & octo, menses quinque, dies quatuor. Qui beatissimus complures fecit ordinationes per diversos menses, creavit presbyteros quinquaginta, diaconos triginta, Episcopos vero centum, consecravit Ecclesias viginti, Romæ vero Ecclesiam sancti Hadriani in Tribus foris secundo anno Pontificatus sui dedicavit, & Ecclesiam S. Mariæ positam in Regione Areolæ, in loco qui vocatur Monticelli, similiter consecravit. Verum & Ecl. sanctorum Quatuor Coronatorum, quæ tempore Roberti Guiscardi destructa erat, a fundamentis refecit, & consecravit anno Pontific. sui decimo septimo, mense Januarii, die vigesima. Cessavit Episcopatus ejus diebus tribus. Hucusque Bibliothecarius. Porro de eodem in archivo sanctæ Lateranensis Ecclesiæ mentio est, quod idem Paschalis Papa Secundus ordinem Canonicoꝝ Regularium in Ecclesia Lateranensi renovavit.

III. Inter alia monumenta Paschalis Papæ extat epistola data ad Pontium Abbatem Cluniacensem, de non porrigenda

PAGIUS Chron. Eccles. qui Vitam Paschalis II. a Pandulpho scriptam viderat, uti anno MC. indicavimus, litteris mandasse Paschalem II. duodecimo Kalend. Februarii animam Deo reddidisse, cessasse Sedem dies III. & Gelasium II. ejus successorem electum fuisse octavo Kalendas Februarii. Hunc enim electum esse die XXV. mensis Januarii, non vero XXXI. ejusdem mensis, ut arbitratur Papebrocius, ex dicendis in morte ejus apparebit. Non hinc discedam, quin monero, Chronographum Sancti Petri Vivi apud Dacherium Tom. II. Spicilegii, qui die non memorato ait, Paschalem II. obiisse anno MCXVII. annum a Paschate inchoare, quod aperte liquet ex donatione quadam ab eo anno MCXIII. summarie recitata, in cuius calce dicitur: Factum est hoc in fine istius anni de quo agitur, VII. scilicet Idus Martii; eo enim anno, qui nobis est MCXIV. Paschale die XXIX. Martii celebratum, & ab eo tantum Chronographus ille annum MCXIV. exorsus est.

III. Joannes Diaconus junior Basilicæ Salvatoris Patriarchii Lateranensis Canonicus in libello suo de Ecclesia Lateranensi, a Mabillonio Tom. II. Musei Italici vulgato, refert retro sub absida esse sepulturas Apostolicorum, inter quos istos numerat: Ibi prope jacet Leo Papa V. & Agapitus Papa II. juxta sepulchrum ejus. Inde per directum ad dexteram jacet Paschalis Papa II qui salubri providentia ac studio renovavit Ordinem Canonicum in ista Ecclesia; juxta quem

da communione intincta, sed seorsum in specie panis, & specie vini seorsum. Hæc ut accipias, consulendus est tibi Micrologus, cujus auctor, ut dictum est, claruit sub Gregorio Septimo: iste enim de vitanda intinctione scripsit (a) capitulum, in cujus exordio: Non est autem, inquit, authenticum, quod quidam corpus Domini intingunt, & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt. Nam Ordo Romanus contradicit, &c. Cum autem nec sic quidem reprehensus pravus subintroductus usus in communionem cessaret, Paschalis Apostolicam adhibens auctoritatem, de his cavendis, & revocando usu pristino scripsit ad Pontium Abbatem Cluniacensem hanc epistolam, quam reperimus in scripto Chronico Cluniacensi verbis istis:

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, carissimo filio suo Pontio Cluniacensi Abbati salutem & Apostolicam benedictionem.

Scribens ad Cæcilium beatus Cyprianus, ait: Quando aliquid Deo inspirante, & mandante precipitur, necesse est Domino servus fidelis obtemperet, excusatus apud omnes, quod nihil sibi arroganter assumat, ne aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecit. Igitur in sumendo corpore, & sanguine Domini juxta eundem Cyprianum Dominica traditio servatur, nec ab eo, quod Christus magister & præcepit & gefcit, humana & novella institutione discedatur. Novimus enim per se panem, per se

(a) Mi. r. c. 19.

Epist. Paschalis. Papæ ad Pontium Cluniac. abbatem.

jacet Callistus Papa II. &c. Secus ipsum requiescit Honorius Papa II. ac deinde penes ipsum Cælestinus Papa II. Joannes autem Diaconus junior libellum suum Alexandro Papæ III. dicavit; licet enim quotus hujus nominis Alexander ille fuerit, non memoret, evidenter tamen se de eo loqui pag. 570. insinuat, quando ait, in una absida esse altare sanctorum virginum Rufina & Secunda, sub quo recondita sunt pretiosa earundem corpora, quæ inventa sunt ab Anastasio Papa IV. felicitis memoria, antequam Apostolica dignitate sublimaretur, & post ipsarum inventionem fabricato altari ad honorem earundem propriis manibus consecravit ipsum altare adstantibus nobis omnibus, & presentibus Canonicis Basilicæ Salvatoris, &c. Faretur tamen Joannes Diaconus in præfata Epistola dedicatoria Libellum illum antiquum esse, seque tantum addidisse, quæ vel propriis oculis vidit, vel ab antecessoribus veridica relatione cognovit. Sed post Joannem Diaconum libellus ille rursus interpolatus, cum in eo pag. 570. paulo scilicet antequam de Anastasio IV. verba faciat, referat Decretum consecrationis cuiusdam altaris de mandato domini Bonifacii Papa VIII. factæ, imo & in eodem libello pag. 569. sermo sit de sepultura ipsius Alexandri III. & aliquot Successorum ejus.

A num. III. ad XVII. Paschali II. successit Gelasius hujus nominis II. Campanus, patria Cajetanus, antea Joannes Cajetanus, S. R. E. Archidiaconus, cujus Vitam scripsit Pandulphus Pisanus familiaris ejus, quam Papebrocius laudatus ex MS. Antuerpiano integrum exhibet, & Pandulphum perperam Alertinum vocat. Eam Constantinus Abbas jam anno MDCXXXVIII. Romæ cum proluxis Commentariis ediderat. Baronius complura ex eadem hic recitat; sed cum Falco hujus temporis Scriptor de Gelasio II. electione etiam sermonem habeat, nobis ejus verba ad Annalium Eccles. illustrationem referenda: Factum est, inquit Falco, cum profatur Pontifex Gelasius ad Pontificale solium fere totius populi Romani unanimi voto & concordia eligeretur, Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus, circa Romanam Sodom morantibus, missos Apulia quoque partibus delegavit, ut ad ejus consecrationem diem convenirent. Erat quippe, ut retulimus, cum electus fuit, Diaconus & Cancellarius, qui quidem non nisi in canonico jejuniis

IV. Gelasius II. electus Pontifex Rom.

se vinum ab ipso Domino traditum. Quem morem sic semper in sancta Ecclesia conservandum docemus atque precipimus, præter in parvulis, ac omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt. Quibus satis communicari in sanguine. Sed quod nec sic cessaretur ab usu introducto intinctionis: communionem sub una tantum specie panis, sancta frequentare postea coepit Ecclesia. Sed transeamus ad Paschalis successorem.

Quæ autem sequuntur in codice Vaticano Acta successoris, scriptis mandata sunt a Pandulpho subdiacono, qui præfens aderat, cum ea fierent, atque in primis a primordiis ipsius Gelasii junioris, qui Paschali successit, est exorsus orationem. Hunc quidem natione Campanum, patria Cajetanum, Joannem nomine nuncupatum, professione monachum Cassinensem, ordine diaconum S. R. E. Cardinalem, munere Cancellarium fuisse, omnes affirmant. Pandulphus, qui res ab eo gestas ab ortu describit, cum suo Oderisio Abbate monasticis institutis imbutum narrat, ab Urbano Papa ad munus Cancellariæ adscitum, a Paschali autem Papa diaconum Cardinalem creatum Diaconie sanctæ Mariæ in Cosmedin appellatæ. In quo munere cum innocentissime sicut & vigilantissime se gefisset, dignus est habitus inter tot Cardinales, qui Romanus Pontifex crearetur. Sane quidem magnopere laudatus habetur Gelasius etiam Germanorum Scriptorum elogiis. Nam Urspergensis hæc de eo: Pro quo Paschali Joannis Cajetanus, vir prudens & venerandus, in Romana semper Ecclesia irreprehensibiliter eidem Apostolico collaborans eligitur, &c. Quomodo contigerit ejus electio, & quanta patium oportuerit a schismatici Imperatoris fautoribus, exacte Pandulphus describit, atque:

IV. Interim autem, Paschali Papa defuncto, venerabilis Pater dominus Petrus Portuensis Episcopus, qui primatum post Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS dulphus Pisanus familiaris ejus, quam Papebrocius laudatus ex MS. Antuerpiano integrum exhibet, & Pandulphum perperam Alertinum vocat. Eam Constantinus Abbas jam anno MDCXXXVIII. Romæ cum proluxis Commentariis ediderat. Baronius complura ex eadem hic recitat; sed cum Falco hujus temporis Scriptor de Gelasio II. electione etiam sermonem habeat, nobis ejus verba ad Annalium Eccles. illustrationem referenda: Factum est, inquit Falco, cum profatur Pontifex Gelasius ad Pontificale solium fere totius populi Romani unanimi voto & concordia eligeretur, Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus, circa Romanam Sodom morantibus, missos Apulia quoque partibus delegavit, ut ad ejus consecrationem diem convenirent. Erat quippe, ut retulimus, cum electus fuit, Diaconus & Cancellarius, qui quidem non nisi in canonico jejuniis

Papam per longa jam diutius tempora detinuerat, cumque eo omnes presbyteri ac diaconi Cardinales de eligendo Pontifice, & in commune communiter, & singulariter singuli pertractare ceperunt pro domino Cancellario in monasterio Cassinensi commanente. His sic gestis, modis omnibus ipso infcio, Nuntius de repente comparuit, qui Cancellarium ipsum juxta quod acceperat in mandatis, ad Cardinales Romam cum omni faceret celeritate redire. Quid moror? Tristis Frater Joannes morte tanti Patris sui protectoris, ac mærens, prout obedientia filius, poscit mulam, ascendit, maturoque itinere Urbem intravit, fratres ac filios adunavit, commonuit. In crastinum vero, secundum quod condixerant, honorabilis Pater prænominatus dominus Portuensis, Cencius Sabinenfis, Vitalis Albanenfis, Lambertus Ostiensis Episcopi, Dominus sancti Martini, Bonifacius sancti Marci, Desiderius sanctæ Praxedis, Joannes de Cervia sancti Chrysogoni, Petrus Pisanus sanctæ Susannæ, Saxo de Anagnino sancti Stephani in Cælio monte, Amicus sanctæ Crucis, Sigizo sancti Sixti, Amicus Sanctorum Nerei, & Achillei, L. sanctæ Cecilie, Deusdedit sancti Laurentii in Damaso, Anastasius sancti Clementis, Rainerius SS. Marcellini & Petri, Benedictus sancti Petri ad Vincula, Conradus sanctæ Prudentianæ, N. sanctorum Joannis & Pauli, Thebaldus sanctæ Anastasie, Gerardus sanctæ Priscæ, Guido sanctæ Balbinæ, Gregorius sancti Laurentii in Lucina, & sex alii presbyteri Cardinales: nam Hugo de Alatro presbyter Cardinalis, qui Arcem Circeam pro Paschali Papa tenuerat, paulo post rediit: item Gregorius sancti Eustachii, qui & Abbas sancti Andrea, Oderisius Sacrificanus sanctæ Agatæ, qui postea Abbas Cassinensis effectus est, Rosimanus sancti Georgii, Henricus sancti Theodori, qui & Mazariensis Decanus, Aldo sanctorum Sergii & Baccbi, Petrus Leonis sanctorum P p 2 Co.

tempore constituto consecrari poterat (quia Presbyteratus in quatuor temporibus conferebatur, & nullus tunc Romæ aut Papa, aut Episcopus aut Presbyter, unica ordinatione, ut alias factum fuerat, sacrabatur). Legatione itaque accepta Episcopus Trojana, Archiepiscopus Sipontina civitatis, & alii complures ad ipsius consecrationis solemnitatem properaverunt; sed priusquam memoratus electus Gelasius consecrationis acciperet dignitatem, Rex præfatus Henricus, instructis insidiis, noctis silentio Romam ingreditur, mensis Martii secundo die ingrediente. Apostolicus itaque Regis ipsius sic latenter deprehendens, reminiscens qualiter Rex ipse dominum Papam Paschalem ejus prædecessorem, & Cardinales fraude & dolo capisset, absque mora Cardinalibus convocatis fluvium Tiberis ingressus est. Deinde prosperis ventis more sulcantes pervenerunt Calenum; sed cum Calenum neque por-

Comitia pro creatione Gelasii Papæ II.

CHRISTI
1118.GELASII PAP. II.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.

Cosma & Damiani, Comes sancta Maria in Aquiro, Chrysoyonus sancti Nicolai in carcere Tulliano, & Stephanus sancta Lucia in Silice, Gregorius sancti Angeli aderant, & octo alii diaconi Cardinales: itemque Nicolaus Primitivus schola Cantorum, & subdiaconi palatii, & alii minoris ordinis clerici multi Romani, de Senatoribus ac Consulibus aliqui, praefer famuliam nostram.

V. *Hi omnes vitantes scandalum, quod in hujusmodi solet electionibus pro peccatis nostris accidere, non secus ac postea rei probavit eventus, ad locum tutissimum, veluti qui Curia cedit, in monasterio quodam, quod Palladium dicitur, infra domos Leonis, & Cencii Frangipanis pariter convenerunt, ut juxta scita canonum de electione tractarent.*

In quo loco videlicet post disceptationem diutinam, ac voluntates diversas,

PAGIUS *portum habeat, neque in mari positum sit, legendum Cajetam, quo juxta Pandulphi citati testimonium Gelasius appulit, & aliquo tempore moratus est.*

V. *Advenerunt Henrico Imp. Roma fugit.*
Rex autem Apostolici egressum cognoscens, ei apud Calenum (Cajetam) delegavit, quatenus Urbem reverteretur, quoniam ad ejus consecrationem libentissimo interesse & corroborare desideraret. Pontifex autem Gelasius nequitiam ejus & perfidia telum longe lateque cognoscens, Miramur, inquit, super talis tantique viri Legationibus, cum ad nos venturum se die Resurrectionis (Paschatis) nuper transmiserit. Nunc vero nocturno tempore, & ante conditum tempus comperimus eum adventasse. Ego vero Deo annuente consecrationis accipiens firmitatem, &c. Deinde electus ille Gelasius die constituto (die sc. quatuor temporum Martii, uti supra) a Cardinalibus, qui cum eo exierant, canonice & ordinate consecratus est apud Calenum (le-

nunc haec, nunc illa petentes, tandem aliquando, communicato consilio, illo etiam mediante, qui facit utraque unum pari voto ac desiderio in hoc unum unanimiter concordarunt, ut dominum Joannem Cancellarium in Papam eligerent & haberent. Nec mora, raptus ab omnibus, laudatur ab omnibus, approbatur ab omnibus necnon etiam ab Episcopis quorum nulla est prorsus alia in electione. Praesulis Romani potestas nisi approbandi, vel contra, & ad communem omnium Cardinalium primum, & aliorum petitionem, electo manus solummodo imponendi. Sicque invitus ac renitens dominus Joannes Cajetanus, qui hodie est Gelasius, in Papam, Spiritus sancti gratia mediante, electus est, & ab omnibus communiter in Summa Sede locatus, cunctis Dei magnalia collaudantibus. Haec tenus de legitima electione Gelasii Pandul-

ge Cajetam) mense Martio superius nominato. [I]

Baronius quidem num. XI. ex Pandulpho citato ait: In Papam Gelasium infra Kal. Martii consecratur, quod & exemplar, quo usus est Papebrocius, etiam habet, eandemque lectionem alii passim sequuntur. Verum textus Pandulphi eo in loco corruptus, sicuti & in exemplari Constantini Cajetani, quod habet infra Octavas Idus Martii, legendum enim infra Octavas Idus Martii seu Octavas Idus, ut loquitur Horatius ferm. I. Satyr. VI. indeque intelligimus, postridie, seu die nona mensis Martii Gelasium Presbyterum ordinatum, dieque decima, quae Dominicalis fuit, Pontificem consecratum. Inter Episcopos qui Gelasii inaugurationi adfuerunt, Pandulphus Riformem Barensem Archiepiscopum numerat, & tamen in Chronico Falconis ad annum MCXVII scriptum reperitur: Hoc anno Rifo Barenfis Archiepiscopus ab Argiavo civis Barenfi trucidatus est.

VI. Ordinator Pontifex Rom.

dulphus. Sed quae laeta ista tristitia admodum, & sancta ista sacrilega sint secuta, quae sicut calamus scribere, ita aures horrescant audire: sic ab eodem auctore, qui aderat accipere:

VI. *Hoc audiens inimicus pacis atque turbator jam fatus Cencius Frangipanis (erat hic inherens factioni Henrici schismatici Imp.) more draconis immanissimi sibilans, & ab imis pectoribus trabens longa suspiria, accinctus retro gladio, sine mora cucurrit, valvas ac fores frengit, Ecclesiam furibundus introit, inde custode remoto, Papam per gulam accepit, disfracit, pugnis, calcibus percussit, & tanquam brutum animal intra limen Ecclesiae acriter calcibus crucentavit, ut later tantam dominum per capillos, & brachia, JESU bono interim in navi dormiente, detraxit, atque domum usque deduxit, ubi eum catenavit, & clausit. Tunc de praesatis Episcopis, Cardinalibus, ac clericis, & multis de populo qui convenerant, alii ab apparitoribus Cencii modo simili vinciuntur, alii de caballis ac mulis, capite verso precipitantur, expoliantur, & inauditis undique miseris affliguntur, donec aliqui semivivi in domum tandem propriam remearunt: malo suo venit, qui fugere cito non potuit.*

VII. *Facta autem hac voce, convenit multitudo Romana, Petrus Praefectus Urbis, Petrus Leonis cum suis, Stephanus Norbmannus cum suis, Stephanus de The-*

PAGIUS *ff in via Canusina. Verum Falconis Chronicon eo Christi anno partim mutilatum, partim depravatum, ut observat Peregrinarius in Castigat. pag. 163.*

VII. *Burdinus si Antipapa.*
Pergit Falco: Pontificis ipsius responsum audiens (nempe Henricus Imp.) pestifero invento consilio Archiepiscopum quendam Hispanum (nempe Burdinum Archiep. Bracarensem) in Pontificem, & ut ita dicam, invasorem Ecclesiae constituit, & consecravit. Quod pluribus Romanis displicuit: Romanorum igitur complures, quorum mens erga Ecclesiam fidelitatem fixa manebat; visa ejusmodi haeresi & cognita, aiebant; Heu, heu miseri cum nos ex longo nostrorum patrum vetusto ritu, sine alicujus Regis adventu & licentia, pastorem eligebamus, consecrabamus quem volebamus. Nunc autem sine Regis permisso jam amplius alium neque eligere, neque consecrare ausi erimus. Quare plures e nobilitate Gelasio canonice ordinato apud Calenum (legendum Cajetam) legaverunt, dicentes; Vestra notescat Paternitati, Pater & Domine, nos & nostros amicos consecrationi illius excommunicati viri in Pontificem scelus constituti, nullatenus consilii & auxilii manus dedisse. Hoc in loco Falconis Chronicon valde mutilatum & corruptum; jam enim narrat Gelasium II. Paschatis tempore Cajetam venisse, inde Romam, & Roma Pisas.

VIII. *Burdinus seu Gregorius VIII. Antipapa postridie Kalendas Junias, ipso Pentecostes die Henricum Imperatorem ut Papa coronavit,*

CHRISTI
1118.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.

baldo cum suis, Stephanus de Berizone cum suis, Stephanus Quadraris cum suis, Buccaporcina cum suis, Bovisco cum suis, Berizasi cum suis. Regiones duodecim civitatis Romanae, Transiberini, & Insulani arma corripunt, cum ingenti strepitu Capitolium scandunt, nuntios ad Frangipanes iterato remandant, Papam captum repetunt & exoptant. Nihil mora. Territus Frangipanis, praesertim dominus Leo impietate subdola pius, Papam illico reddidit, pedes ejus amplectens, clamat irremissus: Domine miserere. Et sic pacatis inimicis argentibus, ut iterum Ecclesiam duris cornibus ventilet, evasit.

VIII. *Tunc sanctus Papa levatur, niveum ascendit caballum, coronatur, & tota Civitas coronatur cum eo; per sacram gradientem, Lateranum ascendit, banis & insignibus aliis eum praecedentibus pariter, atque juxta Romanum ritum moremque sequentibus. Sedit itaque Papa (ut videbatur) in pace. Frequentabant eum Comites & Barones, & qui pro responsis aliquibus veniebant, recipiebantur benigne, donec finito negotio, pro quo cuncti convenerant, accepta benedictione, redirent: tanquam a patre filii benignius per omnia tractabantur. Itaque Curia tota in pace habebat omnia, quae per Dei gratiam possidebat. Rediere omnes hinc & illinc extra Urbem morantes. Rediit & inter alios Hugo magnus ac nimium honorabilis Apostolorum presbyter Cardinalis a Circaea arce, quam et ob rabiem Teu-*

quem jam anno praecedenti ut Legatus Paschalis II. coronaverat. Hoc enim docet Petrus Diaconus in Chron. Casinensi lib. 4. cap. 64. Imperator interea cum oppidanis (nempe Turriculae) sedus intens, Romam rediit, ibique diebus Pentecostes ab eodem Herefarcha coronatus Liguriam rediit. Gelasius vero II. postquam Henricus Roma digressus est, in eam urbem clam venit: Magis peregrini quam domini, inquit Pandulphus, Romam, sicut Deus novit, intravimus. Latuit dominus Papa; melius quam hospitatus est in Ecclesia quadam, quae Sancta Maria in Secundo-Cereo dicitur. Narrat postea Pandulphus Gelasium II. cum nimis facile ad festum Sanctae Praxedis, quod Romae die XXI. mensis Julii celebratur, se se exposuisset, denuo invasum ab Henricianis, acriterque utrimque pugnatum esse; Henricianos deinde ab Urbe recessisse, & Gelasium II. illuc rediisse. Et quia Ravennates eorumque Archiepiscopus Gualterius ejus partes perpetuo secuti sunt, antequam Roma discederet, eorum voluntatem prolixè laudavit, & restituit Archiepiscopo eos Episcopatus, quos Paschalis II. Ravennati Ecclesiae in Synodo ad Gualtallum anno MCVI. coacta ademerat. Gelasii Diploma refert Rubens lib. V. Hist. Ravennae in cujus fine legitur: dat. Roma per manus Chrysoyoni S. R. E. Diaconi Cardinalis VII. Id. Augusti indict. XI. (ideoque hoc Christi anno) anno Dominica Incarnat. MCXIX. Pontificatus autem domini Gelasii secundi Papa anno primo. Re-

NOTÆ

[1] *C*um Falco Beneventanus mendosus & mancus in rebus anni hujus sit, juvat illum suppletum, & in nonnullis corrigere ex epistola Gelasii ad Cononem Prænestinum apostolicum per Germaniam legatum, quae est Epistola CCXCIII. Codicis Udalrici. Post electionem nostram Diaconus imperatoris furtive & inopinata celebritate Romam veniens nos egredi compulit. Pacem postea minis & terroribus postulavit, dicens se facturum qua posset; nisi nos ei sacramento pacis certitudinem faceremus. Nos ei, fratrum nostrorum consilio, pacem obtulimus. Ille statim die post electionem nostram quarta Baracensem (Bracarensem) Episcopum, qui Burdinus a Normannis dicitur, anno praeterito (sicut nos) a Domino praedecessori nostro Paschali Papa in concilio Beneventi excommunicatum, in matris Ecclesiae invasionem ingessit. Et post pauca; Sane nos cum Fratribus nostris, & Episcoporum Collegio in praeterito Palmarum die Capua regem ipsum cum idolo suo excommunicavimus. Datae sunt literae illae Capuae Idibus Aprilis. Ex his literis intelligimus quot abfuerint dies ab electione Gelasii ad Burdini assumptionem. Licet enim in literis Gelasii ad Galliarum archiepiscopos &c. a Baronio recitatis, & a Pagio hunc num. 13. memoratis schismaticum pontificem die ab electione Gelasii 44. constitutum ferunt; illas tamen literas in multis pravam exhibere lectionem constat; ut cum legunt nullam de Romanis schismaticae electioni favisse, cum genuina lectio, quam etiam Epistola nostra profert, habeat. Nullus de Romano Clero. Insuper Teuto schismaticae electionis fautor multo tempore per Daciam debacchatus in literis illis Baronianis asseritur; in nostris melius habetur per Italiam. Quidni igitur & in dierum numerum mendum irrepsisse potuerit? Cum praesertim electio illa statim ab egressu pontificis facta in literis illis asseratur. Denique in literis non obscure designatur concilium quoddam Capuae hoc anno celebratum die Palmarum 7. aprilis, in quo Henricus & Burdinus anathemati devoti fuerunt. Hujus quidem Concilii mentio habetur apud Uspergensium ad hunc annum qui id rescisse ex literis encyclicis ejusdem pontificis asserit. Mirari autem subit nullam hujus mentionem a Pandulpho qui pontificem tunc comitabatur fieri. Idem etiam tradit Annalista Saxo ad hunc annum. MANSI

CHRISTI
1118.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.

Teutonicam præcavendam, ad omnia providus quondam Paschalis Papa homini nobili & illustri noviter commendaverat, quamque Papa novus (quod utinam non fecisset, nam paulo postmodum penituit) reddi Tarracinenfis, per Nuntios apiceque mandavit. Omnibus igitur congregatis, undique conferebatur ab illis, quando certis temporibus Papa, & promoveri pariter, & consecrari deberet: equidem diaconus & non presbyter erat.

IX.

Sed antiquus hostis, sicut fecerat olim in celo, pacem tantam in longum nulla durare penitus ratione permisit. Nam dum hæc agerentur, quidam intempeste noctis silentio ad jam fatum egregium dominum Hugonem Cardinalem directus est, ab uno videlicet, cui exinde non parva copia inerat amicorum, qui Henricum, dictum Imperatorem Romanum, armatum contra Papam ad sancti Petri porticum diceret adventasse. Quod moraretur, non opus esse. Papa per Cardinalem præsciuit. Et sicut jam pene senio & infirmitate, confectus, fugere tam repente non poterat: manibus abducitur famulorum, & sic caballo ejectus, ad * dominum Bulgamini, in nocte ipsa confugiens latuit. Henricum autem Imperatorem consensisse primum electioni Gelasii, inde vero mutatum refragatum esse, atque eum perfectum, ut vides, Urspergensis affirmat. Pergit vero Pandulphus: Fugimus & omnes cum eo. Mane autem factio turbati o-

Fuga
Gelasio
Papæ a
schismaticis

* domum

PAGIUS

Refertur etiam illud Rescriptum Tom. X. Concil. pag. 318. sed ea subscriptio ibidem corrupta; loco enim VII. Id. Augusti, indict. XI. ibi habetur, Kalendis Septembris, indict. XII. Rubeus enim, qui autographum viderat, hæc de re nos dubitare non patitur. Præterea annus ille Incarnationis Pisanus est, non vero communis.

IX.

Gelasio
II. Eccle-
sia Ra-
venna.
pristina
jura resti-
tuit.

In Concilio Guastallensi statutum fuerat, ut Emilia tota cum suis urbibus, idest, Placentia Parma, Regio, Mutina, Bononia nunquam ulterius Ravennatenfi Metropoli subjaçerent. Hac enim Metropolis per annos jam pene centum adversus Sedem Apostolicam exererat se: nec solum ejus prædix usurpavit, sed ipsam aliquando Romanam invasi Ecclesiam Guibertus ejusdem Metropolis incubator, inquit Cencius Camerarius apud Baronium anno MCVI. num. XXXII. Sed cum tandem, inquit Gelasius II. in laudato Rescripto, Divina Majestati placitum fuit, eandem Ravennatenfium Ecclesiam misericordia sua gratia ad unitatem & obedientiam matris sue Romanae Ecclesia revocavit. Quare Gelasius Gualtero Ravennatenfi Archiepiscopo, & per eum Ravennatum Ecclesiam dignitatem omnem quam ante illius divisionis tempora per Romanam Ecclesiam possederat, restituit, & Gualtero pallium concessit. Baronius in Appendice ad hunc annum Epistolam Gelasii II. Gualtero Ravennatum Archiepiscopo datam recitat, sed depravato exemplari usus scribit, eam datam Kalend. Septembr. indict. XII. additque indictionem illam XII. sicuti & annum Incarnat. MCXIX. cum mense

mes, & stupefacti, quia neque tute manere in Urbe, neque per terram undique spinis septiam fugere poteramus, sit nempe consilium, ut fugam caperemus per mare: quod & factum est. Siquidem in flumen Tiberis maturato intravimus, & per galeas duas in Portum usque descendimus: ibique celum, terra, mare, & pene omnia quæ in eis sunt, adversum nos pariter conjurarunt. Nam celum graves pluvias, grandines, tonitrua, coruscationes, & fulmina frequentabat: mare simul & Tiberis jam divis tempestatibus Vicario rebellabant, ut vix in Portu vivi remanere possemus, nedum mare intrare. Interea sæva superbia per ripam Alemannorum barbaries tela contra nos mixta toxico jaciebat; munitabantur etiam nos inter aquas natantes piceo igne cremare, nisi Papam, & nos in eorum manibus dederemus. Et credo, capti essemus, si nox, & ira fluminis illos non impedivisset. Quid ad hæc. Quid miserum facerent? Ceperunt, immo cepit dominus Hugo Cardinalis & presbyter Papam nostrum in collum, & ad castrum S. Pauli Ardeam sic de nocte portavit. O immensa pietas, ubique & semper laudibus celebranda, nec coloribus tantum, sed signis æreis, immo aureis expressa, perpetuæ memoriæ consecranda! Pergit auctor:

Die vero altero in aurora rediere Teutonici prædam de nobis facere gestientes Ju-

Septembri in ea Epistola inchoari. Verum certum, illum Christi annum Pisanum esse, & Gelasium II. Eram illam, non a die XXV. mensis Martii, ut Pifani, sed a die Paschatis exorsum esse, uti mox monstrabo. Tum relicta Roma Pontifex Pifas venit, ubi diu moratus est, & Ecclesiam Metropolitanam dedicavit.

Hoc anno, inquit Falco, prædictus Papa Gelasius Gallias ivit secundo die mensis Septemb. intrante, & Pifas applicuit, (hoc in loco est hiatus) Cumque sicut relatum est, Pontifex Gelasius apud civitatem Pisanam ivisset, & Archiepiscopus civitatis consecrasset. Hoc in Chronico Falconis hodie non legitur, & hæc verba, Archiepiscopus civitatis consecrasset, mutilata & corrupta. Petrus etiam II. Archiepiscopus Pifanus, qui hoc tempore vivebat, jam ab anno MCIII. ut legitur apud Ughellum Tom. 3. col. 427. consecratus fuerat, Daiberto ejus decessore Patriarcha Hierosolymitano constituto, qui juxta Fulcherium in Hist. Hierosolymorum lib. 2. anno MCIV. Romam venit, ut de Hierosolymorum Rege apud Paschalem II. quereretur, & rediens Hierosolymam obiit die XVI. mensis Maii anno Pifano MCVI. aut anno communi MCV. secundum antiquum Chronicon Pifanum, apud Ughellum Tom. 3. col. 426. ideoque Petrus a Gelasio sacratus non fuit. Legendum itaque Archiepiscopatum & Ecclesiam civitatis consecrasset. Daiberto totius insulæ Corsicæ ab Urbano II. Archiepiscopo constitutus fuerat juxta Rescriptum ab Ughello col. 429. relatum, emissumque An-

X.

X.

Pisanam
Ecclesiam
metropo-
lim facit.CHRISTI
1118.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.Burdini
Antipa-
pe intru-
sio.

Juratum est eis tandem, quia Papa fugisset; & sic, Deo gratias, recesserunt a nobis. Interim retentavimus, si mare adhiberemus intrare: Papam nocte deduximus. Cum non sine periculo marinos fluctus attigimus: die tertio ripæ Taracinenfi vivi vix applicavimus, & in quarto portum Cajetæ intravimus: ubi ab illis hominibus nimis honorifice suscepti fuimus, & benigne tractati. Ita fuga lapsu Pontifice, Imperator mox intrudit in Sedem Petri Mauritium Burdinum. Quod cum Gelasius accepisset, has litteras in Gallias dedit: (a)

(a) Vail-
let, Mil-
meb. Reg.
A. gl. l. 5.Epistola
Gelasio
Papæ ad
Eccle. Gal-
licanam.

Gelasius servus servorum Dei, Archiepiscopus, Episcopis, Abbatibus, clericis Principibus, & cæteris per Galliam fidelibus salutem.

Quia vos Romanae Ecclesie membra estis, quæ in ea nuper acta sunt, dilectioni vestræ significare curamus. Siquidem post electionem nostram dominus Imperator furtive, & inopinata velocitate Romanam veniens, nos egredi compulit. Pacem postea & minis & terroribus postulavit, dicens quæ possit, se facturum, nisi nos ei juramento pacis certitudinem faceremus; ad quæ nos ista respondimus: De controversiâ, quæ inter Ecclesiam & regnum est, vel conventioni, vel justitiæ libenter acquiescimus, loco & tempore competenti, videlicet Mediolani, vel

PAGIUS.

quia X. Kal. Maii, indict. XV. anno Dom. Incarnat. MCXII. Pontificatus vero D. Urbani Papa II. anno V. Daibertus tamen, nec Petrus eius Successor eo jure usi ante hunc annum, quo Gelasius Pifas adventavit. Tunc enim juxta antiquum Ecclesie Pifanæ Codicem MS. col. 434. apud Ughellum citatum, Gelasius novam Pifanorum Ecclesiam in honore gloriosissima semperque triumphatricis Virginis Mariæ consecravit... Romanus igitur Pontifex inter Missarum solemnium ipsius dedicationis die ipsam Sanctam Pifanam Ecclesiam tam Privilegio, quam ore proprio coram innumerabilibus turbis Tusciae in Metropolitanam confirmavit sublimitatem.

XI.
Corsica
Metropoli
Pifanæ
subiicitur

Auctor Anonymus de Gestis Pifanorum apud Ughellum col. 413. ait: post decessum (seu abitionem ac discessum) venerabilis Papa Gelasio Petrus Pifanorum Archiepiscopus cum Petro Cardinali Ecclesia Romana Legato, & cum Ecclesia Pifana Canonicis, atque cum Udebrando Judice, & Pifanorum tunc Consule, aliisque Pifanis civibus in Corsicam ivit, ibique honorifice receptus in conspectu Cleri & populi Maritanici Maranensem Electum & ipsius Ecclesiam consecravit, aliorum Corsicæ Pontificum obedientiam & fidelitatem recepit anno Incarnat. Dom. MCXIX. (more Pifano, & nobis anno MCXVIII.) Post eorum igitur honorabilem reditum velox fama Tusciae & Longobardiam continuo replevit, resonans Ecclesiam Pifanam Metropolitanam dignitatem assecutam in Corsicam ivisse. Quod Genuesium animos valde exasperavit, inquit idem Anonymus. Alius antiquus Scriptor Pifanus apud Ughellum col. 434. de dedicatione Ecclesie Pifanæ & Metropolitico jure eidem a Gelasio II. concessio idem

Cremonæ in proxima beate Lucae festiuitate fratrum nostrorum iudicio, qui a Deo sunt iudices constituti in Ecclesia, & sine quibus hæc causa tractari non potest. Et quoniam dominus Imperator a nobis securitatem querit: nos verbo & scripto eam promittimus, nisi ipse eam interim impediatur; alias enim securitatem facere, nec honestas Ecclesia, nec consuetudo est. Ille statim die post electionem nostram, quadragesimoquarto Mauritium Bracharensem Episcopum, anno præterito a domino prædecessore nostro Paschali Papa, in Concilio Beneventi excommunicatum, in matris Ecclesie gremio ingressit. Qui etiam cum per nostras olim manus pallium accepisset, eidem domino nostro, & Catholicis successoribus (quorum primus ego sum) fidelitatem juravit.

In hoc autem tanto facinore nullum de Romanis dominus Imperator (Deo gratias) socium habuit: sed Guibertini soli, Romanus de sancto Marcello, Cencius, qui dicebatur de sancto Chryzologo, Teuto qui multo per * Daciam debacchatus est tempore, tam infamem gloriam celebrarunt. Vestrae igitur experientia, litterarum præsentium perceptione maudamus, ut super his per Dei gratiam communi deliberatione tractantes: ad matris Ecclesie ultionem communibus, præstante Deo, auxiliis, sicut oportere cognoscitis,

* f. la-
tium.

as-

refert: Pifas venit, & consecravit majorem Ecclesiam Pifanorum, & concessit Archiepiscopatum civitati Pifana, & dedit, quia usque tunc tantum Episcopus erat, quia sc. Urbani II. Rescriptum executioni mandatum non fuerat. Ea dedicatio secundum veterem Codicem MS. jam laudatum peracta anno Pifano MCXIX. communi vero MCXVIII. indict. XII. Kalend. Octob. qui dies hoc anno in feriam tertiam cadebat.

Pifas Gelasius II. Genuam profectus est, ubi Sancti Laurentii Ecclesiam dedicavit juxta antiquam tabulam in ejusdem Cathedralis sacratum servatam, ut notat Cajetanus Abbas in Commentario ad Pandulphum pag. 144. ubi hanc inscriptionem refert: Sexto Idus Octobris, anno Dominice Incarnat. MCXVIII. indict. XII. dedicatio Ecclesie beatissimi Laurentii, atque Sanctissimi Syri Januensis Episcopi: qua consecrata fuit a domino Gelasio primo anno Episcopatus sui, compluribus Episcopis, cum Ottone videlicet Januensi, &c. Refert ibidem Cajetanus Gelasii Rescriptum in quo legitur: Anno Dom. Incarnat. MCXIX. indict. XII. (ubi annus Incarnat. MCXIX. Pifanis est) sexto Idus Octobris D. Gelasius Papa II. altare hoc & oratorium consecravit, Pontificatus sui anno primo. Quare cum hæc dedicatio feria quinta, Pifana vero feria tertia facta fuerit, diei Dominicæ ratio non habita. Inde Gelasius II. post omnium sententias Imperatoris persecutionem fugiens in Galliam venit, uti narrat Pandulphus laudatus. Sed antequam de professione Gallica Gelasii II. loquamur, monendus Lector annum Incarnationis Pifanæ a Curia Romana aliquando usurpatum, a Paschate, quod Kalendas Januarii novem mensibus præcedit

XII.

Gelasio
II. Ge-
nuam ve-
nit.

accingamini. Datum Cajeta decimosextimo Kalendas Aprilis. Hactenus Gelasii ad Gallos data epistola circularis. De qua illud animadvertendum, dum ait, nullos sensisse de Romanis adversarios, sed tantum Guibertinos se passum esse persecutores: per Romanos Catholicos intelligere, sicut per Guibertinos significare schismaticos. Reperimus & alias eodem argumento datas ab eodem Gelasio Papa tunc litteras in Hispanias ad Toletanum Archiepiscopum Bernardum, acceptas ex libro primo Registri epistolarum ejusdem Gelasii, his verbis:

Gelasius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Bernardo Archiepiscopo Toletano & Hispaniarum Primati salutem & Apostolicam benedictionem.

Non latere credimus fraternitatem tuam, qualiter frater quondam Mauritius Bracharenfis Episcopus se jamdiu habuerit, qualiter Ecclesiam suam dimiserit, & quomodo Regi excommunicato adhaerit, & contra statuta canonica in cubile Romanae Ecclesiae se ingesserit. Nec eum miramur debitam tibi obedientiam, & antiquum primatus honorem Ecclesiae tuae penitus denegasse, qui Romanam Ecclesiam, quae omnium Ecclesiarum mater est & magistra, non solum denegare, sed destruere quodammodo conatur, &c. Monemus itaque, atque praecipimus, ut juxta mandatum praedecessoris nostri ad electionem in Bracharenfi Ecclesia faciendam sollicitudine charitatis debite, operam & opem praebeas cum effectu. Ipsum vero Mauritium excommunicatum, perjurum, &

Alia Gelasii Pap. epist. ad Bernard. Archiep. Tolet.

PAGIUS

cedit a Gelasio II. inchoatum, indictionem vero Kalendis Septembris, qui eundem mensem Januariam, a quo annum Dionysianum incipimus, antevertit, licet Pisis non a Paschate, sed a die XXV. Martii inciperetur. Vide hujus probationem post duos numeros sequentes.

XIII. Intrusionem Burdini Gal. lia Episc. significat.

Gelasio II. die XXV. mensis Januarii Romae in Pontificem electo Henricus Imp. qui jam a multis annis Ecclesiam Romanam vexabat, Burdinum Bragarum Archiepiscopum in Ecclesiam intrusit, hicque suis a favoribus Gregorius VIII. vocitatus est, inquit Ordericus lib. 12. Gelasius, qui Cajeta tunc versabatur, ut primum eam electionem & ordinationem audivit, litteras dedit ad Galliarum Archiepiscopos, ceterosque per Galliam fideles constitutos, a Baronio num. X. recitatas ex Malmesburiensi lib. 5. de Reg. Angl. in quibus ait, Henricum, die post electionem suam quadragesimo quarto, Bracarensem Episcopum in matris Ecclesiae invasionem iniecit, subditque: In hoc tanto facinore nullum de Romano Clero, Deo gratias, Imperator socium habuit, sed Guibertini soli. Ita habet editio, quae extat apud Eadmerum lib. 5. Novorum & Simeonem Dunelmensem in Hist. de Gest. Reg. Angl. ut recte observat Baluzius lib. 3. Miscell. in Vita Mauriti Burdini Archiep. Bracarenfis; lectio enim Malmesburiensis & Hovedeni, quam sequitur Baronius, & quae habet, nullum de Ro-

matris Ecclesiae constupratorem publicum ceteris Hispaniarum Praelatis &c. Dat. Cajeta, &c. Hae nuntianda misit Hispanis. Scripsit & ad Romanos item de his epistolam: qua & commendat eorumdem constantiam adversus intrusum pseudopontificem, quae sic se habet:

Gelasius Episc. servus servorum Dei dilectis in Christo filiis Clero, & populo Romano salutem & Apostolicam benedictionem.

Dilectionis vestrae Domino gratias agimus quod unanimiter persistentes communicare tenebrarum operibus nolivistis. Audivimus etiam quondam ille amicus noster dominus Imperator familiarem nostrum Mauritium Bracharensem Archiepiscopum, antea sibi super tractanda pace Legatum in nostram Ecclesiam ingresserit. De quo sciat, quod dicitur, olim secundum consuetudinem & confirmatione, consecratione pallium accepisset a nobis, & nos ab ipso secundum statuta canonicum juramentum fidelitatis, & obedientiae recepimus &c. Rogamus ergo dilectionem vestram, atque praecipiendo mandamus, ut ab eo vos tamquam ab excommunicato perjurum, invasore, & sanctae matris Ecclesiae, ac Fidei Catholicae constupratore abstineatis, &c. Datum Cajeta. &c. Sed redeamus ad Pandulphum, qui ceptam semel orationem de rebus tunc gestis ita persequitur:

Discurrit fama per terras, & per viciniam illam: convenerunt Archiepiscopi, Sennes Capuanus, Landulphus Beneventanus,

Alia eadem ad Clerum & Popul. Rom.

* f. quomodo.

*

XI.

manis dominus Imperator, Deo gratias, socium habuit, manifeste mendosa; cum certum sit multos nobiles Romanos, & in his Frangipannem in partes Henrici transgressos esse, & a Gelasio II. secessisse. Vidit difficultatem Baronius, aitque Gelasium per Romanos Catholicos, & per Guibertinos intelligere schismaticos. Sed cum tam Gelasiani, quam Gregoriani ejusdem urbis Romanae cives fuerint, licet partibus ac studiis diversi, eam interpretationem Baluzius jure merito rejicit. Cum ergo Gelasius II. die XXV. mensis Januarii Pontifex dictus fuerit, perniciosum hoc schisma die nona aut decima mensis Martii inchoatum. Legendum itaque, datum XVII. Kalendas Aprilis, seu die XVI. mensis Martii. Librarii mensum unum in alium, & Kalendas in Idus, dum minus attendunt, quandoque mutant, ut variis exemplis liquet, & observare operae pretium est.

Sed redeo ad profecionem Gelasii II. in Galliam. Pandulphus in ejus Vita prodit, eum in portum Sancti Aegidii attigisse, & in vicinis variis Ecclesiis dedicasse, ut videre est apud Baronium num. XVI. Sed sanum Sancti Aegidii in Occitana provincia positum una leuca a Rho-

XIV.

In Galliam venit.

a Rho-

Episcopi conveniunt Gelasium Pap. Cajeta. tanus, Alphanus Salernitanus, Marinus Neapolitanus, Reso Barisanus, Hubaldus Traneffus, L. Sipontinus, Bailardus Brundusinus, L. S. Severina, & quamplures alii de Apulia & Calabria cum Vvillelmo Trojano, & diversarum regionum Episcopis, Geraldus Abbas Casinensis, Stigenulphus de Canes cum Abbatibus aliis. In quorum praesentia idem dominus Papa consecratus est per manus Lamberti Ostiensis, Petri Porruensis, Vitalis Albanensis Episcoporum, cooperatoribus Archiepiscopis, & Episcopis multis, assistentibus aliis viris religiosi, & cum eis Vvillelmo Duce Apuliae, Roberto Principe Capuano, Richardo de Aquila, aliisque Baronibus plurimis, qui tunc ei omnes fidelitatem fecerunt. Romualdus Archiepiscopus Salernitanus in suo Chronico formulam recitat, qua Gelasius Papa investivit de Apuliae & Calabriae Ducatu Vvillelmo Duce, quae sic se habet: Quemadmodum Gregorius Papa tradidit illam Roberto Guscardo avo tuo; & sicut Urbanus Papa eam Rogerio patri tuo tradidit, & sicut Paschalis Papa eidem Rogerio patri tuo prius & postea tibi tradidit: sic & ego trado tibi eandem terram cum honore Ducatus per illud idem donum atque consensum &c. Hae ibi. Pergit vero Pandulphus de eadem consecratione Gelasii: Constatante Clero & Populo infinito, sancto distans Spiritu effectus est presbyter, & in Papam Gelasium infra Kal. Martii consecratus. Ibi Petrum Rufum diaconum Cardinalem, Baronem subdiaconum, & me Pandulphum Ostiensem, qui haec scripsi, in Lectorem & Exorcistam promovit, & plures alios in minoribus gradibus ordinavit. Latum nomine Vvillelmi Episcopum a domino Paschali Papa factum, & depositum, suae dignitati ac loco restituit, Chrysogonum diaconum Cancellarium fecit ibique per totam Quadragesimam demorantes, festivitatem Paschae Capuae solemniter celebravimus.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

a Rhodano fluvio distat, ideoque Gelasius ad Rhodanum appulit. VII. Idus Novemb. apud Sanctum Aegidium erat, ut liquet ex Rescripto ibidem ab eo dato, & a Baronio in Appendice ad hunc annum recitato, in Addendis sc. & Corrigenis. Inde Magalona, civitatem nunc extinctam, cui Mons Pessulanus successit, venit, ubi Sugerius a Ludovico VI. Francorum Rege missus cum convenit, ut ipsemet Sugerius narrat in Vita ejusdem Regis, qui addit, Pontificem, cum Rex ei occurrere maturaret, mortuum esse videlicet sub finem mensis Januarii sequentis Christi anni, ut ibi narrabimus. Falco vero de accessu Gelasii II. in Franciam loquens, ait: Continuo Archiepiscopi omnes, & Episcopi, Procuresque alii gaudio cum ineffabili & honore immenso eum susceperunt. Taliter igitur Gelasius accessus cum praedicto Anglorum Re-

Nobis vero sic jam quomodolibet respirantibus supervenere qui dicerent (quod Cajetae etiam per susurrum primitus senseramus,) Henricum illum barbarum, quemdam Mauritium nomine Bracharensem Archiepiscopum, quasi novum simulacrum in loco Papae statuisse, & illum sic intrusum Papam suum, Gregorium nominasse. Ecce recidivo vulnere recidimus in typum antiquum. Addidit inde nuntius, quod castrum prope Turriculam a Fratribus Abbatia S. Andreae retentum idem barbarus obsideret. Resumpsit Papa vires, ac Duci Vvillelmo, ac Principi Capuano Roberto, aliisque Baronibus dedit firmiter in mandatis, ut omnes contra barbarum arma compararent. Dixit, & factum est. Paratur Papa ad reditum, redeunt Barones cum eo; inde ad St. Germanum, videlicet Cassinense caenobium devenerunt, ubi Vvillelmo Ducem per aliquot dies expectavimus. Interim Lando dominus de Turricula, Odo, Costus, & Gilulphus fratres ejus cum eo, acriter pugnabant cum Henrico Rege. Faciunt contra machinas, vineas, balistas, & arcus. Ibi primum rete contra petraras ad rupes operiendas ab astuto illo tyranno in damnum plurimum, & proficuum nullis ingenio exquisto inventum est. Subdit de cane, tabellarii tunc munere fungente, ab obsessis accipiente litteras, & reddente; atque de obsidione soluta, & Henrici fuga ac reditu in Germaniam, sic pergens:

Venit dux Vvillelmus ad Papam interea. Tunc coeperunt reditum simul mature. Quod Henricus persentens, infecto negotio a castello remotus, via ipsa quo venerat, irato ipsi Domino, in Alemanniam rediit, idolo quod plasmaverat, in Urbe relicto. Tunc Papa doluit multum, quod reddi nimis inconsulte praesepat Circaam arcem, quam vellet habere. Igitur Dux & Principes, cum Baronibus rediere, Papa in propria sede in Campaniam veniente, sui eum-

Q 9

XII. Henric. intrudit Mauritiium Burdinum.

* locus obfcurus * ripas.

XIII.

Quanta Gelasius passus a Schismaticis.

cl.

non sine pretio receperunt; & ita pe-
detentim magis ut peregrini quam do-
mini, Romam (sicut Deus novit) intra-
vimus. Latuit Dominus Papa melius,
quam hospitatus sit in Ecclesia qua-
dam, quae sancta Maria in secundo ce-
reo dicitur, intra domos illustrissimo-
rum virorum Stephani Northmanni, Pan-
dulphi fratris ejus, & Petri Latronis Cor-
porum. Ibiq; de imminetibus periculis,
praesertim de intrusione Burdini cum to-
ta simul Ecclesia diligentius conferebat.
Eum quidam de Cardinalibus Desiderius
sanctae Praxedis, cujus proxime erat fe-
stivitas (quod non utinam cogitasset)
ad cantandum in ipsamet Ecclesia Missam,
simpliciter quodam vesperis invitavit, sed
nimium simpliciter est a domino Papa con-
cessum. Die autem crastina (etsi displi-
cuerit plurimis) quia Ecclesia esset in
fortis Frangipannum, freti tamen Step-
hani, Northmanni, & Crescentii Cajetani
ejusdem Papae nepotis, antiquis strenui-
tibus, itum est ad cantandum. Necdum
adhuc celebratis officiis: ecce cum non
parva manu militum, ac peditum, & a-
liorum procacium impii Frangipanes ap-
parent: irruunt, lapides, & spicula mit-
tunt, nostros affligunt, multi paucos at-
terunt. Resistit miles Northmannus, &
Crescentius gloriosus cum eo, resistunt un-
dique nostri, jacula mandata remandant,
ensis atteritur ense, lancea retusa re-
tundit: hinc pedites, illic milites ca-
dunt, undique strati, undique pugna gra-
vis: Papam cepit iste tenere, iste tuc-
tur cum: miles utrimque cadit, turbæ
ruunt, pedites scandunt muros, capiuntur
ex nostris aliqui, non tamen expiis. O
quantus luctus omnium! quanta praecipue

PAGIUS

elesta tribulatione. Retulit etiam Gelasi Papa,
qui jam eis Alpes venerat, insurgentibus pro-
cellis exilium, & a Normannica Ecclesia sub-
sidium petiit orationum, magisque pecuniarum.
Denique Pandulpus scribit, Papam per Podium
in Franciam properasse, & Cluniacense mona-
sterium adiisse; ubi anno sequenti mortuus est.
Sed cum ex jam dictis constet, Gelasium II.
mensis Octobris initio Pisis & Genuae fuisse,
Concilium Rotomagensis, in quo adventus ejus
in Franciam nunciatus, Nonis Octobris celebra-
ri non potuit, ideoque legendum, Nonis No-
vembri, hincque apparet, verum esse quod
mox dixi, Librarios nempe unum mensis in

NOTÆ

[1] P[er]tinet ad Pontium foret Pagium tenaciorem esse regularum quas statuit, has enim si attendi-
set, utique concilium Rotomagensis e sede sua Nonis nempe Octobris in Nonas al-
terius mensis Novembri non transfulisset. Namque Nonas Octobris tunc in feriam II. qua heb-
domada die iniri solebant concilia incidebant, cum Nonas Novembri in feriam tertiam cade-
rent. Quibus admisis, oportet utique errasse legatum pontificium cum asseruit pro concilio Pon-
tificem iam transisse Alpes. Forte enim Pontifex per brevem se tracturum moram Genuae in literis
ad legatum suis significavit; sed eo diutius quam pro voto ibi subsistente, forte ob consecran-
das ecclesias, id cum nesciret legatus reputabat Pontificem jam Alpes transisse, cum revera
Genuae adhuc moraretur. MANSI

lamenta matronarum, quae Papam solum,
tamquam scurram per campos, sacris pro
parte vestibus revesitum, quantum equus
poterat, fugientem videbant? Hunc Cru-
cifer sequitur, cecidit, muliercula quem
tunc invenit, abscondit, in sepe cruce[m]
recondit, & in sepe reduxit. In quarta
parte dies acriter est ab utrisque pugna-
tum. Cum Stephanus Northmannus cre-
dens Papam jam in tuto fuisse, taliter
Frangipanes alloquitur.

Quid, inquit, facitis? quo ruitis?
Papa quem quaeritis, jam recessit, jam
fuga elapsus est. Numquid & nos perde-
re cupitis? Et quidem Romani sumus si-
miles vobis, & si dici liceat, consanguini
vestri. Recedite ergo, recedite, ut
& nos fessi pariter recedamus. Ad hanc
itaque vocem nepos ejus Frangipanis ge-
mebundus dolens Papam eundem libera-
tum, cum insana fratre Cencio, aliisque
recessit. Redierunt & nostri, non omnes.
Interim Papa utrobique quaesitus, demum
intra campos sancti Pauli Ecclesiae adia-
centes fessus, tristis, & ejulans invenit
est, & reductus: die illa prandium cum
caena sit unum, & spem & metum an-
ti cunctorum mutabant dolentes, & quan-
tum ad diem per longa tempora memora-
bilem, consiliatum est, nox consilium di-
remis.

Sane die altero quique haec & illa di-
centes: Papa post omnium sententias di-
xit: Viri fratres & filii, sicut nec lon-
ge malum, ita nec longo opus est, nec
novo sermone: sequamur Patres nostros,
quoniam valde bonum est, antiquos se-
qui parentes. Sequamur nihilominus E-
vangeliū. (a) Quandoquidem vivere
in civitate ista non possumus: fugiamus in
alsam

XIV.
Ex Pape
cognita
fuga di-
rimitur
pugna.

Sermo
Gelasi ad
suos de
profecio-
ne.

(a) Mat.
10.

alium quandoque mutasse, & Ordericum indi-
cationem a Januario incipere. [1]
Gelasius II. literis ad Pontium Abbatem
Cluniacensem datis Capua II. Idus Aprilis, per
manum Gryfogi S. R. E. Cardinalis anno Dom.
Incarnat. MCXVIII. indit. XI. hoc scilicet an-
no ante Pascha, quo Romani Pisanum annum
Incarnat. MCXIX. auspiciari erant, ei &
Successoribus ejus confirmavit quidquid Sanctus
Hugo Abbas Cluniacensis, quiete ac sine lite
possidebat. Tum aliud ei in monasterii Clunia-
censis favorem Privilegium largitus est, in
cujus fine legitur: Datum Avenioni per ma-
num Chryfogi S. R. E. Diaconi Cardinalis,
XVIII.

XV.
Varii in
urbibus
Gallie
fuit.

1000

aliam; fugiamus Sodomam, fugiamus
Ægyptum, fugiamus novam, juxta ver-
bum propheticum, Babyloniam, civitatem
sanguinum fugiamus. Veniet (credite mi-
hi) veniet aliquando tempus, cum vel
omnes pariter, vel quos Deus permise-
rit, stante Austro, redibimus, & tempor-
ra meliora redibunt. Ego coram Deo
& Ecclesia dico, Si umquam possibile es-
set malle unum Imperatorem, quam tot.
Unus saltem nequam perderet nequiores,
donec de illo quoque evidentem justitiam
Imperatorum faceret omnium Imperator.
Ad haec omnes una voce clamaverunt: Fiat;
sic fiat, jungentes tertio Fiat, Amen.
Ita quidem bene provocat Gelasius, ut
audisti, ad antiquitatem. Siquidem uni-
cum illud usitatum, tutum, certumque
refugium fuit semper Romanis Pontifici-
bus persecutione vexatis, regnum Fran-
corum, ipsos Francorum Reges adire,
a quibus & digne consueverunt suscipi,
dignus retineri, atque dignissime, cum
facultas adesset, comprehensibus, ad
Romanam Ecclesiam revocari. Adco ut
si quis dicat, portum Romanæ Ecclesiae
fluctuantis naviculæ Petri Galliam esse,
non mentietur. Hinc Sugerius Abbas S.
Dionysii in Ludovico hæc de nostro Ge-
lasio: cum tyrannide Imperatoris per Ro-
manos a sancta Sede Romana Ecclesiae ar-
ceretur, ad protectionem serenissimi Re-
gis Ludovici, & Gallicanæ Ecclesiae com-
passionem, sicut antiquitus consueverunt,
confugit. Hæc Sugerius ejus temporis
scriptor.

XV.
Gelasius
recessurus
cuncta
disponit.

Pergit vero Pandulphus de facta ab
eodem Pontifice dispositione rerum an-
tequam recederet, istis verbis: Singula
itaque singulis, juxta modum omnium ac-
mensuram, omni tarditate seposita, Ec-
clesiae ministeria personis assignata sunt
vel concessa. Venerabilis Pater dominus
Petrus Episcopus portuensis loco Papa
Vicarius constitutus, Cardinales aliqui
ei sunt in auxilium sociati. Viro reve-
rendissimo & sagaci domino, & avunculo
meo Hugoni Cardinali sanctorum A-
postolorum Beneventanae urbis custodia
(prout postea vidimus) non sine Sancti
Spiritus est oraculo commendata. Nam
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

XVIII. Kal. Januar. indit. XII. Dom. Incar-
nat. anno MCXIX. (computo Pisanorum) Pon-
tificatus autem domini Gelasi II. Papa, anno
I. Huc etiam revocandum quod Hugo Mona-
chus Cluniacensis scribit ad Pontium Abbatem
Cluniacensem, & habetur in Biblioth. Clu-
niac. pag. 463. Hic (nempe Gelasius Papa)
Henrico IV. Romanorum Imperatore contra Eccle-
siam saviente, declinans ad mare descendit, na-
vigio Gallias expedit, tibi que primum Cur-
sore a Pisis emisso, suum prænunciari fecit ad-
ventum. . . . Hinc apud Sanctum Egidium
occurristi; huic & multo comitatu suo equi-
tatur; & alia quam maxima elegantissime mi-

paulo post deficiente Papa, nisi ipse ressi-
tisset, & mille modis sagaciter obvias-
set, Northmanni illam bodie, & non
Papa teneret: Nicolao Seni Cantorum
scholam concedit. Petro dicto Praefecto
per quem domino nostro sanctae memoriae
Papa Paschali mala plurima provenerunt
occasione ista (ceterum aliter vix fuisset)
Praefectura Urbis nequam; & indig-
nissimo homini est stabilita. Princeps,
clypeus omnium pariter Curialium Ste-
phanus Northmannus, collaudantibus om-
nibus, prorector, & vexillifer in Dei Pa-
tris nomine nimis efficaciter ordinatur,
& ad Urbis custodiam cum jam dictis
aptatur.

Pridie autem antequam ab Ur-
be recederet, ipsis nempe Kalend. Sep-
tembris, idem Gelasius Papa Raven-
natem Ecclesiam una cum suo Archiepi-
scopo ab eis electo Gualterio jam diu
ante schismate ab unitate Catholica scis-
sam Romanæ Ecclesiae uniens, quæcum-
que in poenam criminis ab ea abstule-
rat, reddidit, atque etiam pallium mi-
sit. Extant de his omnibus Apostolicæ
litteræ apud nos, quas hic tibi describen-
das curavimus. Sic se habent:

Gelasius Episcopus servus servorum Dei,
venerabili fratri Gualterio Ravennatum
Archiepiscopo salutem & Apostolicam be-
nedictionem.

Unitati divinae Trinitatis gratia agen-
da sunt, quæ per sua charitatis Spiritum
divini conjungit, & multos in se animos
unum facit. Ecclesia siquidem Ravenna-
tum per multa jam tempora ab Aposto-
lica Sedi unitate discissa multas eidem
Sedi Apostolicæ persecutiones intulit, &
Ecclesis multis perveris schismatis fomi-
tem ministravit. Quapropter ad * cu-
jus nequitiam subjectarum ei Ecclesiarum
quasdam sibi Apostolica Sedes assumpsit,
ut vel sic eam ad humilitatis, & unita-
tis tramitem revocaret. Sed cum tandem
divinae Majestati placitum fuit, eandem
Ravennatum Ecclesiam misericordiae suae
gratia, ad unitatem, & obedientiam ma-
tris suae Romanæ Ecclesiae revocavit. In-
iquitatem namque suam illius filii reco-
gnoscentes, delicta patrum corrigere,
Q 9 2 pro-

Gelasi
Pap. ep.
ad Gual-
terium
Ravenn.
Archiep.

ministrati. Hunc pro maris molestia infirmatum
in tua solo natiuitatis, quod pater tuus Petrus
potens & nobilis Comes Merguliensis juri Apo-
stolorum Petri & Pauli contradidit; & inde
accepit, tu Papam officiosissime convovisti. Qui
denuo convalescens, & Cluniacum suum per-
venire desiderans, Lugdunum Gallia pertransit,
Matisconam descendit, ubi gravissima egritudi-
ne confectus, se Cluniacum perferri instans
precepit. Erat Mergurium oppidum mari-
timum Occitaniae prope Magalonam & Mon-
tem Pessulanum situm, quod hodie Gallicæ Mau-
guio appellatur, pertinetque ad Episcopum
Montis Pessulani.

probaverunt, ut qui prateritis temporibus per tyrannidem regiam Praesules Regibus placentes accipiebant, nunc demum secundum canonicas sanctiones Episcopum Deo placentem eligerent, & schismate abdicato in Catholica congregationis gremium repedarent. Te siquidem, reverendissime frater Gualtere, a disciplina fratrum regularium violenter assumptum pro religionis, ac sapientie prerogativa in Beati Apollinaris Cathedra communi voto, ac desiderio posuerunt, & in Apostolica Sedis obedientiam unanimiter redierunt. Unde nos divinae Trinitatis unitati gratias agentes, personam tuam pro jure nostrae Ecclesiae ad Episcopale ministerium cooperante Domino consecrantes, tibi, & per te Ravennatum Ecclesiae dignitatem omnem, quam ante illius divisionis tempora per Romanam Ecclesiam possederat, restitimus, & per praesentem privilegii paginam, salvo in omnibus jure atque auctoritate Sedis Apostolicae concedimus tibi, tuisque successoribus in ejusdem Sedis Apostolicae fide atque obedientia permanentibus, Episcopatus Emiliae provinciae, idest Placentiae, Parmae, Regii, Mutinae, Bononiae, Ferrariae, Adriae, Comacini, Imolae, Faventiae, Forlivi, Foripompilii, Bobii, Casenna, Ficoclae. Confirmamus etiam vobis Ducatum Ravennae, & monasteria S. Adalberti, & sancti Hilarii * Gallia, seu cetera monasteria, & possessiones, per authentica privilegia ab Antecessoribus nostris, & a Catholicis Regibus tradita. Pomposum quoque monasterii curam religionis tuae, salvo Ecclesiae nostrae jure, committimus, ut regulari disciplina per tuam industriam, largiente Domino, reformetur. Praeterea fraternitati tuae pallium, pontificalis videlicet officii plenitudinem liberaliter concedimus, quo fraternitatis tua secundum Ecclesiae tuae morem ex Apostolicae Sedis concessione permissum, se noverit induendum, cujus * nimicum pallii volumus te per omnia * genium venedicare. Hujus siquidem indumenta, honor, humilitas, atque justitia est. Totam ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem, & in adversis, si quando eveniunt, cum justitia erectam, amicam bonis, perverfis contrariam, nullius umquam faciem pro veritate loquentem premens, tum operibus juxta virtutem constantiae insistentem, tum insistere etiam supra virtutem cupiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, de alienis tamquam de propriis exultans gaudiis, in vitiis corrigendis pie severiens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in iracundiam sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis iusta censuram non deferens. Haec est, frater charissime, pal-

* f. amicum.

liti accepti dignitas, quam si sollicite servaveris, quod fors accepisse ostenderit, intus habebis.

Ego Gelasius Ecclesiae Catholicae Episcopus, Signum manus meae Gelasii, Deus in loco sancto suo. Datum Romae per manum Chrysoconi S. R. E. diaconi Cardinalis, Kalend. Septembris, indictione duodecima, anno Dominicae Incarnationis MCXIX. Pontificatus autem D. Gelasii secundi Papae anno primo. Ita Indictio una cum mense Septembris duodecima inchoatur, sicut & annus Redemptionis ab Incarnatione post millesimum nonuldecimum jam incepit. Sed de ejus ab Urbe discessione, & in Gallias navigatione Pandulphum audiamus, qui sic pergit:

XVI.

Navigium interea pluribus, & aliis optime pro tempore praeparatis, quia per terram non poterat, bonis ventis vigentibus Papa mare intravit (die secunda mensis Septembris, ut habet Chronicon Beneventanum) atque post dies aliquot Pisas prospere applicuit. Exierunt cum eo dominus Joannes Cremonensis, Guido sanctae Balbinae, & de diaconis Cardinalibus dominus Petrus Leonis, Gregorius sancti Angeli, Rosmanus, atque Chrysoconus. Sed & de Romanis nobilibus Petrus Larso, & Joannes Bellus, fratres Petri Praefecti, & quidam minores alii clerici sive laici, praeter ipsorum domesticos, & custodes. Hi omnes cum Papa simul honorifice satis atque solemniter ab innumera Cleri & populi multitudine Pisas recepti sunt & tractati. Ubi idem Papa inter alia multa super verbo Psalmistae:

(a) Dixi, pronuntiabo adversus me injustitias meas, & tu remisisti impietatem cordis mei, sermonem tuum habuit, qualem certe vix Origenes in carne habuisset. Ibi igitur aliquandiu commorans, pro sui officii libertate plenaria tractans mare iterum intravit, & sic ducente Domino portum Villae sancti Aegidii sanus cum suis omnibus & incolis attigit. Ubi venerabili Abbate Hugone, & ejusdem monasterii fratribus undecumque confluentibus, cum maxima laude est & honore susceptus, qualiter autem inibi, quam bene, quam largissime ab eis fuerit diutius pertractatus; satis manifestam est. Illuc omnes Episcopi, Abbates, & monachi, nobiles, & ignobiles cujuscumque ordinis pari modo conveniunt, quique suo modulo ei servire parati. Abbas Cluniacensis dominus Pontius adveniens cum munusculis aliis, triginta ei equitatus praeparavit, decem vero Abbas sancti Gordii cum donariis aliis; cum quibus, & cum aliis equitavit dominus Papa per terram illam. Inter alios autem, qui ad S. Aegidium occurrerunt Pontifici, fuit Norbertus auctor Ordinis Praemon-

(a) Psal. 31.

Gelasius Pap. cum suis in Galliam navigat.

(a) Hugo in vita Norb. c. 9. 16. apud Sur. t. 3. die 6. Jun.

stratenfis, qui a Pontifice munus praedicandi Evangelium impetravit. Cumque idem Pontifex voluisset eum apud se retinere, non acquievit. Ista pluribus Hugo (a) in vita ipsius. Ibi cum esset apud S. Aegidium idem Gelasius Papa, privilegium dedit Ecclesiae Toletanae, de quo ista tantum mutilata, sed ex Registro accepta Gelasii, habentur his verbis:

Gelasius Episcopus servus servorum Dei reverendissimo fratri Bernardo Toletano Primati, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Charitatis est bonum proprium congruere profectibus aliorum, &c. Idcirco praedecessorum nostrorum sanctae memoriae Urbani Secundi, & item Paschalis Secundi vestigiis inhaerentes, tam tibi, quam tuis successoribus Toletanae Ecclesiae cathedram illustrantibus totius Hispaniae Primatum, largiente Domino, confirmamus; salva tamen Romanae Ecclesiae auctoritate, & Metropolitanorum privilegii singulorum, &c. Post haec subscriptio, & tempus datae, his verbis:

Ego Gelasius Catholicae Ecclesiae Episcopus subscribo Signum manus meae, Deus in loco sancto suo. Datum apud S. Aegidium, per manum Chrysoconi, S. R. E. diaconi Cardinalis VII. Idus Novembris, Indictione XII. anno Dominicae Incarnationis MCXIX. Pontificatus autem Gelasii Secundi Papae anno primo. Hucusque in Codice. Pergit vero Pandulphus de aliis per eum tunc rebus gestis his verbis: In vicinis quoque illis cooperantibus plurimis ur-

PAGIUS XVI. Casaraugusta ab Alphonso Aragoniae Rege obsidetur.

Ad num. XVIII. & seq. Alphonso Rex Aragoniae arma, consiliaque omnia ad Mauros debellandos convertit, & Casaraugustam urbem Hispaniae Tarraconensis ad Iberum fluvium positam, ex quo identidem in vicinis Christianorum agros excursions faciebant, obsidione cinxit, quae adhuc durabat die decima mensis Decembris, ut demonstrat Epistola Gelasii II. ad exercitum Christianorum civitatem Casaraugustanum obsidentem, data Alesti, non longe a fano Sancti Aegidii quarto Idus Decembris, & a Baronio relata. Ea Pontifex omnibus ad eum aliquid conferentibus indulgentiam largitur, significatque se Petrum, quem consecravit Episcopum Casaraugustanum, ad eos remittere. Quare cum Gelasius mense Januarii currentis anni Pontifex Romanus creatus fuerit, eodemque mense anno sequenti obierit, valde mirum Blancam, qui eam Epistolam legerat, in Comment. Rerum Aragonensium, Casaraugusta expugnationem cum anno MCXV. copulasse, biennio nempe antequam Gelasius ad summum Pontificatum electus esset. Baronius ait, Blancam opinionem suam documentis publicis probasse, eique adheret; verum Blancae, Baronioque adversantur Surita lib. 1. Annal. cap. 44. Garibayus Tom. 3. Compendii Historialis lib. 23. cap. 7. & Sandovalius in Alphonso VII. qui non mi-

bium Episcopis, Ecclesiam S. Caeciliae de Stagello, Ecclesiam sancti Silvestri de Tillano, Ecclesiam sancti Stephani de Tornaco dedicavit, & terminos lapideos praeterea infixit, quos absque maledictione perpetua nulli unquam ad damnum vel loci, vel alicujus rei transgredi quoadque licebit. Haecenus de Gelasii navigatione, appulsu, atque progressu in interiores Gallias. Quae autem auctor post haec subiicit, ad annum sequentem spectant, quae nos suo loco reddituri sumus.

Porro Sugerius Abbas sancti Dionysii qui unus fuit ex iis, quos Ludovicus Rex misit in occursum ejusdem Pontificis, in vita ejusdem Regis quam scripsit, tradit, obtulisse eidem Pontifici extrema inopia laboranti primitias regni; ab eo vero Apostolica benedictione donatos fuisse; paratum vero Ludovicum ipsum adire Cluniacum, si ejus vita superstiti licuisset. Porro auctor hujus temporis Folco in Chronico Beneventano testatur, ingenti studio Francos ad exulem Pontificem confluisse, eorumque munificentia ingentem vim argenti & auri fuisse collectam ex spontaneis Fidelium suas domos evacuantium oblationibus, ut exuli Pontifici subvenirent.

Eodem tempore ab eodem Gelasio Papa consecratur Petrus Episcopus Casaraugustanus primus post recuperatam, eam civitatem per Idefonsum Regem, anno millesimo centesimo decimoquinto, ut ejusdem Regis diplomate reddidit extoratum Hieronymus Blanca historicus

XVII. Gallor. erga exulem Pontif. charitas.

XVII. Petrus Casaraugust. Episcop. consecratur a Gelasio Pap. ac.

nus quam Blanca monumenta Ecclesiae Casaraugustanae perlegerant, quique restantur celeberrimam illam Hispanorum de Saracenis viciniam die decima octava mensis Decembris cum feria quarta tunc concurrente, qua festum Expectationis Beatissimae Virginis in variis Ecclesiis Hispaniae celebratur, repositam fuisse.

His suffragatur Chronographus Malleacensis hujus temporis auctor, qui ad praesentem Christi annum ait: Tertio Idus Junii subactum est castrum juxta Casaraugustam. Octavo Idus Decembris fuit bellum in Hispania inter Idefonsum & Reges plures & Aucoctas, & contra innumerabiles Moabitas. Rex Maroch fuit unus: Rex Granada unus: Rex Tamit frater alii (legendum videtur, Ali Marochii Regis) qui fugit, & omnes alii vincti, & capti, & occisi sunt in bello. Tertio Idus Decembris (qui in feriam quartam incidebat) subacta est Casaraugusta, & post eam reddiderunt stalia civitates otto, Tudela, Vauterra, Autais, Aragon, Terracona, Sarrauna, & plurima castra. Chronographus urbium captarum nomina corruptit, & Librarius duas ex illis omisit, sed de his legendi Historici citati, qui diserte haec narant, asseruntque Tamit Regem initio mensis Decembris frustra tentasse annonam in urbem Casaraugustanam inferre. Citatis Historicis adde Auctorem Anonymum Chronici Massiliensis Tom.

XVII. Expugnat.

accuratissimus. Bello siquidem devictis Sarracenis, ipsaque nobilissima civitate ac perillustri antiquis memoriis sanctorum Martyrum, e Sarracenorum manibus vindicata, idem Rex maxime pius, valde sollicitus, ut Christianae religionis cultus diu exul cum honore postliminio redderetur: ad Romanum Pontificem Gelasium mittit consecrandum eundem electum Petrum. Quem suscipiens, benigno promptoque animo idem Pontifex Episcopum consecravit, eundemque ad suam dimittens Ecclesiam, has illi litteras dedit:

*Gelasius Episcopus servus servorum Dei, exercitui Christianorum, civitatem Casaraugustanam * obsidenti, & omnibus Catholicæ Fidei cultoribus salutem & Apostolicam benedictionem.*

*Litteras devotionis vestrae inspeximus competitioni, quam pro Casaraugustano electo ad Sedem Apostolicam * duxistis, favorem libenter accommodavimus. Eundem ergo electum, nostris tanquam beati Petri manibus, largiente Domino, consecratum remittentes ad vos, benedictionem vobis Apostolicam visitationis impendimus, aequam omnipotentis Dei misericordiam implorantes, ut per Sanctorum preces & merita, opus suum ad honorem suum, & Ecclesiae suae dilatationem vos faciat operari. Et quoniam, & vos ipsos, & vestra extremis obicere periculis decrevistis: si quis vestrum accepta de peccatis suis poenitentia, in expiatione hac mortuus fuerit; nos eum Sanctorum meritis, & totius Catholicæ Ecclesiae precibus a suorum vinculis peccatorum absolvimus. Cæterum, qui pro eodem Domini servitio vel laborant vel laboraverint, & qui præfate urbis Ecclesiae a Sarracenis & Moabitibus diruta, unde rescitur, & clericis ibi Deo famulantibus, unde passantur, aliquid donant, vel donaverint, secundum laborum suorum, & beneficiorum suorum Ecclesiae impensorum, quantitatem ad Episcoporum arbitrium,*

* obtinenti. Gelas. ad Casaraugust. scribit. * direxit.

Indulgentia impertitur.

PAGIUS Tom. I. Biblioth. Labbei, qui ad annum MCXVIII. habet, Casaraugusta capta est a Rege Aragonensi.

XVIII. Difficultas tantum potest esse de die, cum de anno, mense, ac feria quarta inter omnes conveniat; dies enim III. Idus Decemb. seu dies XI. ejusdem mensis in feriam quartam cadebat, uti jam dixi; cum tamen Chronographus Malleacensis in Aquitania vixerit, domesticis testibus major hac in re fides habenda videtur. Expugnata Casaraugusta, Alphonse se se Casaraugustæ Regem dixit, in ea Imperii sui Sedem fixit, & Gasconem Vicecomitem Bearnensem quod expugnationis urbis auctor fuisset, Casaraugustæ Dominum sub certis conditionibus constituit, ut ostendit Marca lib. 5. Hist. Bearn. cap. 20. ubi fuscæ & accurate de urbis hoc & sequentibus annis ab Alphonso Rege Saracenis ereptis dixerit, & præfatum

in quorum parochiis degunt, poenitentiarum suarum remissionem, & indulgentiam consequantur. Data Alesti, quarto Idus Decembris. His acceptis idem Petrus ordinatus Episcopus Casaraugustanus, suis additis litteris ejusmodi indulgentiarum diploma per universum Christianum orbem promulgandum studuit, ista scribens:

Universis mundi Ecclesiae Fidelibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, presbyteris, omnibus Catholicæ Fidei cultoribus Petrus licet indignus Casaraugustanus Episcopus salutem & obedientiam.

Divina favente clementia, vestrisque precibus, & fortium virorum audacia Casaraugustanam urbem Christianis manibus subjugari, ac beata & gloriosa Virginis Mariæ Ecclesiam, quæ diu (prob dolor!) subjacuit Sarracenorum ditioni, liberari, satis audivistis: quam beato & antiquo nomine sanctitatis ac dignitatis pollere novistis. Adhuc tamen prioris captivitatis mœrore confectam, omnibus pene egeres sapiatis, tum quia non habent, unde diruta Ecclesiae præfata parietes & ornamenta restitui valeant: tum quia clerici ibidem divino famulatu die nocteque vacantes, unde vivant, non obtinent. Vestram itaque deprecamur clementiam, quod si corporali præsentia illam visitare nequitis, saltem elemosynarum vestrarum oblatione clementer visitetis, illud Psalmographi recolentes: (a) Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Illis vero, qui præfate Ecclesiae necessariorum solatio destituta atque suæ paupertatis gemitibus condoluerint, & unum denarium, vel quot valeant, ad ejus restaurationem miserint: nos ejus divina clementia ac domini Gelasii Papæ auctoritate freti (exemplar litterarum crucis, quas in nostra Ecclesia signatas habemus, in superscripta pagina scriptum invenietis) atque domini Bernardi Archiepiscopi Toletani & sanctæ Romanæ Ecclesiae Legati, ac omnium Episcoporum Hispaniæ... poeni-

XIX. Petri E. pific. Casaraugustani epist. Encyclica.

(a) Psal. 40.

Blancæ errorem emendat. Blancæ tamen diligentia laudanda; is enim, ut captae urbis annum certo detegere posset. Archiva Casaraugustana Magistratibus præsentibus invisit; cumque in autographo Privilegii ab Alphonso Rege civibus Casaraugustanis concessi legisset, illud datum fuisse sub era MCLIII. (idest, anno Christi MCXV.) in illa Acuda (idest, Palatio Regio) civitatis Zaragoæ in mense Januario, in ipso anno quando fuit capta prædicta civitas Zaragoza, non dubitavit, quin ea anno MCXV. in Alphonso Regis potestatem venerit. Sed cum Privilegium illud mense Januario scriptum sit melius ex eo intulisset, urbem anno antecedenti, Christi sc. MCXIV. captam fuisse. Dicendum itaque in Charta illa scriptum fuisse, sub era MCLVII. sed temporis lapsu numeri V. lineola detrita visum fuisse Blancæ Chartam habere sub era MCLIII. Similes errores a Librario in Chartis

nitentia remittimus. Alii equidem juxta beneficiorum suorum quantitatem, & operum suorum meritum delictorum suorum consequantur remissionem. Qui hunc nostrum Archidiaconum nomine Mirrandum, & socios suos præsentium litterarum latores benigne susceperint, vel eis consuluerint, a Domino vitam consequantur æternam. Valete. Ita Petrus Episcopus Casaraugustanus, qui (ut audisti) una cum his & litteras Apostolicas misit, hasque omnes subscriptione munitas, tum Bernardi Archiepiscopi Toletani, tum aliorum Hispaniæ Episcoporum. in hunc modum:

Ego Bernardus Toletanus Ecclesiae Archiepiscopus hanc absolutionem facio & confirmo.

Ego Suboscitanus Episcopus hanc absolutionem facio & confirmo.

Ego Sanctius Calaguritanus Episcopus hanc absolutionem facio & confirmo.

Ego Guido Lascurrensis Episcopus hanc absolutionem facio & confirmo.

Subscriptus quoque his reperitur Apostolicæ Sedis Legatus, qui tunc morabatur in Hispania, hoc itidem modo:

Ego Boso S. R. E. Cardinalis hanc absolutionem facio ac confirmo. Hactenus veneranda antiquitatis monumenta, Hieronymi Blancæ industria in lucem produ-

PAGIUS describendis admissos subinde notavimus. Conatur quidem Blanca opinionem suam tueri; sed cum jam de re constet, ejus argumentis refellendis non immorabor.

XIX. Casaraugusta expugnata Petrus de Librana Vasco natione encyclicam Epistolam universis Christi fidelibus misit, & fretus auctoritate Gelasii Papæ & Bernardi Archiep. Toletani Legati Apostolici indulgentiam largitus est iis, qui Ecclesiae suæ solatio destituta elemosynas mitterent. Litteræ sine die ac mense datæ, a Baronio recitantur. His addendum quod Martia lib. 5. Hist. Bearn. cap. 22 refert, Guidone nempe Episcopum Lascurrensis, in Aquitania, & Pontium Abbatem Cluniacensem, qui de quarundam Ecclesiarum decimis litigabant, coram Gelasio II. de juribus suis transgisse in urbe Alefia seu Alesto, die II. Idus Decemb. ut legitur in Chartario Lascurrensi, præsentibus Gerardo Episcopo Engolismensi Sedis Apostolicæ Legato, tribus Cardinalibus Petro Episcopo Casaraugustano, aliisque.

XX. Parte altera Raimundus III. Barchinensis & Provincia Comes de Tarracona celeberrima alias Tarraconensis Hispaniæ urbe, diversa ab ea ejusdem nominis quam Alphonso Aragoniæ Rex Sarracenis eripuit, ut infra videbimus, restauranda cogitabat. Ea enim jam a multis annis a Saracenis everfa fuerat, & nunc sine incolis erat. Quare litteris anno Incarnat. Dom. MCXVII. decimo Kalendarum Februarii datis B. Oldegario Barchinensi Episcopo, ejusque Successoribus libertatem dedit congregandi undeunque posset homines, cujuscuque dignitatis & mediocritatis, ad incolendam terram illam, & regendi & judicandi eos ad honorem Dei, & utilitatem ipsius civitatis. Gelasius vero II. litteris datis Caieta per manum Chryzogni

ta in commentariis rerum Aragonensium ex Casaraugustano Tabulario, quibus indulgentiarum promulgandarum pristinos mos referatur, pariterque antiquus cultus religiosissimæ Ecclesiae beatissimæ Virginis DE PLARI, nuncupatae, quæ hæc ætenu non solum Hispanorum populorum, sed externorum etiam visitatione frequentatur, universo Christiano orbi illustri fama notissima.

Cum autem pervenisset in Gallias Gelasius Papa, ad continendos Catholicos Germanos in fidem Apostolicæ Sedis, legat ad eos Cononem Episcopum Prænestinum bene notum, ut qui antea sub Paschali prædecessore ea summa cum dignitate fuerat legatione perfunctus. Qui instar fulguris coruscantis abiens & rediens excommunicationis fulmen in Imperatorem, in duobus, quæ congregavit, Conciliis, magna animi constantia explosit intrepidus. De his enim Urspergensis Abbas in primis hæc habet: His temporibus Cono Prænestinus Episcopus Cardinalis adhuc legatione Gelasii sanctus, Synodum Coloniae cum Theutonice habuit, ubi Imperatoris omnimodis excommunicationem proplavit. Haic Concilio interfuit Norbertus postea Præmonstratensis Ordinis institutor, tunc a-

XX. Legatio Cononis in Germaniam.

Concilium Colonie contra Imp.

S. R. E. Cardinalis XII. Kal. April. indit. XI. anno Domini. Incarnat. MCXVIII. considerans Prædecessores suos, præsertimque Urbanum II. plurimum laborasse ad restitutionem insignis olim hujus Ecclesiae Metropolitanæ, Beatum Oldegarium Barchinensem Episcopum ejusdem Ecclesiae Antistitem constituit, & Pallium ei concessit, Metropolitanam dignitatem in eum collata. Addit Gelasius: Sane Dertofam (aliquot passuum millibus a Tarracona distantem, vulgo dictam Tortosam) si divina clementia populo Christiano reddiderit, in suburbana parochiam Metropolim Tarraconensem conce- dimus; donec præstante Deo, Tarraconensis Ecclesia robur status sui recipiat; mox Dertofam ipsa proprium Pastorem obtineat. Ultraque litteras recitat Bollandus ad Diem VI. mensis Martii in Vita B. Oldegarii cap. 4. Quando Dertosa a Comitibus Barchinensibus occupata fuerit, suo loco dicemus.

Ad num. XX. Anno tantum sequenti coacta Concilia Coloniae & Eritriensi in Germania Conone Episcopo Prænestino Sedis Apostolicæ Legato præside celebrata, in hisque Henricus Imp. excommunicatus fuit, ut an. MCIX. narrat Urspergensis in Chronico. Baronijs eodem Chronographo perperam citato utrumque cum currenti anno connectit, indeque Labbeus Tom. X. Concil. re non examinata duo illa Concilia anno suo non reddidit, & Baronium hac in re exscripsit. Tritemius in Chronico Hirtaug. ad annum MCXIX. recte observat, utrumque Concilium post Gelasii Papæ obitum congregatum fuisse a Conone Prænestino Episcopo. adhuc Legatione fungente, ab illo, dum adhuc viveret, sibi commissa; quod & indicat Urspergensis Abbas ad annum MCXIX. dum de utroque Concilio locuturus post Callisti II. cle-

XXI. Concilia Coloniae & Eritriensi in Germania.

(a) Gen. 26.
(b) Apud Sur. die 6. Jun. 1. 3.
Concil. Fritislari. contra Imp.

rem noster conversus in peregrino habitu. Ibiq; ab omnibus in multis accusabatur, de quibus se prudenter excusabat, unde & scriptum legitur de eo, quod de Ismael: (a) quia magnus horum omnium contra eum, & ipse contra hoc omnes. At de causa Norberti in vita ipsius Hugo (b) Abbas pluribus agit. Pergit auctor: Alteram quoque Synod. in Fritislari eadem Cono Pranesinus, eadem pro causa indicit, qua & habita, eandem quam prius excommunicationem confirmavit, adversus Imperatorem scilicet. Imperator his auditis, insuper etiam, quod Principum...

consensus generale, vel curiale colloquium non multo post apud Vorceburg insisterere proposuisset: ubi ipse aut praesens ad audientiam exhiberi, aut absens regno deponi debuerit: offeratus animo, Italiae suis copiis cum Regina relicta, Germanicis se regionibus nimis insperatus exhibuit. Quae autem ista secuta sint, quoniam spectare noscuntur ad Gelasii successorem, suo loco dicentur.

Revertitur in Germaniam.

XXI. (c) Vuill. Tyr. de bell. sac. 1. 12. ca. 7.

PAGIUS

electionem narratam, ait: His etiam temporibus Cono Pranesinus adhuc Legatione Gelasii fundus, Synodum Coloniae, &c. Denique Interpolator Chronici Anselmi Gemblacensis ad annum MCXIX. disertam Concilii Colonienfis mentionem facit. Auctor Vitae S. Norberti apud Surium ad diem VI. Junii cap. 7. Concilii Fritislariensis in Hassia meminit, atque hunc sanctum tunc presbyterum coram Conone Concilii Praeside ab Episcopis, qui aderant, accusatum fuisse, quod ipsos in suis concionibus verbis & conviciis acriter infestaretur, habitum religionis praese ferret; cum in nullo religio & proprietates convenient, & pretiosas vestes abjecisset contra morem nobilium ipsius terrae, qualis ipse esset. Urspergensis, quem Baronius num. XX. sequitur, dicit frivolam hanc accusationem factam in Concilio Colonienfi, sed Hugo Abbas in huius Sancti Vita, Auctor coaevus, Urspergensis hac in re deceptum ostendit. Itaque, ut jam monui, tam utraque Synodus, quam Conventus Principum apud Vorceburg seu Herbipolim coactus, de quo ibidem Baronius, pertinet ad annum sequentem; [1] ad hunc vero Concilium Tolosanum occasione sacrae expeditionis a Christianis adversus Saracenos Casaragustanam civitatem inhabitantes susceptae. Hujus urbis obfidiioni plures Francorum Proceres adfuerunt, uti

refert Marca citatus, & uti habet Chronographus Malleacensis ad hunc annum. Tolosa fuit Concilium, in quo confirmata est via de Hispania. Nec plura de hoc Concilio superfluit. Praeterea coactum Rotomagi Concilium, testis Orderico lib. 12. non quidem Nonis Octobris, sed Nonis Novemb. ut monuimus num. XIV. & Gelasii Papae legatum ad illud venisse diximus. Addidit etiam (nempe Legatus Pontificus) plantum de Burdino Pseudo-Papa, Apostolicae Sedis invasore, & de multimoda in Tuscia partibus Ecclesiae tribulatione, inquit Ordericus. [2]

XXII. Templariorum & rigo.

Ad num. XXI. Baronius Templariorum originem cum Guillelmo Tyrrio lib. 12. cap. 7. hoc anno alligat, & ad eundem Christi annum Matthaeus Paris. scripsit, circa dies istos Ordinem illum fundatum, Baronii opinionem passim Viri docti secuti sunt praeter Mabillonium, qui in Chronolog. Bernardina hujus Ordinis exordium in annum millesimum centesimum. viciesimum-rejecit. Fons erroris modus annos Incarnationis numerandi a Tyrrio usurpatus; cum enim quandoque eos vel a die viciesima quinta Martii, vel a die Paschatis exordiat, ut anno millesimo centesimo septuagesimo nono ex ipsomet demonstrabimus, evidens est hanc Fundationem ad annum sequentem pertinere; cum ipsemet asserat nono ab ea anno confirmatam esse

NOTAE

[1] Alterum occurrit concilium a Conone Pranesino hoc anno celebratum Wormatiense, cuius meminit auctor Chronici Regiae abbatis S. Pantaleonis Colonienfis vulgati ab Eccardo in tom. I. Corpor. Historicor. his verbis: Rano Pranesinus Episcopus a Domino Paschali missus, eo mortuo a successore suo Gelasio ad officium Sanctum per Episcopum Vorceburgensem ordinatus, literis adprime auctoritate patrum roboratus, veniens Coloniam, multis Clericis cum convenientibus Wormatia synodum celebravit. Hujus Concilii mentionem frustra alibi ne ex collectionibus quidem repetas. MANSI

[2] Concilia Colonienfe, & Fritislariense ad hunc potius cum Baronio, quam ad annum sequentem consignari oportere perspicuum jam fore Eruditis arbitror, ex quo in Codice Udalrici Bambergensis vulgata est Epistola Adalberti Moguntini ad (Attonem) Bambergensem episcopum, in qua illum redarguit, quod Concilio Colonienfi invitatus venire neglexerit, iterumque ad Concilium Fritislariense V. Kal. Augusti, a Legato Papae (Conone) celebrandum, ut veniat, denunciatur. Cum igitur concilia in diem Dominicam indici mos fuerit, diesque V. Kal. Augusti hoc anno, non vero sequenti, in Dominicam incidit, huic anno ambo illa concilia assignanda esse arbitror. Fritislariense concilium ab hoc anno 1118. removeendum non esse deduco pariter ex auctore coevo vitae S. Norberti cap. 4. narrat enim virum sanctum post peroratam causam suam in concilio Fritislariensi, rebus & muneribus suis omnibus abdicatis una cum sociis duobus pauperem nudumque itineri se se dedisse, & cum aliquandiu pererrasset, pervenisse tandem ad S. Aegidium, ibique pontificem Gelasium natum vitam suam illi adprobasse. Cum igitur Pontifex ad portum S. Aegidii hoc anno appulerit, ut notat Pagius hic num. 14. & ante anni finem inde discesserit, ut iter suum proficeretur, nec eo iterum redierit; hinc Fritislariense concilium hoc anno celebratum conicitur. Insuper utrumque hoc concilium anno 1118. assignat vetustus Auctor Chronici Sampetrini Erfurtenfis legendum inter Scriptores rer. German. Menk. tom. III. pag. 20. MANSI

Templariorum institutio.

quidam nobiles viri de equestri ordine Deo devoti, religiosi & timentes Deum, in manu domini Patriarchae Christi servitio se mancipantes, more Canoniorum Regularium, in castitate & obedientia, & sine proprio velle perpetuo vivere professi sunt. Inter quos primi & praecipui fuerunt viri venerabiles Hugo de Paganis, & Gaufridus de sancto Ademaro. Quibus quoniam neque Ecclesia erat, neque certum habebant domicilium, Rex in palatio suo, quod secus templum Domini ad australem habet portam, eis ad tempus concessit habitaculum, Canonici templi Domini plateam, quam circa praedictum habebant palatium, ad opus officinarum certis quibusdam conditionibus concesserunt. Dominus autem Rex cum suis proceribus dominus quoque Patriarcha cum Praelatis Ecclesiarum de propriis Dominicalibus certa eis pro victu, & amictu beneficia quaedam ad tempus, quaedam in perpetuum contulerunt. Prima autem eorum professio, quodque eis a domino Patriarcha & reliquis Episcopis in remissionem peccatorum injunctum est, ut vias & itinera maxime ad salutem peregrinorum contra latronum, & incurfantium insidias pro viribus conservarent. Haec de institutione. Quomodo autem post novem annos in Gallis in Concilio Trecenti confirmatus est Ordo per Apostolicam Sedis Legatos, suo loco dicendum erit. In quo illud observandum, quod & Tyrrius ait, per novem annos, cum totidem ipsi essent, novem numero, nequaquam potuisse multiplicari. Ubi autem comprobatio ac- Ann. Eccl. Tom. XVIII.

cessit Apostolicae Sedis, aucti sunt in immensum.

Quod item pertinet ad res Orientales, moritur hoc anno, Quadragesimae tempore Balduinus (a) Hierosolymorum Rex, dum in expeditione esset, sepeliturque Dominica Palmarum Hierosolymis sub Calvariae loco. Substituitur ab eo vivente Balduinus de Burgo affinis ejus, miles egregius, pietate praestantior, coronatur die Paschatis. Sed cum interea (b) Eustachius Comes Bolonenfis frater defuncti Regis ab aliis in Regem assumeretur: ne bellum civile inter Christianos in Terra sancta apud Infideles maximo damno Christianae religionis conflaretur, sponte magna animi constantia, religione non impari, magna omnium admiratione, majori laudatione cessit Balduino regnum, memorandum posteris praebens exemplum, non quae sua sunt quaerendi, sed quae plurimorum cause faverent. Ad hunc autem recens Regem electum extat epistola Petri (c) Abbatis Cluniacensis officii plena.

XXII. (a) Idem lib. 11. c. ult. & lib. 12. c. 1. 2. 3. Balduini Regis obitus. (b) Idem lib. 12. c. 3.

Quo anno pariter defuncto Arnulpho Hierosolymorum Patriarcha, dignitate sedis potius quam moribus memorando, successit in locum ipsius Guarimundus natione Francus dioecesis Ambianensis, virtutibus pollens. Ad quem etiam extat ejusdem Petri Cluniacensis Abbatis epistola, cum scivit ipsum creatum esse Patriarcham Hierosolymitanum.

(c) Petr. Clun. lib. 4. ep. 46. 47. Guarimundus Patriar. Hierosol.

Moritur hoc pariter anno, decimo-octavo Kalendas Septembris, Alexius Imperator, ubi regnasset annos triginta-

XXIII. R r sc-

PAGIUS

esse in Concilio Trecenti, initio anni Christi Dionysiani MCXXVIII. celebrato. Baronius quidem Concilium Trecenti cum an. MCXXVII. connectit; sed eum hac in re deceptum esse infra ostendemus. Primi institutores fuerunt duo Equites, Hugo de Paganis & Godefridus de S. Adomaro qui cum certum domicilium non haberent, Balduinus II. Hierosolymorum Rex, de quo mox, locum in Palatio, quod secus Templum Domini ad australem plagam situm erat, eis ad habitandum concessit. Inde Fratres Militiae Templi dicuntur, inquit Matthaeus Parisiensis, & cum diu in honesto starent proposito, nunc adeo professionis suae humilitate neglecta, Domino Patriarcha, a quo Ordinis institutionem, & prima beneficia susceperant, se subtraxerunt, obedientiam & Ecclesiae Dei decimas subtrahentes, facti sunt cunctis valde molesti.

ventur debiliores creaverunt sibi Regem Balduinum, Comitem videlicet Edessenum Regis defuncti cognatum. Communiter electus, die Pascha est consecratus, subdit idem Fulcherius lib. 3. Mortuus vero Balduinus I. & Arnulpho Patriarcha Hierosolymitano, & Balduino II. in Regem uncto, Germundus, vir bonae conversationis ab omni Clero & populo in Patriarcham eligitur, inquit Albertus Aquensis lib. 12. num. 30. Germundum aliqui Guarimundum appellant.

XXIII. Obitus Balduini 2. Hierosolymor. Regis.

Ad num. XXII. Balduinus Hierosolymorum Rex post varias victorias de Saracenis reportatas hoc anno in Quadragesima mortuus est, sepultus [1] in Gulgota juxta Godefridum Reg. germanum suum, inquit Fulcherius lib. 2. Hist. Hierosol. Eo defuncto, ne Rege carentes estima-

A. num. XXIII. ad XXVIII. Alexius Comnenus Orientis Imperator hoc anno die XV. Augusti indict. XI. e vivis excessit, postquam vixisset annos circiter septuaginta, & imperasset annos XXXVII. menses quatuor, dies quindecim, ut Zonaras, qui in eo Annales suos absolvit. Nicetas Choniates, qui eisdem profecit, Anna Comnena ejus filia, alique produnt. Alexii sepulchrum etiamnum superesse in Templo, quod Patriarchium vocant, scribit Mart. Crusius in Turcograecia. Bellica quidem laude clarissimus fuit, sed in bello sacro Latinos fraudibus primum, deinde aperto Marte infestavit. Ipso belli initio Boamundus & Ray.

XXIV. Moritur Alexius Imp.

NOTAE

[1] Balduinus in Quadragesima mortuus est &c. Die Dominica Palmarum ait Annalista Saxo ad hunc annum. MANSI

CHRISTI
III8.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.Alexii
Imp. obi-
tus.

septem, & trigesimumoctavum per menses quatuor & dies aliquot inchoasset. Præcesserat illud loco prodigii habitum quod vehementissimo ventorum turbine itatua Constantini ænea, sita super celeberrimam columnam porphyreticam in Placotum collocatam, divulsam in terram prostrata est atque contrita, cujus & immensa ruina plurimos recari contigit. Meminit ejus rei adeo admirandæ Zonaras tum in Constantino Magno, tum etiam in ipso Alexio Comneno. Plures adhuc ejusdem Imperatoris extant constitutiones ab eo sancitæ, etiam ad res Ecclesiasticas spectantes, quas recitat Theodorus Balsamon diversis in locis. Habet & has codex Juris Orientalis duobus tomis intextas.

De eodem Alexio, quod fuerit Ecclesiæ Romanæ communionem conjunctus, plura sunt quæ significant. Constat in primis eundem Alexium Imp. frequentasse oblationibus Ecclesiam sancti Benedicti cœnobii Cassinensis. Quod si non fuisset Catholicus, nec ipse misisset, nec missa ab eo accepta fuisset, id prohibentibus legibus Ecclesiasticis. De legationibus cum oblationibus missis ad Cassinense monasterium, meminit Petrus

PAGIUS

& Raymundus Comes Sancti Egidii ac Godofridus dux, Robertusque Comes Normannia, atque Robertus Comes Flandrensium & Comes Bolonia, nempe Eustachius hæc ad Urbanum II. scripsere: Tu nos filios per omnia tibi obedientes, Pater piissime debes separare ab injusto Imperatore, qui multa bona promisit nobis, sed minime fecit. Omnia enim mala & impedimenta quacunque facere potuit, nobis fecit. Hæc charta fuit scripta XI. die intrante Septembrio indictione IIII. sed loco, IV. scribendum, VII. ut notat Baluzius lib. I. Miscell. ubi eam Epistolam refert, indeque confirmatur, quod jam hoc anno diximus, Librarios in hujusmodi numero exprimendo non raro errasse. Ea itaque Epistola an. MXXCVIII. data.

XXV.
Alexius
ut uxore
& filia
litteris ex-
cultus.

Quamvis Zonaras de Alexio scripserit, Eruitionem non ut conveniebat, sed utcumque colebat, extant tamen Alexii Comneni Monita ad Spaneam nepotem, versibus politicis Græco-barbaris scripta, & publicata Venetiis a Christophoro Zaneto, sed sine versione Latina & absque mentione anni impressionis. Cujus Operis exemplar MS. in Bibliotheca Casarea extare testatur Lambecius lib. 5. pag. 262. aliudque in Bibliotheca Regia asservari monet Ducangius Tom. II. Glossarii Mediæ Græcitatæ in Indice Auctorum Græcorum ineditorum, qui in eo laudantur. Ad hæc in Analectis Græcis Parisiis anno MDCLXXXVIII. a Monachis Benedictinis Congregationis in S. Mauri publicatis referuntur Antiquum Rationarium Augusti Casaris, & Novum Alexii Comneni Imperatoris, & in priori narratur, quomodo modo, & quæ olim vœtigalia exigebantur; in posteriori vero exponitur, quomodo Antiquum ob varios abusus, qui irrepleverant, emendaverit Alexius Comnenus, & Novum illud literis mandarit. Irene Ducana Alexii uxor, literis etiam ex-culta fuit, cujus studia & Litteratorum patro-

diaconus his verbis: (a) Alexius vero Constantinopolitanus Imp. transmisit beato Benedicto per Joannem Cypriolatum suam vestem oxii . . . deauratam. Suscepit eum Legatum Abbas noster honorifice, ipsumque Imp. honorum omnium, quæ hic gererentur, participem perpetuo esse constituit. Et inferius: Secundo idem Imperator octo Michelatorum libras, & pallium triacontas pro altari nostræ misit Ecclesiæ. Et inferius idem auctor:

(b) Hoc item anno Alexius Constantinopolitanus Imp. per Apocryphos Imperii sui misit beato Benedicto purpureum pallium optimum, de quo idem Abbas pluviale faciens aureis listis ornavit. Et inferius insuper. (c) Per hujus, inquit, cœnobii fratres octo libras solidorum, palliumque triacontasmon beato Benedicto direxit. Testatur insuper Petrus (d) Cluniacensis in epistola ad ejus successorem data, proxime recitanda, eundem Imperatorem etiam Ecclesiæ Transalpinas oblationibus locupletasse, & alia communionis Catholicæ signa edidisse, ut plane procul a schismate ipsum fuisse appareat. Sed & legatio, quam misit ad Patalem Papam, ejusdem communionis haud dubius habetur interpres,

(a) Petr. diac. Chr. Cass. lib. 4. cap. c. 17. Alexius catholicus.
(b) Idem ibi. capit. 25.
(c) Idem ibi. ca. 48.
(d) Petr. Clun. lib. 4. ep. 39.

cinium mire extollit Anna alia in Alexiade lib. 5. pag. 147. Sub vitæ exitum monachæ habitu sumto, Xene dicta est, ut legitur in Menæis ad diem XII. mensis Augusti. In Iisdem Analectis refertur Typicum sive Regula monasterii Monialium Græcar. capitibus LXXX. constans. Monasterium illud Irene a fundamentis extruxit, & Regulam illam Monialibus composuit, etiam verba ipsa suggerens. Denique Anna Comnena Alexii & Irene filia omni scientiarum laude clara fuit, ut testantur libri XV. Alexiados, quibus Alexii patris vitam exposuit. Nupta fuit Nicephoro Bryenni, Cæsari omni etiam disciplinarum genere instructo, qui rerum sui temporis Historiam a Petro Possino et tenebris erutam elucubravit. Joannes Comnenus Calojoannes etiam a quibusdam dictus, qui jam cum patre imperabat, post ejus mortem solus Imperium administravit. Jam uxorem duxerat Irenem Ladislai Hungaricæ Regis filiam, ut testatur Zonaras; & ostendit Ducangus in Familiis Augustis Byzantinis. Is Latinis patre æquior fuit.

Imperante Alexio Nilus Monachus Ecclesiam invadens, de Christi Oeconomia, varia ex Armenorum hæresibus orta diffeminavit; diligentia tamen piorum hominum deprehensus cum hæresi sua damnatus fuit, uti narrat Anna Comnena lib. 10. Cum Ecclesiam, inquit, tanquam improbitatis fluvius, Nilus ille inundans, summopere omnium animos perturbaret, non longe post ab Italis (de quo suo loco egimus) hæresibus condemnatis apparens, multis sui erroris turbinibus complures demersit, &c. Hinc nostri mysterii secundum hypostasim unionem ignorans, neque quid unio sit, omnino capere valens, neque penitus, quid hypostasis sit, sciens, neque separatim hypostasim aut unionem intelligens, neque rursus secundum hypostasim unionem, neque quomodo assumtum Deificatum sit, a Patribus edoctus; longe a veritate avul-

XXXVI.
Nilum
Hæretic.
ad sanam
doctrinam
reducere
conatur.CHRISTI
III8.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.(a) Petr.
diac. Chr.
Cass. lib.
4. c. 48.
XXIV.

cujus idem (a) Petrus diaconus meminit.

Perdomuit Alexius Pexinacas barbaros in Imperium irruentes, sed tunc, cum suis desperantes viribus milites ad supernum a Deo implorandum auxilium, projecis armis, humi strati misericordiam flagitarent; cumque vasa sacra quæ conflagraverat, eadem restituenda, sacra edita sanctione promississet, ut suo loco pluribus dictum est. Fuit & illud in Alexio commendatum, quod scholam Grammaticorum constituit, in qua pauperes erudirentur, victu tam magistris, quam discipulis constituto. Cæterum et si fuerint in eo pleraque laude digna, quæ recitat Zonaras, nonnullis, quæ reprehenduntur, vitii non caruit, quæ Colmus Patriarcha cum emendare frustra tentasset, maluit se abdicando carere sede, quam ejus rapinas excrecentes in cives videre & pati. At penes Latinos illud magis magisque in eo reprehenditur atque damnatur, quod invidens gloriæ Francorum, adversus Sarracenos & Turcas feliciter militantium, primum prodicione illis obesse curavit, inde vero contra eos cum Christianæ Fidei hostibus fœdus iniit, timens Imperio per Fran-

PAGIUS

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

sus natura illud Deificatum fuisse multum aberrans, existimabat. Id non latuit Imperatorem, & statim ac de eo certior factus est, opem promptissime excoegit; cumque virum accersisset, multum de insectia atque audacia arguit, re-fellensque eundem enixe secundum hypostasim unionem Dei & hominis Verbi aptissime exponebat, & retributionis modum ostendebat, & quomodo assumtum Deificatum sit ex superiori gratia instruebat. Ille pravus sua sententia mordicus in-hærebat, & vexationem omnem, tormentum, & compedes sustinere; excarnificari quoque atque confici promptius se exhibebat, quam ab eo abstinere, ne doceret, natura assumtum Deificatum fuisse.

XXVII.
Synodum
adversus
eum con-
gendam
curat.

Hinc frequentes ordinationes ad Tigranem, Arsacemque; quos ante alios Nili dogmata ad impietatem irritabant. Quid inde? Impietate multorum depopulari animos conspiciens Imperator, & Armeniorum Nilique decreta simul inuncti, nec non ubique natura deificatum assumtum clara voce vulgari, pessundari vero sanctorum Patrum de eo descriptiones, & secundum hypostasim unionem ignorari; noxæ impetum quam longissimo ejaculari cupiens, Ecclesiæ Primatibus in unum coactis, Synodum de eo celebrandam una cum aliis determinavit. Convenerunt tunc omnes Præsules & Patriarcha ipse Nicolaus, Nilusque stabat in medio cum Armeniis, illiusque dogmata explicabantur. Ille clara voce illa docebat, illisque enixe pluribus addebat. Quid inde? Synodus, ut multorum servaret animas a noxia illius doctrina, sempiterno eundem anathemate ferit, & unionem secundum hypostasim, ad traditiones Patrum, manifestius vulgavit. Post hunc, immo cum hoc Blachernita quoque profcriptus est, impia & ab Ecclesiæ aliena sententia, licet in sacris esset. Namque cum Eutychianis congressus, illorum perniciose contracta, multisque illudens, & ma-

cos sibi eripiendo, si eos secum dominos in Oriente coalescere pateretur.

At in quibus rursus laudem meruerit, Euthymius Zigabenus in exordio Panopliæ pluribus narrat, & inter alia de his quæ spectant ad pietatem, sic habet: Celebrandum est studium atque consilium, quod Orthodoxæ Fidei decreta colligenda curavit; nec quamvis tam multis mundi molestiis, innumerabilibusque negotiis, & gravissimis occupationibus assidue distringeretur, partem hanc sibi negligendam duxit, ut ex Imperatoribus multi, quibus id satis fuit, quod plerisque vel illius, vel hujusce temporis hominibus satis est, nempe brevis fidei confessio, religionis continens elementa, quod sacrum Symbolum appellatur. At ipse cum experimento cognitum atque perspectum haberet, pestiferas rursus & impias opiniones multis Romani Imperii partibus irrepisse; & propter longum fortasse diuturnumque hostium dominatum inter bonum triticum mala luxuriantis hæreticorum doctrinæ, quæ non nisi ad comburendum utilis est, zizania fuisse sparsa ac disseminata; eaque ut vigerent & crescerent, turbidis sermonum rivulis ab ipsorum doctoribus irrigari: animo

R r 2 com-

gnas in Urbe domos suffodiens, & impietatis dogmata tradens, cum sepe sapius accerseretur, docereturque ab Imperatore, nec ejusmodi pravus ejus opinionibus respiceret, ad Ecclesiam ab Imperatore mittitur, ubi magis ac magis examinatus, ut ignavissimus repertus est, ipseque & dogmata ipsius perpetuo anathemati subiiciuntur. Allatius lib. 2. de Confessione Eccles. Occident. & Orient. cap. 10. illius anathema legi in Tri-dio, Dominica Orthodoxiæ observat. Cum vero Nicolaus III. Patriarcha CP. anno MCXI. e vivis excesserit, hæc ante illum Christi annum gesta esse oportet, sicuti & sequentia quæ de Bogomilis, habet Anna Comnena, sed anno incerto.

Alexii Imp. etiam tempore Bogomilorum hæresis grassata est. Illius primarius auctor fuit Bogomilus Basilius Medicus, monachi habitu incedens. Is Byzantium ingressus, & in manifesto hæresis crimine deprehensus, condemnatus fuit. Nam Imperator simulavit, se fidem habere homini, & Magistrum appellavit, & servatorem errantium animarum: quibus effectis, ut ille voveret, doctrina vulgata, virus suæ improbitatis, in qua postea cum pertinax perseveraret, in Theatro exustus est, ut refert Zonaras in Alexio. Non poenitebit tamen rem totam ex Anna Comnena, quæ rebus interfuit, illius verbis, licet prolixioribus, cum post Baronii mortem ejus Historia edita fuerit, audire. Anna lib. 15. ait: Post hæc maxima insurgit Hæreticorum nebula. Hæresis genus novum, nunquam antea in Ecclesiâ compertum: namque duo dogmata pessima, impiissimaque in unum convenerunt, superioribus temporibus cognita, Manichæorum ut quidam dixerit, impietas, quam nos Paulicianorum hæresim vocavimus, & Massilianorum abominatio. Tale est Bogomilorum dogma, ex Massilianis & Manichæis constatum. Et, ut verosimile est, fuerat etiam

XXV.
Laudes
Alexii
Imp. ex
Euthy-
mio.XXVIII.
Bogomilo-
rum hære-
sis in Ori-
ente gras-
satur.

CHRISTY
1118.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.

commotus, atque ob insignem eorum audaciam atque dementiam inflammatus, tanto malo sibi occurrendum, ac remedium adhibendum existimavit.

XXVI.

Itaque cum a publicis negotiis, gravissimisque Reipublice muneribus & curis superesset aliquid temporis: id omne in divinarum Scripturarum voluminibus accurate perlegendis consumebat; deque eis cum viris eximiis, quorum egregia multitudo Regia semper referta esse solet, colloquebatur, approbatus in primis sermones colens, quorum ingenti quodam amore animus ejus incensus ardebat. Ex quo factum est, ut talium sermonum consuetudine linguam exacuens, tamquam ferrum ignitum aqua frigida confirmatum atque gladius utrimque acutus ad detestabiles opiniones atque doctrinas excidentas, vel ut Scripturæ verbis utar, (a) Malleus conterens petras, asperam nimirum & duram, atque omni sensu carentem pertinaciam impiorum eraserit. Id quod ego testari possum, qui rem animadverti, & annotavi, cum ei disputanti fortuna bis mihi contigerit interesse. Et inferius: Qua sane in re non sibi pontificum munus arrogavit, sed exemplo suo

(a) Hier.
23.

PAGIUS

etiam ante Patris mei tempora, verumtamen latebat. Namque Bogomilorum gens, ad diffimulandum virtutem, aptissima est, & capillum quidem secularem nunquam reperias, Bogomilorum sectam sequentem; sed malum hoc sub palio cuculloque occultatur; tristisque est Bogomilus & ad naves usque cooperitur, & incurvatus incedit; & ore submurmurat, intus vero lupus est effrenis. Et hunc nationem, talis cum esset, placibilem, veluti serpentem in latibulis immorantem, incantamentorum illecebris, qua verbis exprimi nequeunt, Pater meus in lumen evocavit, eduxitque. Recens enim immodicorum Occidentalium, Orientaliumque cura deposita, spiritualioribus se se exercebat &c.

XXXIX.

Vi vero ubique Bogomilorum rumor invasit. Basilus enim quidam impietate Monachus, duodecim habens discipulos, quos & Apostolos nuncupabat, secumque una discipulas adducens mulierculas quasdam pravis ac improbiis moribus, per omnes partes malum profudit; multasque animas, perinde ac ignis, pestis absumpsit. Egredere fert hoc Imperator. Quare de haresi inquirere capit, & ex Bogomilis nonnulli in Aulam asportantur, omnesque Basilium quendam, primumque Bogomilia Hareseos auctorem esse denuntiabant. Ex his Diplatus quidam comprobens, cum interrogatus confiteri renueret, tormentis deditus, tum dictum Basilium confitebatur, & quos ille creaverat Apostolos. Quare illius perquisitionem multis Imperator commisit. Et tandem comparet, Satanaelis Archisatrapa Basilus, habitu quidem Monachus, facie macilentus, mento glaber, statura procerus, ad impietatem pertractandam callidissimus: statimque Imperator, quod occultabatur, sussonibus ac illecebris, foris educere avens, & cum omni obsequio hominem accersit; namque & sedens assurrexit homini, & sedis illum mensaque participem fecit, & hancum prada, omnibus esca onustum, universonum ceto huic voracissimo laxa-

pontifices excitavit, seque illorum socium & adiutorem adiunxit &c. Eius namque & jussione se Panopliam scripsisse idem Euthymius testatur adversus omnium hæreticorum errores.

Præcipuam vero laudem inde sibi idem Imperator Alexius comparavit, quod quemdam hujus temporis nefandum hæresiarcham Basilium, auctorem hæresis Bogomilorum, detexit, atque non sine labore detectum eundem flammis comburendum tradidit. Extant nefandissimi hominis errores isti ex Euthymio deprompti, qui de his locupletissime agit.

Trinitatem negavit existere. Rejecit libros Moyfi, septemque tantum divinarum Scripturæ libros recepit. Deum humana forma præditum dixit. Mundum creatum ab angelis, malis scilicet. Michaelem Archangelum fuisse incarnatum. Iconoclastiam amplexus, sanctarum cultores imaginum reprobos & idololatrias esse affirmavit. Crucem desepit, quod in ea Salvator occisus sit, quam demones fidei timere, atque fugere viderent. Baptismum Ecclesiæ esse baptismum Joannis, suum vero esse baptismum Christi. Incruentum sacrificium contem-

XXVII.
Basilus
Hæresiar-
cha.Hæresis
Basilii.

nit. vit, deditque glutendum; venenumque huic Monacho, & improbitate conspicuo, omne propinavit, per omnia simulans se illius discipulum fieri velle; nec ipse solum, sed & Germanus illius frater Isaacius Sebastocrator; & omnia, qua ab illo dicebantur, veluti divina oracula estimare, & in omnibus illi subdi, si tantummodo sibi anima salutem pessimum ille Basilus procurasset.

Et ego quidem, ait, Pater honorandissime (hæc namque dulcibus poculum Imperator inungebat, ut Damonibus ille obsitus atram bilem, quam intus habebat, evomeret) virtutem tuam admiro, postuloque addiscere, qua a tua reverentia inducuntur, cum nostra tantummodo prava sint, nihilque ad virtutem conducant. At ille primum quidem simulabat, & pellem leoninam, qui vere asinus erat, quacunquē ex parte traheret, & ad dicta subsuitabat; nihilominus tamen laudibus inflabatur; namque eum sibi convictorem effecerat. Aderat vero his omnibus, unamque simul scenamolvebat Imperatoris frater & Sebastocrator. Ille vero hæreseos dogmata eruditavit; at quam ratione? Verum Gynacium & Imperatores veluti murus, dividebat: sic execrando hæc omnia, ut illi animo infederant, eructante palamque enunciante, scriba intra velum dicta scripto excipiebat. Et fatuus ille, ut sibi videbatur, Magister erat; Imperator instrui se simulabat; scribebat doctrinam Notarius. Omnia autem fanda infundantque vir ille ominosus exaggerabat, nullique excreando dogmati peperit: quin imo & Theologiam omnem nostram contempsit, & Oeconomiam imaginariam fuisse asseruit; Templeaque sacra, heu miserum! templi Damonum appellavit, & que a nobis conscribuntur, Caro & Sanguis, primi & Antistitis & Sacrificii, nullo loco habuit. Quid inde subscribitur est? Senem aufert Imperator, & aperit. Senatores omnes coguntur, militaris Ordo accurrit, & veneranda Ecclesia Patres adjunt.

XXX.

Qua arte
Alexius
Imp. prava
ejus
dogmata
detexerit.PAGIUS
XXXI.
Basilus
in impietate
animi ob-
firmat.

Præsedebat itaque tunc temporis in Regia Urbis Throno beatissimus Patriarcha Dominus Nicolaus Grammaticus, & Deo exosa dogmata percurvebantur, & probatio calumnia vacat: neque id negabat adversarius, immo apertè capite ad defendendum se preparabat, & igne & verberibus, & sexcentis mortis generibus se afflicti velle promittebat. Firmiter namque credunt falsi isti Bogomili, omnem sine dolore penam subire se posse; quasi Angeli ipsos ab igne erepuri sint. Multis itaque eorum omnium improbitatem exprobrantibus, iis etiam, qui illius pestis participes fuerant, Basilus ipse immutabilis erat, Bogomilus generosissimus: & licet illi usionem minarentur, & aliorum tormentorum genera, mordicus ipse Damonem inhaerebat, Saenelemque suam amplectebatur. Custodis vero sapienter mancipatus, accessusque ab Imperatore, sapienter exoratus, ut impietatem ejurare, eodem modo se gerebat ad abortationes. Sed finem illius ne prateramus. Antequam enim illum Imperator torvis intueretur, post impietatis confessionem, in alicuiam quandam Regio Palatio contiguam, tum primum propter eundem extructam secessimus. Sero erat & stella sereno caelo desuper affulgebant, & Luna post conjunctionem emicabat; Monacho cellam ingresso, nocte media saxa ex se se, ad instar grandinis, in cellam jaciebantur, manu nulla lapides projiciente, nulloque slio Damoniacum hunc Abbatem lapidibus petente. Videbatur vero esse Damonum, qui Satanaeli inserviebant, ita furentium, indignatio, agre ferentium, quod ille arcana Imperatori manifestaverat, & persecutionem apertam contra errorem induxerat.

XXXII.
Dogmatica
Panoplia
jussu
Alexii
Imp. ad-
versus
Hæreticos
composita.

Et hac quidem Parasceviotes quidam nomine, Damoniaci illius senis custodia destinatus, ne ille cum aliis sermonem consereret, & pestis sua participes faceret, horribilia hæc se vidisse, jure jurando affirmavit, audisseque projectorum lapidum, & in terra & in tegulis strepitum, vidisse vero spissos crebrosque lapides, neminem vero usquam, qui illos projecisset, conspexisse. Lapidum enim projectionem subsequatur illico terra motus, & pavimentum concutebatur; & qua circa tellum erant, stridebant. Parasceviotes itaque antequam percipisset, Damonum opus illi esse, non despondebat animum, ut ipse ajebat; sed videns postea saxa desuper, veluti imbrem deferri, & senem illum hæreseos auctorem ingredi, absconditque, Damonum opera id esse factum ratus, hærebatur animo, nec, quid futurus esset, sciebat. Et pro-

CHRISTY
1118.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.

nendum. Eucharistiam esse Dominicam orationem. Omnes orationes præter Dominicam, vaniloquia esse. Insuper delirans dixit suos omnes concipere Verbum Dei, & parere sicut beata Virgo peperit, nullamque aliam esse resurrectionem præter poenitentiam, & vitam Evangelicam. Hæc ex Euthymio & aliis. Quomodo autem Imp. Alexius nefarium hominem ultimo supplicio affecit, ita describit Zonaras; His temporibus secta nefaria Bogomilorum existit, cujus præco doctorque primarius fuit quidam Basilus medicus, habitu monachus, sed ipso potius satana indutus. Qui cum annis quindecim erroris illius perniciosa dogmata didicisset, quinquagintaduos

docuisset: totum fere orbem sua pestis implevit. Tandem etiam urbem Imperatricem ingressus, in manifesto crimine est veritatis inimicus deprehensus. Nam Imperator ejus impietate cognita, simulavit se fidem habere homini infelici, & magistrum appellavit, & salvatorem errantium animarum. His & pluribus aliis ægre quidem & tarde, sed tamen effecit tandem, ut homo pestifer evomeret virus sua improbitatis. Sed fera castibus irretita, doctrinam ejus vulgavit, & dogmata contempsit: communicque suffragio in equestri theatro impostorem comburi jussit. Hic ejus finis, homine sacrilego dignus. Quo supplicio afficiendos Novatores cum Basilio sentientes, candidus Le-

dogmii hujusce narratio hic finem habeat. Erat interim animus universonum Bogomilorum hæresim percensere; sed me pudor impedit, ut alicubi dixit bella Sappho, quod scriptor ipse mulier sim, & purpura pretiosissimum, & primus Alexii surculus; & quod illa qua in multorum aures venerat, silentio digna sint. Et velle equidem scribere, ut plena Bogomilorum hæreseos notitia habeatur; verumtamen, me linguam deturpem, prætereo. Mitto vero eos, qui universonum Bogomilorum hæresim cognoscere vident, in librum qui dicitur Dogmatica Panoplia, jussu Patris mei conscriptum. Namque ille Monachum quendam Zigadenum dictum Despane cognitum; & ex parte matris avia, omnibusque, qui sacro catalogo nomina dederunt, Grammatices instructissimum, & Retorica etiam studiis exercitum, dogmatumque, si quisquam alius, quarum accessit, iussitque illi, ut hæreses omnes, singulas quasque separatim, exponeret, & in unaquaque Sanctorum Patrum refutationes conscriberet, ipsorum etiam Bogomilorum hæresim, uti impius ille Basilus edocuerat. Librum hunc Dogmaticam Panopliam Imperator nuncupavit, & ad hæc usque tempora libri illi ita appellantur.

Damnatio Basilii & sociorum apud Annam Commenam, quæ omnia etiam minutissima profequitur, legenda. Alexius Imp. in revocandis ad fidem Bogomilis plurimam operam posuit, multique recipere; qui vero animum in errore obfirmarunt, Crucem in morte quoque adversati sunt. Basilus vivicomburio damnatus, & Bogomili ad incendium a plebe postulati, sed iis Imperator respiciendi spatium in carcere indulsit. Natalis Alexander part. I. seculi XI. & XII. pag. 317. Bogomilorum hæreseos capita sigillatim exponit, apud quem legi poterunt. Lambecius lib. 3. Biblioth. Cæs. pag. 170. refert inter MSS. Græca in ea Bibliotheca asservari Panopliæ Dogmaticæ Euthymii Zygabeni Appendicem, qua continentur Anathematismi quatuordecim contra Massalianorum & Bogomilorum hæresim, & Triumphus de eorumdem repressione per Imp. Alexium Commenam, cujus jussu Basilus hæresiarcha, professione quidem Medicus, habitu autem Monachus, in Hippodromo Constantinopolitano vivis combustus est. Notat Lambecius Opus illud prælo dignissimum esse, ut Historia originis illarum hæresicon suppleatur & illustretur. Priores ipse tres Anathematismos exhibet, in quorum priori Petrus sive Lycopetrus hæresicos Massalianorum primus Au-

XXXIII.
Ab Euthy-
mio Zyga-
beno qui
schismaticus
fuit.

CHRISTI
1118.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.

Lector jure consentiet. Alexio Imperatore defuncto, filius ejus major natu Calo Joannes, sic vulgo dictus, habenas Imperii moderandas suscepit.

Ad postremum citra finem anni hujus, nempe sexto Idus Novembris, sanctus Godefredus Episcopus Ambianensis, de quo sæpe superius dictum fuit, diem obiit, cujus res præclare gestæ scriptæ extant a Nicolao (a) monacho ejus æquali. Ipsius vero sepulcro hoc fuit inscriptum epitaphium:

PAGIUS Auctor dicitur, cujus tamen nec apud S. Epiphanium in Panario omnium hæresium, nec apud Photium in Biblioth. nec apud Harmenopolium in libro de Sæctis; nec apud alios, qui de hæresi Massalianorum agunt, mentio occurrit, ideoque Appendix illa res notabiles docere potest. Porro Euthymium Schilmaticum fuisse, probat Allatius laudatus ex Tractatu MS. Bibliothecæ Regiæ, cujus hic titulus est Εὐθυμίου μοναχῆ &c. idest, Euthymii Monachi Zygabeni adversus Roma veteris civit, sive Italos, capita duodecim demonstrantia non ex Filio procedere Spiritum sanctum, seu Euthymii Monachi Zygabeni contra Latinos duodecim capita de processione Spiritus sancti. Denique Lambecius Tom. V. Biblioth. Cæsar. pag. 134. ait, in ea asservari MS. cujus inscriptio est. Euthymii Zygabeni, Monachi monasterii Constantinopolitani cognominati τῆς Περὶ βλάπτου Epistola adversus Phundagiagas sive Bogomilos & Massalianos, ut & contra Armenios ceterosque hæreticos, Constantinopoli in suam patriam missa. Ex quibus patet Bogomilos minus recte a Baronio num. XXVII. vocari Bongomilos.

XXXIV. Ad num. XXVIII. Nicolaus Monachus in Vita S. Godefredi Episc. Ambianensis, Scrip- tor coævus, ejus mortem his verbis refert: *Excessit e vivis VI. Idus Novemb. hora terti nona, anno Sacerdotii sui undecimo (verum, ut ex dictis liquet, legendum, anno Sacerdotii sui quinto decimo) ætatis quinquagesimo, regnante Ludovico Philippi Francorum Regis filio, anno regni ejus decimo octavo, incarnati autem Verbi MCXVIII. At anno Christi MCXVI. Ludovicus Rex mense Novembri annum Regni XI. numerabat, ideoque hunc numerum Librarius per errorem ejus Episcopatus attribuit. Neque enim dici potest, annum illum a priori Regni Ludovici Epocha proficisci; cum post patris mortem anni Regni ejus a priori Epocha numerati non reperiantur; licet Philippus pater ejus a sua inauguratione vivente patre facta Regni sui annos quandoque deduxerit, ut liquet ex Charta a Mabillonio lib. VI. de Re Diplom. pag. 589. recitata.*

XXXV. Hoc anno mortua est Mathildis Angliæ Regina, Henrici Regis conjux, piissima foemina, quæ ei peperit filium *Willelmum* nomine, filiamque sibi cognominem. De ea Eadmerus lib. 5. Novorum hæc habet: *His diebus, gravi damno Anglia percussa est in morte Regine. Defuncta liquidem est apud Westmonasterium, Kalendis Maii, & in ipso monasterio decenter sepulta. Quo autem judicio Dei ignoramus. Illico post hæc, plures Normannorum, quam Regi juraverunt fidelitatem postposuerunt, & in Regem Francia (sc. Ludovicum VI.) Principesque ejus adversarios, scilicet ipsius*

*Gloria pontificam, Cleri decus, ac monachorum
Forma, gregis dux, exemplar morum
Godefredus
Hic jacet, astra petens octava luce
Novembris.*

Et non solum est ejus sepulcro incisum epitaphium, sed veneranda ejus imago pariter collocata.

Moritur & eodem tempore S. Lidganus Abbas Ordinis S. Benedicti, qui in mo-

naturalis domini sui, non veriti justitiam se transfulerunt. Unde qua & quanta mala emerferunt, cogitatu ne dicam, dictu scimus esse difficile. Hæc de Mathilde Petrus Blefensis in Continuat. Ingalphi pag. 129. ad hunc Christi annum: Mathildis Anglorum Regina & Sutorum gloria, pauperum alumna, & omnium miserorum refugaria, Croylandensis Ecclesiæ ac Abbatis Jofridi specialissima Patrona, hoc tempore obiit. Erat Jofridus Abbas Croylandiæ, qui hoc anno cum Gilberto Westmonasterii Abbate Legatum missus est ad Ludovicum Franciæ Regem ob disensionem, quæ inter ipsum & Henricum Regem versabatur. Erant Legati isti in Francia geniti, in septem liberalibus artibus insignes doctores, inquit Petrus Blefensis. Hærebat tunc Henricus Angliæ Rex in Normannia, & Ludovicus Franciæ Rex contendebat Normanniæ Ducatum, si non Roberto, Henrici Regis fratri, in vinculis detento; ejus tamen filio, Guillelmo nomine, hæreditario jure deberi. Hinc crudele bellum exarsit; eo funestius, quo exulcerata mentes diurnitate temporis plus virium collegerant. De eo bello legendus Alfredus in Annal. hoc anno, Sugerius in Vita Ludovici Grossi Regis, & Ordericus lib. XII.

Obiit etiam *Mustadivus Billa* Calipha Habassida, postquam Caliphatus præfuisse annis XXIV. & aliquot mensibus, ut tradit Georgius Elmacinus, qui in eo Historiam suam Saracenicam absolvit. Eam e lingua Arabica in Latinam vertit *Thomas Erpenius*, & post mortem ejus *Jacobus Golius* ex illius testamento in lucem edidit. *Elmacinus*, ut notat Golius in Præfatione, Chronologiam potius Muhammedici Imperii, quam Historiam contexuit, paucisque perstringit quæ gesta sunt in Arabia, Ægypto & Perside. Natus est in Ægypto seculo XIII. ineunte, eoque velut Notario Principes Imperii Saraceni usi sunt ad secretiora consilia, quem dignitatis gradum sub Muhammedico jugo, non nisi per summas virtutes, via patet homini Christiano. Qualem fuisse *Georgium Elmacinum*, liquido constat, tam ex ipso nomine, quam etiam quod solemnem præfatione abtineat qua religionem Mahumetani suam profiteri superstitiose solent. Huc accedit, quod res Christianorum, Ecclesiasticas præsertim, in Annales suos tam diligenter referat. In his condendis præclaris Rerum Orientalium Scripturibus, quales sunt *Abulfeda* Geographus, *Abugiasarus* Tabarita, & *Mircondus* Persicus Auctor celeberrimus, innixus est. Vide quæ de eo anno DCXXII. in medium attulimus. Porro *Mustadivus Billa* successit *Almostashed* filius ejus, ut tradunt *Abulpharajus* in Hist. Dynastiarum, & Auctor Anonymus Chronici Orientalis ab Abrahamo

XXXVI. *Elmacinus Historiam Saracenicam absolvit.*

CHRISTI
1118.GELASII II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 8.
ALEXII COMN. IMP. 38.

monasterio S. Cæcilie in agro Setino vitam duxit ad sanctitatem accommodatam, claruitque vivens & post mortem

PAGIUS hamo Echellensi e tenebris erutus. XXXVII. Mediolanenses, qui Henrici Imp. partes defendebant, hoc anno Conventum coegere de ejus excommunicatione acturi: *Marchiones & Comes Longobardiæ*, inquit *Landulfus Junior* cap. 34. apud *Puricellum* num. CCCXXIX. in hac tempestate convenerant *Mediolani*, ut ibi coram Episcopis suffraganeis & comprovincialibus explicarent Imperatoris innocentiam, & ipsam Imperatorem perducerent in Archiepiscopi (nempe *Jordani*), & Episcoporum benevolentiam. Episcopi itaque confedentes in Palatio *Mediolanensi* una cum Archiepiscopo attente audierunt *Marchiones*, & *Comites* fideliter loquentes de Domino suo; propter quorum verba quamplures arbitrati sunt Imperatorem esse alio- num ab excommunicationis culpa. Sed cum Archiepiscopus & Episcopi contentiose adversus *Marchiones & Comites, Duces & Reges* (idest, jura præfensa a Regibus Longobardiæ) disputarent, *Milites & cives Mediolani* in atrio Ecclesiæ jurabant facere guerram *Cumanis* (idest *Comensibus*) donec *Vicum & Colaniam* destruerent, civitatem quoque ipsam dissiparent.

XXXVIII. *Comensibus bellum indicunt.* Finito Conventu coeptum decennale & exitiosum bellum adversus *Comenses*, quod *Puricellus* recte observat male a *Sigonio* in Hist. de Reg. Ital. lib. II. in annum MCXX. dictum ferri. Narrat bellum istud *Landulfus* loco lau-

miraculis. Scripsit res ab eo gestas *Dionysius* monachus *Cassinensis*, sed eas mendis obfusas legisse nobis contigit. Sc-

dato: *Ubi Imperator*, inquit, a *Roma* exiit (quod hoc anno contigisse certum), & se a *prædicto* Papa *Gregorio* sive *Burdino*, prolongavit; mox manus *Guidonis* *Comensis* Episcopi (Gelasio II. additi, & ab Henrico Imp. alieni), ejusque militum & civium violenter apprehendit *Landulfum* *Carcanensem*, *Mediolanensis* Ecclesiæ Clericum Ordinarium & *Ministrum*; & in ipsa apprehensione interfecit *Othonem*, ejusdem *Landulfi* nepotem, & urbis *Mediolanensis* egregium *Capitanum*. Hinc *Jordanus* Pontifex *Mediolanensem* concionem militum, & civium clamantium in *Cumanos* (sc. *Comenses*) intravit, ibique connumerando & lamentando quamplura mala, quæ *Cumani* fecerant in rebus etiam *Mediolanensis* Archiepiscopatus, ipsam turbam concioni ad faciendam vindictam inflammavit. Eodem quoque tempore Pontifex *Jordanus* observatis januis Ecclesiarum suo populo negavit introitum, nisi materialis gladio vindicaret *malitiam* *Cumanorum*. Demum ad sonitum vocis, & jussu hujus Pontificis *Mediolanensis* populus cepit facere guerram *Cumanis*; atque in primo exercitu, quæ *Mediolanenses* castra metati sunt in *Canneto*, civitatem ipsam *Cumanam* occupaverunt: ipsamque *Landulfum*, qui *investituram* *Cumani* Episcopatus a Rege, & ordinationem a *Patriarcha Aquileiensi* suo *Metropolitano* susceperat, & de captione liberaverunt.

JESU CHRISTI ANNUS 1119.

CALLISTI PAP. II. ANNUS I.

HENRICI IV. IMP. 9. JOANNIS COMNENI IMP. I.

I. Gelasii Pap. obiit.

SEquitur annus millesimus centesimus undevigesimus, Indictione duodecima, quo Gelasius Papa Secundus (inquit Urspergensis Abbas hujus temporis auctor) apud Viennam Synodum congregavit, eaque transacta, post paucos dies in monasterio Cluniacensi vitam præsentem in Domino finivit. De hospitio Cluniacensi, quo susceptus est honorificentissime, hæc Pandulphus habet; Cluniacense adit monasterium, in quo juxta beati loci potentiam, & secundum quod Apostolicum virum condecuit, & receptus est pariter & benigne tractatus; omnesque bene & optime, qui intraverunt cum eo Archiepiscopi, & Episcopi terræ. Sed & Reges, & Principes, tamquam si Petrum viserent, tam per se, quam per Nuntios eum non parvis muneribus sedulo frequentabant. Qui omnes unanimiter a tanto Patre ac domino plenioribus brachiis charitatis amplexi, ex lætis qui veniebant, lætiores effecti, domum cælestibus ferculis medullitis epulati redibant. Tractabat vir sanctissimus qualiter & de his quos secum duxerat, & quos in Urbe reliquerat, in omnibus & per omnia provideret. Et quidem multa jam ad libitum, Domino juvante, peregerat: cum jam quasi ad portum fore se deductum congaudens, subita passione correptus, quam Græci pleurismum appellari jussissent, suis & multis fratribus undique convocatis, facta confessione, corpore cum sanguine Redemptorem accepit, ac juxta normam monasticam strato reverte corpufculo, sancta illa anima carne soluta est. Hinc ad cælum, Petro duce, conscendens, corpus honorabiliter intralimen Cluniacensis cœnobilii requiescit in

pace. Amen. Quem Romani aderant, & qui Romæ remanserant, Clerus omnis ac populus desoleverunt, & quasi Patrem justitiæ nolentes consolari desolebant. Sed et autem annum unum, & cessavit Episcopatus ejus dies decem & quinque. Hucusque verba Pandulphi de Gelasio.

At vero ante obitum, cum se lethali morbo affectum, convalescere penitus desperaret sanctissimus Pontifex, consuleret Ecclesiæ periclitanti minime prætermisit, cupiens aliquem sibi succedere, qui in tanto ventorum conflictu naviculam fluctuantem regere posset: ad hoc virum alium præter Cononem Prænestinum Episcopum, cum neminem sciret esse magis idoneum, cum his qui aderant Cardinalibus, ut ipse eligeretur, cepit exhortationibus agere. Sed quomodo idem vir insignis Prænestinus Episcopus his se liberavit, ex Beneventano Chronico ab auctore, qui tunc hæc scribebat, sic accipe: Gelasius confestim infirmitatis valida dissolutione teneri presentiens, cum aliis Cardinalibus qui aderant, Prænestinum acciri jussit Episcopum, qui cum ipso in Gallias navigavit, & imponi illi tanti honoris culmen Romana Sedes satagebat. Audiens itaque Episcopus ejusmodi verba Pontificem proferentem: Absit, inquit, omnino absit, ut tanti honoris culmen, onerisque pondus indignus ego & infelix suscipiam, præcipue cum auxilio, & seculari virtute divitarum Romana Sedes temporibus nostris sub persecutionis flagello afflicta defendi oporteat & muniri. Si vero meis acquiescere velitis consiliis, Viennensem Archiepiscopum, virum utique religiosum, prudentiaque animi, potentia

II. Agit Gelasius moriturus de successore designando.

Gelasius II. inclutus meritis.

& nobilitate seculari pollentem, ornatum virtutibus ad tale tantumque patrocinium eligamus. Dei namque consilio, & beati Petri meritis, & vere hujus solatio Romanam Sedem sub tanta persecutionis periculo diutissime oppressam credimus ad serenitatem atque triumphum sublevandam. Quid multa? Gelasio agrotanti, & aliis Cardinalibus, ac cæteris, qui aderant, sermo placuit. Nec mora Archiepiscopum illum accerseri jubent; & ut dicta factis compleant, perseverant. Qui vocatus, cum parasset professionem suam, & se in itinere posuisset, adhuc in via dum esset, auditur magno suo dolore ipsam Pontificem ex hac vita migrasse. Siquidem die quarto Kalendas Februarii Gelasius Pontifex in eodem monasterio feliciter ex hujus corporis ergastulo migravit ad Dominum. Hæc ibi de Callisto, tunc vivente Pontifice, non electo, sed tamen consensu omnium designato præter consuetudinem, quod sic videbatur ejus temporis necessitas postulare: cum tamen ea omnia ipsi essent incognita penitus. Dicta itaque die, quarto Kalend. Februarii defunctum esse Gelasium, cæteri omnes æque consentiunt. Quo quidem post Martyres, qui suo sanguine martyrium consummarunt, haud facile inter Romanos Pontifices aliquem quis invenerit, qui breviori vitæ tempore majora sit passus, ob idque præclariori corona donandus, atque celebrioribus fuerit præconiis celebrandus. Porro cum diem ejus transitus contigisset, quarto Kalendas Februarii, ejus temporis Scriptores tradant: dicendum est, post annum adhuc vixisse dies quatuor

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

Excitati sunt quique Potentes cum mediocribus, ei occurrere, & certatim parabantur interesse Concilio, quod ipse disponebat, se media quadragesima Remis celebraturum. Rodolphus quoque (Cantuariensis) Archiepiscopus, aulico Papa adventu, de Rotomago ubi eo usque morabatur, egressus, impiger ei occurrere statuit. Sed ubi aliquantum itineris confecit, accepit a quibusdam, ipsam Papam longius discessisse, & versus Hispanias ire proposuisse: & postea mortem ejus narrat. Idem habetur in Chron. Mauriniacensi lib. 2. Tom. IV. Concilium disponebat, in quo se magna dispositurum credebat; sed divino judicio, quod occultum, nunquam tamen injustum est, aliter disponente, præventus agitudine gravissima &c. & dein Chronographus ejus mortem recitat; qui tamen de Callisto II. post pauca interposita verba, notat eum Tolosa primum, Remis secundo Concilium celebrasse, sed nec ipse, nec ullus alius ex Antiquis præter Urspergensis ac Nangium in Chron. Gelasium II. aliquam Synodum in Gallis habuisse memorant. Quare non dubitandum, quin Urspergensis hallucinatus fuerit, & Nangium in errorem induxerit. Is tamen non Viennæ, sed Remis Concilium coactum voluit.

II. Gelasius II. Conc. Remis eorum. Papa Gelasius per mare Burgundiam celebrare venit, & adventus ejus mox Gallia toti innotuit.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6612. SÆC. XII An. Eræ Hisp. MCLVII. Anno Hegiræ DXIII. inchoato die 14. Apr. fer. 2. A. C. 1119. I. Concil. Viennense sub Gelasio II. commentarium.

ad finem anni MCXVIII. quo annum MCXIX. inchoamus, ait: dehinc Apostolicus ipse stabilivit, ut in sequenti mense Martii Synodum cum Patribus Francia, Teutonicisque celebraret, ibique de Sacerdotii & de regni dissidio longe lateque habito, Spiritu sancto mediante, loquerentur, &c. Sed antequam terminus statutus Synodum celebrandi advenisset, apud monasterium sancti Petri, quod vocatur Clunia, ubi diligenter morabatur, agitudine mole detentus est, quod ex Falcone Baronius num. II. narrat. Præterea Pandulphus, qui Gelasium II. comitabatur, hujus Concilii non meminit, sicuti nec Hugo Monachus Cluniacensis in Epistola ad Pontium Abbatem suum, ubi refert, quæ Gelasius II. in Gallia egerit. Ejus narrationis partem anno superiori retulimus, & mox reliquam describemus. Verum quidem est, Gelasium II. proposuisse Concilium in Gallia celebrare; sed ad id Urbem Remensem elegerat, ut testatur Eadmerus hujus temporis Scriptor lib. 5. Novorum. Papa Gelasius per mare Burgundiam celebrare venit, & adventus ejus mox Gallia toti innotuit.

CHRISTO 1119.

CALLISTI II. PAP. I.

HENRICI IV. IMP. 9. JOANNIS COMN. IMP. I.

a tempore creationis suæ. Verum nec annum integrum absolvisse, sed duobus minus diebus sua periodo revolutum ejus sepulchro inscriptum testatur epitaphium quod sic se habet, a Petro Pictaviensi his verbis elaboratum:

Vir gravis & sapiens, actu, verboque Joannes, Cum prius ex monacho pro multa strenuitate Archilevita foret, & Cancellarius Urbis: Præsule Paschali meritis ad sidera raptus, Promeruit tandem sacram conscendere Sedem, Dignus post primum Gelasius esse Secundus. Sed quia Rege fuit non præcipiente levatus: Horrendum fremuit Princeps. Et filia dulcis More suo profugum suscepit Gallia Patrem. Si licuisset ei (pro certo crede) sub ipso Virtus, & pietas, & honestas cresceret omnis, Et pax Ecclesiæ toto floreret in orbe. Nam rapuit mors atra virum, cum Pontificatus Vix ageret primum Pastor venerabilis annum, Bina dios jam restabat, cum Cluniacensi Dormit in proprio Romani juris asylo. Hic igitur postius dilector inter alumnos

Epitaph. Gelasii Pap. II.

S s Cum

Hugo Monachus Cluniacensis citatus de Gelasio II. ait: qui denuo convalescens, & Cluniacum suum pervenire desiderans, Lugdunum Gallia pertransit, Matifconam descendit, ubi gravissima agitudine confectus, se Cluniacum perveni instantissime præcepit. Quo deportatus, summaque reverentia susceptus, completo Episcopatus sui anno I. & diebus III. in medio fratrum, circumstantibus Episcopis Cardinalibus, in propria domo proprius Pastor in pace Cluniaco quievit. Cum vero Callisto II. apud Baronium hoc anno num. V. dicit: D. N. fel. memoria Gelasius a Vienna discedens, injunxit mihi, &c. & statim mortem ejus referat, apparet Gelasium II. Avenione Viennam, ex ea urbe Lugdunum, indeque Matifconam & Cluniacum venisse, sed Viennæ moram facere non potuisse. Obiit autem Cluniaci IV. Kal. Februarii, uti scribunt Falco apud Baronium num. II. Ordericus lib. 12. Fulcherius Carnotensis lib. 3. Hist. Hierosol. alique. Quoad durationem Sedis ejus, fuit ea anni unius & dierum IV. vel V. Nam Hugoni Monacho Cluniacensi laudato consentiunt omnes nostri Catalogi, & ille qui habet eum sedisse annum unum, dies quatuor, excludit diem e mortualem, qui etiam non numeratur ab Hugone Monacho. Martinus vero Polonus & Augustor

CHRISTI
1119.CALLISTI II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

*Cum Patribus sanctis requiescit, & op-
tat ut orbis
Conditor & Judex veniat quandoque po-
tenter,
Et cineres lapsos in pristina membra re-
formet.
Felix inde nimis semper Cluniace man-
bis,
Quod pater orbis Apostolicus summusque
sacerdos
Ecclesie, matrisque tue specialis, a-
pud te
Transiit ad superos, in te requiescit hu-
matus.
Nec minus hic etiam felicem credimus il-
lum,
Cui dedit ipse pius magno pro munere
Christus,
Ut monachi monachum, Patrem quoque
pignora chara
Jugiter aspicerent, lacrymisque rigando
sepulcrum
Sacris in precibus specialem semper ha-
berent.*

Hucusque epitaphium, quod invenitur
ante libros epistoliarum Petri Cluniacen-
sis.

III. Ceterum non ista tantum versibus Pe-
trus Pictaviensis tunc in laudem Gelasii
Papae scripsit, sed funebrem quoque o-
rationem dixit, quam adhuc extare,
qui viderunt eam, affirmant. Erat ipse
Petrus tunc ejusdem monasterii Cluniac-
ensis monachus. Porro stemma Gelasii

PAGIUS

etor Fasciculi Temporum, qui habent dies quin-
que, diem emortualem includunt. In Chro-
nico Gotfridi Viterbiensis hujus temporis scri-
ptoris, non nisi librorum errore legitur eum
sedisse annum unum, dies sex. Ex quibus con-
sequens est, Gelasium Pontificem Romanum,
anno superiori electum fuisse VIII. Kal. Febr.
Baronius quidem num. II. refert Epitaphium
Gelasii II. a Petro Pictaviensi versibus elabora-
tum in quo dicitur, eum sedisse annum unum,
duobus diebus exceptis, & numero sequenti tra-
dit eum quoque funebrem orationem dixisse,
quam adhuc extare, inquit, qui viderunt eam,
affirmant. Indeque Papebrocius in Conatu Chro-
nico Hist. ait, Gelasium II. sedisse menses XI.
dies XXIX. Verum licet Petrus Pictaviensis
Monachus Cluniacensis fuerit, tamen illud epi-
taphium ab aliquo imperito ferius editum ma-
le illi attribuit apud me certum, cum Got-
fridus Viterbiensis, qui hoc saeculo floruit,
Bernardus Guido citatus in magno Chronico
Belgico, Wernerus in Fasciculo Temporum,
omnesque Catalogorum, quos mihi videre li-
cuit, Auctores, Hugoni Cluniacensi suffragen-
tur; nullus vero scitio illi Petro Pictaviensi.
Quod si Epitaphium illud antiquitus Gelasii II.
sepulcro insculptum fuisset, non deessent ex
Veteribus, qui ejus meminissent. Denique Pe-
trus Marrierus Monachus Ordinis Cluniac. Au-
ctor Bibliothecae Cluniacensis pag. 594. ait Pe-
trum Pictaviensem plures scripsisse Epistolas ad
Petrum Cluniacensem, & multa alia, inquit,
qua apud nos sunt omnia; & tamen pag. 607.

IV.
Sedis ejus
duratio.

ex Comitibus Cajetanis deductum, sum-
mo labore a Constantino Cajetano mo-
nacho Benedictino exaratum vidimus. His de
Gelasii obitu atque funere di-
ctis: jam ad ejus successoris creationem
convertamus orationem.

Fuit iste Guido natione Francus, Ar-
chiepiscopus Viennensis sanctae Romanae
Ecclesiae Cardinalis, qui longo tempore
sub Paschali legatione Apostolica hone-
stissime functus adversus schismaticos om-
nes, ut quae de eo contigerunt saepe su-
perius dici declarant, ex Regibus ge-
nus ducens, immo (ut Sugerius ait in
Ludovico) Imperialis & regiae celsitudi-
nis derivativa consanguinitate generosus,
magnum tempore schismatis fuit Catho-
licae Eccl. propugnaculum. Hic (inquit
Pandulphus) a Cardinalibus, qui cum
Papa Gelasio, jam in Cluniaco sepulto,
ab Urbe in Franciam venerant, dum es-
set ante Archiepiscopus Viennensis, in Pa-
pam Callistum electus est. Qui se indi-
gnum iterato reclamans, idcirco modis
omnibus restabat, quia & incertum ha-
bebatur a multis, utrum Romae ratum sa-
ctum hujusmodi teneretur. Propter quod
vix cappa rubea amictiri sustinuit, donec
Nuntii redeuntes Roma per dominum Pe-
trum tunc Vicarium Episcopum portuen-
sem, per Cardinales omnes, per dominum
Petrum Leonis (nam iste nuntius labora-
vit in verbo propter diaconum filium suum
Petrum Leonis, qui potissimum in Fran-
cia id peregerat) per Praefectum, & Con-
su-

IV.
Callisti
Papae II.
creatio.

& seqq. profert Panegyricum ab eodem Petro
Pictaviensi Petro Venerabili Abbati Cluniac.
dictum Epitaphium Gelasii Petro Pictaviensi
falso attributum, aliaque ejusdem Petri Picta-
viensis Oportula, sed ne verbum quidem ha-
bet de Oratione funebri, quae ab eo dicta vel
composita fuerit in laudem Gelasii II. An vero
Constantinus Cajetanus, qui stemma Gelasii II.
elucubravat, Orationem illam apud se habu-
erit, fateor me ignorare; sed quidquid de ea
re sit, non video Auctorem illius Epitaphii
Hugone Monacho Cluniacensi fide digniorem
esse.

Gelasio II. post Interpontificium dierum
duorum successit Callistus II. electus, non IV.
Nonas Februarii, sicut habet Ordericus lib. XI I.
idei die secunda mensis Februarii, neque quarta
die ejusdem mensis, ut statuit Papebrocius
in Callisto II. sed Kalendis Februarii. uti
Onuphrius in Chron. Eccles. & Sigonius lib.
X. Hist. de Reg. Ital. habent, & ex iis,
quae in morte ejus in medium afferemus, per-
spicuum fiet. Callistus II. ante Pontificatum
Guido appellabatur, eratque Archiepiscopus
Viennensis. Patrem habuit Willelmum Burgun-
diae Comitum. Sublimatus, inquit Sugerius in
Vita Ludovici VI. Regis, tanta celsitudinis di-
gnitate, gloriose, humiliter, sed strenue Eccle-
siae jura disponens, amore & servitio Domini
Ludovici Regis, & nobilibus Adelaidis Reginae
nepotis, aptius Ecclesiasticis providebat negotiis.
Callisto enim II. soror fuit nomine Gilla,
quae Humberto II. Comiti Maurianensi seu Sa-
bau-

V.
Gelasio II.
succedit
Callistus
II.CHRISTI
1119.CALLISTI II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

fulas, per Clerum & populum viva voce
ac litteris, electionem ipsam canonice,
jureque firmarent.

Sed quid de sua electione ei fuerit per-
visum divinitus praemonstratum, sic nar-
rat Sugerius in Ludovico: Cum in som-
nis proxima nocte, apertis satis, licet in-
guoto praesagio, vidisset sibi a persona
praesente Lanam sub chlamyde repositam
committi, ne causa Ecclesiae transitu A-
postolici periclitaret: ab ea quae aderat
Romana Ecclesia, in summum Pontificem
electus, visionis veritatem enucleatus a-
nimadvertit. Quod magis magisque per-
spicuum reddiderunt eventa; siquidem
diuturnum bellum ob investituras conflatum,
diu multumque Ecclesiam fatigans
& lacerans, cedente tandem Imperatore,
ab eodem Callisto Papa felicissime
compressum est.

V. Inter haec autem ita Callistus electus
de sua electione sicut ad alios, ita ad
Adalbertum Archiepiscopum Moguntini-
um has litteras dedit, quas recitat Ur-
spergenus:

Dominus noster felix memoriae Gela-
sias a Vienna discedens, injunxit mi-
hi, ut ad ejus praesentiam festinarem,
postquam ipse Cluniacum pervenisset. Quod
cum post dies aliquot implere satagerem,
in itinere de ejus obitu mihi nuntiatum
est. Ego ut fratribus, qui cum domino
eodem venerant, prout ratio exigebat,
solatium exhiberem, Cluniacum cum gra-
vi dolore perrexi. Dum autem super eo-
rum consolatione attentius cogitarem: ipsi
gravissimum mihi onus, & vires meas o-
mnino transcendens, imposuerunt. Con-
gregati namque in unum die altero post
adventum meum Episcopi Cardinales, &
centum clerici & laici Romanorum, in-
vitum me, penitusque renitentem in Ro-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS baudiæ nupta Adelaidem peperit, Ludovico
VI. Francorum Regi anno MCXV. in matrimo-
nium collocatam, ut videre est in Chrono-
S. Petri Vivi, qui ibi habet: Accepit
Rex Hludovicus uxorem suam nomine Adelai-
dem. Porro Anselmus Gemblacensis in Chrono-
ad hunc Christi annum, ait: Consensu omnium
Episcoporum, tam Germania, quam Gallia cum
Romanis habito, dominus Guido Viennensis Ar-
chiep. in Papam eligitur, & Callisti nomine
designatus Cluniaci benedicatur. Sed cum benedi-
ctionis Episcopi aut Papae nomine Veteres
consecrationem intelligant, ut videre est in
Lexico Ducangii voce benedictio Episcoporum,
Anselmus perperam dicit Callistum Cluniaci
benedictum fuisse, ut ex mox dicendis ma-
nifestum fiet.

VI. Callisti II. Consecratio, quam Pandulphus
magna solemnitate peractam testatur, differri
non potest ultra diem V. Idus Februarii, seu
diem nonam ejusdem mensis, cum ea in Do-
minicam incidit. Quod, postquam hac li-
teris mandavi, dum minus cogitarem, reperi
in lib. 1. Hist. Vezeliacensis, Tom. III. Spi-
cilegii Dacheriani, ubi refertur Epistola Co-

Visio o-
stenfa de
Pontifica-
tu suo.

V.

Callisti
Papae li-
tera de
sua ele-
ctione.

PAGIUS

mana Ecclesiae Pontificem Callistum una-
nimiter assumpserunt. Hucusque ex Ur-
spergeni epistola novi Pontificis; per-
git vero Pandulphus:

Facto igitur hoc omnium subscriptioni-
bus optime roborato, tunc Papa solemniter
a Lamberto Ostensi Episcopo & aliis
quamplurimis in Dei nomine consecratur.
Pergit de ejus in Urbem instituta profes-
sione. Sed de his quae gesta sunt Ro-
mae, ubi de his omnibus litteras acce-
pere, ex saepe citato Beneventano Chroni-
co ista accipe: Cardinales qui aderant,
Petro Portuensi Episcopo, quem Pontifex
Gelasius Romae Vicarium dimiserat, de-
ejusdem Gelasii obitu, & qualiter Ar-
chiepiscopus Viennensem in Pontificem
Callistum elegerant, studiose delegave-
runt. Portuensis autem Episcopus his li-
teris acceptis, super ipsius Apostolici o-
bitu lacrymis manantibus valde se contri-
statum ostendit; & illico Capitolium a-
scendit, & litteras ostendit Romanis,
quibus lectis, una voce & concordia Do-
minum laudavere omnipotentem, qui eis
virum prudentem & ornatum moribus Pon-
tificem largitus esset. De obitu vero Ge-
lasii Apostolici valde turbati sunt. His
ita gestis, idem Portuensis Episcopus Hu-
goni Cardinali Legato relicto Beneventi,
& Landulpho Beneventano Amisiti, Cle-
ro & populo suis litteris eadem signi-
ficavit. Quibus auditis, continuo Lan-
dulphus Antistes civis, presbyteros omnes
& clericos, ad sacrum fecit convocari
palatium, ut eis ordinem rerum renun-
tiaret, quibus acceptas litteras jussit le-
gi. Nec mora praedicti Callisti electio-
nem unanimiter laudantes firmaverunt,
deinde in, Te Deum laudamus, canendo
prorumpunt. Sicque Archiepiscopus ipse
& Hugo Cardinalis, clericorumque tur-
S s 2 ka

VI.

Legatio
Romam
de obitu
Gelasii,
& electio
ne Calli-
sti.

nonis Praenestini Episcopi, Apostolicae Sedis
legati Hugoni Nivernensi Episcopo sine die &
mense data, in qua ait: Die ipsa, qua ab in-
vicem discessimus cum Electro nostro Duce mi-
sericordia Dei ad partes Lugdunensium propera-
vimus. Antequam autem Lugdunum perveni-
remus, dominus Lugdunen. Archiepiscopus (Humbaldus sc.) electioni nostrae assensit, & Lugdu-
ni subscripsit. Ibi facta processione solemniter do-
minum Papam Callistum, & nos honorifice suscepit.
Nam & Engolismensis Episcopus, antequam
a nobis discederet, subscripserat, & Dominus Pa-
pa humiliter se subdidit (nempe Gerardus).
Inde venimus Viennam, ubi in Dominica Quin-
quagesima, (quae hoc anno in diem IX. men-
sis Februarii convenit) Dominus Papa coronatus
est. Cluniacum, ubi Callistus II. Pontifex Rom.
electus, quatuor leucis distat a Matiscone, &
haec civitas leucis sedecim a Viennensi, ideo-
que Matisconem inter & Viennam est tantum
iter dierum duorum, quod navi breviori tem-
pore confici potuit. Papebrocius laudatus per-
peram credidit, Callistum II. Cluniaci coro-
natum fuisse, post reditum nuntiorum Romae,
adulto Martio, aut fortassis ipse die Pascha-
tis

CHRISTI
1119.CALLISTI II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

ba copiosa, & civium multitudo a prædicto sacro palatio usque ad Episcopium cantando descendimus. Postea vero eminentiorem locum Antistes ascendens, ciwes hortatus est, ut fidelitatis manum erga Romanam Sedem perpetuo conservarent. Quo facto ad propria remeavimus. Hactenus ibi ex Chronico Beneventano: pergit vero Pandulphus:

VII.

Conventus
Triburien-
sis.

Missi sunt autem ab Urbe Legati, scilicet ferentes confirmationem Papæ Callisti, quam non in Galliis tantum, sed etiam per Germaniam innotescere voluerunt, presertim in collecto tunc conventu Triburienfi contra Henricum Imperatorem, de quo habet ista Urspergenfis Abbas hoc anno: *Henricus totius regni & sacerdotum atque procerum Nunius compulsus, generalem fieri apud Triburium conventum assensit. Ubi de omnibus quæ sibi imponerentur, juxta Senatufconsultum se satisfacturum spondit. Quo scilicet conventu Rhenanis in parvibus habito, tam adversariorum, quam amicorum Imperator concorditer usus consilio, unicuique per totum regnum suis rebus spoliato propria concedi præcepit; eunctaque Regum antiquorum fiscalia suam in ditionem interim recepit, paxque per universas provincias ab omnibus haberi collaudatur, sed parum profecisse, re ipsa comprobatur. Aderant etiam Legati, tam Romanorum, quam Viennensium, immo diversarum Ecclesiarum Missi, confirmantes electionem domini Callisti.*

PAGIUS

VII.
Concil.
Tolosanum

tit, XXX. ejusdem. Recte tamen observavit, eum Pontificatus annos a die suæ electionis deduxisse. Adde, Callistum II. anno Incarnationis Dionysiano & Pisano indifferenter usum fuisse, quod compluribus Viris eruditissimis eruditè fuit. Porro Falco in Chron. refert, Gelasium, cum convalescere penitus desperaret, Cardinales hortatum esse, ut Episcopum Prænestinum, tanquam magis idoneum sibi substituerent, sed eum Pontificatum recusantem proposuisse Guidonem Archiep. Viennensem, qui & electus fuit, ut narrat Baronius num. II. qui tamen Episcopum illum Prænestinum Odonem male interpretatur; cum certum sit, fuisse Cononem, de quo jam supra sæpius mentionem fecimus rursusque faciemus.

A num. VII. ad XII. Callistus II. post suam in Pontificem Romanum consecrationem, Vienna reversus, rebusque dispositis per Gallias transitum faciens, Tolosa primo, Remis secundo celebrato Concilio, Romam cum maximo tripudio, sicut decebat, intravit, anno scilicet sequenti, inquit Chronographus Morigniacensis lib. 2. Prioris Concilii Baronius non meminit, sed eius summarium refert Catellus lib. 2. Comitum Tolosæ cap. 3. ex Bernardo Guidonis in parvo Tractatu de Temporibus & annis generalium & particularium Conciliorum, in quo legitur: *Hic Callixtus Papa Pontificatus sui anno primo VIII. Idus Junii celebravit Concilium Tolosa una cum Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus Provincia, Gothia, Gasconia, Hispania, & ceteris Britannia, in quo Concilio*

Cui profecto dum universi nostrates Episcopi obedientiam professi, Synodum, quæ juxta festum S. Lucæ indicebatur, collaudassent fieri: ipse Rex semetipsum ibidem pollicebatur, ob reconciliationem universalis Ecclesiæ præsentandum iri. Id enim Catalaunensis Episcopus & Cluniacensis Abbas apud Argentinam ipsam convenientes multis ratiocinationum conatibus obtinuerunt.

Ejusdem tamen actionem Rhenensis Concilii, si quis plenarie cognoscere que-rit, in litteris cujusdam scholastici nomine Hessonis eleganter enucleatum reperire poterit, idest qualiter Rex inter regnum & sacerdotium de concordia facienda consenserit. Insuper eodem Concilio, cui videlicet decemotertio Kalendas Novembris, prædictus Papa Callistus Secundus vallatus quadringentis vigintifex Patribus coram innumera multitudine Cleri ac populi præsedit, non adeo se præsentem Henricus, vicinum tamen exhibuerit, ubi & colloquio suo domini Papæ Legatis concessio tandem inducias deno quaesierit propter generale colloquium cum Principibus habendum, pro investituris scilicet Ecclesiasticis, quas tantopere cogebatur amittere. Ad ultimum vero idem Apostolicus inita inter se & Regem concordia, synodalia prædecessorum decreta confirmaverit, aliaque nonnulla, quæ res exigebat, naviter addiderit; sicque post dies fere duodecim in virtute Spiritus sancti rite finito Concilio, cunctos

VIII.
Rhenensis
Generale
Concil.

*inter cetera, quæ gesta sunt in eodem, fuerunt damnati Hæretici, & depulsi ab Ecclesia, qui religionis speciem simulantes dominici Corporis & Sanguinis sacramentum, Baptisma parvulorum, Sacerdotiumque, & omnes Ecclesiasticos ordines, & legitimarum damnabant fœdera nuptiarum. Primitiæ quoque & decima, & oblationes, & bona deficientis Episcopi, & Clericorum, fuerunt Principibus & quibuscumque laicis sub pœna sacrilegii interdicta. Labbeus, ad hunc Bernardi Guidonis Episcopi Ludovensis locum animum non adverterat, & Tom. X. Concil. Acta Concilii Tolosani Decretis decem constantia profert, quorum hæc Præfatio est: *Anno ab Incarnat. Domini MCXIX. indictione XII. Era MCLVIII. epacta VII. concurrente II. VIII. Idus Junii, presidente Reverendissimo Callisto Papa II. anno Pontificatus sui primo in Concilio Tolosano, &c.* In margine vero, Labbeus ait: *Mendose scriptum erat MCXX.* quod refellit indictio, & notatus Callisti, annus primus. Ita ille. Verum si Vir doctissimus animadvertisset, annum Pisani, quo aliquando Callistus II. usus est, non differre ab anno eræ vulgaris, nec in indictione, nec in anno Pontificatus, aut in aliis notis temporariis, sed tantum nostrum unitate superare, & Pisanos numerare annum MCXX. quando nos annum MCXIX. ita ratiocinatus non fuisset. Annus itaque ille MCXIX. annus est Dionysianus, ut demonstrat Epistola Synodalis Callisti II. qui Concilio præfuit; scripta enim illa Idibus Julii, indict. XII. Dom.*

CHRISTI
1119.CALLISTI II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

Etos Apostolica benedictione confirmatos ad propria redire permisit unumquemque cum gaudio. Hæc ipse summam.

IX.

Fuit quidem ista Synodus Rhenis congregata valde celebris, cujus licet citata ab Urspergenfi per Hessonem scripta non extet; tamen de ea frequens habetur in ejus temporis Scriptoribus mentio. De ipsa autem paucis Sugerius agit in Ludovico his verbis: *Sublimatus itaque tanta celsitudinis dignitate, gloriosè, humiliter, sed strenue Ecclesiæ jura disponens, amore & servitio domini Ludovici Regis, & nobilis Adelaidis Reginae neptis, aptus Ecclesiasticis pro- videbat negotiis. Rhenis itaque celebrissimum celebrans Concilium, cum Legatis Imperatoris Henrici pro pace Ecclesiæ sedere differentibus, in Marchiam versus Mosonum occurrisset, nec profecisset: quomodo & antecessores fecerant, ipsum Henricum anathematis vinculo vinculum Francorum, & Lotbaringorum Concilio innodavit. Hæc de excommunicato iterum Imperatore per Callistum Papam in Rhenensium tunc celebrato Concilio Sugerius. Rogarius autem in Annalibus Anglicanis hujus cum meminit Rhenensis Concilii, pleraque ab aliis prætermissa recenset, & hæc inter alia: *Numerata sunt ibi personarum pastoralium virga quadringenta vigintiquatuor, inter quos & Turstinus Eboracensis Archiepiscopus, qui ibidem ab Apostolico est consecratus. Postera, inquit, die residen-**

PAGIUS

VIII.
Callistus
II. Tolosa
Remos ve-
nit.

*Dom. Incarnat. anno MCXIX. Pontificatus autem Domini Callisti II. Papa an. I. In præfatione Concilii legitur, in Concilio Tolosano una cum Cardinalibus, &c. Abbatibus Provinciae Gothia, Gasconia, &c. hæc sunt recitata capitula. Verum loco, provincia Gothia, legendum, Provincia, Gothia, uti recte Catellus & Baluzius lib. 8. de Concordia cap. 18. & demonstrat Epistola Synodalis subscripta ab Atone Arelatensi, & Fulcone Aquisi Archiepiscopis. Tolosa per Pictavensem provinciam transiens Callistus II. Andegavos, indeque Turonos venit; Tom. enim I. Biblioth. Labbei in priori Chronico Andegavensi ad hunc Christi annum legitur: *Callixtus Papa venit Andecavam.* Ibi majus Altare Ecclesiæ Monialium Monasterii Roncerei in vigilia Nativitatis B. Virginis, seu die VII. mensis Septembris, dedicavit, ut patet ex Instrumento a San-Marthanis Tom. IV. Gallia Christianæ pag. 794. relato, qui & ibidem de Abbatia Fontebraudensi verba facientes, recitant Rescriptum Callisti II. in cujus fine legitur: *Dat. Turoni apud Majus monasterium per manum Grifogoni S. R. E. Diaconi Card. ac Bibliothecarii XVII. Kal. Octob. indict. XIII. Dominica Incarnationis anno MCXIX. Pontificatus autem Domini Callisti II. Papa anno primo, ubi utitur Era communi Incarnationis. In eo Rescripto Pontifex ait: Cum per Pictavensem Parochiam pro Ecclesiæ servitio transitum haberemus, venerabilis fratris nostri Voillelmi Pictavensis Episcopi suggestione ad B. Mariæ de Fontebraudi Monasterium declinavimus, &c. In**

tibus ordine in Concilio Ecclesiasticorum graduum personis, assidente quoque Rege Francorum Ludovico, multisque aliis principalibus viris, ex consensu eunctorum Patrum renovantur statuta de statuendis, & rescindenda de rescindendis, quorum hæc sunt quinque Capitula:

Quæ sanctorum Patrum sanctionibus de pravitate simoniaca stabilita sunt: nox quoque sancti Spiritus judicio, & auctoritate Sedis Apostolicæ confirmamus. Si quis ergo vendiderit aut emerit vel per se, vel per quamlibet submissam personam Episcopatum, Abbatiam, Decanatum, Archidiaconatum, Presbyteratum, Præposituram, Præbendam, Altaria, vel quamlibet Ecclesiastica beneficia, promotiones, ordinationes, consecrationes, dedicationes Ecclesiarum, clericalem tonsuram, sedes in choro, aut qualibet Ecclesiastica officia: & vendens, & emens dignitatis & officii sui, ac beneficii periculo subjaceat. Quod nisi respuerit, anathematis mucrone percussus ab Ecclesia Dei, quam læsi, modis omnibus abscondatur.

Episcopatum, Abbatiarum, aut quamlibet Ecclesiasticarum possessionum investituram per manum laicam fieri penitus prohibemus. Quicumque igitur laicorum deinceps investire præsumperit, anathematis ultionis subjaceat. Porro qui investitus fuerit, honore quo investitus est, absque spe recuperationis omnimodo careat.

Uni-

*honore beatissima & gloriosissima Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae Oratorium dedicavimus &c. omnibus autem cooperante Deo, solemniter celebratis, ad populum, cujus undique illuc multitudo effluerat, verbum ex nave habuimus. Turonis Callistus II. venit ad monasterium Morigniacense in Dioecesi Senonensi prope Stampas situm, uti habet Chronographus Morigniacensis: *Anno incarnati verbi MCXX. dedicata est Ecclesia Morigniacensis canonici & domino Papa Callisto II. V. Nonas Octob. &c. Inter eas venerabiles personas, quæ huic sanctæ dedicationi adfuerunt, venerabiliores fuerunt Cono Prænestinus Episcopus, totius Franciæ ac Teutonia, Alemannia ac Saxonia Legatus, &c. Sed annus MCXX. Pisani est; Callistus enim, anno MCXX. aliquot mensibus ante Octobrem jam Romam pervenerat; ideoque Chronographus annum illum MCXX. eruit ex Charta tunc edita & anno Incarnationis Pisano notata. E Monasterio Morigniacensi Parisios venit, ubi VIII. Idus Octob. indict. XIII. dedit Privilegium quoddam Monasterio Vindocinensi Tom. XXI. Biblioth. Patrum Edit. Lugdunensis pag. 101. recitatum. Tandem Remos profectus est, ubi eodem mense Octobri Concilium celebravit.**

*Refertur illud Tom. X. Concil. in eoque conditi Canones quinque, quarum primus est de damnatione simoniacæ hæresis, secundus de investituris per manum laicam non faciendis. Hæc ejus Præfatio: *Anno Incarnationis Dom. MCXIX. Synodus Remis in Ecclesia Metropoli-**

X.
Rhenensis
Concil.
decreta.IX.
Concil. Re-
mensis.

CHRISTI
1119.

CALLISTI II. PAP.
I.

HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

Universas Ecclesiarum possessiones in-
concussas in perpetuum & inviolatas esse
decernimus. Quod si quis eas abstulerit,
aut invaserit, aut potestate tyrannica
detinuerit, juxta illud beati Symmachii
Capitulum, anathemate perpetuo feria-
tur.

Nullus Episcopus, nullus presbyter,
nullus omnino de Clero Ecclesiasticis di-
gnitates vel beneficia cuilibet, & quasi
hereditario jure derelinquat. Illud etiam
adiciendum precipimus, ut pro Baptisma-
tis, Chrismatis, Olei sacri, ac sepultu-
re acceptione nullum omnino pretium exi-
gatur.

Presbyteris, diaconibus, subdiaconi-
bus concubinarum & uxorum contubernia
penitus interdiximus. Si qui autem hu-
jusmodi reperti fuerint, Ecclesiasticis &
officiis priventur & beneficiis. Sane si
neque sic immunditiam suam correxerint,
communione careant Christiana. Hucus-
que quinque Concilii canones. Pergit
auctor narrare, quae post haec sunt in
Synodo per eundem Pontificem acti-
tata:

XI.
Quae acta
cum Imp.

Haec Concilii decreta Henrico Impera-
tori, cum non longe abesset, ex Conci-
lio primum per honestas personas, ad ul-
timum per ipsum Apostolicum mandantur,
ut ante separationem Concilii notum esset,
utrum Ecclesis per regnum & singulas
quasque sibi subjectas provincias consen-
tiat canonicas electiones, videlicet, ut

PAGIUS

tana die XII. (legendum, ut habet Ordericus,
indictione XII. a Kalendis Januarii more Gal-
licano inchoata) XIII. Kal. Novemb. a Callisto
Papa II. celebrata est: in qua fuerunt Archie-
piscopi XIII. & plusquam CC. Episcopi, cum
multis Abbatibus, & aliis Ecclesia dignitari-
bus. Postrema die adfidentis quoque in Concilio
Rege Francorum Ludovico, &c. Acta ejusdem
Concilii ex Rogerio Hovedeno num. IX. a Ba-
ronio relata habent: numerata sunt ibi perso-
narum Pastoralium virga quadringenta viginti
quatuor; quae etiam apud Simeonem Dunel-
mensem in Hist. de Gest. Reg. Angl. referun-
tur. Ordericus lib. XII. ubi fusa de Concilio
Remensi agit, ait: Anno ab Incarnat. Domini
MCXIX. indit. XII. in Octobris medio Callistus
Papa cum Romano Senatu Remis venit, ibique
XV. diebus demoratus Concilium tenuit, & de
utilitatibus Ecclesia cum Pastoribus dominici gre-
gis solerter tractavit. Ibi nimirum fuerunt XV.
Archiepiscopi, & plusquam CC. Episcopi, cum
multis Abbatibus, & aliis Ecclesia dignitatibus.
Apostolico enim jussu evocati de Italia & Ger-
mania, de Gallia & Hispania, de insulis Ocea-
ni, & cunctis occidentalibus provinciis, congregati
sunt pro amore Salvatoris. Hi Auctores
inter se non discrepant quoad Patrum nume-
rum, cum baculus Episcopalis & Abbatialis
virga nomine ab Antiquis designetur, ut vi-
dere est in Glossario Ducangii.

X.

Narrat postea Ordericus Ludovicum Franco-
rum Regem Synodum introiisse, & de Henri-
co Anglorum Rege quendam esse, quod Rober-
tum Normanniae Ducem beneficiarium suum,

Episcopi & Abbates eligantur ab Eccle-
sia, & liberas contortationes, ut ubi &
a quibus oporteat electi consecrentur, ut
non per investituram pastoris virga &
anuli, sed per ostium, idest Christum in-
grediantur, & investituram rerum Eccle-
siasticarum nihil omnino sibi laicalis exi-
gat persona. Ad haec ille respondit, ni-
hil in his se praetermissurum, quod sui
juris esset, suorumque sibi contulit antiqua
consuetudo progenitorum. Quandoque ta-
men flexus auctoritate generalis Conci-
lii, tria illa priora concessit; ultimum
vero, scilicet investituram rerum Eccle-
siasticarum, concedere noluit. Quapro-
pter reverso ad Concilium Papa, Henricus
excommunicandus decernitur. Quod cum
quidam in Concilio agere ferrent; sen-
tentiam protulit Apostolicus, ut qui in
hoc scandalizarentur, excentes, a fra-
trum consortio separarentur, proposito de
illis septuaginta discipulis exemplo, (a)
qui cum de carne Domini manducanda,
& sanguine bibendo scandalizarentur, re-
tro abierunt, & jam cum illo non ambu-
labant. Et quoniam, inquit, (b) qui
non colligit cum Domino, spargit, & qui
non est cum eo, adversus illum est: illam
inconsutilem tunicam desuper contextam,
scilicet sanctam Ecclesiam, qui nobiscum
sentiendo indivisibilem servare nolunt, dif-
fentiendo a nobis, discindere contendunt.
Talia sermone apostolico, illico om-
nes in eundem consensum reducti, in
Im.

(a) Matt.
15.

(b) Luc.
11.

& Guillelmum Ducis filium male tractaret, In eo Hen-
ricus Imp.
detineret, aliaque in medium adduxisse, de & Burdi-
quibus anno MCXVI. num. XVI. mentionem nus Anti-
fecimus Callistus II. Francis, Angliisque pacem papa ex-
summo opere commendavit, Treugam Dei, sicut communi-
eam Urbanus II. in Concilio Claromontano cati.
statuerat, tenendam praecipit, iussitque omni-
bus Episcopis & Abbatibus, ut eum praesto-
larentur, dum Mosonem castrum adiret, pa-
cemque cum Imperatore Alemannorum ad uti-
litatem Ecclesiae tractaret. In crastinum, in-
quit Ordericus, feria quarta cum insigni co-
mitatu Mosonem profectus est, & dominico se-
quenti, pra labore & metu lapsus & ager Re-
mis regressus est. Dein feria secunda, postquam
Papa confedit, Joannes Cremenensis, eloquens
Presbyter, peracti eventum itineris feriatim
narravit, atque Imperatorem cum ingenti e-
xercitu ad praedictum locum advenisse, & qua-
si pugnaturum armatorum fere XXX. millia-
secum habuisse. Pontifex vero dixit, memorem
se quam fraudulenter idem Imperator Pascha-
lis II. tempore Romam intravit, huncque ce-
perit, repedandi consilium velociter inivisse.
In novissimo Concilii die Barcinonensis Episco-
pus (qui erat beatus Oldegarius jam Tarra-
conensis Archiepiscopus anno superiori dictus)
subtilem, satisque profundum sermonem fecit de
Regali & Sacerdotali dignitate, &c. Tunc Pa-
pa, Carolum Henricum Imperatorem Theoma-
chum, & Burdinum Pseudo-Papam, & fauto-
res eorum, moerens excommunicavit, &c. De-
inde sacrum illud Collegium solutum est, in-
quit

CHRISTI
1119.

CALLISTI II. PAP.
I.

HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

Imperatorem Henricum excommunicationis
sententiam jaculantur. Haec gesta esse
contra Imperatorem, ex Actis Rogerius
in Annalibus tradit.

XII.
Congres-
sus Regis
Anglor.
cum Cal-
listo Pap.

His autem subiicit ea, quae post Con-
cilium ab eodem Pontifice cum Anglo-
rum Rege, qui in Gallias venerat, tunc
sunt aditata, occasione consecrati ab eo-
dem Callisto Papa Archiepiscopo Ebo-
racensi, aitque: Tandem post dies aliquot
dissoluto Concilio, Henricus Rex Anglo-
rum offensus Turstino Archiepiscopo, quod
praeter consensum suum, non uti mos an-
tiquus exigebat, se consecrari fecisset:
interdixit ei reditum in omnem domina-
tionis suae locum. Post haec Callistus Pa-
pa Gisfortium venit, quo ad ejus collo-
quium Rex Anglorum occurrit. Acta sunt
multa inter illos, quorum gratia par er-
rat, tantas convenisse personas. Inter quo-
rum Rex a Papa impetravit, ut omnes con-
suetudines, quas pater suus in Anglia,
& in Normannia habuerat, sibi conce-
deret; & maxime, ut neminem aliquan-
do Legati officio in Anglia fungi permit-
teret, si non ipse (aliqua praecipua que-
rela exigente, quae ab Episcopis regni sui
terminari non posset) hoc fieri a Papa po-
stularet. At non ita simpliciter, sed tan-
tum licita concessit, docent Acta cum
S. Thoma, inferius enarranda.

XIII.

Quibus omnibus pro statu temporis de-
finitis, Papa rogat Regem, Turstino a-
micum fieri; cumque pontificatui, ad quem
ipsum consecraverat, pro amore suo resti-
tuit. At Rex hoc se, dum viveret, non
facturum, in sua fide spondidisse confe-
sus est. Et ille: Ego Apostolicus sum,
& si feceris, quod postulo, ab hac fidei
sponsione te absolvam. Tractabo de hoc,
ait, & quod consilii mei tenor invenerit,
tibi notificabo. Hinc a Papa recessit, cui

PAGIUS

quit Ordericus, cujus fusa de hoc Concilio
narratio Tom. X. Concil. legi potest, quemad-
modum & Acta ejusdem Concilii descripta ab
Hesseno Scholastico, quae Baronii tempore in-
tenebris latebant.

XI.
Anglia E-
piscopi ad
Concil.
Remense.
venire
permiffi.

A num. XII. ad XVII. Henricus Angliae
Rex ad Concilium Remense Episcopos & Ab-
bates Normanniae, & insuper Episcopos Ang-
liae, qui tunc temporis in Normannia cum il-
lo degabant, misit, inquit Eadmerus lib. 5. No-
vorum, qui subdit, Thurstanum Archiepisco-
pum Eboracensem illuc cuncti a Rege licentiam
obtinere non potuisse, quia Turstanus a Cal-
listo II. sacrari volebat, & Rex jura Eccle-
siae Cantuariensis, ad cuius Praefectura pertinet
ordinatio Eboracensis illaesa cupiebat. Cum ta-
men promississet se a Callisto II. Episcopa-
lem benedictionem non suscepturum, ad Con-
cilium Remense se conferendi facultatem,
ab Henrico Rege impetravit, sed posthabita fi-
dei sponsione a Papa consecrari obtinuit. Qua
ut Regi certo innotuerunt, ait Eadmerus, man-
dat omnibus modis Turstano & suis interdixit
redire in Normanniam, & Angliam, & in
omnem locum dominationis suae. Ratum ex his

per internuntios de negotio ita respondit:
Pro amore vestro, qui tantopere postula-
tis, ea conditione Turstinum admitto in
pontificatum, ut subjectionem, quam pra-
decessores ejus fecerant Ecclesiae Cantua-
riensi, faciat; aliter me regnante Eccle-
siae Eboracensi non praesidebit. His ita
gestis absente Apostolico, Turstinus re-
mansit in Gallia. Et inferius de episto-
la ab eodem Callisto Papa pro Turstino
in Angliam scripta haec habet: Epistola
Callisti Papae super Turstino directa ad
Regem Henricum, & Radulphum Cantua-
riensem Archiepiscopum. Ipsi sacerdotale
& Episcopale interdicit officium, & tam
in matrice Cantuariensi, quam in princi-
pali Eboracensi Ecclesia cum suis paro-
chis divina omnia celebrari officia cum
sepultura mortuorum prohibet, praeter bap-
tisma infantum, & poenitentiam morien-
tium, nisi infra unum mensem post acce-
ptionem ipsas epistola Turstinus sine exa-
ptionem ipsas epistola Turstinus sine exa-
ptionem professionis in suam restituatur Ec-
clesiam. Quamobrem a Rege mox revoca-
tus in Angliam, reducit in Archiepi-
scopatum suum. Hucusque de causa Tur-
stini, a Papa Rhemis ante Concilium,
consecrati.

XIV.

Revocemus autem orationem ad Rhe-
mensia Acta Pontificis, ne quid omitta-
mus de rebus gestis tunc Rhemis ab eo-
dem Callisto Papa. Dum meminit hu-
jus quoque Concilii Rhemensis, per Cal-
listum Pontificem celebrati (a) Hugo in
vita Norberti Ordinis Praemonstratensis
Institutoris: illuc ipsum Norbertum ac-
cessisse pro confirmatione muneris Evan-
geli praedicandi, quod ab ejus praede-
cessore Gelasio impetrarat, tradit; quod
obtinuit, immo commendavit eum Epi-
scopo Laudunensi, sub quo proficeret.
Paulo post vero Praemonstratum locum,
ita

(a) Hugo
in Norber.
c. 16. 17.
apud Sur-
t. 3. die
6. Junii

XII.

quique audientium habuere, praeter consensum
Regis, quae fuerunt facta fuisse.
Haec postea Eadmerus ibidem habet: Post haec
Callistus Gisfortium venit, & Rex Henricus il-
lic ei locuturus accessit. Acta igitur sunt mul-
ta inter eos, quorum gratia par erat tantas
personas convenisse. Inter quae Rex a Papa im-
petravit, ut omnes consuetudines, quas pater
suus (nempe Guillelmus II.) in Anglia ha-
buerat, & in Normannia, sibi concederet; &
maxime, ut neminem aliquando legati officio
in Anglia fugi permetteret, si non ipse aliqua
praecipua querela exigente, & qua ab Archiepi-
scopo Cantuariorum, caterisque Episcopis re-
gni, terminari non posset, hoc fieri a Papa po-
stularet. Hoc ideo a Rege postulatum, quia
crebra ex urbe legationes, Anglorum animos
accenderant; alia enim quam quae Ecclesiae ef-
fent, quaeri causabantur: In principio regni
Henrici, inquit Malmesburienfis lib. 1. de Pont.
pag. 231. venerat Angliam ad exorcendam le-
gationem Guido Viennensis Archiepiscopus, qui
postea Apostolicus fuit. Tunc Anselmus, nec
multo post quidam Petrus (legati in Angliam
missi) omnesque reversi nullo effectu rei, gran-
di

ita dictum abiens, ibi suæ institutionis ex præscripto Regulæ S. Augustini fundamenta jecit. Insumpit in his annis. Callistus Papa, qui Romam se contulit anno sequenti, ut suo loco dicemus. Quomodo autem Henricus Imperator ex eo, quod Rhemis in Concilio magno cum dedecore excommunicatus esset, eandem Rhemensis civitatem penitus excindere statuerit, sed Deo prohibente, & Sanctis repugnantibus, cum ignominia regredi sit coactus, dictari sumus inferius.

XV. Inter alios Episcopos huic Rhemensis Concilio interfuit Adefonsus Episcopus Salmanticensis in Hispania, qui reversurus ad propria, Cluniaci vivendi finem fecit, ibique sepultus, hac inscriptione ejus sepulcrum est insignitum:

*Urbs est Hispania regionis quam Salamancam
Indigenæ dicunt, hanc ordine pontificali
Rexit Adefonsus, tumulo præsentis sepultus,
Qui de Concilio Rhemensi dum remearet,
Hic finem fecit pariter vitæque, viæque.*

Habetur apud Petrum Cluniacensem ante libros epistolarum.

XVI. Antequam autem e Gallia Callistus Papa recederet, constat tres saltem Ecclesias dedicasse, nimirum Ecclesiam sancti Mauri, de qua hæc Petrus diaconus: (a) *Callistus una cum Episcopis & Cardinalibus ad beati Mauri monasterium in Glanafolio situm, & huic Cassinensi cœnobio subditum pervenit; rogatusque a Cardinalibus qui secum aderant, & monachis, & ab ipso Abbate Girardo, ejusdem Confessoris Christi Mauri Ecclesiam solemniter dedicavit. In qua etiam corpora sanctorum Antonii & Constantiani, qui de Cassinensi cœnobio ad Gallias cum beato Mauro perrexerant, cum magna reverentia posuit. Hæc Petrus. Pan-*

(a) Petr. diac. Chr. Cap. l. 4. c. 66. Eccl. in Gallia dedicatæ a Callisto Papa.

PAGIUS di prada sui; Petrus maximo, quod omnes incendere cœverent, qui esset filius Petri Leonis, summi Romanorum Principis. Crebra ergo ad Angliam mebat Legatio Romanorum insidiantium imbecillitati Radulphi (Cantuariæ Archiepiscopi). Sed effugabantur omnes cautela Henrici. Nolebat enim ille in Angliam, præter consuetudinem antiquam, recipere Legatum nisi Cantuariensem Archiepiscopum: illique libenter refringebant impetum propter violentiam denariorum.

XIII. Porro supra diximus, Callistum II. anno Pisano quandoque usum esse, quod hic ostendere juvat ex ejus Epistola ordine XII. ad Canonicos Bisuntinæ Ecclesiæ S. Joannis; in fine enim ejus legitur: *Datum apud Magalonam, per manum Chrysoconi S. R. E. Diaconi*

dolphus insuper addit, in Provincia dedicata Ecclesiam sancti Juliani. Sed & illud pariter exploratum habetur in historia (b) Antoniana, eundem Pontificem Callistum dedicasse in sua provincia Viennensi Ecclesiam S. Antonii Magni, sitam apud montes Desiderii, tum temporis frequenti populorum concursu celebrem.

(b) Hist. Anton. p. 2. c. 37. 38.

Eodem quoque tempore Callistus Papa ejusmodi privilegio munire voluit suos, quos magnopere diligebat Cistercienses; sic enim se habet in eorum institutionis antiquioribus monumentis:

Callistus Episcopus servus servorum Dei, charissimis in Christo filiis Stephano venerabili Cisterciensis monasterii Abbati, & ejus Fratribus salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad hoc in Apostolica Sedis regimen, Domino disponente, promoti conspicimur, ut ipso præstante religionem augere, & quæ recte atque ad salutem animarum statuta sunt, nostri debeamus auctoritate officii stabilire. Idcirco filii in Christo charissimi petitioni vestræ charitatè debita impertimur assensum, & religioni vestræ paterno congratulantes affectu, Dei operi quod cœpistis, manum nostræ confirmationis apponimus. Siquidem consensu & deliberatione communi Abbatum & Fratrum monasteriorum vestrorum, & Episcoporum, in quorum parochiis eadem monasteria continentur, quedam de observatione Regulæ beati Benedicti, & de aliis nonnullis, quæ Ordini vestro & loco necessaria videbantur, capitula statuitis; quæ nimirum ad majorem monasterii quietem, & religionis observantiam auctoritate Sedis Apostolicæ petitis confirmari. Nos ergo vestro in Domino profectui congaudentes, capitula illa & constitutiones auctoritate Apostolica confirmamus, & omnia in perpetuum rata permanere decernimus. Illud nominatim omnimodo prohibentes, ne Abbatum aliquis monachos vestros sine regulari commendatione suscipiat. Si quæ igitur Ecclesiastica, secularisve persona nostræ confirmationis

XVII.

XIV.

Itinerarium ejus post Concilium Remense.

Card. ac Biblioth. II. Kal. Julii Indiæ. XII. Callistus Dom. Incar. anno MCXX. Pontificatus autem II. anno Callisti II. Papa anno I. ideoque hoc Christi anno, qui nobis est MCXIX. Callistus II. varias Ecclesias in Galliis dedicavit: Ventum est in Provinciam, inquit Pandulfus, in qua S. Juliani Ecclesiam, cellam Psalmodiensis cœnobii idem Papa nimium celeriter dedicavit. Ecclesia S. Juliani sita est in urbe Arelatensi, hodieque dicitur Parochia S. Antonii Abbatis, Psalmodium vero ab Aquismortuis semi leuca tunc distabat, nuncque est Ecclesia Collegiata. Sed ut varia suis annis reddi possint, & quæ loca Callistus II. dum in Italiam rediret, transferit, innotescat, juvabit observare eum Remis iterum Parisios, indeque Corbolum venisse, ut habet Moriniacensis Chronographus, qui

mationi & constitutioni vestra; temeritate aliqua obviare presumpserit, tamquam religionis & quietis monastica perturbatrix auctoritate beatorum Petri & Pauli, & nostra, donec satisfaciatur, excommunicationis gladio feriatur. Qui vero conservator extiterit, omnipotentis Dei, & Apostolorum ejus benedictionem & gratiam consequatur. Interdicimus autem, ne quis conversos laicos profectos vestros ad habitandum suscipiat. Ego Callistus Catholica Ecclesiæ Episcopus confirmavi & subscripsi. Datum * Sodaloci per manum Chrysoconi S. R. E. diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii decimo Kal. Januarii, Indiæ. XII. Incarnationis Dominice millesimo centesimo decimonono, Pontificatus autem domini Callisti II. Papæ anno primo.

XVIII. Quod pertinet ad res Orientis, Joannes Imp. ubi Imperii habenas moderandas suscepisset, & hoc innotuisset in Occidente, Petrus Abbas Cluniacensis pro restitutione Cluniacensium cœnobii, quod erat Constantinopoli, ad eum has litteras (a) dedit:

(a) Petr. Clun. l. 4. ep. 39. *Glorioso Principi, & magnifico Constantinopolitanae urbis Imperatori Joanni Calo, Frater Petrus humilis Cluniacensis Abbas salutem ab eo, qui dat salutem Regibus.*

Gratias omnipotenti Regi Regum, cuius regnum est omnium seculorum, qui Imperatoriam majestatem vestram super omnes Christiani nominis Principes exaltavit, & ad tuendam toto orbe Ecclesiam suam, velut in medio Orientis, Occid. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS qui ait: Celebrato namque Remis maximo generalissimoque Concilio domnus Papa cum omni comitatu suo Burgundiam ingressurus Romanam profecturus de Parisius Corbolum advenit. Corbolum sex circiter leucis a Lutetia distans Melodunum venit, ad quem locum Rex & Regina a Domino Papa discessuri, valeque facturi, Proceres atque Pontifices, multaque persona confluxerant, inquit laudatus Chronographus, qui Callistum Meloduno Senonas venisse his verbis asserit: *Algrinus juratus atque publicanus hostis Monachorum &c. domnum Papam Senonas insequitur, unde Chronographus sancti Petri Vivi ad annum MCXIX. scribit: Postquam celebratum est Concilium Remis, venit domnus Papa Senonas, quem adiit Abbas Arnaldus, & ostendit litteras, quas habet Ecclesia Sancti Petri de duabus sororibus S. Ebbonis Ingoava se. & Leotheria, quas confirmavit Epistola data Senonis Nonis Decembris ad Episcopum Lingonienstem.*

XV. Joannes Imp. adversus Perlas bellum movet.

Ad num. XVIII. & seqq. Historiam Zonarae continuantur Nicetas Choniates usque ad annum MCCV. & Joannes Cinnamus Imperatoris Grammaticus, qui ab excessu Alexii Comneni Imp. Historiam suam exorsus, refert, quæ a Joanne Imperatore ejus filio carptam & libro unico complexus, eas potissimum describendas suscepit, quæ Manuele Comneno Joannis filio imperante, accideret, quibus ipse interfuit, & in omnibus, quas Manuel obiit

cidentis, Aquilonis constituit, unde olim Aquilonaribus barbaris, sed & ultimis ac pessimis Christiani nominis inimicis Arabibus, in occiduas, & meridianas plagas irruentibus, regni vestri partes, etsi oppugnari, numquam tamen expugnari permisit; sed in vos magni illius Romani Imperii gloriam, nomenque transfudit. Voluit ut sicut potestas, sic & vocabulum ad vos transmigraret, ac religione mutata, Imperio translatò, sicut a pagano Romulo Roma dicebatur, sic a Christiano reparatore Constantino vestra urbs Constantinopolis vocaretur. Hanc, ut dixi, velut metam intransemabilem, velut invictum obicem, velut præfixum, quem numquam liceat transgredi, terminum, omnia providens supernus oculus, paganis Regibus, barbaris gentibus posuit, quo Oriens terreatur, Boreas subdatur, Occidens defendatur. Isto plane regni vestri obice repulsi, & antiqui erroris si qui supersunt Pagani, & novè hostes Christiani nominis, Turci sedibus propriis contenti in seipos reprimuntur, ut nec aliena invadere audeant, & divini brachii virtute, manum potentia vestrae roborante, sua etiam plerumque amittant. Super quibus regali magnitudinis nos quidem licet humiles gratias agimus, a Deo vero aeterna vos decorandum corona, si in his fideliter manseritis, nec in modico dubitamus.

XIX. *Præter hæc pro Hierosolymitano Rege, pro Antiocheno Principe, pro universis, denique Gallis nostris fidem vestram & nobilitatem rogamus, ut quia*

expeditionibus, fidelissimus comes extitit. Joannes Imp. rebus politicis, prout se se obtulerat occasio, rite compositis, in Asiam transiit. Nam cum Persas fœdus cum patre suo initum nihil facientes, urbes Phrygiæ, & ad Maandrum fluvium sitas, magnis copiis incurfare cerneret, primo vere egreditur: multisque præliis victor Laodicæam capit, & manibus cingit, egesto Alpibara, qui Urbi cum præsidio præerat: caterisque rebus ordinatis, domum rediit, inquit Nicetas, quæ Cinnamus paulo fufius habet.

XIX.

XVI.

Concil. Beneventanum.

Falco in Chronico de Landulpho Archiepiscopo Beneventano hoc anno scribit: *Mense Martio XII. indictionis prædictus Beneventanus Archiepiscopus videns civitatem variis prædorum afflictionibus ex omni parte confundi & devastari, suæque Parochiæ Ecclesiæ a raptoribus vexari quotidie, Synodum decima die intrante ejusdem mensis Martii celebravit. Ad cuius sacri Convocatus præsentiam Tusculanus adfuit Episcopus, & Ugo supra nominatus Cardinalis, & Cardinalis alius, & Beneventana sedis suffraganeorum circiter viginti, monasteriorum Abbates sex adfuerunt. Inter cætera vero, quæ in ipso Convocatu statuta sunt, malefacientes Beneventani omnes, & disturbantes mercatores ad civitatem venientes & redeuntes, sub anathematis vinculo alligavit. Convocatu itaque pie & ordinate finito unusquisque ad propria repeditavit. Baronijs num. VI. alium Falconis locum refert, in*

CHRISTI
1119.CALLISTI II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

ipſi magnis urbibus, prædiis, parentibus, & locuplete patria, Domini JESU CHRISTI amore dimiſſis, loca redemptionis humanæ, non altero, quam ſui ſanguinis pretio mercati ſunt, & proprio aſidue periculo defendunt: vos ejuſdem Chriſti noſtri amore eos ſuſtentetis, fovetis, juvetis, ne tanto zelo Fidei, tantique laboribus parta (quod abſit) pereant. Erit illud non tantum merces fidei veſtræ, ſed etiam tutela non parva Imperii veſtri, quando ſicut vos Aquilonis, ſic & illi impetus Orientis obtundent. Fecit hoc inter egregios Principes recenſendus Alexius pater veſter, cui ſicut in regno feliciter ſucceſſiſtis; ſic decet, ut in tam bono opere feliciter ſuccedatis. Qui inter multa laudabilia quæ geſſit non paſſus Graciam ſuam ſua uni-verſa bona includere, ad remotiſſimos manum beneficii ſui extendit, & non ſolum tranſmarinâ, ſed etiam tranſalpina loca copioſis muneribus, & pretioſis ornamentis ditavit. Inter quæ Cluniaco monaſterio, omnibus Latinis Regibus & gentibus noſtriſſimo, eique ſubdito magno & religioſo loco, qui Charitas dicitur, monaſterium juxta ipſam regiam civitatem, quod Civitot, vocatur, dedit, & in perpetuum Abbatis Cluniacenſis, & Prioris de Charitate obedientiæ ſubiecit. Quod noſtris aut mortuis, aut recedentibus, aut expulſis, alieni monachi invaſerunt, & jam, ut audivimus, ſere per triennium abſtulerunt. Oro igitur, & mecum

PAGIUS in quo Ugonis Cardinalis Legati mentio; ſed hujus Concilii non meminir. Fuſe deſcribit Falco Tranſlationem die XV. menſis inſequentis a Landulpho factam corporum Sanctorum Martiani, & aliorum ibidem nominatorum, quæ priſco tempore non honeſte nominantur, quæ præſentem tempore non honeſte nominantur. Quam ceremoniam prolixè narrat, additque Landulphum hoc anno obiſſe, & Rofridum in locum ejus electum eſſe.

XVII. *Moritur B. Petrus de Honetiſ.*
Petrus de Honetiſ, qui Canonicus Regularis in Eccleſia ſanctæ Mariæ in Portu in agro Ravennate inſtituit, mortuus eſt hoc anno quarto Kal. April. Ravennæ, in Portuenſi ab ſe extructo cœnobio, ibique ſepultus, ut teſtatur Rubeus lib. 5. Hiſt. Ravenn. Peculiarem Regulam Canonicis, quibus præerat, ſcripſit, quam Paſchalis II. X. Kal. Januarii anno MCXVI. confirmavit. Ea edita ad calcem Operum Petri Damiani, cum quo aliqui perperam Petrum de Honetiſ confuſere, quos tam Rubeus, quam Pennotus lib. 2. cap. 48. confutarunt. Petrus quidem de Honetiſ, ſicut Petrus Damiani, Peccatorem ſe appellabat, ſed mox tunc inoleverat, ut ob animi demiffionem, aliqui ſe Peccatores inſcriberent, quod illorum temporum monumenta declarant. Petrum de Honetiſ in Italia imitati ſunt Canonici ſancti Frigidiani Lucenſis, Lateranenſis, & quidam alii. Nunc Canonici Portuenſes ſubſunt Congregationi Canonicorum Lateranenſium, quæ inter plures alias Italia præcipua eſt. In Actis SS. Bolland. ad diem XXIX. Martii Petrus de Honetiſ memoratus inter Prætermiſſos, quod ab aliquibus Beatus, ab aliis Venerabilis, ab aliqui-

universa Cluniacenſis congregatio majeſtatem & pietatem regiam deprecatur, ut nobis & loco de Charitate, per harum litterarum latores monaſterium ablatum reſtitui faciat, & pro æterna animæ ſuæ ſalute ſervos Dei ibidem habituros ab injuriis defendat, & in pace cuſtodiat.

Et ut aliquid beneficii ſpiritualis vobis iſta facientibus rependamus: ſicut prædeceſſores noſtri, & nos ipſi, Reges Francorum, Reges Anglorum, Reges Hiſpanorum, Reges Germanorum, ipſos Imperatores Romanorum, ac vicinos vobis Reges Hungarorum, confratres & participes omnium beneficiorum Cluniacenſis congregationis fecimus; ita ſublimitatem veſtram ex parte omnipotentis Dei, & beatiffimæ Mariæ ſemper Virginis Dei genitricis, & ſanctorum Apoſtolorum, & omnium Sanctorum in iſdem ſpiritualibus beneficiis plene, & perfecte (in quantum licet) ſuſcipimus: ut omnipotens Salvator & hic temporale regnum vobis adaugeat & conſervet, & in futuro cum ſanctis Regibus vos ad ſempiternum perducatur. Amen. Hæc ad Imperatorem. Scripſit & eadem ex cauſa ad Patriarcham Conſtantinopolitanum litteras quæ ſequuntur: (a)

Aggregatio ad
merita
Cluniac.

(a) Lib. 4.
ep. 40.
XX.

Venerabili & magno Pontifici Dei Conſtantinopolitano Patriarchæ Frater Petrus humilis Cluniacenſis Abbas, æterni Pontifici ſtola indui, & gloria & honore coronari.

Quam

bus vir pia memoria appelletur. Juvabit legere Miræum in Originibus Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, in libro ſingulari de Congregationibus Clericorum in communi viventium, & in alio de Collegiis Canonicorum.

XVIII. *Maurorum Hiſpania & Africa rebellio.*
Maurorum Africa & Hiſpaniæ res malo in loco erant, Ali Almorabitarum Imperator magno contemptui erat: tantum enim abest, ut ex diſſidiis inter Chriſtianos exortis emolumentum aliquod hauſſet, ut Alphonſus Caſtella & Aragoniæ Rex anno ſuperiori Caſaravanguſtam expugnavit, & hoc ſequente anno varia munita oppida eiſdem eripuerit. Rodericus in Hiſt. Arab. cap. 49. de iſto Almorabitarum Imperatore ſcribit: Et fuit inventus debilis & ignavus, nec regni conſilia defendebat. Quare Saraceni Cordubam quæ primaria eorum urbs contra mare incolentes, aperte in eum rebelarunt. Tunc tandem Ali animum fractum ac demiffum excitavit, congregatoque exercitu mare trajecit, inquit Noweirius & Andalufios ſeu Vandalicos (ita enim Hiſpaniarum Saraceni appellabantur) ad obedientiam compulſit, tantumque terrorem Cordubenſibus civibus inculciſit, ut ejus miſericordiam implorarint. Ali cujus imperium Muſmudes, aut Muſmitos, vel Mazmutes ut Hiſpani hanc vocem pronunciant, detreſcabant, lubenter eis veniam tribuit; in Africam enim illi tranſſetatum erat, quia Muſmudes Atlantem montem, ſeu ut Hiſpani loquuntur, Montes Chloros habitantes in Suſa Provincia ad Marochii meridiem ſita, Ducem ſibi præfecerant Mahometem Tumartii filium, eodem populo prognatum, qui tantam

CHRISTI
1119.CALLISTI II. PAP.
I.HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

Petri
Clun.
Abb. ad
Patriarc.
Conſtant.
epiſtola.

Quamvis & terrarum remotio, & linguarum diſſiſio nobis invicem & vultus invident, & verba ſubducant: tamen unus Dominus, una fides, unum baptiſma, una charitas & diſſiſa conjungere, & aſſectus unire, & ſermones debent aliquando communicare. Debemus eo glutine uniri in terris, quo nunquam diſſociandi coherere expectamus in cœlis: ut illud in miſeriis ſit nobis refrigerium, quod in beatitudine perfectum erit præmium. Utinam poſſet in me corpus, quod concupiſcit ſpiritus, ut urbem a cœli Rege JESU Chriſto, & a Principe terræ Conſtantino in Chriſto fundatam videre, & in ea non edificia vel ornatus, ſed fidem Deo ſubditorum Principum & Prophetarum, Apoſtolorum, Evangelistarum, ac multorum Martyrum de diverſis mundi partibus illuc tranſlatorum, velut commune cœmeterium videre, & adorare poſſem: funderem qualeſcumque preces ad Sanctos illos, fidei & ſpei noſtræ patres; magnæque mihi ſpes eſſeque gigneretur ſalutis, ſi quos ejus habui prædicatores, habere mererer & pro ea interceſſores. Viderem & optabilem faciem veſtram, & in vobis beatos urbis veſtræ pontifices venerarer, & ex eorum beatitudine multiplicem

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS multitudinem Maurorum ſibi conciliarat, ut domum Ali, omnemque Almorabitarum ſectam, ac religionem Chriſtianam, tam in Africa quam in Hiſpania, tandem exterminarit. Quare ad Annalium Eccleſiaſticorum ſupplementum de eo nobis neceſſario agendum.

XIX. *Mahomet Eben Tumart a tribu Hargæ nationis Muſmudarum ex illuſtrioribus una.*
In Orientem profectus variis doctrinis animum excoluit, & ad Meccam peregrinationem obivit. Ex Aſia in patriam itinere maritimo rediens coepit poenitentiam prædicare iis, qui in eadem navi erant, adeoque eorum animos dementavit, ut eum pro Sancto habuerint; ſed ubi Africam attigit, Mahometici cultus promovendi ſtudio magis exarſit. Cumque ſanctitatis ejus fama undique dilataretur, & prædicando Alcorano non deſiſteret, non longe a Bugia urbe alias Mauritanie Siſiſenſis, nunc Regni Algerii provinciæ cognominis capite, obvium habuit hominem Abdelmumen dictum, figuli filium, declaravitque hunc ad conſervandam, reſtituendamque in Africa religionem a Deo electum fuiſſe, idque a Mahomete Propheta prædictum. Ipſemet Mahomet Eben Tumart ſibi attribuit nomen Almohadi vel ductoris vel directoris, quod ante ducentos annos Obedallah cum Caliphatum Africa uſurpavit, ſumpſerat. Quare deceptus eſt Rodericus lib. 7. cap. 10. cum poſtquam Eben Tumart tanquam Aitrolozum exhibuit, ait: *Aventumeth autem aſcivit quendam, qui Almohadi vocabatur, & erat in Mahometi doctrina valde peritus, & caput librum Mahometi, qui dicitur Alchoranus, exponere & docere.* Mahometes enim filius Tumert vel Aben Tumert idem ſuit ac Almohadi.

XX. Noweirius ait, præſentem hunc Prophetam Marochium tandem perveniſſe, ibique publice in vitia, pravosque mores invectum eſſe. Cum-

miſeriam meam, ut par eſſet, deſterem: inire ſœdus nunquam diſſolvendum, & in mutuum ac ſpiritualem amorem, niſi forte ſperneretis, jurarem. Orarem præſens, quod & abſens rogo, ut me & Cluniacenſium Fratrum ovile in veſtris, populique veſtri precibus ſpirituale charitatis dono ſuſciperetis: quod & a nobis, quod & ad nos, vel noſtros pertinet, pari aſſectu conſequeremini. Rogarem poſt illa, quod & nunc rogo, ut Cluniacenſi Eccleſiæ, & monaſterio de Charitate, locum, qui Civitot dicitur, juxta Conſtantinopolim poſitum, reſtitui juberetis, ac dominum Imperatorem, ſi neceſſe eſſet, pro eo reſtituendo rogaretis. Dedit illam Cluniaco, & monaſterio de Charitate etiam apud noſtros magni nominis & gloriæ Imperator Alexius pater ejus, cui ſicut in regno, ſic multo magis in juſtitia & pietate illum decet ſuccedere. Commendamus ergo excellentiæ pontificali monachorum & Fratrum noſtrorum humilitatem, ut per eum nobis noſtra reſtitui ſciatis, quatenus & juſtitia quod ſuum eſt conſequi, & a Patre Filii mereamur exaudiri. Hucusque Petrus, quæ ad ſignificandam inter Latinos & Græcos conſervatam hætenus communionem, hic oportuit

T c 2

que benevolos auditores inveniret, eo info-
lentia proceſſit, ut cum videret Imperatoris
Ali ſororem magnifice veſtitam, & generoſo
equo inſidentem eam ex eo deſecerit, exclamans indignum eſſe, ut in Muſulmana femi-
na hæc vanitatis notæ apparerent. Hoc cum
accepiſſet Ali Almorabitarum Imperator ho-
minem vocavit, iſque ad eum audacter re-
ſpondit, ac vi rationum ſuarum & argumen-
torum ſublimitate Doctores ejus ita perculit,
ut quid contra dicerent, non habuerint. Con-
ſilium Imperatoris tulit, ut innovatorem mor-
ti traderet; ſed Imperator conſilium illud aſ-
pernatus eſt, interimque Pſeudo-Propheta
manibus ejus elapſus Marochio egreditur, &
apud populares ſuos in Suſam provinciam ſe-
cedit. Ibi cum adverſus vitia ac præſentem
rerum ſtatum vehementer declamaret, agre-
ſtem illum populum ad defectionem commovit:
Capit Calipha de Baldae ſeu Badadi, inquit
Rodericus, contraria prædicare, ſimiliter con-
tra Almoravides, qui tunc culmen regni in A-
frica obtinebant, rebellia abhortari.

XXI. *Origo Almohadum.*
Neque enim patiebatur Eben Tumart, ut Calipha Bagadenſis agnoſceretur, nec ut Principibus Almorabitis, qui ab eo inveſtituram accipiebant, mos gereretur. Hoc interim ſpatio Mahometem hunc, inquit Noweirius, filium Eben Tumart Ducem ſibi præficiunt, exiſtimantes eum eſſe verum directorem a Mahomete Legiſtatore prædictum, & religionem Mahometicam per totum Orbem reſtauraturum. Rebus ſic ſtantibus, Almohadi ſectatores ſuos Almohabedinos appellavit, ideſt, viros, qui doctrinam de unitate Dei in eſſentia, ſubſtantia & perſona ſolide conſtituerent. Et licet hoc dogma omnibus Mahometanis commune ſit, ac Muſulmanicæ religionis fundamentum, nihilominus Almohabedini, ſeu Almohades magis reformatos aliis videri volentes, ac ſtudio in-
flam-

CHRISTI
1119.

CALLISTI II. PAP.
I.

HENRICI IV. IMP. 9.
JOANNIS COMN. IMP. I.

tuit recitasse: cum alioqui nostri histori-
ci melius habitos Latinos Christianos sub

Joanne filio, quam sub Alexio patre te-
stentur.
Mil.

PAGIUS flammatori accensos nomen istud elegere, qua-
si bellum implacabile iis indiceret, qui do-
ctrina contraria imbuuntur, aut plures Deos
uti Idololatras, vel plures in Deo personas, uti

Christiani statuunt. Quare licet sectarii alii
omnes Christianos apud se manere passi essent,
Almahades tamen nullum penitus tolerarunt,
sicuti ex dicendis liquet.

JESU CHRISTI
ANNUS
1120

CALLISTI PAP. II.
ANNUS
2

HENRICI IV. IMP. 10.
JOANNIS COMNENI IMP. 2.

I.

Millesimus centesimus vigesimus, de-
cimatertia Indictione, annus se-
quitur, quo Callistus Papa Romam co-
gitans, antequam profectioem aggredere-
tur, Ecclesiam suam Viennensem muni-
tam & honestatam relinquere voluit Se-
dis Apostolicæ privilegiis. Quænam au-
tem fuerint ista, in ejus diplomate le-
ges, quod ex ejusdem nobilissimæ Eccle-
siæ monumentis nuper in lucem edidit
Joannes a Bosco Cælestinus.

Quæ Cal-
listus Pa-
pa conce-
sserit
Ecclesiæ
Viennen-
si.

Callistus Episcopus servus servorum
Dei, dilectis filiis Petro Decano, & Ca-
nonicis, sive clericis Viennensis Ecclesiæ
tam presentibus, quam futuris in perpe-
tuum.

Et si Ecclesiarum omnium cura nobis ex
Apostolicæ Sedis administratione immi-
neat; Viennensi tamen specialius convenit
charitatis studio providere. Ipsa enim
primum, disponente Deo, sollicitudini
nostræ commissa est, & ad ejus regimen,
nos Episcopalis gratiam consecrationis
accepimus. Ex communis igitur & sin-
gularis dilectionis debito incitati, ma-
trem vestram filii in Christo charissimi,
sanctam Viennensem Ecclesiam diligere,
honorare, & beati Petri patrocinio de-
crevimus confovere. Omnem itaque di-
gnitatem & munitionem, ac liberalita-
tem, quam vel per authentica prædeces-
sorum nostrorum Silvestri, Nicolai, Leo-
nis, Gregorii, & cæterorum Romanorum

Pontificum privilegia, vel per Imperato-
rum, Regum, Principum, & cæterorum
Fidelium largitionem concessam obtinet:
nos quoque, auctore Deo, concedimus,
& presentis privilegii pagina confirma-
mus. Ut videlicet super septem provin-
cias primatum obtineat: Super ipsam Vien-
nensem, super Bituricam, Burdegalam,
Auxitanam, quæ Novempopulitana dici-
tur: super Narbonam, Agensem, & E-
bredunensem. Et in eis, Viennensis Ar-
chiepiscopus Romani Pontificis vices a-
gat, synodales conventus indicat, & ne-
gotia Ecclesiastica juste, canonicæque de-
sinit. Porro illa sex oppida vel civita-
tes, Gratianopolis videlicet, Valentia,
Dia, Alba, Vivarium, Geneva Maurien-
na, in ejus tanquam in proprii Metro-
politani obedientia & subjectione perma-
neant. Tarantasiensis autem Archiepisco-
pus, licet aliquibus habeatur ex Aposto-
licæ Sedis liberalitate prælatus, Viennen-
si Archiepiscopo tanquam Primati suo sub-
jectus obediat. Sane in Salmoracensi Ar-
chidiaconia consecrationes, vel ordinatio-
nes, & quidquid ad pontificale officium per-
tinet, Viennensis Ecclesiæ, præter alicui-
jus inquietationem seu diminutionem ha-
beat. Abbatia quoque sancti Petri foris
portam Viennæ sita, & intra eandem ur-
bem Abbatia S. Andrea, una monachorum,
altera sanctimonialium: Abbatia sancti
Theoderii, & Abbatia sanctæ Mariæ de
Bo-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6613.

SAEC. XII. Anno E. 9. DC. D 19. P. 18. Mart. Indict. 13.

ra Hisp. JESU CHRISTI 1120.

MCL. VIII. Anno CALLISTI II. PAPÆ 2.

Hegira DXIV. Henrici V. REG. 15. IMP. 10.

inchoato die 2. JOANNIS COMNENI IMP. 3.

Apr. fer. 6. A. C. 1120. I. Itinerarium Calisti II. Ad num. I & seq. Callistus II. litteris an-
no superiori Senonis, Nonis Decembris,
datis, & Tom. X. Concil. pag. 834. recita-
tis Joscernanum Lingonensem Episcopum judi-
cem constituit litis, quæ inter Abbates Sancti
Petri Vivi Senonensis, & Molismensem ver-
fabatur. Thomas Stubbs in Actis Pontif. E-
borac. narrans quam honorifice Turstinus Ar-
chiep. Eboracensis a Callisto II. quem in Gal-
lia adit, exceptus fuerit, ait: In solemnibus
profectionibus equitando factis, quando mo-
re Apostolico coronatus fuit, sicut in die nata-
lis Domini, Augustidum, & die Epiphania
Cluniaci Episcopus Ostiensis, qui magister in-
ter eos & dignior erat, eum parem esse vo-
luit. Quare Senonis Augustidunum & Clunia-
zum descendit, indeque Trenorcium oppidum
utrique vicinum profectus est, ubi die unde-
cima mensis Januarii currentis anni dedicavit

Ecclesiam Trenorcensem, ut fidem faciunt tam
huius Pontificis Epistola. XVII. & XIX. quam
vetustum Kalendarium Trenorcienſe a Chiffle-
tio in Probationibus ad Hist. Trenorcienſem
pag. 308. relatum. In eo quidem dies tantum
& mensis notantur; sed cum in Epist. XVII.
huius dedicationis mentio sit, & in ea lega-
tur: datum Matifcone XIX. Kal. Febr. indict.
XIII. apparet eam tertio post dedicationem die
scriptam, & Callistum II. Trenorcio Matif-
conem venisse.

Callistum II. Bruno Archiepiscopo Trevi-
renſis, dum Augustoduni esset, convenit, quod
Adelbertus Archiep. Moguntinus, qui Lega-
tionem Apostolicam ab ipſo Papa dudum acce-
perat, ut ait Urspergenſis in Chron. ad an-
num MCXXI. jura Ecclesiæ suæ laderet. Rem
narrat Scriptor Anonymus Historiæ Treviren-
ſis, qui hoc tempore vivebat, Tom. XII. Spi-
cilegit Dachériani pag. 248. Anno, inquit, or-
dinationis suæ decimo nono (legendum, decimo
octavo, juxta dicta anno MCIV. num. XI.) pla-
cuit Romam tendere, ut renovaret Privilegia
ſedis suæ, indignatus super protervia Adelber-
ti Moguntienſis Episcopi de Legatione Romana
ſedis ſibi concessa superbe se efferentis, maxime
cum ex concessione priorum Apostolicorum Episco-
pus Treverorum nulli nisi soli Apostolico, vel a
latere ejus Miſſo ad præſens debeat obedire. Pau-
lo post: Cum igitur propter causas supra me-
moratas supradictus Bruno versus Romam iter
faceret, & Augustidunum usque processisset, Cal-
listus Papa ibi ei occurrit, & sum amice su-
ſce-

II. Augustoduni & Cluniaci fuit.

CHRISTI
1120.CALLISTI II. PAP.
2.HENRICI IV. IMP. IC.
JOANNIS COMN. IMP. 2.

Bonavalle, quæ præstante Deo, nostris sumptibus, & nostris est fundata laboribus: in jam sæpe dicta Viennensis Ecclesiæ jure ac subjectione persistant.

II. In ipsa etiam Romanensi Ecclesia, quamvis Romana se faciat libertatis, visis tamen prædecessorum nostrorum privilegiis, & Imperatorum præceptis, tam in secularibus, quam in regularibus clericis & Canonicis inibi ordinatis vel ordinandis, pontifices Viennenses omnem habere decernimus potestatem. Similiter in Ecclesia beati Donati, & beati Valerii, & in Ecclesia beati Petri de Campana, & beatae Mariæ de Annoniaco. Castra præterea, quæ per nos recuperata sunt vel acquisita, scilicet Pompeiacum, Sasserlum, & castrum de Malavalle, Viennensi Ecclesiæ in perpetuum confirmamus. Cœmeterium vero, quod dominus prædecessor noster sanctæ memoriæ Paschalis Papa, circa beati Mauricii Ecclesiam consecravit, liberum esse sancimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni & extraneæ voluntati, nisi forte excommunicati sunt, nullus obstat: salvo nimirum propria jure parochiæ. Ad hæc pro ampliori Viennensis Ecclesiæ dilectione, ante Viennensem Archiepiscopum per provinciam suam Crucem deferri concedimus; & Viennensem Ecclesiam alicui subiacere Le-

gato nisi Cardinali, vel alii de Romana provincia, qui a Romani Pontificis latere dirigitur, prohibemus. Porro in Ecclesiis, quas in Viennensi Episcopatu, post assumptum Apostolicæ Sedis ministerium, consecravimus: Viennensis Archiepiscopus eandem quam habuerat ante, interdicens ac ordinandi habeat potestatem. Sane intra claustrum ambitum, ubi clericorum mansiones continentur: nullus omnino laicorum deinceps habeat mansionem, aut asultum, vel rapinam facere, seu corporalem cuilibet audeat injuriam irrogare. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica seculari sive persona hanc nostræ confirmationis vel concessionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactio- ne congrua emendaverit: potestatis honorisque dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ iusta servandis sit pax Domini nostri JESU CHRISTI: quatenus & hic fructum bonæ actionis sentiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego

PAGIUS

scripsit, & cum eo in eodem loco Natalem Domini celebravit (anno nempe superiori). Transactis autem diebus solemnibus pariter iter Cluniacum dirigit, ubi Bruno causas adventus sui aperuit, prolatisque coram sedis sue privilegiis eadem sibi & Ecclesiæ suæ Apostolica subscriptionis firmamento stabiliri postulavit, & obtinuit. Refert deinde Historicus literas ei a Callisto II. concessas, datas Cluniaci tertio nonas Januarii, quibus Pontifex personam ejus a cujuslibet Legati potestate absolvit, nisi forte a suo latere dirigatur.

III. Deinde Romanis.

Sed Callistum II. Romam pergentem sequamur. Matifcone Romanum, oppidum in Delphinatu hodierno Valentiniæ Urbi proximum profectus est, ubi die XV. mensis Februarii confirmavit bona & Privilegia Ecclesiæ Bisuntinæ sancti Joannis, ut docet ejus Epistola ordine XIII. data Romanis XV. Kal. Martii, indictione XIII. Incarnat. dom. anno MCXX. Pontificatus autem domini Callisti II. Papa anno secundo. Prædie eius Diei monasterium sancti Cucuphatis Martyris, Ordinis sancti Benedicti, vulgo *San Culgat*, suscepit sub protectione Sedis Apostolicæ, eique omnia bona ac Privilegia sua confirmavit, ut discimus ex Rescripto ejus, a Baluzio in Appendice ad Marcam Hispanicam pag. 1253. recitato, quod dicitur, *Datum Roma per manum Gryfogni S. R. E. Diaconi Card. ac Bibliob. XVII. Kal. Martii indict. XIII. anno Incarnat. Dom. MCXX. Pontificatus autem domini Callisti II. Papa anno secundo*, sed corrigendi errores duo a Librarianis admissi, & loco *Roma*, legendum, *Romanis*, loco, *XVII. Kal.* legendum, *XVI. Kal.* mensis enim Martius tot dies ante Kalendas non habet.

IV. Callistum II. Primum in septem Provinciis Viennensis Ecclesiæ, cuius Episcopus fuerat tribuit Primatum auctoritatem in septem Provinciis, Viennensem, Bituricentem, Burgalensem, Auticitanam, Narbonensem, Aqueensem, & Ebreduensem cum potestate Synodos indicendi, & negotia Ecclesiastica canonicè dirimendi. Occasionem arripuit subiciendi septem illas Provinciis Ecclesiæ Viennensi, inquit Marca in Dissert. ad Concilium Claromontanum anno MXXV. celebratum num. CXXIII. quia in Notitia in capite illarum septem, descripta est Viennensis provincia, una cum ejus Metropoli, quæ est *civitas Viennensium*. Quare coniecit tam sibi liberum esse, ut Viennam septem Provinciis præficeret, quam Decessoribus suis fuerat, Lugdunum præficeret iis Provinciis quæ Lugdunenses dicebantur in Notitia. Et ne nova videretur hæc institutio, a Silvestro I. & aliis Pontificibus Romanis ejus originem arcessit, quorum supposititia Rescripta edita sunt a Joanne Bosco, ubi ex Romano Catalogo septem Provinciæ subici dicuntur *Vienna*, ut notatur in calce supposititii Rescripti Silvestrini. *Tarantasia* autem Archiepiscopum, qui Præpositus erat provinciæ Alpium Penninarum extra septem illas, positæ, subiecit Viennensi, ut Primati, exemplo Leonis I. & Symmachi.

Existimat Marca ex hoc Callisti Decreto initium sumsisse divisionem illam, quam aliquot exemplaria *Notitiæ* præferunt, in octo Viennenses Provinciæ: ita ut Viris eruditissimis laborandum non sit in alia ratione ejus divisionis quæ-

V.

VI. Callistum II. Romam pergit.

quærenda, cum Scaligero, qui Vicarium Præfecti Prætorio Galliarum *Viennæ* quondam constituisse, & in octo illas Provinciæ jus dixisse sibi, dein cæteris, sine ullo argumento, imo etiam contra veteris Historiæ fidem persuasit. Cum itaque beneficio Callisti; *Bituricentis* Ecclesiæ, quæ Primatu in Aquitania potiebatur, & *Narbonensis*, quæ ex Urbani II. Decreto Primas erat Provinciæ Aqueensis seu Narbonensis, Secundæ subiectæ essent Primati Viennensi, ipse sibi *Primitum* nomen indidit: & monetæ, quam cudi curabat Viennæ, hanc inscriptionem adjecit: *Maxima sedes Galliarum*. Sed nulla plane auctoritate in vim ejus Rescripti, quod per subreptionem elicium, veterem Primatum inauditum jura convelebat, Archiepiscopus Viennensis potius est. Attamen Diensem, & Albensem, seu Vivariensem Episcopatum, vi Rescripti illius ab Arelatensi Provincia distractos, Viennensis Archiepiscopus in suam provinciam adiecit, cuius etiam partes sunt. Callistus II. diffinivit Ecclesiæ Eboracensem liberam esse a Præfessione, quam petebat Radulphus Archiep. Cantuarie: *Hoc apud Vapingum in Capite Januarii Apostolico Privilegio confirmatum est*, inquit Thomas Stubbs in Actis Pontif. Eborac. apud Seldenum Tom. II. pag. 1716.

A num. III. ad VIII. Callistus II. dispositis Gallicanarum Ecclesiarum rebus, *veniens ad Montem Pessulanum* inquit Pandulphus processit ad Sanctum Egidium, peragratisque Provin-

Ego Callistus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum Valentiniæ v. Kal. Martii Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXX. Pontificatus autem domini Callisti II. Papa anno secundo.

III. Callistum II. Papam in urbem dirigit iter.

Post hæc autem dispositis rebus Gallicanarum Ecclesiarum, Romam se contulit. De hoc itinere in ejus vita hæc leguntur in MS. Vaticano ex Pandulpho: *Habito itaque consilio communi cum Ecclesia Gallicana, ut ad Romanam Urbem & Sedem Apostolicam festinare deberet, dispositisque aliis quæ ad Ecclesiæ statum spectare videbantur: iter suum versus Italiam Domino direxit auctore*. Et *veniens ad montem Pessulanum, processit ad sanctum Egidium, peragratisque Provinciæ partibus, & Alpium difficultate transensa, ad sanctum Ambrosium cum jucunditate pervenit*. Undique igitur ad eundem Pontificem conflante multitudi- ne populorum, eum tanquam Christi Vicarium eximio prosequerentur affectu, ad ejus vestigia certatim se devotissime prosternerant. Descendens autem ad populos Longobardiæ civitates, in quibus non minus honorifice recipiebatur, & perquam devotissima veneratione tractabatur; per montem Bardonis transiit in Tusciam. Appropinquante autem ipso Pontifice ad civitatem Lucanam, occurrit ei a longe decora ipsius civitatis militum, & deduc- tus est a Clero & populo in gaudio & exultatione ad majorem Ecclesiam, & ad Papale palatium. Post triduum vero a-

CHRISTI
1120.CALLISTI II. PAP.
2.HENRICI IV. IMP. IO.
JOANNIS COMN. IMP. 2.

Pisanis cum jucunda & gloriosa processione nihilominus est receptus atque tractatus. Rogatus autem ab ipsis Pisanis, & magna instantia postulatus, majorem Ecclesiam ad honorem beatae Mariæ, tota ibidem Tuscia concurrente, dedicavit solemniter. Deinde de jucundo & desiderato nimirum Papæ adventu communis fama, & frequens rumor aures Romanorum pulsavit. Et cum tota Civitas ad ejus receptionem anheleret, & vehementi desiderio ferveret: schismatici, qui tunc eidem Urbi per Imperatoris violentiam incubabant, sunt territi, & omnino in semetipsis confusi. Quocirca languidum caput, Burdinus hæresiarcha, in desperatione lubrico positus, sperans se ab ipso Imperatore fovendum, apud Sutrium confugium fecit, ejusque se munitione continuit. Hæc in rebus gestis ipsius Callisti ex Pandulpho.

Hic vero intextenda epistola est Eginonis Abbatis S. Udalrici Augustani, qua Callisti Papæ occursum, & in Urbem narratur ingressus. Qui charitate impulsus Augustinæ Ecclesiæ, adhuc sub Herimanno pseudoepiscopo laborantis quatuordecim annorum jam curriculo, ad Callistum Pontificem Romam adventantem se contulit, quem in Tuscia reperi- tum est secutus in Urbem. Rebus autem bene fati ex sententia gestis, Pisis, de cunctis quæ accidissent, quasi itinerarium scripsit, his verbis:

Reverendæ paternitatis ac diligendæ fraternitatis cunctis utriusque sexus in Christi-

cia partibus, & Alpium difficultate transensa ad Sanctum Ambrosium cum jucunditate pervenit. Oppidum Sancti Ambrosii paucis milliari- bus ab urbe *Susa* distans est. Inde Romam perrexit, ubi tertio Nonas Junii magno honore exceptus fuit, inquit, Eginon Abbas, cuius Epistolam ad omnes Fideles tunc scriptam refert Baronius. Malmesburienensis in lib. 5. de Gest. Reg. Angl. de Callisti II. Romam ad- ventu ait: *Libenter a civibus (nam jam Imperator discesserat) receptus est. Tum Burdinus in medio relictus Sutrium effugit, multis peregrinorum calamitatibus Paparum suum fovere meditatus; Proceres enim, qui ejus partibus adhaerebant infestas latrociniis vias habebant, eosque qui Romam tenderent, spoliabant. Porro Udascalcus Monachus Sancti Udalrici scripsit Narrationem de controversiis inter Hermannum Episcopum Augustanum & Eginonem Abbatem S. Udalrici, quæ extat Tom. II. Antiq. Lect. Henrici Canisii complectiturque Epistolam quinque Paschalis Papæ II. tres Arnaldi Archiep. Maguntini, ac tres Eginonis Abbatis.*

Jordanus Archiepiscopus Mediolanensis a Callisti II. partibus stabat, & ut inquit Puricellus, Pontifici occurrerat propter eos, qui infidiabantur gratiam Imperatoris; & Pontifex ipse eum convenire cupiebat, quemadmodum prope & prospere Romam adiret, Sedemque ibi Apostolicam obtinere valeret, uti narrat Landulfus Junior cap. 35. apud Puricellum num. CCCXXXIII. ubi ait: *Guerra Cumanorum*

VII. Jordanus Archiepiscopus Mediolanensis Papa Romam venit. Landulfus Junior cap. 35. apud Puricellum num. CCCXXXIII. ubi ait: Guerra Cumanorum

CHRISTI II 20.

GELASII II. PAP. 2.

HENRICI IV. IMP. IO. JOANNIS COMN. IMP. 2.

Eginonis epistola de Callisti in urbem advenit.

Christo Fidelibus Eginus ille, cujus incolatus est super terram prolongatus, celestis patrie associari cupit.

Quoniam Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: omnis qui manet in Deo, immo, in quo manet Deus, nimirum Spiritu charitatis est repletus; ex fonte vero dilectionis rivulus emanat compassionis. Hoc igitur salubri fonte redundantibus necessarium duxi paucis absolvere, quibus subjacerem casibus, praemissa causa, quae tot provocavit adversa, ut virtus compassionis crescat ex causa justitiae & veritatis. Quamvis enim peccator indignus, officio regiminis, ut multi vestrum noverunt, cœnobii fungebar Augustensis, ubi quanta Deus nostris temporibus, non dico meritis fecerit, quod videlicet religiosi viros inibi coadunaverit, quamque virtutibus, rebus quoque exterioribus locus ille in brevi succreverit: non modo vicinos & contiguos, sed etiam remotos latere minime potuit. Verum quia

(a) i. Cor. 11. (b) Luc. 11.

juxta egregium Prædicatorem, (a) oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant: expetente satana, ut (b) cribraret nos sicut triticum, quem defensorem ac propugnatorem sperabamus, ut pote gregis Dominici pastorem, Augustensem Episcopum, crudelem sensimus persecutorem. Qui cum a beatæ memoriæ Papa Paschali pro diuturna inobedientia in omni pontificali officio fuisset interdictus, atque a successore ejus Gelasio Secundo, necnon a sancto adhuc superstito Papa Callisto Secundo absque spe ejusdem recuperandi officii sit damnatus, & ab ipsa A-

PAGIUS

vum (idest, Comensium) & Mediolanensium durante, atque eorum Pontificum & Consulium, vidi Dominum Papam Callistum, & Jordanum Archiepiscopum cum pluribus Ecclesiasticis & secularibus viris illustribus confedere in Terdonensi Palatio: in quorum presentia querela mea causam protuli, scilicet de Domino Jordano, a quo Landolphus vexabatur, qui paulo post subdit: Jordanus itaque, ejusque cæcus locutus de sua opulentia in illa vespertina hora, & die altera Palatium descendit: atque in tertia, qua dies fuit Dominica de Ramis Palmarum, in Ecclesia Sancti Martiani cum suis suffraganeis Petrum Terdonensem Electum licet modo abjectum, in Episcopum ordinavit, &c. In die autem altera, qua fuit secunda feria, dominus ipse Electus Papa Terdonem exiit: cum quo Olricus (idest Henricus) Vicedominus Mediolanensis, Jordano Archiepiscopo revertente Mediolanum, usque Placentiam ivit.

VIII.

Jordano demortuo succedit Olricus.

Tum Landulfus cap. 36. Deus Omnipotens neque per literas Domini Gelasii, neque per Legatum Callisti (qui tunc erat Vicedominus Olricus) Jordanum mihi suavem sive benignum fecit. Sed de mundo illum tulit & gratia Presbyteri Nazarii Primitivi, & ceterorum, quos suspectos habebam, & habeo, Olricus Vicedominus Jordano successit, qui fere simili modo me gravavit, ut Jordanus. In antiquo Catalogo Episc. Mediolan. apud Mabillonium in Musæo

postolica Sede hoc acceperimus mandatum, hujusmodi vitare ut mortiferum: nos tamen ut minus perfecti, non statim ad hæc implenda convaluimus, cum Petro scilicet ad ancilla carnis vocem adhuc pertinuis, cum tam nefanda, potius humana sapientibus acquiescendo, quam divinis & Apostolicis præceptis obtemperando, dissimulavimus.

Denique ipso contra jus fasque omnibus modis grassante, adeo ut Catholicum Papam respiceret, Burdinum reciperet, nomenque ejus in Cerei Paschalis benedictione recitari præceperet, ac plebem sibi subjectam tanti hæresiarum litterarum salutatione pollueret, nos etiam in his omnibus secum contaminari cogeret: tandem ut arcus fortium superaretur, nos hæcenus infirmi, divino robore accingimur, in medium progredimur, cum Apostolis, (c) etsi longe impares protestamur: Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Hac voce non minori, quam Scribæ & Pharisei, Pontifex iste commovetur furore, dum mox vincula, & carcerem minatur & exitum; nec unquam cessaverit, quousque ego & Fratres mei, qui cum duodecim Christum sequebantur, alitis retro abeuntibus, a monasterio quiete proturbamur. Nec tamen huic Præsuli post innumeras contumelias & injurias nostri sufficit expulso, quin in omnes terras fines nos ejus pro posse sequeretur persecutio. Quamobrem cum Archiepiscopum nostrum, necnon magnum Episcoporum, Abbatum, seu Principum Catholicorum adirem colloquium: expositas querelas in commune pro scelere immanitate mirantur & lamentantur. Pro-

V.

(c) Acto. 5.

Italico & apud Papebrcium Tom. VII. 83. mensis Maii legitur: Dominus Jordanus Archiepiscopus Sedit annos VIII. & mensis IX. & dies III. Obiit IV. Nonas Octob. Quæ computatio certa, a die enim prima mensis Januarii anni MCXII. quo eum electum fuisse vidimus, ad diem IV. mensis Octob. currentis anni spatium illud intercurrit. Olricus seu Henricus die XVII. mensis Novembr. electus est Archiepiscopus juxta eundem Catalogum, in quo de eo habetur: Sedit annos V. & mensis VI. diesque XI. Obiit V. Kalendas Junii. Sed quia certum est mortem ejus incidisse in annum MCXXII. loco annos V. legendum annos II. qui error saepe in MSS. occurrit. Olrico, eodem anno MCXXIII. successit Antelmus hujus nominis V.

Iste Olricus primum instituit Mediolani Commemorationem omnium fidelium defunctorum, idque sedente Jordano, cum ipse adhuc Archiepiscopus esset, ut ostendit vetus Catalogus Archiepiscoporum Mediolanensium apud Puricellum in Dissert. Nazariana cap. 96. num. III. In eo enim Catalogo legitur: Istius (nempe Jordani) tempore Olricus Archiepiscopus & Vicedominus Ecclesie Mediolanensis ordinavit festum mortuorum sequenti die post festum Dedicationis. Idem Puricellus num. X. hæc verba refert ex Kalend. Ambros. an. MCCCLXXXI. in pergamento scripto: Nota quod Dedicatio Ec-

IX. Olricus Archiep. Mediolan. instituit festum Mortuorum.

CHRISTI II 20.

CALLISTI II. PAP. 2.

HENRICI IV. IMP. IO. JOANNIS COMN. IMP. 2.

VI.

Proinde communicato prudentiorum consilio, ad Romanam dirigo Sedem, tum pro speciali nostra necessitate, tum pro communi Ecclesie utilitate. Quod iter cum arripere ex hostium insidiis periculosissimum: potius per devia quam regia via utcumque perveni Placentiam. Ubi dum puer meus, quem ab infantia nutrieram, cum omnibus rebus nostris, exceptis equitaturis, nocte aufugisset: qui in paucis sapienter de itineris perfectione diffidebam, in nihilo jam de ejus qui cuncta creavit ex nihilo, misericordia præsumebam. Quid plura? per abrupta montium, per vastissimam eremum, per terram famis & sitis, abi vestigium non inveniebatur hominis, transivimus, sed quasi in pretium tanti laboris domnum Apostolicum in maritimis locis, videlicet apud Rosellam civitatem invenimus. A quo hilarissimo (ut est) vultu recipimur, Romam una secum deducimur, retuluri terræ nostræ (ut ipsius verbis utamur) triumphum Ecclesie.

Jam enim quis illius terræ concursus, quantus omnis sexus & ætatis apparatus, militiæ quoque Romanae ultratrium dierum iter occurrentis quam jucundus fuerit comitatus, Caesar si superesset, indignans miraretur, Tullius forsitan atteraberetur, dum vexillo Crucis omnium Consulum, & Imperatorum superari trophea conspiceretur. Appropinquante vero summo Pontifice ad Urbem, puerorum & infantium cum ramis omnigenarum arborum occurritur excipitur laudibus. Quos ne quis opprimeret, vel abigeret, cum JESU benedicens, agebat: (a) Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum caelorum. Deinde coronatus, at regali sacerdotio Ecclesiam credas potiri, per medium deducitur Civitatis plateis auro, gemmis, pretiosissimis palliis undique adornatis. Nec desuere Græcorum & Latinorum concentibus confusi Judæorum plausus, ut cæca gens vel invita consistatur, unde magis puniatur. Ann. Eccl. Tom. XVII.

(a) Matt. 23.

PAGIUS

clesia Mediolani est semper tertia Dominica Octobris & festum Mortuorum est die Luna sequenti. Beroldus Jordano & Olrico coætaneus, ut demonstrat Puricellus cap. 97. Dissert. Nazariana, composuit Manuale adhuc MS. asseritque Dedicacionem Ecclesie Mediolani celebrari Dominica III. Octobris, & addit, feria secunda post Dedicacionem Ecclesie instituit Dominus Olricus bone memoria Archiepiscopus (quia post illam institutionem eam dignitatem adeptus est) Commemorationem & Officium fieri omnium fidelium defunctorum in Ecclesia Mediolanensi pro anima sua remedio; quod hoc ordine celebratur. Finito itaque Matutino supradicti diei, omnia tintinabula Ecclesiarum pulsantur: & Matutinum defunctorum publice cantatur. Simili etiam modo, facto mane, Missa abique defunctorum tantum voce excelsa celebratur, &c.

Vix hora decima cum esset, tertio Nonas Junii, a mane protracta, rarefuit processionum frequentia, quando & idem Pater Universalis a Lateranensi exceptus sede, in palatium, ut moris est, judicium legali perducitur carmine. Ab hinc usque in Kalendas Julii presentia jugiter tanta sanctitatis perfruebar viri, hac instantia nesciente fastidium, quia semper in majus accendebatur desiderium. Siquidem hilaris vultus sub morum gravitate, dulcedo affabilitatis sub verborum pondere, jejuniorum, seu vigiliarum discretio absque eo quod intrinsecus latet, cunctis intuentibus in eodem Patre, uno atque eodem Spiritu operante, mirabilis effectus patet. Laus omnis inferior, dum vir iste revera Apostolicus, virtutibus & miraculorum signis comprobetur sublimior. Quæ quia tota Francia, Longobardia, Tustia, atque Apulia prædicat, hujus angustia chartula superfideat.

VII.

Igitur percepta a sanctis ejus manibus Dominici sacramenti communionem, & inter crebra oscula largissima benedictione, iter rediturus arripit, navimque per mare transiturus apud Ostiam civitatem cum Aquis Episcopo intravi. Quæ cum socium laboris vestri fratrem Udalscalcum præ hominum multitudinem capere non posset: alteram, quæ tamen cum nostra erat itura, ascendit; sed mox pelago turbato, naves in tantum sunt disjectæ, quod infra quatuordecim dies nec loqui invicem potuimus, nec videre. Cœpi ultra modum de amisso fratre contristari, ex tristitia infirmari, vixque visus valebam deportari. Ubi qualiter frater me invenisset, quidvis postea de me factum sit: ipse fideliter referat, animamque meam vestris orationibus commendat. Hæc Eginus Abbas in ægritudine positus scripsit, qui & ibidem extremum diem obiit eodem ipso die, nempe Idibus Julii, sepultusque est in S. Michaelis monasterio magno cum honore, ut ejus peregrinationis socius Udalscalcus enarrat.

X.

Cæterum institutio ejusdem Festi facta ab Odilone Abbate Cluniacensi, quam Ecclesia Romana ad diem secundam mensis Novembris amplectitur, in Mediolanensem introducta non fuit. Nam in Mediolanensi Kalendario Missalis Ambrosiani anni MDV. lanensem legitur: Dedicatio Ecclesie Mediolani in introducitur semper celebratur in tertia Dominica hujus mensis (nempe Octobris) & festum mortuorum est die Luna sequenti. Idem legitur in editione anni MDXXII. cum hoc discrimine, ut uterque usus in ea ponatur, & ad diem II. Novembris legatur: Commemoratio omnium fidelium defunctorum secundum Romanos. Idem legitur in editione anno MDXLV. facta. Sed postea solemnitas festi Mediolani instituti paulatim abolita fuit, & ad libitum relicta, idque in Breviario anno MDLVII. impresso, in quo legitur: Et nemo tenetur, nisi qui vult. In editio-

rat, qui ei assistit morienti, eadem die, qua obiit Pisas adveniens, & patrem adhuc spirantem inveniens, ejus extremam salutationem post oscula & amplexus habere commeruit.

VIII.

Sed ad Callistum Pontificem redeamus, cui superandi Burdini munitione se continentis ingens adhuc superavit labor. Verum quod exercitu opus erat ad locum illum expugnandum; eo relicto, & ad aliud tempus expugnatione opportunius reservata, haud diu Romae permansit, sed Beneventum direxit iter, ubi Northmannos ad expugnationem Sutrinæ munitionis hortaretur. Porro ejus iter ab Urbe Beneventum, & in Apuliam; ita apud Petrum (a) diaconum in Chronico Cassinense relegitur: Sub idem tempus praefatus Papa Callistus ex Urbe ad hoc monasterium Cassinense perveniens, ab Abbate nostro cum ingenti honore susceptus, die illo Missam solemniter celebravit, & in hac terra duos ferme menses remoratus est. Quem Abbas noster honorifice valde habuit, & in omnibus illi necessariis strenue semper ministrare curavit. Inde vero Beneventum veniens, in Apuliam usque descendit, & more priorum Pontificum a Duce Willelmo fidei sibi praestito juramento &c. At Romualdus in Chronico haec paulo fusius verbis istis: In Beneventanum palatium Willelmus Dux Apuliae atque Calabriae devenit,

(a) Pet. diac. Chro. Cass. l. 4. c. 70.

Callist. Papa Beneventum se confert.

PAGIUS

tione anni MDLX. facta tantum mentio festi Mortuorum ad diem II. Novembris tandemque divus Carolus Archiep. Mediolanensis in suo Breviario anno MDLXXXII. impresso, omnibus Presbyteris & Clericis precepit, ut quoad festum Mortuorum se se Ecclesiae Romanae conformarent.

XI.

Roma magno gaudio excipitur.

A num. VIII. ad XI. Brevi tempore Callistus II. Romae remansit; ut enim Northmannos ad Sutrii expugnationem hortaretur Beneventum se contulit, uti narrat Baronius. Porro Sutrium oppidum est rupibus undique cinctum, ab urbe Romana XXV. mille passibus distitum, ubi Burdinus ab Imperatore derelictus se se continebat; & sine exercitu expugnari non poterat. Sed praestat audire Falconem in Chron. Petro Diacono & Romualdo Salernitano Archiep. a Baronio citatis antiquiorem, cum de rebus hoc anno in Italia gestis verba facit: Hoc anno, inquit Falco, supra memoratus Papa Callistus ab ultramontanibus partibus reversus est, & nono die intrante mensis Junii Romam ingreditur (Egino, ut supra vidimus, scribit Callistum II. Romam III. Nonas Junii introisse, & in Chron. Falconis numeri saepe depravati. Quare loco, nono die, legendum, tertio die & error ille Librariis adscribendus). Unde factum est, ut Petrus Portuensis Episcopus tunc Vicarius cum aliis Cardinalibus Roma manentibus, aliisque Clericorum turmis, & viris utriusque sexus obviam Pontifici illi properavit. Gaudium igitur populi Romani & letitiam, si lector aspiceret, diceret admirans pra gaudio tanto sub honore triumpho Pontificem quempiam Urbem ingressum

legius homo Papa Callisti factus per directum contra omnes homines. Et ipse Papa statim eidem Duci donavit, & concessit, & per vexillum tradidit omnem terram ipsius Ducis cum toto honore Ducatus ipsius, dicens:

Ad honorem Dei, & beati Petri Apostolorum Principis, necnon & Pauli, fidelitatem quoque Romani Pontificatus, & nostram, nostrorumque successorum canonice intrantium, donamus & concedimus tibi terram, & omnem honorem, & quaecumque nostri praedecessores, videlicet Papa Nicolaus, & Alexander, atque Gregorius donaverunt olim Roberto Guiscardo avo tuo, atque deinde Urbanus Papa, & Paschalis ejus successor donaverunt Duci Rogerio patri tuo, idemque Paschalis postea atque Gelastus Papa donaverunt tibi &c. Eodem vero mense idem Papa Callistus Trojam venit. Audiens itaque Willelmus Dux ejusdem Pontificis adventum, obvius ei festinanter extra civitatem advenit cum Principibus suis. Cui vice stratoris ipse juxta sellam obambulans, usque ad Ecclesiam Episcopatus ejusdem civitatis ingenti cum honore deduxit. Haec ipse hoc anno. Porro comparatas copias ex Northmannis ad expugnationem Antipapae Burdini perduxisse Romam, annoque sequenti eundem duxisse captivum, quae suo loco dicentur, ostendunt. Ita plane magna Dei pro-

IX. Callist. Papa concedit in vestituram Willelmo Duci.

(a) Pet. diac. Chro. Cass. l. 4. c. 70. 71. 72.

PAGIUS

XIII. Gesta Beneventi hoc anno.

tia, & lyras sonantes aspiceret, revera affirmans, Apostolicum alium tali sub triumpho gaudio ingressum non fuisse civitatem.

Diebus autem non multis decursis, complures civium, qui amici Landulphi (cognominati a Graeca Pont. Roma. additissimi) quondam Comes abuli, stiterant, Apostolicum precantur, quatenus et copiam habitandi tribueret in civitate, Comes abulus vero per triennium Montem Euscum habitaverat. Apostolicus igitur fidelium suorum precibus favens, sicut postulerant, licentiam impendit, &c. Audiens autem Callistus Pontifex discordiam illam, quae inter Fratres Monasterii sanctae Sophiae pro electione facta superadditi Ademarii regnabat, Monasterium advenit, & quia electio illa canonica & regularis non esset, a Petro Portuensi Episcopo, caterisque Cardinalibus qui illuc confluxerant, irrita & fracta judicata est. Confestim id a Pontifice Callisto confirmatur. Quid nescitis? licentiam fratribus dedit, ut quemlibet Abbatem, eligerent. Quo facto ad Palatium Apostolicum reversus est. In crastinum autem quarto decimo die intrante mensis Augusti &c. Fratres numero quinquaginta personam Joannis Grammatici, virum prudentem, & ornatis moribus comprehenderunt, & eum in vicum & reuertentem Cathedrali super sedere fecerunt, &c. Audiens igitur Apostolicus quod regulariter electio illa fieret, complacuit & confirmavit. Diebus autem non multis excursus praedictus Pontifex Callistus Monasterium S. Sophiae advenit, & inter Missarum solennia XIV. Kal. Septemb. praefatum Joannem, &c. consecravit. Die vero ipsius consecrationis dedicatio altaris B. Mercurii celebratur in S. Sophia. Diebus autem non multis elapsis prius ad praedicti Rosfridi electionem Pontifex Callistus inducias posuit, ut ad constitutum tempus Januarii mensis Septembris consecraretur. Anno superioris Rosfridi Archiepiscopus Beneventanus electus fuerat.

XIV. Obitus duorum Comitum Capuae.

Haec etiam praesenti anno Falco narrat: Hoc anno quinto die sancti mensis Maii Capuani constituerunt Principem Richardum, filium Roberti Principis, Dominum eorum, eo quod Princeps genitor ejus infirmabatur, & eo constituto Capuanus Archiepiscopus convocatis Episcopis, aliisque viris prudentibus, & Rosfrido Beneventano Electo, die Ascensionis Domini V. die ipsius Maii sancti Principem eum consecravit.

Maria Capuae fuit agendum: cum eam Res gesta refractariam ac inobedientem penitus a Callisto postolicis litteris semper invenerit, adeo ut post omnes adhibitas admonitiones, comminationes interpositas, perendinationes superadditas, opus fuerit eam excommunicatione multare, & monasterium ejus subicere interdictioni. Verum nec si quidem ipsa paruit, sed Rainulphus Comes intercessit, qui Cassinense monasterium de bonis amissis, ipsa licet invita, in integrum restituit coram Joanne Cardinali tituli sancti Eusebii, & Hermanno S. R. E. subdiacono. Ut plane eadem Callisto contigerit reperire feminam pertinaciorum, contumaciorumque Imperatore schismatico, quem ut dicemus, reddidit tandem Romanae Ecclesiae obsequentem.

V v 2 Rur-

Habemus hic egregium exemplum, quo evincitur Apuliae Scriptores per mensem stantem, inflantem, vel astantem intellexisse mensem excurrentem; hoc enim anno, quo Pascha die XVIII. mensis Aprilis celebratum, Ascensionis festum in diem XXVII. mensis Maii incidit, & Falco discrete asserit festum Ascensionis fuisse diem quintum ipsius mensis Maii stantem, ad quem loquendi modum cum varii Critici emuncta naris animum non advertissent, quoadque Chronologiam perturbant. Refert postea Falco Rosfridum Beneventanum Electum inducias sanxisse cum Ranulpho Comite: Coram omnibus fide data & accepta tredecim a septimo die sancti mensis Maii (sc. a die XXV. mensis Maii, juxta ea quae mox diximus) usque ad Kalendas Septembris firmiter confirmaverunt. Addit Falco Robertum Principem Capuanum octavo die post filii sui consecrationem e vita migrasse: quo defuncto Jordanum praedicti Roberti Principis fratrem constituerunt in Principatus honorem. Ad haec verba Percegrinus in Stemmatis Principum Capuae, haec notat: Cui (nempe Falconi) standum, Auctori rem minutissime exponenti, non autem Petro Diacono lib. 4. cap. 65. nec Anonymo Cassinensi perhibentibus ipsum unquam (retinere enim Normanni Capuae Principes se sacro oleo perungi) post patris mortem. Nec consentiendum Romualdo Salernitano, qui ait, Roberto successisse fratrem ejus Jordanum. Jordanus II. Princeps Capuae post nepotem Richardum III. inunctus Nonis Julii anno MCXX. secundum Falconem & Chronicon Cavenense. Callistum II. Trojam profectum esse, ibique honorifice a Willelmo Apuliae Duce exceptum, tradit Romualdus Salernitanus Archiepisc. in Chron. apud Baronium num. VIII.

XV. Callistus II. Romam diu commorans, Hugonem Cardinalem a Benevento vocavit. Idem D. Hugo Beneventum tenebat: cum quo simul & aliis pariter per Campaniam & Cassinense canobium ipsum adii Beneventum, die scilicet octava mensis Augusti. Venerunt ad eum illico Guillelmus Apuliae Dux, Princeps Capuanae urbis Jordanus Comes, &c. & innumeri alii, qui eidem ibi hominum fidelitatemque fecerunt. His ita dispositis paulo post Romam per Maritimam rediit, vel ex-

CHRISTI
1120.CALLISTI II. PAP.
2.HENRICI IV. IMP. 10.
JOANNIS COMN. IMP. 2.XI.
Legatio
Regis Lu-
dovici ad
Callist.
Papam.

Rurfus autem, cum Benevento in Apuliam tunc temporis perrexisset Callistus Papa, resque Romanæ Ecclesiæ usurpata recuperasset, convenit eum legatio Francorum Regis Ludovici per Sugerium Abbatem, qui in vita ejusdem Regis quam scripsit, de his sic meminit: *Domino itaque Callisto gloriose presidente, & raptores Italia, & Apulia perdomante, Pontificalis Cathedra lucerna non sub mo-*

PAGIUS

unte hoc anno, vel, ipso sequentis initio. [1] Hæc de prima Callisti II. in Apuliam professione, ad quam revocari non potest Legatio Sugerii de qua statim ago.

XVI.
Legatio
Sugerii ad
Callistum
II. ejusque
in Abbatem
consecratio.

Ad num. XI. Legationem Sugerius Monachi San-Dionysiani nomine Ludovici VI. Francorum Regis ad Callistum II. dum in Apulia esset, quam ipsemet in Vita ejusdem Regis memorat neque hoc anno, ut putavit Baronius neque anno MCXXII. aut insequenti, ut omnes alii arbitrati sunt, sed anno millesimo centesimo vicefimo primo obitam, ex ejusdem relatione certo deduci puto. Baronii opinio sustineri non potest, cum Sugerius pag. 310. diserte asserat se ad eam destinatum, postquam Burdinus perpetuo carceri damnatus fuit, quod anno tantum sequenti, exeunte mense Aprili accidisse videbimus. Quo narrato subdit Sugerius: *Cui (nempe Callisto II.) cum in Apulia apud civitatem Bituntum (legendum, Bituntum, vel Butuntum, quod oppidum est a Beneventano aliquot milliaribus distans) missus a Domino Rege Ludovico pro quibusdam regni negotiis occurrisset, &c. Ait postea, cum via se dedisset, ut in Franciam rediret, se se mortem Ada Abbatis Dionysiani accepisse, & communem de persona sua factam electionem; sed quia inconsulto Rege factum fuerat, eum meliores Fratrum & milites nobiliores castello Aurelianensi inclusisse. Se se etiam ad Regem unum de suis præmississe, ut sciret, quem finem turbati negotii confusio reperisset; sed dum eum subsequitur, inopinatus rediisse, qui Regis pacem, captorum solutionem, electionis confirmationem reportant, & denique cum ad Sanctum Dionysium pervenisset, Archiepiscopum Bituricensem, sequente die, sabbato scilicet Mediana, se Presbyterum ordinasse, & sequente dominica Abbatem consecrasset. Paulo post indicat, se Romam profectum esse, & sequente ordinationis suæ anno Concilio generali Laterani habito interfuisse. Hæc Sugerius.*

XVII.
Utriusque
Epocha.

Concilium Lateranense I. anno MCXXIII. qui annum Sugerii ordinationis sequebatur, die XXV. mensis Martii celebratum, anno MCXXII. sabbato Mediana, seu sabbato ante Dominicam Passionis, die sc. XI. mensis Martii Presbyter, & dominica insequenti Abbas consecratus fuit, qui reliqui sunt menses duo & dies aliquot ejusdem anni MCXXII. vix sufficiunt, ut Parisios mittere, illucque ipsemet pervenire posset. Ex quibus consequens est Sugerium ultimis mensibus anni millesimi centesimi vicefimi primi ad Callistum II. Legatum missum fuisse; paucis postquam cum eodem Pontifice collocutus est diebus, mortem

Adæ Abbatis Dionysiani accepisse: hancque accidisse ipso initio anni MCXXII. cum ab illo tempore ad diem, quo Presbyter ordinatus fuit, fluxerint tantum menses duo & aliquot dies, in eundo Parisios, indeque redeundo consumpti. Quare in parvo Chronico Sancti Dionysii in fine Tom. II. Spicilegii Dacheriani edito, accurate ad annum MCXXII. scriptum: Obiit Adam Abbas. Ordinatione Sugerii Abbatis. Anonymo vetera instrumenta suffragantur, & Nangius in Chron. Verum quidem est, initio Operum Sugerii pag. 280. ex veteri Codice MS. Ecclesiæ Sancti Dionysii dici Sugerium anno Domini MCXXIII. in Abbatem monasterii electum esse, sed illud ex mox dictis se ipso corrui, sicuti & quod ex Chronico Nangii ad annum MCXXIII. refert, & sequitur Mabillonius in Notæ ad Epist. LXXVIII. Sancti Bernardi & in Chronologia Bernardina; Sugerius Sancti Dionysii in Francia Monachus, &c. a Roma regrediens, quo fuerat a Rege Francia Ludovico missus, Abbate suo Adam defuncto eligitur in Abbatem, qui reversus primo Presbyter ordinatur, & post præsentem Rege, a Bituricensi Archiepiscopo in sua Sancti Dionysii Ecclesia in Abbatem benedicitur; Sugerius quippe, ut ex ipsomet Sugerio ostendimus tempore Quadragesimali anni MCXXIII. non in Francia, sed Romæ erat, & Concilio Lateranensi I. assistebat.

Callistus II. anno MCXXI. medio mense Septembris Salerni versabatur, & eodem mense exeunte Beneventi fuit, uti eo anno videbimus. Quare ex alterutra urbe Bituntum se contulit, ibique Sugerius ante ejusdem anni finem cum convenit, & negotia pro quibus missus fuerat, exposuit. Ea itaque Legatio, nec hoc anno, nec anno MCXXII. aut insequenti peracta, nec aliquid contra hanc nostram sententiam alicujus momenti afferri potest; cum contra alia ipsomet Sugerium contrarium habeant, ut ex dictis patet, & magis mox liquebit. In Patriarchio quidem Bituricensi cap. LXII. dicitur, *Vulgrinum Bituricensem Archiep. tertio adepti Pontificatus anno Sugerium in Abbatem Sancti Dionysii benedixisse, illumque Leodegario anno MCXX. mense Martio demortuo in Archiepiscopatum successisse. Verum Anonymus, qui illud Opus composuit, sæculo præcedenti vixit, & nisi annos Julianos numeret, ut sæpe fit, hac in re non audiendus, sicuti nec in multis aliis passim a viris doctis rejectis. Duchesnius in Notis ad Hist. Calamitatum Petri Abaelardi, pag. 1173. ut probet Adamum an. MCXXIII. demortuum, ait ipsomet Sugerium in veteri*

XVIII.
Magis con-
firmatur.

Char-

CHRISTI
1120.CALLISTI II. PAP.
2.HENRICI IV. IMP. 10.
JOANNIS COMN. IMP. 2.

ita ut diutius retinere vellet, si Ecclesiæ nostræ amore, & sociorum, Abbatis sancti Germani socii convocantis, & aliorum persuasione non devocaremur. Subiicit his historiam de sua tunc absentis in Abbatem sancti Dionysii electione. At de rebus Callisti Papæ in Apulia gestis hætenus.

XII.
Præmon-
stratensis
ord. ini-
tut.(a) Apud
Sur. t. 3.
die 6. Jun.

Contigit hoc anno, Norbertus, qui auctoritate Romanorum Pontificum Gelasii, & Callisti licentiam prædicandi acceperat, collectis sociis, Regulam sancti Augustini servandam suscipiens; auctor fuerit Ordinis a loco dicti Præmonstratensis. Hæc (a) Hugo in vita ipsius pluribus narrat. In Saxonia autem, Deo prodigijs populos terrente, Fides Catho-

PAGIUS

Charta annum Christi MCXXV. administrationis suæ tertium numerare, his verbis: *Actum in monasterio B. Dionysii in generali conventu, presidente Domino Sugerio venerabili Abbate, ejusdem monasterii, tertio administrationis ejus anno, incarnat. autem Dom. MCXXV. die Dominica Idus Martii, Luna VII. Indiæ. III. Epistola XIV. concurrente III. regnante Ludovico glorioso & illustri Francorum Rege, XVII. administrationis suæ anno, & præsentem condonationem confirmante, &c.*

XIX.
Corrigitur
locus men-
dofus Con-
stitutionis
Sugerii.

Verum locus ille, qui sæculi nostri Criticos in errorem induxit, mutilus est, & loco, die Dominica Idus Martii, legendum, die Dominica VIII. Idus Martii; seu die VIII. non vero die XV. mensis Martii; Sugerius enim, qui anno MCXXIII. die XXV. mensis Martii Concilio Lateranensi Romæ interfuit, non potuit eodem anno, die prima Aprilis apud S. Dionysium in Francia Abbas consecrari, quod tamen necessario sequeretur, si præfata subscriptio pura non esset, quia Sugerius consecratus fuit dominica sabbatum Mediana subsequente, quæ anno MCXXIII. in diem primam Aprilis incidit. Dominicus enim Passionis Medianam appellatam fuisse certum, & Sabbato antecedenti Sacros ordines conferri solitos, docet Durandus lib. 6. Rationat. cap. 59. num. 2. Hanc nostram emendationem confirmant constitutiones duæ Sugerii ab ipsomet Duchesnio Tom. IV. pag. 546. recitatae, in quarum una ordine III. Sugerius ait, eam datam esse XV. Kalend. Julii anno incarnati Verbi MCXXVII. Indiæ. XV. anno vero administrationis nostræ XVI. & in altera ordine IX. Actum est hoc & hæc charta anno ab incarnat. Domini MCXLVIII. regnante Ludovico Rege Francorum & Duce Aquitanorum, anno regni sui XVIII. Abbatia vero nostra XXVII. Quæ subscriptiones veræ esse non possunt, nisi Sugerius Abbatia suæ annos ab anno MCXXII. deduxerit. Postquam hæc scripseram legi apud Doubletum in Antiquit. monasterii Sancti Dionysii pag. 852. Diploma emissum a Ludovico VI. Francorum Rege in gratiam Sugerii tunc Abbatis Sancti Dionysii, datum Parisiis publica anno incarnat. Verbi MCXXII. Regni nostri XIV. Adelaidis Regina VII. &c. Ex quo Diplomate liquet etiam novo exemplo Adelaidis Reginae annos numeratos fuisse, non quidem in omnibus ejusdem Regis literis, sed in multis, quæ adhuc supersunt: Incipiunt hujus Regiæ anni anno Christi MCXV. cum primus connexus reperitur cum anno MCXVI. & tertius cum anno MCXVII.

lica, ablegato schismate, atque schismaticis, propagatur, ipso Deo ulciscente in eos, qui Imperatorem Schismaticum sequerentur, Friderico Comite Palatino, qui in eo schismate inhærebat Henrico, jam mortuo, & ad inferos (ut revelatum est) ad poenas æternas condemnato. Hæc omnia Urpergenfis hoc anno pluribus.

Quod ad res pertinet Orientis, male pugnatum est a Rogerio, qui Principatum Antiochenum sibi injusto titulo usurpaverat, cum homo alioqui vita turpissimus, qui in eodem bello interemptus occubuit, hoc divino munere sit consequutus, ut antea confessione peccatorum habita, vere poenitentis specimen ederet.

Ita

XIII.
Rogerius
Princ. Antioch.
occidit.

Ad num. XII. In vulgari Chron. Roberti de Monte ad hunc annum legitur: *Vir Dei Norbertus a Papa Callisto Bartholomæo Laudunensi Episc. specialiter commendatus (anno sc. 10. Præmonstratori, quo post celebratum Concilium Romanense Callistus II. Laudanum venit, ut refert Hugo in Vita Sancti Norberti cap. 17.) cum ei Ecclesia B. Martini a prædicto Episcopo offerretur, tum propter urbis viciniam, tum quia ejusdem Ecclesiæ Clerici propositi & vita ejus austeritatem horrebant, eam reliquit, & ab Episcopo diversis ejusdem provincia locis congruentibus sibi ostentis, tandem divinitus in loco Præmonstrati resedit, ibique solitarius religiosam vitam agere cepit, & tempore Quadragesime ad colligendos socios solus egressus, ante Pascha cum tredecim sociis rediit, & cum his in Præmonstrato loco secundum Canonicam institutionis normam ad tenorem Regule B. Augustini Deo militare cepit. Herimannus, qui hoc tempore vivebat, ex Monacho Laudunensi Sancti Vincentii, factus postea Abbas S. Martini Turonensis, in Hist. Restaurationis Abbatia Sancti Martini Tornacensis Tom. XII. Spicilegii Dacheriani de hoc Ordine scribit: *Sic per Dei gratiam brevi tempore profecit, ut nullum præter Apostolos videamus hodie tantum fructum in Ecclesia fecisse. Nam cum necdum conversionis ejus trigessimus annus sit, jam fere centum monasteria a sequacibus ejus per diversus Orbis partes constructa audivimus; ita ut etiam in Hierusalem usque Regula eorum servetur.**

Hoc anno Callistus II. literis Beneventi XVII. Kal. Novembr. datis Gerardo Episc. Engolismensi commisit Legationem Sedis Apostolicæ per Bituricensem, Burdigalensem, Ausitanam, Turonensem, & Britanniam provincias, atque se id facere exemplo Paschalis; qui cum nullam Gelasii II. mentionem faciat, Baluzius in Supplem. ad lib. 5. Concordiæ cap. 47. ubi eas literas refert, recte inde deducit, Gerardum hac auctoritate instructum non fuisse a Gelasio II. præsertim cum Cono Episc. Prænestinus ad Hugonem Episc. Nivernensem scribens literas supra a nobis memoratas de electione Callisti II. dicat, Gerardum Engolismensem Episc. in partes ejus transisse, & indicare videatur illum quodam modo alienatam fuisse a Curia Romana tempore electionis Gelasii II. Ait enim: *Nam & Engolismensis Episcopus, antequam a nobis discederet, subscripserat, & domino Papa humiliter se subdidit.* Data itaque viro præpotenti Legatio Aquil-

XXI.
Gerardus
Episc. Engolismensis
Legatus
Aquitania.

NOTÆ [1] Callistus II. adhuc Beneventi agebat initio sequentis anni, ut probat. ejus Diploma recitatum in Chronico S. Sophiæ apud Ughellium tom. post. p. 557. nov. edit. Datum est enim Beneventi Indictione XIV. anno MCXXI. Callisti anno II. tertio Nonas Januarii. MANST

CHRISTI
1120.CALLISTI II. PAP.
2.HENRICI IV. IMP. 10.
JOANNIS COMN. IMP. 2.

Ita plane renovata in Orientalibus illis praeliis noscuntur divina miracula, ut si cultores essent iustitiae Principes, nullo ferme negotio de hostibus quamlibet numero viribusque superioribus victores existerent; contra vero vincerentur ab illis, si iniquitas praevaleret in ipsis, quam.

PAGIUS Aquitanica ad mitigandum ejus animum. Eam autem quinque praefatis Provinciis comprehensam fuisse jam supra ostendimus, laudate Callisti II. literae demonstrant. Hujus tamen legationis terminos, contractos aut dilatatos fuisse pro libito Summorum Pontificum probat ibidem Baluzius citatus.

XXII. *Concilium Bellovac.* Anno MCXX. inquit auctor Chronici Sancti Petri Vivi, celebratum est Concilium IV. Kal. Novembris a Domino Conone Praelato Episcopo, qui tunc Legatus dicebatur trium provinciarum Rotomagensium, & Senonensium, atque Remensium. Ad quod Concilium cum Archiepiscopi cum suffraganeis suis tam Episcopis, quam Abbatibus Bellovac harum invitarentur Provinciarum, Dominus Daimbertus Senonensis Archiepiscopus invitatus, molestia corporis detentus venire non potuit. [1]. Subjungit hujus Chronici Auctor Daimbertum invitasse Arnaldum Abbatem S. Petri Vivi ad iter illud peragendum, sed illum cum iter suscepisset, in morbum incidisse. Mox quemdam Monachorum suorum nomine Clarium, ut se excusaret, ad Concilium transmissit. Monachus vero ille ad Concilium veniens, Abbatem Arnaldum Dominum suum veris rationibus excusavit, inquit Chronographus. Dacherius in margine habet, Clarium istum Auctorem esse ejusdem Chronici Sancti Petri Vivi, quod confirmat in Praefatione ad Lectorem numer. VII. scribitque Clarium Floriacensem primum, post ejusdem Abbatiae Sancti Petri Monachum fuisse, & Gaufridum a Colone Monachum itidem Sancti Petri Vivi, de Concilio Bellovacensi in Tabulis Chronologicis agentem tradere: Pro domno Senonensi Archiepiscopo, & pro se, misit (nempe Abbas) Monachum nomine Clarium, valde bene literatum: qui Monachus bene illos excusavit. Mathoudus in Difert. de Vera Senonum Origine Christiana cap. 2. §. 2. Clarium Auctorem Chronici Sancti Petri Vivi statuit, ostenditque Gaufridum Praefationi libri sui lemma subjecisse, quo testatur, se libellum suum scripsisse anno Domini MCC. nonagesimo tertio Dacherii opinionem omnes etiam alii secuti sunt.

XXIII. Verum ipsamet Dacherius in Praefatione laudata ad Tom. II. Spicilegii num. V. refert verba Lisardi Suesionensis Episcopi in Vita MS.

NOTE [1] IN hoc Bellovacensi Concilio a Burchardo Cameracensi episcopo innovata est vetus quaerela in Atrebatenses, quos ad suum pertinere episcopatum contendeat. Jus suum contra illum prosequuntur Robertus Atrebatensis episcopus Romanam sedem appellavit, & ita die se illi constituit judicandum. Extant Callisti literae ad Ludovicum VI. Francorum regem, datae, in quibus pontifex narrat appellationem factam a Roberto contra proclamationem in se intentatam a Burchardo in Generali Concilio nempe in Bellovacensi, cui uterque episcopus interfuit: Addit in iis literis pontifex Cameracensem episcopum Romam tendentem, ab Imperatore usque ad mutuum, quod cum eo facturus erat, colloquium fuisse detentum. In colloquio autem illo, prosequitur Callistus, bonum, quod operante Deo operati fuerimus tibi significare curabimus. Datae sunt literae illae Laterani XI. Kal. Martii, & recitantur a Baluzio Miscella. tom. VII. pag. 137. Scriptae autem videntur anno 1122. quando pax inter Sacerdotium & imperium nondum plene stabilita erat; & aliquid indicant huc usque ignoratum, Imperatorem nempe se Romam venturum per legatos suos spondidisse, ut de pacis conditionibus cum pontifice ce per se conveniret. MANSE

divina ultio sequeretur, secundum illud: Anathema (a) in medio sui Israel, idcirco traditus es in manus inimicorum tuorum. Interfecto autem Rogerio cum exercitu, Balduinus Rex una cum Comite Tripolitano, praevio sacratissimo ligno sanctae Crucis, ingentem de Turcis est vi-

Sancti Arnulphi decessoris sui cap. 15. de Elevatione corporis ejus, quae demonstrant non solum Auctorem Chronici Sancti Petri Vivi deceptum fuisse in die celebrationis Concilii Bellovacensis, & in delegatione tam Arnaldi Abbatibus, quam Clarii Monachi ad eam Synodum; sed etiam Clarium non esse legitimum parentem ultimorum annorum praefati Chronici. Ait enim Lisardus, Concilium Bellovacense XV. Kalend. Novembris congregatum fuisse, subditque: Intererant ibi Episcopi Francorum Guillelmus Catalaunensis Columna doctorum. Gaufridus Carnotensis Episcopus. DAIMBERTUS SENONENSIS ARCHIEPISCOPUS, Avelianorum Episcopus. Parisiorum Episcopus. LISIARDUS EGO INDIGNUS SUESIONENSIS EPISCOPUS. &c. Quare Lisardus, quem constat ex Chronico Remensi anno MCXXV. vita fundum, hac in re falli non potuit, & Auctor qui Chronicon S. Petri Vivi usque ad annum MCLXXXIX. perduxit, non potest esse Clarius; is enim non assereret, Daimbertum morbo affectum ad Bellovacense Concilium non venisse, & Clarium, seu semet ipsum, ejus loco missum esse. Certe parum verosimile est, Chronographum post annos sexaginta a celebratione Concilii, cui ipse interfuisset, manum operi admovisse. Caeterum Surius ad diem XV. mensis Augusti recitat vitam S. Arnulphi Suesionensis Episcopi, a Lisardo scriptam, LII. capitibus contentam, quae in morte ejus definit, nihilque habet eorum, quae Dacherius refert. Unde suspicor, Surius praetermississe Historiam miraculorum & Translationis Sancti Arnulphi, & ex ea, non vero ex ejus Vita, Dacherium excerpisse, quae refert, quaeque nunc Tomo X. Concilii ubi sermo est de Concilio isto Bellovacensi, leguntur. Anno MXCIX. jam indicavi, Chronicon Sancti Petri Vivi post annum circiter MC. continuatum fuisse ab alio Auctore, sicut Chronicon Hildensheimense, Opus est trium Auctorum, sub unius nomine editum.

Concilium Bellovacense currenti anno coactum fuisse, ex fragmento illo Dacheriano certo eruitur; ibi enim dicitur, auditis miraculis in variis regionibus a Sancto Arnulpho post mortem ejus patratis, decretum fuisse, ut corpus ejus Kalendis Maii de humo levaretur, sub-

XXIV. *Translatio S. Arnulphi Episcopi Suesion.*

CHRISTI
1120.CALLISTI II. PAP.
2.HENRICI IV. IMP. 10.
JOANNIS COMN. IMP. 2.

victoriam consecutus hoc anno in Vigilia Assumptionis sanctae Mariae, cum post haec sancta Crux solemniter reportata est Hierosolymam, die Exaltationis

PAGIUS subditurque: Itemque cap. 18. annus, quo gesta sunt isthaec, nempe paulo post peractum Concilium, designatur. Facta est autem haec Sancti Arnulphi Translatio prima die Maii, indid. XII. sub anno Dominica Incarnat. MCXXI. Francorum sceptrum tenente Ludovico filio Philippi annis quatuordecim. Decretum itaque in Concilio Bellovacensi mense Octobri currentis anni conditum, anno sequenti, die qui designatus fuerat, executioni mandatum. Cumque Guillelmus Catalaunensis Episcopus, quem certum est mense Januarii obiisse, huic Concilio interfuerit, manifestum est lapsos esse viros doctissimos, qui mortem ejus cum an. MCXIX. alligarunt, & quae Chronographus Maurignacensis de Conone & Wilhelmo Catalaunensi Episcopi scribit, praefati anno contigisse: Divina providentia factum est, inquit Chronographus iste, ut rursus Dominus Cono Praelatus Episcopus & Apostolica Sedis Legatus apud nos hospitandi gratia divertisset, habens secum velut auxiliatorem magnum VVilhelmum Catalaunensem Episcopum, qui sublimes scholas repperat, & tunc zelum Dei habens super omnes Episcopos totius Galliae divinarum Scripturarum scientia fulgebat.

XXV. *Moritur Gerardus fundator Ord. Hospitaliorum.* Hoc anno Gerardus primus Institutor Ordinis Equitum Hospitaliorum et vita migravit, teste Chronographo Malleacensi, qui hoc tempore vivebat, quique ad annum MCXX. inter alia habet: Girardus Hospitalis de Jerusalem eodem anno obiit in sancta conversatione. Bofus quidem in parte II. Historiae hujus Ordinis lib. 2. pag. 11. mortem ejus in annum MCXXVIII. confert, sed nullo teste. Ipsemet pag. infrequenti narrat extare donationem quandam ab Atone Comite Aprutii anno MCXX. Hospitali Hierosolymitano factam, ex qua quidam deducunt, Rogerium, qui in ea Donatione dicitur Praefectus Hospitalis Hierosolymitani, & Fratrum ejus Gerardo in eo munere successisse, non vero Raimundum de Podio, quod Bofus jure merito in dubium revocavit. Error inde processit, quod cum Notarius Magistri Hierosolymitani nomen sola littera R. expressisset, imperitus exscriptor loco Raimundi Rogerium legit, cum in nulla Historia Rogerii mentio sit. Raimundus electus Ordinis Magister Regulam edidit, ab omnibus Hospitalis Hierosolymitani Religiosis in posterum observandam, quae postea interpolata fuit, ut idem Bofus tradit. Saeculo decimo sexto Rhoda a Turcis capta quidam Equites Hierosolymitani corpus Gerardi Melitam & inde in domum suam Manuacae, quod oppidum est Provinciae in diocesi Sitaricensi situm, detulerunt, uti refert Columbius Manuacensis lib. 3. Hist. Manuacae, qui subdit: Gerardus est in praecipua Manuacensium veneratione, & saepenumero pluviam arenis agris rogatus concedit.

XXVI. *Pax Francos inter & Anglos sancita.* Gesta hoc anno in Anglia Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. hoc modo narrat: Anno MCXX. Rex Anglorum Henricus & Rex Francorum Ludovicus post multa suorum partium detrimenta, die praefata ineunt colloquia. Quo ex consensu concordia peracto, jussu Regis Henrici filius ejus VVilhelmus, facto Regi Francorum hominio, Normannia sub illo suscipit Principatum. Ita redeuntibus in

ejusdem. Haec vero pluribus describit (a) VVill. Willelmus (a) Tyrus, qui addit, hoc eodem anno a Patriarcha Hierosolymorum, & Episcopis sibi subditis esse celebratum

pacem Regibus, tota tumultuantis Normanniae seditio comprimitur, &c. Ad hoc Epistola Apostolica ad Regem jam paratam redire in Angliam directam, Turstinum Archiepiscopum (sc. Cantuariam) suscipere, & in suam praecipit Ecclesiam omni postposita excusatione restituere. Sed ad hoc praecipitum quid potissimum responderet Rex, distulit donec redisset in Angliam.

Itaque Rex omnibus, qui contra se insurrexerant, vel devictis vel repacificatis, cunctis quo ad votum prospere peractis, quinto professionis suae (sc. in Normanniam) anno necdum declaratus completo, laetior solito in Angliam multo (navis vigio) revehitur. Delegaverat autem filio cum quoque illius comitatu, navem qua nulla in tota classe videbatur melior, sed ut eventus ostendit nulla infelicio. Patre namque praesente, paulo tardius, sed infelicio sequeretur filius. Navis quippe non longe a terra in ipso verificationis impetu super scopulos in ipso exitu delata ac dissoluta, filius Regis cum omnibus, qui secum erant, interit VI. Kal. Decemb. (legendum, VII. Kal. Decemb. ut Ordericus lib. 13. & Malmesburienensis pag. 165. habent, & feria demonstrat) feria V. vallis initio apud Barbostot. Mane facta, thesaurus Regis, qui in navi fuerat, invenitur per arenas, corpora vero pereuntium nulla. Ordericus laudatus redditum Henrici Angliae Regis in Regnum suum, & mortem Willelmi filii in annum praecedentem male retrahit refragantibus aliis Scripturis Britannicis, praesertimque Eadmero lib. 5. Novorum, Viro in Chronologia accuratissimo. Venerat in Normanniam Henricus Rex anno MCXVI. ut Eadmerus, alique produnt, & ab eo tempore variae pugnae inter eum & Ludovicum Francorum Regem habitae sunt, de quibus Anonymus in veteri membrana MS. apud Duchesnum Tom. IV. pag. 323. ita loquitur: In bello quoque contra Henricum Regem Anglia saepe vario eventu pugnavit, nunc victor, nunc victus: tamen villoriam saepius reportavit. Et tandem ad vicem pacificatus sunt.

Alphonso Aragoniae Rex postquam Darocum munitum oppidum Aragoniae ad Xilocam Fl. Mauris eripuit, animadvertens a Daroca Valentiam usque villas omnes & vicos desertos, agroque incultos ob continuas Maurorum incuriones, certum locum elegit, ubi Montem Regalem adificandum curavit, conventumque Equitum militarium, Hospitaliorum instar designavit, ut nova haec militia Christianos circumvicinos a Mauris tutaretur, & ad Valentiam, Murciaeque Regna Mauris eripienda aditum panderet. De hujus Ordinis institutione loquitur Surita lib. 1. Annal. cap. 45. aitque Gastonis Vicecomitis Bearnensis, & Regni sui Procerum consilio factam esse, amplius his Equitibus ab Alphonso Rege reditus destinatos; plium opus per universum Aragoniae Regnum tam a Guillelmo Archiepiscopo Aufcensi, quam ab Aragoniae Episcopis promulgatum; sed ob Regis mortem rem effectum sortitam non esse. Equites isti Sancti Sepulchri Equites nominati, & ab uno Orderico lib. 13. Fratres de Palmis nuncupati, quod, ut recte conicit Marca lib. 5. Hist. Bearniae cap. 21. pro insignibus palmam elegerunt. Joannes Briz Martinez in Historia Sancti Joannis Pennatensis lib. 5. cap.

XXVII. *VVilhelmus Anglia Rex*

XXVIII. *Ordo militaris S. Sepulchri instituitur.*

CHRISTI 1120. CALLISTI II. PAP. 2. HENRICI IV. IMP. 10. JOANNIS COMN. IMP. 2.

Concil. Palæstinum. tum Concilium in civitate Neapolis (quæ est Samaria) ibique pro correctione morum, & conservanda Ecclesiastica disciplina statutos esse canones vigintiquinque. Non caruit fructu publica ista cor-

RAGIUS cap. 24. hos Equites a Templariis diversos fuisse optime demonstrat, sed in eo fallitur, quod eisdem cum Sancti Joannis Pennatenis Equitibus confundat. De victoriis ab Alphonso Rege de Mauris in Hispania reportatis legendi Surita, Joannes Priz Martinez & Marca citati.

XXIX. Almohedi ad universum Africa Imperium inhiant. Postquam Ali Almorabitarum Imperator Africanos sibi rebelles vidit, ut Almohedi bellum ductoris factionem in ipso ortu præfocaret, ex Hispania exercitum misit, sed is animo imperterrito se victorem fore suis prædixit, quod cum revera contigisset, montis Timmerla incolæ Legatos ad eum misere, iustique Dominium agnovere, ac foedus cum eo pepigerunt. Cum ad montem illum Almohedi perrexisset, veritus, ne ab agresti populo isto proderetur quo illos hac rebellionem magis illicaret, auctor eis fuit, ut quos Ali Imperator ad colligenda tributa mitteret, interficerent; quod & factum fuit; omnes enim Officiales & a Principe delegati internecone delicti, eorumque bona ab Almohedi suis distributa. Mitto hic crudelitates & dolos, quibus vir multiplici ac tortuoso ingenio usus, ut apud rebelles auctoritatem nancisceretur; hoc solum dicam, eum anno Hegira DXIV. quo hac accideret, exercitum quadraginta millium pugnatorum ad Marochium Marochiani Imperii metropolim obsidendam misisse, ut absolutum in Africa dominatum exercere posset. Verum, uti refert Noweirius Arabs, consilium hoc ei infeliciter cessit, exercitusque ille fufus fugatusque. Sandovallius scribit, Chronica, Documenta Hispanica a se visa fidem facere Christianos ad hanc Musmitum aut Mus-

mundum cladem plurimum contulisse. Marochium, inquit fol. 120. refertum erat Christianis captivis, inter quos Reberter eques Catalanus bellica laude clarissimus, cui Ali Imperator confidebat, eumque multum faciebat. Ab Ali prorsus abhorrebant Assyrii Musmitæ appellati, qui hanc Africa partem habitabant, quam Montes Claros vocabant, hæc Musmondum origo ab Assyriis deducta manifeste falsa; (sed antiquis Hispanis parcendum, si de originibus Arabicis satis edocti non fuerit). Ali Imp. hoc negotium omne Rebertero commisit, eique facultatem fecit, ut servos omnes Christianos Marochii existentes, & arma ferre valentes secum duceret. Faustum, fortunatumque fuit Ali Imp. quod talem virum elegisset; quia ejus & militum Christianorum fortitudine Reberter præclaras de inimicis victorias reportavit. Ita Sandovallius.

XXX. Ejus Dominatus initium a sequenti anno repetendum. Ebn Tumart, inquit Noweirius, ac Prophetæ ille & Almohedi moriens suis commendavit, ut in Principem eligerent Abdelmoumen, quod ante finem anni Hegira DXIV. ab illis præstitum, ideoque initio sequentis Christi anni. Hæc epocha initii Dominatus & Imperii Almohadinorum, a quibus Christiani in Africa & in Hispania dire habiti. Scriptores Hispanici Almohadinorum, aut Almohadum nomen corrumpere, indeque hujus nominis ethymologia magnas tenebras offudere. Testatur Rodericus plures eam a Propheta Mohadi deduxisse. Verum hanc derivationem lingue

rectio: siquidem anno sequenti Turcarum Princeps magno apparatu contra Antiochiam rediens, pugnante Domino, a poplexia percussus interiit.

Se-

Arabicæ periti, quos consului, plane rejiciunt. Addit Rodericus, alios, arbitratos Almohadis vocem Unidos designare, qui licet falsi sint, veritati tamen proxime accessere; Almohadi enim Latine sunt Unitarii, seu unitatis defensores. Subdit Noweirius, Abdelmoumen a montium incolis Regem electum nomen Amiral Mumeni, idest, fidelium Imperatoris sibi attribuisse. Calipharum instar, & Omarum ex ejus Ducibus unum, Imperii successorem designatum esse.

In Chronico Malleacensi ad annum MCXX. XXXI. narratur victoria ab Alphonso VI. Aragoniæ Rege de Saracenis ad Cutandam reportata; Cutanda autem castrum est Darocæ proximam, in Regno Aragoniæ situm. Hæc hujus Chronographi verba: Quinto decimo Kal. Julii Comes VII. lelmus (sc. Pictaviensis hujus nominis VIII.) & Dux Aquitanorum, & Rex Aragoniæ pugnaverunt cum Abraham, & aliis quatuor Regibus Hispaniarum in campo Cotantia, & devicerunt, & occiderunt quindecim millia Moabitarum, & innumerabiles captivaverunt: duo millia camellorum ceperunt, & de aliis bestis sine numero, & plurima alia subjugaverunt castella. Joannes Briz in Historia Pennateni recte refellit Suritam hoc prælium ante Cæsaraugustæ expugnationem collocantem; sed perperam tradit, Villaleum Comitem Pictaviensem eidem non interfuisse. Fundatur hic Historicus in Charta in Archivis suæ Abbatiæ s. Joannis Pennatenis servata, dataque era MCLVIII. hoc scilicet Christi anno, in cujus fine Vvillelmi Comitis adventus his verbis narratur: Facta charta feria III. postera die de mayo, quando venit Comes Pictaviensis in Hispaniam. Ipse autem autumat, prælium ad Cutandam non nisi circa annum MCXXII. habitum esse. Verum Charta illa demonstrat, Chronographum Malleacensem hujus prælii annum & diem accurate constituisse; dies enim primus mensis Junii, qui posterus est dies de Mayo, seu qui sequitur mensem Maium, incidit hoc anno in feriam tertiam, & prælium die XVII. mensis Junii commissum, ut mox diximus ex Chronographo Malleacensi. Martinus Carillus in Catalogo Episcoporum Aragonensium ait, incertum esse an Episcopatus Tarracensis restitutus fuerit, & urbs Saracenis erepta hoc vel sequenti anno; sed cum prælium ad Cutandam ad præsentem annum pertinere, non videtur dubitandum, quin ea restitutio ad hunc etiam annum referenda sit. Porro Tarracona hæc ab Alphonso Aragoniæ Rege cum aliis septem oppidis capta, ut anno MCXVIII. indicavimus, diversa a Tarracone vel Tarragona Cataluniæ urbe; illa enim in Celtiberia & in Regno Aragoniæ sita, ut ostendit Surita lib. 1. Annal. cap. 45. ubi fusc de hac Tarracona agit, docetque primum Episcopum post Sedis restitutionem fuisse Michaellem qui ideo coævus fuit B. Oldegario Archiepiscopo Tarracensi & Episcopo Barcinonensi Denique Tarracona Aragoniæ scribitur cum circuli parte ab Hispaniis cadilla dicta; indeque Tarracona a Surita laudato appellata ab Hermanno Monacho dicitur Tarrassona seu Tarassona ratione inferioris semicirculi explicati. Hermanni verba anno MCXXXIV. referam.

JESU CHRISTI ANNUS 1121

CALLISTI PAP. II. ANNUS 3

HENRICI IV. IMP. 11. JOANNIS COMNENI IMP. 3.

I. Burdino Antipapa sublato Ecclesia liberatur.

(a) Petr. dias. l. 4. c. 70.

Sequitur annus millesimus centesimus vigesimus primus, indictione decima-quarta, quo Romana Ecclesia, expugnata, capto, atque in custodiam detruso Antipapa Burdino, pristinam recepit libertatem. Hæc quidem hoc ipso anno contigisse, qui per annos singulos res gestas digerunt, certa assertione consignant, quæ Petrus diaconus his paucis absolvit: (a) Hinc vero Callistus exercitum congregans, Mauritium heresarcham in civitate Sutrina obsidens cepit, & in arce hujus monasterii, quam Abbas noster construxerat, religavit. Pandulphus autem, qui erat hæc spectans, sic paulo fufius habet: Interea Burdinus in Sutrio prope Romam Ecclesiam persequi, peregrinos prædari, in Papam & alios maledicta congerere, quæque alia hujusmodi poterat, tam per se, quam per alios facere non cessabat. Tunc Papa factus, abunde jam ab omni parte securus, parâ-

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

vit magnum exercitum, & cum eo Joannem Cremensem Cardinalem sancti Cbrysgoni Sutrium contra Burdinum præmisit: ipse cum e vestigio sequitur, demum Sutrii convenerunt. Pugnatur attentius, vincitur, capiturque Burdinus, abducitur, sed tamen camelo subvectus. In scripto codice Vaticano asseritur, a Sutrinis, cum eorum quaterentur moenia, Burdinum militibus detentum: qui ejusmodi eum exposuere ludibrio. Primum omnium eum incesere blasphemis, aliis vocibus conclamantes: Maledicte, maledicte, per te tam grave scandalum venit. Addebant alii: Tu es qui Christi tunicam attentasti dividere, dilacerare Catholicam unitatem præsumpsisti. Tunc preparato camelo pro alto caballo, & indutus pilosa pelle vervecis pro oblamyde rubea, positus est ex adverso super camellum, dataque est ei in manibus pro franco cauda cameli. Ita in Urbem introdu-

X x

Etus

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6614. SÆC. XII. An. Eræ Hist. MCLIX. Anno Hegira DXV. inchoato die 22. Martii fer. 3. A. C. 1121.

I. Burdinus a Callisto captus.

10. B. D. P. 10. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1121.

CALLISTI II. PAPÆ 3.

HENRICI V. REG. 16. IMP. 11.

JOANNIS COMNENI IMP. 4.

Num. I. ad VI. Falco in Chron. hoc anno habet: Pontifex Callistus exercitum congregato super civitatem nomine Sutrium retentis; Gregorius autem ille (idest, Burdinus Antipapa, Gregorius VIII. dictus) quem prædictus Rex (nempe Henricus Imp.) in Pontificem statuerat, civitatem ipsam obtinebat. Viribus sumptis civitatem illam comprehenderunt, & Gregorium illum turpissime, ultra quam credi potest, injuriis afflictum ligaverunt. Deinde illum super camelo imponentes Romam taliter captivum, & vestibus propriis exutum perduxerunt IX. Kalendas Majas. Pontifex igitur Callistus Deo & Petro Apostolo gratias agens gaudio magno repletus Urbem triumphans ingressus est: deinde consilio invento ad monasterium Sanctæ Trinitatis, quod Cava dicitur, illum delegavit. Baronius num. III. refert Epistolam, quam Callistus II. post Burdinum captum ad Episcopos & fideles per Gallias constitutos scripsit, sub datum Sutrii quinto Kalendas Maji, Malmesburiensem lib. 5. de Gest. Reg. Angl. vel sexto Kalend. apud Rogerium Hovedenum in Annal. & Simeonem Dunelmensem lib. de Gest. Reg. Angl. Verum utrobique numeri mendosi; cum enim Burdinus IX. Kal. Maii Romam perductus fuerit; & illuc statim Callistus II. se se contulerit, literæ illæ, nec V. nec VI. Kalend. Maii Sutrii scriptæ fuere, nisi in ipfomet Falcone numeri depravati sint, ut non raro alibi in præclaro illo Opere. Burdinus

itaque sub Gregorii VIII. nomine triennio integro Ecclesiam perturbavit, aliis ei adhaerentibus, aliis vero Gelasium, & post eum Callistum II. verum Pontificem agnoscentibus.

Rem adeo memorabilem magis explico. Eademerus Auctor accuratus in rerum & temporum circumstantiis, lib. 6. Novorum, postquam de iis, quæ hoc anno in Anglia ad res Ecclesiæ bene componendas gesta sunt, sermonem habuit, ait: Dum hac isto ordine in Anglia disponentur, fama certitudo illuc usque perlata est, Papam Callistum, viribus undecunq; collectis, Mauritium cognomento Burdinum; quem vocatum Gregorium, in sede Apostolica Imperator, cum suis fautoribus Papam constituerat, cepisse; eumque suis omnibus spoliatum, monasterio, ut Monachus esset, contumeliose intrussisse. Antea de Gestis anno MCXIX. Eademerus scripserat: Dum hac Ecclesiastica ita in Burgundia disponuntur, Apostolatus Romana Ecclesia prefato Gregorio sede beati Petri prædente administratur. Super his ergo nullis rumoribus Anglia concussa est, aliis hunc, aliis illum, aliis neutrum Ecclesia Dei jure prælatum asserentibus. Galli tamen & Rex Anglorum cum Pontifice Cantuariorum in Callistum se transfererunt, & cum, spreto Gregorio, pro Apostolico susceperunt. Certe Mattheus Parisius, qui Anglus erat, Gelasium Antipapam appellat: Anno, inquit, MCXVIII. defuncto Papa Paschali, Gelasius Antipapa anno uno succedit, cui successit orthodoxe Callistus.

Fundamentum Schismaticorum erat, ut pluribus ostendit Baluzius lib. 3. Miscell. in Vita Burdini num. XVI. & seq. quod secundum constantem consuetudinem quoties Romani cuspiam Pontificis obitus eveniebat, mitterent Romani Legatos ad Imperatorem; ut ipse suos Romam mitteret, coram quibus novus Pontifex Romanus consecraretur. Verum jam a Gregorii VII. morte Ecclesia hoc jugum Imperatorum excusserat, & pristinam libertatem recuperarat, ideoque prudenter Cardinales præfati illius juris Imperatorii nullam rationem habuerant. Tandem captus Burdinus per medium

II. Ab Aliis in Anglia Pontifex Rom. a. gnius.

III. Refellitur fundamentum Schism.

*Etus est in exemplum aliorum, ne similia quis ultra auderet tentare. Inde in arcem Fummonis primum, inde vero est in monasterium Cavense translatus ad penitentiam, sed in sua rebellione perseveravit * incantus.*

Commendatur autem modestia Callisti papæ ab Urspergensis Abbate, qui seriem rerum gestarum anni hujus dum profequitur, hæc obiter ait: *Auditor interea, necnon & Nuntii a Roma venientibus approbatur, illum pseudopapam Burdinum in castello Sutrii, quo miserissimo suo inserviens officio residebat, per Romani exercitus zelum destructo, captum, & post plures a vulgo sibi contumelias & illusiones illatas, vix a manibus eorum domino Apostolico illum eripiente, ob agendam penitentiam exilio relegatum. Sunt etiam, qui talibus eum afferant deprehensum flagitiis, quæ nostris indignum duximus tradere scriptis. Hucusque Urspergensis. Quem ergo post exhibitum de Pseudopapa ludibrium populus Romanus necaturus erat, ut servaretur ad penitentiam, Pontificis clementia vix obtinuit. Quod etiam Sugerius (a) Abbas & ipse hujus temporis auctor affirmat, simulque ejusdem Antipapæ tyrannidem, Sutrii dum permaneret, pariter narrat, atque alia ab aliis prætermissa, ne quid desit ad triumphum bestie per Imperatorem exaltatæ, sic tradit: *Romani Callisti Papæ tam nobilitati quam liberalitati faventes, intrusum ab Imperatore schismaticum Burdinum, apud Sutrium sedentem, & ad limina Apostolo-**

PAGIUS dium civitatis in triumphum deductus fuit, & Callistus II. ad exemplum veterum Romanorum, qui devictorum Regum ac populorum nomina, titulosque marmoribus inscribi curabant, eam Historiam in antiqua camera Palatii Lateranensis depingi curavit cum hac inscriptione, quam sua quoque ætate superfluisse docet Onuphrius.

Ecce Callistus honor patriæ, decus Imperiale, Burdinum nequam damnat, pacemque reformat.

Plura hac de re Baronius num. I. & seq. habet, quibus addi potest, quod de eadem tradit Wilhelmus Tyrius lib. 12. num. 8. ubi tamen perperam de Callisto ait: *Hic domini Imperat. Henrici, ejus consanguineus erat, consecutus gratiam, & ejus fretus auxilio, in Italiam cum Cardinalibus, & universa Curia descendens, apud Sutrium urbem Roma conterminam, emulum & Hæresarcham Burdinum violenter cepit, &c.* Ex his enim quæ Baronius hoc anno alijque scribunt, constat, nondum eo tempore Papam inter & Imperatorem pacem constitutam fuisse, illumque non ab Imperatore, sed a Normannis, aliisque Proceribus sibi addictis copias obtinuisse.

Ergo dejectus ac triumphatus Burdinus subjungit Baluzius num. XL. missus est cum multa ignominia, ut Wilhelmus Tyrius ait, ad Cavense monasterium, quod juxta Salernum situm esse dignoscitur, sive retrusus in Ca-

* in concilio.
II. Clementia Papæ Burdinus servatur ad penitentiam.

(a) Sugerius in Ludovico Reg.

IV. Burdinus in Monasterium detrusus.

rum transeuntes genuflectere compellentem, expugnatum tenuerunt, tortuoso animali camelo tortuosum Antipapam, immo Antichristum crudis, immo sanguinolentis pellibus caprinis amictum, transversum superposuerunt, & ignominiam Ecclesiæ Dei ulciscentes, per medium Crvitatatis via regia, ut magis publicaretur, deducentes, impetrante domino Papa Callisto, perpetuo carcere in montanis Campanie prope sanctum Benedictum captivatum damnaverunt: & ad tantæ ultionis memoriæ conservationem in camera palatii sub pedibus domini Papæ conculcatum depinxerunt. Hæc Sugerius in Ludovico.

Ad postremum hic describendæ sunt litteræ ipsius Callisti Papæ in Gallias datæ post expugnatum Sutrium, Burdinumque captum, quæ recitantur a Scripturibus rerum Anglorum Vvillielmo Malmesburiensi, atque Rogerio in Annalibus: sic se habent: (b)

Callistus Episcopus servus servorum Dei, dilectis fratribus, & filiis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & ceteris tam clericis quam laicis, beati Petri fidelibus per Gallias constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

*Quia deliquit populus legem Domini, & in judiciis ejus non ambulabat: * visitat Dominus virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Paterna tamen conservans viscera pietatis, de sua confidentes misericordia non relinquit. Diu siquidem peccatis exigentibus, per*

veam, ut refert Joannes Salisburiensis lib. 8. Policrat. cap. 23. ibique habitu monachali indutus, ut idem Tyrius, Radulfus de Dicero, & Auctor Chronici Maurigniæ referunt, vitam compulsus est lege loci ducere: cœnobiticam, indeque Baluzius recte deduxit, eum redire justum ad illud vitæ institutum, quod olim susceperat in monasterio Ufercensi, & antequam ad Archiepiscopatum Bracarensem eveheretur, vitam monasticam professum esse. Nicolaus enim II. statuerat, ut si quis per seditionem, vel presumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus seu intronizatus fuerit, ab omni Ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius, sine retractatione reponatur, idest, ad illud vitæ institutum reducat, in quo existerat antequam gradus Ecclesiasticos assequeretur. Anno sequenti idem Callistus Burdinum de Cava extractum in Janula, quæ arx est in rupe imminente civitati Sancti Germani, custodiendum tradit. Auctore Anonymo Casinensi a Caracciolo edito. Denique hinc deductus ab Honorio II. anno MCXXXIV. in arcem Fumonis non longe ab Alatro civitate in Hernicis translatus est, in eam nimirum arcem, in quam postea Bonifacius VIII. concessit S. Petrum Murrhorem, dictum antea Celestinum V. Illic ad supremum usque senium vixit, ibique mortuus est, non vero in monasterio Cavenfi, unde recesserat.

Falco iis narratis, quæ supra ex eo petulimus

III.

(b) Voil. Malmesb. de gest. Reg. Ang. l. 5. Epistola circularis ad Gallicanos.

* visita- vit.

V.

per illud Teutonorum Regis idolum, Burdinum videlicet, fideles Ecclesiæ conturbati sunt, & alii quidem capti sunt, alii usque ad mortem carceris maceratione afflicti sunt. Nuper autem festis Paschaliibus celebratis, cum peregrinorum & pauperum clamores ferre penitus non possemus, cum Ecclesiæ fidelibus ab Urbe digressi sumus, & tam diu Sutrium obseidimus, donec divina potentia & supradictum Ecclesiæ inimicum Burdinum, qui diabolo nidum ibidem fecerat, & locum ipsum omnino in nostram tradidit potestatem. Rogamus itaque charitatem vestram, ut pro tantis beneficiis una nobiscum Regi Regum gratias referatis, & in Catholica Ecclesiæ obedientia & servatio constantissimo maneat, retributionem debitam in præsentem & in futuro ab omnipotenti Domino, per gratiam ejus recepturæ. Rogamus etiam, ut has litteras alteri alteri præsentari, omni remota negligentia faciatis. Datum Sutrii quinta Kalendas Maii; sexto legitur apud Rogerium.

IV. Inferius vero hæc Malmesburiensis de rebus gestis in Urbe per Callistum Papam: *Processit, inquit, ulterius in augendo bono laudabilis Papæ magnificentia, ut illam effranem & ingentiam Romanorum cupiditatem cohiberet. Nullæ ipsius tempore viantibus circa Romam insula.* Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS mus subdit: *His ita peractis Pontifex Callistus consilio invento Salernum ivit quinto die intrante mensis Septembris, ut pacis firmamentum cum Duce (nempe Apulia) Vvillielmo & Rogerio Comite (sc. Sicilia) confirmaret. Salerni adhuc erat mense Septembris mediantem, ut testatur idem Falco, qui & habet: hoc anno IV. Kal. Septemb. Archiepiscopus Salernitanus nomine Alfusus (qui Poeta erat) defunctus est. Quo defuncto Callistus supramemoratus Pontifex Romualdum Diaconum Cardinalem Archiepiscopum (diversus est a Romualdo Archiep. Salernitano, qui Chronicon adhuc ineditum litteris mandavit) Salerni consecravit mense Septembris mediantem.*

VI. Hæc est secunda Callisti II. in Apuliam profectio: Quid vero ante suam Roma discessum egerit, hoc modo narrat Pandulphus in ejus Vita: *Romam per Maritimam rediit (nempe post primam ejus in Apuliam profectioem, de qua anno superiori). Tunc a Spiritu Sancto admonitus, Lambertum Ostiensem Episcopum, D. Saxo-nem Cardinalem Presbyterum S. Stephani in Cælio-monte, & Gregorium Diaconum S. Angeli, ut pacem in regno & Ecclesiæ reformarent, ad Henricum Imperatorem in Alemanniam delegavit. Sed quid istud? Imo totum volo dicere verbo. Legati missi in scriptis pacem offerunt: & quemadmodum in Lateranensi Palatio tabula privilegio representat, pax ad velle Papæ, ab Imperatore simul & recepta est, & perpetuo, annuente Domino stabilita. Hi Legati & Germania Romam redire ante mensem Septembrem, quo Callistus II. iterum in Apuliam perrexit. Pandulphus enim post laudata verba statim scribit: *Inde in A-**

pu- puliam Legatis jam ad Urbem regressis, iterato descendit. Nam Comes Rogerius de Sicilia, tunc, nunc autem Italia Rex (quando nempe Pandulphus vitam illam scribebat) Calabriam & Apuliam ideo licenter intraverat, quoniam Guillelmus Apulia Dux, ut acciperet Alexii quondam Imperatoris Constantinop. filiam (qua postea ea data non est) in uxorem, Constantinopolim ierat, & terram qua ei competit domino Papa in eundo commiserat. Cumque jam dictus Comes uxorem de Calabria, qua Miceforis dicitur (legendum cum Col-lenutio lib. 3. Hist. Neap. Nicephori), obsideret, dominus Papa ad eum, ut ab obsidione cessaret, dominum Hugonem Cardinalem direxit. Ivis Cardinalis, & infesto negotio rediit. Papa autem in Comitum tali ordine surgit, quali & Barenses post eum, sicuti ipsi vidimus, erant insurrecturi: nam fere omnes Cardinales meliores, quos habuit in temporibus illis, sed & magnum Hugonem Cardinalem nobilem & industrium, mortuos cum non paucis ex domesticis perdidit, & domum quidquid voluit ipse Comes Rogerius cum Papa semidivivo pergit. Rediit ad urbem in lecto evasit. Quæ ultima verba ad annum sequentem referenda, quo Romam rediit, & agrotavit, ut ibidem videbimus. Porro Lambertus fuit postea Papa sub Honorio II. & Gregorius post eum sub Innocentio II. nomine.

Ad pacem autem perpetuo conservandam, eundem Pontificem turres Cenciæ & Frangipanis, quæ erant officinæ iniquitatum, & præsidia tyrannorum, demolitum esse, alias vero Ecclesiæ proficuas crexisse, Pandulphus affirmat, domuisseque Comites nonnullos rerum Ecclesiæ invatores. Sic igitur divina potentia factum, ut Ecclesiæ Romana Imperatoris schismatici oppressa tyrannide, schismatici

Peregrinatio compo- stellana geminata pro limi- nibus A- post.

V. Pax & libertas Eccl. restituta.

VII. Voillem. Apulia Dux Con- riente reversum, Imperium suum a Rogerio Santinop. occupatum invenisse, nec multo post e vita petis. mi-

XX 2

CHRISTI
1121.CALLISTI II. PAP.
3.HENRICI IV. IMP. II.
JOANNIS COMN. IMP. 3.

tici Papæ labefactata dedecore, nobilium insuper Romanorum oppressione calcata, & ignominia deturpata: brevi temporis spacio gloriose de hostibus triumphans, ex insperato surrexit, & pacem simul cum libertate, Deo volente, receperit. Quomodo autem his compositis, anno sequenti, Lateranense generale Concilium celebraverit, suo loco dicitur.

VI.
Callist.
decernit
legationem
Adalbert.
Archiep.
Moguntini.

Ubi autem Callistus Papa urbana bene disposuit, ad externa moderanda convertit animum. Quod enim probe nosset, infestissimum esse Ecclesiæ hostem Imperatorem, adversus eum decernit legationem Alberto sive Adalberto Archiepiscopo Moguntino, quem sciret esse adversarium ejus, & in Saxonia contra eum populum commoturum. Hic autem ab eo suscepta legatione, quam naviter implevit officium, sic accipere ab Urspergensis hoc anno, dum ait: *His auditis Præsul Adalbertus totam Saxoniam, ubi tunc*

PAGIUS

migrasse. Ritus lib. I. de Reg. Sicilia, alique quidam Rerum Sicularum recentes Scriptores idem fere tradidere. Cinnamus vero initio lib. 3. Guillelmum, non Constantinopolim, sed Hierusalem profectum esse dicit: *Ille* (nempe Rogerius) *Guillelmo Longobardia Duci in Palestinam eunti, pecunia favori data Longobardia (id est Apulia) Principatum eo nomine sibi oppigneratum retinuit.* Verum Cinnamus de Rebus in Italia gestis male edoctus fuit; neque enim Guillelmus ditiones suas Rogerio patruo in pignus dedit, sed Callisto II. commendavit, ut mox diximus ex Pandulpho, qui cum tunc Romæ cum eo esset, id ignorare non potuit. Præterea verum non est, Rogerium *Villelmi* ditiones retinuisse; cum, ut ex eodem Pandulpho mox vidimus, in eisdem quidem irruptionem fecit, sed Guillelmus paulo post suum reditum omnia recuperavit, & usque ad mortem obtinuit, ut anno sequenti ex Falcone constabit, & in morte magis ejus confirmabitur. Sed nec veram hujus profectio- nis causam Pandulphus scivit; certum enim ut demonstrat Sumontius in Hist. Neapol. Tom. I. lib. I. pag. 489. *Villelmum* jam ab anno MCXIII. matrimonio junctum fuisse cum *Gailtegrima* Jordani Principis Capuæ sorore eamque marito supervivisse, quod ex Actis publicis a Sumontio laudatis extra omne dubium ponitur. Hujus itaque profectio- nis Guillelmi causa prorsus latet, sed verosimile est *Villelmum*, ut eam celaret, consentiente Pontifice rumorem illum de alia uxore a se ducentem

manebat, commoveret. Et quia legationem Apostolicam ab ipso Papa dudum acceptam; hac auctoritate pontifices, & Principes ipsius provincie pro utilitatibus matris Ecclesiæ frequenter convocat. Ubi vir eloquens, & primatum in Cisalpinis partibus multiformiter tenens, ad defensionem totius Germaniæ Metropolis, nempe Moguntiae, animos omnium Catholicam obedientiam profitentium accendit. Hac etiam accessit, quod Episcopi Spirensis, & Vormatiensis, & si qui alii resistere Henrico non valentes, tamen Apostolicam obedientiam professi, pulsæ suis sedibus vagabantur extorres; quos proprio quemque loco restituere disponebant idem Principes pro Domino Deo exercituum zelo zelantes. Subjicit de ingenti apparatu armorum, quem Archiepiscopus Moguntinus colligebat adversus Imperatorem, & prociñctus ejusdem in eum. Cum, ut subdit, precibus assiduis Fidelium factum, ut cum propinquis inter se utrusque

da sparasse. *Villelmus* jam mente Septembri in Apuliam redierat, ut ex mox narratis constat. Porro dum Callistus II. in Apulia esset Sugerius a Ludovico VI. Franciæ Rege Legatus ad eum missus est, ut anno superiori ostendimus. Adventus enim Sugerii male a Baronio ad primam profectio- nem Callisti in Apuliam relatus.

Ad num. VI. Interim, inquit Urspergensis in Chron. *Henricus Imp. inito fidelium suorum consilio, rebelles sibi Moguntinos affligere tractavit, &c. His auditis, Præsul Adalbertus de sibi totam Saxoniam, qui tunc manebat, commoveret; imate tollendo. Quia Legationem Apostolicam ab ipso Papa dudum acceperat, hac auctoritate Pontifices & Principes ipsius provincie pro utilitatibus matris Ecclesiæ frequenter convocat.* Paulo post: *Quid plura eo usque Spiritus Jesu pro pretio sanguinis sui filius sponsa sua dimicans, spiritui superbia & maligno prevaluit, ut mentibus universorum jam, imo divina voluntatis assensu connexis, ipsorum consilio, sæpissime ac obsecratione Regis (sc. Henrici Imp.) indignatio tantum mitigaretur, ut ipse præsens negotium, non suo, sed Optimatum utriusque partis arbitrio terminandum decreverit.* Subdit Urspergensis ad hæc determinanda indidum fuisse Conventum Principum Imperii apud Wirceburg, seu Herbolim ad festum Sancti Michaelis. [1] Idem habet Chronographus Hildesimensis qui ait: *Circa festum Sancti Michaelis in Sede Episcopali Wirceburg (seu Herbolim) Imperator & totius regni Procures conveniunt, & in con-*

VIII.

Agitur in Germania tractavit, &c. His auditis, Præsul Adalbertus de sibi totam Saxoniam, qui tunc manebat, commoveret; imate tollendo.

Legatio
Rom. ex
Germania
pro cele-
brando
concilio.

VII.

Moritur hoc anno S. Erminoldus Abbas monasterii Prufeningensis, unius ex illis, quæ S. Otto Episcopus Bambergensis

PAGIUS

concordiam redeunt; judicio & consilio domini Apostolici causam Imperatoris determinandam reservantes. Denique idem Urspergensis acta in hoc Conventu hoc modo refert: *Quidquid scandali, quidquid perturbationis usquequaque per regna Germania inimici seminarium succreverat, omnimodis eradicari decretum est.*

IX.

Duplex
legatio
Callisti
II. in
Germaniam.

Licet autem Pandulphus, cujus verba num. VI. in medium attulimus, innuere videatur concordiam Sacerdotii & Imperii hoc anno ante Callisti II. ex urbe Romana discessum initam esse, certum tamen & indubitatum, eam anno tantum sequenti fancitam, ideoque & Pandulphum rem una ferie abbreviatorum moræ retulisse. Cumque Pandulphus tradat, Pontificem in Apuliam iterato profectum non esse, nisi post reditum trium suorum Legatorum ad Imperatorem, [1] & Urspergensis scribat, eisdem tres Legatos anno sequenti in Germaniam ivisse, eisdem Legatos bis in Germaniam a Callisto II. missos oportet. Neque enim existimandum, Urspergensis anno MCXXXII. ubi id refert, errasse; cum quæ de pace inter Pontificem & Imperatorem pacta narrat, ex Actis publicis acceperit. Multo minus id sentiendum de Pandulpho, qui Romæ cum Callisto II. agebat. Porro cum Pandulphus iste,

CHRISTI
1121.CALLISTI II. PAP.
3.HENRICI IV. IMP. II.
JOANNIS COMN. IMP. 3.

que partis essent exercitus, magno Dei beneficio non ad pugnandum, sed ad consulendum de pace inter Imperium & Sacerdotium, duodecim ex utraque parte, Primates electi convenerint *Voirceburgi* in festo S. Michaelis, mense Septembris, ubi interfuit ipse Imperator Henricus, & septem diebus iteratis Comitibus, tanquam modo de tollendo schismate, regni que concordia inter eos est disceptatum; conclusum vero, ut omnino pax firmissima sanciretur, pareretque Imperator eis, quæ ab ipsis in eo conventu decernerentur: qui eadem se servaturum promisit. Decernitur etiam communi consensu ad ea cuncta perficienda legatio ad Apostolicam Sedem, delectique Legati Episcopus Spirensis, & Abbas Fuldensis, viri inter primos annumerati, qui Romam hæc omnia deferrent, quatenus indecto per auctoritatem Apostolicam generali Concilio, quæcumque humano non possent, Spiritus sancti judicio terminarentur. Quid autem Romæ actum sit, anno sequenti suo loco dicitur. Hæc omnia Urspergensis pluribus.

PAGIUS

concordiam redeunt; judicio & consilio domini Apostolici causam Imperatoris determinandam reservantes. Denique idem Urspergensis acta in hoc Conventu hoc modo refert: *Quidquid scandali, quidquid perturbationis usquequaque per regna Germania inimici seminarium succreverat, omnimodis eradicari decretum est.*

IX.

Duplex
legatio
Callisti
II. in
Germaniam.

Licet autem Pandulphus, cujus verba num. VI. in medium attulimus, innuere videatur concordiam Sacerdotii & Imperii hoc anno ante Callisti II. ex urbe Romana discessum initam esse, certum tamen & indubitatum, eam anno tantum sequenti fancitam, ideoque & Pandulphum rem una ferie abbreviatorum moræ retulisse. Cumque Pandulphus tradat, Pontificem in Apuliam iterato profectum non esse, nisi post reditum trium suorum Legatorum ad Imperatorem, [1] & Urspergensis scribat, eisdem tres Legatos anno sequenti in Germaniam ivisse, eisdem Legatos bis in Germaniam a Callisto II. missos oportet. Neque enim existimandum, Urspergensis anno MCXXXII. ubi id refert, errasse; cum quæ de pace inter Pontificem & Imperatorem pacta narrat, ex Actis publicis acceperit. Multo minus id sentiendum de Pandulpho, qui Romæ cum Callisto II. agebat. Porro cum Pandulphus iste,

sis erexit, apud Ratifponam positi; cuius res præclare gestæ scriptæ leguntur tomo secundo antiquarum lectionum, a Canisio editarum. De quo hic loco epigraphii sepulcralis non prætereundum egregium facinus, memoria dignum, ad rerum gestarum memoriam præsentis temporis spectans, quod sic se habet: *Henricus aliquando Imperator, cum propter excessus suos Papalis excommunicationis sententiam incidisset; & tamen a religiosis ac magnis etiam Prælatibus Ecclesiæ, Imperatoriæ dignitatis intuitu, honor sibi ac solita reverentia deferretur, ob fundatoris nostri præmemorati, quem non modice diligebat, honorem pariter & amorem, cum ipso fundatore, grandem sibi demonstraturus affectum, ad novellam ejus Ecclesiam visitandam, cum nobilium & magnorum pompa multiplici, sicut mos est regius, adventabat. Jamque beatus Erminoldus Pater videlicet monasterii, tam propter Imperatoriæ celsitudinis claritatem, quam propter concomitantis cum eo, & invitantis reverentiam fundatoris, cum compulsionibus campanarum, Fratrumque processione canora, & reliquiarum, ac vexillorum multiplici apparatu, longe insuper extra septa cœnobii*

S. Ermi-
noldus
transitus
& res
gestæ
contra
Henric.
Imp.

exce-

Pandulphum II. aliquando comitatus fuerit, eumque Gelasius II. Lectorem & Exorcistam, Callistus vero II. Subdiaconum fecerit, uti ex jam dictis liquet, exeunte faltem sæculo præcedenti natum fuisse, oportet, ac errasse Oldoinum in Hist. Card. qui loquens de Pandulpho Masca a Lucio III. Cardinali creato unum & eundem cum Pandulpho Subdiacono esse censet, licet ipsemet asserat Pandulphum Subdiaconum Diplomatis anno MCCI. ab Innocentio III. datis subscripsisse; sic enim centenarius major tunc fuisset, quod ex ejus opinione in sola nominis similitudine innixa necessario sequitur. Ipsemet ibidem recte reprehendit Godwinum, quod in Præfibus Norwicensibus Pandulphum Norwicensis Episcopum cum Pandulpho Masca S. R. E. Cardinali confuderit, licet in eo cum Godwino erret, quod Pandulphum Norwicensis Cardinalem faciat eo fundamento, quod in variis monumentis dicatur Legatus Angliæ; is enim in eisdem sæpissime quidem Legatus in Angliam missus dicitur, sed nunquam Cardinalis, ut videre est apud Wartonum Tom. I. Angliæ Sacre pluribus in locis. Quæ obiter dicta sunt.

Ad num. VII. & seq. Sanctus Erminoldus, qui a Sancto Ottone Episcopo Bambergensi Abbas

X.

NOTÆ

[1] Solemnem hunc Herbolimensem conventum verum Concilium fuisse colligo ex epistola Adalberti Moguntini ad Callistum vulgata in Collectione Martenii to. I. col. 671. Scribit Adalbertus ad Callistum ea quæ tractata fuerant cum Imperatore præsentibus Fratribus & Dominis Cardinalibus, quo nomine designari videntur tres illi Cardinales, qui initio præsentis vel in exitu præcedentis anni eo missi sunt. Certiorem facit Pontificem conventum fuisse inter partes de electionibus coram Imperatore faciendis cujus tamen pacti confirmationem a Romano Pontifice expectare se profectur. Denique addit, *alia complurima desiderantur in hoc sancto Concilio que ad vos ipsi pertulistis, nisi aegritudine, ut noverunt Cardinales, præpedivimus, &c.* Subditur Epistolæ huic formula pacis inter Papam & Imperatorem in qua omnia recurunt quæ apud Urspergensis in hoc conventu stabilita fuisse narrantur. MANSI

NOTÆ

[1] Legationem hanc trium cardinalium, vel exeunte superiori vel præsentis initio missam fuisse oportet, cum nemo unus e tribus illis subscriptus inter reliquos cardinales legatur Bullæ pro restitutione episcopatus Trium tabernarum in Latio, quæ data est *Laterani XVIII. Kal. Februarii, Indictione XIV. incarnationis Dominica anno 1121. pontificatus Callisti anno II.* Extat bulla hæc in Collectione Martenii tom. I. col. 669. Ex ea vero intelligimus episcopatum hunc distractum dissipatumque incurfionibus Saracenorum cum Episcopatu Squillacensi vel Syllacensi conjunctum fuisse. Dein vero rebus utcumque restitutis duas hæc Ecclesiæ distinguere iterum visum est. Quod hoc anno præstitit Callistus creato in Episcopum Trium tabernarum Joanne. Hæc omnia Ughellium latuerunt. MANSI

(a) *Esoc.*
13.
(b) *Met.*
11.

excepturus Caesarem credebatur: sed servus Dei talium se favori dissimilem demonstrabat. Non (a) enim cogitationes suae cogitationes eorum, neque viae suae, viae illorum, qui consuunt pulvillus sub omni cubito manus, & pretii parietem liniunt adulando, & propter hoc in (b) Regum domibus mollibus vestiuntur. Caeterum iste, non ut arundo, nec terroris, nec favoris vento quolibet agitata, sed ut columna immobilis, nec metu impellebatur, nec inclinabatur gratia qualicumque, ut ei vel occursum solemnem, vel blanditia salutationis applauderet, quem per sententiam Apostolicam communionem novit Ecclesiastica tunc privatum.

VIII.
Proinde cum adventum Imperatoris per praenuntios comperisset: omnia monasterii ostia obserari praecipit, ne vel Augusto, ejusve comitibus ulla introeundi via pateret: firmiter prohibens & districte, ne quis egredere ad salutationem sibi exceptionisve aliquam reverentiam exhibendam. Ipse vero, Imperatore adveniente ad eum, ante claustrum septa procedens, ne vel ex fastu aliquo, vel contemptu hoc agere crederetur, eo insalutato: Libenter, inquit, & officio salutandi, & exceptionis congrua reverentia

PAGIUS
bas didus fuerat Coenobii Pruseningensis, a se conditi prope Ratifonnam, cum delinquentes corripere, occisus est ab his, qui nolebant a suis se voluptatibus coerceri, in Sancto Epiphania die, inquit Anonymus, qui ejus vitam scripsit, nunc in Actis SS. Bollandianis ad diem VI. Januarii recitatam, qui addit: Transit autem anno Domini MCXXI. septimo vero postquam de Hirsburga mense Augusto vocatus est, & ad Prusungensem electus Ecclesiam. Eius virtutes & miracula fuisse ab eodem Anonymo descripta, qui in Praefatione ait, se anno MCCLXXXI. vitam illam elucubrasse.

XI.
B. Fredericus Ep. Leodii natus.
Occisus & hoc anno B. Fredericus Simoniaca haeresis damnatione & Catholica fidei defensione, ut loquitur Lambertus Parvus, & cum eo Scriptores, qui beatum Fredericum Episcopum Leodiensem Martyris titulo exornant. Annum ejus emortualem notarunt Dodechinus Abbas in Chron. Anselmus Gemblacensis Auctor Chronici Leodiensis Tom. I. Biblioth. Labbei, alique; Renerus enim Monachus monasterii Leodiensis S. Laurentii Auctor coaevus, qui scripsit vitam ejus in Actis SS. Bollandianis ad diem XXVII. mensis Maii recitatam, obitus ejus annum tacuit. [1] Alexander Archidiaconus Leodiensis Episcopus illius Ecclesiae electus fuerat, & investituram ab Henrico Imp. contra summi Pontificis Praeceptum susceperat. Quare Archiepiscopus Colonienensis, cui Leodium subest, alium

NOTAE [1] B. Fredericus Leodiensis non quidem hoc anno, sed sequenti 1122. obiit, teste omni exceptione majore Anonymo, & fere suppari gestorum ejusdem Sancti Scriptore, cujus Opus vulgatum est in Collectione Martenii tom. IV. col. 1030. Ille enim qui scribere se illa ait quo tempore quidam ex adversariis S. Praesulis adhuc vivebant, sic opus suum claudit: Igitur anno 1122. ab incarnatione Domini indictione decima quinta translatus est ad superos vir Dominus Fredericus &c. MANSI

honorem tibi impenderem regium, Imperator, si te communionem privatum Apostolica Sedis auctoritate nescirem. At Imperator ratus, eum hac non justitiae zelo, sed ex cordis odio vel rancore proferre, tamquam offensum pro eo, quod quondam ab ejus fratre munera receperat, propter quod Lorschensem resignaverat Abbatiam: Nimis, ait, inconsulte ac precipitante honore vos tanto privastis. Cui suspicioni Dei servus occurrens, columbina, ut erat simplicitate, respondit: Novit Deus omnipotens, corda scrutans & renes, non me hujus, si dici posset, injuria memorem vel ultorem: sed me fecisse hac, & dixisse, justitiae defendendae intuitu pro Papalis observatione mandati. At venerabilis Otto Episcopus medium se utrilibet interponens: Neminem, ait, devitare debemus & tenemus, de cuius nobis excommunicatione non constat. Quo contra vir Dei fortitudinis, quo plenus erat, spiritu roboratus, nec gratiae sumdatore, nec Imperatoriae deferens majestati, quin veritatem libere testaretur: Non possum, inquit, sententiam ignorare, quam ore meo memini promulgatam. Talia perstabat memorans, fixusque manebat, a justitiae suae proposito non recedens.

eligi curavit, & Fredericus majoris Ecclesiae Praepositus electus, a Callisto Papa in Concilio Remensi consecratus, nudis pedibus repatriavit: & processit ei obviam totius Cleri & populi multitudo, factaque est latitudo magna in populo, inquit Renerus. Interea Alexandri fautores nullam, quam ei inferre possunt, molestiam praetermittunt; sed cum jam omnia pacata esse viderentur, anno secundo ordinationis suae migravit ad dominum, inquit Renerus. Aliqui qui de eo verba fecerunt, post mortem Godofridi Barbatii Ducis Lovaniensis, & ejusdem Alexandri, postea Leodiensis Episcopi renunciati, tradidere, beatum Fredericum veneno potatum fuisse, quia, tunc liberior eis facultas fuit verum scribendi.

XII.
Mortuus Guillelmus Ep. Catalaun.
Albericus Monachus, qui anno MCCXL. in Abbatia Trium-Fontium in Diocesi Catalaunensi Chronicon suum, adhuc ineditum, scripsit, ad hunc Christi annum de Ebalo Guillelmi de Campellis in Episcopatum Catalaunensem decessore loquens, ait: Obiit Episcopus Catalaunensis, succedit Ebalo. Willelmi mortem etiam hoc anno consignat Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. Hovedenus in Annal. & Anselmus Gemblacensis in Continuatione Sigeberti, quibus suffragantur Chronicon Catalaunense Tom. I. Biblioth. Labbei, vetera Monumenta Ecclesiae Catalaunensis, & Acta Episcoporum ejusdem Ecclesiae apud Carolum

denus. At quod potens sit veritas, non modo Imperator se cohibuit, ne furor percitus faceret, quod facere solent Principes iracundia agitati, sed alios, ne quid molestiae inferrent ejusdem monasterii Fratribus, regia auctoritate compressit: nam paulo inferius haec ibidem: Cum non multo post idem Princeps transfugum faceret ante coenobium cum multitudine militari: Fratres ad opera manuum juxta morem hortum forte intraverunt, quem vilis tunc sepes ambivit. Milites igitur qui praes-

bant & qui sequebantur Imperatorem, cum Fratres in horto viderent, arbitrari Principem memorem sui contemptus, sibi bique placere volentes: Ecce, inquam, cucullati, qui dominum nostrum temere, despexerunt, neq. Imperatorem sibi dignati sunt exhibere reverentiam; ipsum insuper suis foribus praesumpserunt excludere cum contemptu. Dent ergo poenas opprobrii & proterviae, quas merentur, luant ausus enormes, non ferant impune, sprevisse Caesarem diadema. Et milites quidem

RAGIUS
lum Rapineum Ordinis Recollectorum, qui lingua Gallica de Episcopis Catalaunenibus scriptum. Cumque certum sit, Willelmum anno superiori Concilio Bellovacensi interfuisse, ut ibidem ostendimus, certo etiam liquet, deceptos eos, qui Willelmi mortem cum anno MCXIX. connexerunt. Simeon Dunelmensis & Hovedenus cum XV. Kal. Februarii vitam fundum tradunt; sed cum in Necrologio Sancti Victoris Parisiensis, & in altero Corboliensi a Joanne Picardo memorato legatur: Obiit XV. Kal. Febr. anniversarium Willelmi Catalaunensis Episcopi, & nostri Canonici, dies mortis ejus non satis compertus. Non dubito tamen, quin verum sit, quod habet Simeon Dunelmensis & ex eo Hovedenus: VIII. diebus ante exitum suscepto habitu Monachico vita decessit; testatur enim Rapineus sepultum eum apud Claram-Vallem in facello a se, dum viveret, extructo, & quia mos erat illorum temporum, ut plures in lecto morti proximi decumbentes habitum Monachicum induerent. Manricus in Annal. Giffert. ad annum MCXIX. quo perperam mortem ejus recitat, Willelmi Monachatum dubium, aut forte falsum fuisse dicit, afferens se neminem vidisse eum ex Episcopo in Monachum, & ex Catalauno in Claram-Vallem transisse, indicatque se neque Hovedenum, neque Simeonem Dunelmensem legisse. Quare argumentum ejus negativum, & Willelmi monachatus interpretatio nullum robur habent.

XIII.
Ejus scientia & virtutes.
Willelmus a Campello oppido Bregii haud procul Meloduno, ubi natus erat, Campellensis dictus est, factusque Archidiaconus Ecclesiae Parisiensis magna celebritate in schola ejusdem Ecclesiae Dialecticam publice docuit: Pervenit tandem Parisi, inquit Abaelardus in Epistola calamitatum suarum declarativa cap. 2. ubi jam maxime disciplina hac (nempe Dialectica) florere consueverat, ad Willelmum scilicet Campellensem Praeceptorem meum, in hoc tunc Magisterio, & fama praecipuum. Paulo post scholam illam Episcopalem reliquit, & in suburbaniis Parisiensis monasterium Regularium Canonicorum condidit; ubi literas quemadmodum prius in urbe solitus erat, docere instituit. Haud diu tamen novam illam Augustinianam Congregationem rexit; ut enim fidem facit Albericus in Chron. anno MCXIII. Episcopus Catalaunensis renunciatus est. Sed antequam ordinaretur Episcopus, a Rege Ludovico VI. literas obtinuit, quibus Victorina Congregatio Regia auctoritate munita constitueret, Abbatem Canonicorum suffragiis & votis electum haberet, & ex Regia donatione possessiones & terras obtineret. Literarum Regiarum haec subscriptio est: Actum Catalauni in Palatio publice. Anno Incarnat. Dominica MCXIII. anno vero regni nostri V. Paschalis II.

literis anno insequenti datis Praeceptum Regium confirmavit. Magna ei fuit cum Sancto Bernardo Abbate Clarevallensi necessitudo, ut ex ejus Epistolis ac Vita innotescit. Sanctus Doctor in Epist. LVIII. Ebalo praefato Willelmum jam ab aliquot annis demortuum imitandum proponit, testaturque eum duobus monasteriis Sancti Petri & Sancti Urbani Praefectos dedisse, contemptis longi itineris labore & hyemis asperitate; quae monasteria Ordinis Sancti Benedicti fuisse, & etiamnum esse, notat Mabilonius in Notis ad eandem divi Bernardi Epistolam. De ejus Scriptis videndus Oudinus in Supplement. de Script. Eccl.

XIV.
Epocha Concilii Sueffionensis.
Morte Willelmi Catalaunensis Episcopi suo anno reddita, Concilium Sueffionense adversus Petrum Abaelardum hoc anno congregatum fuisse, non vero anno MCXIX. ut plures existimant, vel anno MCXX. cum quo Tom. X. Concil. conjungitur, certo constat. Ipsemet enim Abaelardus in Epistola, in qua suas calamitates describit, ait: Erant mihi vehementer accensi Concilium congregaverunt, maxima duo illi antiqui insidiatore, Albericus scilicet & Lotulfus, qui jam defunctis eorum Magistris & nostris GUILLELMO scilicet atque Anselmo (Guillelmo nempe Episcopo Catalaunensi, & Anselmo Laudunensi, viro per haec tempora celeberrimo) post eos quasi regnare se solos appetebant, atque etiam ipsi tanquam haeredes succedere. Cum autem utriusque Remis Scholas regerent, crebris suggestionibus Archiepiscopum suum Radulfum adversum me commoverunt, ut adscito Conone Praenestino Episcopo, qui tunc Legatione fungebatur in Gallia, Conventiculum quandam sub nomine Concilii in Sueffionensi civitate celebrarent, meque invitarent, quatenus illud opus clarum, quod de Trinitate composueram, mecum afferrem, & factum est ita. Neque Concilium hoc in annum sequentem differi potest; cum Cona sub hujus anni finem Petrum in Legatione Gallica successorem haberet, & Adam Abbas Sancti Dionysii ad quem Abaelardus post celebrationem Concilii Sueffionensis scripsit, vel sub hujus anni finem, vel sequentis initio vivere desierit, ut infra videbimus.

XV.
In eo Abaelardus damnatur.
Non omissenda, quae Gaufridus Sancti Bernardi Abbatiss Clarevallensis Notarius in Epistola ad Henricum Cardinalem & Episcopum Albanensem scribit apud Duchesnum Notis in Abaelardum: Audivi etiam, quod super damnatione Petri Abaelardi diligentia vestra considerat plenius nosse similiter veritatem: cuius libellos pia memoria dominus Innocentius Papa II. in urbe Roma, & in Ecclesia B. Petri incendio celebri condemnavit, Apostolica auctoritate haereticum illum denunciavit. Nam & ante plures annos venerabilis quidam Cardinalis &c.

CHRISTI
1121.

CALLISTI II. PAP.
3.

HENRICI IV. IMP. II.
JOANNIS COMN. IMP. 3.

CHRISTI
1121.

CALLISTI II. PAP.
3.

HENRICI IV. IMP. II.
JOANNIS COMN. IMP. 3.

dem hac dixerunt, & inualescebant voces eorum, odioque pastoris dentes lupinos in ejus oviculas accuebant, jam jam-

que insultum facturi in pusillum gregem Domini videbantur. Sed evenit aliter quam putabant. Nam exiit edictum a Ca-

sare non speratum, ne Fratres videlicet illius omnino presumerent molestare, vel Ann. Eccl. Tom. XVIII.

verbo turbare, vel facto. Hæc tunc gesta, ex quibus veluti ex ungue leonem, X y vir-

PAGIUS

Legatus Romana Ecclesia, Cono nomine, Regularis quondam Canonice Ecclesia S. Nicolai de Aronsia (idest, Aroasia in Diocesi Attrebatensi), Theologiam ejus, Sueffione Concilium celebrans, similiter concremaverat, ipsum Petrum presentem arguens, & convictum de hæretica pravitate condemnans. Unde vestro si placuerit desiderio, per libellum de Vita Sancti Bernardi, & per ejus Epistolam missas ad Curiam satisfacies. Vocatus ad Concilium Abaelardus nulla, si ei in propria causa adversus æmulos loquenti fides sit habenda, prævia interrogatione, sine ullo libelli examine, sed hoc solo capite, quod in eo scripsisset, solum Deum Patrem omnipotentem esse, justus est manu propria librum a se de Trinitate compositum in ignem conicere, & symbolum Athanasii recitare. Tum in custodiam Anselmo S. Medardi Sueffionensis Abbati traditus est, ut ipsemet in Epistola laudata cap. 10. hoc modo narrat: Vocatus statim ad Concilium adfui, & sine ullo discussionis examine me ipsum compulerunt propria manu librum memoratum meum in ignem proicere. Et sic combustus est. Ut tamen, cum nihil dicere viderentur, quidam de adversariis meis id submurmuravit, quod in libro scriptum reprehenderat, solum Deum Patrem omnipotentem esse. Quod cum Legatus subintellexisset, valde admirans ei respondit, hoc ne de puerulo aliquo credi debere, quod adeo erraret, cum communis, inquit, fides & tenet & profiteatur, tres Omnipotentes esse. Quo audito Terricus quidam Scholarum magister irridendo subintulit illud Athanasii, & tamen non tres Omnipotentes, sed unus Omnipotens.

XVI. Coniiciunt in carcerem.

Cum autem Radulfus Archiepiscopus Remensis sententiam Legati confirmasset, aiens revera Patrem esse Omnipotentem, Omnipotentem Filium, Omnipotentem Spiritum Sanctum, eosque qui secus sentirent hæreticos esse censendos, existimavit necesse esse, ut Abaelardus ipse super his mentem aperiret, fidemque suam coram omnibus exponeret: sed obstantibus adversariis legit solummodo symbolum Athanasii; quod ut potuit, recitavit: inde, inquit Abaelardus, quasi reus & convictus Abbati Sancti Medardi, qui aderat, traditus, ad claustrum ejus tamquam ad carcerem trahor, statimque Concilium solvitur.

XVII. Retractat suam de S. Dionysio Areopagita sententiam.

Gravissimas a suis Fratribus & æmulis Alberico & Lotulfo persecutiones Abaelardum passum, dubitandum non videtur. Isti, quos urebat fama, quam liber de Trinitate ei pepererat, eum ubique velut hæreticum, & trium Deorum assertorem infamarunt. Insuper etiam ei fuere Monachi Dionysiani quod sacrilegum ipsorum vitam, moreque irreligiosos liberius argueret, & in privato colloquio vindicaret Bedæ sententiam, qua asseruit, Dionysium Areopagitam Corinthiorum potius quam Atheniensium fuisse Episcopum. Inde enim sequi videbatur, Dionysium Galliarum Apollolum, Areopagitam non esse; cum ejus Acta eum Atheniensem Episcopum faciant. Cono Legatus post Concilium Sueffionense eum in suum Sancti Dionysii monasterium reduci jussit, ubi ut prius veterum Auctorum lectioni se applicuit, & quibusdam Monachis dixit, veriorum sibi videri Bedæ quam Hilduini sententiam. Adam Abbas Sancti Dionysii non tantum Cœnobium

suum lasum; sed Regiam quoque ipsam Majestatem imminutam ratus, se se nomen Abaelardi Regi delaturum minatus est, sed is commodam & opportunam naturam occasionem, custodes incautos & incogitantes fallit, atque ad Theobaldum Magnum Tricassinæ civitatis & Pruvini dominum, cui sciebat suas displicere miseras, confugit, & apud Pruvinum in cella Sancti Aigulsi cum Monachis Sancti Petri Trecentis, volente ejus loci Priore commoratur, donec cum Adamo Abbate suo in gratiam redire possit. Hic vero fraudem sibi a Monacho suo factam agere ferens, comminatur, ni redeat, se illum excommunicationi subjecturum. Præterea ad reparationem injuriæ Monasterio Sancti Dionysii illata, jubet palinodiam cantare, & Dionysii Areopagite Historiam ab Hilduino editam scriptis suis confirmare. Jussus ille acquiescit, seu volens seu invitus, Epistolamque dirigit Abbati suo cum hac inscriptione: Ad dilectissimo Patri suo Abbati D. G. gloriosissimorum Martyrum Dionysii, Rustici & Eleutherii ibidem corpora quiescentium, unaque fratribus & communibus suis carissimis, Petrus habitu Monachus, vita peccator. Dum autem inter Abbatem & Priorem Cellæ Sancti Petri Trecentis atque ipsum Abaelardum de reditu tractatur, obiit Adam Abbas anni sequentis initio, ut ibidem videbimus. Ad majorem condemnationis Abaelardi in Concilio Sueffionensi notitiam legenda quæ de ea Tom. X. Concil. pag. 885. ex Otonone Frisingensi lib. I. de Gestis Friderici cap. 47. referuntur.

XVIII. Callistus II. Primatus Lugdunensis suscipiendos studet.

Ludovicus VI. Francorum Rex, cum accepisset Callistum II. Metropolitanum Senonensem Primati Lugdunensi subjecisse, hac de re quatenus est apud eundem Pontificem, qui in ejus gratiam Decretum suum suscipit. Sed quia illud ad tempus tantum relaxatum erat, rursus ad Callistum II. scripsit Ludovicus Rex, atque se passurum potius totius Regni sui incendium & capitis etiam sui periculum, quam hujus subjectionis & abjectionis opprobrium. Rogat eum, ut recorderetur, se Remensi Concilio cum labore suo, sed cum honore ejusdem Pontificis interesse studuisse: & plus honori ejus, quam suo dominio consuluisse: videat, subdit, dulcissime pater, discretio vestra, ne civitas Lugdunensis qua de alieno est regno, de nostro staret detrimento, nec subiciatur amico amico. Recitantur eæ literæ sine die & mense datæ Tom. X. Concil. pag. 855. sed eas præsentis anno datas, hæc prima ejus verba demonstrant: Scripsit nobis Sublimitas Vestra de captione illius apostata Burdini. Quare quando Callistus II. exeunte Aprili ad Galliarum Episcopos literas dedit, alias etiam ad Regem scripsit, quæ perire, harumque hæc responso fuit. Legendus liber Joannis Baptistæ Driotti Canonici Senonensis de Primatu Metropolitanæ Senonensis.

XIX. Secunda Henrici Angliæ Regis nuptia.

In Angliâ Henricus Rex piæ Mathildis uxoris demortuæ loco aliam hoc anno substituit, scilicet Adelizam ut eam appellat Gemmeticensis lib. 8. cap. 29. seu Atheleidem, de qua Eadmerus lib. 6. Novorum hæc literis mandavit: Rex, legalis conjugii nexu olim solutus, ne quid ulterius inhonestum committeret, (naturali enim, spuriaque prole abundabat) Con-

PAGIUS

slia Radulfi Cantuariorum Pontificis, & Principum regni; quos omnes in Epiphania Domini, sub uno Londonia congregavit, decrevit sibi in uxorem Atheleidem, filiam Godfredi, Ducis Lotharingæ (sc. Cotfredi Barbatæ Lovanienfis, seu Lotharingæ Ducis), puellam virginem, bonis moribus, & decore modesti vultus decenter insignitam. Quam narrat postea a Radulfo Cantuarie Archiep. coronatam fuisse. Ea XV. annis in regno hœruit; sed aliis rebus abundans optata sobole hucusque caruit, inquit Ordericus lib. 12. qui tamen hoc matrimonium eum anno MCXXX. perperam conjungit, quod Willelmi filii Henrici Regis mortem anno uno ferius collocat. Quibus ex verbis intelligimus Ordericum librum illum duodecimum ante Henrici Regis obitum scripsisse.

XX. Eboracensis Archiep. Professorem Cantuariensis facere recusant.

Interim vetus controversia, quæ inter Cantuariensem & Eboracensem Archiepiscopos verfabatur circa Ordinationem Archiepiscoporum Eboracensem, quam Henricus Rex a Cantuariensi fieri volebat, multorum motuum causa fuisse, nisi Regis pietas Romani Pontificis auctoritati cessisset. Cum hac ita administrantur, ait Eadmerus, conventu Principum, qui pro occurfu Regina factus fuerat, nondum soluto, magnus sermo habitus est de dissidio, quod eoque verfabatur inter Radulfum Cantuariensem Archiep. & Thurstanum Eboracensem. Siquidem ipse Thurstanus a Callisto Episcopus ordinatus (ne a Radulfo ordinaretur) literas ab ipso Callisto, more quo curia Roma impetrantur, adeptus fuerat. Quibus jubebatur, ut ipse Thurstanus Episcopatus suo potiretur, aut Rex anathemate, & Radulfus suspensione Pontificalis officii pleteretur. Ad quod recitata sunt sententia Prælegatorum; & quam digne hæc Apostolica disponentur, intellectum est ab omnibus. Tamen ne prætermittitur intentio pœna, Regem vel Pontificem aliquatenus conturbaret, ex communi consilio permissus est idem Thurstanus Angliam redire, & Eboracum Regia via venire. Quod & factum est, ea dispositione, ut nullatenus extra Parochiam Eboracensem divinum Officium celebraret; donec Ecclesia Cantuariensis de injuria, quam ei intulerat, abjurata cordis sui oblatione satisficeret. Verum Thurstanus a Rege in Angliam revocatus, mox in suum rediit. Quis est Archiepiscopatus, nec legitur, aliquam satisfactionem ab eo factam; imo sine exactione Professoris in suum mox recipitur Archiepiscopatus, ait Chronographus Mailrosensis.

XXI. Petrus Leonis Legatus in Angliam & Galliam missus.

Extincto schismate Callistus II. Apostolice curiæ securitate potitus, inquit Eadmerus, libera auctoritate, qua Romanus Pontifex nisi aquum esse probatur, quicquam versum per Legatos suos utebatur. De quorum numero, quidam Petrus nomine, Rom. genere, Monachus Cluniac. professione venit in Galliam, missus ab ipso Pontifice, functurus, ut ferebatur, Legatione Gallia, totius Britannia, Hibernia quoque & Orcadarum insularum. Supercreverat autem fama istius famam omnium, ante eum in has partes a Romana Sede destinatum. Et Abbatem, & nonnulli alii, viri videlicet honorati, ejus adventum Angliæ præconaturi ab eo promittuntur. Erat enim filius Petri, præclarissimi ac potentissimi Principis Romanorum; cuius fides & actio, magni consilii & fortitudinis esse solebat, ut qui in sede Apostolica Canonice constitutus, Patres Orbis habebantur Aitonita igitur tota terra in expectatione quasi tantæ ad-

ventus: direxit Rex Henricus Bernardum Episcopum S. David de VVallis, & Joannem filium patris sui Clericum, trans mare; ubi eo usque idem Petrus morabatur; Regis Anglorum de introitu suo in Angliam voluntatem, jussumque opperienti, quatenus illum ad se perducere. Quibus etiam ipse Rex, prudenti usus consilio, injunxit; quatenus iter ejus ita disponerent, ut post ingressum Angliæ; nec Ecclesiar, nec Monasteria qualibet, ad se tendens, hospitandi gratia ingrederetur; nec aliunde quam de suis vicibus necessaria ei ministrarentur. Perductus igitur ad Regem, digne ab eo susceptus est. Et exposita sui adventus causa, Rex obtensa expeditione, in qua tunc erat (nam super Walenses ea tempestate exercitum duxerat) dixit, se tanto negotio operam tunc quidem dare non posse; cum Legationis illius stabilem auctoritatem non nisi per conventum Episcoporum, Abbatum & Procerum, ac totius regni conventum roborari posse constaret. Super hac sibi præterea consuetudinem, ab Apostolica sede concessam, nequaquam se equanimiter amissurum fore testabatur, (in quibus hæc, & de maximis una esset, quæ Regnum Angliæ liberum ab omni legati ditione constitueret,) donec ipse vira presentis superesset. His horumque similibus Regali facundia editis, præfatus Petrus assensim præbere utilia judicavit & annuit.

XXII. In Angliâ honorifice exceptus.

Quapropter larga Regis munificentia magnifice honoratus, omni modo (legendum nullo modo) se illi quicquam antiqua dignitatis derogaturum; honorifice immo ut dignitatis ipsius gloria undequaque argumentaretur (legendum augmentaretur), spondente, sed non plena fide elaboraturum. Pax itaque firma inter eos firmata est: & qui Legati officio fungi in tota Britannia venerat, immunitis ab omni officio tali, cum ingenti pompa, via qua venerat extra Angliam a Rege missus est. Postis itaque transfretaturus, Cantuarie hortatu Regis & Archiepiscopi magnifice a fratribus susceptus est; & inter eos triduo cum jucunditate conversatus. In quo temporis spatio, quærentia apud eum deposita est pro gravi injuria, qua Papa Callistus Ecclesiam Cantuariensem in causa Turstani Eboracensis humiliare non veritus est, & suis literis eandem humiliationem omnia omni justitia consideratione roborare. Quo ipse leni vultu & miti mente suscipiens, privilegia ab antiquis Patribus olim a Romana Sede possessa (legendum concessa) ostendit sibi postulavit; & si rata esse probarentur, quæ noviter instituta erant, se promisit elaboraturum, ut in nihil redigerentur. Prudentum igitur ratione virorum probatum est bullas antiquitatis Chartas incendio, quod totam Ecclesiam, nec dum transitus quinquaginta annis, omnino consumpsit, esse consumptas; paucis illarum in antiquis schedulis, seu veteribus libris quoquo modo raptim transcriptis, atque retentis. Quarum veritas & Romani stylo eloquii, & auctoritate jam per quadraginta, & eo amplius annos ab ipsa Ecclesia inconcussa possessa declaratur; quibus ille perperam atque perperam testatus etiam ipse est, Ecclesiam Cantuariensem grave nimis & immoderatum iudicium esse perperam; & quatenus hoc velocius corrigere, se modis omnibus opem adhibiturum pollicitus est. Post hæc Angliam egreditur, prospero cursu procelosum mare evectus.

XXIII.

Petrus mense Octobri Legatus in Galliam & Angliam missus, cum jam Presbyter Cardina-

virtutes S. Erminoldi considera, vel his provocatus, lege reliqua ejus vite Acta. An-

PAGIUS lis esset, ut docet Epistola Callisti II. ad Ludovicum VI. Francorum Regem data, quam Dacherius Tom. 3. Spicilegii pag. 146. e tenebris eruit: Sane carissimum, inquit, filium nostrum Cardina- P. Sedis nostra Presbyterum Cardinalem nobilitati tua attentius commendamus. Nos enim a latere nostro eum secundum antiquam Apostolice Sedis consuetudinem ad terram potestatis tua pro

corrigeno & confirmando qua corrigenda & confirmanda fuerint, delegamus &c. Datum Beneventi pridie Kalendas Octobris. Ex his manifestum est, Baronium anno MCXVII. num. VIII. Petri in Galliam & Angliam Legationem ad illum Christi annum male retraxisse. Petrus iste Petrus Leonis cognominatus postea Antipapa fuit sub Anacleto nomine.

I. Concil. Generale Lateran. sub Callisto Papa.

(a) Sug. in vita Ludovic. Reg.

(b) r. q. 1. c. 10. (c) Dist. 60. c. 2. (d) Dist. 27. c. 8. (e) 16. q. 7. c. 25. (f) 35. q. 2. c. 2. II. * al. facte

(g) r. q. 2. c. 11.

(h) Dist. 62. c. ult.

PAGIUS SÆC. XII. Anno E. 12. Hisp. MCLX. Anno Hegiræ DXVI. inchoato die 12.

Annus Redemptoris millesimus centesimus vigesimus secundus, Indictione, decimaquinta sequitur Deo acceptus placabilis, pacificus, quo a Callisto Papa ad plenissimam instaurantem Ecclesie pacem, revocandamque exulem diu longiusque propulsatam concordiam, Laterani indictum generale Concilium celebratum est tempore Quadragesimæ, cui interfuisse trecentos & amplius Episcopos testatur, qui præsens extitit Sugerius (a) S. Dionysii Abbas. Porro adeo nobilis conventus Patrum in eo multus fuit, ut Ecclesiam Dei diuturnis schismaticorum factionibus labefactam in pristinam restitueret disciplinam. Quænam autem in hoc Concilio statuta fuerint, reperimus in codice Vaticano, qui continet collectionem Anselmi, in quo post caput quinquagesimum quintum, tamquam appendicem habet notatos hujus Concilii canones decem & septem, quorum maximam partem Gratianus, qui hoc sæculo claruit, in suum Decretum transtulit, nempe, (b) primum, (c) secundum, (d) tertium, (e) quartum, (f) quintum, quos apud eum require: qui autem ab eo non ponuntur, nos hic describemus eodem ordine, quo reperiuntur in dicto codice, ut sextum ejusdem Concilii canonem, qui sic se habet: Ordinationes, quæ a Burdino heresiarum, postquam a Romana Ecclesia est damnatus, quæ & a pseudoepiscopis per eum postea ordinatae sunt: nos esse irritas judicamus.

Septimum vero apud (g) Gratianum invenies. Caput octavum in eodem codice sic: Ad hæc sanctæ Romanæ Ecclesie possessiones quietas servare per Dei gratia cupientes, præcipimus, & sub distributione anathematis interdicimus, ne aliqua persona Beneventanæ beati Petri civitatem præsumat invadere, aut violenter tenere. Si quis aliter præsumpserit, anathematis vinculo tradatur.

Caput autem nonum sic: A suis Episcopis excommunicatos, ab aliis Episcopis, Abbatibus vel clericis in communionem recipi, proculdubio prohibemus.

Decimum apud (h) Gratianum reperies.

Undecimus sic se habet: Eis qui Hierosolimam proficiunt, & ad Christianam Ann. Eccl. Tom. XVIII.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6615.

© 11. A. 2. P. 26. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1122.

CALLISTI II. PAP. 4.

nam Gentem defendendam, & tyrannidem Infidelium debellandam efficaciter auxilium suum præbuerint: suorum peccatorum remissionem concedimus: & domos, familias, atque omnia bona eorum in beati Petri & Romanæ Ecclesie protectione, sicut a domino nostro Papa Urbano statutum fuit, suscipimus. Quicumque ergo ea distrabere vel auferre, quandiu in via morantur, præsumpserint, excommunicationis ultione plectantur. Eos autem, qui pro Hierosolymitano, vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur, & viam postea dimisisse; cruces iterato assumere, & viam ab instanti Pascha usque ad proximum sequens Pascha præficere, Apostolica auctoritate præcipimus: alioquin ex tunc eos ab introitu Ecclesie sequestramus: in omnibus terris eorum divina officia, præter infantibus baptisma, & morientibus penitentiam, interdicimus.

Duodecimum quod sequitur synodale decretum sic se habet: Illam vero pravam defunctorum porticanorum consuetudinem, quæ hæctenus ibi fuit, ex fratrum nostrorum & totius Curie consilio, necnon & voluntate & consensu præfecti, removendam censemus, ut porticanorum habitatorum sine hæredibus morientium bona, contra morientium deliberationem minime pervadantur.

Decimustertius ejusdem Concilii canonem sic sequitur: Si quis treguam diffregit, usque ad satisfactionem ab Episcopo admonetur. Quod si tertio admonitus satisfacere contempserit; Episcopus, vel Metropolitanus cum duobus aut uno vicinorum Episcoporum in rebellem sententiam anathematis dicat, & per scripturam Episcopis circumquaque denuntiet.

Decimumquartum canonem apud (i) Gratianum invenies.

Decimusquintus iste: Si quis moneta falsam scienter fecerit, aut studiose expenderit: tamquam maledictus & pauperum virorum oppressor, necnon & civitatis turbator, a Fidelium consortio separatur.

Decimus sextus extat itidem apud (k) Gratianum, sicut & (l) decimus septimus: reliqui autem, qui in eodem Anselmi scripti sunt codice, Urbani Papæ Secundi titulo apud Gratianum leguntur.

Y y 2 Hæc

HENRICI V. REG. 17. IMP. 12.

JOANNIS COMNENI IMP. 5.

Num. I. ad III. Concilium Lateranense I. quod generale fuit, anno tantum sequenti celebratum, uti certis argumentis constat, cumque aliqua ex illo pendeant, prius necessario narranda, ejus translationem in eundem annum differendam censuimus.

A num.

Martii fer. 1. A. C. 1122.

I. Conc. I. Lateran. Generale

Hæc sunt quæ spectant ad canones Romani Concilii sub Callisto Secundo. Quod autem spectat ad alias in eodem Concilio res gestas, sic accipe.

III. In eodem Concilio auditi sunt Legati Germanorum, assensu Imperatoris ab Episcopis & Principibus Germaniæ missi anno superiore, Spirensis nimirum Episcopus, atque Fuldensis Abbas, exhibentes quæ Imperator præstare paratus erat, nempe remissionem investiturarum Ecclesiarum, quarum causa diu multumque inter Imperium & sacerdotium fuerat, magno Christiani orbis scandalo, disceptatum. Auditi sunt idem Legati libenter, & collaudati magnifice illo divinæ Scripturæ præconio: (a) *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona, sive ille: (b) Bonum nuntium de longinquo tamquam aqua frigida in æstate. Atque ex illorum petitione concessa legatio mittenda a Sede Apostolica in Germaniam, quæ sicut ab Imperatore renunciationem investiturarum acciperet, ita nomine Apostolicæ Sedis eidem ab excommunicatione absolutionem impenderet, & quæ Callisti Papæ nomine essent exhibenda, proferret. Decretum est tantum legationis pondus primario viro Lamberto Cardinali Episcopo Ostiensi, atque duobus aliis Cardinalibus, qui profecti statim sunt una cum Legatis e Germania missis, Spirensi Episcopo, atque Abbate Fuldensi. Hi ubi in Germaniam pervenerunt, ad eos audiendos decernitur Concilium tam Episcoporum, quam Principum, qui etiam Imperator adesset, Wirceburgice celebrandum solempni die Natalis Apostolorum Petri & Pauli. Quid autem tunc per Legatos actum, Urspergensis Abbas exacte recenset, a quo sunt ista petenda utpote ab auctore, qui potuit tunc his omnibus cum aliis Præsulibus interesse.*

IV. Legatio ex Conc. in German. missa.

PAGIUS II. Conven-tus Voormatiensis.

A num. III. ad IX. Anno superiori e Germania Romam Legati missi fuerant, qui de pace Ecclesiæ & imperii cum Callisto II. agerent, ut Generali Concilio, si aliter fieri non posset, omnia terminarentur. Hoc vero anno, ut Urspergensis in Chron. refert, *Episcopus Spirensis & Abbas Fuldensis legatione totius regni apud sedem Apostolicam peracta, rediere, ducentes secum Ostiensem Episcopum, vicem domini Apostolici per omnia tenentem, cum duobus Cardinalibus, qui nihilominus a sede Sancti Petri ob reconciliationem regni & Sacerdotii missi fuerant. Post pauca interposita: Facto igitur uni-*

versali conventu apud urbem Vangionum, quæ nunc Voormacia dicitur, sicut longum, ita & incredibile memoratu est, quam prudenti quam instanti, quamque per omnia sollicito cunctorum Procera consilio, pro pace & concordia per unam vel amplius hebdomadam certatum sit, donec ipse, in cujus manu cor Regis est, omnem animositatem Augusti sub Apostolica reverentia obedientiam causa matris Ecclesiæ, etiam ultra spem plurimorum inflexit. Mox tamen ab Apostolica Sede Apocryphis in communionem receptus tam ipse Imperator, quam univversus sibi subiectus exercitus. Immo generali absolutione cunctis hoc schismate pollutis per auctoritatem Apostolicam facta, qualiter Ecclesiasticas investuras, ceteraque spiritalia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici administraverant, quæque ipse, ne regni diminueretur honor nunquam vita comite, se dimissurum proposuerat humiliatus pro Christo, coram multitudine maxima abnegaverit, & in manus domini Episcopi Ostiensis, ac per ipsum Domino nostro JESU Christo, suæque in perpetuum jus Ecclesiæ dimiserit: rursusque qualia sibi ob honorem regni observandum auctoritas Apostolica concesserit, utriusque partis melius edocebant subter annotata scripta. Quæ habentur in margine, sunt ex authographo in codice Vaticano: (a)

Ego Enricus Dei gratia Romanorum Imp. Augustus, pro amore Dei & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & domini Papæ Callisti, & remedio anime mee, dimitto Deo, & sanctis (b) ejus Apostolis Petro & Paulo, & (c) sanctæ Catholice Ecclesiæ omnem investituram per anulum, & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis (d) fieri electionem, & liberam consecrationem. Possessiones & regalia beati Petri, quæ a principio hujus discordiæ, usque ad bodiernam diem, sive tempore patris mei, sive etiam meo ablata sunt, quæ habeo, idem sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo, quæ autem non habeo, ut restituantur fideliter (e) jurabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum tam clericorum quam laicorum (f) consilio Principum, & justitia, quæ habeo, (g) ut redantur fideliter (h) jurabo. Et do veram pacem (i) Callisto, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt. Et in quibus san-

ctis electionem, & liberam consecrationem. Callistus vero II. literis IX. Kal. Octob. datis concessit, ut electiones Episcoporum & Abbatum Teutonici Regni, in presentia Imperatoris absque simonia fierent, & ut Electus Regalia per sceptrum ab Imperatore reciperet. Ita concordia Ecclesiam inter & Imperium re-

III. Dimisit Imperator Investituram per anulum & baculum, & permisit in omnibus Ecclesiis fieri

* contra-rium cu- ravit.

Pax inter Imp. & Papam stabilita in Conc. Voormatiensi.

Vangionum, quæ nunc Voormacia dicitur, sicut longum, ita & incredibile memoratu est, quam prudenti, quam instanti, quamque per omnia sollicito cunctorum Procera consilio, pro pace & concordia, per unam vel amplius hebdomadam certatum sit; donec ipse, in cujus manu cor Regis est, omnem animositatem Augusti sub Apostolica reverentia obedientiam causa matris Ecclesiæ, etiam ultra spem plurimorum inflexit. Mox tamen ab Apostolica Sede Apocryphis in communionem receptus tam ipse Imperator, quam univversus sibi subiectus exercitus. Immo generali absolutione cunctis hoc schismate pollutis per auctoritatem Apostolicam facta, qualiter Ecclesiasticas investuras, ceteraque spiritalia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici administraverant, quæque ipse, ne regni diminueretur honor nunquam vita comite, se dimissurum proposuerat humiliatus pro Christo, coram multitudine maxima abnegaverit, & in manus domini Episcopi Ostiensis, ac per ipsum Domino nostro JESU Christo, suæque in perpetuum jus Ecclesiæ dimiserit: rursusque qualia sibi ob honorem regni observandum auctoritas Apostolica concesserit, utriusque partis melius edocebant subter annotata scripta. Quæ habentur in margine, sunt ex authographo in codice Vaticano: (a)

VI. * In nomine sanctæ & individua Trinitatis. (a) Dei (b) sanctæque (c) quæ in regno vel Imperio meo sunt. (d) adjuvabo. (e) quæ in guerra ista sunt commissa. (f) redam, quæ non habeo. (g) adjuvabo. (h) domino Papæ. (i) sanctæque.

PAGIUS In eo facta concordia Sacerdotii & Imperii.

ctæ Romana Ecclesia auxilium postulaverit, fideliter jurabo. Hucusque apud Urspergensis promissio Imperatoris. In codice Vaticano ex autographo adduntur ista: *Et in quibus mihi querimoniam fecerit: debitam sibi justitiam faciam. Insuper & quæ sequuntur:*

Hæc omnia acta sunt consilio & assensu Principum, quorum nomina subscripta sunt.

Adalbertus Moguntinus Archiepiscopus.

Fridericus Colonienfis Archiepiscopus.

Otto Bambergensis Episcopus.

B. Spirensis Episcopus.

A. Augustensis Episcopus.

G. Trajectensis Episcopus.

V. Constantiensis Episcopus.

E. Abbas Fuldensis.

Northmannus Dux.

Fridericus Dux.

Bonifacius Marchio.

Thebaldus Marchio.

Cynalphus Comes Palatinus.

Orbertus Comes Palatinus.

Berengarius Comes.

Godefredus Comes.

Ego Fridericus Colonienfis Episcopus & Cancellarius recognovi.

Hoc autem privilegium aureo sigillo ipsius Imperatoris munitum in archivis Romanæ Ecclesiæ tenetur reconditum. Hucusque Vaticanus codex. Subiicitur vero promissioni Henrici ab Urspergensis ejusmodi Callisti facta Imperatori concessio:

Ego Callistus servus servorum Dei, dilecto filio Henrico Dei gratia Romanorum Imperatori Augusto concedo electiones Episcoporum, & Abbatum Teutonici regni, quæ ad regnum pertinent, in presentia tua fieri absque simonia, & aliqua violentia: ut si qua inter partes discordia emerferit, Metropolitanis, & Provincialium consilio vel iudicio, saniori parti assensum & auxilium præbeas. Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur; & quæ ex his jure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus, infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, secundum officii mei debitum, auxilium meum præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui in parte tua sunt, vel fuerunt tempore hujus discordiæ. Data anno millesimo centesimo

VII. Callisti Pap. concessio facta Imp.

fituta. Idem habet Anselmus Gemblacensis in Chron. ad hunc Christi annum, qui notat, Conventum Wormaticensem celebratum mense Septembri in Nativitate Sanctæ Mariæ. Concilium vero Lateranense in annum sequentem indictum fuisse, docet, his verbis Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Angl. ad annum MCXXII.

mo vicefimo fecundo, nono Kalend. Octobris. Haftenus Callisti Papae concessio. Extant eadem ipsa monumenta apud Wilhelmum Malmesburiensem. Pergit vero Urspergensis:

Hujusmodi scripta atque rescripta propter infinitam multitudinis conventum, loco campestri juxta Rhenum lecta sunt, data & accepta, postque multimodis laudes rerum Gubernatori redditas, celebratis a domino Offensivis sacramentis, inter que dominum Imperatorem cum pacis osculo sanctaque communionis plenissime reconciliavit, discessum est ab omnibus cum letitia infinita.

VIII.

Alterum quoque non multo post, id est in festo S. Martini, colloquium Imperator cum Principibus, qui priori non aderant, Babenberg habuit: ubi & cunctis in sua vota concordantibus, inter multa, quae tam ad regni, quam sacerdotii congruebant honorem, more majorum composita, Legatos proprios cum Romanis destinavit, & utrosque nuntia simul & munera ferentes honorifica, domino Apostolico Callisto consanguineo scilicet jam sibimet unitissimo direxit. Hucusque Urspergensis. Atque hic tandem dirissimorum certaminum finis, quae per annos plurimos vi barbarica tyrannis Imperatoria contra sanctam Ecclesiam excitavit, sive armis pugnando, sive (quod acerbius visum est) ipsos filios Christi fideles, potissimum vero Romanos cives ab ipsa dicitur schismate separatos, in ipsam impietate concitando, sive fustissimos Antipapas, horrenda monstra in sacrosanctam Apostolicam Sedem Angelis reverendam, cunctisque mortalibus veneran-

PAGIUS MCXXII. Hac concordia per gentes & populos ubique divulgata, mittuntur etiam littera ab Apostolico omnibus Archiepiscopis & Episcopis per regiones & provincias, ut omni excusatione postposita festinent occurrere ad Concilium, quod Dominus Apostolicus Roma celebraturus erat XV. Kal. Aprilis.

IV.
Gesta in Apulia.

A num. IX. ad XII. Hic praetermittenda quae processere res a Baronio relatas. Falco in Chron. ad annum MCXXII. ait: Dux Guillelmus (nempe Apuliae) filius Rogerii Ducis ad Rogerii Comitum (nempe Siciliae) filium Rogerii Comitum Siculorum descendit, conquereus de Jordano Comite Arianensi, &c. Medietatem suam Palermitana civitatis & Messana, & totius Calabriae Dux ille eidem Comiti concessit ut ei auxilium largiretur. Continuo sexcentos milites & quingentas uncias auri ei largitus est. Dux ille adveniens, &c. castellum Apicis, ubi Comes ille morabatur, obsedit. Ad ducis namque auxilium Crescentius Cardinalis, tunc Rector Beneventanus, cum Beneventanorum caetu festinavit. Quid multis? Comitum illum, & castrum Apicis sua obtinuit potestate. Comes itaque Jordanus Ducis pedibus, sicut ipsi vidimus, qui aderamus, prostratus, misericordiam ei postulavit. Dux autem precibus multis coactus, praecipue Comitum Rainulphi, qui aderat, liberum

dam tanto totius orbis scandalo intrudendo. Ut plane omnibus perspicue clareque confiterit, non fuisse humanae potentiae, tot tantoque simul in Petri naviculam concitatos fluctus ad perdendam eam potuisse vitari illisque non mergi deorsum, sed sublimius majori gloria tolli atque firmari; neque humanarum virum, tot item tantisque simul in eandem eodem impetu flantes ventos & portis inferi per angelos malos immissos simul compefcere; sed illius fuisse potentiae, cui mare atque venti simul obediunt, illius virtutis, qui fluctus ad perdendum ne fluant, obdurat in petram, & Petro dixit: (a) Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam. Ut merito tanta victoria triumphans Ecclesia concinuerit canticum Annæ: (b) Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatum est os meum super inimicos meos, quia letata sum in salutarum tuo. Non est sanctus ut est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster. Recinuerintque filii omnes propheticum carmen: (c) Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

(a) Matt. 16.

(b) 1. Reg. 2.

(c) Is. 12.

IX.

Sed jam ad reliquas res gestas in Romano Concilio redeamus, quae ferme omnes tanta molis operis respectu vitae sunt negligi, nec scriptis conservatae, sicque sepultae silentio remanuisse. Nam Sugerius Abbas sancti Dionysii Parisiorum, qui eidem Concilio (ut ipse testatur) interfuit, plura tunc negotia tradit se ad Sedem Apostolicam detulisse, de

cum, & ut vellet, abire permittit. Post aliqua bellica facinora subdit Falco: Dux ille milites, quos a Comite Rogerio acceperat, ei remisit; cumque interim Jordanus Comes arma iterum sumisset, castellum Paludis comprehendit. Audiens autem Dux prae nominatus castellum illud captum fuisse, exercitu aggregato castrum illud obsedit tribus mensibus. Tandem &c. Principem Jordanum Capuanorum rogavit, ut ei auxilium praeberet, & pro auxilio ferendo castellum Apicis & Avernum ei largitur, &c. Praeterea Dux ipse Beneventanis mandavit, ut neque sibi, neque Comiti Jordano auxilium praestarent, &c. quod Beneventanis complacuit; cumque Comes ille Jordanus taliter se coactum aspiciens in manus praedicti Principis (sc. Capuani) se & castellum Paludis summisit, &c. Comes Jordanus castrum Morionis ingressus est; & sic firmata pace Princeps ipse Capuanus revertens, temporibus multis castrum Apicis & Aeyni obtinuit. Deinde Dux ille (nempe Guillelmus) super castrum Morionis milites & peditem catervas opposuit, cogitans & Comitum & castellum illud sua obtinere dittoni, quod facere minime potuit. Deinde Dux praefatus Salernam adivit, & de multis, varisque sudoribus, quos perpessus erat, requiem adeptus est; sicque usque ad diem obitus terrae suae.

Pontius Abbas Cluni. se abdicat.

de quibus nusquam mentio aliqua. Tunc & Pontius Abbas Cluniacensis, hospes Romanorum Pontificum Gelasii atque Callisti, suorum monachorum clamoribus fatigatus, non tam ad defendendam causam Romam se contulit, quam ut se abdicaret onere Praefecturae: quod fecit licet contradicente Callisto. At quoniam diu multumque ejus causa Apostolicam Sedem tempore successoris ejusdem Pontificis tenuit occupatam, de eoque sub Honorio Papa agendum pluribus: hic ejus tantum exordia sunt referenda. Fuit haftenus ejusdem Pontii Abbatis successoris S. Hugonis fama laudabilis, ad quem duae extant Ivonis (a) Episcopi Carnotensis epistolae, deque ipso mentio habetur in rebus gestis (b) Godefredi Episcopi Ambianensis, & apud Petrum diaconum (c) in Chronico Cassinense, in hisque omnibus absque reprehensione. Sed mutatus in virum alterum, ingens plane scandalum universae invexit Ecclesiae.

(a) Ivo ep. 233. 236.

(b) Apud Sur. 2. 6. die 8. Novemb. in Godefr. 1. 3. c. 7.

(c) Pet. Diacon. Chron. Cass. 1. 4. c. 77.

(d) Pet. Cluniac. Mirac. 1. 2. c. 32.

Accipe itaque rei gestae seriem ex Petro (d) Cluniacense Abbate, & ejus primordia & res gestas sub Callisto ita scribente: Hic valde juvenis a Fratribus Cluniacensibus, spe bona in dolis ejus ductis, in Abbatem electus, magno illo famoso viro jam dicto patri Hugoni successit. Qui primis assumptionis suae annis satis modeste & sobrie conversatus, procedente tempore mores mutavit, & multis ac diversis casibus & causis Fratrum pene universorum animos exasperando, eos paulatim contra se concitavit.

PAGIUS sui ducatus a bellorum turbiniibus fluit & quievit.

V. Hoc anno mense, Februario Callistus II. Beneventi, quo ex urbe Salernitana se se contulerat, sententia sua confirmavit iudicium Cardinalium in gratiam Bethlem Abbatissae monasterii S. Mariae adversus Agnetem Abbatissam monasterii S. Petri, quae monasterium illud sanctae Mariae tanquam appendicem monasterii sancti Petri petierat, salvo tamen censu, quem pars ipsius monasterii persolverat annualiter ad praedictum monasterium sancti Petri, &c. Summus Pontifex hanc litem commisit Dionysio Episcopo Tusculano, Chrysogono Cancellario, aliisque Cardinalibus, qui tunc Apostolicus valde infirmabatur, & Curiam ante se congregare non poterat. Erat tunc in sacro Beneventano Palatio, quo Agnes Abbatissa venit, istaque acta septima die Kalendarum Martiarum, ut notat Peregrinus, definente anno Falconiano MCXXI. inchoato autem communi MCXXII. coram Callisto II. Beneventi tunc degente.

VI. Petrus Venerabilis sit Abbas Cluniacensis.

Anno Domini MCXXII. Dominus Pontius pro quibusdam negotiis hujus Ecclesiae agendis Apostolicam Sedem adit, in manu Domini Callisti II. Papae Abbatiam Cluniacensem sponte resignavit & Hierosolymam devotus petiit, ut legitur in Chronico Cluniacensi. Hugo secundus Prior Sanctimonialium de Marcigniano ei in Abbatiam substituitur, fuitque II. hujus nominis,

Dissentientes illi ab eo, & quod multa nobilitate, & levitate animi, nullis bonorum consiliis acquiescendo (ut dicebant) res monasterii pessumdaret; inter se nunc pauci, nunc plurimi, tandem pene universi murmurabant. Mansit autem res aliquamdiu recta inter eos, nec ad aures saecularium per decennium fere pervenit. Pervenit tandem eo usque lis occulta diu, ut non solum ad circumpositos; sed insuper ad remotissimos quosque hujus dissensionis malum pertingeret, & ipsas summi Pontificis, & Romanae Curiae aures impleret.

XI.

His rumoribus dominus Pontius provocatus, indignationis impetum, quem in alios fortassis derivare debuerat, in se ipsum retorxit, & Romam velut praecipiti ausu adiens, ut cura pastoralis sollicitudine solveretur, dominum Papam instanter oravit. Praerat tunc Romanae Ecclesiae regii sanguinis nobilitate insignis, sed moribus, probitate, ac liberalis animi magnificentia longe insignior, qui prius Viennensi Ecclesiae praeserat, Callistus Papa Secundus. Is in primis Abbatis Pontii voluntati & petitioni omni exhortationis nisu resistens: postquam cum non posse stecti a proposito vidit, ab omni cura Cluniacensis Ecclesiae ut postulabat, absoluit. Absolutus inde, ejusdem Papae permissione Apuliam petiit, indeque mare transmissis, Hierosolymam, semper, ut proposuerat, ibidem mansurus pervenit. Papa Fratribus Cluniacensibus quod factum est, mandans, ut sibi Patrem eligerent, auctoritate Apostolica praecipit

Pontius Abb. in vito Callisto se abdicat.

& obiit VIII. Idus Julii postquam per tres tantum menses monasterium rexisset. Petrus primus, Abbas nonus Cluniacensis electus est in Octavis Assumptionis B. Dei Genitricis Mariae. Hic cognominatus fuit Venerabilis, ex nobilissimis Arverniæ Magnatibus originem ducens, qui ab ipsis infantiae cunis a parentibus Deo sub monastica observatione militaturus oblatu fuerat, & a S. Hugone in extremum vitae suae monachali benedictione insignitus, inquit idem Chronographus. De Petro S. Bernardus in Epist. CCLXV. ad eundem data: Quis mihi det tanta humilitatis insignis tam imitari posse, quam admirari? Quis mihi tribuat sanctae & desiderata praesentia tua, non dico semper, non dico saepe, sed vel semel in anno frui? Euto quia nulla vice revertetur vacuus. Porro Pontium hoc anno Abbatiam Cluniacensem renunciatum demonstrat Praefecturae ejus duratio; annos enim tredecim eum Abbatiam Cluniacensem praefuisse, praeter alios testatur Gaufridus Prior Vofensis hujus temporis Scriptor, cui consentit Simeon Dunelmensis, qui hoc etiam seculo vixit in Hist. de Gest. Reg. Angl. ad annum MCXXII. ubi narrata ejus abdicacione statim de ejus profecione Hierosolymitana verba facit.

VII.

Petrus Leonis Cardinalis Presbyter Sanctae Mariae trans Tiberim, qui anno superiori in Galliam & Angliam Sedis Apostolicae Legatus mis-

pit &c. Quomodo autem Hierosolymis rediens invasit prædonum manu Cluniacense cœnobium aliaque nefanda patrauit, quorum causa excommunicari meruit, suo loco dicitur.

XII.

Hoc eodem anno XIV. Kalend. Januarii, migravit ex hac vita S. Berardus Episcopus Aprutinus, & septimo sui E-

PAGIUS
Initium
Legationis
Gallie
Petri
Leonis &
Gregorii
Card.

missus fuerat, & ab Henrico Angliæ Rege non receptus Romam, ut conjicere licet, redierat, hoc anno iterum in Galliam reversus est una cum Gregorio de sancto Angelo Diacono Cardinali. Hoc discimus ex Orderico lib. XII. ubi loquens de Serlone Episcopo Sagienfi, seu, ut ipse loquitur, Salariensi, ad ann. m. MCXXII. ait, inelytum Præfulem, postquam Salariensem Episcopatum XXXII. annis rexisset, VII. Kal. Novemb. (seu die XXVI. mensis Octob. qui hoc anno in feriam quintam incidebat) Missa a se cantata Clericis suis mortis suæ tempus prædixisse, & sepulcri sui locum designasse. In crastinum feria VI. (scilicet die XXVII. Octob.) in Basilicam venit, cumque tremantibus membris Missam celebrare non posset, Capellanus ejus id officium explevit. Tum hora nona ad mensam venit, sed superius jam anhelans de præsentibus nihil comedit. Surgens de mensa post veselionem paratis nunciis affuit, qui Cardinales Romanos Petrum & Gregorium adesse retulit. Vigilia quippe SS. Apostolorum Simonis & Jada tunc agebatur. Max. Præsul Clementis dispensatoribus suis dixit: „ Velociter, ite, & diligenter Romanis servite, abundantanter eis omnia dantes, quæ necessaria sunt, quia Legationem Domini Papæ, qui post Deum, universalis Pater est, deferunt, ipsique quascunque sint, magistri non sunt. Solers itaque senex in occursum eorum clientes suos destitavit, & ipse sine dolore seu manifesta agri-tudine, ut solebat, in cathedra sedens salus remansit, & in ea paulo post animam Deo reddidit. Legatio itaque Petri Leonis, & Gregorii de S. Angelo Cardinalium hoc anno inchoata, & anno MCXXIV. quo ea adhuc durabat, absoluta. Mabillonius quidem in Præfat. ad editionem Operum S. Bernardi Abbatis §. 4. num. 39. hujus Legationis initium cum an. MCXXIV. connectit, citatis Orderico ibidem & Vincen-

piscopus anno, hujus temporis lucerna super candelabrum posita, ardens & lucens in Ecclesia Dei. Hic enim ex monacho Benedictino ad Episcopatum invitatus assumptus, egregia claruit sanctitate, illustratusque est miraculis, ut ejus res gestæ tunc scriptæ declarant.

An-

tio Bellovacensi in lib. 2. de Vita S. Stephani Grandimontensis, ubi loquens de Sancti hujus Fundatoris morte, quam cum anno MCXXVI. copulat, refert Petrum & Gregorium Sedis Apostolicæ Cardinales, & Legatos sanctum Virum paulo ante mortem ejus convenisse. Verum Ordericus utrumque Legatum hoc anno in Galliam venisse diferte asserit, & Vincentius Bellovacensis annum mortis Sancti Stephani biennio serius collocavit, ut suo loco monstrabimus.

VIII.

Hoc anno Urraca Castellæ Regina ab Alfonso Raimundo filio Regno spoliata, isque ab omnibus Regni Magnatibus ut Princeps legitimus agnitus, uti Sandovalius fol. 129. & sequ. alique Scriptores Hispanici tradunt. Pacem tamen Matrem inter & Filium postea constitutam fuisse, apparet ex Instrumento or. MCLXI. Christi nempe MCXXIII. scripto, in quo Regum Legionis & Toleti nomen utriusque tribuitur; cum tamen penes unum Alfonso tota auctoritas esset.

Alfonso

VII. cum

Urraca

matre

diffidium

IX.

Eodem anno, inquit Eadmerus, qui fuit annus ab Incarnat. Domini MCXXII. & ex quo ab Episcopatu Rossens in Patriarchatum Cantuariensem translatus est annus nonus, defunctus est Cantuaria in Metropoli Sede Radulfus Archiepiscopus XIII. Kalendas Novemb. presentibus filiis suis glorioso scilicet agmine Monachorum ejusdem loci & tertio die ab hinc in medio aula Majoris Ecclesiæ decenter sepultus; quibus verbis Eadmerus librum VI. Novorum absolvit, & forsan vitam; nulla eum posthac ejus mentio. Fuit Monachus Ecclisæ Cantuariensis, ut ipsemet lib. 5. Novorum affirmat. Eius libri Novorum post Baronii mortem, Joannis eldeni opera, magno Historica veritatis compendio, in lucem prodierunt, est enim Auctor in Chronologia accuratus.

Eadmerus

absolvit

Libros VI.

Novorum

I.
Papa pro
Cassino
monasterio
laborat.

Anno Redemptoris millesimo centesimo vigesimo tertio, Indictione prima, Callistus Papa se iterum contulit Beneventum, antea autem Cassinum petiit, rursumque ejusdem monasterii monachos e manibus vindicavit potentium, excommunicans Godefredum usque ad satisfactionem. Narrat ista pluribus Petrus (a) diaconus in Chronico Cassinate. Vidi ejusdem Pontificis quatuor epistolæ datas pro monachis Cassinatibus in causa Cinglenfis Abbatie, eidem monasterio restituendæ.

(a) Pet.
diac. l. 4.
c. 82. 84.

Compo-
stellana
Ecclesia
Metropo-
lis facta.

Reversus Romam (habet vetus codex de Romanis Pontificibus ab auctore temporis hujus scriptus) idem Pontifex Compostellanum Episcopum pro reverentia corporis B. Apostoli, quod ibi repositum esse dignoscitur, de novo Metropolitannum Ann. Eccl. Tom. XVIII.

constituit, subiiciens ei totam illam provinciam tunc ob Sarracenorum hostilitatem penitus desolatam. Lucanum quoque Episcopum, quoniam ipsa Ecclesia gratiam Sedis Apostolicæ promeruerat, ampliori dignitate pallii decoravit. Hæc ibi. Fuit enim, ut dictum est, idem. Callistus pontifex studiosus ac sedulus cultor Jacobi Apostoli, in Ecclesia Compostellana sepulti, atque totius Occidentalis Orbis peregrinatione celebris. Sed & confirmavit restitutionem Ecclesiæ Bracharenfis, factam per Paschalem Romanum Pontificem, auxitque eandem Ecclesiam ejusmodi privilegio, litteris Apostolicis datis, ad Pelagium ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopum his verbis: (b) Bracharensem metropolim insignem quandam fuisse, atque inter Hispaniarum re-

(b) Apud
Joan. Ma-
ria. hist.
Hispan.
II.

Z z gna

PAGIUS
SÆC. XII
An. Era
Hisp. M.
CLXI.
An. He-
græ
DXVII.
inchoato
die 1.
Martii
fer. 5.
A. C.
1123.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6616.

© 12. G. 3. P. 15. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1123.

CALLISTI II. PAPÆ 5.

HENRICI V. REG. 18. IMP. 13.

JOANNIS COMNENI IMP. 6.

Conc. Ge-
nerale
Lateranense
primum.

Num. I. ad V. Concilium Lateranense Generale primum, de quo Baronius anno MCXXII. num. I. & seqq. agit, currenti tantum anno congregatum, recteque Tom. X. Concil. suo anno restitutum; Falco enim Auctor coævus in Chron. Simeon Dunelmensis in Hist. Anselmus Gemblacensis, passimque Scriptores, qui hoc seculo vixere, illud cum hoc Christi anno illigant, nihilque in contrarium afferri potest. Opinionem suam Baronius ex Onuphrio in Chron. Eccles. hausit, neuterque celebrati Concilii diem notavit, qui & omisus fuit in Collectione Conciliorum, & a paucis ex Antiquis memoratur. Simeon tamen Dunelmensis, tam hoc anno, quam superiori, Chronographus Mailrofenfis & Auctor Magni Chronici Belgici ex Bernardo Guidonis producit illud habitum XV. Kalend. Aprilis, quod confirmat Landolphus apud Paricellum in Mon. Baf. Ambros. num. CCCXXXIV. cum ait, Syno-

dum in secunda feria inchoatam fuisse, nempe XIV. Kalend. Aprilis; diebus enim dominicis Synodos Generales primam Sessionem non incepisse sæpius insinuavi. [1]

II.
Duabus
Sessionibus
constat.

Hæc verba Landulphi a Sancto Paulo, ex quibus etiam eximus Synodum duabus Sessionibus absolutam esse: Olrico Archiepiscopo Mediolanensi sedente in Roma, tunc cum Papa Callisto Synodum Roma celebravit; ego ab Ecclesia mea exturbatus, & probris meis rebus & allodiis expoliatus, coram domino Papa Callisto, ejusque Curia sedente in Lateranensi Palatio, causam meam notavi; & ut eam explicarem in Synodo, Synodum intravi. In qua Synodo, gratia antiquæ honestatis Mediolanensis Ecclesiæ, & condiscipulatus Olrici, valde condolui in perturbatione, quam Ravennas Archiepiscopus faciebat sibi. Possedit enim Ravennas locum sedendi in Synodo ad dexteram Apostolici, nullo mediante: quem locum Grosulanus possedit, quando restitutus fuit; Jordanusque qui Grosulano successit, eundem locum habuit tunc, quando idem Grosulanus eundem Jordanum deponere studuit. Hæc itaque ratione, & multis aliis, quæ tunc in memoria non habebantur, damnus Olricus Mediolanensis Archiep. locum illum obtinere non dubitavit. Sed tamen ipse Mediolanensis Olricus, in secunda feria, qua inchoata & celebrata fuit Synodus, loco vacante, neque in Palatio, neque in Synodo apparuit. Synodus vero tunc in tertia feria non fuit, & idem Mediolanensis Palatium non intravit. Sed in quarta feria dum Synodus celebrata fuit, Olricus idem Mediolanensis Archiep. ad dexteram Apo-

NOTÆ

[1] Dies certa qua concilium hoc Lateranense I. coeptum fuit eruitur ex Bulla Callisti II. pro canonizatione S. Conradi Constantiensis episcopi, quæ ex Lunigio relata est in novissimam editionem Conciliorum Veneto-Labbeanam tom. XII. col. 1340. Data est illa quo tempore concilium adhuc perseverabat, ait enim Pontifex: In generali, quod celebramus, concilio, ejus venerationem fratribus omnibus nunciamus. Porro in fine ejusdem sic legitur: Datum Laterani V. Kal. aprilis, in quam diem feria IV. cadebat, eandemque feriam IV. ultimam fuisse ejusdem concilii notat Landolphus apud Pagium, hic num. III. Cum igitur concilium coepit Dominica ante feriam quartam, qua finis eidem impositus fuit, ejusdem concilii exordium cum die VIII. Kal. Aprilis seu XXV. Martii componendum est. MANSI

CHRISTI
1123.

CALLISTI II. PAP.
5.

HENRICI IV. IMP. 13.
JOANNIS COMN. IMP. 5.

gna multis & dignitatis, & gloria titulis claruisse, tam antiquæ nobilitatis indicia, quam & veterum scripturarum testimonia manifestant. Verum quia consistentis in ea populi peccata corrigere divina dispositioni complacuit, irruentibus Mauris seu Moabitibus, & metropolis dignitas imminuta, & parochiarum termini sunt confusi. Sane post longa temporum intervalla divina rursus miseratio metropolim restituere, atque parochias ex parte maxima dignata est ab Infidelium tyrannide liberare. Unde dominus predecessor noster sanctæ memoriæ Paschalis Papa pristinam ei dignitatem redintegrans, sua quoque membra ei per Apostolicæ Sedis privilegium cunctavit. Ejus itaque nos vestigia subsequentes, charissime frater & Coepiscopo Pelagi, Bracharenſis Ecclesiæ, cui Deo auctore prædes, integram ipsam urbem Bracharam cum cauto illo integro, quod Comes Hen-

ricus & uxor ejus Iberasia eidem Ecclesiæ contulerunt, & cum terminis Bracharenſis Episcopatus, sicut in descriptione prædicti domini continentur, præsentis privilegii pagina confirmamus: & idem Bracharenſi metropoli Galliciam provinciam, & in ea Episcopatum cathedrarum urbes redintegravimus. Item Asturica, Lucum, Tudam, Mindunium, Auriam, Portugale, Colambriam, & Episcopalis nominis nunc oppida, Viseum, Lamecum, Egitaniam, Britoniam cum parochiis suis, Hæc Callistus. His visis, jam describamus, quæ extant vetera monumenta pontificalium functionum, quas idem Papa Callistus hoc anno in Ecclesiæ & altarium dedicatione Romæ exercuit, atque primum hujusmodi de Ecclesiæ S. Agnetis in Agone dedicatione;

Anno Domini MCXXIII. Indictione prima, mense Januario, die vigesima octava, hæc Ecclesiæ S. Agnetis dedicata est a do-

III.

PAGIUS
III.
Finitum fuit die XXI. mensis Martii.

Apostolici Callisti nulla mediante sedis. Post aliqua interposita pergit iste Historicus: Ego expectans, alterum diem convenientem mea causa, meaque querela, ex improvise vidi & audivi, quod Dominus Papa gratia consecrandi Altare disſolvit Synodum in ipsa die Mercurii, nec ultra ab eo Synodum celebrari audivi, nec vidi; sed sperans in Domino præsentis, quod Dominus Olivus Mediolan. Archiep. prout moris, & legis consuetudo. exigit, pro Rege Henrico oravit, & ei Ramos Palmiarum per Landrianensem Thealdum Mediolanensium Ecclesiæ egregium Notarium in Germaniam misit.

IV.
Quæ præcipue in eo gesta, summarie narratur.

Quæ præcipue in eo Concilio gesta hoc modo narrat Falco in Chronico: Anno MCXXIII. Dom. Incarnat. & quinto anno Pontificatus Domini Callisti II. summi Pontificis, & universalis Papa, mense Martio, prima indictionis, prædictus Callistus Pontifex consilio salutis accepto, Ultramontanos omnes fere Episcopos, & Archiepiscopos, & Abbates, & totius, ut ita dicam, Italia Ecclesiarum Pastores accessit præcepit, quatenus sancta Synodali confabulatione firmata pactum cum Imperatore Henrico postum (anno sc. superiori) perpetuo confirmaret. Ad eum jus sacri conventus præsentiam Rosfridus Beneventanus Antistes honeste properavit. Ordinato itaque Concilio tali ac tanto, Apostolicus ipse sacramenti Privilegium, quod prædictus Imperator constituerat pactis, in conspectu omnium qui convenerant, adduci & legi præcepit. Continuo ab omnibus confirmatum est & commendatum. Inter cetera vero, quæ ibi statuta sunt, treugam Dei tenendam posuerunt. Item vinculis anathematis alligavit Apostolicus ipse, si quis Beneventanam civitatem ex B. Petri potestate auferre tentaret, & alia multa, quæ huic opusculo affigere longum visum nobis est: excogitans quidem me fastidia addere, si libello tali universis componerem. Alia vero scripta omnia & notata inveniatis. Audivimus autem, & quod revera est, comperimus tale, tantumque pacis firmamentum infra Romanam urbem temporibus prædicti Apostolici advenisse, quod nemo civium, vel alienigena arma, sicut consueverat, ferre ausus est.

V.

Quoad Episcoporum, qui Concilio interfuerunt numerum, Nangius in Chron. ait, Conci-

lium trecentorum aut amplius Episcoporum fuisse, quod diu ante eum Sugerius, qui Concilio interfuit, in Vita Ludovici VI. Francorum Regis his verbis retulerat: A Domino Papa Callisto, & tota Curia honorifice valde recepti per sex menses, cum apud eum demorando magno Concilio trecentorum aut amplius Episcoporum Lateranensis compositioni pacis de que ele investiturarum assistissemus. Pandolphus in Vita Callisti II. ait, Concilium fuisse CMXXVII. Episcoporum, sive Abbatum numero, sed numeros corruptos existimo. Quoad vero Canones in eo editos, referuntur ii Tom. X. Concil. ex Baluzio ad lib. VIII. de Concordia Sacerdotii & Imperii, eruti, ex vetusto Codice MS. monasterii Anianensis, qui confertur poterunt cum Decretis ejusdem Synodi a Simeone Dugnelensi in sua Historia memoratis, ubi & Concilium istud appellat Concilium CCC. Episcoporum, & Decretis hæc verba subnectit: His Synodalibus decretis subscriptis & confirmatis Imperatorem per Legatos suos & scripta secundum præmissum scriptorum tenorem promittentem se sancta Romana Ecclesia jussa servaturum, generalis Concilii sententia ab excommunicationis absoluit vinculo, quo in Remensi Concilio fuerat ligatus. Constat enim ex iis, quæ Baronius anno MCXXII. num. VI. & seq. refert, Henricum Imp. eo anno, quo pax constituta, ab excommunicatione absolutum non fuisse. Natalis Alexander Sac. XI. & XII. part. II. Dissert. IV. art. XX. Canones XVII. in hoc Concilio inter Oecumenica non conditos percurrit, & exponit apud eum legendos.

Numerus Episcoporum præsentium, & Canonum editorum.

VI.

B. Oldegarius creatur S. Sedis Legatus in Hispania.

In Canone XI. Callistus II. peccatorum remissionem concedit iis, qui Hierosolymitanum vel Hispanicum iter suscipiunt ad Christianam gentem defendendam, & tyrannidem infidelium debellandam. Diagus in Hist. Comitum Barcinonensium lib. 2. cap. 103. refert literas Callisti II. omnibus Episcopis, Regibus, & Principibus datas statim post Concilium Lateranense, Principibus nempe Hispaniarum, eisque significat se omnibus adversus Paganos Hispaniæ Ecclesias opprimentes militantibus eandem peccatorum remissionem, quam Orientalis Ecclesiæ defensoribus concedere, subditque: Verum quia exercitum vestrum per nos,

CHRISTI
1123.

CALLISTI II. PAP.
5.

HENRICI IV. IMP. 13.
JOANNIS COMN. IMP. 5.

a domno Callisto Papa, cum remissione annuatim dicta die unius anni & quadraginta dierum. Hæc sunt reliquæ in altari posite, scilicet indumentum, quod Angelus detulit beatæ Agneti. De capillis, & velo beatæ Mariæ Virginis. De sancti Pauli Apostoli panno oculis ejus apposto in decollatione ejus. Brachium sancti Callisti Papæ & martyris, S. Agnetis, S. Anastasii, S. Eustachii. De baltheo S. Gregoris Papæ, S. Tryphonis, S. Sebastiani, sancti Hermetis, sancti Alexandri Papæ & martyris, & sancti Cornelii Papæ. Hæc in tabula marmorea ad fores ejusdem Ecclesiæ.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

ut desideravimus, visitare nequimus, charissimum fratrem nostrum Oldegarium Tarraconensem Archiepiscopum, ad ipsum ex latere nostro delegare curavimus, nostras ei vices in hoc specialiter committentes, ut ipse consilio & dispositione corrigenda corrigatur, & confirmanda, cooperante Domino confirmetur. Si qua vero dubia in exercitu eodem emergerint, ipse experientia terminetur. In fine legitur: dat. Lateran. IV. Non. Aprilis, paucis scilicet diebus post celebratum Concilium Lateranense; neque enim annus in eis legitur. Eas literas eruit Diagus ex Archivis Ecclesiæ Barcinonensis, & Bollandus ad diem VI. Martii recitat in Vita B. Oldegarii.

VII.
Tertia profectio Beneventana Callisti II.

In primo Canone simoniacæ ordinationes & promotiones modis omnibus prohibentur; simonia enim per hæc tempora grassabatur. Audiendus Falco in Chron. qui postquam de Concilio Lateranensi primo sermone habuit, subiungit: Concilio celebrato Beneventanæ venit prædictus Apostolicus Callistus (hæc tertia ejus profectio Beneventana) & quadam negotia Beneventanorum tractavit. Eodem anno Landolphus de Græca supra nominatus (fuerat is Beneventi Comestabilis) XII. Kalendas Decembris obiit, & ad Ecclesiam suam sancti Maximi sepultus est. Cumque prædictus Pontifex Callistus Beneventum venisset, vocari fecit præfatum Rosfridum Archiepiscopum, ut audivet quorundam civium accusationes, quæ ei inferebantur; accusatus enim fuerat, quod simoniacæ Archiepiscopatus honorem accepisset. Tunc Præsul ipse vocatis quibusdam suffraganeis suis & Presbyteris civitatis sacrum ascendit Palatium, & accusatoribus auditis inducias postulavit, & acceptis induciis respondit: Paratus sum Pater sanctissime juxta cano-

In diaconia autem S. Mariæ in Cosmedin, hæc itidem in marmore incisa leguntur:

Anno MCXXIII. Indictione prima, dedicatum fuit hoc altare per manus Callisti Papæ Secundi, sui Pontificatus anno quinto, mense Majo, die sexta, Alphonso Camerario ejus dona plurima largiente. Et de Sanctorum reliquiis ibidem reconditis, in alia inscriptione in eadem Ecclesia posita ista leguntur:

Anno quinto Pontificatus domini Callisti Secundi Papæ, mense Majo, die sexta, dedicatum est hoc altare per manus ipsius, ubi recondite sunt hæc reliquæ.

IV.

nica instituta ab his purgari accusationibus, & vestram sequi iustionem. Tandem juravit ipse primum cum duobus Episcopis & tribus Presbyteris simoniaco non fuisse ingressum. [1]

VIII.

A Rebus Beneventanis ad Hispanicam transiit, quia Baronius num. I. & II. de erectione Metropolis Compostellanæ, & de confirmatione Privilegiorum Metropolis Bracarenſis verba facit. Alphonſus VII. Castellæ Rex in Charta era MCLXVII. quinto Idus Aprilis scripta, anno sc. Christi MCXXIX. ait, Callistum II. patrum suum dignitatem Archiepiscopatus Emeritenſis Ecclesiæ in Compostellanam transfuisse; sed cum annum, quo hæc facta sunt, in ea non expresserit, Sandovalius in Alphonſo VII. hanc erectionem Ecclesiæ S. Jacobi in Metropoli cum anno MCXXV. copulat. Verum Vit in Antiquitatibus Hispanicis veratissimus nihil suorum studiorum Chronologia Pontificæ impertierat; ideoque Baronio standum, qui ex veteri Codice de Romanis Pontificibus ab Auctore hujus temporis scripto refert, id hoc anno factum esse. Sandovalius Scriptorum Hispanicorum Episcopos omnes Galliciæ Metropolis Compostellanæ suffraganeos constituentium errorem recte detexit, asseritque, cum ipsemet Episcopus Tudensis creatus fuit, se in archivis illius Ecclesiæ in Galicia posite reperisse annos ducentos a Callisti II. obitu Archiepiscopos Bracarenſes a Galliciis Metropolitans agnitos confirmasse electiones Episcoporum Tudensium, ab hujus Ecclesiæ cathedralis Canonicis factas.

Compostellana Metropoli dignitate aucta.

IX.

Addit, in archivis Ecclesiæ Bracarenſis diversa asservari Documenta, quibus constat eundem Archiepiscopum jus illud exercuisse in Ecclesiis Cathedralis Astorgæ, Aurie, Lu-

NOTÆ

[1] Non satis mihi exploratum est utrum aliud a priori generali Concilio, hoc an Romanum concilium admittendum sit, in quo causa Hamburgensis Metropolis ventilata fuit. Obiecit hoc anno III. Kal. Februarii Fridericus Bremensis seu Hamburgensis archiepiscopus, in cuius locum electus Adalbero ad pallium obtinendum Romam contendit. Ibi a Callisto exceptus & in archiepiscopatum consecratus vetera ecclesiæ suæ jura metropolitica super Daniam repetiit. Ejus causam pontifex habita Synodo canonice discussit, ac sententia pro Adalberone lata, pallium illi negligentia duorum Antecessorum suorum (nempe Liemari & Friderici) amissum (& in Lundenſem archiepiscopatum translatum) restituit. His actis Adalbero ad patriam remavit addito sibi cardinali viro religioso, qui ex decreto Domini apostolici, omnibus Danicæ episcopis, ut ei sicut metropolitano obedirent, ediceret. Hæc Annalista Saxo Eccardi, ex quibus lucem accipiunt quæ Pagius ad A. 1133. 20. asserit. Concilium istud aliud esse a Lateranensi I. hoc anno celebrato, ex eo deduceretur, quod neque in actis ejus vulgatis, neque in iis, quæ de illo apud varios historicos narrantur, tale quidquam legitur. Celebrari autem nostræ hæc Synodus potuit ineunte Majo, quo Callistus nondum Roma discesserat, ut patet ex iis, quæ Baronius ad hunc annum refert. MANſE

CHRISTI 1123.

CALLISTI II. PAP. 5.

HENRICI IV. IMP. 13. JOANNIS COMN. IMP. 5.

De sepulcro Domini. De veste & sepulcro S. Mariae. De lapidibus sancti Stephani. De craticula & sanguine sancti Laurentii. De reliquiis sancti Sebastiani. Unum de capitibus sanctorum quatuor Coronatorum. Brachium sancti Hippolyti martyris. Brachium sancti Bonifacii Papae Quarti. Cornelii Papae, Felicis Papae, Agapiti martyris, Anastasi martyris, Secundini martyris, Prigmeti presbyteri & martyris, Felicis & Adanti, Procelli & Martiniani, Cosmae & Damiani, Marci & Marcelliani, Casarii & Julia-

PAGIUS

Suffraganei eisdem subiecti.

Luci & Mindonii; quod confirmat Rescriptum Callisti II. in gratiam Ecclesiae Bracarensis eo tempore datum, quo Compostellae Metropolitanum jus attribuit; ut enim videre est apud Baronium num. II. Callistus confirmans restitutionem antiquae Metropolis Bracarensis a Paschali II. Papa, (ignotum quo anno,) factam, huic Ecclesiae nominatim conservat jus Metropolitanum in Acturicam, Lucum, Tudam, Mindunium, Auriam, Portugale, & Colimbriam. Callistus itaque II. Ecclesiae S. Jacobi antiqua jura, eosdemque suffraganeos attribuit, qui antiquae Metropoli Emeritensi, cujus Episcopus Lusitaniae Primas erat, alias attributi fuerant. Et tamen hoc ipso anno Callistus II. reservavit in antiqua Lusitania Metropoli Bracarensi Ecclesias Conimbriae, Lameci, Egitaniae, Visei & Britoniae in veteri Emeritensis Ecclesiae districtu postas; & quod rarius factum, Episcopatus antiquae provinciae Emeritensis dantur Praefuli, qui nunquam Metropolitani fuerat, & cujus Ecclesia continebatur limitibus alterius provinciae, Bracarensis scilicet aut Galiciae. Volens Callistus II. Ecclesiam Sancti Jacobi sine praedjudicio Bracarensis jure & maiestate augere, contulit in Compostellanam a nullo Metropolitano dependentem jura Metropolis devastatae, & quae jamdiu sine titularibus, sine Ecclesiis, & sine Episcopis erat.

X. Victoriae Alfonfi Aragoniae Regis de Sarac.

Inter haec Alfonso Aragoniae Rex incredibili perseverantia Mauros laceffebat, plurimasque de illis victorias reportabat, uti narrat Surita lib. 1. Annal. cap. 47. & Sandovalius fol. 131. Hoc enim anno Valentia Regnum cum ingenti exercitu ingressus, vastavit, incendit, everitque loca omnia quae repugnabant. In antiquis Documentis legitur, eum tantum fecum in hac expeditione habuisse Gastonem Vicecomitem Bearnensem, Petrum de Librana Episcopum Caesaraugustanum, & Stephanum Oscensem Episcopum, licet verosimile sit, inquit Surita, plures alios. Magnates in hoc arduo bello Regi operam suam commodasse. Exercitus iter continuans trajecit, Sucronem fluvium Valentiae Regnum rigantem, Xucar Hispanice appellatum; vastavit agros Dianit Oppidi inter ostia Sucronis & Artemisium promontorium siti, & in Regno Murcia variis in locis strages edidit. Sed his non contentus, Granata Regnum ingressus Andalusiam usque excurrit, & Cordubam Maurorum urbem Regiam obsidione cinxit. Quod cum Cordubensis Rex vidit, omnium Maurorum copias coegit, & acie cum Alfonso Rege conflixit. Pugnam ad locum ab Aragonensibus Arincol, & Castellanis Aransuel dictum; Mauri profligati, & undecim eorum Reguli internecione delecti, uti refert Surita. Sandovalius memo-

ni, Marcellini & Petri, Abacryi, Joannis, Abundii, Irenei, Chrysanthi & Dariae, Mariae & Martiae, sanctorum Septem fratrum, Quadragesima martyrum, Cypriani & sociorum ejus, Caeciliae virginis & martyris, Priscae martyris, Sabine martyris, Armeniae martyris, S. Serenae. De reliquiis caemeterii sanctae Mariae ad Martyres, & reliqua de veteri altari, & aliorum plurimorum Sanctorum, quorum nomina Deus scit. Anno millesimo centesimo vigesimo tertio, Indictione prima. Haec ibi. Quibus vides sanctum

rat antiquum Documentum, in quo idem dicitur, additurque Mauros Montielis Dominum suum occidisse mense Junio era MCLXI. currentis sc. Christi anni. De hoc bello legendus etiam Marca lib. 5. Hist. Bearn. cap. 21.

Parte altera Alfonso VII. Castellae Rex Burgos, Castellae Veteris caput, profectus a civibus exceptus est, solumque castellum Alfonso Aragoniae Regis causam tuendam suscepit. Castellani milites civibus, praesertimque Judaeis adjuti ita fortiter pugnarunt, ut cum oppidi Praefectus lethali plaga sauciatus fuisset, obsessi castellum dederint. Sandovalius fol. 132. Chartam in Ecclesia Cathedrali Burgensi conservatam, & era MCLXI. currenti nempe Christi anno, datam laudat, in qua legitur, quando Deus castellum de Burgis Regi Hispania dedit. His ad Alfonso Aragoniae Regem perlatis, is copias in Najara urbem immisit, alia, quae tam in Regno Castellae, quam Legionis tenebat oppida, munitionibus instruxit, & postea cum exercitu in Castellanos ditones irrupit; sed Alfonso Rex Castellae focero occurrit, ambo exercitus ad Tamaram in conspectum venere, se feque ad duorum Principum querelam praelio dirimendam compararunt; utriusque tamen partis Episcopi intercessionem interposuere, eaque conditione pacem faciendam proposuere, ut Aragonensium Rex intra quadraginta dies genero redderet oppida ad ipsum pertinentia. Verum tractatio ista effectum sortita non est, rursumque ad arma ventum, ut anno sequenti, quo pax tandem ad exitum perducta, narrabimus. Chronographus Malleacensis hujus belli ad hunc annum meminit.

B. Oldegarius, de quo mox locuti sumus, totus in restauranda civitate Tarraconensi, cujus Archiepiscopus erat, pellendisque Saracenis a finibus ejus incumberebat. Haec Ordericus hujus temporis Scriptor lib. 13. pag. 891. & seq. de illo habet: Tarracona (legendum, Tarracona) Metropolitana Sedes erat, & Odelricus (legendum, Oldegarius) eruditissimus senex Archiepiscopus florebat, & in vicis, burgisque districtis sua officium sibi injunctum exercebat. In Episcopali quippe Basilica quercus & fagi, aliaque proceres arbores jam creverant; spatiumque interius intra muros urbis a praefectis temporibus occupaverant; habitatoribus per immanitatem Saracenenorum peremptis seu fugatis, qui eandem dudum incoluerant. Denique Rodbertus insignitu Praefulis Honorium Papam (qui anno sequenti sedere coepit) adit, velle suum ei denudavit, Tarraconensem Comitatum ab omni exactione seculari liberum dono Papa recepit; & reversus, validis sodalibus questis, sibi quoque ad junctis, usque hodie custodit, Ethnicisque resistit. Jam dixerat Ordericus, Rodbertum de-

XI.

Alfonfus VII. Castellae Rex adversus eum bellum movet.

XII.

B. Oldegarius totus est in restauranda Tarracona.

CHRISTI 1123.

CALLISTI II. PAP. 5.

HENRICI IV. IMP. 13. JOANNIS COMN. IMP. 5.

atum Pontificem divino cultui addictissimum, ejusmodi sacras functiones per se ipsum potius quam per Episcopos suffraganeos obire voluisse.

V.

Quod ad res pertinet Orientis, cum jam capto in itinere a Turcis Balduino Rege Hierosolymorum, luctuosus admodum esset status Christianorum; Dei misericordia factum est, ut inexpectato classis Venetorum adventu res in meliorem statum statim collocarentur; cum videlicet Veneti suo adventu (a) Aegyptiorum classem, instantem litora Palaestinae, apud Joppen in obsidione ejus civitatis repertam, quamvis navibus superiorem magnis animis aggressi, gloriose vice-

(a) Vail. Tyr. l. 12. c. 21. 22. 23.

PAGIUS

Culcio Equitem Normannum post praelium ad Cutandam anno MCXXXI. datum, cui ipse interfuit, sedem Tarraconae fixisse. Hunc Scriptores Hispani vocant Robertum Aquilonium, quem ortum esse ex nobilissima gente de Tria in Normannia, ostendit Baluzius in Supplem. ad Marcum Hispanicam lib. 4. pag. 489. Porro loco Odelrici, legendum esse, Oldegarii certo deducitur ex Diago lib. 2. Hist. Comit. Barcinonensium cap. C. ubi ait Oldegarium in Archiepiscopatum Tarraconensem successisse Berengario demortuo, qui Ausonensis Episcopus, & Tarraconensis Episcopus titularis fuerat. Locus ille Orderici decepti Mabilionium in brevi Nota ad Epistolam CXXXVI. Sancti Bernardi, ubi dicit Oldegarium juxta Ordericum Odelricum successisse. Praeterea corrigendus hic error Orderici, qui ibidem scribit de Roberto Tarraconensem Comitatum ab omni exactione seculari liberum dono Papa (sc. Honorii II.) recepit. Diago enim lib. 2. Hist. Comitum Barcinon. cap. CXL. tradit constare ex Instrumentis a se in archivis urbis Barcinonensis visis Tarragonam Roberto de Aguione die XIV. Martii anni Incarnat. MCXXXVIII. ab Oldegario Archiep. Tarraconensi in feudum datam fuisse. Ditionem autem illam a Comite Barcinonensi Archiepiscopos Tarraconenses dono obtinuisse, Acta publica docent.

XIII. Tarracona a femina defenditur.

De Roberti qui & cognominabatur de Bor-det, uxore haec subdit Ordericus: Interim dum pergeret (nempe Robertus) Romam, itemque pro colligendis sodalibus rediisset in Normanniam, Sibylla uxor ejus filia Guillelmi Capra servavit Tarraconam. Hac non minus prohibite, quam pulchritudine vivebat. Nam absente marito pervigil excubabat, singulis noctibus loricae ut miles induebat; virgama manu gestans murum ascendebat, urbem circumibat, vigiles excitabat, cunctis ut hostium insidias caute praecaverent, prudenter admonebat. Laudabilis est juvenis haec, qua marito sic famulabatur fide, & directione sedula, populumque Dei pie regerebat pervigili solertia.

XIV.

Ad num. V. Alexio Imperatore Orientis demortuo. Joannes filius ac successor cernens Venetorum ex Privilegiis paternis, opibus abundare eorum maritimarum potentiam suspectam habuit, & Privilegia confirmare renuit. Inde, inquit Joannes Lucius in Hist. de Regno Dalmatiae lib. 3. cap. 10. simulatibus primis Venetos inter & Graecos ortis, illi tertiam expeditionem in Terram Sanctam facientes Graecorum loca infestant; sed Dux Venetiarum victri-

mortalemque laudem pepererunt. Qui magno amore ab indigenis, ut liberatores Terrae sanctae accepit, Hierosolymis digne sunt habiti, plurimisque privilegiis aucti; quorum diploma adhuc integrum extat, datum hoc anno, subscriptione munitum. Recitatur ipsum a Wilhelmo (b) Tyrio, licet mendosum non nihil, (b) ibid. c. quod tu pro arbitrio consulere poteris. 25. Porro eorumdem Venetorum auxilio capta praesens est anno sequenti tertio, Kal. Julii Tyrus inexpugnabilis civitas.

Quo pariter anno cum Joannes Comnenus Imperator ageret annum quintum in Imperio (ut de eo scribit Nicetas Choniata) ope Dei Genitricis Mariae de barbaris Scythis trans Istrum habitantibus, & in-

VI. Joannes Imp. ope Dei Genitricis victorias consecutus.

cem classem reducens, & Graecorum loca in Aegaeo vastavit, & Dalmatiam recuperavit, & Imperator, Privilegia paterna confirmare per-suasus fuit; a quo tempore Veneti navigationes quietas profecti sunt. Quid vero hoc anno adversus Christiani nominis hostes in Syria Veneti egerint, narrat Baronius ex Tyrio lib. 12. eaque de re legendus etiam Fulcherius Carnotensis, qui tunc Hierosolymis erat, lib. 3. qui ait, classem eorum fuisse navium CXX. exceptis carinis vel carabis, quarum alia quidem rostrata, alia onerata, alia vero triremes fuerunt. Cum Saraceni naves octodecim de classe Venetica perciperent & se appropriare, pugnam audacter adversus eos suscipiunt, sed Veneti in eos irruunt, omnesque detruunt: fide caret, inquit Fulcherius, quod ultra humanum auditum navibus vasas occidentium sanguine fluido tingerentur. Itaque naves multis onusta opibus capiuntur. Corporibus quidem extra naves tunc factis, usque ad quatuor millia passuum salum rubescere circum- quaque videretis.

Refert ibidem Tyrius cap. 21. Christianos manu valida Aegyptios repulisse, eodemque praesidio septem millia ex eis occidisse. Qua de re Anselmus Gemblacensis in Chron. hoc anno scribit: Balduinus Hierosolymorum Rex a Saracenis capitur. Qua de re mente excedentes undique versum evocati, ad sexaginta millia conglomantur, ut Christianos a finibus suis exterminarent, &c. Dies pugna indicitur. Procedunt Christiani cum militibus & peditibus viri ad tria millia estimati, &c. Abbas olim Cluniacensis Pontius profert lanceam transfixam in latere Christi. Periere septem millia infidelium, omnes vero Christiani incolumes reversi sunt. Balduinus anno sequenti in libertatem astrictus, ut ibidem dicitur.

Ad num. VI. & seq. Nicetas Choniata loquens de gestis a Joanne Comneno quinto Imperatoris ejus anno, ait eum educto Beroc, ubi castra habebat; exercitu, Scythas aggressum esse & illustrem de illis victoriam reportasse: Haec de Scythis parte victoria, subdit Nicetas, & illustri edito facinore, Joannes vota Deo persolvit, quod festum Razinacorum nostro tempore dicitur, in rei gestae monumentum, & grati animi testimonium. Quibus ex verbis intelligimus, Scytas illos alios non fuisse quam Hungaros, Pazinacas seu Patzinates a Scriptoribus Graecis vocatos, ut alibi observabimus. Haec praesenti anno, qui Imperii Joannis quintus est, gesta.

Sed

CHRISTI
1123.CALLISTI II. PAP.
5.HENRICI IV. IMP. 13.
JOANNIS COMN. IMP. 5.

& ingenti agmine Thraciam invadentibus victoriam obtinuit: de quo post alia, quæ in prælio dura, & ardua Romanorum exercitui contigerunt, ista Nicetas: *Cum Romana phalanges, urgentibus hostibus, & audacius se inferentibus laborarent: Imaginem Dei Genitricis cum genuitu & miserabilibus gestis Imperator intuens, lacrymas bellicis sudoribus calidiores fundebat; neque id frustra. Statim celesti robore armatus, Scythicam aciem profigat, quemadmodum olim Moyses extensionis manum Amalechitarum turmas dissipavit. Assumptis igitur armigeris qui clypeis oblongis, & prominentibus galeis insar muri inexpugnabilis muniuntur, cum Scythis congregitur. Qui cum dissoluta illa curruum serie ad manus venirent, in turpem versi fugam, a Romanis alacriter persequentibus magno numero caduntur Hamaxobii illi, castrisque direptis, innumerabiles capiuntur. Sed & transfugæ desiderio captivorum popularium confluebant, adeo ut in Occidentali quadam provincia Romana pagi ab eis conderentur, quorum adhuc reliquæ superant, nec pauci in sociorum cohortes referrentur, & major turba ab exercitu*

PAGIUS
XVII.
Genus
triumphi
in Impe-
rio Orien-
tali usi-
tatum.

Sed triumphus Beatissimæ Virginis Mariæ, quem Baronius num. VII. ex eodem Niceta recitat, aliquot post hunc annis Constantinopoli exhibitus. Scribit enim Nicetas, non multo post Joannem Imp. contra Triballos seu Servios expeditionem suscepisse, eosque acie victos ad pacem coegisse. Narrato deinde bello Hunnico subdit, succedenti tempore, copias coegisse, & naves expeditas comparasse, iisque per Pontum in Istrum trajectis, hostes terra & aqua adortum esse, & post varias dimicationes pace cum Hunnis, cæterisque Barbaris facta, de hostibus remotioribus subigendis cogitasse, & Italiam maritimam sibi conciliasse. Tum traducto in Orientem exercitu Persarum aggreffum eos superasse, & Byzantium reverfentium triumphum indixisse. Describit triumphum illum, aitque quadrigas a quatuor equis tractas fuisse, & currum argento interpunctum non Imperatorem conscendisse, sed Dei genitricis Imaginem in eo collocasse, cui victorias, ut collega imperii invidiam acceptas ferebat. Cinnamus lib. 1. pag. 7. postquam eundem triumphum retulit, ait: *Res miraculi insar a Byzantinis visa, quod a nemine, ut opinor, factitatum noverant, ex quo Heraclii & Justiniani imperium obtinere.* Verum, ut observat Ducangius in Notis ad Cinnamum, facile refellitur Historicus iste ex Europalata & Zonara, tradentibus Joannem Zimissem, devictis Bulgaris, ita triumphum duxisse, ut totam rerum bene gestarum gloriam Deiparæ adscripserit, cujus Imaginem in curru collocatam ipse subsecutus est. Vide quæ de hoc triumpho ex Leone Diacono hæcenus inedito de Zimisce loquentes diximus. Id ipsum postea imitatum Manuelem Joannis in Imperium Successorem, debellatis Pannonibus, tradit Nicetas lib. 5. num. 3.

XVIII.

Ordericus lib. XII. pag. 873. narrata Radulphi Archiepiscopi Cantuariensis morte, quæ anno superiori, ut ibidem diximus, non vero

capta videretur. Hac de Scythis partem victoria, & illustri edito facinore, Joannes vota Deo persolvit, quod festum Pazziacarum nostro tempore dicitur, in rei gestæ monumentum, & grati animi testimonium. Non multo post contra Triballos, &c. Subiicit etiam de aliis per eundem Imperatorem victoriis obtentis ope pariter sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, cui ut unicæ vidrici religiosum paravit triumphum, qui ab eodem Niceta ita describitur:

Byzantium reversus triumphum iudicis, & currum argento interpunctum compingi jubet, opus admirabile, & gemmis pretiosissimis ornatum. Cum dies supplicationis adesset, omnis generis tapetes auro & purpura intexti vicos exornabant, nec deerant Christi & Sanctorum effigies in iis ad vivum expressæ; erant & tabulata utrinque propter spectatores strueta, digna admiratione. Fuit autem locus urbis sic instructus, qui ab Orientalis porta usque ad magnum palatium pertinet. Quadriga a quatuor equis nive candidioribus trabebantur. Imperator vero non conscendit, sed Dei Genitricis imaginem in eo collocavit, ob quam lætitia exul-

VII.
Trium-
phus Dei
Genitri-
cis vin-
centis.

PAGIUS

Guillelmo primo in regno confirmato, clarescentibus culpis, iudicio Synodi depositus est: unde nec in Catalogo Pontificum computandus est. Angli Monachos, quia per eos ad Deum conversi sunt, indecenter diligenter honoraverunt; ipsique Clerici reverenter & benigne sibi Monachos præferri gavisi sunt. Nunc autem mores & leges mutata sunt, & Clerici ut Monachos confutent & conculeent, clericos extollunt. Ita Ordericus Uticensis in Neustria Monachus.

XX.

Obitus
Marbodi
Redonensis
Episcopi.

Hoc anno Marbodus Episcopus Redonensis vitam cum meliore commutavit, ut testatur Chronographus Andegavensis Tom. I. Biblioth. Labbeanæ, qui ingressurus viam universæ carnis Pontificali onere deposito Sancti Benedicti habitum suscepit, & B. Albino se tradidit, pauperem Christum pauper & ipse secutus, ut legitur in Chartulario Sancti Albini. Varia scripti Opera, ex quibus plura periere; sed tam deperdita, quam impressa & MSS. enumerat Oudinus in Supplement. de Script. Ec-

CHRISTI
1123.CALLISTI II. PAP.
5.HENRICI IV. IMP. 13.
JOANNIS COMN. IMP. 5.

stans, pedes antecessit: & Dei Sapientiæ templum ingressus, atque in conspectu omnis populi ob successus gratias Deo actis, in palatium abiit. Hucusque Nicetas.

Se-

cles. Circumfertur sub ejus nomine Epistola ad Robertum de Arbriffello, qua eum portentosis criminibus accusat, sed quodnam de ea iudicium ferendum sit, jam anno MCXVII. diximus. Eius Elogium ex veteri Chartulario mox citato Sancti Albini Andegavensis referunt Sanmarthani, ex quo liquet, eum die XI. Septembris animam Deo reddidisse, extatque Tomo XIII. Spicilegii Marbodi Epistola ad Hildebertum Conomannensem Episc. qui illum consuluerat de viro a quo uxor debitum tori postulabat, licet ipse votum Monasticæ vitæ, consensu ejus emisisset.

Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. Concilii Bituricensis his verbis meminit: *Habitum est Concilium apud Bituricas V. Idus Decemb. sed nihil ejus superest. [1] In eum diem hoc anno Dominica cadebat. Quare Concilia particularia, sicuti mox vidimus de generalibus, a feria secunda sæpe exordiebantur, post rem divinam die Dominico. rite procuratam.*

XXI.
Concil.
Biturica.

NOTÆ [1] DE Synodo hac Bituricensi vide quæ diximus in nota ad A. 1098. I. MANSÆ

currenti, ut ipse per hæc tempora in Chronologia parum certus affirmat, contigit, de ejus Successore hæc scribit: *Cui Vuillelmus riefes & Curvulensis Canonicus Regularis post aliquot annos successit. Ecce antiquus mos pro invidia, rii de qua Clerici contra Monachos urebantur, depravatus fuit. Augustinus enim Monachus, qui primus in Anglia Christum predicavit, ac Edalbertum Regem, & Sabertum nepotem ejus cum populis Cantia & Landonia ad fidem Christi convertit, jussu Gregorii Papa Primas Metropolitanus totius Britannia floruit. Omnes exinde usque ad Radulphum Dorobernia Archiepiscopum præter Frigeardum, & Odam atque Stigaudum, fuerunt Monachi. Frigeardus quippe Capellanus Lothari Regis ad Præsulatum fuit electus, & Romam ut ab Agathone Papa consecraretur destinatus. Deinde datis a papa induciis decem dierum, expectans benedictionem interea decidit in lectum, & sine Præsulatus unctione exhalavit spiritum.*

Archiep.
Cantua-
riensis &
monaste-
rii de
more as-
sumti.

Oda vero pro nobilitate & morum benignitate, de Clero assumptus & Archiepiscopus est consecratus. Qui postquam omnes antecessores suos Monachos fuisse comperit, libenter ac devote habitum mutavit, & religiosus Monachus ac Archiepiscopus usque ad mortem Deo militavit. (Eadmerus, qui idem ac Ordericus narrat, ut anno MCXIV. num. V. vidimus, neque Frigeardum, neque Odam inter Archiepiscopos ex Clero assumptos numerat, quia primus ante suam ordinationem mortuus, alterque Monachus postea induit). *Stigaudus autem Emma Regina Capellanus admodum secularis & ambitiosus extitit, qui primum Landonia, postmodum Cantuarina cathedram invasit. Verum a Romano Papa nunquam Pallium habuit, imo ab Alexandro Papa interdicitur Haraldum profanavit, dum in Regem benedicere debuit. Quapropter idem, sicut, a se exaltatus intumuit, sic a Deo humiliatus & confusus ingemuit. Nam Guil-*

XIX.
Nonnis-
ter & Cle-
ro.

JESU CHRISTI ANNUS 1124.

CALLISTI PAP. II. ANNUS 6.

HENRICI IV. IMP. 14. JOANNIS COMNENI IMP. 6.

I. De Apofolatu S. Otton. ad Pomeranos.

Sequenti anno, qui est Redemptoris millesimus centesimus vigesimusquartus, Indictione secunda, Otto Episcopus Bambergensis, de quo saepe superius dictum, a Callisto Papa accepit Apofolatum ad Pomeranos. Quae hujus subditus Abbas Urspergensis, qui ista tunc scribebat, fufe profequitur. Convertitenim populos illos, meruitque dici Apofolus Pomeranorum. Antequam autem ad eos proficisceretur, amplas donationes suae Ecclesiae contulit, quindecim monasteria, quae crexit non sine aulicorum invidia, qui ad Imperatoris subsidium potius, quam in monachorum alendorum supervacaneam impensam, divitias erogandas esse jactarent. Quae omnia Callisti Papae privilegiiis munienda curavit, atque primum pro eorum immunitate ab eodem Pontifice hoc accepit privilegium:

Callistus Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babergerensi Episcopo salutem & Apofolicam benedictionem.

Bonis fratrum nostrorum studiis non solum favere, sed ad ea ipsorum etiam debemus animos incitare. Tuis ergo charissime & venerabilis frater Otto Babergerensis Episcopo supplicationibus inclinatis monasteria, quae ipse propriis sumptibus extruxisti, & Babergerensi Ecclesiae conferens, Apofolica Sedis roborari munimine quaesivisti: in B. Petri ejusque Romanae Ecclesiae protectione suscipimus contra praevorum hominum nequitiam defendenda. Statuimus ergo, ut possessiones, praedia, & bona omnia, quae & fraternitas tua eidem monasteriis divini amoris intuitu contulit, quaeque aliorum Fidelium justa oblatione concessa sunt, aut in futurum juste, legaliterve acquiri vel offerri contigerit: firma eis & illibata Domino auctore permanent. Ordinationes sane Abbatum vel monachorum suorum a Catholicis Episcopis diocesani accipiant. Rerum vero ipsorum monasteriorum curam &

Callisti Pap. privilegium concessum Monasteriis S. Ottonis.

PAGIUS SAC. XII. An. Erae Hisp. M. CLXII. An. Hegire D. XVIII. inchoato die 18. Febr. fer. 2. A. C. 1124. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6617.

© 13. FEB. D. 4 P. 6. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1124.

HONORII II. PAPÆ 1.

HENRICI V. REG. 19. IMP. 14.

JOANNIS COMNENI IMP. 7.

Num. I. ad VI. Anonymus, qui Vitam Sancti Ottonis Bambergensis Episcopi ab

administrationem in tuo, tuorumque successorum arbitrio & potestate remanere censemus. Nulli itaque hominum facultas sit eadem monasteria perturbare, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis fatigationibus vexare; sed omnia integra conserventur eorum, per quorum sustentationem, & gubernationem concessa sunt usus commodis profutura. Si qua igitur Ecclesiastica, secularisque persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit: potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris JESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem monasteriis justa servantibus, si pax Domini nostri JESU Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeterna pacis inveniant. Scripta per manum Gervasii Scribarii Regionarii & Notarii sacri Palatii. Desiderantur annus & dies; sed sequenti pro rebus donatis Ecclesiae Babergerensi annus utique praefens apponitur, quod sic se habet:

Callistus Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babergerensi Episcopo salutem & Apofolicam benedictionem.

Sanctorum Patrum praecipis & canonicis sanctionibus demonstratur, quod praedia & possessiones Ecclesiarum, quae vota Fidelium, pretia peccatorum, & pauperum patrimonia nuncupantur, vendi vel alienari non debeant. Quae enim divinae majestatis obsequio, & celestium secretorum usui sunt dicata, non decet in alienam jus redigi, vel in alterius servitii formam transmutari. Nempè (ut B. Sym-

II. Callist. privilegium concessum Eccles. Bamberg.

Henrico Caniso Tom. II. Antiq. Lect. recitatum non multo post hujus Sancti Praefulis mortem literis mandavit, ait in Praefatione cum ante Episcopatum in Polonia scholam puerorum accepisset, & magnam in ea regione famam sibi comparasse, cumque aliquot annos probe & sapienter ibi mansisset, uxor Ducis defuncta est, Boleslai nempe Poloniae Ducis hujus nominis III. qui primis nuptiis sibi copularat, ut Chronerus lib. 5. de gestis Polon. refert Sbislaviam Kiovensium Principis filiam, Otto, ut subdit idem Anonimus, Boleslao Duci Auctor fuit, ut si vellet ad alios toros venire, acciperet uxorem in partibus Teutonicis, cum nihil ei querendam esset, nisi amicos, genus, potentiam utpote cui opes abunde suppeditarent. Hanc in

Boleslaus III. Poloniae Dux sororem Henrici Imp. uxorem ducit.

CHRISTI 1124.

CALLISTI II. PAP. 6.

HENRICI IV. IMP. 14. JOANNIS COMN. IMP. 6.

machi Papae verbis loquamur) possessiones, quas unusquisque Ecclesiae propriae dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis aut distractionibus, vel sub quocumque argumento non patimur. Ea propter nos tuis justis postulationibus annuentes, Mansos, qui Episcopalis mensurae servitio dediti sunt, in eodem statu, in quo bene a te dispositi cognoscuntur, futuris temporibus permanere, praesentis scripti nostri confirmatione sancimus: statuentes, ut nulli successorum tuorum, vel alicui hominum liceat eos vendere, sive in laicorum beneficium tradere, vel in usum alios commutare. Sed sicut a te dispositum est, de unoquoque praedictorum Mansorum denarius unus annis singulis Babergerensi Ecclesiae pro anima Imperatoris Henrici fundatoris ejus, ad concinnanda luminaria conferatur. Abbatias vero, & regulares Canonicas per industriam tuam in religionis ordine stabilitas, & alia a te recte constituta, nulli hominum facultas sit in posterum immutare. Si quis autem contra hanc confirmationem venire temerario ausu praesumpserit: excommunicationis vinculo subjacebit. Data Laterani, Idibus Aprilis, Indictione secunda.

III.

His ita dispositis & stabilitis, ad Apofolatus suscepti munus divini Spiritus roboratus gratia se accinxit, cum jam ante a Polonorum Duce Bolizlao his literis fuisset invitatus:

Epistola Ducis Poloniae ad Ottonem.

Domino suo & Patri amantissimo Ottoni venerabili Episcopo Bolizlao Dux Polonorum filialis obsequii humilem devotionem.

Quia in diebus juventutis tuae apud patrem meum decentissima te honestate conversatum memini, & nunc quoque Domino Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

in rem ipsemet Sanctus Otto Legatus eligitur; eo tempore soror Imperatoris in contubernio ejus manebat, de qua Otto felices nuptias expectabat. Duce igitur optatis thalamisposito, major iterum gratia Ottoni accessit, sui que paranyphi domina oblita non est. Idem Chronerus, cujus tempore hic Anonymus in tenebris latebat eam Adelaidem appellat. [x]

II.

Postquam Boleslaus III. variis praeliis Pomeranos sibi subiecit, de fide Christiana in illam gentem referenda cogitavit, literasque dedit

nas tecum est; firmans te, & benedicens tibi in omnibus vis tuis: si tua non displices dignitati, veteres tecum renovare amicitias, tuoque consilio simul & auxilio uti, ad Dei gloriam promerendam ipsius gratia coadjuvante cupimus. Non si enim, ut arbitror, quomodo Pomeranorum cruda barbarie, non mea quidem, sed Dei virtute humiliata, societas Ecclesiae, per Baptismi lavacrum se admitti petunt. Sed ecce per triennium laboro, quod nullum Episcoporum, vel sacerdotum idoneorum mibive assinium ad hoc opus inducere queo. Unde quia tua sanctitas ad omne opus bonum prompta & indefessa praedicatur: rogamus, pater amantissime, non te pigeat, nostro comitante servitio, pro Dei gloria, tuaque beatitudinis incremento id laboris assumere. Sed & ego tuae paternitatis devotus famulus impensas omnes, & socios itinorum, & linguae interpretes, & coadjutores presbyteros, & quaecumque necessaria fuerint, praebabo. Tu tantum sanctissime Pater, venire dignare. Haecenus Ducis ad Ottonem epistola de Apofolatu ad Pomeranos suscipiendo. Sunt Pomerani populi Slaviae, ita dicti, quod juxta mare sint positi.

IV.

Quod autem idem vir Apofolicus Ottoprobe sciret, non esse alterius cujuspiam, aut ab animi alicujus arbitrio pendere sibi sumere ad Gentes Apofolatum, quamvis invitatus sit a secularibus dominis, sed esse primariae Sedis Apofolicae auctoritatis, Petri successoris, & Caristi Vicarii dumtaxat; ne in vacuum curreret, sciens quod quae a Deo sunt, ordinata sunt: primum omnium a Romano Pontifice facultatem hujusmodi

De legitimo S. Ottonis Apofolatu.

A a a im-

ad Ottonem Episc. Bambergensem nullo temporis charactere notatas, & a Baronio num. III. relatas, quibus eum rogavit, ut quia in diebus juventutis ejus apud patrem suum decentissima honestate conversatus esset, ipseque per triennium frustra laborasset ad Sacerdotes huic operi idoneos inveniendos, cum non pigeret, id laboris assumere, & ad se venire. Anonymus lib. 11. Vitae hujus Apofoli Pomeranorum de iis, quae ibi hoc & sequentis anni initio gestae, fufe loquitur. Uratislaus Pomeraniae Dux, am-

Conversio Pomeranorum per S. Ottonem Episc. Bamberg.

NOTAE

[x] HAs Boleslai III. seu potius Uladislai nuptias loco plane non suo Pagius recitat; cum enim illas tractarit perfeceritque S. Otto nondum in Bambergensem cathedram assumptus ut ex anonymo Vitae ejus auctore constat; & infulas illas obtinuerit anno 1103. seu anno 1106. ut in Nota ad A. 1103. demonstravimus, hinc sequitur conjugium illud ante illum annum coaluisse. Et quidem aliquot annis praecessisse id oportet; cum idem S. Otto post ascitam in thronum Polonicum sortem Henrici in ejus & viri obsequiis aliquandiu subliterit, donec petenti Henrico a Polono concessus, Capelani munus apud illum egit, dein Cancellarii dignitatem obtinuit, & aliquandiu exercuit, antequam Bambergensem cathedram ascenderit. Melius igitur has nuptias foris Henrici IV. conciliatas fuisse cum Uladislao Duce Boleslai patre anno 1086. dixeris, qua in re historici Poloni omnes cum Duglosto hist. Polon. l. 4. col. 308. coharent. MANSI

CHRISTI
1124.CALLISTI II. PAP.
6.HENRICI IV. IMP. 14.
JOANNIS COMN. IMP. 6.

impartiri sibi per litteras procuravit, quam hoc ipso anno a Callisto Papa impetrasse, Urspergensis Abbas rem ipsam oculis intuens, ita testatur:

Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo vigesimoquarto, Indictione secunda, Callisto Papa Secundo Romane Sedi presidente, Otto Dei gratia Babenbergensis Ecclesie Episcopus, divino admonitus instinctu, praedicti Apostolici auctoritate & assensu roboratus, partes Pomeranorum paganorum cum quibusdam civitatibus terre Lutitiae aggressus est, ut eos ab errore suo revocaret, & ad viam veritatis, & ad agnitionem Filii Dei perduceret, &c. Quomodo autem feliciter actum ut praedicans verbum Dei, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis (ne quid minus habere videretur ab antiquis Apostolis) Gentem illam ad Christianam fidem suscipiendam praedicatione Evangelica sit hortatus, factusque voti compos, eos omnes reddiderit Christianos: qui res ab eo gestas ejus temporis scriptor tribus libris exacte conscripsit pluribus narrat, quem nuper editum auctorem a Canisio secundo como antiquae lectionis quivis pro arbitrio consulat. Quod vero (ut dictum est) Urspergensis hoc anno sub Callisto Papa, & auctoritate ejusdem id factum affirmet, auctor vero vitae Ottonis totum id tribuat Callisti successori Honorio Papae; haud puto adeo inter se diversa fuisse, ut invicem conciliari non possint. Cum facile potuerit evenisse, ut quod a Callisto Papa concessum idem Otto, de quo agimus, accepisset, id ipsum per ejus successorem voluerit confirmari.

V.
Instituto
S. Ottonis tradi-
ta Pome-
ranis.

At vero, praeter Catholicam Fidem, quam eos involatam servare docuit, quibus sacris ritibus eisdem Pomeranos imbuerit, idem Urspergensis recensere, sigillatim minime praetermisit, Deo id volente ad Novatorum perfidorum fugillationem; ait enim: *Quibus baptizatis & conversis Ecclesiam construxit, & consecravit, & hac secundum sanctorum Patrum instituta eos servare docuit, scilicet ut sexta feria abstineant a carne & lacte, more ceterorum Christianorum. Dominica die vacent ab omni opere malo & ad Ecclesiam divinum officium audiri veniant, ibique orationibus studiose insistant. Solemnitates Sanctorum cum vigiliis, vel secundum quod eis indica-*

PAGIUS

amboque ejus filii a Sancto Ottone baptizati & Adelbertus Pomeraniae Episcopus renunciatus Sedem posuit Vollini quod oppidum est insulae Julini ad ostia Oderae fluvii, sed ea anno MCLXXV. Caminum translata. Ante diem Palmatum ad sedem suam sanctus Otto reversus est, ait Anonymus, & gaudium Paschale du-

tum fuerit, cum omni diligentia observent. Sacrosanctam Quadragesimam jejunii, vigiliis, elemosinis, & orationibus diligentissime observare studeant. Infantes suos in sabbato sancto Pascha & Pentecostes cum candelis & cappa, quae dicitur vestis candida, & patris comitantibus ad baptismum deferant, eosque veste innocentiae indutos per singulos dies usque in octavam diem ejusdem sabbati ad Ecclesiam deferant, & celebrationi divini Officii interesse satagant. Hoc etiam injunxit, ne filios suos necarent, quod nefas maxime inter eos vigeat. Ne etiam filios suos, & filias ad baptismum teneant, sed sibi patris querant: patris etiam fidem & amicitiam, ut carnalibus parentibus fervent. Indixit etiam, ne quis commatrem suam ducat in uxorem, neque propriam cognatam suam usque in septimam & septimam generationem & unusquisque contentus sit una uxore. Ne sepeliant mortuos Christianos inter Paganos in silvis, aut in campis, sed in cimiteriis, sicut mos est omnium Christianorum. Ne fustes ad sepulcra eorum ponant, omnem ritum, & pravitatem paganam abiciant, domos idolorum non construunt, pythionissas non adeant, sortilegi non sint, nequid immundum comedant, non morticinum, non suffocatum, neque idolo-byrum, neque sanguinem animalium: ne communicent paganos. Sed haec ex ritu Graecorum potius quam Latinorum. Pergit: Ne cibum aut potum cum eis, aut in vasculis eorum sumant, ne in his omnibus consuetudinem paganam repetant. Injunxit etiam eis, ut dum sani sunt, veniant ad sacerdotes Ecclesiae, ut confiteantur peccata sua: in infirmitate autem sua vocent presbyteros ad se ut confiteantur peccata sua, & Corpus Domini accipiant. Injunxit etiam, ut de perjuriis, de adulteriis, de homicidiis, & de ceteris criminalibus secundum canonum instituta poenitentiam agant, & in omni Christiana religione & observatione obedientes sint. Mulieres post partum ad Ecclesiam veniant, & benedictionem a sacerdote (sicut mos est) accipiant. Hucusque Urspergensis. At in (a) vita ipsius ista pluribus, praesertim de catechesi circa septem Ecclesiae sacramenta, quam discessurus illis pro concione tradidit. Quae cuncta non ut ab homine, sed a Deo ipso accepta fidelissime custodierunt, utpote ea cuncta Domino confirmante (ut dictum est) sequentibus signis. Ad

plicavit, quod & suam praesentiam civibus exhiberet, & tanto cum foenore tot animas Christo lucratus esset. Helmoldus in Chron. Slavorum lib. 1. cap. 41. hanc Sancti Ottonis Missionem cum anno sequenti conjungit, quia ad finem ejus respexit. Auctor vero Anonymus praefatus eam Honorio II. attribuit, quia

(a) Vit.
Ottonis.
l. 1. c. 8.

CHRISTI
1124.CALLISTI II. PAP.
6.HENRICI IV. IM. 14.
JOANNIS COMN. IMP. 6.

VI.
Callisti
Papae ob-
itus.

Ad finem autem vergente anno, febre correptus Callistus Papa, ut Pandolphus habet, moritur, sepeliturque in basilica Lateranensi juxta Paschalem Papam in festivitate sanctae Lucia virginis. Alii vero haec ita: Moritur decimoquarto Kalendas Januarii, cum sedisset annos quinque, menses decem, & dies... sepeliturque in basilica Lateranensi. Et in alio codice Vaticano ista: Hic fecit ordinationem per mensem Decembrem, diaconos, presbyteros, & Episcopos plurimos creavit, quos per diversa loca distribuit. Pandolphus autem Pisanus nominat aliquot ab ipso ordinatos, atque: Primum dominum Petrum Leonis Cardinalem presbyterum ordinavit sanctae Mariae trans Tiberim, ubi oleum fluxit: dominum Crescentium presbyterum Card. SS. Petri & Marcellini: Robertum presbyterum Cardinalem sancti Clementis, cum aliis presbyteris Cardinalibus: sed & creavit diaconos Cardinales, Jonatham sanctorum Cosmae & Damiani, Matthaeum sancti Hadriani, Americum sanctae Mariae novae, Angelum sanctae Mariae in Dominica, sive Domnica, Gregorium, qui & Tarquinus dicitur, S. Sergii, Joannem Dauserii virum nobilem de Salerno, S. Nicolai in carcere Tulliano. Subdiaconos aliquot, neque Pandolphum usque ad subdiaconatum promovit, & innumeros sepe minoris officii clericos ordinavit. Haec de ordinationibus; pergit autem: Nemo hunc vidit beati Petri basilicam absque donis intrare, nec Missam inibi, nisi assignato dono, cantare. Et paulo post: Ad honorem sancti Petri adjunxit cortinas multas, & pallia, & candelabra de argento, campanas, & pavimenta, fundos & casalia beato Petro donavit, & multa per Ecclesias Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

is hoc anno ad culmen Apostolicum evedus est. De secundo Sancti Ottonis in Pomeraniam, & in Leutitiam seu Liutitiam itinere anno MCXXVIII. sermo erit.

III.
Legatio
Gallica
Petri Leo-
nis Car-
dinalis.

A num. VI. ad IX. in Chronico Malleacensi ad annum MCXXIV. legitur: Fuit Concilium Carnati, &c. fuitque aliud Clermondo Concilium, & aliud Bolvago: alterum quoque Viennae. Quod in iis gestum ignoratur; sed Chronographus Maurigniacensis pag. 376. testatur, Petrum Leonis S. R. E. Cardinalem, quem jam diximus, anno MCXXII. Sedis Apostolicae Legatum in Franciam missum esse. Carnotensi & Bellovacensi Conciliis praesidisse: & quia is postea sub Anacleto nomine Antipapa fuit, juvabit hic referre, quae de eo Chronographus iste in medium adducit: Fuit hic Petrus Petri filius, filii Leonis. Leo vero a Judaismo Pascha faciens (id est, transitum, quod vox illa Hebraica significat) ad Christum, a Leone baptizari & ejus nomine meruit insigniri (Leonem hunc & Judaeis prognatum scribit etiam Arnulphus Sagensis Archidiaconus, & postea Lexoviensis Episcopus, in Tractatu de Schismate orto post Honorii Papae decessum). Hic

alias beneficia contulit. Aquam ad Urbem reduxit, molendina cum vineis juxta lacum aptavit, Ecclesiam sancti Nicolai in palatio fecit, cameram ampliavit, & pingi fecit, sicut apparet hodie viro modo. In alio vero codice saepe citato haec ita dilucidius: Hic a fundamento construxit in palatio Lateranensi capellam S. Nicolai ad assiduum Romani Pontificis usum, juxta quam edificavit duas cameras contiguas Tito Vespasiano, quarum una cubicularis, altera pro secretis Concilii. Hic etiam derivavit aquam de antiquis Formis, & ad portam Lateranensem conduxit, ibique lacum pro adaquandis equis fecit, plurimaeque molendina per eandem aquam construxit, & multas vineas cum fructiferis arboribus secus ipsum lacum plantari studiosissime fecit. Haec ibi. Et apud Vegium in antiquis monumentis basilicae sancti Petri de eodem Callisto ista leguntur: Beatae recordationis Callistus Papa Secundus, quoniam decorem domus Domini sicut propheta, plurimum dilexit: altare B. Petri, quod nimia vetustate, & lapidum percussionebus quodammodo violatum videbatur, optimis marmoribus vestivit & decoravit. Et in festo Annuntiationis beatae Mariae cum toto Concilio lapidem altaris satis honorifice & devote consecravit. In qua videlicet consecratione (ut invenimus in libris nostris scriptum) fecit remissionem trium annorum, annualiter ad eam devote vententibus. Haec ipse. Sicque ut posuit Callistus permansit sancti Petri altare usque ad Clementem Octavum, a quo absque Callisti altaris demolitione, id exigente nova templi structura, aliud magnificentius superpositum est, nobisque videntibus, sacris ritibus ab eodem Pontifice A a 2 con-

wir, quia scientissimus erat, in Curia Romana magnificus effectus, genuit filium nomine Petrum, magna fama, magnaque potentia post futurum. Ex tempestate inter Regem Theutoniarum, qui ex successione Karoli Magni, Romanorum Patrius erat, & Ecclesiam Romanam illa turbulentissima de Inuestituris orta est seditio. In qua vir ille intantum armis strenuus, consilio providus, & Ecclesiae Romanae fidelis extitit, ut et cum ceteris munitionibus, qua Roma sunt, illam quoque, qua illius urbis videtur obtinere similitudinem, turrim dico Crescentii (seu arcem Sancti Angeli) qua a parte Galliarum in capite Tiberini pontis sita est, Papa committeret, & cum praeceteris familiarem haberet.

Hac occasione mirabiliter excrevissent quotidie sui melior efficitur, & divitiis, possessionibus, honoribus augmentabatur. Inter ceteram illam celestem sobolem, cujus plurima multitudo sexus utriusque a quibusdam Antichristus gloriabatur, genuit hunc Petrum, de quo sermo nunc est, qui literis traditus, a quibusdam Antichristi praambulus appellabatur. Iste studii gratia Gallias atque Parisius adiit, & cum repatriaret, apud

IV.
Duo Cat-
tium cele-
brat.

consecratum est. At beati Callisti Papæ memoria summa cum benedictione in Ecclesia Catholica perseverat, utpote sanctissimi Pontificis, cui Deus dederit, brevis licet temporis Pontificatu, adeo gloriosa peragere, & prædecessoribus inconcessa perficere, Ecclesiamque Imperatorum tyrannide servitutis jugo depressam vindicare in perpetuam libertatem.

VII. Ad electionem venire timens Cardinales.

Ubi autem sepultus est Callistus Papa, de electione successoris agi coeptum, sed non sine formidine, cum Cardinales memores essent tyrannidis Frangipanum, quam adversus Gelasium ante septennium tanto Apostolica Sedis opprobrio excuissent, quorum adhuc vigere vires, animositateque magis magisque incauisse cognoscerent. Sed et si perditissimus ille malorum auctor animum non mutavit, vim tamen aliam aggressus est, nimirum ut non violentia, sed dolo atque fallaciis ageret; paratus etiam, si opus esset, agere violentia, si suo ipsius conatui qui resisterent, invenisset. At rem

PAGIUS apud Cluniacum ditissimum atque sanctissimum canobium Monachilem habitum induit. Aliquantisper inibi regularibus institutionibus imbutus, a Papa Paschali II. patris admonitione retrahitur ad Curiam, & Cardinalis effectus, tempore Callisti Papa, cum eodem Gregorio Legatus missus ad Gallias, Carnoti, Belvacique Concilia celebravit, currenti scilicet anno, uti mox insinuavimus. [1] Ita Chronographus Maurigniacensis.

V. A Paschali II. Cardinalis creatus.

Mabilionius in Præfatione generali ad novam editionem Operum Sancti Bernardi a se curatam §. 4. ait, nullam in memorato loco Chronographi Maurigniacensis mentionem esse de titulo Diaconi Cardinalis, quem titulum Petro Leonis a Paschali II. concessum fuisse Onuphrius tradit, eaque in re potiorum esse auctoritatem Chronographi Maurigniacensis, ejus temporis æqualis; verum Virum doctissimum decepit, vel Duchesnius, qui Chronicon illud Tom. IV. publicavit, vel potius Librarius, qui omnia interpunctione locum hoc modo edidit, a Papa Paschali II. patris admonitione retrahitur ad Curiam, & Cardinalis effectus tempore Callisti Papa, cum eodem Gregorio &c. cum ponere debuisset, retrahitur ad Curiam & Cardinalis effectus, tempore Callisti Papa cum eodem Gregorio &c. ita ut non tantum ad Curiam evocatus fuerit a Paschali II. sed etiam ab eo Cardinalis creatus; quæ emendatio certa, sicuti & Onuphrii opinio, cum ut videre est apud Baronium anno MCXVIII. num. XVI. Pandulphus in Vita Gelasii II. inter eos, qui secuti sunt hunc Pontificem Roma egredientem, ut persecutionem fugeret, numeret Petrum istum, scribatque & de Diaconis Cardinalibus Domi-

NOTÆ [1] Bellovacense Concilium in præcedentem annum 1123. refert Author Chronici Elonensis vulgati a PP. Martene, & Durand. Anecdor. tom. III. col. 1397. Nec repugnat epochæ huic fides chronographi Maurigniacensis apud Pagium hic; nam ille pro solemnibus chronographorum illorum more plura Concilia diversis forte annis celebrata in unum annum congerit. Vivebat autem author nostri chronici sæculo XII. exeunte & XIII. incunte. MANSI

gestam a Pandulpho subdiacono qui interfuit audiamus, & si quæ ab eo sunt prætermissa, ex aliis ejusdem temporis Scriptoribus suppleamus. Ait ipse: Lambertus Ostiensis Episcopus de mediocræ plebe Comitatus Bononiensis genitus, bene tamen litteratus, a domino Papa Paschali receptus est, & in Episcopum Verulanensem promotus. Religiosa autem memorie Callisto Papa defuncto, omnes Patres de Curia Cardinales, & alii, præsertim vero Petrus Leonis, & Leo Frangipanis pariter condixerunt, ut usque ad diem tertium una simul juxta scripturarum canonum pertractarent, interium de electione nulla mentio haberetur. Hoc idcirco potissimum Leo Frangipanis condixerat, ut infra datum spatium, quod de Lamberto dicitur cogitaverat, aliquando quiete perficeret: nam totus populus Saxonem Anagninum sancti Stephani in monte Cælio Cardinalem Papam fieri petebat: quos ut deciperet idem Leo Frangipanis, itidem velle simulabat. In sero autem præfati idem Leo per nuntios unum

Dolus Leonis Frangipanis.

* Saxonum

nus Petrus Leonis, Gregorius Sancti Angeli &c. qui Gregorius postea sub Innocentio II. nomine Ecclesiam Romanam rexit. Porro cum is hoc anno in Francia, ubi duæ Legationes erant, ut alibi ostendimus, Legatus etiam Sedis Apostolicæ, fuerit ut anno MCXXVI. demonstrabo, existimo, cum Conciliis Claromontano & Viennensi a Chronographo Malleacensi memoratis præfuisse, cum Petrus Bellovacensi & Carnotensi tantum præfederit.

Hoc anno, ut narrat Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. Fulco Comes Andegavensium, aliam filiam suam dedit uxorem Willielmo filio Roberti Comitis Normannorum fratris Regis (nempe Henrici Regis Angliæ, qui Robertum fratrem Normanniæ Comitum captivum tenebat) promittens juveni auxilium, ut quacumque in parte patris honoris foret hæres. Post illud matrimonium Guillelmus crebras irruptiones in ditiones Henrici Regis fecit, earumque occasione gravibus Angliæ est attrita exactionibus pecuniarum, ut subdit Dunelmensis. Verum Callistus II. post susceptam idoneorum testium de parentela probationem ubicunque Guillelmus filius Roberti Comitis fuerit, prohibuit officia celebrari, nisi utique ad datum a se terminum conjugium idem dissolverit, inquit Callistus II. in suis literis, datis Laterani VII. Kalendas Septemb. Tom. III. Spicilegii pag. 148. relatis, afferens se causam illam Joanni Presbytero Cardinali commississe finiendam. Est is Joannes Cremonensis ab eo Legatus in Angliam missus, qui in eam venire non potuit, nisi cum die in Normannia retentus esset a Rege, inquit idem Dunelmensis ad annum MCXXV. Interim Callisto II. mense Dec-

VI. Callistus II. reprobat conjugium filii Roberti Comitis Normanniæ.

Creatur Theobaldus Papa.

numquamque scorsum de capellanis Cardinalium præmonet, ut mane summo diluculo cum pluviali rubeo sub cappa nigra venirent, & ita non ignorante domino, eundem suum dominum introducerent. Insud vero propter hoc ingenium advenit, quatenus singulos pro accipiendo de manibus ejus Papam attentiores redderet, & sic saltem absque timore venirent. Etenim quod est factum Gelasio, recordantes, convenire timebant. Tandem in crastinum ita illecebræ Papam facturi conveniunt ad beati Joannis basilicam & in Ecclesie Oratorium quod sancti Pancratii dicitur, intrarunt. Ubi post aliquot verba, Jonathas sanctorum Cosma, & Damiani diaconus Cardinalis, collaudantibus omnibus, ipsa etiam domino Lamberto Episcopo, Theobaldum Cardinalem presbyterum sanctæ Anastasiæ cappa rubea induit, & Celestinum appellat, ut cælitus missus: non patitur Celestinus (ego nescio cur aliquamdiu noluerit) inceptum est. Te Deum laudamus, cani gaudenter, Lamberto Episcopo Ostiense pariter nobiscum canente. Non tamen dimidiato adhuc, Robertus impius Frangipanis verbi fecit in luctum cytharam.

PAGIUS Decembri hujus anni, ut statim narrabimus, demortuo, anno sequenti Honorius II. ejus successor, literis Laterani pridie Idus Aprilis datis, & in eodem Tom. III. Spicilegii relatis scriptis ad Canonicos Ecclesie Turonensis Willielmum post dissolutum a Joanne Cardinali Presbytero Apostolicæ Sedis Legato illicitum illud matrimonium, non solum non paruisse; sed Legati nuncios ad eum directos cepisse, in arcta custodia per duas septimanas retinuisse, barbas eorum & capillos flammis exussisse, & literas in conspectu hominum sub dio cremare præsumpsisse. Quare Honorius II. Canonicos Turonenses monet, se excommunicationem in personam ejus, & interdictionem in propriam Comitum terram a suo Legato latas confirmare. Guillelmus aliam postea uxorem accepit, & mandatis Pontificis paruit, ut infra videbimus.

VII. Moritur Callistus II. PP.

Nunc ad Callisti II. mortem veniamus. Hanc Pandulphus in eius Vita exacte consignat, sed Librarii locum corrumpere. Hæc Pandulphi verba: Jam Christus continue in mentibus fidelium nascebatur (id est Ecclesia Adventum ejus celebrabat) dum febris inopina proveniens, Papam repente consumit, & caput nobis omnibus in solo Papa cecidit. Nec mora confessus & ordinatus (hæc ultima vox corrupta) omnibus ululantibus obdormivit in domino: & sic pacis pater cum ipsa pace recedit. Sepultus est Laterani juxta dominum Paschalem in festivitate sanctæ Lucie. Sed cum certum videatur, Callistum II. postredie festivitatis sanctæ Lucie; die nempe XIV. mensis Decembris, sepulturæ traditum fuisse, legendum: Et sic dicitur pater cum ipsa pace recedit in festivitate sanctæ Lucie. Sepultus est Laterani juxta dominum Paschalem. Corruptus & Falco cum Callisti II. mortem his verbis narrat: Papa Callistus duodecimo die sancte mensis Decembris migravit ad Dominum. Sic enim mortuus fuisset die vicesima mensis Decembris; cum, ut jam alibi di-

Etenim ipse cum quibusdam consentaneis suis, & aliquibus de Curia Lambertum Ostiensem Episcopum Papam acclamaverunt. Deinde in Simis, quæ ante Oratorium beati Silvestri sita sunt, sine mora eum composuerunt. Unde licet maxima discordia & tumultus emergeret, tamen postea pacificatis omnibus, & ad concordiam reductis, Lambertus Cardinalis Ostiensis in Honorium Papam sublimatur. Hucusque Pandulphus. Ita plane sicut summa laude dignus est habitus Theobaldus, qui electus noluit consentire; ita suæ existimationi turpissimam notam inussit Episcopus Ostiensis, quod post ejus electionem se eligi & Pontificalibus indui passus sit.

Verum quomodo ista purgarit, atque renuntiando abluerit, ex sæpe citato codice Vaticano sic accipe. Hæc enim ibi in Honorio totidem verbis legitur: Sed quia electio Honorii minus canonice præcesserat: post septem dies, nempe vigesima octava Decembris, in conspectu fratrum sponte mitram & mantam resutavit, atque deposuit. Fratres tam Episcopi quam presbyteri, & diaconi Cardinales videntes ipsius humilitatem, & pro-

VIII. Honorii Papa electio validatur.

ximus, Falco dies stantes alicujus mensis, non a primo ejus die, ut eum perperam Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. interpretatur, sed a die mensis ultima usque ad diem Iduum retrocedendo numeret, ita ut dies XIV. mensis Decembris ei sit dies XVII. stans mensis Decembris. Quare loco, duodecimo die sancte mensis Decembris, legendum, decimo tertio die intrante mensis Decembris, nisi forte Callistus II. nocte inter diem XII. & XIII. interjecta e vivis abierit. Quo casu scribendum fuisset, duodecimo die intrante. Callistus itaque die quidem Iduum Decembris demortuus, sed post Idus sepultus, ut tot Scriptorum loca demonstrant, neque hic nodus doctorum Virorum ingenia amplius terquere debet.

Emendationem nostram in dubium revocandam non esse ostendit Necrologium monasterii Casinensis a Caracciolo in fine quatuor antiquorum Chronologorum, scilicet Heremperiti, Lupi Protospata, Anonymi Casinensis, & Falconis Beneventani Neapoli anno MDCXXVI. publicatum. In eo enim habetur: XIX. Kal. Junii. o Callistus II. Papa. Dies autem in illo Necrologio notati vel dies mortis vel dies sepulturæ Pontificum Rom. certo designant, ut singulos in eo contentos percurrenti patebit. Cum itaque dies XIX. Kalendarum Januariarum, seu dies XIV. mensis Decembris, ad diem emortualem Callisti II. referri non possit, non nisi de die sepulturæ interpretandus. Secundo, Joannes Ceccanus in Chron. ad hunc Christi annum scribit: Obiit Calixtus Papa XIX. Kal. Januarii. Idem legitur in Chronologia Saxonica nuper Oxonii vulgata, cujus Auctor hoc ipso tempore in Anglia floruit. Tertio, Fulcherius Carnotensis, qui hoc ipso tempore vivebat, lib. 3. Hist. Hierosol. ad hunc Christi annum ait: Callistus Papa Obiit XII. Kalend. Januarii, sed loco, XII. Kalend. legendum, XIX. Kalend. Bongarsius, qui tres

VIII. Dies ejus emortualis.

CHRISTI
II 24.

CALLISTI II. PAP.
6.

HENRICI IV. IMP. 14.
JOANNIS COMN. IMP. 6.

prospicientes in posterum, ne in Romanam Ecclesiam aliquam inducerent novitatem, quod perperam factum fuerat, in melius reformarunt, & eundem denuo advocantes, ad ejus vestigia prociderunt, & tamquam Pastori suo, & universali Papae consuetam obedientiam exhibuerunt.

Hæc ibi, at plane magna cum laude, cum sententia Sanctorum, extrema quæque pati quisque inducere debet in animum magis, quam Catholica scindatur Ecclesia; narrat eadem totidem pene verbis Vellelmus (a) Tyrius.

Quo

canonum pertractarent, interim de electione nulla mentio haberetur, &c. In sero autem præfenti idem Leo per nuncios unumquemque serosum de capellanis Cardinalium præmonet, ut mane summo diluculo, cum pluviali rubeo sub cappa nigra venirent, & ita, non ignorante domino, eundem suum dominum introducerent, &c. Tandem in crastinum ita illehti Papam facturum conveniunt ad B. Joannis Basilicam, & in Ecclesia Oratorium, quod Sancti Pancratii dicitur, intrarunt. Ubi post aliqua verba, Jonathas Sanctorum Cosma & Damiani Diaconus Cardinalis, collaudantibus omnibus, ipso etiam Domino Lamberto Episcopo (nempe Ostiensi Patria Bononiensi) Theobaldum Cardinalem Presbyterum S. Anastasia cappa rubea induit, & Celestrum appellat, ut cultus missum. Non paritur Calestinus (ego nescio, cur aliquando noluerit.) Inceptum est. Te Deum laudamus, cani gaudentes, Lamberto Episcopo Ostiense pariter nobiscum canente. Non tamen dimidiato adhuc, Robertus impius Frangipanis verti facit in luctum citharam. Etenim ipse cum quibusdam consensantibus suis, & aliquibus de Curia Lambertum Ostiensem Episcopum Papam acclamarent. Deinde in Saniis, qua ante oratorium B. Sylvæstri sita sunt, sine mora cum composuerunt. Unde licet maxima discordia & tumultus emergeret, tamen postea pacificatis omnibus, & ad concordiam reductis, Lambertus Cardinalis Ostiensis in Honorium Papam sublimatur. Discordia itaque & tumultus aliquot dies durarunt, septem nempe, uti Ceccanus in Chron. recte notavit.

XI.
Post diarium VII. interpon-tificium.

Idem dierum numerus in Codice Vaticano a Baronio num. VIII. relatus, etiam notatur; sed vel Baronius aliqua de suo addidit ad majorem explicationem, vel Librarius numeros corruptit. In eo enim Codice habetur; quia electio Honorii minus canonice processerat (legendum, processerat): post septem dies, nempe XXVIII. Decemb. (sed hæc ultima verba vel addititia, vel legendum, nempe XXI. Decemb.) in conspectu Fratrum sponte mitram & mantum resutavit, atque deposuit. Fratres tam Episcopi, quam Presbyteri, & Diaconi Cardinales videntes ipsius humilitatem; &c. ad ejus vestigia prociderunt, & tanquam Pastori suo, & universali Papæ consuetam obedientiam exhibuerunt, seu eum coronarunt, non die XXVIII. Decemb. ut habet Baronius, aut eo die, aut IV. Januarii infrequentis, ut vult Papebrocius in Conatu Chron. Hist. sed XII. Kalend. Januarii, seu die XXI. Decemb. ut recte Onuphrius in Chron. & jam ex Ceccano diximus. Postquam hæc scripseram vidi Papebrocium laudatum referre ex Baronio memorata Codicis Vaticani verba, sed sine ista nota temporaria, nempe XXVIII. Decembris. Quare non dubito, quin ea Baronii sit, non vero Anonymi Vaticani ab eo citati. Utor ego editione Colonienfi Baronii, & cum dubitare coepi, an ea verba Baronii essent vel Anonymi, legi editionem Moguntinam, in qua etiam ea verba eodem character, quo locus Anonymi exarata sunt, indeque

PAGIUS tres illos libros in lucem emisit, fatetur exemplaria, quibus usus est, nec integra, nec satis emendata fuisse. Miræus in Auctario de Script. Eccles. pag. 247 monet, Brugis in Collegio Soc. Jesu inter reliquias Bibliothecæ Pamelianæ extare plenas & integros, litque jam edito; corrigendos esse. Quarto, Baronius num. VI. recitat verba antiqui Scriptoris inediti, qui ait: Moritur decimo quarto Kalend. Januarii, Ubi etiam legendum, decimo nono Kal. Januarii. Quamobrem Simeon Dunelmensis hujus temporis Scriptor in Hist. de Gest. Reg. Angl. ad annum MCXXIV. recte habet, Callistum II. Idibus Decemb. seu die XIII. ejusdem mensis Divæ Lucie sacra obiisse; & id confirmant laudati Scriptores, qui non de die mortis, sed de die sepulture intelligendi, & quorum opera transpositio, quæ extat in textu Pandulphi, emendanda.

IX.
Statis ejus duratio.

Cum Callistus Kalendis Februarii anni MCXIX. Pontifex Romanus electus fuerit, Sedit annos V. menses decem, & dies duodecim, ut in duobus ex nostris Catalogis legitur, in quibus dies emortalis excluditur; in magno vero Chronico Belgico, ubi refertur ex Bernardo Guidonis num. sedisse annos V. menses decem, & dies tredecim, dies obituali includitur, sicuti & in Chron. Martini Poloni. Id m. de mensibus ac diebus habent Mattheus Parisius in Chron. Sazonius lib. X. de Reg. Ital. & Onuphrius in Chron. qui tradunt, Callistum Kalendis Februarii Pontificem electum, & Idibus Decembris demortuum. Sed in Chron. Godefridi Viterbiensis hujus temporis Auctoris numerus mensium corruptus; cum ibi legatur, eum sedisse menses VI. & dies XIII. In Fasciculo Temporum menses decem recte notati, sicuti & in Chron. Hirsaugiensi, in priori tamen, loco dierum XIII. perperam scriptum habetur, dies XI. Ex quibus errores recentiorum Scriptorum refellendi. Varia Callisti II. Opuscula adhuc MSS. supersunt in variis Bibliothecis, recensita a Ludovico Jacob. in Bibliotheca Pontificia.

X.
Honorius II ei succedit.

Successoris Callisti II. electionem breviter, sed accurate narrat Ceccanus in Chron. ubi postquam dixit, eum demortuum, seu, ut jam exposuimus, sepultum XIX. Kal. Januarii, subdit: Consensu omnium Clericorum Romanorum post septem dies, ordinaverunt Lambertum Ostiensem Episcopum in Honorium Papam, qui hujus nominis secundus fuit. Quare Honorius II. Pontifex Romanus electus est die vicefima prima mensis Decembris, quæ cum hoc anno dominicalis fuerit, non videtur dubitandum, quin eadem etiam consecratus sit. Sed hæc magis explicanda. Baronius num. VII. refert ex Pandulpho Subdiacono in Vita Honorii II. Leonem Frangipanam mortuo Callisto II. dolo & fallaciis usum, ut successoris electionem turbaret: Religiosa memoria, inquit Pandulphus, Callisto Papa defuncto omnes Patres de Curia Cardinales, & alii, præsertim vero Petrus Leonis, & Leo Frangipanis pariter condixerunt, ut usque ad diem tertium unum simul juxta scita sacrorum

CHRISTI
II 24.

CALLISTI II. PAP.
6.

HENRICI IV. IMP. 14.
JOANNIS COMN. IMP. 6.

IX.

Quo anno Sarraceni ob captum Balduinum redditu audaciores (inquit, ista scribens Robertus de Monte in appendice ad Sigebertum) mente excedentes undique versum evocati ad quadraginta milia conglamerantur, ut Christianos a finibus suis exterminant, & apud Ascalon impediamenta sua commendent. Christiani vero in arcto positi, nihil spei, nisi in Deo habentes, exemplo Ninoitarum utriusque sexui jejunium indicunt, pueris etiam, lactantibus infantibus, universo quoque pecori pabula negantur. Dies pu-gnae indicitur, procedunt Christiani cum militibus & peditibus vix ad tria millia æstimati. Principes gradiuntur in fronte, scilicet Patriarcha vexillo offerens Crucem Christi, Abbas Cluniacensis Pontius præferens lanceam transfixam in latere Christi, Episcopus Bethlehemites ferens in pyxide lac S. Mariæ Virginis. Sarraceni vero quaque versum effusi ex omni latere in orbem circumcingunt Christianos, ne quis posset evadere. Dum ita in prociectu hærent Christiani, vident, Deo sibi auspice, splendorem scisso aere super Paganos subito cecidisse, sed non prosperum, verum satis nocivum, quamvis hunc ipsi Sarraceni non viderint. Illico enim omni virium robore eneruati, passim fugientes caduntur, non solum a viris, sed etiam a pueris & feminis. Perierunt in bello septem millia, submersi sunt in aquis quinque millia, omnes vero Christiani incolomes reversi, summum & dulce Epinicum reboant Deo in excel-sis. Hucusque Robertus. Quo anno captam a Christianis Venetis civitatem Tyri, asserit Willelmus Tyrius.

Divino auxilio ingens & insperata victoria obrepta.

X.
(a) Ifai. 9. De Hibernorum Ecclesia.

Hoc eodem anno, secundum illud propheticum: (a) Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Etenim florentissima olim Hibernorum Ecclesia, per multa sæcula, nulla plane legitima successione Episcoporum exulta, omnino inculta, evaserat, atque penitus deserta & inculta remanserat. Quindecim enim, teste sancto (b) Bernardo, generationem (b) Bern. curriculum evoluit, acciderat, ut prima sedis Archiepiscopatum hereditaria successione una familia tyrannica possessione possideret invasum. Mos enim (inquit sanctus Bernardus) pessimus inoleverat quorundam diabolica ambitione potentum, sedem sanctam obtentum iri hereditaria successione; nec enim patiebatur episcopari, nisi qui essent de tribu, & familia sua. Nec parum processerat execranda successio, decursis jam in hac malitia quasi generationibus quindecim, & eo usque firmaverat sibi jus pravum, immo omni morte puniendam injuriam generatio mala, & adultera, ut etsi interdum defecissent clerici de sanguine illo, sed Episcopi numquam. Denique jam octo exciterant ante Celsum viri uxorati, & absque ordinibus, literati tamen. Inde tota illa per universam Hiberniam, de qua multa superius diximus, dissolutio Ecclesiastica disciplina, censura enervatio, religio avacuatio; inde illa ubique pro mansuetudine Christiana, sæva subintroducta barbaries, immo paganismus quidam inductus sub nomine Christiano &c. Hæc Bernardus.

(b) Bern. in vita S. Malachi. c. 5.

At quomodo in tantis tenebris lux exiit.

PAGIUS

XII.
Non vero dierum XII.

que mendum in Librarium refudi. Chronotaxim enim Paschalis II. Gelasii II. Callisti II. & duorum præsertim sequentium Pontificum diu multumque examinavi.

Baronius num. VIII. narrato Anonymi Vaticani loco, jam in medium adducto, subdit: Narrat eadem totidem pene verbis Willelmus Tyrius lib. XII. cap. XV. in fine; in editione tamen a Bongarsio curata, & anno MDCXI. Hanoviae publicata, ea verba non libro XII. sed libro XIII. in fine capituli XV. leguntur, verum loco, post septem dies ibidem habetur, post duodecim dies quos ex eo exscripsit videtur Sigonius lib. X. Hist. de Reg. Ital. Indequè Papebrocius dubitat, an Honorius II die IV. Januarii sequentis anni coronatus fuerit. At sive Tyrius dies illos XII. exhibeat, sive hi ejus Operi additi fuerint, eos reticendos certum, ut tam ex dictis, quam ex dicendis in morte Honorii II. planum fiet.

XIII.
Gesta in bello Hierosolymitano.

Ad num. IX. Fulcherius lib. 3. Hist. Hierosol. refert Tyrium a Venetiarum Duce cum navibus suis & Germundo vel Garimundo Patriarcha cum subditis suis XV. Kal. Martii obsidione cingi ceptam esse, & nonis Julii certis conditionibus Christianis deditam: Videns Rex Damaschi Turcos suos & Sarracenos, qui erant in urbe circumclusi, nullo modo posse de manibus nostris evadere; maluit cum aliquo dedecore

XI.

vivos eos redimere, quam mortuos florare, inquit Fulcherius, qui post aliqua interposita subdit: Omnipotente Deo favente, de Turcorum custodia Hierosolymorum Rex (nempe Balduinus II.) IV. Kal. Septembris exiit, cum mensibus XII. pauloque magis sub eorum vinculis detentus esset. Quare fallitur vulgatus Robertus de Monte, quem Baronius sequitur, quando in Chron. ad hunc Christi annum scribit: Balduinus Rex Hierosolymorum a Saracenis præventus capitur. Fulcherius enim, qui tunc Hierosolymis erat, hoc ignorare non potuit. Ad hæc victoria a Crucesignatis de Saracenis reportata, quam ex eodem Roberto de Monte recitat Baronius, ad annum præcedentem pertinet, cum quo idem Fulcherius eandem copulavit. Tyrius lib. 13. cap. 15. loquens de gestis hoc anno, libertatis Balduino Regi reddita tempus signantius designat, aitque, IV. Kalend. Septemb. cum quasi mensibus decem & octo, vel amplius aliquid, apud hostes detentus fuisset, in vinculis, passa pro se pecunia, obsidibus datis, libertatem pretio interveniente consequutum esse.

XIV.
Floret in Hibernia S. Malachi.

Ad num. XI. Florebat hoc tempore in Hibernia Sanctus Malachias, Monachorum præstantissimus, cujus Vitam & res gestas Sanctus Bernardus Abbas Clara - vallensis in literas misit. Ortus Hibernia de populo barbaro, de natali chias.

S. Malachias re-
stitutor
Eccles.
Hibernia.

insperato resulsit, idem Sanctus enarrat, cum videlicet sanctus Malachias prestantissimus monachorum, coactus licet, renitenque eligitur Episcopus Connertensis, agens annum ætatis sue trigessimum, hoc nempe Redemptoris anno. Etenim qui anno sue ætatis quinquagesimoquarto obiit, anno Redemptoris millesimo centesimo quadragesimo octavo (ut idem sanctus Bernardus affirmat) natum esse oportuit anno Domini millesimo nonagesimoquarto, a quo tempore ejus ætatis annos enumerando, hunc invenies esse trigessimum, quo est creatus Episcopus. Sic igitur super candelabrum exaltata lucerna, sua luce mox densas illas tenebras illustravit. Siquidem (inquit Bernardus) cessit duritia, quiescit barbaries, & domus exasperans paulatim leniri cepit, paulatim correctionem admittere, recipere disciplinam. Futuris de medio barbaricæ leges, Romanæ introducuntur, recipiuntur ubique Ecclesiæ. consuetudines, contrariæ rescinduntur. Reaedificantur basilicæ, ordinatur Clerus in illis, sacramentorum rite solemniter celebrantur, confessiones fiunt, ad Ecclesiam conveniunt plebes, concubinatus honestat celebras nuptiarum. Postremo sic mutata in melius omnia, ut hodie illi genti conveniat, quod Dominus per Prophetam dixit: (a) Qui ante non populus meus, nunc populus meus. Hæc Bernardus de Hibernorum Ecclesia. Quomodo autem accensa semel lux crevit usque ad perfectum diem, suis locis dicitur inferius pro temporis ratione.

(a) Ose. 1.
1. 2. Pet.

PAGIUS

barbarie traxit nihil, non magis quam de sali mæzerno pisces maris. Erat in civitate Ardmacha, in qua ille alitus, magnæ sanctitatis vir, ad quem se contulit, formam vitæ ab eo accepturus; vius dignus Celso Metropolitæ Armachano, qui ad Diaconi gradum promoveretur, ad ministerium illud coactus accessit & hoc indefesse exercuit. Erat autem, cum Sacerdos ordinatus est, annos natus quasi viginti quinque, in qua ejus utraque ordinatione, sicut præter Canonum formam processisse videtur, ut vere videtur, (si quidem infra vicessimum quintum annum Leviticum ministerium, infra tricesimam adeptus est Sacerdotii dignitatem) donandum sane tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati, inquit Divus Bernardus. Quare cum ex dicendis in morte ejus anno MCXIV. in lucem prodierit, anno MCXVIII. aut insequenti Presbyteratu insignitus est. Interim obiter observabis Divi Bernardi tempore Canones illos, quibus cautum erat, ne quis Episcopus, & Presbyter ante triginta annos ordinaretur, adhuc vixisse, licet sæpe ab Episcopis in gratiam piorum virorum dispensatum fuisse reperitur. Benchorensis monasterium olim florentissimum, sed a pyratibus jam diu destructum, Malachias amplexus est, illucque veniens cum decem circiter fratribus, illi tempore aliquanto præfuit, ipse Rector, ipse Regula fratrum. Jamdiu Episcopatus Connertensis, vacabat, & licet nolens ad illum electus est: Trigesimo ferme ætatis sua anno Malachias consecratus Episcopus. Con-

Hoc eodem anno, inausita hærefi Tanchelini Belgicam Ecclesiam labefactante, adversus eam immixtus est a clericis Antuerpiensibus S. Norbertus Præmonstratensis Patriarcha, cui Ecclesiam sancti Michaelis ad hoc ipsum ejus Canonici concesserunt. Est de his vetus monumentum, ab Auberto Miræo Canonico Antuerpiensi ad nos missum, quod sic se habet:

Antuerpia est illustris Abbatia S. Michaelis, Ordinis Præmonstratensis, quam basilicam Canonici Antuerpienses anno 1124. cesserunt beato Norberto, ejusque sodalibus, in Sacramentaria atque Adamitica Tanchelini hæresis profuganda laborantibus. Extat ipsum, quod sic se habet, diploma cessionis:

In nomine Sanctæ, & individue Trinitatis. Ego Hildolpus Præpositus S. Michaelis in Antuerpia, tam futuris, quam presentibus in perpetuum. Qualiter præfata Ecclesia nostra ad usus Canonice Præmonstratensis Ordinis transierit, & qua de causa assensus Capituli nostri eis datus fuerit, presentis scripti attestacione notificamus: Cum in diebus nostris quidam hæreticus Tanchelinus nomine in partibus nostris advenisset, & venenoso Sermone a Fide, & a Sacramentis Ecclesiæ plurimos advertisset; hac de causa, ut illa hæresis, qua Provinciam nostram occupaverat, funditus extingueretur, consilio Domini Burcharidi Episcopi, & totius Populi, & assensu Capituli nostri Dominum Norbertum, virum nostris temporibus spectabilis

nereth, subdit Bernardus; erat autem Coneria, vulgo Coner, urbs Ultoniæ Provincie, nunc in vicum redacta, cujus hoc anno Malachias Episcopus constitutus, ut accurate scripsit Baronius. Nusquam adhuc tales expertus fuerat Malachias in quantacunque barbarie, Christianos nomine, re Paganos, ut apud S. Bernardum legere est.

Baronius in Appendice ad annum MCXXIV. refert ex Miræo Diploma, quo Canonici Antuerpienses consilio Burcharidi Episcopi concedunt Norberto Instituturi Canonice Præmonstratensis Ordinis Ecclesiam Sancti Michaelis anno Verbi incarnati MCXXIV. indictione II. epacta tertia. Præpositus vero Sancti Michaelis in Antuerpia, ubi nunc illustris Abbatia Sancti Michaelis, in eo Diplomate hujus concessionis causam his verbis enunciat: Cum in diebus nostris quidam Hæreticus Tanchelinus nomine in partibus nostris advenisset, & venenoso sermone a fide & a Sacramentis Ecclesiæ plurimos advertisset; hac de causa, ut illa hæresis, qua Provinciam nostram occupaverat, funditus extingueretur, Norbertum, virum nostris temporibus spectabilis religionis, accessiri curavimus, eique præfaram Sancti Michaelis Ecclesiam tradidimus. De hoc hæretico jam locuti sumus, antequam MCXXVI. rursus verba faceremus.

Dacherius, qui Opera Guiberti Abbatis Novigenti in diocesi Laudunensi in lucem emisit, in Synopsi ejus Vitæ, acin Catalogo Ab-

S. Norbertus fidei pro-
pugnator
in Belgia
adversus
Tancheli-
num hæ-
reticum.

XV.
Tancheli-
ni secta-
tores An-
tuerpia
gravidat-
ur.

XVI.

lis religionis, accessiri curavimus, eique ac suis Fratribus, Regulam beati Augustini servantibus, suamque institutionem exequentibus, supradictam Ecclesiam cum capellis in ejus cœmeterio fundatis, & tribus curtibus, & jugero terræ eidem cœmeterio adjacentibus, cum quatuor Præbendis, per manus memorati Episcopi tradidimus, circumspeditione vigiles, digneque pendentes, quod eorum saginaremur orationibus, & bonis spiritualibus, si eos sustentarem beneficiis temporalibus. Nos vero propriis numero duodecim, numerum nostrum in octo terminavimus Præbendis, & cum his & Præpositura nostra integritatem ad Ecclesiam beatæ Mariæ in eadem Villa transulimus. Ceteras vero quatuor Præbendas, per omnia eis consimiliter participantis proprio nostro arbitrio dedimus. Excepto quod allodia, & mancipia, quæ usque ad hæc tempora Ecclesia illa possederat, in nostris singulariter usus segregavimus. Baptismus vero celeberrimi temporis, videlicet Paschæ, & Pentecostes, Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS
Moritur
Guibertus
Abbas
Novigenti.

batum B. Mariæ de Novigento prodit, piissimum Abbatem currenti anno ad Deum migrasse; & licet mirum sit, virum pereruditum rem singulari nulla in medium adducta probatione asserere, existimandum tamen illum aliquo fundamento innixum fuisse. Inter alia multa Guibertus scripsit libros octo Gestorum Dei per Francos, sive Hierosolymitanæ expeditionis, libros tres de Vita sua, & quatuor de Pignori- bus Santorum; quo in ultimo Opere de sacrarum Reliquiarum suppositione fuisse differit, & circa ipsas pene infinitos errores facti contingere ait. Non probat quod sacra Reliquiæ auro aut argento ad quædam includantur, cum Christi corpus sepulcro conditum fuerit, & gravissime puniti, qui corpora S. Pauli Apostoli & S. Laurentii Martyris Gregorii Magni tempore inscii conspexerant. Verum pius Abbas abusum & avaritiam, non vero pietatem improbat, qua ab antiquis temporibus Sanctorum corpora argento, auro & gemmis circumvestire & adornare mos fuit. De ejus Operibus legendi Oudinus in Supplement. ad Script. Eccles. & Natalis Alexander Sac. XI. & XII. part. I. cap. VI. art. VI.

XVII.
Translatio
S. Barbati
Episcopi.
Beneventani.

Facta hoc anno Translatio Sancti Barbati Episcopi Beneventani qui an. circiter DCLXXXII. spiritum Deo reddidit. Describit eam Falco Beneventanus in Chron. aitque: Anno MCXXIV. Dom. Incarnat. & VI. anno Pontificatus Domini Callisti Papa Rossivudus Beneventanus Antistes, consilio accepto, corpus sanctissimi Patris nostri Barbati, Beneventani Præfulis, ex altaris tumba, qua per multa annorum curricula quieverat, abstraxit. Die itaque octavo adveniente, pridie Kalendas Junii sub altari lapideo corpus B. Barbati, duobus secum adhibitis Episcopis locavit: & loco eminentiore ascendens, ut videri & audiri ab omnibus posset, peccatorum partem divina favente clementia, condonavit. Donavit item aliis oronibus, qui usque ad octavum diem festivitatis SS. Apostolorum Petri & Pauli ad dedicationem illam devote concurrunt. Narrat Falco miracula in ista Translatione patrata, quorum ipsemet te-

in Ecclesia illa observabitur; reliquo autem tempore Parochianus noster baptizandis providebit. Infirmos autem visitare, & communicare, oleoque inungere, confessiones audire, mortuos sepelire, omnibus hæc ab eis quærentibus libere concedimus. Ut autem tam præclara beneficiæ fœdus inviolatum & inter nos & ipsos semper permaneat, hoc desinitum est, ut quodcumque munus infirmis & moriens parochianus, sive in terra, sive in alia substantia cujusvis Ecclesiæ aliquid obtulerit, aut pro se offerri instituerit, per medium dividatur. Quod vero alienus sanus, vel infirmus, aut parochianus inculmis dederit, Ecclesiæ, cui hoc datum fuerit, absque partitione possideat. Ipsæ vero Ecclesiæ seculas in invicem juges sibi debebunt fraternæ charitatis orationes, in omnibus necessitatibus sese suppartantes. Pro commemoratione vero sancti libertatis utraque Ecclesiæ persolvat Cameracensi Præsuli aureum nummum Antuerpiensis monetæ, & ponderis, singulis annis in festo S. Lucæ. Ut autem hæc rati-
B b b ta,

ris oculatus fuit, & inter alia ait Joannem Sutorem, qui in brachio & manu gravi dolore torquebatur, liberatum fuisse: Manum illius inquit Falco, cum brachio curatum scriptor ego palpavi: vicini namque illius testabantur, quod tempore longo eum infirmari cognovissent.

Anno superiori, ut narrat Sandovalius, inter Alfonso Aragoniæ & Alfonso VII. Castellæ Reges de pace actum, & pacta scripta; Reges A- sed ea executioni mandari non potuerunt, quia ragonia & Castellanus oppida omnia, quæ Alfonso VI. Castellæ avi fuerant, repetebat, & Aragonius, quæ ab sanctis antiquis Navarra Regibus possessa fuerant, retinere volebat. Quare inter utrumque Regem era MCLXII. currenti sc. anno bellum redintegratum, tandemque pax opera Petri Venerabilis Abbatis Cluniacensis tunc Najaræ, ubi præcipuum Ordinis Cluniacensis monasterium, versantis, conciliata, in qua Aragonius Rex Riom, & quæ fuerant Regum Navarraorum, sibi reservavit cum Regis Castellæ titulo, sed honorario tantum. Sicque finitum bellum; & ab utroque Rege seorsum Regna in posterum administrata.

XVIII.

Pax inter
Reges A-

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

Castellæ
Castellæ
Castellæ

CHRISTI 1124.

CALLISTI II. PAP. 6.

HENRICI IV. IMP. 14. JOANNIS COMN. IMP. 6.

ra, & inconvulsa permanent, sigilli nostri impressione, & testium subscriptione, qui interfuerint, & hoc donum dederint, annotari curavimus. Ego Hildolphus, Prapostus sancta Mariae, Anselmus Canonicus, Bernardus Canonicus, Giselbertus Boreus, Raduandus Canonicus, Odo Canonicus, Raduandus scriptor. Rogerus Canonicus, Hildewinus Parochianus. Actum autem est hoc anno Verbi incarnati 1124. Indictione secunda, Epacta tertia.

Hoc eodem anno (ut res Orientalis Imperii attingamus) Indictione secunda, Joannes Imperator Constantinopoli constitutionem edidit saluberrimam adversus provinciarum praesides, vel alios, qui defunctorum Episcoporum bona relicta invaderent; quod ne amplius fieret omnino, poenis cohibuit. Extat in codice juris Graecorum, incipit: Quidam facere majestas mea majus opera pretium &c.

XII. Constitutio Joannis Imp.

An-

PAGIUS II. feria, Gothici enim characteres lectu difficiles, ut observat Sandovalius, & II. pro V. proclivi errore usurpatur) era CLXII. pra millesima, regnante Regina Urracha cum filio suo Domini Adefonsi Regis Hispania.

Ordericus lib. XIII. pag. 892. ad annum MCXXV. de Alphonso VI. Aragoniae Rege scribit: Remotas regiones usque ad Cordubam peragravit, & in illis sex hebdomadibus cum exercitu degit, ingentique terrore indigenas, qui Francos cum Hiberis (ideest Hispanis) adesse putabant, percussit. Saraceni autem in munitionibus suis delitescabant, sed per agros armentorum, pecorumque greges passim dimittebant. Nullus de Castellis in Christianos exierat, sed Christiana cohors ad libitum omnia extra munimenta diripiebat, & depopulatione gravi Provincias affligebat. Tunc Muceranii fere decem millia congregati sunt, ac Regem Ildesonsi humiliter adierunt. Nos, inquit & Patres nostri hactenus inter Gentiles educati sumus, baptizati Christianam legem libenter tenemus: sed perfectum divinae Religionis dogma nunquam edicere potuimus. Nunc neque nos pro subiectione Infidelium, a quibus jamdiu oppressi sumus, Romanos seu Gallos expetere. Dantes autem fuimus: neque ipsi ad nos venerunt propter barbariam Paganorum, quibus olim parvum. Nunc autem adventu vestro admodum gaudemus: & natali solo relicto vobiscum migrare cum uxoribus & rebus nostris optamus. Mucerianus (legendum, Muceraniis) itaque Rex quod petebant, annuit. Magna igitur eorum multitudo de finibus suis exiit, & pro sacra legis amore, ingenti penuria & labore afflicta exulavit.

Aragones enim ut remeaverunt, totam regionem bonis omnibus spoliata inveniunt, nimisque penuria & fame, antequam proprios labores contigissent, vehementer avariati sunt. Porro Cordubenses, alique Saracenorum populi valde irati sunt, ut Muceranos cum familiis & rebus suis discessisse viderunt. Quapropter communi decreto contra residuos insurrexerunt, rebus omnibus eos crudeliter expoliaverunt, verberibus & vinculis, multisque injuriis graviter vexaverunt. Multos eorum horrendis suppliciis interemerunt, & omnes alios in Africam ultra fretum Atlanticum relegaverunt, exilioque truci pro Christianorum odio quibus magna pars eorum comitata fuerat, condemnaverunt. Garibayus lib. 23. Compendii Historialis lingua Hispanica script. cap. 8. idem paucis verbis narrat ad annum Christi MCXXVI. sed quoad

rei gestae annum, praferendum videtur Diarium laudatum. Porro Ordericus Christianos Mozarabes ab Historicis Hispanis vocatos, & lingua Hispanica Mucarabes, appellat Muceranos, quia more Scriptorum res externas narrantium nomen illud depravavit. Ad haec verum non est quod tradit Ordericus Mozarabas omnes ab ipso Muceranis dictos, qui mortem vitarunt in Africam ultra fretum Atlanticum missos fuisse; neque enim dubitandum, quin multi in Hispanici Regni remanserint usque ad adventum Almohadum, qui Christianos omnes, ut suo loco videbimus, in Hispania exterminarunt. Existimo tamen eos valentia, Murcia, Cuenca, aliisque locis in quibus societatem cum Christianis, praesertimque cum Alphonso Aragonae, habere potuissent, expulsos tunc fuisse. Post haec Ordericus refert Alphonsum Aragoniae Regem in suum Regnum regressum invenisse Urracam coniugem adversum se rebellasse. Verum haec, aliaque in eo paragrapho relata juxta exactam Chronologiam ad suos annos revocanda.

Malcolm hujus nominis II. Scotiae Rege anno MCXIII. occiso, eodemque sancta Margareta eius uxore vita functa, ut eo anno diximus, tres eorum filii Eadgarus vel Edgarus, Alexander & David in Scotia regnarunt, sed Eadgarus ante annum MCXVII. thronum Regium conscendere non potuit, quo mense Januario anni MCVII. ut habet Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Reg. Angl. decedente, Alexander frater Regnum suscepit, illudque ad praesentem usque annum administravit, monasteriorum aedificatione, aliisque pietatis operibus clarus. Hoc vero anno, ut scribit, Simeon Dunelmensis, obiit VI. Kal. Maii, cum regnasset XVIII. annis, & tribus mensibus cui frater ejus David succedens, regnum, quod frater suus laboriosissime tenuit, mox ille sine contradictione susceptum quaquaersum inclinans sibi & quietum tenuit. Loco tamen XVII. annis, legendum, XVII. annis: certum enim, eum Eadgaro fratri mense Januario anni MCVII. successisse, & praesenti vitam clausisse, ut ex duratione Regni Davidis innotebit. Dunelmensis suffragatur Annalista Mailrosensis, Alfordus quidem in Annal. Angl. Matthaeus Parisius, alique quidam mortem ejus in annum sequentem differunt, sed ii hac in re non audiendi. Fuere tres hi Reges fratres Mathildis Henrici Angliae Regis uxoris, piissimae feminae, a qua ad omnem virtutem erudiri potuerunt.

XXII. David Alexander fratri in regnum Scotiae succedit.

JESU CHRISTI ANNUS 1125.

HONORII PAP. II. ANNUS 2.

HENRICI IV. IMP. 15. JOANNIS COMN. IMP. 7.

I. Honor. deponit contumacem Abbatem Cassinensem.

Annus sequitur Redemptoris millesimus centesimus vigesimus quintus, Indictione tertia, quo purgato, quod inerat in electione, facinore, Honorius solium Petri scandens, ut legitimus Papa ab omnibus colitur, approbata persona (ut Sugerii verbis utar) vir gravis atque severus. Qui sui exordio sedis expertus Odericum juniorem Abbatem Cassinensem contumacem & penitus refractarium, ejus superbiam fregit, ipsumque loco deposuit, aliumque in ipsius locum substituendum curavit. Negotium arduum, atque diuturnioris temporis quam par erat, resistere Abbatem Pontifici. Ita plane, qui favore Apostolicae Sedis adversus tyrannos hactenus praevallisset, inflatus superbia, eo insanie devenit, ut ipsum Romanum Pontificem parvipenderet. Nihil in suis membris infestius Ecclesiae patitur, quam Raligiosos a paternis institutis descipientes, & amore saecularium ad gloriam & lucra turpiter Inhiantes. Abbas igitur iste, qui jam antea ipsum sanc. Cardinalem. Ostiensem (a) contempserat, & hospitio excipere noluerat, eum jam creatum Pontificem, nihilo magis officiis demereri curavit, sed aequae contempserat. Nam creatus Pontifex cum ab eo opem ferri expetisset: tantum abest ut fecerit, quin etiam expostularet, immo & exprobare, quod ad ejus electionem minime invitatus fuisset. Interea vero oblatam occasione Pontifex minime praetermisit; nam Aquinarum accusationes adversus eum suscepit, sed substitit, ne videretur animo potius ulciscendi rem agere, quam quod justum esset, in eundem decernendi. Interea vero, eodem anno, inquit Petrus, Honorius Papa ab Urbe ad monasterium venit, & a suprascripto Abbate, & Fratribus honorifica processione susceptus, super altare B. Benedicti Missam solemniter celebrans, sero jam ad civitatem sancti Germani scilicet rediit. Subiicit de Burdino Antipapa deposito, relegato, atque in loca diversa mutato, quae a nobis superius dicta sunt. Pergit autem: Ibi in pleno laicorum conventu Abbatem Honorius evocans, & magno in illum odio saeviens (ita defensor monachorum) vehementer increpatione redarguit, militem non Abbatem, prodigumque substantio Ann. Eccl. Tom. XVIII.

monasterii frequenter inclamans, statimque egressus civitatem, Beneventum perrexit. Haec Petrus.

Habet ad haec Chronicon Beneventanum ab auctore hujus temporis scriptum, Honorium se contulisse Beneventum, illicque ex improvise diro terrore vexatum. Sunt haec verba auctoris ista scribentis: Hoc primo anno sui Pontificatus Honorius Papa Beneventum se contulit, ubi die undecima mensis Octobris vehementissimus terrae motus factus est per dies quindecim perseverans, cum idem Pontifex properavit ad basilicam S. Joannis, & terrae tenus profertur, & coram altare Salvatoris, Dei misericordiam lacrymis vultum irrigantibus invocavit. Et inferius: Praefatus Pontifex Honorius Cardinalibus vocatis, nudis pedibus magnas super hoc ad Deum lacrymas & preces effudit.

Reversus Romam Honorius, (b) literis permotus Athenulphi Comitis, Abbatem accusationibus perstringentis, per Episcopum Tarracinensem ejusdem monasterii olim monachum, ut Romam veniat, jubet, sed recusavit ille. Quamobrem quinta hebdomada Quadragesimae in eum ut contumacem sententiam tulit. Sed nihilominus ille sacro Palmarum die in contemptum Pontificis resedit in cathedra, pastoralis virga decorus. His in eum magis magisque commotus Honorius, die solemniter Paschatis eum, ipsiusque fautores a liminibus Ecclesiae separavit, prohibens, ne quis ei obediret, alioquin sacramentorum perceptione alienus efficeretur. Abbas insaniens adversus populum ipsi contradicentem, contrahere cepit exercitum, sed nequidquam profecit: laicorum enim, sententiae Pontificis Romani faventium violentia foras extruditur, & in ejus locum Nicolaus Tusculanus ejusdem monasterii monachus decanus eligitur, contradicentibus senioribus, & literas ad Honorium Papam adversus ejus electionem scribentibus. Sed antequam electionem Nicolai audiret Pontifex, ipse Abbatem delegit, quem sciret idoneum ad morum collapsorum restitutionem ad quem suscipiendum legat Cassinum Gregorium presbyterum Cardinal. tituli sanctorum Apostolorum. Quid autem per eum actum sit, ut singula singulis reddan-

II.

III. (b) Petr. lib. 4. cap. 90. 92.

Excommunicatur abbas Cassinensis.

PAGIUS SAC. XII An. Erae Hispan. MCLXIII An. Heg. DXIX. inchoato

ANNO PERIODI GRAECO-ROMANAE 6618.

14. D. C. 5. P. 29. Mart. Indict. 30

JESU CHRISTI. 1125.

HONORII II. PAPAE 2.

HENRICI V. REG. 20. IMP. 15.

JOANNIS COMNENI IMP. 8.

die 8. Febr. fet. 7. A. C. 1125.

A num.

dantur annis, suo loco dicturi sumus anno sequenti.

IV. Querela Cluniac. adversus Pontium ad Honorium Pap.

Sed rursus in Urbem non aliunde, quam ex monachis iidem acerbissimae controversiae ad Sedem Apostolicam deferuntur per famosissimi in Gallia Cluniacensis monasterii monachos adversus invasorem & tyrannum Pontium ejus olim Abbatem, quem querelis exagitatum ante triennium se abdicasse, atque Hierosolymam petiisse, suo loco superius dictum est. Hic igitur una cum suis quos duxerat, rediens Hierosolymis, factu turgens affectatae sanctitatis, videri vult sanctus, & ab hominibus credi beatus, suos hinc inde socios spargens praecones mendaciorum. Quod enim anno superiori de admirabili contra Sarracenos victoria obtenta divinitus acciderat, totum sui Pontio tribuunt, cui & adscribunt falsa miracula, vitam aequalem Angelis agere ipsum jactant, & vitae austeritate superare Anachoretas, aequare Martyres. Decepti sunt plurimi, donec tandem qualis intus esset, erumpente sanie, foris manifestus apparuit; nec diu multumque moratum. Siquidem secundum sacrum illud oraculum: (a) Gaudium hypocrisis ad instar puncti. Sed audi tu interea ex Petro Pictaviensi ad Petrum Cluniacensem inscriptum victoriae carmen. Hic enim post Hugonem juniorem, qui mense quinto suae praefecturae decesserat, probante Callisto Papa, Cluniacensis Abbas creatus fuit, nobilis Aquitanus, patria Arvernensis, usu rerum peritissimus, qui ex militia, quam summa gloria ministraverat, Cluniacensibus se addixerat, moribus atque doctrina conspicuus. Petrus igitur Pictaviensis post alia hos de concitata undique, sparsaque de Pontio fama habet veritus;

(a) Job. 20.

I. A num. IV. ad VIII. Quae sunt Monachi Cluniacenses Pontium eorum olim Abbatem, de quo supra egimus, monasterium suum invasisse. De hac invasione Gaufredus Prior Vossensis Auctor aequalis, cujus Chronicon Baronii tempore lucem non viderat, haec scribit, & aliqua singularia de invasore habet. Contigit Romanum Antistitem (nempe Gelastum II.) Cluniaco venire, mori ac sepeliri; qui ab Abbate (scilicet Pontio) visitatus aciem oculorum prolixius in illum deflexit (vel defixit): dixitque ei Abbas: quid me aspicias? eger respondit: quia video in Papatu moriturum. Ex tunc animus Pontii gliscere cepit de Praefulatu sperans se Papam futurum iri. Sed sefellit eum dubia spes. Verum tamen in Papatu mortuus est, non ut Praeful Romanus, immo captivus & peregrinus. Tumulato Pontifice Cluniaco, Archiepiscopus de Vienna (sc. Callistus II.) qui erat frater Comitiss illius ejusdem urbis, Summum Pontificem statim Cardinales elegerunt. Pontius his contradicere voluit, sed non valuit. Reatum Praeful indulsit Abbati. Rogatus deinde urbem propriam rediit. Evoluta tempore, quibusdam ex causis, Pontius

Jamque novam sectam vulgaris fecerat error,
Dum putat hunc aliquem rusticam turba Deum.
Iste novum Moysen, hic Daniel, ille Joannem,
Alicer Eliseum, vel Salomona vocat.
Alicer eum circumdare tenuia brachia ferro,
Martyrisque novum fert tolerare genus.
Alicer ab humanis epulis omnino sequerem
Non nisi caelestem sumere posse cibum.
Quilibet altari nudis assistere plantis
Laudat, & innumeras continuare preces.
At qui majori fuerat phantasmate lusus,
Clamitat in medio talia verba foro:
Currite languentes, hominem requirite sanctum,
Currite, Martinus ecce Secundus adest.
Cui placuit, spreto Cluniensibus, ut per arenas,
Trans mare Tyrrhenum quaereret ipse Deum.
Nunc igitur rediens, ut pristina jura reposcat,
Angelico monitu, plurima signa facit.
Forstian ille prior Martinus in orbe revixit,
Qui solo nutu dissipat omne malum.
Sed quis tot vana, furiosi somnia vulgi
Vel ridere satis, vel memorare potest? At

us idem adit Papam. Volenti redire Epistolam Abbati Praeful ostendit, qua multa de ipso sinistra prodebat. Hac a Cluniaco delata Romam fuerat nuper, licet occulto. Quam cernens Abbas non mediocriter irritatur: etiam renitente Pontifice, domus sua abrenunciavit. Roma egressus abiit Hierosolymam. Tunc Cluniaco elegerunt Petrum (cognomento Venerabilem) cujus frater Armanus Prior Cluniacensis postmodum Abbas Magnilocensis, Pontius Vizeliacensis, Jordanus de Casa Dei extitero. Hi fuerunt de viris nobilibus de Montboissier, quod est castrum in Arvernia.

II. Biennii nondum tempore emensa, Pontius ab Hierosolymis rediens expetit Cluniacum. Ejus adventu cognito Petrus Abbas quasdam in partem secessit ad tempus. Bernardus interim Abbas, qui fuit quondam sancti Martialis, portus Monasterii contra Pontium clausit, quia partibus Petri favebat. Et ecce pars major irruit Monachorum, Pontiumque suscipiunt januis effractis, Rogerius de Magant (vel Maulant) Monachus S. Martialis, & Bernardus Vicecomes quondam Combornensis, tunc Monachus Cluniacensis valde sollicitabant animos ceterorum, quia-

II. Honorius factum illud improbat.

At quod fama ista in vulgus sparsa jamjam pervadere coepit viros eruditos & sapientes, & in Romanam Curiam sibi aditum per Gerardum presbyterum Cardinalem patefecerat, qui plurimum deferret homini: coeptum est a Cluniacensibus trepidari. Hinc pergit:

O quoties, electe Deo, trepidavimus omnes?
Utopote quos verus sollicitabat amor,
Ne levibus ngis gravitas Romana faveret,
Verteret & lubricus sobria colla magus.
Neu doctos etiam Brutos, rigidosque Catones
Tentaret variis illaqueare dolis.
Triste quidem dictu, sed maximus ille Gerardus,
Prob dolor! hac potuit calliditate capi.
Qua forte ulterius spes, si sacer ille Senatus
Urbisque Quirinalis tota faveret ei?
Sed procul egregia Deus hoc avertat ab Urbe,
Qua sub se populos totius orbis habet.
Nil ibi sacra Fides damnosum pertulit unquam,
Quo Fideli magnus sceptriger ille sedet.
Cujus purpureo fundati sanguine murd
Nec saevas hiemes, nec fera bella timent.
Non impar Paulus eadem quoque moenia servat;
Et simul amba tenent Imperiale decus.
Tantis Principibus commissum caelitus Urbem
Nullius erroris secta nocere potest.
Vobis erga Patres, summiq; Tonantibus amici
Carminis ac laudis vota referre libet.
Vos etenim spectat specialiter iste triumphus,
Quorum pro vestro milite pugna fuit. &c.

Cum videlicet post falsa vulgata miracula, furens Pontius arma quaerit, sibi que latrones associans, Cluniacenses invadit, rapit, dispergit monachos, atque pro-

PAGIUS quatenus de peccatis (alias pietatis) Pontii recordarentur. Quid replicem cuncta? Tanto pondere debiti laboraverunt Cluniacenses, ut multis Ecclesia thesauris exhaustis auro non pepercerint Crucifixo. Sobisnate urgente, audiens ista Praeful Romanus (nempe Honorius II. & quidem hoc anno) acciuit utrumque, amboque venero. Pontius Lemovicis veniens Abbatem, secum Romam ire rogavit. Amalardus Vofas (Vo-

fligat. Sed audi Petrum (a) ipsum Cluniacensem Abbatem ista in rebus gestis Matthaei Cardinalis Episcopi Albanensis breviter describentem, & a regressu Pontii Hierosolymis (quod hoc anno contigit) ita narrantem:

Tandem jam dictus Pontius transmarinae habitationis percasus, rediens ab Oriente, Occidenti tenebras contra morem invexit, Qui (ut Italiam attigit) divertere Romam nolens, in Ravennatiano partibus, hoc est in Episcopatu Tarvisiano Sedem sibi constituit, ibi monasterio lo constructo, parvoque in eo tempore demoratus, Gallias repetiit. Explorata demum absentia mea (nam forte tunc in secunda Aquitania partibus, Cluniacensis negotiis insistebam) fingendo se Cluniacum nolle venire, paulatim tamen appropinquabat. Deinde quibusdam fugitivorum sibi adjunctis, armisque vulgarium, quos sibi adfiverat, constipatus, Cluniac. portis improvisus adventit. Quibus effractis, & venerabili sene Priore Fratribusque aliis ubique dispersis, cum promissa illa armatorum multitudine, ipsis quoque mulieribus irruentibus, claustrum ingressus est. Ingressus occupat statim omnia, & eos quos reperit, minis, terroribus, atque tormentis in suae fidelitatis cogit sacramenta jurare; nolentes autem expellit, aut duro carceri mancipat. Convertit statim manum ad sacra, & aureas cruces, aureas tabulas, aurea candelabra, aurea thuribula, & quaeque alia multa, multique ponderis vasa invadit, rapit & ipsos calices, maxime sacros, nec thecis, nec serinis aureis sive argenteis, multorum Martyrum ac Sanctorum ossa continentibus, praecit: constat, & ex his & similibus auri pondus immensum, & eo circumpositos milites, vel quoslibet auri cupidos ad bellum raptores invitat.

VI. His proteclis, circumpositas monasterii villas & castra invadit, ac sibi barbarico more religiosa loca subdere molient, ignibus & ferro, quae potest, cuncta consumit. Astinet a nulla bellorum specie, rapinis rerum, caedibus hominum per conductos sacro auro milites ubique desavit. Consumitur ab ipso initio Quadragesime usque ad Kalendas Octobris tota in hujusmodi praclis aestas, nec saltem paucis diebus a tantorum malorum calamitate respirat. Manebant jam dies

(a) Petri Clun. miracul. lib. 2. ca. 12.

Clus

sium monasterium est dioecesis Lemovicensis) de-veniens in Octavis Dei Genitricis, ejusdem Navitatis octavas ibidem instituit agi, assumptoque Ademaro Vofiensis Abbate (qui ideo hoc anno ea dignitate potiebatur; ex quo praecedentium & subsequenium Abbatum, quos sine ulla temporaria nota San. Marthani Tom. IV. Gall. Christ. proponunt, tempora dirigi possunt) Pontium Roma ambo sequuntur. Et ut bre-

CHRISTI
1125.

HONORII II. PAP.
I.

HENRICI IV. IMP. 15.
JOANNIS COMM. IMP. 7.

ffus Bernardus Prior, & nobiles reli-
giosi, & magni viri extra Cluniacum,
ubi poterant, & in locis turrioribus a-
rantorum incurfu hostium sese pro viribus
defensabant. Hic in sancta illa & famo-
sissima Cluniacensi domo, occulto sed ju-
sto Dei judicio satan ad tempus laxatus
furebat. Quid interim ipse Petrus Ab-
bas? audi ipsum in epistola quam scri-
psit ad S. Bernardum; (a) Assuetus, in-
quit, sum pati, assuetus & indulgere.
Declarat hoc (quod tamen non superbe
facto) de Pontiano schismate, in quod
eum innumeri declinaverint, & nefanda
ac inordinata monastica inaudita fecerunt:
numquam gladium meum, numquam mu-
ronem, numquam frameam experti sunt;
vix unquam verbum asperum ab ore meo
audierunt. Feci hoc tunc, feci & postea

(a) Petr.
Clun. lib.
6. ep. 47.

RAGIUS

breviter multa perstringam, jussu Apostolici Pon-
tius frater Comitum de Melgore sine audientia
captus, in turri, qua dicitur ad septem salas,
usque ad obitum videlicet V. Kalendas Janua-
rii, in custodia tentus est. Sepultus vero est
quasi pauper, imo captivus apud Sanctum An-
dreem, sed anno sequenti, quo eum vitam
clausisse videbimus. [1]

III.
Mittit
Legatum
qui eum
excomuni-
cavit.

In paucis a Gaufrido differunt Ordericus
lib. XII. pag. 871. & Petrus Venerabilis lib.
II. de Mirac. cap. XIII. cuius verba refert
Baronius; Hic (sc. Honorius II.) tanta Ec-
clesia tantos tumultus audiens, missa de latere
suo Legato, domino scilicet Petro Cardinali
Pontium & Pontianos qui tunc sic vocabantur
omnes, adjuncto sibi Lugdunensi Primato Hu-
baldo, terribili anathemate condemnavit. Hic
Petrus Cardinalis diversus a Petro Leonis, quia
is Cardinalis Presbyter erat jam ab an. MCXXX.
juxta Onuphrium, & certo certius an. MCXXI.
ut eo anno vidimus. Petrus itaque Legatus a
Latere cui causa Pontii ab Honorio II. com-
missa, alius esse non potest, quam Petrus Dia-
conus Cardinalis & Legatus, ad quem Divus
Bernardus scripsit Epistolam ordine XVII. quia
Legatio eius nullo alio per hac tempora anno
peracta esse potuit, quam currenti, ex quo &

NOTÆ

[1] Publica in causa Pontii hujus Abbatis Cluniacensis documenta nunc tandem prodierunt,
cum sextus Annalium Ordinis S. Benedicti tomus auctore P. Edmundo Martene luci
publice donatus est. Extant ibi in appendice num. XVIII. Honorii epistolæ ad episcopos Gal-
liarum quibus mittere se scribit Petrum diaconum cardinalem ut Petrum invasorem a Clunia-
censi Monasterio expellat. Data illæ sunt Lateranis VIII. Kal. Maii. Succedunt de eodem argu-
mento eademque die signata literæ ad monachos Cluniacenses, tum & aliæ ad Humbaldum Lu-
gdunensem archiepiscopum. Denique Petrus cardinalis S. R. E. legatus auctoritate domini papa
Honorii coacta Lugduni Synodo VII. Kal. Junii confirmat excommunicationis sententiam in eum-
dem Pontium latam olim ab Humberto archiepiscopo Lugdunensi, & Honorii legato & ejus
suffraganeis, cujus sententiæ publicas tabulas ibidem in appendice legas. Ultimo tandem loco
occurrit bulla Honorii signata Laterani XIII. Kal. Novembris indit. III. (lege IV. & forte V.)
anno Dominica Incarnat. 1126. Pontificatus Domini Honorii II. Papa secundo, idest anno MCXXVI.
Ex hac bulla discimus Pontium a Legato pontificio damnatum contulisse se Romam una cum
emulo suo Petro abbate Cluniacensi, ut causam suam tractaret; sed diu expectatum a cardinalibus
ut pareret, numquam venisse in conspectum. Quare pontifex inauditus damnavit, submovitque
loco, atque jus totum Petro abbati asseruit. Ex hac ab ipis publicis documentis expressa nar-
ratione habemus concilium Lugdunense anni MCXXV. die VII. Kal. Junii ignotum Colledori-
bus. Habemus firmatam Pagii conjecturam de Petro Diacono cardinali; habemus tandem cer-
eum annum quo Pontius primo damnatus fuit, annum nempe MCXXV. certumque pariter annum
quo pontifex abbatem Pontium ultimo punivit, annum nempe MCXXVI. diem XIII. Kalend.
Novembris. MANSI

sape, etsi non de tam gravibus, tamen
de gravibus, & juste forsitan, nisi toleran-
tia intercessisset, graviter puniendis ex-
cessibus. Facio adhuc frequenter, nec (ut
sic dicam) facere hoc assidue cesso, &c.

At quomodo querelis Cluniacensium
mala ista perducta sint Romam ad judi-
cium Apostolicæ Sedis, sic idem Pe-
trus: (b)

Decesserat, jam e vita superscriptus
venerandus Papa Callistus, nec se infe-
riorem Papam Honorium acceperat suc-
cessorem. Hic tanta Ecclesiæ tantus tu-
multus audiens, misso de latere suo Le-
gato, domino scilicet Petro Cardinale,
Pontium, & Pontianos, qui tunc sic vo-
cabantur omnes, adjuncto sibi Lugdunensi
Primato Hubaldo, terribili anathemate
condemnavit: data tamen postmodum die,
utram-

(b) Lib.
2. mirac.
cap. 13.
VII.

sequitur eam Divi Bernardi Epistolam, quam
Mabillonius circa annum MCXXVII. datam
notat, ad hunc omnino annum pertinere. Cum-
que Epistolæ XVII. & XIX. ad eundem Pe-
trum Diaconum Cardinalem & Legatum a S.
Bernardo scriptæ sint, ad hunc annum etiam
pertinent, cum anno sequenti Humbaldus Ar-
chiepiscopus Lugdunensis, & Gerardus Episco-
pus Engolismensis legatione Gallica fundi sint.
Mabillonius in præfat. ad editionem Operum
S. Bernardi Abbatis S. 4. num. 39. jam suspi-
catus fuerat Petrum Diaconum Cardinalem &
Legatum, cui præfatæ Bernardi Epistolæ inscri-
ptæ sunt, eum fuisse, qui adversus Pontium
Abbatem Cluniacensem in Galliam accessit ex
mandato Honorii Papæ; sed id apud me cer-
tum & indubitatum.

Præter Petrum Cardinalem invenio, Galte-
rum Episcopum Magalonensem fuisse etiam in
Gallia Sancta Romana Ecclesia Legatum, sic enim
ipsemet se se appellat in Epistola ad Robertum
Præpositum Insulanum data, & a Mabillonio
Tom. I. Analect. relata, ex qua & annum ge-
stæ Legationis eruo; ait enim Galterus: Gra-
tia Dei præcedente, per importunum laborem &
instantiam nostram, pax inter Principes nostros
reformata est, unde tota patria nostra latatur,
id

IV.
Galterus
Episc.
Magalo-
nensis hoc
anno S. Se-
dis in
Gallia
Legatus.

CHRISTI
1125.

HONORII II. PAP.
I.

HENRICI IV. IMP. 15.
JOANNIS COMM. IMP. 7.

utramque partem ad subeundum in presen-
tia sua tanti dissidii judicium, litteris A-
postolicis evocavit. Obtemperat statim
pars cuncta nostrorum, &c. Quid autem
actum sit Romæ, sequenti anno, servata
temporis ratione, dicitur. Jam vero quæ
sunt reliqua anni hujus rerum gestarum
in medium proferamus.

Henricus Imperator memor injuriæ,
quod in Concilio Rhemenfi a Callisto
Papa fuisset excommunicatus: in locum
ipsum (quod in personas non posset)
ulcisci decernit, ipsam Rhemensem ci-
vitatem capere, soloque æquare delibe-
rat. En poenitentia illa post tot sacrile-
gia perpetrata qualis fuerit, ex ipfis
factis agnosce; ut plane nisi Deum esset
tandem expertus ultorem, qui eum hoc
anno ab humanis abstulit, graviora præ-
lia in Catholicam Ecclesiam ab eo ex-
citanda fuisse, quique facile concicere
possit. At quomodo Rex Francorum Lu-
dovicus, decus Ecclesiæ, precibus po-
tius quam vi armorum tam ingens im-
minensque periculum evitavit, ex Sugerio
S. Dionysii Abbate, qui præfens affuit,
cunctaque scripsit, sic accipe; rem exor-
diens ab anno superiori:

IX.

Ante domini Papæ Callisti decessum Im-
perator Henricus, collecto longo animi
rancore contra dominum Regem Ludovi-
cum, eo quod in regno ejus Rhenis in
Concilio domini Callisti anathemate inno-
datus fuerat: exercitum quantumcumque
potest, Lotharingorum, Alemannorum,
Bajouariorum, Suevorum, & Saxonum,
licet ab eis infestaretur, colligit, alio-
que tendere simulans, consilio Regis An-
glici Henrici, cujus filiam Reginam du-
xerat, qui etiam Regi guerram infere-
bat, Rhenos civitatem inopinante aggre-
di machinatur, proponens eam cum subito
destruere, aut tanta debonestatione, & op-
pressiono civitatem obsidere, quanta do-

VIII.
Henrici
odium in
Rhemem-
sem civi-
tatem.

minus Papa in eum agens, læsit sessione.
Quod cum domino Regi Ludovico inti-
morum relatione innotuisset: tam strenue
quam audacter delectum, quem non expe-
ctabant, cogit, nobiles adfiscit, causam
exponit.

Et quoniam B. Dionysium specialem pa-
trium, & singularem, post Dominum, Ope Mar-
tyrum regnum
tyrum reg-
num
Francor.
liberatur.
regni protectorem, & multorum relatio-
ne, & crebro cognoverat experimento: ad
eum festinans, tam precibus, quam bene-
ficiis præcordialiter pulsat, ut regnum
defendat, personamque servet, &
hostibus more solito resistat. Et quoniam
hanc ab eo habent prærogativam, ut si
regnum aliud regnum Francorum invade-
re audeat, ipse beatus & admirabilis
defensor cum sociis suis, tamquam ad de-
fendendum, altari suo * superponatur, eo
præfente, Rege scilicet, sit tam glorio-
se quam devote. Rex autem vix illum ab
altari suscipiens, quod de Comitatu Vil-
cassini, quo ad Ecclesiam feudatus est,
spectat, votive tamquam a domino suo
suscipiens, pauca manu contra hostes, ut
sibi provideri nolit, ut cum tanta Fran-
cia sequatur, potenter invitavit. Et infra
post enarratum bellicum apparatus, ista
de fuga Imperatoris habet:

Ope Mar-
tyrum reg-
num
Francor.
liberatur.

* locus
obscurus.

Publicata igitur tanti & tam tremendi
facti deliberatione, tantique delectus for-
tissimi apparitione, cum hoc ipsam auri-
bus Imperatoris innotuisset, simulans &
dissimulans, palliata occasione subterfu-
gens alio tendit, magis eligens ignomi-
niam defectus suscipere, quam Imperium
& personam ruina periclitantem Franco-
rum gravissima ultioni suppeditare. Quo
Franci comperto, sola Archiepiscoporum,
& Episcoporum, & religiosorum prece viro-
rum ab Imperatoris regni devastatione,
& pauperum oppressione vix se continere
valebant. Tanta igitur, & tam celebri
potius victoria (id enim haud inferius
fuit

X.

PAGIUS

id est, Occitania, quam patriam vocat; quia
in ea Episcopus eruit. Pax autem illa inter
Alphonsum Tolosæ Comitem & Raimundum
hujus nominis III. Comitem Barcinonensem ac
Provincia de totius Provincia Comitatu inter
se decertantes facta decima sexta Kal. Octobr.
Domin. Incarnat. anno CXXV. post millesimum
ut dicitur in divisione Provincia inter utrum-
que Comitem tunc peracta, quam exhibent
Catellus in Hist. Comit. Tolosæ & Boucheus
in Hist. Provinciae lib. IX. Sect. II. cap. I. quos
latuit Galterus Episc. Magalonensem ad hanc
pacem conciliandam omnem suam industriam
contulisse. In ea epistola Galterus refert He-
scelinum Canonicum Insulentem petiisse a se
librum, cui titulus; Flores Psalmorum, a Let-
berto compositum. Hescelinus autem hoc ipso
tempore vivebat, ut eruo ex Epist. XCVIII.
D. Bernardi, in qua respondet ad questionem sibi
ad Hescelino, & Fulcone Sparnacensi Abbate
factam, cur ex Justis antiqua legis, solis Mac-
chabæis Ecclesiæ diem festum decreverit. Fulco enim
Ostavis Pentecostes, anno Incarnati Verbi

MCXXVIII. indit. V. creatus est primus Ab-
bas Monasterii Sparnacensis in dioecesi Remensi
siti, quando Regula S. Augustini in illud in-
troducitur, ut demonstrat Marlotus in Metro-
poli Remensi Tom. II. lib. 2. cap. 37. ex in-
strumento publico, in quo tamen loco, indit.
V. legendum, indit. VI. Unde Epistola illa
Divi Bernardi, cujus epocha in novissima
editione in margine non notatur; post Osta-
vas illas Pentecostes anni MCXXVIII. data.
Fuit & hoc anno Legatus in Francia Petrus Ar-
chiep. Viennensis, ut patet ex didis anno
MCXVI. indeque unum ex his tribus Legatis
brevis tempore legationem illam exercuisse
oportet.

V.

A num. VIII. ad XI. Henricum Imperato-
rem, non hoc anno, ut autumavit Baronius, Imp. bel-
lesed superiori adversus Ludovicum Francorum lum mo-
Regem arma capessisse, docet Sugerius in Vi-
vet ad-
ta Ludovici VI. Francorum Regis ubi ait: An-
versus
te domini Papæ Callisti decessum, Imperator Hen-
ricus collecto longo animi rancore contra domi-
num Regem Ludovicum, eo quod in regno ejus Francia
Re-
Reg.

Henricus
Imp. bel-
lesed
superior
ludovicum
Francorum
lum mo-
Regem
vet ad-
ta Ludovici
VI. Fran-
corum
Regis
ubi ait:
An-
versus
te domini
Papæ
Callisti
decessum,
Impero-
rator
Hen-
ricus
collecto
longo
animi
rancore
contra
domi-
num
Regem
Ludovi-
cum,
eo
quod
in
regno
ejus
Francia
Re-
Reg.

Pietas
Ludovici
Regis er-
ga S.
martyres.

fuit quam si campo triumphasset) Francis repatriantibus Rex exhilaratus, nec ingratus, adire protectores suos sanctissimos Martyres humillime devovit: esque post Dominum gratias magnas referens, &c. Subiicit de oblationibus iisdem Martyribus datis, de columnis cum crucis erectis in perennem memoriam elusi gratia Christi Imperatoris; insuper & de pio Regis obsequio, dum recondendis sacris reliquiis supposuit humeros lecticis argenteis: atque ad postremum de obitu Imperatoris, juxta veterum asserionem, affirmantium usum receptum atque probatum, quod quotiescumque fit eiusmodi publica expositio reliquiarum Sanctorum ad malum aliquod evitandum, ejus auctorem intra anni periodum, ejuscumque numine, morte multatum de medio tolli. Quod contigit Henrico, dum hoc ipso anno, decimo Kalendas Junii ex

Moxitur
Henricus
Imp.

PAGIUS

Remis in Concilio domini Callisti anathemate innodatus fuerat, exercitum quantumcumque potest Lotharingorum, Alemanorum, Bajoariorum, Suevorum, & Saxonum, licet eis infestaretur, colligit, & cetera, quae fute profequitur Chronographus, qui sub Roberti de Monte nomine Francofurti editus fuit, anno MCXXIV. rem summarie, his verbis narrat: Henricus Imp. congregata exercitus infinita multitudine, fines regni Francorum irrumpere disponit. Sed Ludovico Francorum Rege cum infinito nihilominus exercitu in occursum ejus properante, Concilio Principum & Episcoporum ab inutili proposito desistit, & hoc factum est mense Augusto. Meyerus vero in Annal. Flandr. lib. 4. ad annum MCXXIV. de eodem bello habet: profectus est per idem tempus cum exercitu in Galliam Carolus (Comes Flandriae) supplicia Ludovico Regi contra Henricum Casarem, qui fines ingressus regni Remorum urbem obsidere tentabat.

VI.
Henricus
Imp. mor-
vitur.

Idem Henricus hoc anno, ut in Chronico Urspergensis legitur, diem clausit extremum X. Kalend. Junii. Cujus corpus more Regio curatum, Spiram est delatum, & coram multitudine nobilitum & inferiorum Clericorum atque laicorum, juxta majorum suorum mausolea honorifice conditum, anno regni sui XX. imperii vero XIV. Gotfridus Viterbiensis, de quo paulo post, asserit Henricum V. obiisse anno regni eius XIX. imperii vero XIV. & tamen is in anno Imperii XV. tunc versabatur. Verum Historici annos Regni vel Imperii incompletos saepe negligunt; quod quidam Critici pereruditi non animadvertentes, Auctorum loca modo pervertunt, modo ex iis, quae non consequuntur, deducunt. Contra vero Urspergensis Abbas in annis Regni Henrici V. numerandis Julianos, eosque non integros recenset, quia in similibus Historicis nullis legibus adstricti erant. Cumque Henricus V. nullos liberos reliquerit, extincta in eo Liudgarda Ottonis M. filia propago, ex qua quatuor Imperatores orti, Conradus II. Salicus dictus, Henricus III. & duo ejus Successores eodem nomine appellati. Urspergensis refert, se eorum Mausolea Spirae vidisse, & in quarto sepulcro legisse: filius ejusdem (nempe Henrici IV.) Henricus V. dictus Junior, Romanorum Impe-

hac vita migravit, nulla relicta prole mascula, quae succederet in Germaniae regnum. Sicque Dei justo judicio defecit Occidentale Imperium a Germanis, cum eo ad impugnandam Ecclesiam sunt abusi, & translatus est ad Saxones Romanae propugnatores Ecclesiae. Opera enim Alberti Archiepiscopi Moguntini Lotharius Dux Saxonum regnum accepit, postea vero (ut suo loco dicitur) Imperium.

Hoc autem anno tertio Kal. Septembris, Moguntiae Rex Lotharius constituitur, praesentibus atque faventibus Legatis Apostolicae Sedis (ut Robertus asserit) & Idibus Septembris coronatur Aquisgrani a Friderico Colonienfi Archiepiscopo. Ita Dodechinus, qui & asserit Legatos Romam esse missos ad Honorium Papam pro confirmatione novi Regis Lotharii. Subdit autem haec Ot-

XI.
Lotharius
regnat.

rator anno dominica Incarnationis MCXXV. X. Kalend. Aug. obiit, ubi obitus nomine sepulturam intelligit, quem loquendi modum ab Historicis usurpatum esse innumeris exemplis in hoc Opere probavimus, & tanquam unum ex fundamentis Chronologiae nostrae Pontificiae proposuimus. Aventinus lib. VI. Hist. Bajorum cui regula illa in mentem nunquam venerat, perperam credidit Henricum Imperatorem X. Kal. Augusti mortuum esse.

Hic annus in Falconis Beneventani Chronico vacuus est, & ad annum MCXXVI. legitur: Hoc anno Imperator Henricus obiit, sed imperiti Librarii, quod in anni MCXXV. fine posuerat, in sequentem transferebant, qui error etiam commissus in editione Annalium Fuldensium, ut anno DCCCXCIV. num. 1. ostendimus. Henricum enim V. hoc anno finem vivendi fecisse testantur verus Robertus de Monte, Dodechinus Abbas, Anselmus Gerblacensis; Otto Frisingensis, alique. Verum quidem est, Malmesburiensem lib. 1. Hist. Novellae pag. 175. Matthaeum Parisiensem in Chron. Auctorem Continuationis Roberto de Monte falso attribuisse, Trithemium in Chron. Hirsaug. Helmoldum, Sigonium, aliosque quosdam Henrici V. mortem in annum sequentem differre, sed eos fali variae tabulae Lothario regnante confecta demonstrant, uti ex quas Rubens in Hist. Ravenn. lib. 5. Gualterio Archiepiscopo sedente scriptas dicit, in quibus legitur: Anno MCXXVI. tempore Honorii Papa & Lotharii Regis die XXII. Febr. indit. IV. Argenta. Cum enim omnes de die ac mense, quibus Henricus V. mortuus est, inter se conveniant, & mense Februarii sequentis Christi anni jam Lotharius regnaret, Henricum V. currenti e vivis abiisse oportet.

VII.
Mors ejus
in annum
sequen-
tem dif-
ferri non
potest.

Ad num. XI. Electionem Lotharii successoris Henrici V. narravit Ordericus hoc anno lib. Tractat. XII. pag. 882. Eodem anno, inquit, in hebdomada Pentecostes (quod festum hoc anno in diem XVII. mensis Maii incidit) Karolus-Henricus V. Imperator mortuus est, & Spira Metropolitani Germaniae sepultus est. Imperii vero insignia moriens Caesar Imperatrici Mathildi dimisit, quibus postmodum, quia nulla soboles illi superavit, Lotharius Dux Saxonum generali plebis Edicto investiturus successit. Maguntinus enim Archie-

VIII.
Tractat.
de electio-
ne Imp.

(a) Otto
l. 7. c. 17.

to (a) Frisingensis Episcopus: Hic Lotharius per omnia progeniem Imperatoris Henrici humiliavit, ut plane Dei judicium. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

piscopus (nempe Adalbertus), qui potentia & strenuitate pollebat, providentiaque sua, ne schismata vel inordinata surreptio imperii fieret, praecavebat, Episcopus & Proceres totius regni cum exercitibus suis convocavit, cum quibus una collectis de Imperatore constituenda tractavit. Insignia siquidem ab Imperatrice procuraverat ornamenta Imperii, antequam de tanto praesumptisset negotio fari. Excellentissimi, inquit Baronis, qui adhaeritis in hac planicie, me, quaso, solentem audite, & prudenter intendentes: his, qua dicam, obedite. Pro commoditate omnium vestrum, & plurimorum qui non adsunt, laboro, & nocte dieque anxius cogito. Multis sermonibus hic modo non opus est. Bene nosse Imperator noster sine prole defunctus est: cui Deo fidelis & devotus, Ecclesiaeque filius, utillimus Successor sapienter inquirendus est.

IX.
Quatuor
ad Imper.
designantur.

Refert postea Ordericus Lotharii electionem de qua eum non probe edocuum fuisse exitimo, eamque addicendam ab Ottono Frisingensi, & Gotfredo Viterbiensi, horum temporum Scriptoribus. Immo Otto Frisingensis frater uterinus fuit Conradi Ducis Franconiae, & Friderici Ducis Alemanniae seu Sueviae, qui ad Imperium aspirabant. Ut enim tradit Urspergensis Abbas in Chron. Agnus foror Henrici Imp. primis nuptiis juncta fuit, eadem Friderico nobili de Stophen, ex qua progeniit Fridericum & Conradum, secundis vero nuptiis: sancto Leopoldo. huius nominis IV. Marchionis Austriae, cui inter alios liberos Ottonem, postea Frisingensem Episcopum, peperit, quideo gesta in hac electione vix ignorare possunt. Otto itaque Frisingensis, quem Baronius sequitur, lib. 7. cap. 17. haec de electione.

cio justo (sicut in libro Regum habes) in peccatis & praeviatione patrum semina eorum affligi videretur. Unde gra-

successoris Henrici V. scribit: Anno ab Incarnatione Domini MCXXV. defuncto absque heredibus Henrico quinto, Principes Moguntiae conveniunt (in festo S. Bartholomaei, inquit Chronographus Hildesheimensis,) ibique habito de successore consilio quatuor regni Optimates, Lotharius Dux Saxonum, Fridericus Dux Suevorum, Leopoldus Marchio Orientalis, & Carolus Comes Flandria ad regnum designantur. [1].

X.

Tandem Lotharius natione Saxo, patre Gebobardo, voto omnium, veniens walde, ac re clamans, ad regnum tractus, sub praesentia, eligitur Sedis Apostolica Legati nonagesimus tertius ab Imp. Augusto regnavit. Hic per omnia progeniem Imperatoris Henrici humiliavit, ut plane Dei iudicio iusto, sicut in libro Regum habes, ex peccatis ac praeviatione patrum, semen ipsorum affligi videretur. Unde graviter distensis regni, in multis annos protraxit, plurimos in anima & corpore periclitari fecit. Pradicti enim Fridericus & Conradus juvenes, sororii Henrici Imperatoris, dum se viderent opprimi, in quantum poterant, veniti conabantur. Ob quam causam a summo Pontifice Honorio, qui Callisto successerat, excommunicantur. Porro Conradus, a fratre, & quibusdam aliis Rex creatus, & cetera, de quibus infra. Idem habet Gotfridus Viterbiensis in Chron. part. 17. qui in Henrico V. Imp. narrare incipit, vel quae vidit, vel quae a viris fide dignis accepit, ut ipsemet asserit Lotharius, ut prodit Dodechinus Abbas in Chron. III. Kal. Septemb. electus ac Aquisgrani Idibus Septembris inun-ctus, Rex scilicet Germaniae, nam nonnulli anno MCXXIII. Romae Imperator coronatus est. Lotharius secundus hujus nominis fuit.

Por-

NOTAE

[1] *T*otam de electione Lotharii in regem historiam memoriae posteritatis mandavit anonymus qui tunc praesens adhaere videtur, & statim ab ea re gesta ad scribendum se contulit. Vulgavit lucubrationem illam Cl. Eccardus in Quaternione Vet. Monum. pag. 46. Hoc vero exordio utitur author: In curia nuper Moguntiae celebrata, qualiter electio regis processerit &c. Tum narrat convenisse legatos Domini apostolici, quorum unum inferius cardinalem appellat, cum archiepiscopis, Episcopis, (quos ad XXIV. convenisse inferius adnotat) abbatibus, praepositis, Clericis, monachis, ducibus, marchionibus, comitibus, ceterisque nobilibus. Hi ergo in caetum coeuntes uno excepto Friderico Sueviae duce, qui in adversa Rheni parte se continebat, selegerunt ex singulis Bavaria, Suevia, Franconia, & Saxonia provinciis decem principes, qui caeterorum omnium nomine regem eligerent; & ab his tres selecti sunt Dux F. (Fridericus) Marchio L. (Leopoldus Austriae) Dux Loth. (Lotharius scilicet Saxonum Dux). Absente Friderico duo reliqui oblatam sibi dignitatem multa prece & lacrymis deprecari sunt. Quo comperito Fridericus succedenti die una cum duce Bavariae venit in confessum correpturum se ambitam dignitatem sperans; sed votis frustratus tertio tandem die cum electores convenissent eodem Friderico cum Bavaro absente, ut de electione tractarent, subito populi tumultu Lotharius in regem salutaris est. Sed cum electio illa minus rata censeretur, nec principes electores in eam assensuros profiterentur absente Bavaro, accitus est Bavarus, qui una cum caeteris in Lotharium tandem convenit. Ita assumpto Lothario antequam solemni ritu consecraretur de iuribus imperii cum sacerdotio ad investituram quod attinet convenire visum est, ac decretum, ut electus libere, consecratus canonice, regalibus per sceptrum investitur solemni, & in fidei sua ad justum favoris obsequium (salvo ordinis sui proposito) sacramentis obligaret stabiliter. Ita anonymus scriptor coeuvus, ex cujus testimonio constat eandem tunc investitendi rationem perseverasse, quae non ante multos annos ab Henrico constituta fuerat. De eadem Lothario novo regi fidelitatem spondidisse ecclesiasticos, non vero hominum, ut ad id usque in moribus positum fuerat, anonymus idem adnotavit. Quo pariter asserente discimus Fridericum tertium ab electione die ad curiam rediisse, & debitam reverentiam regi exhibuisse, & cum eo in gratiam & amicitiam rediisse; Regem vero per totum Germanicum regnum pacem firmam usque ad Nativitatem Domini, & ab inde ad annum indixisse. Brevi tamen Fridericus pacem illam fregit, ut apud Pagium hic legitimus. MANSI

gravis dissentio regni in multos annos protraxit plurimos in anima & corpore periclitari fecit. Unde praedicti Fredericus & Conradus juvenes sororii Henrici Imperatoris dum se viderent opprimi, in quantum poterant, veniti conabantur; ob quam causam a summo Pontifice Honorio, qui Callisto successerat, excommunicantur. Porro Conradus a fratre ac quibusdam aliis Rex creatus, * Pyrenaeum per jugum Septimi montis, quo Rhenus & Oceanus fluvii oriuntur, transcendit, ubi a Mediolanensibus, qui tunc Comanum bellum per decem annos pro afflictione populi utriusque civitatis miserrime protraxerunt, capta ac deleta urbe, prospere consummarunt, honorifice suscipitur, ac ab eorum Archiepiscopo Anselmo Modici, sede Italici regni, in Regem ungitur. At pro his, aliisque a summo Pontifice deponitur, & alter in ejus locum subrogatur. Hæc Otto, additque, quod simulac Lotharius in Italiam venit, paucis suis, quos habebat, amissis, vix nec absque sui periculo, in patriam revertendi habuit facultatem. Porro fuisse semper Romanos Pontifices Lothario Imperatori eventa declarant.

XII. Legatio Joannis Cremonensis Card. in Angl.

Hoc etiam anno decernitur ab Honorio Papa legatio in Angliam, quæ credita est Joanni Cremonensi presbytero Cardinali tituli S. Chrysoconi, a quo pariter mense Septembris celebratum esse Concilium, Scriptores rerum Anglicarum affirmant, & aliqui ipsorum magno cum dedecore res ab eo gestas, enarrant. Nam præter simoniam notam, quæ ejus æstimationem inurunt, addunt illud ignominiosum, quod cum in eodem Concilio sancivisset canonem adversus clericos concubinaros, in eisdemque declamasset, quod magno scelere post celebratum sacrosanctum Missæ sacrificium auderent se jungere concubinæ, seu de latere ejusdem surgere ad sacrificium celebrandum: ipse tamen cum eadem die Corpus Domini consecisset, post vesperam fuit

PAGIUS

Porro Legati a Sede Apostolica missi fuerunt duo, nempe Eurardus & Romanus juxta Anselmum Gemblacensem hoc anno. Gestis post Comitibus his verbis narrat Ordericus citatus. Dissoluto Conventu, exercitus Frederici super Lotharium irruit, ipsumque & plurimos de parte illius vulneravit, & terga vertentes fugavit. Fredericus enim armatorum fere XXX. millia secum adduxerat, quia timore vel favore se se Regem fore autumabat. Sed quia prohi Pontificis ingenio preventus, ut dictum est, velle suum perpetrare nequivit, per CONRADUM fratrem suum maximam postmodum guerram fecit. Lotharius tamen auxiliante Deo prevaluit, meritoque strenuitatis & religionis laudabilis jam X. annis regnavit. Ex quibus postremis verbis intelligimus Ordericum Historiæ suæ librum XII. anno MCXXXV. elucubrasse.

XI. Fredericus & Conradus Ducer de tumultibus excitantis cogitant.

cum meretrice deprehensus. Scripta hæc reperiuntur primitus ab Henrico Huntindoniense rerum Anglicanarum (a) scriptore. Rogerius ipso recentior eadem totidem verbis repetit in Annalibus, sed anno sequenti, atque novissime Matthæus Westmonasteriensis de his item agens anno præsentis, addit inanem excusationem ejus, quod scilicet ita in turpitudine deprehensus dixisset, quod non fuerit ipse sacerdos, sed sacerdotum corrector. Porro ex tali excusatione convinci mendacium nemo non videt. Etenim quomodo non sacerdos fuit, quem sacerdotem esse, necessitas ipsa cogebat, utpote quod esset presbyter Cardinalis tituli sancti Chrysoconi? vel quomodo non sacerdos, quem dicunt mane incruentum sacrificium celebrasse? certe quidem non numero historicorum veritatem historiæ consuevimus æstimare, sed quanta fide polleat primus auctor cujuscumque assertio. Nam reliquos primum sequi auctorem, & ejus vestigiis inhaerere, frequentiori usu in more positum reperimus. Cum igitur accurate auctorem expendimus, quantæ fidei esset, qui isthæc primus asseruit: invenimus eum plus æquo, imo inique favere sacrorum ministrorum conjugio, ipsum Archidiaconum. Etenim dum ipse agit superius de S. Anselmo, qui in Concilio a se celebrato vetuit conjugia clericorum, mendacissime asseruit, ante illud tempus in Anglia id non fuisse prohibitum, & plures fuisse qui ejusmodi conjugio favissent. Quod quam falsum sit, nullus ignorat. Hæc dicta sint, ut explorata habeatur auctoris fides. Præterea, si tanto fuisset Legatus revera crimine infamatus: quomodo adversarii ejus, ipsi scilicet schismatici fautores Petri Leonis, cum suis scriptis declamasse reperiantur in eos Cardinales, qui Innocentium elegerunt, inter quorum primos idem Joannes Cremonensis habetur annumeratus: tam enorme delictum tacuerunt, ut isti nararunt, & totidem verbis

(a) Henric. Hunt. hist. l. 7. hoc anno.

Ad num. XII. & seq. Imperatrix defuncto marito, amissa quibusdam, quas in dotem acceperat munitionibus, ad patrem (Henricum Angliæ Regem) rediit in Normanniam. Joannes Cremonensis (Presbyter Cardinalis tit S. Chrysoconi) accepta ab Apostolico super Britanniam Legatione, cum diu in Normannia retentus esset a Rege, tandem permissus in Angliam transvehitur, & ab Ecclesiis honorifice excipitur, ait Simeon Dunelmensis in Hist. de Gest. Angl. ad hunc Christi annum, qui postea recitat literas eidem Cardinali ab Honorio II. scriptas Laterani Idibus Aprilis, in quibus ait se illi committere curam & sollicitudinem eidem a Callisto Papa in Angliæ Regno commissam. Recitat & alias ejusdem Papæ omnibus tam Episcopis, quam laicis per Angliam constitutis Laterani II. Idus April. datas, quibus monet & præcipit, ut eum tanquam S. Petri Vic. reverentius suscipiant.

XII. Concil. Londonen.

bis exprobrare cessarunt? vel quomodo Sanctus Bernardus, & alii viri magni nominis ejus temporis scriptores, Innocentii quæ Papæ fautores adeo constanter dicere potuissent, sicut numerosorem, ita & sanctiorem Cardinalium partem eundem Innocentium elegisse, si tanto scandalo ex eis unus Joannes Cremonensis orbem Christianum concussisset? Sed & quod hujus temporis rerum Anglicanarum scriptor Willelmus Malmesburiensis, haud assuetus parcere Ecclesiæ Romanæ ministris, ejusdem facinoris nullam penitus mentionem fecisse reperiarit, nec ibidem diligens auctor, qui adjecit appendicem ad Florentium, & adeo exacte præ cæteris. De singulis rebus gestis in eo Concilio meminit, perinde ac si eidem interfuisset, hujus vulgati (ut volunt) tantopere criminis aliquid penitus scripserit: certe quidem de eo dubitandi, verum ne sit, vel sparsa calumnia, ut fieri affolet, saltem locum reliquit; quod quilibet amantissimus veritatis non putato negabit. Nos vero nec ejusmodi sumus, ut prodicione veritatis delinquentem quemlibet Ecclesiæ Romanæ ministrum prodero nolimus, cum nec ipsa sibi hoc vendicet Romana Ecclesia, ut membra sua & e latere suo Legatos missos omni carere turpitudine asserat. Non enim quod propro ducit Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

fuscipiant. Super Scotiæ quoque Regnum idem Joannes Legati suscepit officium, scripsitque Honorio II. ad Davidem Scotor. Regem, cui rogando mandat, ut Episcopos terræ suæ, cum ab eo vocati fuerint, ad Concilium suum faciat convenire. Epistola data est Laterani Idibus Aprilis. Hac auctoritate Joannes praedictus, subdit Dunelmensis, circumiens Angliam, etiam ad Regem Sotorum David pervenit apud suorum Tvedam, qui Northymbriam & Loidam determinat, in loco qui Rochester nominatur. Ubi officio Legationis peracto, rediens apud Londoniam celebravit Concilium, ait Simeon Dunelmensis qui illud recitat, additque habitum anno XXV. Henrici Anglorum Regis, mense Septembris nona die ejusdem mensis, & anno ab Incarnat. Dom. MCXXVI. Sed legendum, MCXXV. & XXVI. Henrici Anglorum Regis, cum ibidem dicatur congregatum esse Pontificatum Domini Papæ Honorii II. anno primo. Eidem præfuit idem Legatus, & interfuere Turstinus Eboracensis, & Willelmus Cantuariensis Archiepiscopi, Episcopi numero XX. & Abbates circiter XL. cum innumera Cleri & populi multitudine. Condit in eo Capitula numero XVII. eaque de reformandis pravis Ecclesiæ moribus. His Synodali Decreto firmatis Joannes Cremonensis Legatus Romanus reversus est. Hoc Concilium cum præsentis anno accurate illigarent Annalista Mailrosensis, Henricus Huntindoniensis in Hist., & novus Chronographus Saxo, qui addit illud tres dies integros durasse, & in eo sanctos eodem Canonos, quos Sanctus Anselmus olim sanxerat, alioque multos; verum illos haud diu mansisse. B. Carolus cognomento Bonus Flandriæ Comes aut Marchio, ut etiam appellabatur, hoc tem-

XIII.

Apostolus (a) æmulatur Deum, ut fortior illo sit. Si enim ipse Deus, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem, tamen in Angelis (b) suis reperit pravitatem; quid præsumet ipsa, dum Angelos suos mittit Legatos in mare? secundum illud propheticum: (c) Ite Angeli veloces ad gentem convulsam & dilaceratam: cum sciat ipsa non supernos Angelos mittere, sed homines, de quibus est pronuntiatum divinum oraculum, quod universa vanitas sit omnis homo vivens. Sed de his satis.

(a) 1. Cor. 10. (b) Job. 4. (c) Is. 18.

Jam vero quæ in eodem Concilio, quod in Angliam per eundem Legatum hoc anno est celebratum, fuerint definita, hic describamus, & quidem ex auctore, qui cum adeo exacte præ cæteris res ibidem astitatas recenset, majorem sibi præ cæteris vindicat fidem, qui a tempore incipiens, sic exorditur orationem:

XIII.

Celebratur Synodus Londoniæ, in Ecclesia B. Petri Apostolorum Principis, apud Westmonasterium, mense Septembris, nono die ejusdem mensis, id est, quinto Idus Septembris, ubi post multarum discussionem causarum promulgata sunt hæc capitula, & ab omnibus confirmata numero decem * & septem. Præfuit autem huic Synodo Joannes de Crema sancta & Apostolica Ecclesia de titulo sancti Chrysoconi Ccc 2

Concil. Londoniæ a legato Apostolico habitum.

* XVI.

pore florebat, tantamque illi egregiæ quibus exornatus erat, virtutes famam pepererant, ut mortuo Henrico V. Imperatore plerique Germanorum de eo in locum ejus substituendo cogitarent, ut narrat Galbertus Brugenis, & urbis suæ publicus Notarius, ac in plerisque testis oculatus, in Vita ejusdem B. Caroli a Bollando ad diem II. mensis Martii recitata. Narrat enim sapientiores ex Clero & populo Legatos ad eum misisse expostulantes & observantes potentiam & pietatem ipsius, ut imperii honores & dignitates Regiæ cum suis facultatibus pro sola caritate assumeret. Verum Subditi qui eum ut patrem venerabantur coeperunt dolere, & discessum ejus deslere. Remansit itaque in Comitatu suo Carolus Comes pro expostulatione suorum dilectorum pacem, & salutem patriam quantum in se erat, omnibus demandans & constituens. Addit Galbertus, postquam Balduinus II. Rex Hierosolymorum a Saracenis captus fuit, milites, qui militia Christiana ibidem studuerant, communi consensu literas ad Carolum direxerunt, ut Hierosolymam veniret, & Regnum Judææ assumeret, querebantur, enim, quod Balduinus non bene rexisset populum Dei, licet Scriptores Rerum Hierosolymitanarum Balduinum valde laudent. Verum Carolus Flandriam deferere noluit, ubi tamen eum a quibusdam traditoribus occisum fuisse, post biennium referemus.

Floret B. Carolus Bonus Flandriæ Comes.

Hoc anno mortuus est S. Bruno Episcopus Signinus, pietate & doctrina clarissimus. Ughellus Tom. I. Italiæ Sacræ hoc anno mortem ejus consignat, sicuti & Angelus de Nuce in Notis ad Chronicon Casinense, ubi mennenon annus mortis ejus, sed tantum dies, XIV. Mortur S. Bruno Episc. Signinensis.

CHRISTI
1125.

HONORII II. PAP.
I.

HENRICI IV. IMP. 15.
JOANNIS COMN. IMP. 7.

ni presbyter Cardinalis, & domini Pa-
pa Honorii in Anglia Legatus, cum Vil-
helmo Cantuariensi, & Turstano Eboracen-
si Archiepiscopis, & cum Episcopis diver-
sarum provinciarum numero viginti, &
Abbatibus circiter quadraginta, & cum
innumera Cleri & populi multitudine.
Sunt autem hæc Capitula:

Canones
Concil.
London.

Sanctorum Patrum vestigiis inheren-
tes, quemquam in Ecclesia per pecuniam
ordinari auctoritate Apostolica prohibe-
mus. Interdicimus etiam, ut pro Chris-
mate, pro oleo, pro baptisate, pro pœ-
nitentia, pro visitatione infirmorum, seu
unctione, pro communione Corporis Chri-
sti, pro sepultura nullum omnino pretium
exigatur.

Statuimus præterea & Apostolica aucto-
ritate decernimus, ut in consecrationibus
Episcoporum, vel Abbatum benedictioni-
bus, seu in dedicationibus Ecclesiarum
non cappa, non tapeta, non manutergia,
non bacilia, & nihil omnino per violentiam,
nisi sponte oblatum fuerit, penitus
exigatur.

Nullus Abbas, nullus Prior, nullus
omnino monachus, vel clericus Ecclesiam,
sive decimam, seu qualibet beneficia Ec-

clesiastica de dono laici sine proprii Epi-
scopi auctoritate & assensu suscipiat.
Quod si presumptum fuerit, irrita erit
donatio hujusmodi, & ipse canonice ul-
tioni subjacebit.

Sancimus præterea, ne quis Ecclesiam
sive Præbendam paternam vendicat heredi-
tate, aut successorem sibi in alio Eccle-
siastico constituat beneficio. Quod si præ-
sumptum fuerit, nullas vires habere per-
mittimus, dicentes cum Psalmista: Deus
meus pone illos ut rotam qui dixerunt:
Hereditate possideamus sanctuarium Dei.

Adiicientes quoque statuimus, ut cleri-
ci, qui Ecclesias seu beneficia habent
Ecclesiarum, & ordinari, quo liberius vi-
vant subterfugiant, cum ab Episcopis in-
vitati fuerint si ad ordines promoveri
contempserint, Ecclesiis simul & benefi-
ciis earum priventur.

Nullus in diaconum nisi subdiaconus,
nullus in Priorem nisi presbyter, nullus
in Archidiaconum, nisi diaconus promovea-
tur.

Nullus in presbyterum, nullus in dia-
conum, nisi ad certum titulum ordinetur.
Qui vero absolute fuerit ordinatus, sum-
pta careat dignitate.

Nul-

PAGIUS

videlicet prid. Kal. Septembris. notatur [1] Casini
die XVIII. Julii, quo & in Martyrologio Ro-
mano memoratur, colitur. Hic tamen dies non
ejus mortis, sed ejus canonizationis. Signiæ
hæc Inscriptio adhuc legitur: *Æterna memo-
ria Brunonis, quem Lucius III. Pont. Max.
Cardinalium & Episcoporum Conventu Signia
in Ecclesia B. Mariæ, ubi defunctum corpus qui-
escebat, inter sanctos iussit adscribi anno ab ejus
abcessu LVIII. S. P. Q. S. Senatus popululque
Signinus, ideoque Bruno anno MCLXXXII.
in Sanctorum numerum relatus. Postquam a-
liquot per annos Pastorale munus gessit, Casi-
num migravit ac religiosam vitam professus
electus est Cassinensis Abbas. Verum ad populi
postulationem iussus est a Pontifice Rom. in
Ecclesiam suam redire. Varia ingenii sui re-
liquit monumenta a Labbeo in Dissert. de
Script. ecclief. memorata, qui & observat,
aliqua ex eis S. Brunoni Cartusiani Ordinis
Institutori adscripta fuisse. Baronius anno
MCXI. num. XXXII. de Sancti Brunonis E-
piscopi Signiensis morte mentionem facit,
sed annum, quo ea contigerit, non desi-
gnat. [2]*

XV.

Ordericus initio Libri XIII. victoriam Al-
phonfi VI. Aragoniæ Regis ad Penecadel de
Saracenis relatum narrat, sed annum non ex-

primit, & in aliquibus circumstantiis peccat. *Franci
Verum antiqua Monumenta Hispaniensia a San-
dovalio in Alphonso VI. memorata & Mar-
molus l. 2. cap. 33. præsentem annum diferte si-
gnant. Saraceni, inquit Ordericus, comperto re-
cessu Francorum animosiores effecti, rursus aggressi
si regiones Christianorum, vires suas ostenderunt
cadibus multorum. Porro erubescens Aragoni
viris hostium oppressi, Francos iterum accesserunt,
eisque pro perpetrata olim contumelia iustitiam
fecerunt, & iurejurando terras & honores dan-
dos denominaverunt. Comes ergo præterita vita
& injuria immemor, amici & consobrini lega-
tionem suscepit, & secum ingentem exercitum
undecunque collectum adduxit, & contra Paga-
nos pugnaturos in terram eorum audacter intra-
vit. Porro Hispani de tanto auxilio gaudentes,
Francos alacriter susceperunt, transfactosque rea-
tus emendare volentes in urbibus suis Toletæ &
Tudela, nec non Pampelona, oppidisque suis
hospitati sunt, & amplius honores ac possessiones
eis tradiderunt. Illi nimirum otia vitantes, in
initio alatis in unum congregati sunt, Ethni-
cosque de suis finibus eruentis ictibus expulerunt,
& talionem eis reddituri terminos illorum per-
transerunt. Pro illatis autem damnis & con-
tumeliis, Deo favente, multimodam ultionem
exercuerunt: & in regionibus eorum magnam li-
ber-*

NOTÆ

[1] Mortualis S. Brunonis annus biennio anticipandus est; obiisse enim asserit anonymus ge-
storum ejus Scriptor pene quinto decimo Kal. augusti, anno quinto pontificatus
Domini Calisti II. sui vero Episcopatus quadragesimo quarto, idest anno 1123. Vide Bollandistas
ad diem 18. Julii pag. 476. qui authoris ejus fidem præferendam esse docent authoritati chro-
nici Cassinensis, cujus Authorem de rebus S. Brunonis non satis edoctum fuisse constat, utpote
qui in multis errat, ut ibidem Bollandistæ. MANSI

[2] Hunc Brunonem cardinalem S. R. E. fuisse, docet vetus charta a nobis relata in No-
ta ad A. 1048. 2. MANSI

CHRISTI
1125.

HONORII II. PAP.
I.

HENRICI IV. IMP. 15.
JOANNIS COMN. IMP. 7.

Nullus Abbas, nullus omnino clericus,
vel laicus quemquam in Ecclesia ordina-
tum absque proprii Episcopi iudicio præ-
sumat eisere. Qui autem secus facere
presumpserit, excommunicationi subjace-
bit.

Nullus Episcoporum alterius presumat
parochianum ordinare, aut judicare: u-
nusquisque enim suo domino stat aut ca-
det. Nec tenetur aliquis sententia, non
& suo iudice prolata.

Nemo excommunicatum alterius præsu-
mat in communionem suscipere. Quod si
scianter fecerit, & ipse communione ca-
reat Christiana.

Præcipimus etiam, ne uni persona Ar-
chiepiscopatus, vel diversæ ordinis tri-
butantur honores.

Presbyteris, diaconibus, subdiaconi-
bus, Canonicis, uxorum, concubinarum,
& omnium omnino feminarum contubernia
auctoritate Apostolica inhibemus, præter
matrem, sororem, amitam, sive illas ma-
ligeres, que omni careant suspitione. Quis
hujus decreti violator extiterit, confes-
sus vel convictus ruinam proprii ordinis
patiatur.

PAGIUS

bertatem inveniunt, vitæ omniumque veram,
hyemem præsolati sunt. Hæc Ordericus, cuius
narratio licet, quoad sententiam vera, in cir-
cumstantiis tamen peccat; cum Tutela Francis
statim post Rotroci Comitibus adventum tradita
fuerit, ut patet ex didis anno MCXIV. ubi
reulimus, quæ paulo ante ibidem Ordericus
narravit.

XVI.

Saraceni
ad Penne-
sadel vi-
di.

Pergit Ordericus: Tunc Rotro Comes Morito-
nia cum Francis, & Episcopi Casaraugustanus
cum fratribus de Palmis & Guazo de Biara
(legendum, Galone de Biara, Bearnia Vice-
comite) cum Gasconibus, Penecadel, ubi sunt
duæ turres inexpugnabiles munierunt, & sex
septimanis tenuerunt. Tandem pugnantes contra
Amoran Regem Valentia per Satinam (corrigere
Sativam, quæ Xativa & Chatiba, & Serabis
appellatur, a Valentia novem leucis distita)
urbem convenerunt: sed Pagani antequam feri-
rentur, fugerunt. Relictis autem in munitione
Penecadel LX. satellitibus, redierunt. Sed
Amoravii, & Andeluciani de Africa missi a Re-
ge Alis, filio Issef, hic locus a Librariis ma-
nifeste corruptus; Andeluciani enim Hispani
sunt, & Almoraviti Africanæ. Quare legen-
dum, Almoraviti & Andeluciani de Africa missi
a Rege Alis, filio Issef aut Joseph &c. eis ob-
viaverunt, iriduogque in castro Serraviti obsede-
runt. Christiani vero his tribus diebus pecca-
torum suorum penitentiam egerunt, jejuna-
verunt, & Deum invocantes XVIII. Kal. Septem-
bris pugnaverunt, & adminiculante caelesti vir-
tute post diurnum certamen, eum Sol occum-
beret, vicerunt: sed fugientes Paganos, no-
cturna formidantes pericula, per incognita itin-
era diu persequi ausi non fuerunt.

XVII.

Complures
Galli so-
des in
Hispania
figunt.

Prosequitur Ordericus: Pridie ante genera-
lem pugnam Guarinus Sancto, vir in multis lau-
dandus, cum fratribus DE PALMIS in mon-
tana ascendit: ibique Christianis cum virtute
Dei præstantibus, Alaminum Rex cum CLIV.
milibus petitum vitæ aufugit. Innumeri de

Usuram & turpe lucrum clericis omni-
bus prohibemus. Qui vero super crimine
tali confessus, fuerit convictus a proprio
gradu deiciatur.

Sortilegos, arolos, & auguria qua-
que sectantes, etque consentientes ex-
communicari præcipimus, perpetuaque no-
tamus infamia.

Inter consanguineos seu affinitate con-
junctos usque ad generationem... ma-
trimonia contrahi prohibemus. Si qui ta-
liter conjuncti fuerint, separentur.

Interdicimus etiam, ut viri proprias
uxores de consanguinitate impetentes, &
testes quos adducunt, non suscipiantur,
sed præca Patrum servetur auctoritas.
Placet vobis? Placet. Placet vobis? Pla-
cet. Placet vobis? Placet.

Inde Cardinalis relicta Anglia Nor-
mandiam vadit, ac demum revertitur Ro-
mam. Voillelmus quoque Archiepiscopus,
considerans Ecclesiam regni Anglorum in
Cantuariensis Ecclesie humilitate gra-
vi scandalo confirmatam: transit ipse
mare, Romam iturus, rebus, quæ non
eque processerant (ne pari exorbitatio-
ne amplius procederent) opem pro posse
latu-

Willel-
mus Ar-
chiep.
Cant. le-
gatus A-
post.

santis Paganorum legionibus perierunt, ad
armis persequentium, aut præcipitiis, aut nimia
lassitudine, vel siti, vel aliis generibus mortium.
Sic Afri, qui suppetias idololatris Hiberis, (idest
Saracenis Hispanis) venerant, interierunt, &
Christianorum telis in Orcum demissi, cum Re-
gibus suis gobenna pœnas luunt. Deinde Nor-
mannorum quidam & Francorum loca sibi op-
portuna perquisierunt, & ibidem ad habitan-
dum sedes elegerunt. De equitibus Ordinis mi-
litaris S. Sepulcri, ab Orderico Fratribus de
Palmis appellatis, qui in hoc prælio magnam
sibi gloriam peperere, anno MCXX. verba
fecimus. Instituti erant Templariorum exem-
plo adversus Infideles in variis Aragonia lo-
cis, ut Diagus, Buterus, & Joannes Briz in
Historia Pennatenis ostendunt.

XVIII.

Era MCLXIII hoc scilicet Christi anno, urbs
Sancti Dominici de Calciata, vulgo S. Domin.
Fundatur
go de la Calzada dicta, in qua Sanctus Domi-
nicus Calciatensis anno MCIX. demortuus quies-
cit, fundata fuit in Riota, Provincia Hispaniæ
Castellæ veteri annexa, ut refert San-
dovalius in Alphonso VII. fol. 138. ubi cele-
bris hujus civitatis, quæ hodie pars est Epis-
copatus Calahorrensis, initium repetit a Di-
plomate Sancti Dominici Calciatensis, ut cir-
ca hujus Sancti Sepulcrum urbem civibus pro-
pagare posset.

Fundatur
urbis S.
Dominici
de Calcia-
ta.

Anselmus anno MCXXXIII. Mediolanensis Ar-
chiepiscopus electus fuerat, ut jam diximus,
sed Mediolanensibus Ecclesiam suam eatenus
Romano Pontifici subiecti, sed juris sui esse præ-
tendentibus, ut Pallium Romanus Pontifex pe-
tenti Archiepiscopo mitteret, Romam se se
conferre distulerat; verum hoc anno secutus petere
consilium quorundam Capellanorum & Primice-
arii, Patri quoque Terdonensis Episcopi, contra
publicum interdictum Cleri & populi Mediola-
nensis (res-mira) Romam iit, inquit Lan-
dulphus Junior in Monument. Basilicæ Ambro-
sianæ pag. 174. Paulo post subdit Landulphus;
Ye.

XIX.

Anselmus
Archiep.
Mediolan.

laturus. Venit ergo Romam, & ab Honorio summo Pontifice, qui Callisto successerat, honorifice susceptus est. Cui idem Apostolicus vices suas in Anglia & Scotia commisit, & Apostolica Sedis Legatum constituit. Hucusque auctor de rebus gestis anni hujus.

Venit quoque Romam hoc anno ad Honorium Papam, audita ejus creatio-

RAGIUS *Verumtamen ipse, seu vir prudens & sapiens, cum Papa Honorio & Cardinalibus ejus multa contulit; & conferendo Ecclesiasticas consuetudines Ambrosiana Ecclesia, & honores ejus Archiepiscopatus & urbis vicis & bonis rationibus defendit. Unde ipse Papa huic prudenti viro dixit: frater, meditatus, ut Episcopus venissi: sed si vis frui auctoritate Archiepiscopi in temporibus meis, necesse est ut Stolum suscipias de manibus meis: aut sicut ego suscepi, ad Altare Sancti Petri. Hinc dominus iste Mediolanensis Robaldum Albensem (Episcopum Abbat in Monte Ferrato.) adjuravit, ut sibi consuleret. Tunc Robaldus ille Albenis sic ait, quod prius sustineret nasum suum scindi usque ad oculos, quam daret sibi consilium, ut susciperet Roma Stolum, & Ecclesiam Mediolanensem prepararet hanc novam & gravissimam, quam Honorius Papa dicebat sibi, imponere mensuram.*

XX. *Mediolanum igitur iste Anselmus Archiepiscopus purgat se sine Stola rediit, & eundem Albensem Episcopum secum reduxit. Verum Archiepiscopalem Sedem non ascendit, hinc Puricellus citatus descendit, quia tantum electus erat, & non consecratus. Sed ex mox dictis liquet, Landolphum intelligere eum Sedem non conscendisse; quia Clerus & populus pati volebat Archiepiscopum jurium Ecclesie sue pravaricatorum, qualem Anselmum reputabant, acdo-*

ne, sanctus Norbertus Præmonstratensium institutor, a quo benigne exceptus est, & antequam recederet, quiddam voluit, impetravit de sui Ordinis institutione. In reditu autem idem Norbertus de sua electione in Episcopum divinitus emissum oraculum accepit. Hæc pluribus Hugo (a) ejus temporis scriptor in vita ipsius.

S. Norbert. Romam ad Honor. venit. (a) Hugo in vit. ipsius c. 2. apud Siv. t. 3. die 6. Jun.

VI.

nec se se purgasset reputarunt. Anselmum enim jam ordinatum fuisse, ostendunt præfata verba: Meditatus & Episcopus venisti, donec Ubertus de Meregnano ejus Scriba juravit, quod ipse dominus suus Anselmus nulli minimento honoris Ecclesia Mediolanensis consensit (qua de re solum tunc agebatur); & quod ipsum Albenis ille Episcopus Robaldus auctoritate sua confirmavit. Deinde Pontifex iste Anselmum Sedem & Castellam Archiepiscopatus, in beneficio Cleri & populi recuperavit. Idem Clerus ac populus, qui eum Sede Archiepiscopali & redditibus spoliarent, ipsimet utrumque ei reddunt, beneficio Cleri & populi, postquam se se pravaricationis crimine purgavit, tuncque uti legitur in Catalogo, tam Metropolitanus Archiepresbyteri quam urbis Secretarii, a Puricello citato, hic (Anselmus) cum magna comitiva Nobilium Mediolanensium in festo S. Michaelis per portam Ticinensem intrans, in Sede sua collocatur, ut mos est in talibus. Quibus ex verbis Puricellus perperam infert eum antea in eadem Sede non sedisse. Porro ut videre est apud Puricellum, prætendebant Mediolanenses ut Romani Pontifices petenti Archiepiscopo Pallium mitterent, exemplo Sancti Gregorii anno DXCIV. Joannis XII. anno DCCCCXXX. & Paschalis II. anno MC. quibus rei exitus fuerit, infra videbitur.

I. *Vigesimalis sextus post millesimum centesimum annus adest, Indict. quarta, quo Honorius Papa Romæ degens, duorum præcipuorum Abbatum, Cassinensis & Cluniacensis causas cognoscens, eisdem lata sententia condemnavit. Quod autem in primis ad Cassinensem pertinet, præter illa quæ superius dicta sunt, rem sic habeto ex Petro (a) diacono Cassinense: Pontifex autem cum Nicolaum electum ignoraret, Gregorium Cardinalem tituli Apostolorum ad monasterium dirigens, mandat ut ejusdem consilio Senioretem Capuani monasterii Præpositum Abbatem Fratres eligerent, ex cuius promotione & Deus honoraretur, & religiois status in famoso Cassinensi monasterio roboraretur, bonaque Ecclesie tam spiritualia, quam temporalia in dies auferentur: ipse pro viribus monasterio favere semper paratus esset. Veniens autem Cardinalis ad monasterium, Fratres quid Papa præceperit, nuntiat. Quod dum Fratres audivissent, murmur inter eos protinus oritur, dicentes, non debere Cassinensis Abbatis electionem in alterius potestatem transire; iniquum & indignum esse, ut Cassinensis Ecclesia tam libera semper extiterat, maximo pudore Cardinalibus subiceretur. Dicere veriti sunt, Papæ, vel addere (quod erat) Cardinalibus Legatis Apostolicæ Sedis, quibus Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas parere necesse esset. Ut plane redarguendi fuissent magnæ ingenii tarditatis, & imperitiæ, vel mentis nimis elata factus. At Gregorius Cardinalis ratione potius eos vincendos, quam cohibendos auctoritate putavit, cuius tunc ad eos habitam orationem sic recitat Petrus:*

II. *Tunc ille, imperato silentio, Fratres dixit: Ego hic neque pro Papæ Honorii lucro, neque pro Romana Ecclesia honore, sed pro salute animarum vestrarum, si permittatis, adveni. Romana enim Ecclesia vestro auxilio & laude non indiget, quæ præconium laudis in Petro ex ore ipsius Redemptoris emeruit. Quam autem Ecclesia, vel monasterium a Romana Ecclesia non disponatur arbitrio, ejus imperio celum ipsum aperitur, & clauditur? Omnes quippe Ecclesia a Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, vel*

*quibuscumque Fidelibus condita sunt: Romanam vero Sedem solus fundavit Filius Dei, & super Petri Apostoli erexit fidem, cui etiam terræ simul & cælestis Imperii jura commisit: & illud Verbum, quod condidit celum & terram, Romanam fundavit Ecclesiam. Atque ut omnis cæteris, ad ea de quibus nunc agitur, veniamus: sicut Apostolorum Principes Petrus & Paulus Romanam Ecclesiam suo sanguine consecrarunt; ita Cassinense cœnobium per beatum Benedictum, qui Romæ doctus fuerat, & per civis Romanos Maurum & Placidum habuit fundamentum. Neque illud ignoratis, quod destructo a Longobardis monasterio, Fratres juxta Lateranense palatium centum ferme & triginta annis habitarunt. Ac demum Cassinensem Ecclesiam non alii quam Romani Pontifices extruxerunt, Gregorius scilicet, & Zacharias. Quæ rursus a Sarraconis incensa, iterum a sancto Agapito est restaurata. Cum igitur hujus cœnobii fundatores ex Romana Ecclesia disciplina prodierint, ejusque instauratores Romani Pontifices fuerint: consequens est justa sanctorum Patrum instituta, ut Ecclesia Romana mater & domina, Cassinensis autem ejus spiritualis appelleretur filia. Revolvite Cassinensia monumenta, scrutamini Annales, & an ita se habeant res, ipsi judicate: sin autem se aliter habent, mendacii arguite. Sin vero habent, ut dixi, nolite veritati resistere, nolite Romanæ Ecclesie repugnare, nolite ejus jussionibus contraire, sed ex cuius uberibus Fidei * jura-
* al. elementa sumistis.*

Quantum autem illi Gregorio audito profecerint, audi ex eodem eorum diacono

III.

(b) I. Thes. 2.

PAGIUS
SÆC. XII
An. Eræ
Hisp.
MCL.
XIV.
Anno
Hegiræ
ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6619.
© 15. C. D 6. P. II. April. Indict. 4.
JESU CHRISTI 1126.

HONORII II. PAPÆ 3.
LOTHARII REG. 2.
JOANNIS COMNENI IMP. 9.

DXX.
inchoato
die 28.
Januar.
fer. 6.
A. C.
1126.

cono Petro: *Tunc, inquit, Fratres, temporis objecta necessitate, Apostolici voluntatem se impleturos pollicentur, dum tempus opportunius viderint. Sicque discessum a Capitulo est. At quantum nocuerit non statim capessisse mandata pontificis, ex iis plane tragicis, quæ subicit idem Petrus, intelliges: cum videlicet duo illi Abbates, Oderisius, & Nicolaus acerbissimo contra se invicem odio concitato, ad comparandos armatos omnem monasterii thesaurum dilapidant atque dispergunt. Nam audi spectantem ista omnia Petrum diaconum: (a)*

Oderisius vero cognita Nicolai electione, agiler ad arcem, quæ Bantram dicitur, penetrat, & pecunias large distribuens, undecumque milites collegit, igni & ferro cuncta Nicolao faventia castra demoliri solotenus cepit. Nicolaus hoc agnito; Robertum Jordanis Principis filium in suum auxilium evocat, atque ad monasterium dirigens, ad se deferri iussit aquimanilia argentea librarum novem, quæ Savinus (ut supra diximus) beato Benedicto donaverat, aquimanilia argentea Sptebani Papæ, altare aureum cum gemmis pretiosis; calicem aureum librarum quatuor; calicem magnum Saxonicum, quem Theodoricus Saxonum Rex beato Benedicto transmiserat, Epistolarium aureum Desiderii Abbatis; textum Evangelii Henrici Imperatoris cum gemmis pretiosis, Evangelium aliud; thuribula argentea novem; coronas argenteas totidem, ponderis alias novem, alias duodecim librarum, quas Otto Imp. Hugo Marchio, alique Fideles sancta Benedicto obtulerant; calicem librarum novem; alios calices quinque; cochlam librarum septem, candelabrorum paria tria, coronas quatuor, singulas librarum decem & octo; cochlas duas librarum octo; cucumellum librarum sex; textum Evangelii, scutellam magnam, arcum Ducis cum aquimanili suo. Hæc omnia argentea, crucemque auream ab Ec-

(a) Petr. diac. lib. 4. c. 91. IV. Quanta passum Cassinen. coenobium a suis Abbatibus.

PAGIUS I. Obitus Pontii Exabbatis Cluniacensis.

A num. VI. ad IX. Refert Baronius ex Petro Venerabili lib. 2. de Miracul. cap. 13. iudicium habitum Romæ de Pontio Exabbate Cluniacensi, qui anno superiori, magno dedecore Monachorum, populique scandalo, in monasterium Cluniacense irruit, ut ibidem diximus. Idem ac Petrus venerabilis narrat Ordericus lib. 12. Pontium protinus accessit (nempe Honorius II.) ad examen Apostolica Sedis astare precepit, rationem redditurus, unde impetratus fuerit. At ille Romam veniens, Papam adire distulit, dieque denominato ad placitum summontus venire venit. Romanus igitur Pontifex Petrum (sc. Venerabilem in Pontii locum Abbatem electum) cum apicibus Apostolicis & dignitatibus Cluniacum destinavit, Monachisque, ut in omnibus ei secundum Regulam S. Patris Benedicti obsequerentur, mandavit. At illi iussu complentes Abbatem visoria elatum susceperunt: cujus Imperii jugum divina legis lau-

clesia abstrahens, & castrum non recuperavit, & grave contra se odium monachorum excitavit. Quid demum post animositates, bella, incendia, atque cædes? Oderisius (subdit Petrus (b) cernens, Romanum Pontificem in omnibus sibi adversari; fera ductus poenitentia, 95. Romam perrexit, prostratusque illius pedibus, Abbatiam in manibus ipsius renuntiavit, &c. Nicolaus non sic, sed in schismate persistit. De quo idem Petrus inferius:

Comperto Honorius monasterii negotia quotidie in deteriora proficere, eundem Nicolaum ut inutilem ab officio removisset, Fratribusque mandavit, ut si sibi parere, suaque ordinationi stare velent, nobili & antiquo beati Benedicti monasterio tam in spiritualibus, quam in temporalibus instaurando tota intentione studeret. Monachi igitur suo damno experti, quam malum & amarum esset reluctari Sedis Apostolicæ obedientiæ, in omnibus Honorio Papæ parere deliberrant. Nam de eis pergit Petrus: Fratres, qui Nicolaum ob thesaurum dissipatum, & amissam terram jam dudum exosam habebant, venienti ad monasterium januam in faciem claudunt, Honorioque renuntiant, ut veniat, se suaque in eius potestate permittentes. Ille levis factus, Mattheum Episcopum Albanensem ad monasterium dirigit, mandataque Fratribus, ut quem ipse idoneum ex Romana Sedis auctoritate censeret, hunc ipsi omni mora seposita eligerent. Quod & factum. Nam ab Honorio Papa propositum Abbatem illum Capuanum, de quo superius, Senioretum nuncupatum, sibi elegerunt Abbatem, quem ipse Pontifex Casinum pergens, profecturus Beneventum, sacris ritibus consecravit, hæc omnia excessere limites anni hujus: Nam Nicolaum sedisse annum unum, mensem unum, & dies sexdecim, idem Petrus affirmat. (c)

Jam vero quomodo ejusdem Apostoli-

(b) Idem ibi. c. 94.

V. Reicitur Nic. eligitur abbas ex Papæ voluntate

(c) Petr. diac. lib. 4. c. 91. VI.

dabiliter militantes huc usque perferunt. Contemptorem vero Pontium post aliquot dies missis satellitibus suis comprehendit, & in carcerem retrudit. Qui non multo post enormi morore affectus agrotavit, ibique multis illum lugentibus vitam finivit. Igitur, ut quidam dicit; Principium fini solet impar sepe videri. Petrus Venerabilis etiam scribit Pontium Romæ mortuum fuisse, quod & indicat Honorius II. in sua Epistola. In Martyrologio Benedictino ad IV. Kalend. Januariæ, ut videre est in Biblioth. Cluniac. pag. 558. legitur: In Monasterio Cluniacensi, depositio Sancti Pontii Abbatis doctrina ac sanctitate clari. Verum literæ Honorii II. mox laudatæ, & a Baronio recitatæ ostendunt fidem hujus Martyrologii hæc in parte nutare. Ibidem refertur locus Trithemii in Chron. Hirsaugiensi tradentis Honorium II. Pontium Cardinalem S. R. E. ordinasse, quod a veritate prorsus alienum. Vide dicta anno superiori num. I. & seqq.

lice Sedis iudicio, hoc anno, Romæ definita fuerit Cluniacensium causa, dicendum. Ipsum enim Pontium invasorem, excommunicatum vi tractum Romam ad iudicium subeundum, anno superiori, dictum est ex Petro Abbate Cluniacensi, rem gestam exacte scribente, qui pergit de Cluniacensibus Romam missis, ad dicendam causam vocatis: (a)

Obtemperat statim pars cuncta nostrorum, & inter innumeros monasteriorum Priores causa cujus hæc interiecta sunt, jam dictus venerandus Mattheus advenit. Adest & Pontius licet invitus cum suis. Et denominata die, ut iudicium subeat, advocatur. Præcipitur tamen, ut quia excommunicatus nec agere, nec iudicium canonicè subire potest, prius satisfaciatur, & satisfaciendo se vinculo, quo jure vincus fuerat, solvat. Mittuntur a Papa Nuntii, & ex parte mittentis, ut de tantis malis satisfaciatur, jubent. Respuit ille necesse ab aliquo viventium anathematis vinculo vinciri posse affirmat: solum esse Petrum in cælis, præter quem nulli hoc licere fatetur. Commoto multo magis tali ejus responso domino Papæ, totaque simul inde Urbis turbata: non solum excommunicatum, sed & schismaticum cunctæ proclamant. Et quia (ut dictum est, nisi) solutus ad iudicium admitti non poterat: suos qui cum eo venerant, utrumquod ille volebat, illi saltem satisfacere velent, responsum missis dominus Papa Nuntius quarit. Qui statim pro ejus imperio paratos se esse respondent. Intrantergo palatium nudis pedibus cuncti, & reos se in conspectu universorum fatentes, protinus absolvuntur. Absoluti causam ingrediuntur, & nihil quod vel sibi, vel illi pro quo agebant, suffragari posset, intactum relinquunt.

(a) Petr. Cluniac. lib. 2. miracul. ca. 13. Judicium de Pontio exhibitur Romæ.

VII.

Damnatus Pontius morbo interit.

Assumit sibi ex parte alia vocem universorum venerandus Mattheus, & sapienter de tota causa perorat. Surgit statim quidam paribus: Papa, & tota Romana Curia sibi adjuncta, ad rem examinandam in partem secedit. Moratur diu, redit cum cunctis post aliquot horas ad Sedem: ut inventam ex consilio sententiam ferat Portuensis Episcopo jubet. Fert ille iussu sententiam, & ut ipsa ejus verba referam: Pontium, inquit, invasorem, sacrilegum, schismaticum, excommunicatum ab omni Ecclesiastico honore vel officio sancta Romana & Apostolica Ecclesia in perpetuum deponit, & Cluniacum monachos, vel cuncta ad idem monasterium pertinentia Abbati, qui in presentiarum est, cui injuste subtrahata fuerant, restituit. Data sententia, uniuntur qui divisi fuerant, & velut in momento redintegrato Cluniacensi corpore, tantus tanque diutinus malorum turbo sedatur. Irruit post paucos dies tam in victos, quam in Ann. Eccl. Tom. XVII.

victores Romanus ille pestifer morbus & pene omnes tam monachos quam famulos in brevi prostermit. Invadit vix elapsio mense & dominum Pontium, paucisque diebus interiectis, extinguit. De cujus sine epistolam mihi a supradicto beata memoria Papæ Honorio directam (si forte ejus notitia utilis judicatur) adjungo.

Honorius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi Abbati salutem & Apostolicam benedictionem.

Præterito mense Decembri Pontius viam universæ carnis ingressus est, qui quamvis de malis Cluniaco illatis sæpe communitus, poenitentiam agere noluerit: nos tamen pro reverentia ejusdem monasterii, cujus monachus fuerat, cum honeste sepeliri fecimus. Data Laterani. Hic finis Pontii infelicissimi, de quo loco epitaphii sepulchralis hos tunc cecinit versus Petrus Pictaviensis:

VIII. Honorii Papæ ep. de Pontii obitu & sepultura.

Grande lucrum facinus, quia causa schismatis hujus, Corruit ex toto perfidus ille draco. Cumque caput lubricum sustollere nititur anguis, Rumpitur, & moriens atra venena vomit. Interiere nigri præstigia sava colubri, Nec patitur monstrum vivere Romæ diu. Sed mox accipiti gladio fera colla iruicidans Defendit Petrum Petrus ab hoste suum.

Ex his autem malis tulit illud Ecclesia Romana compendium, ut ex monachis Cluniacensibus Mattheum illum, qui ea de causa Cluniaco Romam venerat, virum sanctissimum acceperit in Cardinalem, cujus vitam plane mirandam ipse qui supra Petrus Cluniacensis Abbas scriptis mandavit. Qui enim ob defensionem suorum Cluniacensium cum primarii Abbatibus præceptum una cum aliis in Romanam Curiam intulisset (quod non possit abscondi civitas supra montem posita) cum qualis esset, ipsi Honorio Papæ optime innotuisset, eundem statim absoluta causa creavit Cardinalem Episcopum Albanensem. De cujus promotione, & vitæ monasticæ instituto retento accipe quid Petrus dicat: (b)

(b) Petr. Clun. lib. 2. miracul. c. 14.

Causa jam dicta Mattheus tractus ad Urbem, ea sic definita, redire cum sociis ad propria festinabat. Sed qui nescientem vocaverat Deus, reditum impedivit, & quia super pauca fuerat fidelis, cum super multa, ut expertum dispensatorem promovit. Insungit ei cum honore nominandus Papa Honorius majoris honoris & oneris pastoralem curam, & cum labori suo

D d d

suo socium adhibens, in Episcopum Albanum consecrat. Profectus ergo ad sublimem pontificalis ordinis gradum, & super Ecclesiam candelabrum ad lucendum omnibus qui in domo erant, magnifice exaltatus; nihil de monacho quorundam more dimisit, sed sicut de magno Martino legitur, eadem in corde ejus humilitas, eadem in vestitu ejus vilitas mansit. Nihil de officiis, nihil de cantibus, nihil de proluxa Cluniacensi psalmodia, quarumlibet curarum prætextu reliquit. Servabat in palatio insuta claustra, & mundo expositus, firmo & longo usu velut innato religionis, proposito a secularibus se vanitatibus quasi septo firmissimo secebat. Cohibebat se intra se, nunquam (sicut de quodam dictum est) magis solus quam cum aliis, nunquam negotiosior quam cum solus erat. Præferebat cunctis operibus suis, omnibusque sanctis studiis sacrificandi Deo illum suum quotidianum usum, a quo nec rei familiaris cura, nec multiplex occupatio, nec ipsa continua, post summum Pontificem omnium Ecclesiarum sibi imposta sollicitudo eum retrahere poterant. Conquerebatur inde sæpius Papa: & aliis ad Curiam mane, ex more, convenientibus, ipsi ad horam tertiam usque occurrenti, quod plus nimio esset monachus, velut improperabat. Nec hoc tantum Romæ, sed etiam ubique terrarum studiose servabat. Urebat se sæpius diebus acriore Italici Solis ardore, quod matutinas in his sacris officiis occupans horas, extrahi ab ecclesia circa sextam quandoque horam vix poterat. Et quia non solum simplex religiosa innocentia, sed & prudens erat singulari sapientia, mittebatur sæpius a magistro ad diversas partes orbis terrarum & vices Apostolicas, in partem ab eo vocatus sollicitudinis, prudenter administrabat. Quarum prima illa fuit legatio ejus, cum mox (ut audisti) ad conciliandos Cassinates monachos ab eodem Pontifice mittitur, reque bene & ex sententia gesta, ad ipsum Romam rediit. De reliquis autem suis locis dicitur inferius. Ut plane appareat ex cunctis rebus ab eo bene gestis, ejus in Cardinale electione magnopere illustratam fuisse Romanam Ecclesiam. Sed de his hæcenus.

PAGIUS II. Ho Abbate inter Cluniacenses dissensio orta.

Ad num. X. & seq. Divus Bernardus Epistola sua ordine I. ad Robertum nepotem data, cum ad Monasterium Cisterciense revocare conatus est. Robertus enim vel horrore strictioris Regule, seu vitæ laxioris illecebra, vel etiam blanditiis & subdolis aliorum suffuris inductus a Cisterciensibus ad Cluniacenses transierat. Rediit postea Claramvallem Robertus, restitutus ab Abbate Cluniacensi, ac Domus Dei in Diocesi Bisuntina Abbas a Sancto Bernardo aliquot post annos institutus. Hinc ortæ inter utriusque Ordinis Monachos dissensiones,

Hoc eodem accidit tempore, ut inter Cluniacenses & Cistercienses monachos graves dissensiones orirentur occasione observationis Regule sancti Benedicti, sub cujus stipendiis licet sub habitu diverso uterque Ordo militaret, alter (a) alterum (b) redarguens inobservantia atque prævaricationis ejusdem. Verum non eo processit ista contentio, ut inter eos charitas scinderetur, quinimmo magis magisque, ut bene fixa radice arbor ventis consolidatur, inter eos firmata fuerit & stabilita; quamvis humani generis hostis causas plurimas discordiarum diversis temporibus (ut inferius apparebit) subministravit. Fuit inter alia illa prima, qua his diebus sanctus Bernardus valde permotus est, cum ipsi Cluniacenses pellexissent (ut nuntiatum Bernardo fuit) ejus affinem monachum Cisterciensem, & seduxissent blanditiis, ut transfret ad Cluniacenses: pro qua re & dispensationem Apostolicam impetrasset. Tulit plane animo indignissimo id factum Bernardus, atque ad revocandum adolescentulum scripsit primam ordine positam epistolam, quam sicut afflatus Spiritu sancto dictavit; ita Dei esse opus, quod perficere conaretur, miraculi perspicua evidentia est declaratum. Cum enim sub dio distaret illam sereno caelo, & inter distandum improvisa oborta pluvia amanuentis a scribendo cessaret, & inde recedere vellet ad lectum locum; prohibuit eum Sanctus illud usurpans: opus Dei est, curat ipse sua. Quo factum est, ut renovatum fuerit miraculum exhibitum Gedeoni, cum undique madente terra dentis imbribus, charta illa, in qua epistola scribebatur, neque a gutta pluviae ostendi potuit esse læsa. Factum est autem, ut cum eadem epistola ad Cluniacense perlata esset monasterium, lectaque ab ejus Abbate Petro, viro plane religiosissimo, sanctoque Bernardo (quantum humano iudicio potest intelligi exscriptis, magisque ex rebus ab eo præclare gestis) charitate non impare: tantum abest, ut ex eis turbatus animo, adversus ipsum indignationem conceperit, quin magis compassus fuerit, eique indulgendum duxerit, adeo ut non ipsum Robertum solum resti-

X. Cur tanta mala pati Deus permisit (lun. Apolog. ad Villiel. Abb. s. Theodoric. (b) Petr. Clun. l. 3. ep. 28. & l. 5. ep. 16.

XI.

S. Bern. Petrus indulsit.

ut videre est apud Baronium, qui putavit eam Sancti Bernardi Epistolam hoc circiter tempore datam esse, & quando hæc contigere, Petrum Venerabilem Abbatem Monasterii Cluniacensis fuisse. Verum Manricus in Annal. Cisterc. ad annum MCXVII. & ad an. MCXXVI. ac Mabillonius in Notis fustoribus ad Epist. I. Divi Bernardi ostendunt, Robertum & a Claramvalle discessisse, & ad eandem reversum esse Pontio, non vero Petro Venerabili, Abbatiam Cluniacensem administrante, & Epistolam illam ante annum MCXX. scriptam fuisse.

A num.

lituerit, sed & alios concesserit monachos, qui apud se essent, quos sciret eidem sancto Bernardo esse charissimos. Quinam autem isti fuerint, quos benigne ad Cistercienses ex Cluniacensibus redire fecerit, recenset idem Petrus in epistola (a) quadam ad eundem sanctum Bernardum data, qua peteret monachum Cluniacensem ad breve temporis spacium ad se mitti ex monasterio Claramvalensi, sic dicens: Cur ergo, mi charissime, unus saltem mihi per mensem non conceditur; cum ego Petrum, cum Robertum sanguine proximis, cum Guarnerium cum quosdam alios, tractus amore tui, tibi non mense uno, sed perpetuo concesserim? Quot ego Abbatibus, quot monachos aliis, ne dicam, alienis ecclesiis, litteris tuis, vel consiliis victus concessi? Nec me poenitet amico cessisse: cui & adhuc in pluribus paratus sum cedere, &c. Sic igitur inter duos sanctissimos Abbates istos, super seminante antiquo hoste zizania, tantum abest ut creverint ipsa usque ad messem, sed nec siverint ipsi ea in segetem coallescere, quin continuo evulla quamprimam aruerint: ut ex his, quæ inferius dicturi sumus, perspicue apparebit. At de his modo fati.

XII.

(b) Hugo in vita Norberti. c. 34. apud Sur. to. 3. die 6. Junii.

Quo anno sanctus Norbertus, cum accepisset Romæ ab Honorio Papa confirmationem instituti a se Ordinis Præmonstratensium, revertus in patriam, dispositis rebus, vocatur Antuerpiam, ut Ecclesiam illam novi hæresiarum opera labefactam adjuvaret. Quinam hic fuerit hæresiarum, & quæ ejus nefandæ assertiones, sic accipe ab Hugone (b) ejus temporis auctore, qui ait: Non est autem prætereundum, quare vocatus fuerit ad suscipiendam Antuerpiensem Ecclesiam. Est Antuerpia oppidum amplissimum & populosum, in quo unus erat tantum sacerdos, qui curam totius populi ibidem commorantis gerebat: sed præ nimia multitudine & frequenti negligentia non poterat: Nec credebatur ei, quod & Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS III. S. Norbertus adversus Tanchelinum hæreticum Antuerpiam accersitur.

A num. XII. ad XVII. Sanctus Norbertus Ordinis Præmonstratensis Fundator hoc anno Magdeburgensis Archiepiscopus creatus fuit, ut ex dicendis anno sequenti, quæ huc revocanda, perspicuum est. Is anno MCXXXIV. non vero currenti, adversus Tanchelinum hæreticum Antuerpiam vocatus eique & ejus Ordini Ecclesia Sancti Michaelis concessa, ut eo anno ex monumento a Baronio in medium adducto probavimus. Præterea ex Vita Sancti Norberti apparet, cum ante hunc annum ad suscipiendam Antuerpiensem Ecclesiam evocatum fuisse. Quare accurate in Chronico Roberto de Monte attributo ad annum MCXXXIV. hæc referuntur: In castro nihilominus Antuerpiensem Ecclesiam ordinandam hac de causa suscepit (nempe Norbertus). Oppidani castri illius a quodam hæretico Tandemo (legendum, Tanchelino) seducti, paulatim a fide & bonis

ipse quasi in conjugio & copula carnali neptem suam in tertio gradu manifeste sociam sui sceleris haberet. Hanc obcausam populus ille quasi grex absque pastore per multos errorum anfractus deviebat. Unde contigit, ut hæreticus quidam miræ subtilitatis, & seductor, Tanchelinus nomine illuc adveniens, in eadem gente locum suæ imposturæ inveniret. Erat is omnium hominum sceleratissimus, Deique & omnium sacramentorum ejus, totiusque religionis, & Christianæ Fidei hostis. Ita ut ministerium Episcoporum & sacerdotum nihil esse diceret, & sacrosancti corporis & sanguinis Domini nostræ JESU CHRISTI perceptionem ad salutem perpetuam prodesse negaret.

Tanchelinus Sacramentorum præcursor.

Itaque illum populum, cui jam per multa tempora horum veritas nuntiata non fuerat, in hos errores induxit. Credebant ei & sequebantur eum circiter tria millia armatorum, nec erat Dux, aut Episcopus, aut Princeps, qui auderet ei resistere vel occurrere, nec ante eum, nisi sectam ejus amplecteretur, apparere. Cum pretioso apparatu, in vestibus deauratis, triplici funiculo crinibus intortis, & auro intexto ligamine triplicatis incedebat, verbisque persuasibilibus magnisque convivorum apparatusibus benevolentiam eorum ad seducendos eos exhaurebat. Res mira & stupenda, locos ejus bibebant, & reliquiarum loco asportantes recondebant, & cum filias in matrum presentia, sponsasque maritis videntibus corrumpere: opus spirituale id esse assererat. Intantum, ut infelicem se diceret, qui huic conjunctioni nefarie misceri non meruisset. Hæc turpissima & detestanda hominis impostura, etiam post mortem ejus extirpari nullatenus potuit, licet duodecim clericorum congregatio ab Episcopo in subsidium sacerdotis, qui solus erat, in Ecclesia sancti Michaelis instituta esset, &c. Subiicit de laboribus sancti Norberti & clericorum, ab eo illuc missorum, ad cond. D d d 2 vel-

moribus desciverant, quia idem hæreticus nimia subtilitatis, cum tamen esset laicus, sed multis etiam disertis Clericis in sermone acutior, sacri ordinis ministros & Episcopalem ac Sacerdotalem gradum nihil esse dicebat, Corporis & Sanguinis Christi perceptionem sumentibus ad salutem prodesse negabat, & in pretioso apparatu & vestibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, verbis persuasibilibus & convivorum apparatusibus suos, qui eum circiter tria millia armati sequebantur, illiciebat, & per eos in resistentes sibi cadibus saeviebat, credebant ei, & reverebantur eum, intantum, ut aquam, in qua corpus lavisset, biberent, & pro reliquiis asportarent: cum tamen tanta incontinentia & impuritatis esset, ut filius in matrum presentia, sponsasque maritis intortibus corrumpere, & hoc opus spirituale esse assererat, qui tandem post multos errores, & mul-

XIII.

vellenda zizania, ab homine omnium pessimo feminata. Videant nostri temporis Novatores, quibus præcursoribus gloriari possint, & quos se suorum dogmatum habere Patriarchas exultent. Eant post eos, quos omnium nefandissimos tunc & semper Ecclesia devovit atque damnavit. Miseros vero Antuerpienses sicut oves sine pastore a lupo vorari, facile fuit. Sed audita a Christi præconibus veritate respicientes, erroremque detestantes conversi sunt. Sed fuerunt hujus temporis consortes erroris ejusdem vel similitum alii, qui eodem tempore Honorii Papæ cogniti asseruntur.

XIV. Haud dissimilis plane Tanchelino fuit, nec impietate dispar Petrus de Bruis dictus, qui his item temporibus eisdem ferme errores disseminavit in provincia Arelatensi, & aliis adjacentibus locis, qui per annos viginti impie agens, impie scribens & loquens perduravit. Adversus quem diffusè scripsit Petrus (a) Cluniacensis eam primum epistolam, quam dedit ad Ebredunensem Archiepiscopum & alios Episcopos, in quorum diocesis nefarius homo hæreses propagavit; & aliam ad alios, nempe Arelatensem, & alios, quæ tamen primo loco ab ipso posita legitur. Ubi inter alia de priori atque prolixiori epistola ista habet: Scripsi nuper epistolam reverentiæ vestræ, contra hæreses Petri de Bruis disputantem. Et paulo post: Vobis eam mitto, quoniam in partibus vestris, aut circa easdem, stulta illa & impia hæresis more pestis vade multos interfecit, plures infecit, sed gratia Dei concitante & adjuvante vestra studia, a vestris regionibus sese paululum removit. Migravit autem, sicut adivi ad loca satis vobis contigua, & a Septimania vestra, vobis persequentibus expulsa, in provincia Novempopulana, quæ vulgo Gasconia vocatur, & in partibus ei adjacentibus sibi foveas præparavit, in quibus nunc se timore occultans, nunc de ipsi audacia assumpta pro-

PAGIUS multas eades, dum navigaret a quodam Presbytero percussus in cerebro occubuit. Sed nec post ejus mortem error ipsius tam facile extirpari potuit, propter quod a Clericis loci illius Ecclesia cum aliquantis redditibus per manus Episcopi Norberto ordinanda datur, sperantibus quod per ejus salutarem doctrinam hæresis illa de medio tolleretur; quod & factum est, siquidem ipso predicante, & compuncti viri & mulieres corpus Dominicam quod in cistis & foraminibus per decem annos & amplius reposituram (quare ante annum MCXV hæresis illa emerferat) attulerunt, & per ejus doctrinam paulatim ad sanctam fidem respuerunt. De hoc hæretico & de Petro de Bruis hæc refert Petrus Abaelardus lib. 2. Introductionis ad Theologiam pag. 1066. Ad hæreticos venio, qui quanto domesticiores, tanto peiores, civilibus bellis inquirere Ecclesiam non cessant. At-

dient, quos potest, decipit, quos potest corrumpit & nunc illis, nunc istis leibalia venena propinat. Vestrum est igitur, ad quos præcipue tam ex officio, quam ex singulari scientia in partibus illis cura Ecclesia Dei spectat, & quibus ipsa velut fortibus columnis maxime innititur, vestrum est, inquam, & a locis illis, in quibus se latibula invenisse gaudet, & predicatione, & etiam si necesse fuerit, vi armata per laicos exturbare. Et inferius: Et quia prima erronei dogmatis semina a Petro de Bruis per viginti fere annos sata & aucta quinque præcipue venenata virgulta produxerunt, contra illa maxime, ut potui egi, ut circa ea se animus & verba attentius occuparent. At quænam ista, inferius ita repetit, dicens:

Primum hæreticorum capitulum negat, parvulos infra intelligibilem ætatem constitutos Christi baptisate posse salvari, nec alienam fidem posse illis prodesse, qui sua uti non possunt. Secundum capitulum dicit, templorum vel Ecclesiarum fabricam fieri non debere, factas insuper subruí oportere, nec esse necessaria Christianis sacra loca ad adorandum &c.

Tertium capitulum Cruces sacras infringi præcipit, & succendi, quia species illa vel instrumentum, quo Christus tam dire tortus, tam crudeliter occisus est, non adoratione, non veneratione, vel aliqua supplicatione digna est, sed ad ultionem tormentorum, & mortis ejus, omni dedecore debonestanda, gladius occidenda, ignibus succendenda est.

Quartum capitulum non solum veritatem corporis & sanguinis Domini quotidie & continue per sacramentum in Ecclesia oblatum negat, sed omnino illud nihil esse, neque Deo offerri debere discernit.

Quintum capitulum sacrificia, orationes, elemosynas, & reliqua bona pro defunctis Fidelibus a vivis fidelibus facta

quo ut ad nostra veniamus tempora, quibus jam ajunt adeo repressas esse, ut jam nullo fidei fundamento sit opus; nullo in tantam olim insaniam prorupisse hæreticos quisquam audierit, quanta nonnulli contemporaneorum nostrorum debacchati sunt. Tanquelmus quidam laicus nuper in Flandria. Petrus Presbyter nuper in Provincia, ut ex multis aliquos in medium producamus. Quorum quidem alter Tanquelmus scilicet in tantam se exerevit dementiam, ut se Dei filium vocitari atque decantari, & a seducto populo, ut dicitur, templum edificari sibi faceret. Alter vero ita fere omnem divinarum sacrarum, & Ecclesiastica doctrina institutionem enervavit, ut multos rebaptizari cogeret, & venerabile dominica signum Crucis remouendum penitus censeret, atque altaris sacramentum nullatenus celebrandum esse amplius astrueret.

XV. Capita hæreticum.

Ita deridet, nec ea aliquem mortuorum vel in modico posse juvare affirmat. Hæc erant Petri nebulonis deliramenta, cuius quis finis extiterit, ita paulo inferius:

XVI. Post rogum Petri de Bruis, quo apud S. Ægidium zelus Fidelium flammis Dominica Crucis ab eo succensat, eum concremando ultus est, &c. Igne crematum ostendit, postquam impius atque sacrilegus homo sacrosanctas cruces simul in unum congeatas una combussit. De quo adeo immani facinore agit idem Petrus in priori epistola, dum adversus ipsum sanctæ Crucis impugnantem calum insurgit, atque: Præventis scelestis operibus celeritatem verborum, & profundis in religionem odiis (quod vel cogitare scelus fuerat) insigne nostræ Fidei tollere attentastis. Quod tunc factum est, quando ad inauditam divinitatis contumeliam, magno de crucibus aggeri instructo, ignem immisistis, pyram fecistis, carnes coxistis, & ipso passionis Dominicæ die Paschalem Dominicam præcedente, in vitatis publice ad talem esum populis, comeditis. Ita impius horum omnium malorum inceptor, qui in ignem immisit cruces, ipse est injectus in ignem, & qui ejusmodi ex crucibus igne confecto carnes coxit, suæ ipsius carnes sunt traditæ comandæ, ita ulciscente numine nefandissima scelestissimi hominis sacrilegia. At quoniam in Henrico apostata impia ejus hæresis revixit, & magis aucta est, cum & ipse Petrus duas has epistolas scripsit, atque etiam sanctus Bernardus, scriptis & prædicatione sequentibus signis eandem potentissime exagitarunt; quando id contigit post vigesimum annum ab hoc tempore, suo loco pluribus dicturi sumus, & quomodo penitus extincta fuerit,

PAGIUS Ad num. XVII. Geraldus septimus Prior Generalis Ordinis Grandimontensis in Vita S. Stephani de Mureto ejus institutoris, quæ extat ad diem VIII. Februarii in Actis SS. Bollandianis, demonstrat eum anno millesimo centesimo vicesimo quarto ad superos evolasse, non vero præsentem, ut male habet Vincentius Bellovacensis, ejus verba recitat Baronius. Geraldus enim cap. 2. hujus Sancti mortem narraturus, ait, Cumque duo Legati Cardinales in Galliam missi, ipsum in solitudine Mureti visitassent, & de ejus conversatione diligenter inquisivissent, octavo die ab eorum recessu, pridie nonas Februarii, nullo tamen dolore vexatus, se totum contulit doctrina discipulorum suorum & orationi, &c. Et quinta die dolore invasus, &c. octuagesimo ætatis suæ anno, in ordine Diaconatus, VI. feria VI. Idus Februarii &c. feliciter migravit ad Dominum. Anno autem MCXXIV. qui bissextilis erat, littera F dominicalis fuit usque ad diem intercalarem, ideoque dies octavus Februarii incidit in feriam sextam. Præterea testatur Carolus Fremonus ejusdem Ordinis Religiosus, in Vita sancti Stephani Gallice a se scripta, ex-

pariter narratur. In quibus plane videbis recentiorum hæreticorum impia dogmata etiam validissime confutata, prout facile intelliget, qui tum ejusdem Petri Cluniacensis duas epistolas, totidemque sancti Bernardi eodem argumento conscriptas legerit, & edita ab ipso tunc miracula pariter audierit; sed jam quæ sunt anni hujus reliqua videamus.

Hoc eodem anno Redemptoris millesimo centesimo vigesimo sexto, Idibus Februarii ex ac vita decessit sanctus Stephanus Arvernensis Grandimontensis Ordinis institutor; quod ex ejus vitæ Actis, quæ apud Vincentium (a) descripta fidelissime leguntur, ita colligitur. Cum enim testetur auctor, anno Redemptoris millesimo septuagesimo sexto eundem Sanctum coepisse eremum colere, anno suæ ætatis trigesimo, obiisse vero octogennarium: qui igitur tricenarius erat dicto anno septuagesimo sexto supra millesimum, hoc anno millesimo atque centesimo vigesimo sexto ad octogesimum opoxtuit pervenisse suæ ætatis annum.

Quomodo autem paulo ante obitum convenerunt eum Sedis Apostolicæ Legati, sic accipe: Miri odoris fragrantiam cum eo loquentes & astantes circa eum ex eo procedere sentiebant, utpote in quo suavitatis auctor quiescebat, & in quo virginitas ac mentis ac corporis humilitas eminebat. Excellentissimi quoque Cardinales Gregorius & Petrus Leonis, inter quos postmodum de Papatu schisma fuit, cum in Galliam missi in partibus Lemovicinis legatione sua fungerentur, ad hunc virum Dei pariter convenerunt, & vivendi formam hanc a quo didicisset, & cur in loco tam sterili maneret, diligenter inquirentes, verbaque prudentia, & humilitatis admirantes la-

tare primum Stephani tumulum Mureti, in sacello postea ædificato, in quo legitur ejus Epitaphium.

Nimbosus lucis jam Februus egerat octo Stephani cum spiritus astra petivit; Anno centeno milleno, bis quoque deno, Adjuncto quarto, regno cæli sibi pario.

Quare Bollandus S. Stephani mortem cum anno MCXXIV. optime copulavit. Præterea in vita sancti Stephani a Vincentio Bellovacensi recitata Cardinales duo, qui virum sanctum convenere, dicuntur Gregorius & Petrus Leonis inter quos postmodum de Papatu schisma fuit; certum autem anno MCXXIV. duos illos Cardinales Legatione in Galliis una fundos esse, uti jam ostendimus. Quibus addo quod legitur apud Duchesnum Tom. IV. pag. 547. in Constitutione Sugerii Abbatis sancti Dionysii: Ego Petrus Sedis Apostolicæ Presbyter Cardinalis & Legatus laudo & confirmo. Ego Gregorius sancti Angeli Diaconus Cardinalis & Apostolica Sedis Legatus laudo & confirmo; ut enim

XVII. Obitus Stephani abb. Grandimontensis ordinis. (a) Vincent. Bell. spec. hist. lib. 25. c. 46. 47. 48. 79. Greg. & Petrus Leonis legati Apostolici.

VI. Hac opinio confirmatur.

CHRISTI
1126.HONORII II. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 1.
JOANNIS COMN. IMP. 8.

rabundi receperunt. Octavo autem die ab eorum recessu, nullo tamen adhuc dolore vexatus, ab exteriori colloquio cepit vacare, sequē totum doctrinā discipulorum & orationi conferre, sciens per Spiritum sanctum, obitum suum appropinquare: tandemque doloribus oppressus accepta sacra unctioe atque viatico, feliciter redidit Deo spiritum. Cujus sanctitas pluribus argumentis est declarata, quæ ab eodem auctore narrantur. Hæc modo factis ad nostri rationem instituti.

PAGIUS

enim observavit Onuphrius, Petrus Leonis a Paschali II. Diaconus Cardinalis tit. SS. Coemæ & Damiani: dein a Callisto II. Presbyter Cardinalis sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Callisti, anno MCXX. creatus fuit, & postea cum Gregorio de sancto Angelo Diacono Cardinali Legatus in Galliam missus; eorum vero Legatio jam anno superiori absoluta fuit, & hoc anno Gerardus Engolismensis Episcopus & Cardinalis, ac Humbaldus Archiepiscopus Lugdunensis in Galliis Legati Sedis Apostolicæ erant, ut paulo post videbimus. Ex quibus liquet Sanctum Stephanum ante annos duos fuisse demortuum, cum duo, qui illum convenere, Legati hoc anno in Galliis non fuerint. Vita S. Stephani a Vincentio Bellovacensi relata eadem est cum Vita a Geraldo scripta, sed interpolata, ut ex ejus lectione intelligitur. Neque enim ea nisi interpolationibus a primigenia diversa. Decreto S. Rituum Congreg. die VII. April. an. MDCXCVI. emissio, Martyrologio Rom. ad diem VIII. Februarii. insertum fuit nomen Sancti Stephani de Mureto Abbatis, Ordinis Grandimontensis Institutoris.

VII.
Refellitur
contrariis.

Labbeus Tom. II. Biblioth. pag. 674. & seqq. Vitam sancti Stephani de Mureto ex veteri Codice, in quo nomen Auctoris non legitur, recitat, eaque in nullo diversa est ab ea, quam Bollandus cum Auctoris nomine refert ex alio Codice. Non viderat Bollandus Labbei Bibliothecam, qua quando Acta SS. mensis Februarii in lucem emisit, ea nondum juris publici facta erat; indeque Bernardi Guidonis in notis ad Sancti Stephani Vitam non meminit, Bernardus Guidonis in Tractatu de Sanctis, qui ornant Lemovicensem diocesim, qui extat Tom. I. Biblioth. Labbei ait, Stephanum anno Christi MLXXXVI. ætatis vero suæ anno XXX. in eremum secessisse, & anno Domini MCXXVI. ætatis vero sua anno octogesimo vendi finem fecisse. Verum Bernardus Guidonis adversus testem domesticum, longeque se antiquiorem non audiendus. Stephanum Clemens III. in Sanctorum numerum retulit anno MCLXXXIX. in Bulla Canonizationis expresso. Bernardus Guidonis interpolatorem fecutus est, licet in Tractatu de Ordinibus Grandimontensibus atque Artigiæ & monasterio sancti Augustini Lemovicensis, edito Tom. II. Biblioth. Labbei pag. 275. de septimo Priore Generali Ordinis Grandimontensis scribat: VII. Prior D. Geraldus iterum electus in Capitulo generali III. Kal. Octob. MCLXXXVIII. Procuravit canonizationem & relevationem sancti Stephani MCLXXXIX. Scripsit gesta ejusdem sancti Stephani. Bernardus Guidonis Vitam a Vincentio Bellovacensi exhibitam, a Geraldo scriptam existimasse oportet; alioquin non interpolatam, sed genuinam & primigeniam secutus fuisset. Vide dicta de

Eodem anno beatus Godefredus Vvesphalus Comes Cappenbergensis, qui una cum germano suo ad prædicationem sancti Norberti sæculum reliquisset, tribus erectis monasteriis, conjuge summo consensu inter moniales proficente, post multas tribulationes, magna animi constantia toleratas, & perseverantiam exactissimam in regulari disciplina, clarus meritis ad Deum migravit die decimatertia Januarii, anno suæ ætatis ferme trigesimo. Extant res præclare ab eo gestæ scri-

XVIII.

anno instituti Ordinis Grandimontensis anno MLXXXIV.

Ad num. XVIII. Auctor Anonymus Ordinis Præmonstratensis Vitæ Beati Godefridi Cappenbergensis ex Comite Canonici Ord. Præmonstrat. quæ extat in Actis SS. Bollandianis ad diem XIII. mensis Januarii, mortem ejus cap. X. his verbis narrat: *debitum Creatori reddidit spiritum, atque Idibus Januarii, quo die baptismum Christi sancta recolit Ecclesia, beata illa anima carne soluta, æterna regenerationis induit candidatum: anno domini ca Incarnati. MCXXVI. ætatis autem suæ ferme XXX. migravit ad Christum.* Hæc verba cum legitur Baronius, non dubitavit, quin hoc anno mors ea contigerit; verum, ut observat Bollandus ex Joanne Gamañso in Commentario prævio ad Vitam B. Godefridi §. 7. annus ille a Paschate exorditur; hic enim calculus Monasterii & Cappenbergæ, quæ in ea die cæsi sita, usque ad annum MCCCX. viguit, quo demum abrogatus fuit in Synodo Coloniensi sub Henrico Archiepiscopo, ut in Sancti Engelberti Vita tradit Gelenius. Sequenti itaque tantum anno Beatus Godefridus ad superos abiit. Cum enim ante mortem Cappenbergæ cum fratre Præmonstratum sit missus, ac post annum revocatus ad Norbertum jam Archiepiscopum Magdeburgensem, ut dicitur cap. X. ejus Vitæ, die XIII. Januarii hujus anni vita decedere non potuit, cum S. Norbertus die XXV. mensis Julii hujus Christi anni ordinatus fuerit Archiep. Magdeburgensis, ut anno sequenti ostendimus.

Godefridus nobilissimus parentibus ortus cum sancti Norberti circumquaque flagraret opinio, una cum fratre germano Ottone cum adiit, & uterque paulo post, mutato saculari habitu Regulam Beati Augustini sub Norberto professus est. Vir Deo dignus Godefridus, inquit Auctor Vitæ ejus, conjugem suam Eriderici Comitis filiam, sacrum sumere velamen adorationibus piis ac salutaribus effecit. Plura Godefridus Cœnobicia condidit, inter quæ principem locum obtinet Cappenbergense in Westphalia, ex quo tanquam primario prodierunt diversa alia. Cum Antistes Monasteriensis conaretur impedire, ne castrum Cappenberg in partem Præmonstratensium cederet, plurimaque loca Beato viro in concambium offerret, respondit se nulla passurum ratione, ut se superfluo deinceps in eo loco mundanæ vanitati serviretur, quin potius id laboraturum necesse esse, ut ubi hætenus licentiosa militum grassata esset incurfus, illic cœlestis obsequii succederet assiduitas. Porro ejus Vitæ Auctor Synchronus fuisse videtur. Recitat alias duas Vitas Bollandus, sed ex primigenia deductas.

Mox diximus, Gregorium de sancto Angelo, & Petrum Leonis S. R. E. Cardinales hoc an-

X.

no

CHRISTI
1126.HONORII II. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 1.
JOANNIS COMN. IMP. 8.

scriptis mandata a viro religioso ejusdem Ordinis & ætatis, quas temporis iniquitate oblivione sepultas revocavit in lucem, lucis ipse jubat Germaniæ ec-

PAGIUS
Quenam
hoc anno
S. Sedis
Legati in
Gallia fu-
erint.

no non fuisse Legatos Sedis Apostolicæ in Gallia, & vulgarem illam sententiam explosimus; nunc nobis ostendendum. Humbaldum Archiepiscopum Lugdunensem, & Gerardum Episcopum Engolismensem hoc anno Legatione Gallica functos esse. Priorem anno superiori Sedis Apostolicæ Legatum non fuisse, demonstrant verba Cartularii S. Stephani Divionensis, recitata a Sammarthano Tom. IV. pag. 246. ubi dicitur, Herbertus anno MCXXV. positus Abbas præsentibus & laudantibus Humbaldo Lugdunensi Archiepiscopo, Stephano Eduensi Episcopo aliisque. Quare eo anno nondum Sedis Apostolicæ Legatus erat, currenti vero eum munus illud exercuisse, docet concessio eujusdam præbende in Ecclesia S. Petri Bellovacensis Canonici Regularibus S. Quintini a Petro Episcopo Bellovacensi facta, & a Sammarthano in Episcopo Bellovacensibus ex originali relata, in cuius fine legitur: *Ego quoque Humbaldus Lugdunensis Ecclesie Episcopus & Apostolica Sedis Legatus hujus præscriptæ donationis sententiam firmam & inconcussam servavi, Apostolica auctoritate præcipio, &c. Actum Incarnationis Domini anno MCXXVI. indist. IV.* Is hoc, vel feris sequenti anno Concilium Aurelianense celebravit, ad quod vocavit Godefridum Vindocinensem Abbatem, ut patet ex ipsius Godefridi Epistola XXIX. libri primi ad Humbaldum Apostolicæ Sedis Legatum, in qua ait, se ad illud Concilium venire non posse, quod Privilegiis Romanorum Pontificum interdictum sit, ne alodiaris B. Petri Abbas Vindocinensis ab Episcopo, vel a quolibet Apostolica Sedis Legato ad Concilium vocetur. Labbeus Tom. X. Concil. pag. 944. Epistolam illam integram recitat, atque magnam omnium ignoracionem esse, quo anno Concilium illud Aurelianense coactum fuerit; magnam tamen quid in eo fuerit gestum. At licet hoc postremum verum sit; certum tamen Concilium illud non nisi hoc vel sequenti anno congregari potuisse, cum anno MCXXVII. saltem exeunte Matthæus Episcopus Albanensis Cardinalis Legatus in Gallia fuerit, & duobus sequentibus annis eodem munere functus sit, ut infra videbimus. Nunc ostendendum, Gerardum Engolismensem eodem tempore etiam Legatum fuisse.

Anno ab Incarnat. Domini MCXXV. inquit Ordericus lib. XII. pag. 883. indictione IV. Pontificali Basilica sancti Gervasii Mediolanensis Martyris apud Sagium (Normanni civitatem) XII. Kalend. Aprilis (qui dies hoc anno in dominicam cadebat) dedicata est a domino Godefrido Rotomagensi Archiep. & aliis quinque Præsulibus. Ibi tunc Henricus Rex Anglorum cum Procerebus suis affuit, & eidem Ecclesie reditus X. librarum pro dote per singulos annos donavit. Ibi tunc interfuerunt Girardus Engolismensis Episcopus Romana Ecclesie Legatus, Joannes Lexovienensis, Joannes Salariensis (scu Sargentensis), Godefridus Carnotensis, & Ulgerius Andegavensis. Quare cum hoc anno Humbaldus & Giraldus Sedis Apostolicæ Legati in Francia fuerint, obitus S. Stephani de Mureto cum eo connecti non potest, quia paucis, antequam e vita decederet diebus, Petrus Leonis & Gregorius S. Angeli Cardinales Apo-

clesiæ Nicolaus Serarius, a quo opportune missas accepimus, legimus, & dignam tanti viri amici Dei duximus memoriam, quæ Annalibus Ecclesiasticis in-

te-

solica Sedis Legati eum inviserē; cumque Epistola sancti Bernardi XXII. Humbaldo Lugdunensi Archiepiscopo, Romana Sedis Legato data fuerit, tunc ei in Legationis munere adjunctus non fuit Petrus Fontanensis Cardinalis, ut autumavit Mabillonius in Notis fastioribus ad illam Divi Bernardi Epistolam, ideoque ea Epistola currenti anno scripta. Quod obiter dictum sit.

Albertus Aquisgranensis Ecclesiæ Canonicus & Sacra Historia Hierosolymitanæ Expeditionis in XII. libros divisam usque ad hunc annum non perduxit, ut scripsit Oudin in Supplemento Script. Eccles. sed eandem cum anno secundo Balduini Regis, seu cum anno MCXIX. absolvit, ut ex ejus lectione apparet. Robertus Monachus Sancti Remigii Remensis, qui eidem Expeditioni sacre interfuit, Sancti Bernardi Abbatis sui jussu eandem Historiam libris novem descripsit, sed desit in victoria apud Alcalonam anno MCXIX. a Christianis reportata. De varia Roberti fortuna legendus Marlotus lib. 2. Metropol. Rem. cap. 17. Annus emortualis utriusque incertus.

Hoc anno Urraca Regina Alphonfi VII. Castellæ & Navarra Regis mater vitam cum morte commutavit, ut Sandovalius in Alphonso VII. fol. 123. se in antiquo Documento lingua Castellana scripto legisse affirmat, & dicitur in libro Tumbo nigro appellato, ubi mors ejus accidisse legitur era MCLXXIV. VIII. Idus Martii, indeque deducit Sandovalius exemplaria Chartarum duarum sibi octenarum eam era MCLXXVII. adhuc in vivis fuisse supponentium, in numeris mendosa esse, quod qui ea exscribere, numeros Gothicos legere nescierint. In Chartis in gratiam monasterii S. Amiliani datis, quas era MCLXIII. non vero MCLXVII. datas esse oportet, asserit Urraca se in Ecclesia seu monasterio sancti Vincentii Alphonfi filii & Alphonfi Aragonis Regis jussu in carcere detentam esse, quod etiam legitur in literis in gratiam Ecclesiæ S. Jacobi die XXV. Martii emissis ab Alphonso Rege, & ab Urraca matre ejus confirmatis, in quibus ea se captivam esse dicit. Sepulta fuit in capella Regia S. Isidori Legionensis, ubi Sandovalius scribit se ejus epitaphium legisse, in quo ea dicitur mater Adefonsi Imperatoris, mortuaque anno MCLXIV. Martio mense.

Hoc pariter anno juxta Diagum lib. 2. Hist. Comit. Barcinon. cap. 108. Barcinonæ Comitatus generalia totius principatus celebrata, in quibus Reipublicæ status reformatus, & sacularium adversus Ecclesiasticam jura excessus emendati. Petiit id a Raimundo III. Barcinonensi & Provinciæ Comite Beatus Oldegarius, cujus desiderio annuit Comes, & in ejus Palatio uterque Ordo coactus fuit. Ex Ecclesiasticis adfuere Oldegarius Metropolitanus, Raimundus Aufonensis, & Berengarius Gerundensis Episcopi, ac Catalaunici Abbates omnes. Ex Laicis Comes cum Raimundo Berengario filio post patris mortem Aragoniæ Principe, Procere multi & nobilium multitudo infinita. Inter alia multa in utilitatem Ecclesiæ iis in Comitibus statuta, Comes ac filius, Procere ac nobiles Beato Oldegario restituere Ecclesiæ omnes ac cemetaria cum redditibus ac qui-

XII.
Florent
Albertus
Aquisgranensis
& Robertus
MonachusXIII.
Mortuus
Urraca
Castelle
Regina.XIV.
Comitia
Principatus
Catalaunici
launia.

CHRISTI
1126.HONORII II. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. I.
JOANNIS COMN. IMP. 8.

texeretur. Facta recensetur ab eodem auctore reliquiarum ejus translatio anno millesimo centesimo quadragesimo octavo.

Clara etiam mentio ejusdem habetur in vita ejusdem S. Norberti Præmonstratensis institutoris.

An-

PAGIUS

quibuscumque aliis hactenus a se in præjudicium Ecclesiæ possessis: integra libertas illidem Ecclesiis concessa absque ullius jurisdictionis in eas reservatione. Hæc aliaque a Didaco citato memorata, quæ in novam Conciliorum editionem transferri debent, statuta, inquit, Diagus, die X. Martii anni MCXXV. sed id errore Librarii positum; cum eo Christi anno Odegarius nondum Tarraconensis Archiepiscopus fuerit. Quare loco MCXXV. legendum, inquit, Didacus, anno MCXXV. qui annus currentem designat; cum Comitibus Martio habitauerint, & in Catalaunia annus vel a Paschate, vel a die XXV. mensis Martii secundum usum Gallicanum proficeretur. Catalauniam enim Francorum Regibus hoc tempore paruisse, seu Francorum Reges supremos Principes

ibi agnitos fuisse, compluribus Actis publicis liquet.

Surita lib. I. Annal. cap. 49. refert in antiquissimis Annalibus legi hoc anno in Catalaunia ad castellum Corbinense sanguinolentum prælium commissum fuisse, ubi magnus Christianorum numerus periit, & res eorum in magnum discrimen venerunt. Alphonsus Aragoniæ Rex statim ad Comitum Barcinonensem, ejusque filios perrexit, ut eis in hoc bello adversus Infideles auxilio esset; Comitibus sunt eum plures Episcopi ac Proceres ibidem nominati, inter quos duo Episcopi Stephanus Olicæ, & Stephanus Electus Rodensis. Porro Corbinum Ballegarium inter & Herdam Ballegario vicinam positum.

XV.
In Catalaunia in felicitate adversus Saracenos pugnavit.

JESU CHRISTI
ANNUS
1127.HONORII PAP. II.
ANNUS
3.VACAT. IMP. OCCID. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 9.

1.
Defuncto
Villielmo
Duce Honorius tu-
etur Eccl.
jura.

ANnus sequitur vigesimusseptimus post millesimum centesimum, Indictione quinta, quo Honorius Papa occasione novarum rerum adversus Rogerium Siciliæ Comitem expeditionem parat. Etenim cum hoc anno Willielmus Dux Apuliæ & Calabriæ moreretur sine liberis, cumque Ducatum ejus invadere tentaret Rogerius Comes Siciliæ: Honorius Papa, vocatis in auxilium Principibus Ecclesiæ fidelibus, contra ipsum proficiscitur in Apuliam. Quomodo autem ista se habuerint, sic accipe ex Chronico Romualdi Episcopi Salernitani: Mortuus est autem Willielmus Dux apud Salernum morte communi, major, * triginta annis, anno ducatus sui vigesimosexto, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vigesimoseptimo, Indictione quinta, mense Julii, in festo sancti Nazarii, sepultusque est apud Salernum in tumulo patris sui, in Ecclesia B. Martini Apostoli, quam Robertus Dux avus ejus a fundamentis extruxerat. Et inferius post descriptos ejus laudabiles mores corporisque habitudinem, hæc habet de Rogerio Siciliæ Comite: Comes Ann. Eccl. Tom. XVIII.

utro Rogerius audita morte Willielmi Ducis, qui cum heredem instituerat, statim cum galeis Salernum venit, & a Salernitanis civibus honeste susceptus est; quibus tenementa, & possessiones, & antiquas consuetudines conservavit, & ess in suo receptus hominio. Turrim tamen majorem in eorum potestate reliquit. Qui in eadem civitate ab Alphano Caputaquensis Episcopo est unctus in Principem. Dehinc Regium veniens, ibidem in Ducem Apuliæ est promotus, & sic in Siciliam rediit. Hæc quidem hoc anno. Honorius autem Papa audiens eum absque Sedis Apostolicæ auctoritate Ducatum Apuliæ sibi sumpsisse, nec more majorum suorum eum ab Apostolica Sede, fidelitate juramento pollicita suscepisse: in eum arma movet, ob Ecclesiæ jurium defensionem. Quomodo autem tandem ab eodem Rogerio pacis legatione missa, jurata fidelitate, pax firma sancita est, dicitur anno sequenti, quo ista esse asserata, idem auctor affirmat. Sic igitur una cum Willielmo isto genus Roberti Guiscardii penitus fuit extinctum, quibus rerum humanarum imbecillitas est comprobata. Porro ista omnia

E e e

omnia

PAGIUS
SÆC. XII
An. Eræ
Hisp.
MCLXV.
An. He-
græ
DXXI.
inchoato
die 17.
Januar.
fer. 1.
A. C.
1127.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6620.

© 16. B. 7. P. 3. April. Indiæ. 5.

JESU CHRISTI 1127.

HONORII II. PAPÆ 4.

LOTHARII I. REG. 3.

JOANNIS COMNENI IMP. 10.

ANnum. I. ad VI. Hoc anno, inquit Falco in Chron. Dux (nempe Apuliæ) Willielmus septimo Kalendas Augusti mortuus est (nempe die XXVI. mensis Julii.) Romualdus Salernitanus a Baronio citatus tradit, eam mortem accidisse in festo S. Nazarii, idest die XXVIII. ejusdem mensis, quo ideo sepultus fuit. Continuo uxor ejus crines suos, quos pulchros & juvenes nutrierat, coram omnibus qui aderant, totondit. Describit postea magnificas exequias Salerni, ubi Willielmus Dux demortuus, peractas; Baronius num. 1. ait dum Willielmogenus Roberti Guiscardii penitus extinctum fuisset. Verum restabat Boamundus Junior Roberti ex Boamundo filio nepos anno MCXXX. occisus, ut ibidem ostendimus. Falco subdit: Cumque Rogerius Comes Siculorum mortem Ducis Willielmi agnovit, navigiis septem paratis, in armis siquidem & omnibus necessariis Salernum advenit, & diebus ibi decem commoratus est, nolens revera de navis descendere, sed nocte dieque in navigio persistens, civis vocari fecit Salernitanos, & Archiepiscopum eorum Romualdum, & eis juxta littus omnibus convenientibus Comes ille Rogerius exorsus est. Oten-

dit in sua oratione Principatum illum jure naturalium sibi deberi, petiitque in Principem eligi, & cuiuscumque alteri præferri, me præter quemlibet alium, inquit, diligentes; additque: Civis illi consilio communicato, civitatem Salerni, ejus sub fidelitate commiserunt, &c. Et his actis civitatem ingreditur, & ibi honeste moratur.

Alexander Abbas Celestini monasterii, qui vivebat adhuc anno MCLIV. in libris completibus Res gestas hujus Rogerii postea Siciliæ Regis, de eodem, antequam Willielmo consanguineo succederet, scribit: Et cum adolevisset, invaserat alias insulas, quarum una Milya vocabatur. Quare non Rogerius pater ejus, ut aliqui perperam in literas misere, sed ipsemet Milytam insulam occupavit, & quidem ante præsentem annum, annoque circiter MCXXXI. Primum Milytæ Episcopum indicavimus anno MXCI. Subjungit Alexander, post istam expeditionem Rogerium de aliis terris occupandis cogitasse: Cum ad alias iterum occupandas insulas terrasque attentius perisset, repente audivit præfatum Ducem Willielmum ab hac luce Salerni recessisse: qui doluit valde, quod se ignorante, defunctus sit, quodque se ut sibi vivens statuerat, filium non haberet, heredem non fecisset. Unde Moram non patitur, sed præparato navali itinere quantocius Salernum tendit: cumque non procul ab urbe constitisset, delegatis nunciis Salernitanis civibus misit, quatenus eidem subdissentur. Nam potius sibi, quam alteri dominatus ejusdem civitatis, generis successione competeat: quod & Willielmus Dux, si ex conjuge nato cariturus esset herede, vivens ei concesserat. Quibus illi respondentes; Nos nullo modo, inquiunt, nulla ratione ei subdemur quoniam plura malorum Willielmo Duce, ejusque prædecessoribus perpessu-

II.
Rogerius
Siciliæ
Comes et
substitutus
petit.

mnia locupletius enarrantur in Chronico Beneventano, ab auctore, qui spectabat hæc oculis, tunc scripto, in quo ista leguntur:

II. Rogerius comes Siciliae Dux vult appellari. Hoc eodem anno septimo Kalendas Augusti defuncto Willelmo Duce Salernitano, Rogerius Sicilia Comes ejus patruus, consentientibus Salernitanis, in ejus locum successit. Qui & Ducatum Amalphytanum in suam redegit potestatem, magnamque Apulia partem cum Baronibus ejus. Inde reversus in Siciliam, fastidians Comitum nomen, præcepit omnibus, ut Dux nominaretur, misitque legatio-

PAGIUS sumus, qua etiam ab eodem ipso nobis inferri, si dominatus culmen super nos suscepit, formidamus; cumque hæc & ista smilia ab eis superbo ore proferrantur, atque quidem Sarolus nomine unus ex illis, qui ex parte Comitum verba detulerant, dum contra eos pro hoc ipso verba reddidisset, mox illis in eam furor concitatis, dum fugam evadendi infelix ageret, ferro ab ipsis succisus interiit. Factum hoc a Falcone omnium.

III. Peregit Alexander: Quæ videlicet cum Rogerio relata fuissent, licet cordis dolore quamplurimum tangeretur, animi sui impetum pro tempore graviter obvolvens, rursus mittebat exorans eos, quatenus quod sibi iustum ad habendum erat, non denegarent. At illi super hoc iterum atque iterum conferentes, tandem talia respondentem dixerunt: concedatur nobis munus Turris majoris ad custodiendum: sique post dominio ipsius subdemur. Quo audito ille, quamquam super hoc periculum aggravaretur, substitutionem tamen civium accepturam prædictam arcem eis pro nutu ipsorum conservandam annuit. Idem refert Falco: Juravit statim Comes ille Rogerius, quod sine iudicio, & sine culpa eos non capiat, neque capi permittat, neque extra dies duos in expeditione illos perducatur, & castellum Turris Majoris de illorum potestate non auferat; & si quis abstulerit, ejus auxilio sub eorum potestate restituatur. Ex his perspicuum fit, fabulosum esse quod scribant recentiores Rerum Sicularum Auctores Rogerium scilicet Siciliae Comitem Guillelmi Apuliae Ducis Constantinopolim profecti ditiones invasisse, & usque ad mortem ejus retinuisse. Id quidem a nobis anno MCXXI. confutatum, sed ex Willelmi mortis narratione magis convellit. Ibidem diximus Willelmi uxorem fuisse Gailtegrimam Jordani Principis Capuæ forem.

IV. Alexander Abbas refert, Ramnulsum Comitem Mathildis maritum se se Rogerio sororio, subdere noluisse, quin vice versa Rogerius Comitem Rogerium Oranensem sibi subderet, additque: Tandem Rogerius abire non passus tam pro conjugali Mathildis copula, qua ei propinquus erat, quam pro strenuitatis sua nomine, quam sibi in acquirendo Apuliam omnino profuturam sperabat, ejus suscepto hominis subdidit ei præfatum, quem proposuerat Comitem; deinde cum accepta fidelitate Salernum ingreditur. Amalphytani deinde videntur Salernitanos Comiti colla subdidisse, & ipsi itidem ei, reventis munitionibus, subiciuntur. Falco nulla Ramnulfi Comitum mentione facta, ait: His & aliis ita decurrit, universum Ducatum Amalphytanorum circumquaque Comes ille sua subju-

nem ad Honorium Papam cum muneribus, petens ab eo, ut Ducatus vexillum & nomen Ducis ab eo consequeretur, pollicitus se faceret, daturum ei civitatem Trojanam, & oppidum montem Fuscum pro Beneventum positum. Quod Honorius Papa facere abnuvit. Quamobrem indignatus Rogerius, per Barones sibi subditos in Apulia finibus prope Beneventum positam civitatem Beneventanam acriter infestare cepit, multaque caede patrata, agrisque diruptis, idem Pontifex his malis consulturus eo venit; inde vero hoc eodem anno Capuam se contulit, tertio Kalendas

Januarii, ubi a Roberto Principe Capuano officiosissime exceptus est. Ubi Honorius Episcopus & Abbates circumpositos convocavit ad unctiorem, quam habitu- rus esset ejusdem Roberti Principis Capuani. Quæ solemniter peracta, idem Pontifex in frequenti conventu orationem habuit, qua deploravit cuncta illa, quæ per suos Barones Rogerius crudelissime perpetrasset. Descripta ipsa verbatim ibidem habetur in hunc modum:

III. Domini & charissimi fratres, sicut vestra cognovit caritas, diu est, quod Romanam Sedem relinquens, apud civitatem Beneventanam, quæ specialiter Romana attinet Sedi, pacificus venerim, & omnibus spretis tempestatibus circa convicaneos nostros hospitatus sum. Biduo autem post nostri adventum præsentiam Rogerius Comes B. Petri adversarius circa civitatem Beneventanam milites fere quadringentos ad civitatis ruinam, & nostri dedecus inauditum induxit. Qui fere horum omnibus civium bona deprædati sunt, & earum possessiones affiduas incisioni posuerunt. Nos autem universas illorum sustinentes afflictiones, ut ab illa desisterent pertinacia excogitavimus. Insuper etiam prædictus Comes Rogerius cum Hugone Infante, & Raone de Ceppaluni pro civitatis Beneventane detrimento gravissimo confederatus est, existimans nos timori ejus succumbere, & nefandis peti-

VI. Verum jure merito Honorius II. Ducis Apuliae titulum Rogerio Comiti Siciliae negavit. Gualterus enim Ecclesie Tarvanensis Archidiaconus in Vita B. Caroli Boni Comitum Flandriae, de cuius Martyrio mox sermo erit, capitulum narrans Guillelmi Ducis mortem, scribit: qui ut se periclitari cognovit, Salernitanum Archiepiscopum & Trojanum Episcopum (nempe Romualdum utriusque Sedi præpositum, uti jam diximus) advocavit, atque quod antea, dum incolumis esset, fecerat, eorum quoque testimonio desiderans confirmari, quidquid mobilium vel immobilium in terra possidere videbatur, Beato Apostolorum Principi Petro, ejusque Vicario sanctissimo Papa Honorio, ex cuius ore sacro hoc ipsum frequenter audivi (hoc enim tempore Gualterus vivebat) jure perpetuo possidendum delegavit, ac deinde in confessione Domini ab hac luce migravit.

V. Subjungit Falco: Consilio habito ad Ducatus arripiendum honorem animam impulit elatum, & præcepit omnibus in terra sua manentibus, ut Ducem Rogerium eum vocitarent, quod & factum est. Alexander vero Abbas in eandem rem scribit: Per idem tempus Romana Ecclesia Pontificium Honorius Papa II. administrabat, qui Romæ obitum Guillelmi Ducis percipiens, nec non Siciliensium Comitem Ducale jam ambire regimen cognoscens, doluit valde: atque sine dilatione Urbem egressus Beneventum properavit. Deinde Misuram celebrans solemnata ipsam publicam voce anathematis jaculo percussit, si Ducale obtinere culmen ulterius conaretur, vel quisquis ei ad nanciscendum consilium, auxiliumve tribueret. Unde factum est, ut ipse Ramulphus Comes ab eo, quamquam male consultus, penitus averteretur, modis omnibus nitens præpedire eum, ne ducatus quiete conscendere apicem. Verum Rogerius Salerni commorans (quo e Sicilia venerat) cum audisset, quod Papa Beneventum venisset, atque in se excommunicationis intorsisset jaculum, misit ad eum orans, ut non ab Ecclesia Dominatum, Ducalemque honorem generis jure sibi competentem concedere prohiberetur. Nam & prout aequitas imperaret, de ejusdem Ducatus culmine libenter ipse obscuraturus esset. Falco vero: misit præterea Domino Papa Honorio munera multa auri & argenti, pollicitando etiam urbem Trojanam, & Montem Fuscum, ut ducatus ei vexillum, & nomen largiretur, quod nunquam tempore illo prædictus Papa Honorius ei concedere dignatus est.

VI. Ei Duca- lia datus fuerat.

III. Conventus Capuanus ubi Honorius Pap ha- buit con- ventionem.

III. Conventus Capuanus ubi Honorius Pap ha- buit con- ventionem. Domini & charissimi fratres, sicut vestra cognovit caritas, diu est, quod Romanam Sedem relinquens, apud civitatem Beneventanam, quæ specialiter Romana attinet Sedi, pacificus venerim, & omnibus spretis tempestatibus circa convicaneos nostros hospitatus sum. Biduo autem post nostri adventum præsentiam Rogerius Comes B. Petri adversarius circa civitatem Beneventanam milites fere quadringentos ad civitatis ruinam, & nostri dedecus inauditum induxit. Qui fere horum omnibus civium bona deprædati sunt, & earum possessiones affiduas incisioni posuerunt. Nos autem universas illorum sustinentes afflictiones, ut ab illa desisterent pertinacia excogitavimus. Insuper etiam prædictus Comes Rogerius cum Hugone Infante, & Raone de Ceppaluni pro civitatis Beneventane detrimento gravissimo confederatus est, existimans nos timori ejus succumbere, & nefandis peti-

PAGIUS Alexander tamen idem ac Falco his verbis VII. narrat: Papa vero iis perceptis (Legatione nempe Rogerii) nulla ratione, nullo pacto ejus precationibus flectitur; imo illum excommunicando feriens expellebat. Porro Rogerius indignationem adhuc illius patienter sustinens, misit iterum atque iterum eum suscipiens quod se habere jure decebat, non denegaret. At contra Papa eodem modo, quo supra in eum obstinatissimum gerens animum, nullo modo desiderio ipsius assensum præbere volebat. Alexander Abbas, qui Rogerii partes sequebatur, gesta ab eo adversus Honorium II. & urbem Beneventanam dissimulat, sed Falco ea narrat: Audiens autem, inquit, prædictus Rogerius Sicularum Comes præfatum Pontificem Honorium petitionibus suis circumflecti non posse, &c. favoribus suis præcepit, quatenus quot possent captivos perducerent Beneventanorum, & afflictionibus multis civitatem infestarent. Qui vere magis quam fuerat eis injunctum, executi sunt. Post aliquam interposita: His taliter omnibus superius narratis evolutis, prædictus Pontifex Honorius nihil utilitatis & virtutis erga civitatem Beneventanam agere deprehendens, consilio salutis accepto, III. Kalend. Januarii (currentis Christi anni) Capuanam civitatem adit; continuo prædictus Robertus (Capuæ) Princeps officiosissime illum excipiens, ad Palatium Episcopi Capuani gaudio magno eum castra metari præcepit. Princeps hic filius erat Jordanis XIV. Kalend. Januarii hujus anni demortui, ut Peregrinius in Tabula genealogica Principum Capuanorum animadvertit; Honorius vero antequam Benevento discederet, Trojæ fuerat, ut

ianibus suis operam dare. Hugo quoque & Rao conjuratione tali allegata, quotidie confinia civitatis igne & ferro consumere ceperant. Nos autem omnia quæ gerebantur aspicientes, solam misericordiam Dei omnipotentis prestolantes, caelestis Regis auxilium, & beati Petri invocavimus. Deinde ne civitas prorsus deturbaretur Beneventana, talibus commota afflictionibus, militum amicorum depopulati juvamen: sique ut potuimus, obstinere cepimus eorum pertinacia. Cumque pro quibusdam imminentibus negotiis civitatem Trojanam adissemus, præfatus Rao de Ceppaluni Beneventanos cives, qui ob vendicandas quas passi fuerant contumelias, die festivitatis B. Martini circa ejusdem Raonis confinia exierant, iræ divina & furore coelitus adveniente, ductos ferro captivos tenuit, & in imo carceris, denudatis corporibus, alligavit. Deinde quosdam captivorum civium Hugoni Infanti viro nefandæ memoriæ & tyranno horribili, ut cruciatibus & suppliciiis afficerentur, donavit. Qui vero Hugo dentibus eorum radicitus evulsis, & membratim dilaceratis, pretio eorum accepto, distraxit. Eos vero, quos ipse Rao detinuit, periculo famis & frigoris affligere non destitit. Quid multa? universa quæ excogitari poterant convicia, Beneventanis in captione positus inferuntur. Præterea die nocteque minantur, ut Com-

ipsemet affirmat in sua Oratione habita in Concilio aut coetu Capuæ congregato, quam Baronius num. III. ac seq. refert, quamque ex Falcone excerpit; cum pro quibusdam imminentibus negotiis civitatem Trojanam adissemus, hicque observandum, Baronium non Falconem, sed ejus Epitomen sequi, aut aliquo pro libitu mutare.

VIII. Baronius num. II. refert ex Falcone undionem Roberti novi Comitum Capuani; verum cum secundum eundem Falconem Honorius II. tertio Kalendas Januarii Capuæ exceptus fuerit, & Episcopos & Abbates ad eam undionem convocavit, coetus ille ante initium sequentis Christi anni congregari non potuit. Honorius, inquit Falco, Archiepiscopus & Abbates accessit præcepit, quatenus ad Principis undionem convenirent, qui euntes die statuto (sed a Falcone non designato) exultatione ingenti ad Capuanam Ecclesiam convenere. Archiepiscopus itaque Capuanus juxta prædecessorum suorum Privilegium, præfente tali ac tanto Pontifice Honorio, cum turba virorum religiosorum qua convenerat, & Episcoporum conventu, prædictum Robertum in Principatus honorem inunxit & confirmavit.

IX. Supra dixi Honorium II. Trojam se se contulisse; is autem in Oratione in Conventu Capuano habita & a Baronio num. III. relata dicit Rogerii Comitum fautores in cives Beneventanos seviisse in die festivitatis S. Martini eo scilicet tempore quo Honorius II. non Beneventi, sed Trojæ versabatur. Alexander Abbas quid tunc gestum fuerit, hoc modo narrat: Post hæc autem prædictus Præsul a Trojanis ci-

Quanta passi Beneventani captivi.

Ecc 2 mi-

Robertus Capua Princeps anno sequenti in-

Honorius II. in Concilio Trojano Rogerium Comitem iterum ex-

mitem illum Rogerium anathemati tradi-
rum super civitatem inducant Beneventana-
nam, & de B. Petri virtute eductam, suam
obtincent ditioni & potestati. Insuper vo-
bis omnibus, qui civitatum dominia, &
castrorum vigores tenetis, terroribus mul-
tis, variisque tempestatibus minitantur,
quatenus unicuique vestrum munitiones,
in quibus confiditis, & arces auferant,
& secundum ejus velle vitam vestram di-
sponant, prout vult, & quomodo vult,
de civibus peregrinos faciat, de viris lo-
cupletatis pauperes constituat & egenos.

IV.

Nos itaque mentis suae iniquitatem, &
cogitationes quibusdam signorum conjectu-
ris, per eos qui hactenus perpessi sunt,
cognoscentes, longe lateque vitavimus,
& pollicitationes suas tanquam virus
mortiferum fugientes, nullo modo parui-
mus, neque (ut ita dicam) auribus per-
cipere dignati sumus. Auri quippe & di-
vitiarum quantas pollicitus est cumula-
tione, dumtaxat si ei Ducatus honorem
largiri vellemus? Divitiarum sane illa-
rum multimodas evitans promissiones, tum
pro Romana Sedis honestate, quam con-
servare certavi, tum pro vestri exilii,
quod horis omnibus terrore expavi, Deum
omnium factorem seculorum testor, qui
renes scrutatur & corda dejecit, & de-
dignatus sum pro vestra creditis confu-
sione & expulsionem divitias tantas pro-
miserit, excogitans ad ejus libitum me
usquequaque devolvere, & consensum ve-
stra largiri exultationi. Ego vero dile-
ctionis vestrae vinculum amplexatus, mori
potius vobiscum elegerim, quam ejus
pollicitationibus nefandis adhaerere. Vi-
tam igitur, mortisque asperitatem, cha-
rissimi confratres ac filii, in vestra te-
nensis electione, & voluntate, dummoda
pugnare velitis, & vigorem honestatis
tueri ad invicem exaestuetis. Prudentiam

* Curavi.

* locus
corruptus

PAGIUS

vibus accitus, eorum hominum flagitantibus
ipsis accepit (nempe Honorius II.) ubi pridem
universi Apulia ad se venientes Magnates adversus
Rogerium ita eodem sollicitante, fovere ei uni-
antur, ut non nisi eum penitus expellerent, aut
in bello, si posset, de terra necando deleverit;
ex quibus fuerunt Grimoldus Barensium Prin-
ceps, Gosfridus Comes Andrensis, Tancredus de
Conversano atque Rogerius Oranenensis Comes,
aliique complures; quorum scilicet unanimitati
& Robertus Capuanorum Princeps ejusdem Pa-
pa hortatu Comitisque Ramnuli (sorori Ro-
gerii qui ab eo defecerat) instigatione confo-
ciatur. Hoc Honorius II. in sua Oratione ci-
tata designat paucis his verbis; Cumque pro
quibusdā imminentibus negotiis civitatem Tro-
janam adissemus. Pergit Alexander: Nec mo-
ra praefatus Apostolicus Beneventum repedit (hoc
sc. anno circa festum S. Martini) ibique non
longa intercedente mora rursus Trojam reverti-
tur (verosimiliter sub exitum mensis Novem-
bris) qui ibidem Episcoporum celebrans Conci-
lium (quod observatione dignum est) Rogerium
iterum, vel quisquis ei ad adipiscendum Du-

vestram certissimam expertus sum; nihil-
que restat, nisi omni desidia abjecta, &
cordis torpore deposito, Romanae Sedis
dignitatem, qua pro vobis omnibus assi-
due interveit, defendatis, & vobis i-
psis quem tenetis vigorem, & filiis ve-
stris conservare conemini. Subvenite ita-
que viri fortissimi, & bellatores con-
spicui, & dum tempus prosperitatis suc-
cedit, viribus cunctis justitia, quam
amplectimur, & severitatem ad ardua sub-
levemus. Deus enim, qui justitia via-
est, & lux veritatis, & B. Petri Apo-
stoli interventio, nos quotidie liberabit,
& auxilium a sancto ejus folio, pietate
assueta largietur. Hucusque ex sermo-
ne Pontificis auctor, qui his ista mox
subiicit:

* securi-
tatem.

V.

Hec & multa bis familia Honorio, la-
crymis irrogantibus, predicante, vox u-
na militum, populique omnis qui convor-
nerat efficitur, ac una concordia clama-
vere, se suaque omnia pro B. Petri fi-
delitate & sua tradituros. Novissime Ro-
bertus noviter Princeps statutus coram
omnibus taliter pollicetur. Ego, Pater
venerabilis & personam quam aspicias, &
totius Principatus mei quem tradidisti,
virtutem tuam committo ditioni, & ad iu-
um imperium omnia subjacebunt. Id ipsum
Rainulphus Comes, & multi alii proce-
res & Episcopi, qui convenerant, polli-
centur. O quales, Lector, promissiones,
si adesses, & aspiceres, & qua ex eorum
promissis oriebantur lacrymationes, quas
universas si enarrare voluissem, fasti-
dium auditoribus generaretur. Audiens
autem Apostolicus Honorius multitudinem
illam, ad ejus orationem consentaneam
dedisse concordiam: Salvatori omnium
Deo & beatis Apostolis Petro & Paulo
gratias egit, qui in se sperantibus sub-
venit, & quotidianum praebet auxilium.
Et

X.

Pergit Alexander: Rogerius tantam ipsius
(nempe Honorii II.) insolentiam, animumque
inflexibilem spectans, ad Siciliam transvolans na-
vigio redit: quatenus quod humilibus verbis ob-
tinere non poterat, armorum violentia revertens
ad adipisceretur. Cujus abscessu cognito, Papa &
ipse, quatuorcyclus potuit, repetit, ut inde bel-
licam aciem ducens adversus eum simul cum
pramemoratis Principibus obfistere deberet, si for-
te cum hostili manu Ducatum invasurus re-
dixit.

A num.

Et continuo ex auctoritate divina & B.
Mariae Virginis, & sanctorum Apostolo-
rum meritis, talem eis impendit retribu-
tionem, ejusmodi videlicet, quod qui de-
lictorum suorum penitentiam sumpserit,
si in expeditione illa morientur, peccata
universa remittit illorum autem, qui
ibi manus non fuerit, & confessi sunt,
medicamentum donavit. Audiens autem praefatus
Princeps, & Comes Rainulphus tanti
beneficii gratiam ab Honorio Ponti-
fice prolata, alacritate ingenti locupletatus,
cum universis qui convenerant,
ad propria recesserunt. Quae autem haec
subsequuta sint, sequenti anno, ex eo-
dem auctore, suo loco dicetur.

VI. Hoc item anno, Matthaeus Episcopus
Legatio episc. Alban. ab Honorio Pap. mis-
sa.

(a) Voil-
let. Tyr.
l. 12. c. 7.
S. Bernar-
di propo-
situm de
non egre-
diendo e
Monaste-
rio.

(b) Ber. ep.
17.

PAGIUS
XI.
Concilium
Trecense.

Anum. VI. ad IX. Concilium Trecense, cui
Matthaeus, Albanensis, Episcopus Cardinalis,
Legatus Apostolicus, Archiepiscopi Remensis
& Senonensis, varique Episcopi interfuerunt an-
no tantum sequenti celebratum; cum in ejus
Praefatione Joannes Michaelensis Concilii Scri-
ba dicat, illud habitum in solemnitate sancti
Hilarii (nempe die XIII. mensis Januarii) an-
no MCXXVIII. ab Incarnato Dei filio, ab in-
choatione praedicta militia (nempe Templario-
riorum) IX. qui annus incarnationis etiam
notatus reperitur in Codice MS. Bibliothecae
Victorinae Parisiensis, & in Historia Hieroso-
lymitana Jacobi de Vitriaco. Tyrius quidem
ait Concilium istud Ordinem Templarium jam
a novem annis fundatum confirmasse; sed cum
is annum Incar. vel a die XXV. mensis Martii
vel a die Paschatis ibi incipiat, certumque sit,
Concilium mensis Januarii congregatum, Ty-
rius non nisi de mensis Januario sequentis Chri-
sti anni interpretari potest, & male aliqui vi-
ri docti cum ad ejus annos Incarnationis nu-
merandi modum animum non advertissent, vel
numeros apud Tyrium mendose descriptos esse
causati sunt, vel ad vanas interpretationes
recurere. Annus itaque Erae Dionysianae
MCXXVIII. mensis Januarii erat adhuc an-
nus MCXXVII. Tyrio, & nonus exiens a
Fundatione Ordinis Templariorum.

non contemnenda. Siquidem salva vestra
& omnium bonorum reverentia, mihi pro-
positum est, nequaquam egredi de mona-
sterio, nisi certis ex causis, quarum uti-
que nulla se modo obtulit, ut licite pos-
sum vestrae in hoc, immo & nostra satis-
facere voluntati. At vero urgentem ma-
gis magisque Matthaeum Cardinalem o-
peratae male valetudinis excusatione elu-
dere, ne e claustro extraheretur, fru-
stra existimavit: cujus tandem victus im-
portunitate cessit. Sed audi quam ad ip-
sum Matthaeum Bernardus tunc ea oc-
casione scripserit excusationis episto-
lam: (c)

(c) Id. ep.
21.

Ad Matthaeum Legatum.
Fuit quidem parere paratum cor meum,
sed non aequo & corpore meo: sevientis
siquidem acuta febris excussa ardoribus,
& exhausta sudoribus, non valuit suffi-
cere spiritui prompto caro infirma. Volui
ergo, sed praevolanti voluntati obstitit
ea quam dixi occasio. Quae an justa sit,
ipsi judicent amici nostri, qui me omne
exclusa excusatione, obedientia rebus
circumclusum, quotidie de claustro ad ci-
vitates pertrahere moluntur: simulque at-
tendant istam me occasione non fallaci-
ter adinvenisse, sed graviter pertulisse,
ut vel nunc experiantur, quia non est
consilium contra consilium Dei. Quibus
si ego (d) respondissem: exui tunicam
meam, quomodo induam illam? lavi pedes
meos, quomodo inquinabo illos? profecto
indignaretur. Nunc autem divino aut
succescent, aut acquiescant iudicio, quo
factum est, ut & si velim, non valeam
proficisci. Sed grandis, inquit, fuit cau-
sa.

VII.
S. Bernar-
di excu-
satio ad lega-
tum.

(d) Cant. 5.

Baronius num. VI. recte asserit Matthaeum
Albanensem Episcopum Cardinalem huic Conci-
lio praefuisse, & ea occasione Epistolam XXI.
Sancti Bernardi ad eum datam. Sed ad illud
Concilium Epistolam Sancti Bernardi ordine
XVII. ad Petrum Diaconum Cardinalem da-
tam, in qua Sanctus Abbas excusat, quod vo-
catus non venerit, male revocavit; ibi enim
divus Bernardus de alia professione nobis igno-
ta sermonem habet, & Petrus ille, qui ibidem
a Sancto Bernardo vocatur Diaconus Cardi-
nalis & Legatus, anno MCXXV. Legatione
Gallica, non vero hoc anno fundus est, ut
eo Christi anno ostendimus. Regulam a San-
cto Bernardo ex injuncto Concilii Trecensis
Templariis datam, non multo post a Theoto-
nicis receptam fuisse testatur Jacobus de Vi-
triaco Card. in Hist. Orient. cap. LKVI. De
Incremento vero Templariorum post Regulam
acceptam complures libri testes sunt. Porro
ex die celebrati Concilii Trecensis die sc. XII.
Januarii anni MCXXVIII. intelligimus Mat-
thaeum Albanensem Episc. Cardinalem hoc an-
no, saltem exeunte, legatum Sedis Apostoli-
cae in Galliam venisse. Girardum Engolimen-
sem Episcopum in Legatione Aquitana con-
tinuatum fuisse, ex dicendis anno MCXXX.
intelligitur. Duas enim in Gallia Legationes
fuisse non semel insinuavimus.

A num.

causa gravisque necessitas. Querendus ergo fuerat, qui grandibus deservendis fuisset idoneus. Si me talem putant: ego me talem non esse, nequaquam puto, sed scio. Denique siue grandia sint, siue parva, ad que me ita perurgent, ego causam non habeo. Quæro siquidem: facilia sunt, an difficilia, quæ ad perturbandum amicam silentium tantopere imponere curatis amico? Si facilia, absque me possunt fieri: si difficilia per me non possunt effici, nisi forte tanti estimor, cui grandia & impossibilia referuntur: tamquam ego ea possim, que nemo alius facere potest. Quod si ita est: Domine Deus meus, quomodo tuum de me solo frustratum est iudicium, ponens sub modio lucernam, quæ poterat lucere super candelabrum? & ut apertius loquar, tentans me facere monachum, & volens abscondere in tabernaculo tuo in die malorum, hominem necessarium mundo, sine quo Episcopi non possunt sua pertractare negotia? Sed & hoc mei mihi necessari præstiterunt, ut nunc quoque videat loqui turbatus homini, cuius nunquam nisi serenus, & cum omni iucunditate soleo recordari. Vos tamen, vobis dico, pater, noveritis, quia paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata vestra. Vestra autem indulgentia erit parcere mihi, ubi parcendum decreveritis. Hucusque ad Legatum Apostolicæ Sedis Mathæum Bernardus.

VIII.

At tandem importunitas Legati prævaluit, coegitque eum Treceas ad Concilium proficisci. Quod constat ex his, quæ Wilhelmus Tyrius (a) tradit, ubi agit de institutione, & confirmatione Congregationis militum Templariorum. Nam ait: Novam autem annis post eorum institutionem in habitu fuerunt seculari indumentis, qualia pro remedio animarum suarum populus largiebatur. Tandem anno nono Concilio in Francia apud Treceas habito, cui intersuerunt dominus Rhemensis, & dominus Senonensis Archiepiscopi cum suffraganeis suis, Albanensis quoque Episcopus Apostolicæ Sedis Legatus, Abbates quoque Cisterciensis & Claravall-

(a) Hist. Tyr. l. 11. c. 7. Concil. Trecent. in quo ordo Templar. confirmatur.

PAGIUS XIII. Ecclesia Gallicana dissidiis turbata.

A num. IX. ad XVIII Stephanus Episcopus Parisiensis Ludovicum VI. Francorum Regem Anathemate percussit, quod Ecclesiæ bona nonnulla usurpasset; eamque ob rem literas ad omnes Ecclesiarum Prælatos & Abbates, ad ipsum quoque Honorium II. dedit, rogans ut suæ se causæ adjuvare vellet. Sed tandem Rex ablata restituit, & a vexandis præfato Stephano & Henrico Senonensi Archiepiscopo Stephani Metropolitani destitit, uti narrat Baronius ex Epistolis Divi Bernardi XLIV. XLV. XLVI. XLVII. & XLIX. quæ ideo hoc anno datæ sunt. Bernardus enim impatienter ferens quæ adversam utrumque Præsulem

lenis cum aliis pluribus, instituta est Regula, & habitus assignatus, albus videlicet, de mandato domini Honorii Papæ, & domini Stephani Hierosolymitani Patriarchæ. Cumque iam annis novem in eo fuissent propositio (non nisi novem erant) ex tunc cepit eorum numerus augeri, & possessiones multiplicabantur &c. Hæc Wilhelmus. Porro tantopere requisita est S. Bernardi opera, ut ab eo illis certa præscriberetur forma vivendi. Qui etiam ad eisdem perutilem libellum scripsit, qui tum laudes eorum, tum exaltationem continet, cuius est titulus: Ad milites Templi. Eorum quoque præconia texuit Petrus (b) Cluniacensis in epistola ad Everardum Templariorum Magistrum. Quæ autem præter hæc gesta sint in eodem Trecenti Concilio, ignoramus: quærelas diversorum illic auditas, significant litteræ ejusdem sancti Bernardi (c) ad Archiepiscopum Senonensem.

(b) Petr. Clun. l. 6. ep. 27.

(c) Bern. ep. 4.

IX.

Præter hæc autem protracta a claustrum sanctum Bernardum alia causa majoris fortasse momenti, cuius occasione fuit ipsi pugnandum cum Rege Ludovico ob persecutionem, quam intulit Episcopo Parisiensi nulla iusta de causa, sed contra jus fasque, cum coleret iustitiam, & numeros optimi Antistitis absolveret; ob quod bona illius tyrannice abstulerat: quod redundabat in ignominiam Archiepiscopi Senonensis & totius provinciarum Episcoporum; in cuius ultionem atque cohibitionem, non cessante Rege, fuit subicienda civitas interdicto. Sed cum nec id sufficeret, agendum fuit sancto Bernardo apud Regem litteris, conveniendus fuit præsens, & hortationibus perurgendus, ac denique comminanda in eum ab Episcopis excommunicatio, nisi resipisceret. Cum inter hæc Rex recursum habens ad Honorium Pontificem surreptione eum decipiens operatus est, ut litteris Apostolicis interdicti censura penitus tolleretur. Quamobrem ad ipsam Honorium Papam tum S. Bernardi, tum Episcoporum sunt frequentatæ querelæ litteris explicatæ, quas hic reddendas necessarium duximus, cum nonnisi ex capitulis habeatur, unde ejusmodi depro-

mi

a Rege gerebantur, tam suo quam Gaufridi Carnotensis Episcopi nomine literas ad Honorium II. querimoniam plenas dedit. Reconciliationis Stephanum cum Rege testes sunt litteræ, quibus concedit Ecclesiæ B. Martini Campanensis in urbe Parisiensi sitæ Ecclesiam S. Dionysii de Carcere, ut vocant, quæ usurpata fuerat: Quapropter, inquit Stephanus, Ecclesiæ B. Martini de Campis & fratribus inibi Deo servientibus Ecclesiam S. Dionysii de Carcere, quam diu manus laica injuste invaserat, qua etiam tempore nostro ad manus Regis redacta fuerat, ipsam in manibus nostris redditam ex consensu, petitione & voluntate ipsius Domini Regis, Lat-

(a) Idem ep. 46.

X.

Querelæ Abbatum ad Honorium Pap.

mi possit historia. Atque primum, quam S. Bernardus (a) ad eum scripsit his verbis, nomine quoque Abbatis Pontigniaci accipere. Summo Pontifici Honorio pauperum Christi Abbates Hugo de Pontigniaco, & Bernardus de Claravalle, quidquid potest peccatorum oratio: Lacrimabilem Episcoporum, immo totius Ecclesiæ querimoniam nos quoque ejus filii (si tamen digni) dissimulare non possumus. Quæ vidimus, loquimur; magna siquidem nos necessitas de claustris ad publicum traxit, ubi & quod loquimur, vidimus. Tristes vidimus, tristes eloquimur, honorem Ecclesiæ Honorii tempore non minime læsum. Jam Regis flexerat iram humilitas, vel potius constantia Episcoporum, cum ecce a summo Pontifice summa superveniens auctoritas bene deiecit constantiam, superbiam statuit. Scimus quidem id vobis per mendacium fuisse surreptum, quod ex vestris litteris palam datur adverti, ut eversis tam iustum, tamque necessarium interdictum juberetis. Sed numquid non vel tandem deprebendo mendacio mentitam se sentiet iniquitas sibi, non tanta utique majestati? Est autem quod miramur: quæ ratione iudicatum sit de parte, abjudicatum absenti. Quod quidem non temeraria præsumptione reprehendimus, sed filiali amore paterno cordi suggerimus, quantum ex hoc & superbit impius, & incenditur pauper. Caterum quandiu illum parvi, quantumve huic compati debeatis, non est nostrum præscribere vobis. Vos vestra hic potius, dulcissime Pater, viscera consulite. Ad eundem sic & Carnotensis Episcopus Gaufridus (b) vir laudatissimus, qui defuncto successit Lavoni: Tristissime historia seriem vobis & causam replicare, superfluum est, quæ jam quippe paternitati vestra viscera, scribente religioso Parisiensi Episcopo, commota esse, non ambigo. Ne tamen fratri & Coepiscopo etiam nostrum deesse testimonium, quæ vici ego, & audiivi, neces-

(b) Id. ep. 47.

XI.

Tro Parisiensi agit apud Papam episc. Carnotensis.

siam replicare, superfluum est, quæ jam quippe paternitati vestra viscera, scribente religioso Parisiensi Episcopo, commota esse, non ambigo. Ne tamen fratri & Coepiscopo etiam nostrum deesse testimonium, quæ vici ego, & audiivi, neces-

PAGIUS

Ludovici, Adelaide Regina, filii etiam Ludovico Rege, & Henrico ejusdem Ecclesiæ Abbate concedentibus, salvo in omnibus jure Parisiensis Ecclesiæ in perpetuum donavimus.

XIV.

Stephanus episc. Parisiensis diversus a Stephano Anselmi Dapiferi fratre.

Martius in Annal. Cisterc. ad hunc Christi annum cap. l. autumavit. Stephanum Episcopum Parisiensem fuisse olim Regi carum, nunquam invisum, & de eo intelligendum quod scribit Chronographus Maurigniacensis: Defuncto Willelmo, Anselmi Dapiferi Germano, Stephanus Cancellarius frater amborum, Major Regia domus effectus est. Hoc retroactis generationibus fuerat inauditum, ut homo qui Diaconus fungebatur officio, militiam simul post Regem ducebat Principatum. Hic vir industrius, & seculari præditus sapientia, tum multis Ecclesiasticorum bonorum redditibus, tum familiari-

sarium duxi breviter intimare. Excepta siquidem tam modesta prædicti Episcopi querimonia: Senonensis diocesis universi Episcopi una cum venerabili Metropolitano nostro, adscitis etiam nobiscum quibusdam aliis religiosis personis, & Regem super gravi injuria per nosmetipsos humiliter, ut debuimus, convenimus, ut Episcopo nihil quidem tale merito sua qua tulerat, restitueret, rogavimus, nec impetravimus. Sentiens tandem nos ad arma Ecclesiæ pro Ecclesiæ velle confugere: timuit, annisque sese omnia redditurum. Sed in eadem forte hora, supervenientibus litteris vestris, quibus etiam terram ab interdicto absolvi præcepistis: male in malum confortatus, quod bene promiserat, minime executus est. Dictamen nominata, qua se id rursus promissis executurum, ejus nos conspectui representantes, sustinimus pacem, & non venit; quæsumus bona, & ecce turbatio. Hoc denique litteris vestris factum est, ut male ablata pejus teneantur. & reliqua passim in dies rapiantur, eo utique secure, quo impune illa retinentur. Solutio nempe ad vestrum imperium Episcopo iusto, ut putamus, interdicto, nostroque quod parabamus, & quo sperabamus pacem consequi, vestro æque timore suspensio: interim facti sumus opprobrium vicinis nostris. Quousque vestra viderit pietatis compassio. Ita Carnotensis Episcopus, sive potius nomine ipsius idem qui supra Bernardus, qui jam, antequam ad Honorium scriberet, nomine senioris Abbatis Cisterciensis venerandi Stephani & totius Congregationis hinc litteris ipsum (c) Ludovicum Regem compellandum (c) Bern. putavit. Siquidem idem Rex cooptatus (d) 45. fuerat ab ipsdem Cisterciensibus inter Fratres, quoad participationem spiritualium bonorum, (d) quæ ab eis fierent. Quod (d) Petr. l. moris fuisse tunc fieri etiam a Cluniacensibus, plures Petri Abbatis Cluniacensis docent epistolæ.

(c) Bern. ep. 45.

(d) Petr. l. 4. ep. 29.

XII.

Eximio Regi Francorum Ludovico Stephanus Abbas Cisterciensis, totusque conventus Abbatum & Fratrum Cisterciensium

tate Regis, quam sic habebat, ut ei potius a quibusdam diceretur imperare, quam servare temporali felicitate supra ceteros mortales nostris temporibus efflorescat, &c. In ea etiam sententia non pauci Critici versantur. Verum, ut animadvertit Duchesnius in Notis ad Hist. Calamitatum Petri Abaelardi, pag. 1175. & seq. Stephanus Episcopus Parisiensis diversus est a Stephano Cancellario Anselmi Dapiferi fratre; cum tabulæ B. Mariæ de Gornio referant simul & Stephanum Parisiensem Episcopum, & Stephanum Dapiferum Gornaium tenentem; quem ultimum fratrem fuisse Anselmi, ex documentis publicis liquet. Duchesnius quidem utrumque Stephanum Cancellarium facit, quia in Stephani Parisiensis Episcopi Epitaphio, quod apud Victorinos Parisienses legitur, Cancellarius

CHRISTI
1127.HONORII II. PAP.
3.VACAT. IMP. OCCID. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 9.

sum, salutem, sospitatem, & pacem in
CHRISTO JESU.

Cisterci-
ensium ad
Regem
admoni-
tio.

Rex cæli & terra regnum vobis in ter-
ra donavit, donaturus & in cælo, si id
quod accepistis, jussu & sapienter ad-
ministrare studueritis. Hoc est quod vo-
bis optamus, & pro vobis oramus, ut &
hic fideliter, & illic feliciter regnetis.
Cæterum vos quoniam consilio eisdem no-
stris pro vobis orationibus, quas si re-
colitis, olim tam humiliter requisistis;
modo tam acriter repugnatis? Quæ enim
jam fiducia manus pro vobis levare præ-
sumimus ad Sponsum Ecclesiæ, quam ita
& sine causa, ut putamus, ausu incon-
sulto contristatis? Gravem siquidem ad-
versum vos apud eundem Sponsam & Do-
minum suam querimoniam deponit, dum
quem acceperat defensorem sustinet op-
pugnatorem. Attenditis jam cui ex hoc
insum vos redditis? Non utique Epi-
scopo Parisiensi, sed Domino Paradisi;
& quidem terribili, & ei qui au-
fert spiritum Principum. Ipse quippe est,
qui ad Episcopos dicit: (a) Qui vos
spernit, me spernit. Hæc ita vobis, &
pro vobis audacter quidem sed amanter
intimare curavimus, monentes & rogan-
tes per illam invicem amicitiam nostram
& fraternitatem, cui vos satis dignan-
ter sociastis, sed nunc ipsam graviter læ-
sistis, quatenus a tanto malo citius de-
sistatis. Alioquin si non meremur exau-
diri, sed contemnimur; & nos Fratres,
& amici vestri, & qui quotidie oramus
pro vobis & filiis vestris & regno, ex
hoc jam noveritis parvitatem nostram,
in quibus valuerit, non posse deesse Ec-
clesiæ Dei, & ministro ejus venerabili
videlicet patri & amico nostro Episcopo
Parisiensi qui nostram adversus vos hu-
militatem interpellans, nostras pro se ad
Dominum Papam jure fraternitatis litem
requisivit. Verum nos justum ducen-
tes, his prius litteris vestram excellen-
tiam convenire, præsertim quia idem Epi-
scopus per manum omnium religiosorum se
ad justitiam offert, si tamen prius (quod
quidem eadem ipsa justitia videtur exti-

PAGIUS

rii dignitas ei attribuitur; at Epitaphia, de
quorum antiquitate non constat, nullam fidem
in similibus faciunt, ut sæpius insinuavimus,
& verosimile est istud ab aliquo e posteris fu-
isse inscriptum, qui e duobus Stephanis unum
fecerit. Qua de re legenda Collectio Docu-
mentorum ad notitiam Cancellariorum Fran-
ciæ conducentium, subjuncta Historiæ Come-
stabiliæ & Cancellariorum Franciæ a Dio-
nyso Godefrido lingua Gallica publicata pag.
72. De causis vero dissidii inter Ludovicum
Franciæ Regem, & Stephanum Parisiensem
Episcopum, legendus Mabillonius in Notis fu-
rioribus ad Ep. XLV. S. Bernardi ad eundem Re-
gem datam. Prætermiseram monere Dapiferum,
Majorem domus Regiæ, & Senescalcum seu Se-

nero) res ei sua injuste ablata restitu-
antur: ejus interim petitioni differen-
do supersedimus. Et si quidem, Deo
inspirante, placuerit vobis nostris præ-
cibus aurem inclinare, nostro consilio,
studioque pacem cum Episcopo, imo cum
Deo reformare, parati sumus hujus rei
gratia fatigari usque ad vos, quocum-
que vobis placuerit. Sin autem, nos ami-
cum audire, & Dei sacerdoti obedire,
necesse est. Valet. At his nihil apud Re-
gem profecisse sanctos monachos, quibus
pulsandæ fuerunt aures Romani Pontifi-
cis suis litteris, quæ dicta sunt superius,
fatis ostendunt. Ipsum vero Pontificem
egisse apud Regem, ut Parisiensis Epi-
scopus integraretur bonis amittis, litte-
ræ posteriores eorumdem Abbatum ad
Honorium Papam inferius recitandæ de-
clarant.

Verum cohibitus Rex ab Honorio Pa-
pa inferre mala Parisiensi, appetit Me-
tropolitanum ipsum Archiepiscopum Se-
nonensem, qui jam suis bene præfesset,
& in eis disciplinam Ecclesiasticam re-
stituere laboraret: seseque ad exactam
sacerdotalis vitæ perfectionem compone-
ret; itaque accideret, ut quos discipulos
lubricos, voluptuosos antea idem Rex
dilexisset Episcopos, eosdem ad Deum
convertos, meliori frugi redditos, mo-
ribus bene compositos, quasi quid novi-
tatis inferentes odio haberet, & infe-
queretur. Profecerant siquidem Episco-
pi provinciæ Senonensis Cisterciensium,
monachorum exemplo, atque verbis lit-
terisque S. Bernardi, præcipue vero, quem
diximus, Parisiensis Episcopus atque Pa-
risiensis Abbas S. Dionysii Sugerius, qui
monasterium illud monastica penitus di-
sciplina solum, sibi regularis obser-
vantia arte constrinxerat, quo nomine
ipsi S. Bernardus congaudent, (b) gratu-
latoriam ad eum dedit epistolam. Quod
vero etiam & ipse Metropolitanus Se-
nonensis Archiepiscopus Henricus æque
admonitus litteris S. Bernardi, & qui-
dem prolixioribus, (c) ad meliorem fru-
gem conversus, ea quæ essent optimi pa-
stro.

nescallum unius ejusdemque dignitatis nomina
fuisse, huicque curam incubuisse Domus Re-
giæ seu sacri Palatii ac Aulae, idque eviden-
ter demonstrare varia Scriptorum Francorum
loca in Glossario Ducangii, vocibus Dapifer,
Major domus & Senescallus. Præterea obser-
vandam Stephanum de Garlanda, dum Can-
cellarius esset, electum fuisse Episcopum Bel-
lovacensem, sed eam Sedem nunquam obtine-
re potuisse, ut San-Marthani in Episc. Bello-
vac. ex Ivone Carnotensi demonstrant. At Ste-
phanum de Garlanda deinde electum Parisien-
sem Episcopum, quod voluit Labbeus & Ma-
billonius pag. 122. de Re Diplom. plane con-
velli ex documentis a Dionysio Godefrido
citato in medium adductis.

XIII.
Rex Lu-
dovicus
contra Se-
nonensem
archiep.
agit.

(b) Bern.
ep. 78.

(c) Idem
ep. 42.

CHRISTI
1127.HONORII II. PAP.
3.VACAT. IMP. OCCID. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 9.

storis manera diligenter expleret; eadem
ex causa ejusdem Principis indignationem
incurrit, nec quidem mediocrem, sed
plane eam, cujus causa eidem S. Bernar-
do cum reliquis Abbatibus rursus scri-
bendum fuerit eidem Honorio Papæ, at-
que Cancellario Cardinali, & plane ex-
clamandum, quod ob vitam optime in-
stitutam persecutionem paterentur Episco-
pi non quidem ab hostibus, sed ab ip-
sis Principibus Christianis, eo nomine
comparandis Herodi, quo quid monstruo-
sius potuisset audiri? Sed quæ ista refor-
matio, inquis, fuit, quæ adeo displice-
re Regi potuerit Christianissimo? Illa sci-
licet, quod Episcopi affuere prius relicta
Ecclesiæ, Curia Regis assistere militiam
sectari, jam sese ad Ecclesiam e Curia
atque militia avocassent, atque etiam sibi
habitos sibi clericos pariter revocassent.
Erat horum haud exiguus numerus in pa-
latio Regis militantium, nec in ipsa pa-
latina tantum, & in castrensi militia me-
rentium. Quod deplorat idem S. Bernar-
dus, cum in pluribus locis, tum præ-
sertim (quod ad rem spectat) in epistola
ad Sugerium Abbatem Parisiensem, his
verbis: (a)

(a) Idem.
ep. 78.
XIV.
Contra
Clericos
militantes
in sæculo.

Cujus enim cor non indignatur, cujus
vel clam lingua non submurmurat, dia-
conum contra Evangelium Deo & Mam-
mona pariter ministrantem? Sic quippe
sublimatum honoribus Ecclesiasticis, ut
nec Episcopis inferior videatur: sic im-
plicatum militaribus officiis, ut præ-
feratur & ducibus? Rogo quid hoc est mon-
strum, ut cum & clericus, & miles simul
videri velit, neutrum sit? par satis utro-
que abusus, sive quod diaconus mense
regia deputetur ministro, sive quod Re-
gis dapifer ministerii altaris inseruiat.
Quis sane non miretur, immo & deteste-
tur, unius esse persone & armatum arma-
tam ducere militiam, & alba, stolæque
indutum in medio Ecclesiæ pronuntiare
Evangelium? tuba indicere bellum mili-
tibus, & jussa Episcopi populis intima-
re? Nisi forte (quod intolerabilius est)
erubescit Evangelium, de quo Vas electio-
nis admodum gloriatur: & confunditur
videri clericus, magisque honorabile ducit,
putari se militem, Curiam Ecclesiæ
præfert, Regis mensam altari Christi, &
calicis Domini calicem demoniorum, &c.
Pluribus enim declamat in hujusmodi ab-
usionem, cum militarent Curia Principum
diaconi, Archidiaconi, Decani,
atque Præpositi Ecclesiarum. Hæc igitur
& alia, de quibus idem sanctus Bernardus
scripsit in dicta epistola ad Henricum
Archiepiscopum Senonensem, & ad alios,
cum corrigere, & emendare statuissem
Episcopi; mox (ut diximus) regius in-
venitor in illos exarsit quasi novitatis inven-
tores, quos colere magis debuissent ut
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Ecclesiasticæ disciplinæ restitutores & cor-
rectores. Cum igitur non solum in Parisi-
ensem Episcopum, ut audisti, eo modo
commotus esset, nec tot precibus E-
piscoporum, vel litteris Sanctorum mo-
nitus corrigeret quod peccasset, sed ad-
jecisset insectari Archiepiscopum Seno-
nensem: has idem sanctus Bernardus suo
& aliorum Abbatum nomine adversus e-
undem Regem litteras (b) declamato-
rias ad Honorium Romanum Pontificem
dedit:

Summo Pontifici Honorio servi, & si
digni judicamur, filii Stephanus Cister-
ciensis, Hugo Pontiniacensis, Bernardus
de Claravalle, quod reverendissimo do-
mino, quod benignissimo patri.

Degentes in monasteriis, ad quæ nos
nostra peccata compulerunt, non cessa-
mus orare pro vobis, & pro commissa vo-
bis Ecclesia Dei: congaudentes & spon-
se Domini super tam fido custode, &
sponsi amico super labore tam fructuoso.
Fidenter proinde atque fideliter vestra
pateritati suggerimus, quæ in regno no-
stro eidem Matri nostræ dolentes cerni-
mus adversari. Quantum quidem nos sen-
timus qui vicini sumus, Rex Ludovicus
non tam Episcopus, quam in ipsis justit-
iæ persequitur zelum, pietatis cultum,
habitumque religionis. Quod vestra quo-
que prudentia sanctitatis vel ex eo facili-
ter advertere potest, quod qui ante in ha-
bitu, atqueque seculari honorati sunt su-
blimes, judicati fideles, habiti familia-
res modo inimici facti sunt digne suo sa-
cerdotio converfantes, & per omnia ho-
norificantes ministerium suum. Hinc gra-
vibus contumeliis & injuriis Episcopi Parisi-
innocentia pulsata est, sed non quæstata,
quia Dominus suppositus manum suam, cum
vestram opposuit. Hinc & nunc domini
hujus Senonensis constantiam concutere &
labefactare conatur, ut Metropolitanus
(quod absit) ejectione, facile prout volu-
erit, graßetur in Suffraganeos. Postre-
mo quis ambigit non aliud eum, quam
oppugnare religionem, quam nimirum
aperie sui regni destructionem, sua coro-
ne pronuntiat inimicam? Et alter Hero-
des Christum jam non in cunabulis, sed
in Ecclesiis invides exaltatum. Nec aliud
sane credimus eum habere adversus Ar-
chiepiscopum, nisi quod spiritum, sicut
in cæteris laborat extinguere. Denique
si fallere de his, quæ attestamus, fal-
sive putamus: vestra citius inveniet exa-
minationis discussio, si tamen (quod ve-
hementer optamus, & suppliciter exora-
mus) de vultu tuo, Pater sanctissime ju-
diciu prodeat, de quo profecto confi-
dimus, quod custodias innocentiam, &
videas equitatem. Alioquin reduci cau-
sam in Regis presentia atque potentia,
non plane est aliud, quam tradi, heu, ho-
mi-

XV.

Agunt
Abbates
apud Ho-
norium
Pap. pro
Senonensi
archiep.

E f f mi-

minem in animam inimicorum ejus. Hæc Abbates ad Honorium Papam, a quo cum nequaquam quod petierant, impetrassent, has breviores litteras (a) ad eundem Pontificem Honorium adjecerunt:

XVI. Iterum pro Senonensi ad Honorium Papam scribitur. Oportebat quidem, si ita vestra visum fuisset auctoritati, ut in vestri presentia causa domini Senonensis discerneretur, ne infensus videlicet Regi, in Regis presentia & potentia suis pro se adversarius responsurus, traditus homo videretur in animam inimicorum ejus. Sed quoniam ut tenendum irrefragabiliter quidquid precipitis: sic sperandum indubitanter bonum de omni re quam decernitis: id solum a vestra, Pater pietate deposcit orationem, qui apud nos esse videntur religiosorum humilitas, ut se ad vultum forte potentis, ut assolet, senserit prægriavari: confugere sibi liceat ad viscera Patris: quod utique hactenus oppresso nemini negatum audivimus. Alioquin videat Joseph vir Justus, quid sibi etiam nunc faciendum sit de puero, & matre ejus, quia etiam nunc in Senonensi provincia Christi queritur ad perdendum. Nam, ut quod verum est, manifestius profeceramus, Rex in Archiepiscopo ex eo aperte novam persequi religionem dignoscitur, quod cum in antiqua seculari conversatione & habitu sicut promoveri omnimode voluit, sic ab omni penitus securum infestatione dimisit. Velabatur autem persecutio ista excitata in Senonensem Archiepiscopum alio prætextu, nimirum quod simoniace ordinatus fuisset, ut idem sanctus Bernardus ostendit, in litteris tunc ad S. R. E. Cancellarium datis apud quem paulo liberius idem Bernardus agens acrius exclamat hæc scribens: (b) Viro illustri Hamerico sanctæ Romanæ Sedis Cancellario Bernardus Abbas dictus de Claravalle salutem, & si quid valeat peccatoris oratio.

(b) Idem ep. 51. XVII. Quousque durat illa sententia, (c) Omnes qui volunt pie vivere in Christo persecutionem patiuntur? Quousque relinquitur virga peccatorum super sortem iustorum? Quis det, ut stare incipiant iusti in magna constantia adversus eos qui se angustaverunt? Quis jam ferat tantam inter cælum terramque discordiam ut exultantibus Angelis super emendatione malorum, filii Adam fremant & tabe-

(c) 2. Tim. 3. Ad Cancellarium iuxta que-relæ S. Bernardi.

PAGIUS XV. Concilium Londinense. Ad num. XVIII. & seq. Hoc anno in Anglia pro reformandis Ecclesiæ moribus Concilium habitum, non Wintonia, ut habet Baronius, sed Londani, seu Westmonasterii, ut Continuator Vigorniensis hujus temporis Autor, Metthæus Parisus in Chron. Huntindoniensi lib. VII. pag. 383. & Hovedenus pag. 478. diferte affirmant. Eidem præfuit Guillelmus Cantuarie Archiep. & Legatus Apostolicæ Sedis; sedit autem tribus diebus, idest, tertio Idus Maii, & die sequenti, tertioque

scit? quasi non sit passus JESUS pacificans in sanguine suo, quæ in terra sunt & quæ in cælo; aut ut in ipso Deus non fuerit, (d) mundum reconcilians sibi, (d) 2. Cor. 5. Laudabatur quondam Archiepiscopus in desiderio animæ suæ, & in seculari vita & habitu benedicebatur; at nunc sub pannis infantie JESU queritur simonia, & inter nascentes virtutes emortuorum, vel cadavera vitiorum scrutatur curiosa malitia. Videtis & nunc stare JESUM in signum, cui contradicitur. Per ipsum vos obsecro, pro ipso supplico vobis. Habet siquidem unde & illum revereamini, & unde illi misereamini: stude pro ipso nunc in defensione Archiepiscopi, cui quandoque & vos astare habetis in examinatione vestri. Hæc sanctus Bernardus, Porro liberatum fuisse eundem Henricum Senonensem Archiepiscopum, nec (ut Rex optabat) Archiepiscopatu privatum, litteræ post hæc ad eundem Archiepiscopum ab eodem Bernardo (e) datæ satis significant.

(e) Bern. ep. 182. XVII. Conc. Wint. sub Vv. Ielmo legato. Hoc anno cum Vvilelmus Archiepiscopus Cantuariensis Romæ ab Honorio Papa accepisset legationem in Anglia, reversus in patriam celebravit Wintoniæ generale Concilium totius Angliæ frequenti concursu clericorum & aliorum. Cœptum est tertio Idus Maii, pervenitque ad decimum septimum Kalendas Junii. Inter multa quæ ibidem sunt salubriter instituta, quæ singula recensentur in Appendice ad Florentium, eademque consentientia iis, quæ in alio Londoniensi Concilio sunt recitata sub Joanne Cremenfi Apostolicæ Sedis Legato contra clericos concubinos, ad extirpandum penitus ejusmodi scelus in pluribus aliis radicibus fixum, hæc statuta reperiuntur:

XIX. Laboratum contra clericos concubinos. Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & omnibus Canonicis contubernia mulierum illicitarum penitus interdici-mus. Quod si concubini (quod absit) vel conjugibus adhaerint: Ecclesiastico priventur honore simul & beneficio. Presbyteros vero parochiales (si qui tales fuerint) extra chorum ejicimus, & infames esse decernimus. Archidiaconis vero & ministris, quibus hoc incumbit, auctoritate Dei, & nostra præcipimus, ut omni studio & sollicitudine procurent, ab Ec-cle-

post hoc, qui fuit XVII. Kalendas Junii, ut dicitur in Præfatione. In eo Ecclesiastica disciplina Canonibus XII. sancita, & Canonibus V. VI. & VII. Presbyteris & Canonicis prohibentur, ne uxores vel concubinas haberent. Imo in Canone VII. de Concubinis eorum statuitur, ne ab aliqua potestate minore vel majore detineantur, sed libere eisdem ministris Ecclesiæ tradantur, & Ecclesiastica disciplina vel servituti Episcopali judicio mancipentur.

Ad

clesia Dei hanc perniciem omnino eradicare. Quod si qui in hoc negligentis, vel (quod absit) consentientes inventi fuerint: primo & secundo ab Episcopis digne corrigantur; tertio vero canonicè severius corripiantur. Concubina vero presbyterorum, & Canonicorum nisi ibi legitime nupserint, extra parochiam expellantur. Quod si postea culpabiles inventa fuerint, in cujuscumque territorio sint, a ministris Ecclesiæ capiantur, & sub excommunicatione precipimus, ne ab aliqua potestate majore vel minore detineantur, sed libere eisdem ministris Ecclesiæ tradantur, & Ecclesiastica disciplina vel servituti, Episcopali judicio mancipentur. Hæc & alia ibidem, quæ brevitate causa prætermittimus.

XX. Legatio Gerardii. (a) Robert. in Append. ad Sigeb. hoc anno & Hugo in vit. S. Norbert. c. 40. 41. 42.

XXI. (b) Vv. Iel. Tyr. 1. 3. c. 23.

PAGIUS XVI. S. Norbertus anno præcedenti Magdeburgensis Archiep. dicitur.

Hoc anno (a) decernitur ab Honorio Papa Legatus in Germaniam Gerardus Cardinalis, qui postea fuit Lucius Papa qui inter alia ab eo præclare gesta, ubi illuc perveniens invenisset vacare Ecclesiæ Parthenopolitanam sive Magdeburgensem, curavit ut in ea eligeretur Episcopus S. Norbertus Præmonstratensium Ordinis institutor, qui hoc tempore erat a Domino revera constitutus ac censa lucerna, ardens & lucens in Ecclesia.

Quod ad res spectat Orientis, vendicata nobili civitate Tyro ab Infidelibus, & reddita Christianis ante annos quatuor; tandem (b) hoc anno veris initio Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Ad num. XX. Sanctus Norbertus Ordinis Præmonstratensis Institutor anno superiori Magdeburgensis Archiepiscopus renunciatus est, ut notavit Dodechinus Abbas in Chron. & duratio Sedis ejus ab Hugone ejus Vita Scriptore coætaneo memorata demonstrat. Chronographus Magdeburgensis a Meibomio editus tradit, cum mortuo Archiepiscopo Magdeburgensi electores inter se non convenirent de persona in ejus locum subroganda, eos a Legatis Apostolicis Spiram accitos esse, eisdem communicato cum Lothario Rege Germaniæ Consilio Norbertum, quamvis plurimum renitentem, elegisse, & hunc Comitatu Halvestadensis ac Brandeburgensis Episcoporum Magdeburgum deductum: Ibidem X. Kalend. Augusti (legendum, XV. Kalend. Augusti, ut sequentia evidentè ostendunt) que tunc venit Dominica, magno concursu Comitum ac Procerum, a Clero & populo cum ingenti gloria suscipitur, ab omnibus eligitur, & in sedem suam divina laude attollitur, & octava die idem in festo Jacobi Apostoli ab Ulone Olenfi Episcopo, cooperantibus aliis non paucis, qui aderant Episcopis, in Archiepiscopatum ungitur, cui & Pallium a Papa Honorio arigitur, subiungit idem Chronographus. Octava autem dies, eaque Dominicalis ante festum sancti Jacobi Apostoli, non in X. Kalend. sed in XV. Kalend. Augusti seu in diem XVII. mensis Julii incidit anno præcedenti, quo Chronographus iste Norbertum creatum Archiepiscopum diferte asserit. Hanc sententiam certam & indubitatam esse, quæ in ejus morte dicemus, ostendunt.

primus creatus ejus civitatis Archiepiscopus Willelmus nomine, ratione Anglicus, ex Patre sancti Sepulcri, qui impetrandi causa pallium ab Honorio Papa, statim Romam se contulit. Quod & accepit, & has litteras impetravit:

Honorius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus suffraganeis Episcopis, Clero & populo Tyri salutem & Apostolicam benedictionem. Venientem ad nos charissimum fratrem nostrum Vvilelmum Archiepiscopum vestrum debita charitate recepimus, & quem canonicè electum, & a venerabili fratre nostro Guarimundo Hierosolymitano Patriarcha consecratum accepimus, pallii dignitate, plenitudine videlicet pontificalis officii decoravimus. Quia vero de persona sua maximum fructum matri Ecclesiæ vestra Tyri, divina suffragante misericordia, credimus proveniturum, ipsam ad gratia sedis Apostolicæ, & nostrarum litterarum prosecutione ad vos duximus remittendum. Universitati ergo vestra mandando præcipimus, quantum eum benigne recipiatis, & tanquam proprio Metropolitanò, & animarum vestrarum Episcopo subjectionem, obedientiam, & reverentiam humiliter deferatis. Ad Patriarcham vero Hierosolymorum sic idem Pontifex scripsit:

Honorius Episc. servus servorum Dei venerabili fratri Guarimundo Hierosol. Patriarchæ salutem & Apostolicam benedictionem. F f f 2 Sa.

XXII. Ad num. XXI. & seq. Willelmus Tyrius lib. XIII. ap. XXIII. refert, Guillelmum natione Anglicum consecratum fuisse Archiepiscopum Tyri urbis a quatuor annis Infidelibus crepta. Honorius II. litteris in territorio Baryni octavo Idus Julii datis præcepit, ut suffraganei eidem tanquam proprio Metropolitanò redderentur, monuitque Patriarcham Antiochenam cui parebant, ut post litterarum suarum inspectionem id executioni mandaretur. Fulcherius Carnotensis lib. 3. Hist. Hierosol. ad annum MCXXIV. ait: pacificus Deus Antiochenam Ecclesiam cum Hierosolymitana Ecclesia, qua dua dissident de Tyria tertio. Illa dicit hanc sibi fuisse subditam sub Græcorum tempore. Hæc dicit se esse communitam privilegiis a Romano Pontifice. Iste Guillelmus unus fuit e Decessoribus Willelmi Tyrii Expeditionis sacre Scriptoris. Fulcherius Carnotensis Historiam Belli Sacri ab anno MXXV. ad annum MCXXVII. libris tribus deduxit, Balduinum Godefridi Bullonii fratrem in profectione Syriacæ secutus, cujus tum erat Capellanus, ut ipsemet affirmat.

Baronius in Addendis & Corrigendis ad annum MCXXVII. refert mortem Sancti Gualfardi, ortu Angustani, qui ex Alemannia Veronam adveniens, postquam totos viginti annos Solitarii in vicina urbi silvula uni Deo notus vixisset; in urbem retractus, decem ibi annos juxta prædictam Ecclesiam veluti reclusus Deo servivit, ibique hoc anno pridie Kalendas Maii mortuus est. De eo plura in Actis S. Bollandianis ad diem XXX. mensis Aprilis, 116.

Tyrius novus archiep. datus.

Honor. P. litteræ ad Tyrios.

XXII. Primus Episcopus Latinus urbis Tyriensis.

XVIII. Moritur S. Gualfardus Solitarius.

Honor.
Pap. Lit-
terar. Ad
Patriarc.
Hier.

Subscriptis fraternitatis tuæ litteris, fratrem nostrum Voillemum, quem in Ecclesia Tyri consecrasti Archiepiscopum, benigne suscepimus, & eum dignitate pallii plenitudine videlicet pontificalis officii decoravimus. Suffraganeis etiam ecclesie sue precepimus, quatenus ei tamquam proprio Metropolitanæ, subjectionem & obedientiam deferant. Data in territorio Barenfi octavo Idus Julii.

Misit etiam & cum eodem Archiepiscopo dominum Egidium Tusculanum Episcopum Apostolicæ Sedis Legatum, vicul. Legatus in Orientem. Misit etiam & cum eodem Archiepiscopo dominum Egidium Tusculanum Episcopum, Apostolicæ Sedis Legatum, tibi mandamus,

quatenus Suffraganeos Tyrensis Ecclesie sibi restituas. Quod nisi infra quadraginta dies post earum inspectionem litterarum, quas ad eos direximus, debitam ei subjectionem exhibuerint, nos ex tunc eos ab officio Episcopi suspendimus. Hucusque de causa Tyrensi.

Hoc item anno pridie Kal. Maii ex hac vita migravit in cælum sanctus Gualfardus confessor, qui natus Augustæ Vindelicorum, apud Veronam vitam exercebat admirandam, cujus sanctitatem Deus pluribus miraculis illustravit. Demum vero opera piorum nobilium Augustanorum diu expetitæ ejus venerandæ reliquie translatae sunt Augustam, quas reverendissimus Henricus Episcopus Augustanus anno millesimo sexcentesimo secundo, die xxvii. Octobris, Ecclesie religiosorum Cappucinorum a se dedicatæ solemnè pompa inculit: in cujus celebritatis memoriam sacrum Hymnum tunc editum hic describendum curavimus:

S. Gualfardi obi-
tus.

Ur-

PAGIUS lis, sed non ex veteribus, at ex recentibus monumentis.

XIX. Hoc anno, uti narrat Sandovalius in Alphonso VI. fol. 14r. in Regnis Castellæ, Legionis & Galiciæ magnæ turbæ excitatæ; Alphonso enim Henricus Portugaliæ Comes non contentus fuisse Alphonso Aragoniæ Regi, & Castellæ rebellibus adversus Alphonsum VII. Castellæ Regem, cuius beneficiarius erat, in bello hoc anno inter utrumque Regem gesto, & fide a Sandovalio descripto, armis etiam vexabat Theresiam matrem. Alphonso Castellæ Rex amicitia patrociniis suscipiens exercitu congregato in Portugalliam intravit; verum accepto in coxendice vulnere ad sua redire coactus fuit. Cumque Alphonso Henricus victoria elatus Alphonso Regi homagium præstare renuisset, se seque supremum in suo Principatu Principem dixisset, Alphonso Rex novum statim exercitum collegit era MCLXV. præfenti nempe Christi anno, cumque in Portugalliam ingressus esset, Alphonso Comes, quo se verteret nesciens, pacem ab Alphonso Rege postulavit, eique Comitatus sui homagium obtulit. Ad hanc conditionem Alphonso Rex eo lubentius accessit, quo omnibus in Castellæ perturbatis illuc ei redeundum erat. Præcipui enim inter Magnates, & inter eos Bertrandus Comes, maritus Elviræ Alphonfi VI. neptis, Aragonensis Regis partes amplexi erant.

XX. Existimat Sandovalius Bertrandum hunc esse Comitum Tolosanum, sequiturque alios Hispaniæ Historicos, qui tradunt Bertrandum hunc nepotem esse Alphonfi VI. natum ex conjugio Raimundi Sancti Egidii Comitum cum Elvira Infanta. Verum hic error, licet antiquus, cum in veteri Historia MS. Toleti legatur, solide refellitur a Catello in Hist. Comitum Tolosæ, ubi Guiberti Abbatis de Novingento, & Guillelmi Malmesburienfis auctoritate Bertrandum illum nomen fuisse demonstrat. Ostendit etiam Catellus Bertrandum Comitum Tolosanum hoc tempore in vivis non fuisse, & Alphonsum Jordanum ante annum MCXXI. aut insequentem naturæ debitum solvisse. Quare Bertrandus Comes Elviræ maritus, qui hoc

anno arma adversus Alphonsum VII. cepisset, diversus a Comite Tolosano. Hispaniæ Historici, ubi de vicinorum Principum familiis verba faciunt, cæcutire solent, sicuti vice versa Rerum Gallicarum Scriptores de externorum Principum Genealogiis sermonem habentes.

Hoc anno, cum Guillelmus exul, inquit Ordericus lib. 12. loquens de Guillelmo filio Roberti Normanni Ducis, quem Henricus Angliæ Rex captivum a multis annis tenebat, manu viginti sex esset annorum, & nemo posset ei de sororem paternam hereditate recuperanda suffragari contra patrum suum, Adeles Regina (conjug Lu-dovici VI. Regis Franciæ) uterinam sororem uxorem suam (Joannem nuncupatam) dedit illi in conjugium, Rainerii scilicet Marchionis sobolem, &c. Hoc mense Januario factum est, & paulo post ante Quadragesimam Gisortis (vulgo, Gisortis oppidum Normanniæ ad Eptam Fl.) venit cum militari manu Normanniam calumantiarum (id est, in jus vocare, ut videre est in Glossario Ducangii): sed eum Normanni velut dominum naturalem reveriti sunt. Jam uxorem duxerat Guillelmus unam ex filiabus Fulconis Comitum Andegavensis, sed matrimonium illud Callisti II. & Honorii II. jussu dissolutum fuerat, ut imo MCXXIV. monstravimus. Rainerius vero Comes seu Marchio erat Montisferrati, uxoremque sibi copularat Guillam Burgundam, viduam Humberti II. Comitum Maurianæ seu Sabaudicæ, & matrem Adelaidis Regi-næ Franciæ.

Gualters Archidiaconus Ecclesie Morinorum in Vi. Beati Caroli Boni Comitum Flandriæ, quæ proximis post obitum ejus mensibus in luem edidit, & Bollandus ad diem II. mensis Martii recitat, sancti hujus Principis, quem ugeris in Ludovico VI. Franciæ Rege pag. 25. Ecclesie Dei illustrem defensorem, electosynarum liberalitate conspicuum, & justitiæ thorem insignem appellat, eadem his verbis narat cap. I. Anno Verbi Incarnati MCXXVII. inditione V. sexto Nonas Martii &c. ipso die a plurimorum perniciem execrabili quorundam scelere interfectus est Brugis in Ecclesia S. Doniani Carolus Comes Flandriæ, fili-

XXI. Voillemus Nor-mannus Flandriæ Comes con-stituitur.

XXII. B. Carolus Bonus Flandriæ Comes occiditur.

Urbis vetusta Romula
Augusta matris filia,
Attolle cælo verticem,
Et lata civem suscipe,
Potentium quem limina,
Et res perosum terras,
Decora virtus ætheris
Provehit ad cacumina.
Sol mane qualis aureus
Cum nocte gentes distat,
Lustravis almo lumine,
Diem reducit pulchrior:

PAGIUS

filius Cantii Martyris, Regis quondam Dacie (id est, Daciæ cujus cædem anno MLXXXI. retulimus) & Adela Regine, quam postea duxit uxorem Rogerius Dux Sicilia, hujus nominis primus. Sanctus Princeps, cum debitor honoris adepti, inquit Sugerius citatus, qui hoc tempore vivebat, Potentes quosdam genere humiles, opibus elatos, dominio ejus lineam consanguinitatis absentare superbe innitentes (erant enim de face conditionis servillis) judicio Curia convenienter satis repetere: ipsi, videlicet Brugensis Ecclesie Propositus, & sui viri superbissimi & famosi proditores, crudelissimo & insidiabantur dieque secunda mensis Martii nefarie interfecerunt. Ludovicus VI. Franciæ Rex Flandriam animosus intrat, ut nequissimos atrocissimos perdat, toto animi & operis nisu exstuat. Comitum Flandriæ Guillelmum Normanniæ filium Roberti Hierosolymitani Normanniæ Comitum (ad eum enim jure consanguinitatis spectabat) constituit, subdit idem Sugerius.

XXIII. Voillemus Nor-mannus Flandriæ Comes con-stituitur.

Galbertus Brugensis, urbis suæ publicus Notarius, & in plerisque testis oculatus alteram Beati Caroli Boni vitam scripsit, & Bollandus etiam publicavit. Ille cap. XI. refert, Ludovicum Gallicæ Regem XII. Kalendas Aprilis Dominicæ ex Attrebat, ubi versabatur, mandasse Magnatibus & Baronibus, ut alium Ducem in locum Caroli nepotis sui eligerent, & pro morte ejus vindicanda omnem suam operam pollicitum esse. Electus præfatus Guillelmus, pluresque ex interfectoribus exquisto mortis genere affecti: His ergo & direvsi ultionum modis & sanguinis multi effusione lota, & quasi rebaptizata Flandriæ, Guillelmo Normanno Comite constituto, Rex in Franciam, Deo auxiliante, victor reversit, inquit Suger-

Gualfardus oris Itali
Post tot redæ nunc sacula,
Sertis coruscus aureis,
Jubar novum infert patriæ.
Tu magne rerum conditor,
Qui trinus unus, unus es,
A quo piorum manerunt,
Rivus perennis effluit.
Juva benigne supplices,
Et sanctitatis æmulos,
Hic consequi vestigia,
Cælo assequi da premia.

Sec.

rius. Beati Caroli Martyris Flandrorum Comitum nomen variis Martyrologiis inscriptum, testaturque Molanus in Indiculo Sandorum Belgii ex vulnerato ejus cranio læpius bibere febricitantes.

Matthæus Parisius in Chron. de Henrico Anglorum Rege curiam suam apud Windleshoram tenente, verba faciens scribit: Venerunt ibi ad Regem Legati dicentes: Carolus Comes Flandrensis tibi dilectissimus, a Proceribus suis, prodicione nefanda est occisus in Templo apud Brugas. Et Rex Francorum dedit Comitatum viri in quo lio fratris tui, & in quo jam valde roboratus, diversis cruciatibus omnes proditores Caroli interfecit. Super his itaque Rex Henricus nimis anxius erat, eo quod esset juvenis ille strenuus satis & animosus, & comminaretur se Regi Henrico tam Angliam, quam Normanniam absturum, que sibi, ut dicebat, hereditario debebantur. Henricus Rex præcavens, Matildem filiam, Henrici Imperatoris viduam in Normanniam prædesponsandam Gaufrido filio Comitum Andegavensis: & postea secutus est eam ipse in Augustam, ait Hovedenus ad annum MCXXVIII. ad hunc vero annum Matthæus Parisius habet: Fulco Comes Andegavensis Hierosolymam sine animo revertendi profecturus, dedit Comitatum suum Gaufrido filio, cognomento Plantagenes, adolescenti elegantissimo: & peregre profectus Hierosolymam cum prosperitate pervenit. De cujus adventu Rex Hierosolymam (sc. Balduinus II.) valde latus, dedit ei filiam suam primogenitam, cum spe regni post mortem suam. Quod cum a Rege Anglorum Henrico compertum fuisset, transfretavit in Normanniam: & filiam suam Imperatricem præfato Gaufrido Andegavensi Comitum matrimonio copulavit.

XXIV. Angliæ Rex sibi Voillemo Normanniæ no præcavit.

JESU CHRISTI ANNUS 1128.

HONORII PAP. II. ANNUS 4.

VACAT. IMP. OCCID. 3. JOANNIS COMN. IMP. 10.

I. Sequitur annus millesimus centesimus vigesimosextus, Indictione sexta, quo Honorius Papa in expeditione positus, adversus Rogerium invasorem Ducatus Apulie arma movit; sed ab illo tandem juramento fidelitatis accepto, rebus compositis reversus est Romam. Quomodo autem ista se habuerint, ita describit Romualdus Salernitanus Antistes: Altero vero anno, praesenti scilicet, Rogerius cum magno exercitu Apuliam intravit.

Papa autem Honorius cognito, quod praefatus Dux auctoritate sua vellet sibi Ducatum Apulie usurpare, cujus investitura & dominium sibi praedecessorum suorum jure legitimo pertinebat: Apuliam ingressus cum Roberto Capuano Principe, Rainulfo Comite Tirolae, cognato predicti Ducis, cum Conversanensibus, Grimoaldo Principe Barense, & aliis Baronibus Apulie contra eum venit, ut eum de Apulha expelleret. Dux vero Rogerius eru-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6621. SÆC. XI. An. Eræ H. sp. M. CLKVI. An. Hegiræ D. XXII. Inchoato die 6. Januar. fer. 6. Anno Hegiræ DXXII. Inchoato die 23. Decemb. fer. 3. A. C. 1128. I. Honorius II. reliquit Apuliam Romam revertit. II. Rogerius Siciliam in Apuliam venit.

AD num. I. Baronius Honorii II. Romam reditus, & Rogerii Sicilia Comitit ex urbe Salernitana in Siciliam discessus non meminit, quem ideo utrumque ex Falcone illo. hinc narrabimus. Prodit hic Auctor Honorium II. exeunte mense Januario currentis anni Romam revertum esse. Rainulfus Comes castellum quoddam, quo rebellis Hugo cognominatus & Guillelmus Praefectus Beneventanus se se receperant, obsidione cinxit; & licet hujus civitatis incolae se ei adjuvantibus, conatus ille irritus fuit: Comes Rainulfus, inquit Falco, pro tempore nivali & periculofo instanti manere excusabat in tanta expeditione, sicque una cum Principe discessit. Rector igitur horum deprehendens excusationes, ut populus omnis ad civitatem reverteretur, praecepit. Nec mora iussa sumentes cursu rapido repedaverunt; obsidio autem illa IV. Kal. Februarii facta est. Praefatus itaque Pontifex, qui apud Montem Sarchulum (vulgo, Monte Sarchio) morabatur, castrum illud sic dimissum fuisse deprehendens, & sollicitationes Principis (nempe Capuani) & comitis (sc. Rainulfi) non circa eum prospere commorari, dolore inaudito turbatus, ultra quam credi potest, condoluit infremendo continuo iter arripens, Romanos suos adiit. Falco, quia a mense Martio annum exorditur, haec ad annum praecedentem refert; concluditque Honorium II. Apulie Principem excusationes gratas non habuisse, ac Beneventi regimen Bauderio Archiepiscopo Tarentino commississe.

Cum vero Honorius II. Romae esset, Rogerius Sicilia Comes in Italiam rediens, gessit quae Alexander Abbas refert: Igitur Rogerius cum apud Siciliam, quo usque ad bella solitum est procedi, demoratus fuisset, coactio nimium immenso exercitu, fretum Pharense transvadavit, &c. Tarentum perveniens civibus se dedentibus mox eam obtinuit. Cujus post obsidionem Hydruntini cives pertimescentes, & civitatem & ipsi se seque submitunt. Ha quippe urbes Boamundi juris fuerant, quas ipse, omnemque

terram suam, cum ad potiendum Antiochia transmarinum peteret iter, Apostolica prius fertur tutela commississe.

Deinde super Brundisium urbem predicti Tancredi (nempe de Conversano) veniens eam in obsidione rigore tamdiu oppressit, donec urbs bicola non diu tolerans, civitatem ei, se seque dedit, &c. Honorius itaque Papa cognoscens Siculorum Comitem mare transmeasse, & quaeque Boamundi ac Tancredi ex parte jam occupasse, cum militibus ferme trecentis revertitur, mandans Principi Roberto, Comitique Rainulfo, caterisque per Apuliam memoratis Principibus, quatenus militaribus collectis agminibus, secum hosti Rogerio jam imminenti armis obviam procederent. Quae hoc modo Falco hoc anno narrat: Hoc anno Papa Honorius venit Beneventum cum ducentis militibus Romanorum, & invenit Robertum Principem Capuanum, & Comitem Rainulfum cum exercitu magno, &c. Praedictus Apostolicus Honorius audiens Comitem Rogerium Siculorum contra ejus voluntatem quiddam insistere, & Apulia partes detinere, Robertum Principem nomine & Comitem (sc. Rainulfum) submonet, ut exercitu congregato super Comitem illum Rogerium festinent. Quia multi simul cum Principe & Comite, ille Apuliam descendit praedictus Apostolicus, & Grimoaldum Barensem, & Tancredum vocari praecepit, ut omnes unanimiter adversus Comitem Siculorum instarent; quod & factum est.

Comes Rogerius, inquit Alexander Abbas, comperit praefatam expeditionem ad se debellandum procurare, movens se ad fluvium Bradanum, ubi vadus Petrosus dicitur, castra sibi praecipit. Contrario vero Papa cum omnibus suis appropinquat in tantum, ut medius fluvius inter eos esse distineret. At Rogerius, cum Dominum ipsam expeditioni illi interesse percepisset, reverentiam illi ita exhibebat, ut vitaret eum contingere, ne contra Deum spreto ipsius Vicario, regnare videretur. Quinetiam ad eum Legatione semel ac iterum facta flagitabat, ut ei anathematis vinculo absoluto Ducatum etiam jure generi sibi succedentem liceret accipere. Cumque sic hic & illic sine rerum effectu diutius permansisset, Magnates Principis Roberti deficientes sumptuum stipendii egere incipiunt; adeo ut plures eorum oblamydes suas distrabentes cibum mercari compellerentur; unde factum est, ut quidam eorum inedia non ultra ferentes latenter decederet. Apostolicus vero cognito, quod Baronum, militumque murmur instaret, eo quod multum tempore militare sustinentes exercitum egestatem pati ogerentur, vellentes se se dimisso recedere, iusto Concilio ad Rogerium clam festinanter praesert, pollicens illi Ducatum annuendum; ita tamen ut prius Beneventum petens,

Rogerius Dux jurat fidelitatem Honorio Papae.

PAGIUS

V. Rogerius Apuliam Dux ab Honorio II. creatur.

VI. Dies & pompa eius inaudivantur.

ditus & sapiens, pugnandi copiam eis praebere noluit, sed in tutis & munitis locis cum suo exercitu se recipiens, tamdiu eor immorari fecit, quousque afflicti radio, & necessitate compulsi se dividerent, & ad propria remearent. Papa vero videns se a Baronibus derelictum, Beneventum rediit. Quem Dux Rogerius e vestigio prosequutus est, & missis Nuntis, cum eo concordatus est, cui ligium & hominum fecit, & juramentum praestitit: & ab ea in ponte, qui est super Sobetum, per ve-

rens, suum ibi hominum subderet, sicque postea ipsum a se Ducatum ex more acciperet. Hoc quoque illo annuente, simulque ab utraque parte firmato, Apulienfes heroes, comperto hoc, mox dissolutis papilionibus ad sua cum dedecore revertuntur, culpantes praesertim Papam, quod sine eorum consensu eum hoste Rogerio concordatus fuisset.

Item ac Alexander Abbas, Falco narrat, sed cum diversis quibusdam circumstantiis: Comes itaque Rogerius sentiens Apostolicum cum exercitu vadso militum & peditem, & Baronibus illis adversus se venientem in Montana secessit, de vians Apostolici virtutem, ne aliquo modo aliquid sensum ei contingeret; & sic per quadraginta dies Apostolicus ille ardenti Sole mensis Julii fatigatus Comitem illum obsedit. Interim praedictus Princeps (sc. Robertus Capuanus) quia delicatus corporis erat, & laborem sustinere non poterat, cepit a fidelitate Apostolici declinare, excogitans qualiter castra sua dimitteret, & ad propria repedaret, & tentoria sua amoveri fecit, & iter arripere coepit (ideoque ex eorum numero non erat, qui a pace averfi erant). Apostolicus itaque Principis fraudem & aliorum Baronum deprehendens, praesertim intervenientibus, a praedicto Comite Rogerio per Cancellarium Americum (sc. Haymericum, Diaconum Cardinalem Sanctae Mariae novae, virum magnae existimationis Honorii II. & Innocentio II. sedentibus, ad quem plures divus Bernardus literas scripsit) & Cencio Frasiapanem se daturum promissit, & ut Comes ille circa Beneventum veniret, ibique Ducatus honorem ei firmaret. Quod executioni mandatum fuit; ut enim Alexander Abbas tradit: Cum ergo Praesul (sc. Honorius) Beneventum redisset, ecce Rogerius adveniens, in montem Sancti Felicitis haud longe a Benevento positum, ascendit. Militari quidem cuneo in de-vexum ejusdem collocato montis. Post diem vero tertium praefatus Pontifex ab eo accitus paululum ab urbe progreditur: ipsiusque, ut moris est, hominio suscepto, cum vexillo Ducato eidem tradidit regimen. At Rogerius Apostolica voboratione Dux constitutus, secundum quod inter se jam propositum fuerat, sacramentum fidelitatis ei per omnia servandum exhibuit, quibus praesertim Papa ad Palatium revertitur.

Hujus caeremoniae diem Falco determinate notavit. His actis Beneventi Apostolicus ille revertitur, & Comes ille, exercitu suo aggregato, Beneventum venit, & in monte Sancti Felicitis castra metatus est. Unde praesertim inter se compositis, & promissionibus adimplendis, praedictus Apostolicus in octava die Assumptionis Sanctae Mariae Ducatus honorem Comiti illi in conspectu fere viginti millium hominum largitus est, ad pontem scilicet majorem, juxta fluminis ripam, post Solis occasum; multis enim negotiis inter-

cellum de Ducatu Apulie investitus est: Quo facto Honorius Romam rediit, & Dux Rogerius in Siuliam est reversus. Hucusque de rebus gestis anni hujus Romualdus, Eadem habentur, sed fufius, in saepe citato Chronico Beneventano, ubi de Hamerico Cardinali Cancellario, & Cencio Frangipane menio habetur, quorum opera tractatum fuerit inter Rogerium & Papam, investitura accepta, quod factum dicitur die octava Assumptionis Dei genitricis Mariae. Haec & pro-

venientibus totus dies ille disputando inter se consumptus est. Et quia Comes ille civitatem Beneventi introire audebat, Apostolicus foris, ut dictum est, ad praedictum pontem exiit, & Ducatus ei tribuit honorem. & Ducatu accepto Dux ille sacramento juravit non esse in facto vel consensu, ut B. Petrus & Dominus Papa Honorius, eiusque successores Catholici civitatem Beneventanam petant, & Principatum Capuanum non capiat, nec permittat ad capiendum. Subjungit Falco: Et his omnibus actis Salernum revertitur, & Siciliam repedat. Alexander Abbas expatitorem a Rogerio, Rogerius Comite post suum ex urbe Beneventana reditum, & antequam in Siciliam reverteretur, adversus urbem Trojanam susceptam, quam sibi Falco praetermisit, sic narrat: Dux Trojanam obsidionem pergit, qua quidem obsidione obsisa ab eo tenetur, tamen ei civibus omnino resistebatur; nam Trojani praesertim obsidionem ipsam super se futuram, & urbem omnium praevidentem, eam obsidentem auxiliarios parvi periculi. Cum ergo Dux ibi aliquandiu morans, etiam munitionum fore conspiceret, nihilque tunc ad capiendum eam, & hyemem jam imminentem se profectura praevideret remota, obsidione, intrinseca ad praesertim Melfam, aliasque Ducales urbes, quae jam Legatis praesertim ultro se subdendas mandaverunt; quibus receptis, expeditionem bellicam (scilicet universum exercitum) ad propria redire jubet: sicque Salernum reversus, ibique parum permoratus, ac Siciliam cum multo, inde iterum reversurus exercitu remeant.

Qui dum apud eandem provinciam (nempe Siciliam) morans, Apulia absentaretur, Tancredus suis interim persuasionibus civitatem & oppida, qua invadente eo amiserat, recuperavit. Honorius II. diu Beneventi non remansit post datam Rogerio investituram, civitas Beneventana magna seditione hoc modo a Falcone narrata, perturbata fuit: diebus autem non multis elapsis, praedictus Pontifex Honorius consilio recepto Romam reversus est. Sed priusquam urbem Romam ingrederetur, pars quadam Beneventanorum secundo die stante mensis Septembris (id est, die viceima nona ejusdem mensis, ut hanc loquendi formulam alibi explicavimus,) Guillelmum tunc Beneventanum Rectorem in sacro Palatio Beneventano gladiis eductis occidit. Vielicet miser ille Rector furorem patris illius fufere tentans, post altare Sancti Joannis de Capella Palatii fugit: & ibi se occultans infra petes Joannis Presbyteri, qui ibi Missam tunc celebrabat, se ascendit, sed evadere non potuit: ibique vero cultris percussus est, & foris eductus de Palatio illo proicitur, & pedibus ejus funem ligaverunt, sicque per civitatis plateam usque

Deposito duorum Patriarcharum

& profectus est etiam Alexander monachus. Quo tempore misit Petrum presbyterum Cardinalem tituli sanctae Anastasiae Ravennam, ubi congregata Synodo deposuit Aquilejensem & Venetiarum Patriarchas. Hæc in veteri Pontificali. Quæ autem causa intercesserit horum condemnationis, non invenimus. Insuper hæc ibidem leguntur: Hic beatus Pontifex civitatem Signinam cum pertinentiis suis

revoçavit sub dominium & prosperitatem B. Petri.

Eodem quoque tempore, dum adhuc sederet Honorius Papa, sanctus Hugo Episcopus Gratianopolitanus senio fatiscens, primo per Legatos, inde per se ipsum Pontificem adiens & missionem rogans, non impetravit. Sed quomodo ista se habuerint, audiamus Guidonem (a) Abbatem Carthusiæ ejus temporis, ista sic narrantem: *Episcopalem*

II. (a) Guid. in vit. S. Hug. apud Sur. 10.2. die 1. April.

PAGIUS

que ad Carnariam S. Laurentii, heu miser, lapidibus obrutus, productus est. Et eo defuncto populus civitatis furor arreptus domum Potonis Spitamete, & Joannis & Vistitii Judicum, & Transonii & Laurentii & Ladorici Medici destruxerunt. Ipsi vero & Gausferius Judex, populi caventes superbiam ad Montem Fuscum fugiunt. Continuo communitate intra se ordinata populus fere totus juravit, ut extunc & septem annis completis, & quadraginta diebus non esset habitator civitatis predictus Poto Spitameta cum aliis supradictis, qui civitatem ex-

cilio Ravennatenfi factam fuisse. Hujus Concilii non meminit Rubens in Hist. Ravennatum.

Mediolanenses finem Comensi bello tandem imponere cupientes, extremum ea in re conatum adhibuerunt, & Comenses sibi subdidere, uti narrat Sigonius lib. II. Hist. de Reg. Ital. qui tamen perperam scribit, bellum hoc anno MCCCXXVII. finitum esse, eoque Comenses debellatos. Cœperat enim anno MCCCXXVII. ut ibidem vidimus, & per decem annos duravit, ut dicitur docet Otho Frisingensis in Chron. [1] Præerea mente Martio bellum illud profugatum fuisse inter omnes Historicos Mediolanenses a Puricello in Monum. Basil. Ambros. num. CCCXXXIX. citatos convenit, quod nonnisi de mense Martio currentis Christi anni intelligi potest. Quare in antiquissimo Chronico, cui titulus, *Flos forum*, ibidem apud Puricellum num. CCCXL. de Anselmo Archiepiscopo Mediolanensi accurate scribitur: *Convocans exercitum, civitatem Cumanam inogavit, & obtinuit: & multi capti sunt, qui dederunt pro sua redemptione Altare aureum Sancti Avundii, & quacunque pretiosa. Quam violentam obtentam funditus evertit anno Domini millesimo centesimo vigesimo octavo, die quinta vel septima ante Kalendas Aprilis. Utrumque diem videtur Auctor iste in Actis publicis invenisse, & priorem ad expugnationem urbis referre, posteriorem vero ad ejus everisionem.*

XI. Finis belli de concilio Comenses adversus Comenses gessi.

IX. Honorius II. Givordum Cardinalem Beneventano profecit.

Abbas Sancta Sophia octavo die instantis mensis Novembris mortuus est, & Franco, qui tunc erat mansionarius electus est. Audiens autem predictus Pontifex mortem Rectoris, illius se contigisse, dolore turbatus valde, civitati Beneventana minatur ultionem pro tali facinore infestari. Continuo consilio accepto miserunt ad predictum Pontificem Legatos, qui dicerent mortem Rectoris per stultos viros & iniquos advenisse, rogantes, ut Rectorem idoneum mitteret, ut pacem adveniret Beneventanis. Pontifex autem consilio accepto, Animum Girardus Cardinalem Rectorem nobis mandavit.

X. Concilium Ravennatense.

Baronius num. I. ait se non invenisse causam, cur Patriarchæ Aquilejensis & Venetiarum ab Honorio II. depositi fuerint. Eam nos edocet Bernardus Guidonis in Magno Chronico Belgico de Honorio II. verba faciens, Papa per Legatum Cardinalem duos Patriarchas, scilicet Aquilejensem & Venetum, qui & Gradenfis nuncupatur, deposuit, quia invenit ipsos Schismaticis favorabiles extitisse. Quare Sigonius lib. XI. de Regn. Ital. recte suspiciatus erat, hujus abdicationis causam fuisse, quod Schismatico Conrado Franconia Ducis adventus Lotharium Imp. bellum gerenti adierunt; cum eadem quoque de causa Anselmo Mediolanensi Archiepiscopo dignitas abrogata fuerit. Baronius ait, se legisse in veteri Pontificali utriusque Patriarchæ depositionem in Con-

Landulphi Junior cap. 39. apud Puricellum in Monum. Basil. Ambros. num. CCCXLII. narrat, quemodo Conradus Franconia Sueviae Dux, qui titulum Regis assumserat, hereditario jure sibi debitum contendens, in Italiam hoc anno profectus sit, & tam Madoetia, quam Mediolani coronam acceperit: Anselmus, (inquit, Archiepiscopus Mediolanensis) in Castellis (ad Archiepiscopatum pertinentibus) habitans intellexit, quod Clorus, & populus Mediolanensis nobilem Principem Conradum cum Ecclesiastica pompa & civili triumpho, conveniente Regi naturali, suscepit.

XII. Conradus pergit in Italiam, ut coronetur.

NOTÆ

[1] Comensis belli exitum non Sigonius tantummodo, sed & P. Joseph. Maria Stampala in Notis ad Poema de bello & excidio Comen, quod prodiit Rer. Italic. tom. V. pag. 401. cum anno superiori 1127. componit. Quam in rem producit ille testimonium schedæ cujusdam vetustæ, in qua ejusdem Urbis excidium cum eodem anno 1127. componitur; additurque ibidem: *Destructio prefata Civitatis Cumarum incepta fuit V. Kalend. Augusti (id est quinto ante Kalendas Augusti) in festo S. Sisti.* Insuper Muratoris in Notis ad Caput XXXVII. historię Landulphi junioris Rer. Italic. tom. V. pag. 309. fert vetustam quamdam inscriptionem in hæc verba conceptam.

ANNO DNIC. INCARN. MILL. CENT. XXVII. CUME DESTRUUNT. HÆC PORTA ERIGIT.

Igitur constare ex his arbitror belli Comensis exitum ad præcedentem annum referendum esse; & Othonem qui decennale illud fuisse asserit, de annis incompletis exponendum esse. MANSE

farinam modis omnibus exuere desiderabat, qua sententia vel desiderio (sicut in principio diximus) ab initio sua promotionis ad mortem usque non caruit. Hæc igitur voluntate in dies augmenta sumente, Romam Legatos & litteras in hoc ipsum ad veneranda memoria Papam misit Honorium. Sed cum Legati postulata non impetrasset, imo magis litteras ad eum consolatorias, & ad perseverandum exhortatorias accepissent: ipsemet quavis morbis ac senectute gravatus, spe tamen in posterum quiescendi roboratus, eundem Romanum Pontificem adire curavit, rogans suppliciter & obtestans, dari senectuti suæ licentiam quiescendi, & Ecclesiæ Gratianopolitana meliorem in suum locum pastorem substituendi. Sed nec ipse quavis multas, ut putabat, iustas & animi & corporis alligaret occasiones, impetrare valuit, ut sibi tantum & Deo vacare permitteretur. Creditum est enim, quod sola auctoritate, & sanctæ conversationis exemplo plus posse plebi prodesse subjecta debilis & ægrotus quam quivis alius robustus licet & sanus. Concessit itaque cæteris qua præ-

bat, honoratusque a summo Pontifice, consolatus, ut potuit at propria removit: dimittendi tamen Episcopatum olim conceptum non deposuit desiderium. Hæc de rebus gestis cum Honorio Papa. Subdit de ejus successore Innocentio, quem venientem in Gallias conceit, & de hoc ipso rogavit, sed non obtinuit. Cæterum voluntatem Dei fuisse, ut in tantis usque ad obitum fulgeret dignitate Episcopali, eventa declararunt. Nam plurimum profuit Ecclesiæ Catholicæ, schismate Petri Leonis exagitata, ut suo loco patebit. Jam ad res Orientales convertamus orationem.

Hoc anno moritur Guarimundus Patriarcha Hierosolymitanus Sidone, cui substituitur Stephanus Abbas sancti Joannis Carnotensis, affinis Balduini Regis, sicut nobilitate ita & moribus præstans. De quo ista Willelmus Tyrus: (a) *Hic episcopus Carnotensis ante conversionem suam in equestri ordine & habitu fuerat Vicecomes: postmodum saculo renuntians, habitum religionis prædicto claustrum suscepit. Romam supra-gauius meritis ad regimen Ecclesiæ e-*

III. (a) Willel. Tyr. l. 13. c. 25.

S. Hugo convenit Honorium PP. promissio- ne impetranda.

PAGIUS

Cum autem Clorus, & populus idem de coronando Rege ipso tractaret, Pontifex idem Anselmus a Leuco (vulgo Lecco, quod oppidum est ad Addiam. Fl. itum) descendit ad Madoetiam (vulgo Monza), qui est primus locus corona Regis Italia (quibus verbis invicte refellitur Onuphrius, qui Imperatorum coronationem alias ad Madoetiam fieri solitam inter fabulas recensuit; ibique pernoctavit, & consilium redeunt ad montem suscepit; & post trium dierum interpretationem Castellum, quod dicitur Plebia, ascendit. Ibi plures sonos sonoros de coronando Rege Conrado audivit: & ego non in amaritudine ab ipso Pontifice audivi, ut civitatem Mediolanum adiret, & affectum omnium civium super hujusmodi Regale negotium sibi renunciarum, &c. ad plenitudinem concionis Cleri & populi, convocatis & congregatis Mediolani quasi in hora tertia perveni, ubi Clorus & populus quasi homo unus amplissime & mirifice collaudavit, & conclamavit, ut Episcopus veniret, & Principem illum coronaret &c. Causa itaque ista se plaudata & statuta, Anselmus de Badagio Subdiaconus, &c. ex parte totius Cleri & populi legationem de plaudato & coronando Rege Conrado Pontifici Anselmo contulerunt, &c.

que solemnitatem Coronationis idem Pontifex in Ecclesia S. Ambrosii, me alibi non meo vitio detento, celebravit. Verumtamen quidquid directe est actum in illo Dominio meo Rege dilexi, & diligo. Hunc nuptio gradientem per Comitatus & Marchias Lombardia & Tuscia, Comites & Marchiones cujuscunque nobilitatis, viri potentis & humiles, cum gaudio susceperunt & maverunt; qui vero rebelles fuerunt, ejus altissimi gladii fortitudinem senserunt, atque mortem & confusionem, &c. ac si benigne & fortiter agendo Romam appropinquavit, sed foris manus Honorii Papa ipsum respiciavit, atque in Germaniam, quasi ad sua propria redire fecit.

Joannes igitur Cremonensis, Cardinalis Romanus, Episcopus Suffraganeus & Comprovinciales Mediolanensis Ecclesia, ut excommunicaret Mediolanensem Archiepiscopum, convocavit Papam. Quibus convocatis & Cardinali, per plures viros & Sacerdotes ipse Pontifex Mediolanensis Honorio manserit, ne præsumerent (id est ut lente procederent), sed ipsum per unius diei spatium expectaret. At Papienses, Cremonenses, Novarienses quoque & eorum Episcopi & aliarum civitatum, prædicantes hoc Regium opus Anselmi contrarium Deo & magno Lothario Regi, nequam illius Pontificis Legationem susceperunt, sed ipsum præstante Cardinali illo Joanne, excommunicaverunt; & Mediolanensibus protegentibus castrum Crema, bellum facere studuerunt. At tamen in maxima parte Mediolanenses Catholicam reverentiam, vivente Papa Honorio, huic Pontifici præbuerunt, nempe Anselmo Archiepiscopo Mediolanensi. Porro Puricellus laudatus non solum loco Landulphi memorato, sed variis aliis etiam innixus solide confutavit Onuphrium, qui Coronationem Imperatorum Mediolani & Madoetia fieri alias solitam, commentum esse sibi persuasit.

XIV. Ob eam coronatio Anselmi ab Honorio II. excommunicaretur.

XIII. Coronatur ab Anselmo Archiepiscopo Mediolan.

Qui cum esset in Castro Plebia, & intendisset super horum & meam relationem; festinavit ad urbem. De cætero ipse quasi consentiens communi omnium gentium voto, in Ecclesia Sancti Michaelis, qua est Madoetia, benedixit & unxit, & coronam Electo Conrado in festo S. Petri posuit, altero Episcopo assente Regi coronando. In quo facto ego piger non fui; sed ante ipsum Pontificem, ipsamque Coronationem, ab Ecclesia S. Michaelis Pontificalis virgam, in admirabili pompa, per Dei voluntatem congregata ad honorem illius Regis, usque ad Ecclesiam S. Joannis bona cum voluntate portavi, & in S. Joannis Ecclesia solemniter dum Rege ipso quam optime Missam audivi. Eandem qua-

Ad num. III. Guarimundi seu Germundi Patriarchæ Hierosolymorum obitus his verbis consignat.

XV.

iusdem promotus est, in adolescentia liberalibus disciplinis convenienter instructus. Qui cum orationis gratia & devotionis intuitu Hierosolymam venisset; ibique transitum expectans moram faceret, contigit, quod post exequias domini Gua-

rimundi Patriarchæ, dum Clerus & populus de substituendo pastore tractarent, communi omnium voto electus est. Postquam ergo consecratus est, cepit adversus Regem questiones movere difficiles, allegans, Joppensem civitatem ad jus suum

Steph. Patriarcha Hierosol.

PAGIUS signatur ab Orderico, Wilhelmo Tyrio antiquo-
Mortitur ri lib. XIII. anno ab Incarn. Domini MCXXXVIII.
Cermundus indict. VI. Gernundus Patriarcha Hierusalem.
aus Patri- obiit; Stephanus autem Carnotensis post illum
archa Hie- sanctam Sion duobus annis rexit; quo migravit
rusalem. et Guillelmus Flandrensis successit. [1]
XVI. Indictione VII. Goiffredus Rotomagensis Episco-
Synodus pus agrotavit, ut prosequitur Ordericus, &
Rotomagensis post diuturnam aegritudinem VII. Kal. Decemb.
genfis hominem exivit (legendum, exiit.) Interca-
dum praefatus Archiepiscopus agrotaret, & de sa-
lute sua sollicitus omnia qua haberet prudenter
ergaret, Matthæus Cluniacensis Monachus, Al-
binense Episcopus (anno MCXXXV. ab Hono-
rio II. creatus Cardinalis) Romana Ecclesia La-
gatus Rotomagum ad Regem (Anglicæ) Henricum
cum venit, & cum eo de utilitatibus Ecclesi-
asticis tractavit. Jussu igitur Regis Episcopi &
Abbatibus Normannia ascendi sunt, & in Rotoma-
gensi Capitulo scita praesente Rege audierunt,
quæ prout in Indictione VII. Papa sic prolata
sunt. Ut nullus Presbyter uxorem habeat. Qui
vero a pellice abstinere noluerit, Ecclesiam non
teneat, nec portionem in beneficiis Ecclesiasticis
obtinere, nec aliquis Fidelium Missam ejus au-
diat. Ut unus Presbyter duobus Ecclesiis non
deserviat, nec Clericus quilibet in duabus Ec-
clesiis prebendas possideat; sed in illa Ecclesi-
e, cuius beneficiis fruitur, Deo militet, eique pro
benefactoribus suis quotidie supplicet. Ut Mo-
nachi vel Abbates Ecclesiis seu decimas de mi-
nu laicorum non recipiant, sed tantæ quæ usu-
paverant Episcopo reddant, & ab Episcopo Mo-
nachi pro voto possessorum oblata recipiant. Et
tamen qua antea quoquo modo obtinuerant, quin-
te per indulgentiam Papa possideant; sed si
terius aliquid hujusmodi sine Praesulis, in cu-
jus Diocesi est, licentia usurpare non pas-
sant.

XVII. Praesente Henrico Anglia Rege celebrata.

Tunc Romanus Legatus de transfactis trans-
gressibus omnes absolvit, & sequenti mense
ut jam dictum est, Archiepiscopus migravit. Ibi
cum Legati fuerunt Goiffredus Carnotensis E-
piscopus, & Goiffredus Rufus Suesonensis Episcopus.
& omnes Episcopi Neustria ibidem nominali
Abbatibus etiam assuerunt plures, Rogerius Fis-
cannensis, &c. alique plures, quorum fauor
Rex Henricus assuit, qui nullam eis gravoli-
nem ab Episcopis imponi permisit. Hoc Con-
cilium in Collectionibus Conciliorum non me-
moratum novæ eorundem editioni addendum
erit.

XVIII.

Neque tantum hoc tempore Presbyterorum;
sed etiam Sanctimonialium incontinentiæ me-
dendum fuit; Hermannus enim Laudunensis Mo-

nachus, Auctor æqualis, qui Libros tres de
Miraculis Beatae Mariae Laudunensis Bartholomæo
ejusdem urbis Episcopo obtulit lib. 3. cap. 22.
tradit, in monasterio Sancti Joannis Laudunen-
sis nonnulla sinistrae famæ de illius Sanctimo-
nialibus dicta fuisse; cumque frequenter com-
munitate emendationem verbo promitterent;
sed facta non impleverunt, Bartholomæus Episcopus
Rainaldi Remorum Archiepiscopi, &
Ludovici Francorum Regis, ad quem ea Eccle-
sia proprie pertinere dicebatur, consilio & au-
thoritate, omnes pariter illas Sanctimonialiales ex
illa ejecit. Assumens quoque virum religiosum
dominum Drogovem canobii, Sancti Nicaei Re-
mensis Priorem, eum ibidem primum Abbatem
ordinavit, & Monachos illic sufficienter ex di-
versis monasteriis posuit. Drogo postea Cardinalis
& Episcopus Othensis ab Innocentio II.
creatus est anno MCXXXVI. ut probat Da-
cherius in suis ad Guibertum Notis, cum ejus
Operibus libros illos tres Hermannii publica-
vit. Decreta ea Monialium expulsio in Com-
munitis Episcoporum, praesente Ludovico Re-
ge, Attrebatu habitis VI. Idus Marti currentis
anni, quibus interfuere Rainaldus Remensis Ar-
chiepiscopus & octo Episcopi ibidem nomina-
ti. Idem Dacherius pag. 828. & seq. profert
Diploma Regium, Decretum Matthæi Albanen-
sis Cardinalis & Legati, ac Literas Innocen-
tii II. qui rem gestam confirmavit, aliaque
hujus Historiæ monumenta. Hoc monasterium
fundarat Sancta Salaberga, ut suo loco dixi-
mus, & hoc tempore Adaldis Regina Ludovi-
ci VI. uxor illud, non Abbatiis titulo, sed
uxoriarie dotis jure possedit. Quo nefando com-
mercii genere regularis observantia sensim ter-
pescere cepit.

Conventus Attrebatensis praesente Ludovico Rege congregatus.

Ludovicum Franciæ Regem Attrebatum ve-
ire coegerant turbæ, in Flandria ab iis ex-
tate, qui anno superiori Carolum Bonum
Flandriæ Ducem interficiendum procurarant.
Ut enim narrat Ordericus lib. XII. pag. 885.
Guillelmus, cui idem Rex Ducatum Flandriæ
ederat, proditores persequeretur, & variis
vortium generibus puniebat; Interfectorum er-
gæ consanguinei vehementer contritati sunt, &
armentum illi, perniciemque machinati sunt,
Mait Ordericus, qui subdit, eos Theodori-
cum Auxensem, seu Elatium adiisse, cumque
ut incipitum jure hereditario caperet, hor-
tato esse. Willemus his auditis contra hostes
prociit; erant enim viri potentes, & nobi-
les, adiacaque & multa probitate laudabiles,
divitiis & amicis, & munitionibus & favo-
re contribulum formidabiles. Tandem Guillel-
mus

XIX. Mortitur Guillelmus Flandria Comes.

suum & Ecclesiæ Dominicæ Resurrectio-
nis pertinere: ipsamque sanctam civitatem
post captam Ascalonam eodem modo Ec-
clesiæ cessuram de jure confirmant. Erat
autem homo magnificus, in proposito con-
stans, honestæ conversationis, juris sui
Ann. Eccl. Tom. XVII.

sollicitus persecutor. Unde inter eum &
dominum Regem graves exorta sunt ini-
micitiæ quarum tamen mors immatura
sine diebus fecisse; nam non completa
biennio in fata concessit. Opinatur non-
nulli eum veneno dato interiisse: sed nos
G g g 2 pro

PAGIUS mus hoc anno, dum fortiter in prælio adver-
sus eos pugnat; graviter faucibus sexto Ka-
lendas Augusti, sexta feria e vulnere lethali
expiravit, inquit Galbertus in Vita B. Caroli
Boni cap. 22. Qui addit post multas contro-
versias Theodoricum Alfaticum pacificam Flandriæ
possessionem inisse, & tam Regem Franciæ,
quam Regem Angliæ gratanter ei dedisse
investituram feodorum, quæ ab istis sanctissimi-
mus & piissimus Comes Carolus obtinuerat.
Hoc anno Bernardus Archiepiscopus Toletanus,
de quo sæpius locuti sumus, Toleti obiit
& quidem mensis Aprilii, Era MCLXVI. ut San-
dovalius in Alphonso VII. fol. 133. ex monu-
mentis Toletanis studiose hoc tempore scriptis
notavit, qui addit Rainundum ejusdem ordi-
nis ac Bernardus, Benedictini nempe, & O-
xoniensem Episcopum eum in ea dignitate excep-
tasse. Porro mirum, Virum doctissimum in
Vita Alphonso VI. secunda editione, Pamplona
anno MDCXV. curata, fol. 132. Char-
tam tanquam ex monasterio Sancti Dominici de
Sylos extractam, sibi communicatam inse-
ruisse; ea enim manifeste falsa. Data, ut sup-
ponitur, die XXI. Julii, Era MCLXIII. in-
cæque Alphonso Rainundus se se Hispaniarum
Imperatorem appellans, cum Regina Urraca fa-
cit donationem quandam a Rainundo Archie-
piscopo Toletano subscripam; cum tamen hoc
tantum anno Rainundus eam dignitatem con-
secutus sit, idque biennio post Urracæ Regi-
æ obitum; præterquam quod Alphonso Rainun-
dus ejus filius, ea vivente, nunquam se se
Imperatorem appellavit. Quare dici non potest,
errore in numeros irrepsisse; cum ipsemet
Sandovalius testetur, sub signo Crucis legi sub-
scriptionem ipsiusmet Imperatoris Alphonso, &
confirmationem Regiæ his verbis: Urraca Re-
gina genitrix ejus conf. & Joannes Ramires No-
tarius Regiæ se eam scribere dicit. Bernardus
vixit in Pontificatu annos quadragesima quatuor
inquit Rodericus lib. 7. cap. 4.

XX. Mortitur Bernardus Toleti Archiep.

XXI. Christiani Hispania & Mauris vexati.

Era MCLXVI. ut tradunt antiqua monu-
menta Toletana, ibidem a Sandovalio citata,
hoc scilicet Christi anno Mauri cum suo Rege
seu Imperatore Texufino in Regnum Toletanum
irrupere, duo oppida cepere centum octoginta
viris interfecit, quæ oppida Coca & Elquelea
Fernandez ibidem vocata. Dein Bargas occu-
pavit, & quinquaginta homines peremit. Hæ
minutiæ, quam exacta sint monumenta illa,
aperte declarant. Porro Texufino Rex alius non
est a Techefino, ac Imperatore Ali patre suo
Almorabitum supremo capite, Rege creato.
Horum Principum Sedes Marochium Mauritan-
iæ celebre oppidum, Marmolus lib. 2. fol.
263. refert, aban. MCXXVII. ad MCXXXII.

Hispaniarum Christianos invicem se se magnis
bellis appetivisse, sed ex iis diffidit Mauros,
quod inter se discordantes essent, emolumenta non
percepisse.
Rainundus III. Comes Barcinonis & Pro-
vinciæ literis anno MCXXVII. X. Kalend. Febru-
arii, scriptis dedit B. Oldegario Archiepiscopo
Tarracoenensi ejusque successoribus civi-
tatem Tarracoenensem, quæ ab ipso per multos an-
nos, inquit, sub destructione & veneno absque
cultore & incolatu mansit, dominicatura & Pa-
latio sibi reservatis; Oldegarius vero literis
pridie Idus Martii hoc anno datis Robertum
Bordetum militem fortissimum ejusdem civita-
tis Principem constituit, ut Deo & Ecclesiæ
ejus semper ibi serviat, & suam in defensionem
Christianitatis adversus Saracenos militiam
exerceat. Robertus vicissim promittit, se ci-
vitatem ipsam restauraturam ac defensionem
ac pugnatorem adversus quemcumque qui jura
Ecclesiæ Barcinonensis, ejusque Episcopi, ac
successorum tollere vel minuire tentaverit. U-
traque literas seu Chartas recitat Baluzius
in Appendice ad Marcam Hispanicam num.
358. & 373. Vide quæ de Roberto isto Nor-
manno strenuissimo anno MCXXIII. diximus.

XXII. B. Oldegarius Tarracoenensis restituitur.

Videamus nunc quæ a Sancto Otone Bam-
bergenfi Episcopo, Pomeranorum Apostolo, in
secunda ad Pomeranos & Leuticenses seu Li-
uticenses professione egerit; eam enim curren-
ti anno susceptam discimus ex Auctore Vita
ejus lib. 3. cap. 1. ubi ait: Post hinc triennio
domi detentus, post quadriennium, &c. illam
revivere adgredivit, idest, novellam coloniam,
de qua antea locutus fuerat. [1] Refert autem
suum Leuticæ, in Lexicis Geographicis in-
sum, & a recentibus Geographicis passim non
intellectum hic declarare; Leuticæ in Vita San-
cti Adalberti Episcopi Pragensis, qui marty-
rium in Prussia fecit, & in variis Historicis
memorari, ibique ac plerumque alibi male cum
Lufaticis a Viris doctis confusi. Pergit enim
Anonymus: Per Saxoniam iter disposuit, &
apud Hallam (urbem Saxoniam Superioris ad Sa-
lam Fl. qui apud Dessaviam in Albim exone-
ratur) naves vidualibus onerans per Albam
(seu Albim) flumen in Habalam perlapsus (quod
flumen in Albim ad Verbinum subius Tanger-
mundam devolvitur) Leuticæ littora usque ad-
ductus est. Inde adverso Hala Fl. qui per Ha-
velbergam, Brandeburgum, Spandaviam, & Se-
denicum labitur, navigans, naves, ut vero-
simile est, reliquit, & terrestri itinere Leuti-
cæ littora usque adductus est, ubi littoris no-
mine intelligit ripam fluminis, quod Leutico-
rum terras rigat; nomen enim illud tam pro
fluvii, quam maris littore usurpatur, ut pa-
ter

XXXIII. S. Otto Bambergenfis Episcopus Leuticorum conversionem suscepit.

NOTÆ [1] Muratorius in erudito opere de antiquitatibus Itæ Tom. 2. col. 919. profert diploma Balduini II. quo jura Venetorum confirmata aserit. Datum est illud anno MCXXX. Indict. III. sexto nonas Martii. Huic vero inter ceteros subscriptus legitur Varmundus Hierosolymæ patriarcha; ex quo sequitur Varmundum biennio post annum MCXXVIII. vitam prorogasse. Nisi forte suspicaremur chartam illam aliquadiu ante annum 1130. a Patriarcha & ab aliis Episcopis subscriptione firmatam fuisse quam ptea Balduinus aliquandiu post confirmavit. In ea enim Balduinus faretur pactiones illas cum venetis initas fuisse a Varmundo & aliis Episcopis, se absente. MANSI

NOTÆ [1] Alteram S. Ottonis professionem Pomeranicam ad annum superiorem pertinere perspicuum est ex Ebbone, qui ejusdem Sancti vitam ex oculatis testibus scripsit. Ait enim versantem ibi S. Ottonem miraculum quoddam patrasse die festa assumptionis B. V. quæ tunc in feriam secundam incidit. En ejus verba: Et illi: Hæsternam inquit Dominicam diem ferivimus, hodie die gloriosæ S. Virginis assumptioni sacra) operi manum intendere volumus. Porro Assumptionis festum in feriam secundam anno 1127. incidit. Vide Bollandistas ad diem 2. Julii p. 365. MANSI

pro certo id compertam non habemus. Traditur tamen, quod dum in lecto supremæ decubaret ægritudinis, & Rex ad eum visitandum esset ingressus, & ab eodem de ejus statu quæreret, ita responderit: sic est nobis in præsentia, domine, Rex, sicut vultis. Hæc Tyrius.

IV. Hoc eodem anno Rogerius Siciliæ Comes excommunicatur ab Honorio Papa,

PAGIUS tet ex Virgilio lib. 7. Æneid. V. 160. Ad dit Anonymus: Cunctaque Halla coempta, & navigio usque in Leuticiam portata (scilicet per Fl. Salam, Albim, & Havelam) curribus & quadrigis quinquaginta cum annona imponens, ibi per terram Leuticia usque Timinam civitatem Pomerania transportavit. Est Timinum five Demminum Pomeraniæ Occidentalis oppidum ad Panim Fl.

XXIV. Ex his perspicuum est, Leuticiam fuisse Te minum inter & Zedenicum ad Havelam, & occupasse partem Meckleburgi, Marchiæ Brandeburgicæ, Vkermark vulgo dictæ, & Ducatum Stetinensem. Idem Auctor de Demmino oppido loquens ait: Quo ubi cum labore & fatigatione ventum esset, multos horrores, & pavores illa nocte ibi sustinuerunt; cuius rei cap. 2. rationem: assignat: Nam Dux Pomeranorum populaturus Leuticiam cum exercitu eadem nocte illo venturus erat. Timinenses autem Leuticior audierant ad pugnam ibi ei occurosuros, &c. Dux cum exercitu omni ad prædam festinans Episcopum (nempe Sanctum Ostonem) videre non potuit; sed missis nunciis ibidem (nempe Timinum) illum die illa rogavit se expectare. Circa meridiem Leuticiam quaquaversum fumigare aspexerunt (quare supra moenia Demmini positi Leuticiam videre poterant). Paulo post: Episcopus omnem substantiam suam, ut populi, qui secum erat, Timina navibus imponens, per proni fluminis undam (sc. per Panim) tribus diebus Unznoimiam vexit (oppidum illud, uti Julinum, ubi Sedes erat Episcopalis, Arcona in Rugia insula, pluraque alia jamdiu funditus everta Episcopo in itinere terrestri cum paucis gradientibus. Idem Anonymus cap. 3. & seq. asserit divum Ottonem Evangelium prædicasse Hologasti, quod nunc Volgastia dicitur, estque in Pomerania citeriori ad ostium Oderæ Fl. ejus aquis tanquam parvo mari circumfusum, gaudetque arce Ducali. Non videtur Volgastia ab Unznoimia multum dista fuisse.

XXV. Hæc Sedes Leuticiorum, qui ideo triginta aut quadraginta leucis procul a Lusatia habitabant. Quod, ut clarius pateat, legendus Helmoldus in Chron. Slavorum lib. I. ubi cap. 20. ait Est Panis fluvius, in cujus ostio sita

quia non permittebat, ut Sicilia Episcopi venirent Romam. Denuo excommunicatur etiam ab eodem Papa, quod indebitum titulum sibi, nomen Ducis scilicet inconsulto Romano Pontifice arripisset. Habet ista totidem verbis Romualdus Salmianus Archiepiscopus hujus temporis auctor in Chronico quod scripsit, a nobis sæpe citato.

Un-

est civitas Dimine, & cap. 21. asserit Leuticiorum partem trans & cis Panim, id est, ad hujus fluminis partem Orientalem habitasse, & Thollenzos dictos fuisse: quatuor, inquit, sunt populi eorum qui Lutitii seu Voitzii dicuntur, quorum Kycinus atque Circipanos circa Panim, Riadoros sive Tolenzos cis Panim habitare constat. Verum error est in vocibus, circa & cis. ex ipsomet Helmodo cap. 2. emendandus, ubi scribit: deinde venit ad Circipanos, quos a Tholenzis & Rederis (seu Redariis) separat flumen Panis, & civitas Dimine. Kyzini & Circipani CIS PANIM, Tholens & Rhedari, TRANS PANIM habitant. Hi quatuor populi a fortitudine Voitzii, sive Lutici appellantur. Tholenzi populi fluvio ejusdem nominis, qui eorum regionem rigabat, & ad Deminum Pani jungitur, nomen dedere.

Sanctus Otto affectum & venerationem Sancti Adalberti Episcopi Pragensis, qui, ut suo loco diximus, Leuticios fide Christiana imbucere cupierat, secum tulit, & ad ejus honorem Pomerania & Leuticia varia templa erexit. Julinenses, quos Sanctus Adalbertus ad fidem converterat, cum vicinis Stetinensibus a vera Christiana religione ad priorem Ethnicismum defeceant; sed Sanctus Otto pro eorum reductione sollicitus, inibi Ecclesiam Sancti Adalberti cum fidelibus, Zelo Zelatis pro domo Dei visitavit, ac præmissa inibi orationis solemnitate, altare abominationis fregit, comminavit & ejecit, factaque reconciliationis emundatione, fracturas Basilicæ suis impensis emendari fecit, inquit Auctor Vitæ S. Ottonis, cujus mors in libri tertii calce his verbis notatur; Ejus corpus tumulatum est ann. Dominica Incar. MCXXXVIII. tertio Nonas Julii. Nomen ejus Martyrologio Romano inscriptum est ad sextum Nonas ejusdem mensis. [1]

Anno MCXXXVIII. Girardus Engolismensis Episcopus & S. Rom. Ecclesia Legatus in monasterio Sancti Gilda Dolensi Concilium rexit, ut legitur in Chronico Kemperlegiensis a Baluzio lib. I. Miscell. edito, sed hujus Concilii Acta perire. Hinc confirmatur quod supra diximus, Gerardum hoc tempore in Aquitania Legatum fuisse, ejusque Legationem Turonensem Provinciam complexam esse.

XXVI. S. Otto veneratio nem S. Adalberti Episc. Pragensis restituit.

XXVII. Synodus dolensis.

I. Undetrigesimus incipit annus post millesimum atque centesimum, Indictione septima, quo Honorius Papa Beneventum veniens (ut habet Chronicon Beneventanum) inter alias Apostolicas functiones consecravit Abbatem monasterii sanctæ Sophiæ Franconem nomine, mense Augusti. In Beneventanos autem ob Willelmi rectoris civitatis necem, quam eidem intulerant, commotus, in civitate habitare noluit: quin etiam in eos Rogerium Siciliæ Ducem accersendum in sequentem annum curavit, ut

Honor. Pap. commotus in Beneventanos.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6622.

SÆC. XII. Anno ERE HISP. MCLXVII Anno Hebraico DCCCXIV. inchoate die 15. Decemb. fer. 1.

JESU CHRISTI 1129.

HONORII II. PAPÆ 6.

LOTHARII REG. 5.

JOANNIS COMNENI IMP. 12.

A D num. I. Consecratio Abbatis monasterii Sanctæ Sophiæ Franconis appellati hoc anno mense Augusto facta, ut legitur apud eundem Chronographo Annales Ecclesiastici supplemendi: Cum tempus, inquit Falco, egredien di in hostem opportunum successisset, Dux Rogerius, collecta versus militari expeditione fretus, quod Pharum dicitur, transiecit, &c. Cum ex parte recuperasset oppida, qua jam Tancredus, eo absente resumpserat, tandem iterum Brundisium, ut eam recuperaret, obsessurus vadit; qui cum longa in obsidendo mora traheretur, nihilque tunc ad obtinendam eam posse proficere prouideret, dimittens eam ad tempus, ad alia interim aggredionum oppida accelerat. Paulo post: Alexander Comes Tancredus, Grimoldus Barenis Princeps, nec non Gotfridus Comes Andrensis tantam ipsius potentiam experti, mox ei subiiciuntur, unde Tancredus ipsi Dux animo jam sedatus, terras quascumque abstulerat, reddidit: quibus deinde præcepit, ut post ipsum ad obsidendum secum Trojam celeriter accessuri essent. Porro Trojani percipientes præfatos Magnates Duci colla jam subdidisse, &c. miserunt ad Robertum Capuanorum Principem, quatenus cito veniens Dominium suum per se susciperet, &c. At ille volebat ad hos venire, &c. Comes Ranulfus, &c. Trojam ingressus cives alloquitur, eos se contra Rogerium protecturum firmissime spondet. Verum cum Dux, &c. cum eodem, si Trojam de se concordaturum promississet, consensit ille, Trojanis dimissis, ad castra illius (scilicet Ducis) iuit. Deinde, &c. Facto concordia constituto Comes ad propria regressus.

II. Dux autem Trojam obsessurus rediit, ad quam Troja ali. videlicet obsidionem supradicti Proceres, ut eis aque civi. imperatum fuerat, accelerarunt. Urbs quippe tates ab obessa intantum constringitur, ut infra paucos dies, vellent, vellent, Duci subderentur. Tro-

de perduellionibus sumeret pœnas. Quod ille facturum se pollicitus est. Sed antequam ista perfici possent, idem Honorius Papa e medio sublatus est anno sequenti mense Februarii, ut suo loco dicitur. Post ista in Beneventanos adnata, ipse Pontifex Romam reversus est.

Quo anno ibidem Beneventi veneranda sanctorum martyrum corpora, Januarii, Festi, & Desiderii elevati contigit, & deferri in novam basilicam tunc eisdem erectam a Gualterio Archiepiscopo Tarentino, erga Sanctos illos studiosissimo Hoc

ja itaque capta sese urbes Ducales, &c. eidem subiiciuntur; atque ita omnis et Apulia sine ulla contradictione submititur. Paulo infra: His quoque peractis Dux Melfiam properans, eundem Apulia Optimates ad se venire iussit, quibus etiam inter cetera Edictum dedit, ut in pace permanentes alterutrum non adversarentur, simulque eos jurare compulit, ut ab ipsa hora & in antea iustitiam & pacem tenerent &c. Anonymus Casinensis hanc in rem habet: Anno MCXXXVIII, (qui nobis est MCXXXIX.) Rogerius Dux cepit Trojam, & fere totam Apuliam, & Capuanus Princeps illi hominum fecit.

Cum ergo ibi Dux aliquandiu moratur, hæc & sibi similia ad commune proficuum disposuit. In Sicilia, Baronibus ad sua redeuntibus, Tarentum ipse ingreditur, qui verens ne Robertus (cognominatus de Grantemania, vel Grantemenil, Normannus Rogerio rebellis) quidquam ei adversi moliri satageret, jurare cum ante discessum compulit, quatenus ultra montes abiens (nempe in Franciam) ibi in perpetuum degeret, &c. neque jam amplius Apuliam ad inhabitandum requireret; quod cum ille juramento firmasset, hoc modo liber abscessit. Dux post hæc ad Siciliam remeavit.

Hoc anno Papa Honorius Beneventum venit, mense Augusto Franconum Abbatem monasterii Sanctæ Sophiæ consecravit, & precatur Beneventanos, qui communitatem fecerant, ut prædictum Potonem Spitanetam cum jam dictis civibus, quos de civitate eiecissent, in civitatem revocarent Beneventum, quod obtinere non potuit. Unde Apostolicus valde iratus de Benevento exiit, & ad vicum quemdam, qui dicitur Loocabante, successit, & rogavit prædictum Ducem Rogerium, qui ibi morabatur, ut in mense Maio venturo (anni sc. MCXXX. ante quem mensem Honorius e vivis excessit) cum exercitu veniret, quod Dux ille sacramento juravit taliter facturum. Inde Apostolicus ad castrum Ceppaluni adivit, & civitatem prædare fecit, & sic valde iratus Romam repedit.

Falco asserit Rogerium Loocabante tunc versatum esse, quia Pharum hoc anno iterum trajecit, uti narrat Alexander Abbas: Audiens præfatum Robertum (de Grantemania) violato sacramento reversum, &c. iratus fretum Pharanse Siculorum exercitum agens transiecit. Deinde Calabrorum, Apulorumque etiam ascitis agraribus, &c. super illum iuit. Robertus iste intra paucos dies victus fuit. Deinde Salernum adiens, illud obsidione cinxit, civelque ut Turrim majorem, quam vi ab eo ex-

III. In Sicilia, Baronibus ad sua redeuntibus, Tarentum ipse ingreditur, qui verens ne Robertus (cognominatus de Grantemania, vel Grantemenil, Normannus Rogerio rebellis) quidquam ei adversi moliri satageret, jurare cum ante discessum compulit, quatenus ultra montes abiens (nempe in Franciam) ibi in perpetuum degeret, &c. neque jam amplius Apuliam ad inhabitandum requireret; quod cum ille juramento firmasset, hoc modo liber abscessit. Dux post hæc ad Siciliam remeavit.

IV. Honorius Beneventanos, qui communitatem fecerant, ut prædictum Potonem Spitanetam cum jam dictis civibus, quos de civitate eiecissent, in civitatem revocarent Beneventum, quod obtinere non potuit. Unde Apostolicus valde iratus de Benevento exiit, & ad vicum quemdam, qui dicitur Loocabante, successit, & rogavit prædictum Ducem Rogerium, qui ibi morabatur, ut in mense Maio venturo (anni sc. MCXXX. ante quem mensem Honorius e vivis excessit) cum exercitu veniret, quod Dux ille sacramento juravit taliter facturum. Inde Apostolicus ad castrum Ceppaluni adivit, & civitatem prædare fecit, & sic valde iratus Romam repedit.

V. Rogerius in Apulia am redux omnia terror complet.

NOTÆ [1] S. Ottonis Babergensis mors aliquanto citius, quam in tabulis ecclesiasticis modo referatur, contigisse censenda est, certa scilicet ea die, quæ eidem assignatur in veteri Necrologio Monasterii S. Michaelis Bambergensis apud Schannat Viudem. Liber. tom. 2. pag. 53. cujus verba, quod historica quadam contineant, hic describere operæ pretium ducimus. Ita ergo ibi ad diem II. Kal. Julii. Otto pius episcopus Babenbergensis cognomento pater pauperum Christi apostolus gentis Pomeranorum restaurator hujus cenobii, fundatorque aliorum 18. Monasteriorum, cujus memoria in omni ore quasi mel indulcabitur, quia ipse revera divinitus in hunc locum est directus, quem per 30. & 6. annos Deo propitiante gubernans, cultu interiore ac exteriori tam nobiliter augmentavit, ut quo usque Mundus iste voluitur, ejus laudabile meritum semper accipiet incrementum. Annum vero emortualem Viri hujus sancti recte consignatum esse ab auctore gestorum ejus, discimus ex Annalista Saxone Eccardi qui historiam suam anno 1139. claudens scribit: Otto sanctissima memoria Babenbergensis Episcopus obiit. MANSI

II. Legatio in Dani- am, Sue- tiam, & Boemiam.

Hoc eodem anno, quarto Kalendas Ja- nuarii, idem Honorius Papa decernit legationem in Daniam, Suetiam, atque Boemiam per Gregorium diaconum Car- dinalem, cui ad Reges earumdem pro- vinciarum has litteras dedit:

Honorius servus servorum Dei..... Illustri Regi Daniæ salutem & Apostoli- cam benedictionem.

Ecce juxta precum tuarum instantiam, & promissionem nostram misimus ad te dilectum filium nostrum Gregorium de Crescentio, Sancti Theodori diaconum, Cardinalem, Apostolicæ Sedis Legatum, virum utriusque prudentia & honestate con- spicuum, & nobis inter alios fratres nos- tros suis exigentibus meritis, speciali- ter charum, concessio sibi plenæ legatio- nis officio per omnes terras, quæ tuæ ju- risdictionis existunt, ut extirpet noci- va, & plantet salubria, prout quæque secundum datam sibi a Deo prudentiam viderit faciendâ. Rogamus igitur regiam celsitudinem tuam, quatenus ipsum, im- mo verius nos in ipso recipias hilariter, & honorifice tractes, & a subditis tuis ei facias dignam honorificentiam exhiberi: ut devotio, quam te ad Apostolicam Sedem habere confidimus, clarescat in ef- fectu, & nos ac fratres nostri per hoc me- rito in tua charitate crescamus: idemque Legatus, qui per se, ac suos, qui ma- gnum locum in Urbe obtinere noscuntur, grata tibi poterit vicissitudine responde-

PAGIUS

extorferant, sibi dederent compulsi. Inde in terram Comitum Orianensis tendit, eamque sibi subdidit: Unde progrediens Trojam iterum ob- sidione cinxit. Cives se se dedere coacti sunt, & tam ibi quam Melphie arcem reedificari curavit, quia post Guillelmi ultimi Apulie Ducis mortem utraque arx solo æquata fu- erat, Melphitana quidem subversa jubente eo- dem Duce. Addit Alexander Abbas: Tunc tem- poris & Robertus Capuanorum Princeps solo no- minis sui terrore contritus suo subditur domi- nio. Nec multo post Salernum rediens ad Sici- liam inde remeavit. Nunc itaque in hoc loco primus de Ducatu claudatur libellus, quatenus ad ea qua jam Rex constitutus gessit, commem- randus stylus vertatur, ad secundum nempe librum; Alexander enim libris quatuor Rô- gerii Regis res gestas profecutus est.

VI. Causa ad- ventus Honorii II. in Urbem Beneven- tanam.

Baronius num. I. narrata a Falcone in com- pendium redigens ex eo scribit Honorium in Beneventanos ab Willelmi Reitoris civitatis no- cem, quam eidem intulerant, commotum, in civitate habitare noluisse, verum hoc non di- cit Falco, negotium enim ad Guillelmi cadem spectans anno superiori compositum fuerat, tantumque de Spitaneta & confortibus a com- muni Beneventano in exilium missis revocan- dis agebatur, & cives nullam postulationis ab Honorio Papa supremo eorum domino factæ ra- tionem habere volebant. Falco postquam Ho- norium II. Romam rediisse retulit, addit: Hæc anno corpus Sanctorum Januarii, Festi & Des- derii Rosfridus tunc Archiepresul foras produxit de altari, in qua antiquo tempore sacrantis

ro, ad tuam dilectionem perpetuis tem- poribus obligetur. Datum Laterani quar- to Kal. Januarii, Pontificatus nostri an- no quinto.

In eundem modum Regi Suetiæ, & ad Regem Boemæ. Ita in Vaticana Bi- bliotheca.

Hoc eodem anno ipse, quem dixi- mus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardin- alis Matthæus Episcopus Albanensis le- gatione functus in Galliis, deposuit Hen- ricum Episcopum Virdunensem. Ita Do- dechinus hoc anno, quo etiam asserit Halberstadensem Episcopum a suis Ca- nonicis accusatum fuisse ab Apo- stolicæ Sedis Legato depositum. Est men- tio de Virdunensi Episcopo in ordinem redactio in epistola sancti Bernardi (a) ad Haimericum Romanæ Ecclesiæ Can- cellarium, quod postquam a Virdunen- si Episcopatu eiectus est, conatus sit in- vadere Catalaunensem Ecclesiam. Ad a- vertendum ergo imminens periculum i- psius Catalaunensis Ecclesiæ, idem san- ctus Bernardus has ad Honorium Papam litteras dedit: (b)

Summo Pontifici Honorio Frater qui- dam professione monachus, conversatio- ne peccator, seipsum quantillus est.

Ajunt apud vos plus valeat pauperis precem; quam potentis vulgum. De qua vestra singulari dignatione tam sancta o- pinio facit me dignitatis celsitudinem non vereri, quo minus audeam loqui ad vos,

& revera non honeste, sicut decebat, loco illa manebant. Unde in Basilicam, quam Gualterius Tarentinus Archiepiscopus pro Sanctorum illorum dilectione construxerat, magno cum honore, & lætitia prædictorum Sanctorum ossa collocata sunt, nobis videntibus, & de illorum ossibus osculantibus. Baronius num. I. nulla Rotfridi mentione facta hæc omnia Gualterio Tarenti- no adscribere videtur. Ait enim delatas esse sacras Reliquias in novam Basilicam tunc eis- dem erectam a Gualterio Archiepiscopo Tarenti- no. At jam ab anno antecedenti, non Gual- terius, sed Girardus Cardinalis Beneventanæ civitatis Rector erat, ut ibi ex Falcone di- ximus. Hoc vero anno MCXXIX. die 15. Maii Rogerius erat Archiepiscopus Beneven- tanus, ut constat ex Diplomate a me produ- cto pag. 467.

Ad num. II. Honorius II. Gregorium de Cres- centio, Sancti Theodori Diaconum Cardinalem, Apostolicæ Sedis Legatum ad Regis postulatio- nem in Daniam misit. Verum hæc Legatio et- iam in Baronii sententia anno superiori decre- ta; Honorii enim literæ ordine IV. ab eo re- citatæ dicuntur, datæ Laterani quarto Kalen- das Januarii, Pontificatus nostri anno quinto, Honorius autem juxta Baronii sententiam an- no MCXXIV. die XXVIII. mensis Decem- bris Pastor universalis agnitus, juxta vero no- stram die XXI. ejusdem mensis, quare anno superiori ex literæ scriptæ, die nempe vice- sima nona mensis Decembris, quo die quintus Honorii annus jam inchoatus erat.

Ad num. III. & seqq. Celebratum hoc an-

III. Deponi- tur Vir- dunensis episc.

(a) Bern. ep. 48.

(b) Id. ep. 13.

S. Bern. ad Hono- rium pro Eccles. Catalaunens.

VII. Legatio Daniæ in annum præceden- tem retyn- hendu.

VIII. 80

id præsertim, quod charitas suggerit: de Ecclesiâ dico Catalaunensi, cujus quan- tum in me est, nec valeo, nec debeo dis- simulare periculum. Videmus nimirum, jam jamque imminere, sentimus nos qui vicini sumus, pacem videlicet memoratæ Ecclesiæ graviter mox esse turbandam, si electionis illustris illius viri, idest ma- gistri Alberici, in quam utique totus tam Clerus, quam populus pari voto & vo- ce convenerant, & conveniunt, vestre pietatis assensum impetrare nequiverint.

PAGIUS Concilium Catalaunense.

no. Catalaunense Concilium, cujus nulla in Col- lectione Conciliorum mentio; Matthæus Alba- nensis Legatus; inquit Albericus in Chron. ad annum MCXXIX. Concilium tenuit apud Catalaunum in Purificatione B. Virginis, ubi de consilio B. Bernardi Abbatis, Henricus Virdunensis Episcopus Episcopatum dimisit, & factus est Episcopus per biennium quidam Abbas S. Dionysii Remensis. Ad istud Concilium revocanda Epistola Honorii II. ad Marthæum Legatum suum, recitata a Wasseburgio, lib. 4. Antiq. Belgic. in qua inter alia legitur: Tu vero tam præditum Episcopum (Henricum de bonorum Ecclesiasticorum dilapidatione accusatum), quam partem adversariam, (Virdunenses Ca- nonicos, ut ibidem utrumque exprimitur) ad tuam presentiam evocans, Catalaunum ades, ubique adscitis tibi Trevirensi Archiepiscopo & aliis Episcopis, sapientibus, etiam & religiosis viris, negotium studiose audias, & diligenti- ter indagations perquiras. Quod si accusatores & testes idonei apparuerint, communicato Fratrum consilio canonice causas diffinas, &c. [1]

IX. Epistola prima S. Bernardi ad Honorium II. suo anno reddita.

Baronius ad hanc Henrici depositionem ex Episcopatu refert Epistolam XIII. divi Bern- hardi ad Honorium II. qua eum rogat, ut ele- ctionem Alberici ad Episcopatum Catalaunen- sem ratam habere velit; videmus nimirum, inquit Bernardus, jam jamque imminere sen- titimus nos, qui vicini sumus, pacem videlicet memoratæ Ecclesiæ graviter mox esse turbandam, si Alberici electio infirmetur. Verum hæc Bernardi Epistola anno MCXXVI. ut obser- vat Manricus in Annal. Cisterc. ad eum, Chri- sti annum, a Bernardo data. Nam ex sup- presso ejus nomine, imo, ex ipso contextu pri- ma ad Honorium II. scripta intelligitur, cui se tunc incognitum Bernardus existimat. Præ- terea extant aliæ ad ipsum Honorium II. datæ:

De qua re si & nostra queritur aut cu- ratur sententia: novimus hominem sana fidei & doctrinæ hactenus existisse in- divinis, pariter & humanis prudentem esse; & speramus in dono Dei (si ta- men ipse elegit eum) fore vas in hono- rem, & utilem futurum non solum illi, sed & omni Gallicanæ Ecclesiæ. Vestra jam discretionis est judicare, an merito flagitetur a vobis faciendâ dispensatio, unde talis potest sperari recompensatio. Hæc Bernardus ad Honorium. Ex qui- bus

scilicet XLVII. & XLIX. quas ipse Baronius reponit ad annum MCXXVII. & MCXXVIII. proinde hæc anno superiori, scilicet MCXXVI. collocanda, quo Ebalii Catalaunensis obitum, in cujus locum electus est Albericus, Rapineus in Hist. Præfulum Catalaunensium ex Actis ejusdem Ecclesiæ contigisse ostendit. Quod spectat ad periculum, quod Bernardus in ea Epistola dicit imminere Ecclesiæ Catalaunensi, non videtur explicandum de ambitu Henrici Virdunensis, quem Baronius, & manricus ci- tatus asserunt, invadere voluisse Sedem Cata- launensem; sed potius de perturbatione con- sequenda, si vota & unanimis, tam Cleri, quam populi postulatio frustrarentur, quod in consequentibus Bernardus satis insinuat, ut Mabillonius in Notis fustioribus ad eam Episto- lam observavit.

Neque etiam Epistola divi Bernardi XVI. Petro Presbytero Cardinali inscripta, qua ei Mo- nachos Divionenses commendat, ad hunc an- num pertinet, sed vel annum MCXXVI. uti existimant Manricus & Mabillonius citati, vel forte ad annum MCXXIV. aut sequentis ini- tium; his enim videtur esse Petrus Leonis Pres- byter Cardinalis, qui Legatus Sedis Aposto- licæ in Gallia fuit, & ad quem post suum e Gallia discessum, verosimile est, Bernardum in favorem Monachorum Divionensium scripsisse; sed nihil certi hæc in re diffiniri potest quoad utrumque Cardinalem, quia Petrus de Fonta- na Cardinalis Burgundus erat, ideoque Mo- nachi Divionenses ei clari esse poterant.

Anno ab Incarnat. Domini MCXXIX. indit. VII. Philippus puer a Ludovico. Patre suo ele- ctus est, & in die Pasche Remis a Rainaldo II. Remorum Archiepiscopo Rex coronatus est, in- dicitur Ordericus sub finem libri XII. loquens de Ludovico VI. Francorum Rege, cujus Philip- pus coronatur.

X. Epist. Da. Bernardi ad Petrum Presbyterum Card.

XI. Philippus Filius Lu- dovici VI. Gallia co- ronatur.

NOTÆ

[1] Majorem apud eruditos gratiam sibi promeruisse tam Pagius, quam Conciliorum Collectores si concilii hujus noticiam non quidem ab Alberico sæculi XIII. Scri- ptore, sed ab Authore cævo Historiæ Episcoporum Virdunensium apud Dacherii Spicileg. tom. II. pag. 251. nov. edit. repetisset. Narrat ille Henricum Virdunensem ad pontificem Hono- rium causam suam detulisse, apud quem nihil definitum, cardinalibus episcopo faventibus. Res igitur integra ad Matthæum pontificem in Galliis legatum remissa, a quo ad Concilium Cata- launense mox celebrandum revocata. Ante concilii celebrationem Henricus S. Bernardum Cla- ravallensem consuluit, quo suadente ut prius quam ignominiosè in eum accusatio. ad publicam tantorum virorum audientiam veniat, solus omnibus cedat episcopatu: abrenuntiet ipse consilio paruit. Igitur eo prologutore astans concilio dixit se nolle invito præesse. Inde baculum reddidit; ac recedit anno XIII. ex quo susceperat eum de manu casaris; solutis a Majoribus concilii, rogan- te S. Bernardo, decem marchis argenti, quibus & vadimonia ejus in ea Urbe redemit. In ejus locum substitutus fuit Ursio Abbas S. Dionysii Remensis. Adfuerunt concilio huic præter Tre- virens (de quo Abericus) qui Virdunensis episcopi Metropolitano erat, etiam Remensis cujus ad metropolim Catalaunum atinebat, ac denique alii plures episcopi cum Abbatibus in- ter quos S. Bernardus, cujus consilio, ait Anonymus, unde hæc omnia desumpsimus, regna, & ecclesiæ Galliarum botieque innotuntur. MANSI

bus intelligis, nullius plane momenti existere consuevisse postulationem, sive electionem Episcoporum, nisi Romanus Pontifex praeberet assensum.

IV.

Egit etiam his ferme diebus idem sanctus Bernardus litteris apud eundem Honorium Papam pro monachis Divionensibus, sed modestia incomparabili, ita satisfaciens petentibus, ut non urgeret petulantia ipsum Pontificem, prout litterae (a) ad ipsum ab eo datae significant. Magnae quidem aestimationis esse coepit jam ab Honorio Pontificatu sanctus Bernardus in Romana Curia apud Pontificem & Cardinales, qui eum colebant, atque litteris frequentabant, ut ejusdem sancti viri reddita ad eos litterae docent: cum jam ex sapore cognita exigebantur ab eo ipsius scripta. At quoniam sint ista, ipse ad Petrum diaconum Cardinalem ea exigentem in fine epistolae his verbis significat: (b) Et ut sciatis quid petatis: scio me scripsisse libellum, qui inscribi-

(a) Idem ep. 16.

S. Bernardus notus in Ecclesiis Roman.

(b) Idem ep. 18.

PAGIUS

pus primogenitus erat. Idem refert Wilhelmus Nangius in Chron. additque Henricus Angliae Regem huic unctioni praesentem fuisse. De Philippi morte post biennium sermo erit.

XII. Monacha ex Monasterio Argentolii expulsa.

Hoc anno, ut Tom. X. Concil. videre est, Matthaeus Albanensis Cardinalis, Sedis Apostolicae Legatus Parisiis apud Sanctum Germanum de Pratis Concilium celebravit, cui interfuerunt Remensis Archiepiscopus, & quatuor Episcopi, [1] in quo decretum, ut Moniales Monasterii Argentolienensis tribus circiter leacis ab urbe Parisiensi distiti, quae spurca & infami conversatione omnem eiusdem loci affinitatem foedare dicebantur, inde eiecissent. Quod Honorius II. litteris Laterani nono Kal. Maii datis confirmavit, & ad petitionem Ludovici Regis monasterium illud San-Dionysiano dedit, quia ex antiquo ad illud pertinuerat. Gestis in eo Concilio confirmavit etiam Ludovicus Rex litteris hac subscriptione notatis: Datum & confirmatum Remis in solenni Curia Pascha in unctione Domini Philippi gloriosissimi Regis, anno Incarnati Verbi MCXXIX. indit. VII. anno Domini & serenissimi Regis Francorum Chlodovici XX. Philippi autem filius eius I. Verum loco, filius, legendum, filii, & loco, XX. legendum, XXI. Ludovicus enim VI. mense Julio anni MCVIII. regnare coepit. Annos Philippi I. in consortium Regni a Patre adsciti, annosque hujus Philippi pueri & Ludovici fratris eius, de cuius coronatione infra, numeratos fuisse observare non inutile erit. Heloissa Petri Abaelardi alias uxor hujus monasterii Priorissa erat, ideoque alio migrare coacta, & Abaelardi calamitates aucta.

NOTAE

[1] Non Parisiis tantummodo, sed & Remis ipsa die paschali, qua Philippus puer regalis coronae insigne obtinuit, concilium ab episcopis celebratum fuit. Meminit hujus testis quidam oculus, qui pro causa archiepiscopi Dolensis contra Turonensem testimonium tulit. Juratus enim ille asseruit, quod cum esset clericus Gaufridi Dolensis archiepiscopi, iuit cum eo ad concilium Remense, quando filius Grossi Philippus coronatus est, & duxit secum duos, praedictos episcopos (Biocensem & Trecorentem) sibi suffraganeos, & ibi impetravit palleum, cujus custos multis diebus fuit. Haec ibi, nec alibi usquam de eodem concilio, de quo nihil in Collectionibus. Episcopos, qui huic Synodo interfuerunt habes in Praecepto Ludovici, de quo Pagius hic. Quamquam eidem Diplomati desunt tres illi Episcopi de quibus testis Do-

tur. De humilitate, & quatuor bonitas in laudibus Virginis Matris, nam hunc habet titulum, super illum videlicet locum Evangelii apud Lucam, ubi dicitur, Missus est Angelus Gabriel: necnon Apologiam ad quendam amicum nostrum, ubi aliqua disserui de Cluniacensibus & nostris, id est Cisterciensibus observantibus. Sed & paucas ad diversos epistolae distaxi. Alqui Fratres ex his, qui me coram audire loquentem, suo stylo exceperunt, & penes se retinent. Meminit ibidem de alio libro dicens. Librum quem quaesisti ad transcribendum, habetis. Quem fuisse librum de Gratia, & libero arbitrio, scriptum ad Willelmum Abbatem S. Theodorici, testatur in praefatione libri secundi vitae sancti Bernardi, Bernardus Abbas Bonae Vallis. Haec de sancti Bernardi lucubrationibus in hanc usque diem editis.

Ceterum quod spectat ad epistolarum scripturam, ita comparatus erat, ut quo-

Scripta S. Bernard. usque ad praesens tempus.

(a) Bern. ep. 20.

V.

Is, mortuo Adamo Abbate San-Dionysiano, opera Stephani Regis tunc Dapiferi seu Majoris domus, a Rege & Sugerio Adami successore obtinuit, ut ad quam vellet solitudinem transiret, dummodo se nulli Abbatiae subderet: Hocque in praesentia Regis, inquit Abaelardus in Epistola prima cap. 10. & suorum utrimque assensum est, & confirmatum. Ego itaque ad solitudinem quandam in Trecenti pago mibi antea cognitam me contuli, ibique a quibusdam terra mibi donata, assensu Episcopi terra Oratorium quoddam in nomine S. Trinitatis ex calamis & culmo primum construxi. Subdit postea Abaelardus, Scholares coepisse undique ad se concurrere, & parva sibi ibidem tabernacula construere, ultro sibi ab eis concessis necessariis, ut nulla se a studio domestica cura retardaret. Cum vero Oratorium illud in nomine S. Trinitatis esset fundatum in memoriam consolationis alicujus a se ibi profugo acceptae, ipsum Paraclitum nominavit. Inde sumpta eum calumniandi occasio, fuerunt enim qui dicerent, non licere Spiritui sancto specialiter magis quam Deo Patri Ecclesiam aliquam assignari. In tantis perturbationibus, cum Abbatia Sancti Gildasii Ruensis, in Episcopatu Venetensi posita, Pastore defuncto desolata esset, Abbas a Monachis electus fuit; sed in disciplina eorum vita eum die ac nocte cruciavit. Ipsam Abbatiam tyrannus quidam in usus proprios redegerat, sicque Abaelardus foris & intus opprimebatur.

His ita se habentibus, Heloissa a monasterio Argentolien. San-Dionysiano concessa expulsa fuit, quare in Oratorium suum reversus, il-

XIII. Petrus Abaelardus de suis calamitatibus queritur.

XIV.

PAGIUS Heloissa Abbatissa monasterii Paracloti constituta.

XV. Concilium Londinense.

quotiescumque causam Dei urgere videret, idem ipse etiam ad summum Pontificem & Cardinales petitis scribere non renueret. Ad Haimericum enim Cancellarium scribens, quodnam esset sui animi institutum, paucis his ita declarat: (a) Eist tanti non sum, ut Roma habeam propria negotia; nulla tamen qua Dei esse constiterit, a me duco aliena. Porro quod ad res ab eo gestas pertinet, usque in annum sequentem, quo Honorius Papa obit, & subrogatus est Innocentius III.

illud Heloissa, & quibusdam ejusdem Congregationis Monialibus concessit & donavit, ipsamque postea donationem Innocentius II. per Privilegium in perpetuum corroboravit. Cumque Abaelardus, ut eis quoquo modo subveniret ad eas sapius reverteretur fuerit qui dicerent, inquit Abaelardus cap. 24. me adhuc quandam carnalis concupiscentiae oblatione teneri qui pristina dilecta sustinere absentiam, vix aut nunquam paterer. Interim Heloissa prima Monasterii Paracloti dicti primum Priorissa, ac dein Abbatissa constituta in omnium amore & admiratione erat. Unde Petrus Cluniacensis Abbas ad eam scripsit Epistolam XX. libri V. Necdum metas adolescentiae excesseram, necdum in juveniles annos evaseram quando nomen non quidem adhuc religionis tuae; sed honestorum tamen & laudabilium studiorum tuorum (Latinae enim Graecae & Hebraicae literaturae perita erat) mihi fama innotuit. Audiebam tunc temporis mulierem, licet necdum saeculi nexibus expeditam, literaria scientia, & studio secularis sapientiae summam operam dare. Quo ef-frendo studio tuo & mulieres omnes evicisti, & pene viros universos superasti. Max vero iuxta verba Apostoli, ut complacuit ei, qui te segregavit ab utero matris tuae, per gratiam suam, longe in melius disciplinarum studia commutasti, & pro Logica Evangelium, pro Physica Apostolum, pro Platone Christum, pro Academia claustrum tota jam & vero Philosophicae mulier elegisti.

Huntindoniensis lib. 7. pag. 384. de Concilio Londoni hoc anno habito ab Henrico Angliae Rege scribit: Tenuit Concilium magnum ad Kalendas Augusti apud Londoniam de uxoribus Sacerdotum prohibendis. Intererant siquidem illi Concilio Willielmus Cantuariensis Archiep. & Turstanus Archiep. Eboracensis, Alexander Linculiensis Episc. &c. Hi columna erant regni & radii sanctitatis hoc tempore. Verum Rex decepit eos simplicitate Willielmi Archiepiscopi: concesserunt namque Regi iustitiam de uxoribus Sacerdotum, & improvidi habiti sunt, quod postea patuit, cum res summo dedecore terminata est. Accepit enim Rex pecuniam infinitam de Presbyteris & redemit eos. Tunc, sed frustra, concesserunt sua panituit Episcopus, cum pateret in oculis omnium gentium decepto Praelatorum, & depresso subditorum. Idem habent Matthaeus Parisius & Annales Waverlejen. ad hunc Christi annum. Costartius Tom. X. Concil. in Notis ad hoc Concilium Londinense ait, hujus Concilii annum suspectum sibi esse, quod aliqua, quae in eo narrantur, decreta videantur anno MCXXVII. in Concilio Londinensi tunc habito; indeque concludit, unum illud Concilium in duo distractum fuisse. Verum licet aliqua ad praecedens Concilium Londinense pertinentia male isti affixa sint, certum ta-

nocentius, primus ejus vitae liber a Willemo Abbate Sancti Theodorici scriptus continet. Eo vero eodem tempore vita functo, a tempore creationis Innocentii Papae Bernardus Bonavallis Abbas secundum librum est auspicatus. Erat autem idem S. Bernardus hoc anno Redemptoris millesimo centesimo undetricesimo agens annuatae aetatis suae trigessimooctavam. Etenim si anno Domini millesimo centesimo decimotertio, quando est ingressus monasterium Cisterciense

Aetas S. Bernardi.

men utrumque Concilium inter se diversum fuisse; nam in priori decretum, ut concubinae Presbyterorum non nisi Episcopali iudicio mancipentur; quod tamen in posteriori Regis efflagitatu revocatum est; neque enim duo Decreta inter se contraria in uno eodemque Concilio condita. Hovedenus pag. 479. idem ac Huntindoniensis & Matthaeus Parisiensis narrat; sed tam Concilium istud quam Philippi Ludovici Francorum Regis filii inaugurationem male in annum sequentem differt. Denique novus Chronographus Saxo nuper ab Edmundo Gisbone Oxonii publicatus praecedentis Concilii Londinensis non meminit, sed praesenti anno habitum connectit cum festo Sancti Michaelis, atque in eo actum de Archidiaconorum, & de Presbyterorum uxoribus, ut illas dimitterent ante Sancti Andreae festum; sed Rex his omnibus, subdit Chronologus, veniam dedit domum redeundi, adeoque domum reversi sunt, nec ullam vim habuerunt illa decreta cuncti retinuerunt suas uxores Regis venia sicut antea fecerant. Huic Chronologo Saxonico magna fides habenda, cum ipsemet in Guillelmo I. Angliae Rege se illum vidisse asserat.

Alphonso Hispaniarum Rex Urraca & Comitissae Raimundi filius Concilium, in Palentina civitate, prima hebdomade Quadragesimae, Era MCLXXVII. celebravit, in quo omnes Episcopos, Abbates, Comites & Principes invitavit. Illud Em. Card. Daguerre in Notitia Conciliorum Hispaniae et tenebris eruit, integrumque publicavit. Inter cetera in eo statutum, ut concubinae Clericorum manifeste eiciantur. Archiepiscopus Compostellanus petiit ab Alphonso Rege, ut ea quae ad suum & suorum Successorum jus in Emeritana civitate pertinebant sibi conferret, quod & obtinuit. In Diplomate suo dicit Rex civitatem Emeritanam nunc temporis a Saracenis possessam esse, sed se sperare Dei ope devicturam, & esse ea Saracenos expulsurum. Alphonso Chartam illam hoc modo subscribit: Ego Alphonso praefatus Imperator, una cum conjugis meae, quod fieri mandavi, proprio robore confirmo. Quare is quemadmodum & Alphonso VI. Castellae Rex avus ejus se se Imperatorem vocabat. In eodem Diplomate Alphonso Rex Callistum II. Papam patrum suum vocat, atque cum Archiepiscopatus Emeritensis Ecclesiae dignitatem in Compostellanam transmutasse, idcirco se eam confirmare.

XVI. Concilium Palentium.

Sandovalius fol. 244. de hoc Concilio Palentino loquitur, atque in Historia Compositellana legi Alphonsum Regem cupientem pacem in Regno suo statuere, omnibusque significare se male ab Alphonso Aragoniae Rege haberi, quod is nollet sua sibi oppida restituere, & subditis suis praetextum & auxilium, ut adversum se rebellarent, subministraret.

XVII. Comitissa Palentia.

CHRISTI
1129.

HONORII II. PAP.
5.

VACAT. IMP. OCCID. 4.
JOANNIS COMN. IMP. II.

fe erat sanctus Bernardus natus annos viginti duos, ut idem qui supra Willelmus in ejus vita testatur: his si addas

annos sexdecim, quibus in hanc diem vixit in monasterio, eundem plane numerum annorum conficies.

An-

PAGIUS ret, Præfulibus suis ac Regni Magnatibus mandasse, ut congregarentur in civitate Palentina, & Episcopos ac Abbates aliorum Regnorum rogasse, ut iis Comitibus assisterent, quo in rebus ad fidem Christianam pertinentibus de reformatione & abusibus agerent, ac leges Dei servitio convenientes stabilirent. Addit Sandovalius Historiam illam narrare primam sessionem, prima Quadragesimæ hebdomade habitam fuisse, & in eo Concilio multa statuta, sed eam res in particulari non referre. Integrum nunc Concilium illud habemus. Comitibus illa usque ad mentem Majum producta; dum enim, ut notat Sandovalius, haberentur, Alphonus Rex die prima mensis Maii Era MCLXVII. quendam exemptionem viris in ea nominatis, quod sibi inservissent, con-

cessit. Tum idem Rex ac Berenguela uxor dum Astorgæ essent Ecclesiæ Cathedrali ejusdem urbis quandam donationem fecere.

Alter vero Alphonus Aragoniæ & Navarrae Rex adversus Saracenos expeditionem suscepit, & ut testatur Surita lib. 1. Annal. Molinam, oppidum Castellæ novæ, ad amnem cognominem, in confinio Aragoniæ sibi subjecit, & milites Francos, quorum opera variis in occasionibus usus erat, remunerare cupiens burgum quendam Pampilonensis civitatis, ubi habitare possent, eis assignavit mense Septembris sequentis Christi anni, consilio Episcoporum Oicæ, Pampelonis, & aliorum, sicut refert Garibayus lib. 23. Compendii Historialis Hispaniæ cap. 9.

XVIII.
Alphonf
Aragonia
Regis ex-
pediit ad-
versus Sa-
racenos.

JESU CHRISTI
ANNUS
1130.

INNOCENTII PAP. II.
ANNUS
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

I.
Honorii
II. Papæ
obitus.

Annus incipit Redemptoris millesimus centesimus atque trigessimus, Indictione octava, quo Honorius Papa, cum sedisset annos quinque, mensem unum, & dies decem & septem, moritur decimosexto Kal. Martii. De quo ista Pandulphus: Hic fecit ordinationes in Urbe plures, quibus creavit complures presbyterorum ac diaconorum, & aliorum minorum ordinum, & inter alios Petrum sanctæ Anastasiæ, Comitem sanctæ Sabina, Georgium sanctæ Balbinæ, Mattheum diaconum sancti Hadriani, Hugonem sancti Theodori, Guidonem sanctæ Mariæ in Via lata; præter hos Episcopos aliquot. Egrotos autem deferri se fecit ex Lateranensî palatio ad monasterium sancti Andree, ibique in pace defunctus est; sepultus vero in basilica Salvatoris. In alio autem scripto codice summam: Hic fecit per mensem Decembrem ordinationes... quibus creavit diaconos undecim, presbyteros decem & sex, Episcopos triginta & unum, quos constituit per diversa loca. Hic finis Honorii. Non vacavit sedes: sed eadem plane die, qua defunctus est ipse, successor ejus conclamatus est Innocentius decimosexto Kal. Martii. Ita quidem Chronicon Beneventanum tunc scriptum, quod apud nos extat his verbis: Die ipso quo Honorius defunctus est, dominus Innocentius est electus, post quem die ipso, ad horam tertiam Petrus Portuensis Episcopus Petrum filium Petri Leonis elegit. Hæc ibi de tempore. De modo autem habet ista Sugerius Abbas, Ann. Eccl. Tom. XVIII.

hujus temporis auctor magni nominis, in vita Ludovici Regis Francorum: Venerandæ memoriæ summo Pontifice & Universali Papæ Honorio viam universæ carnis ingresso, cum Ecclesiæ Romanae majores & sapientiores ad removendum Ecclesiæ tumultum consensissent, apud sanctum Marcum & non alibi, & non nisi communiter more Romano, celeberrimam fieri electionem: qui & assiduitate & familiaritate propinquo Apostolici fuerit, timore tumultuantium Romanorum illuc convenire non audentes, antequam publicaretur domini Papæ decessus, personam venerabilem Cardinalem de sancto Angelo diaconum Gregorium summum eligunt Pontificem. Qui autem Petri Leonis partem favebant, ad sanctum Marcum, pro pacto alios imitantes convenerunt, dominique Papæ morte comperta ipsum eundem Petrum serius Cardinalem presbyterum, multorum & Episcoporum & Cardinalium, & clericorum, & Romanorum nobilium consensu votive elegerunt. Hæc de electionibus utriusque, quarum quarumnam potioribus viribus niteretur, dicturi sumus inferius.

Quod pertinet ad Innocentium, fuisse ipsum quidem monastici ordinis, hæc accepimus ex archivo tituli sanctæ Praxedis: Dominus Gregorius monachus Lateranensis conobii sanctorum Joannis Baptistæ, Joannis Evangelistæ, atque Pancratii, idemque Abbas monasterii sanctorum Nicolai & Primitivi Ordinis sancti Benedicti, loco qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum: qui ab Urbano Papa Secundo...

II.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6623.

SÆC. XII An. Eræ Hisp. MCLXVIII. Anno Hegiræ DXXV. Inchoato die 4. Decemb. Ser. 5. A. C. 1130.

JESU CHRISTI 1130.

INNOCENTII II. PAPÆ 1.

LOTHARII REG. 6.

JOANNIS COMNENI IMP. 13.

Num. I. ad VIII. Falco in Chron. ad annum MCXXXIX. quem usque ad diem primum mensis Martii currentis anni continuat, scribit: Dominus Papa Honorius medio mense Februario viam universæ carnis ingressus est ad Dominum, & dominus Innocentius electus est, post quem, Innocentium die ipso ad horam tertiam Petrus Portuensis Episcopus, Petrum filium Petri Leonis elegit pro Anacleto. Deinde Innocentii illius electionem damnantes, Anacleti Pontificis electionem confirmabant. Dies & annus mortis Honorii II. in controversiam vocati; Balanus enim Tom. II. Hist. Universi-

tatis Parisiensis pag. 109. eum anno superioris communi mortalium fato functum credit, quod inquit, Scriptores antiquiores, Joannes Berardi, qui Chronicon Casauriense seu Piscariense ad annum MCLXXXII. perduxit, & Auctor Chronici Maurigniænsis, qui temporibus istis ad annum usque MCL. Chronicon suum scripsit, diserte asserant, Honorium eo anno obiisse. Verum decepti Virum doctissimum annos Incarnationis numerandi modus ab utroque Scriptore usurpatus; tam certum enim eos a Paschate, vel saltem a die XXV. Martii annos Christi exortos esse, quam Honorium currenti anno e vivis abiisse. Quoad diem ejus emortualem, Onuphrius in Chron. Eccles. XIV. Kal. Martii fuisse credit. At Baronius Falconem laudatum recte interpretatur de die XVI. Kal. Martii, seu de die decima quarta mensis Februarii currentis anni; nam Christophorus Geuvoldus anno MDCXI. Monachii publicavit Chronicon monasterii Reicherspergensis, a Scriptore Anonymo cum anno MCXCIV. quo is vivebat, absolutum. In eo autem ad annum MCXXX. dicitur Honorius defunctus XVI. Kal. Martii, qui dies omnino retineadus, ut mox magis probabitur.

Major difficultas est de duratione Sedis Honorii II. cum non solum Recentiores in ea assig-

II.

Schisma in Rom. Eccl.

(a) Petr. Clun. l. 3. ep. 64.

(b) Bern. ep. 127.

quando creatus est S. R. E. Cardinalis diaconus sancti Angeli, mortuoque Honorio Papa in Pontificem legitime electus, Innocentius dictus est. In cujus odium & emulationem, elevatur in thronum a sancti Petrus Leonis filius presbyter Cardinalis tituli sancte Marie trans Tiberim, atque Anacletus Secundus est nominatus. Qui licet penes aliquos laudatus invenitur, utpote qui olim in Cluniacensi coenobio monasticum vitam arripuerit institutum, ut ejus littere ad Cluniacenses inferius recitandae testantur, & Petrus (a) Abbas Cluniacensis in epistola ad Haimericum Cancellarium tradit; tamen a teste fideli sancto Bernardo in persona Ducis Burgundiae ad Willelmum Comitem Picardiam ita propriis coloribus pingitur; (b) Denique quid boni, quid virtutis, quid honestatis afferunt de summo Pontifice suo, ut & nos provocent ad favorem? Si vera sunt, quae ubique divulgata opinio, nec unius dignus est viculi potestate. Si vera non sunt: decet nihilominus Caput Ecclesiae non solum vitae habere sanctitatem, sed & famae decorem. Haec ipse. Quibus sane apparet, Anacletum pessime audisse apud omnes. Qui cum contra virum sanctissimum Innocentium a contanguineis saeculari potentia, contra jus fasque intruderetur: hinc obortae factiones, studia, simulta-

PAGIUS Sedis ejus duratio.

gnanda inter se non consentiant; sed etiam ab Antiquis discrepent, & apud hos numeri corrupti sint. Baronius supra annos quinque, de quibus nulla controversia esse potest, ait eum sedisse mensem unum & dies XVII. Onuphrius menses duos & dies tres, & Papebroc. mensem unum, dies XXX. Gotfridus vero Viterbiensis, qui hoc tempore florebat, in Chron. scribit, eum supra annos V. Eccl. Rom. praefuisse mensibus sex diebus viginti novem, nisi quod pag. 580. loco dierum XXIX. habet dies XXVIII. Denique Auctor magni Chronici Belgici pag. 134. Vernerus in Faecic. Temp. pag. 76. & Dodechinus Abbas in Chron. habent menses duos, dies octo, & ex nostris Catalogis nihil quod ad rem faciat, erui potest. Unus Ceccanus, qui in Chron. Interpontificum, quod post Callisti II. mortem fuit, accurate notavit, durationem Sedis Honorii II. recte etiam expressit. Ait enim ad annum MCCCXIV. uti jam ibidem monuimus: Obiit Calixtus Papa XIX. Kal. Januarii. Consensu omnium Clericorum Romanorum post septem dies ordinaverunt Lambertum Ostiensem Episcopum in Honorium Papam, qui sedit annos quinque, mensem unum, dies viginti quinque. Haec magnis hinc inde tenebris fuerant sepulta, quae ideo diligenter nobis tractanda erant.

III. Innocentius II. Papa & Anacletus II. Antipapa electi.

Mortuo Honorio in Papam electus Gregorius Cardinalis Diaconus sancti Angeli, qui fuerat Monachus Lateranensis coenobii SS. Joannis Baptistae, Joannis Evangelista, atque Pancratii, inquit Baronius num. II. Verum Oldoinus in Innocentio II. pag. 969. notat Anastasii IV. & Paschalis II. Diplomatis consistere ab Alexandri II. temporibus usque ad Bonifacii VIII. mona-

sterium illud fuisse Canonicorum Regularium. Et licet temporibus Joannis tertii & Gregorii III. Monachi divi Benedicti monasterium illud apud Ecclesiam Lateranensem obtinuerint, tamen aliquot saeculis ante Alexandrum II. loco exceperant, nec illorum prorsus ulla Lateranensis Ecclesiae monumentis memoria habetur, ut testatur Onuphrius, qui Lateranensem Archivium saepe scrutatus est. Testatur & Caesar Rasponius in Basilica Lateranensi lib. 2. cap. 1. Denique idem Onuphrius in Notis ad Platinam recitatae Alexandri III. Vita exhibet Nicolai Maniacuti Canonici Regularis Lateranensis Ordinis sancti Augustini versus de Romanis Pontificibus usque ad Eugenium III. sub quo testatur se vixisse, quos alius usque ad Alexandrum III. continuavit. Quare Innocentium II. Canonicum Regularem S. Augustini fuisse, hallucinatumque Anonymum a Baronio n. II. laudatum, qui eum Benedictinum fecit, certum esse debet. In Innocentio II. emulationem elevatus est in thronum Petrus, Leonis filius Presbyter Cardinalis, & Anacletus appellatus. Causam festinatam electionis hoc modo narrat Chronographus Maurigiensis pag. 376. Cardinales, qui cum Cancellario (scilicet Amerigo S. Mariae novae Card.) inibi aderant, & Honorio infirmanti assederant, Gregorium quendam scientia ac religione praclarum sibi praeficiunt, & nimis festinanter, ut a quibusdam dicitur, Pontificalibus induunt insignibus. Id illius gratia dispensationis factum dicunt, ut Petrum quendam, qui seculariter ad Papatum videbatur aspirare, spe sua frustrarentur. Paulo post: Mortuo Honorio potentissima fratrum suorum, familiarique quam maxi-

Hoc

III. Innocentio qui favorint Cardinales. Hoc statu miserando collocata erat tunc temporis Romana Ecclesia, in qua triumphante Antichristo cogere verus Christi Vicarius exulare, in templo sancto in Petri throno abominatione sedente. Sed audi ista ab ejus temporis scriptore Anonymo, ex codice Vaticano descripta: Magna in Urbe discordia facta; nam Episcopi & Cardinales se in duas partes dividerunt, sed melior & sanior pars cum eodem Innocentio, qui majoribus studiis & meritis juvabatur, adhaesit; omnes subscripti cum ipso constanter steterunt, Vollemus Praenestinus, Mattheus Albanensis, Joannes Ostiensis, Conradus Sabinensis Episcopi, Petrus quoque sancti Martini in Montibus, Joannes Cremenensis sancti Chrysogoni, Hubertus sancti Clementis, Anselmus sancti Laurentii in Lucina, Anselmus alius S. Caecliae, Gerardus S. Crucis, & Petrus S. Anastasiae presbyteri Cardinales, Romanus S. Mariae in Porticu, Gregorius sanctorum Sergii & Bacchi, Haimericus S. Mariae Novae Apostolicae Sedis Cancellarius, Albericus S. Theodori, & Guido sanctae Mariae in Via lata diaconi Cardinales. Tres vero ex illis, qui adversa parti adhaeserunt, Desiderius sanctae Praxedis, Godofredus sancti Vitalis & R. S. Sabinae, ad Pap. Innocentium sunt conversi, Petrus autem Leonis cum sectatoribus suis humilitatem Innocentii parvipendens, non posuit Deum adiorem sibi, sed speravit in multitudine divitarum, in potentia parentum, in fortitudine munitio-

(c) Ps. 14.

(d) Ps. 23.

Depraedantur Schismatice Eccl.

PAGIUS

IV.

ma numerositate fretus, & Portuensis Episcopi cujusdam literatissimi, & sicut putabatur religiosissimi sentis impetu animatus, Pontificatus culmen arripit, Cleri populi que non parva multitudo sibi consentiente. Id in Ecclesia Dei seminarium maximi schismatis erat. Priorem Innocentii electionem fuisse sed praeproperam, nec ab universis eligentium Comitibus factam scribit etiam Sugerius a Baronio num. I. citatus. Arnulphus Sagienensis Archidiaconus ac dein Luxoviensis Episcopus, qui composuit Tractatum de Schismate orto post Honorii II. Papae decessum, in quo ait se nihil scripsisse, quod

III. Innocentio qui favorint Cardinales.

quam sacrilegus auferre, & Ciborium, quod super altare B. Leo construxerat, detruncare praesumpsit. Sublatis autem & abreptis omnibus, ad patriarchium B. Mariae accessit, & Ecclesiam ipsam multo majore thesauro dotatam, expoliare nihilominus attentavit. Ad alias praeterea Urbis ecclesias manus extendens, quidquid in eis pretiosum invenit, similiter rapuit, & asportavit. Talibus ergo tantisque mercibus inique dotatus, majorem venalis Urbis partem emere studuit, corrumpens vulgus etiam ita sibi astrinxit, ut praeter Frangipanum & Corsorum munitiones, Papa Innocentius nihil in Urbe subsidium haberet. Cum igitur Pontifex ipse undique ita esset obsessus, ut nemo ad ejus praesentiam sine periculo vitae posset accedere: consilium habuit exeundi Urbem, & transeundi in partes Galliarum. Ascendit ergo duas galeas cum omnibus fratribus, qui secum steterant, praeter Conradum Sabinensem Episcopum, quem Vicarium in Urbe reliquit, & faucibus Tiberis cum difficultate transiens, ad Comitatum Pisanum cum prosperitate, Deo auctore, pervenit. Hucusque auctor de recessu ab urbe legitimi Pontificis Innocentii, eademque reliqui omnes antiquiores horum temporum Scriptores.

IV.

At quod in ore duorum vel trium statum stat omne verbum, ne quis putet quae ex Anonimo sunt recitata, ob nimiam valde deformitatem carere fide: eadem ex Bernardo Abbate, auctore tunc vivente hic describamus, viro plane sanctissimo, qui in secundi libri principio vitam, quam scribebat, sancti Bernardi, haec habet de eadem schismatica factione: Pars altera infames ausus violentiae non ratione corroborans, Petrum Leonis ad hunc apicem aspirantem, fraudulentis machinationibus seorsum & praecipitanter nominavit Anacletum, & ceteris renitentibus ordinavit. Qui vero in parte Catholica erant, electum suum solemniter ordinatum collatarunt in cathedra, & per loca illa, in quibus sessiones habent ex antiqua consuetudine Romani Pontifices, circumduxere, & pro tempore honor debitus Apostolica affuit dignitate. Et

non vel ipse cognoverit, vel Auctore probabili non habuerit, vel quod saltem fama publica non affirmet, plura nos edocet de Schismate isto, & de tempore electionis Anacleti cap. 4. tradit: In eo autem quo ordine sequenti die Petri processisset intrusus, non diutius immorabor, quam ut dixerim virum turpem, sedatum infamia, publica existimatione damnatum: posterius a (desunt duo aut tria verba), & parentibus esse promotum. Denique Ordericus in fine lib. 2. ait: a quibusdam nobis Gregorius Diaconus, Papa natus, in Papam electus est, & Innocentius nominatus est. Tertia vero die ab alio Petrus Leonis filius in-

III. Innocentio qui favorint Cardinales. Dies electionis Innocentii II. in ceteris renitentibus ordinavit. Qui vero in parte Catholica erant, electum suum solemniter ordinatum collatarunt in cathedra, & per loca illa, in quibus sessiones habent ex antiqua consuetudine Romani Pontifices, circumduxere, & pro tempore honor debitus Apostolica affuit dignitate. Et

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

Et tunc sane circa Lateranense palatium morabantur; nec erat jam eis tuta in domibus propriis mansio, cum eos acerri-me Petri satellites infestarent. Ibi etiam diu resistere non valentes, per confederatos sibi quosdam ex nobilibus Romanis ad tempus in turribus eorum receptacula habuerunt. Sed nec in eis perseveravit fidelitas. Nam in brevi aut vi aut formidine temeraria multitudinis, aut pretio corrupti sunt. Nam Petro tam propria generis virtute, quam adhaerentium sibi affinitate multitudo tanta erat, ut fere tota cum Civitas sequeretur, vel pecunia, vel commodis obligata.

V. Congregaverat sane opes innumeras, tam in exactiōibus Curie, quam in legationum negotiationibus, quas ad expectandas nundinas reservaverat. Insuper & paterni census ampla congeries eatenus

sigillata, modo distributa in populum, ad fas & nefas venalem plebem armaverat. Quibus erogatis, donaria Regum in ornamentis Ecclesie, ab ipsis evulsi altaribus, & cum calices frangere, & crucifixus aureos membraim dividerē ipsi profani Christiani vel timerent, vel erubescerent: Judaeos autem esse quosdam, qui sacra vasa, & imagines Deo dicatas audacter comminuerent. Igitur quisque pro modo suo secundum majus & minus conducti ad scelus, sacramentis generalibus publice Petro venderant assensum, & in omnem sanguinem manus exposuerunt & arma, & quotidianis congressibus partem qua cum Innocentio erat, maledictis insectabantur & gladiis. Habuerunt igitur servi Dei consilium, & quia via humana se rueri non poterant, cedere elegerunt, & procuratis clam navigiis, de ore Leonis,

Immania
Sacriligia
Schismaticorum.

PAGIUS thronizatus est, & Anacletus appellatus. Verum præterquam quod Innocentius non Papiensis, sed Romanus erat, ejus electio secreta quidem fuit, at non nocturna, [r] certumque, Ordericum, quando de rebus extra Galliam & Angliam gestis sermonem habet, saepe de his male edoctum fuisse. Scribit Anonymus Casinensis: An MCXXIX. (qui nobis est MCXXX.) obiit Honorius Papa, & eo die sunt electi Gregorius Sancti Angeli in Papam Innocentium, & Petrus Cardinalis Sancta Maria trans Tiberim in Anacletum: & Innocentius ultra montes perrexit, Anacletus in Apuliam ivit, qui Ducem Rogerium Regem constituit. Denique Arnulphus laudatus ferit Petrum Leonis altero post Innocentium die intratum, quod verum existimo. At falsum est Papam & Antipapam eodem die, quo obiit Honorius Papa, electos esse, ut statim videbitur.

V. Unus itaque Annalista Abbatie de Margan. Tom. II. Collectionis Oxoniensis nuper publicatus, non solum confirmat Honorium die XIV. Februarii, seu XVI. Kal. Martii demortuum, sed etiam tam diem electionis quam consecrationis Innocentii II. nos edocet. Hac ejus verba ad annum MCXXX. Hoc anno XVI. Kal. Martii defunctus est Papa Honorius apud

Sanctum Gregorium, & in crastino, idest XV. Kal. ejusdem, electus est Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli in Apostolatum: qui & Innocentius nominatus est: & sexta die, scilicet sequenti sabbato post proximum (nempe die XXII. Februarii) ordinatur in Presbyterium, in die cathedra Sancti Petri, & in crastino consecratus est in summum Pontificem apud Sanctam Mariam novam. Eo die & Petrus Leonis consecratus est in Apostolicatum apud Sanctum Petrum. Accurate itaque Onuphrius tradit Innocentium II. die XXIII. mensis Februarii coronatum esse, sed ejus electionem male cum die decima septima ejusdem mensis alligat, quod non advertens Papebrocius ejus sententiam in utroque capite secutus est; Mabillonius vero in Chronologia Bernardina, ubi de die coronationis mentionem non facit, in die electionis ab Onuphrio non dissentit.

Denique Innocentium II. Sedis suae annos non a die coronationis, sed a die electionis, seu a die XV. mensis Februarii deduxisse demonstrat Rescriptum ejus, recitatum a San-Marthanis Tom. IV. Gall. Christ. pag. 239. & seq. quod dicitur datum Romae per manum Americi S. R. E. Diacon. Card. & Cancellarii XIII. Kalend. Martii, indist. I. incarnat. Dominica MC-

VI.
Innocentius II.
Sedis suae
annos a
die electio-
nis tunc

NOIÆ [1] Uæ hic ait Ordericus de Innocentii electione eadem nocte facta, qua Honorius obiit, falsa quidem sunt; sed lucem accipiunt ex nuper vulgato a Cl. Eccardo Uldarici Babergensis Codice diplomatico in Corpor. Historiæ Medii Aevi tom. 2. col. 355. Extant ibi literæ Humberti Lucensis Episcopi ad N. Pfenopolitanum (Magdeburgensem) Episcopum, quibus de electione Innocentii certiorum illum faciens, testatur Honorium decessisse feria VI. initio quadragesimæ idest die 14. Februarii sed, addit, factionem Petri Leonis ratam Pontificem obisse antequam reipia animam efflasset, conventus suos egisse, & Petrum illum elegisse, ac prope abuisse quin novus electus antequam prædecessor diem clausisset, proderet se se populo. Forte igitur nocte diei 13. cum de obitu Honorii falsus rumor se se diffudisset, exaratum fuit decretum de electione Petri Leonis, quod datum An. 1130. die 13. Februarii Indist. octava in eodem Eccardiano Codice col. 350. legitur. Hinc autem error Orderici Innocentio tribuentis quod Petro Leonis accidit. Nisi forte, ut Epistola Humberti cum decreto electionis constat, reputaverimus Honorium obisse nocte inter diem 13. & 14. statimque Petri electionem a Schismaticis obrutam, ut proinde Honorius decessisse die 13. & 14. æque affirmari poterit, nec mendacii reos se constituerint Schismatici si electionis suæ decretum sub die 13. publicaverint. Hinc pariter Orderico fucus factus est.

Certum in super est eadem die qua Innocentius in solium pontificium solemniter consecratus in Ecclesia Lateranensi hora tertia, eadem pariter, sed hora sexta in Ecclesia S. Martii eam ceremoniam Petrum Leonis peregrisse, ut docent Cardinales Romani in sua Epistola ad Lotharium, quæ in eodem Codice Uldarici est CCCLII. MANSI

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

nis, & de manu bestie per Tiberim in Tyrrenum mare elapsi prosperis ventis carbasa impellentibus ad portum Pisanum feliciter appulerunt. Hucusque de his Bernardus Abbas Bonævallis, sed & ipse sanctus Bernardus in epistola, quam postea dedit ad Romanos sub Eugenio Papa, ista adeo probrofa in eisdem sic exprobrat: (a) Recordare qua causa, quo fine, per quos, & in quos usus non longe ante hos dies, cunctarum qua in te sunt, Ecclesiarum omnis ornatus & census profigatus est, quidquid in altaribus, & in altarum vasis, quidquid in ipsis sacris imaginibus auri & argenti reperiri tunc potuit, manibus impij receptum, & asportatum est. Quid ex his omnibus tu in tuis nunc marisus invenis? Porro decor domus Domini irrecuperabiliter perit. Et nunc quid tibi visum est, iterare malitiam, innovare denuo super te dies malos? Hæc S. Bernardus, improperans postea ista tunc temporis, cum a Romanis ab Urbe pulsus esset Eugenio Papa. In ultionem autem admitti sceleris, hos ipso anno summa annonæ penuria laborasse Romanos Acta Innocentii testantur his verbis: Hujus temporibus, primo anno Pontificatus sui tam valida famas Roma fuit, ut frumentum sextarium quinque solidis denariorum Papalium venderetur. At levis ista quantumlibet ingens, videri poterit ultio in sceleratos, si cum tam immani atque nefando sacrilegio, & hæcenus inaudito quod schismaticus furor audacissime perpetravit, comparatur: cum, quod hucusque numquam præsumptum a quovis nefario legitur, ab isdem Christus in imaginibus datus sit, in manus Judæorum dilacerandus ac confcindendus. Qualis tunc facies Urbis, in qua non ad cultum, ex more basilicæ frequentarentur: sed ad rapinam sacrilege invaderentur, expoliarentur, atque turpissime profanarentur? Ex quibus adeo nefariis operibus tenebatur, secundum Dominicum (b) illud: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Et secundum

(a) Bern.
7. 242.

Fames affligit Ur-
gam.

(b) Mat.
7.

PAGIUS MCXXXVII. Pontificatus vero domini Innocentii Pape II. anno IX. Ubi Innocentius II. illum Christi annum a die XXV. Martii exorditur, ideoque datum Diploma anno MCXXXVII. die XVII. Februarii, diebus sex integris antequam Pontificatus ejus annus IX. a consecratione ejus dinumeratus inciperet.

VII. Baronius num. VII. de utriusque Electi meritis agit, sed mira sunt, quæ de Innocentio II. moribus & de recufato ab eo Pontificatu Arnulphi laudatus cap. 4. refert: Si vita consideretur integritas, & a primis annis sub examen omnia redigantur, nihil deformatum cernimus, nihil infamia condemnatum. In eo enim nil illiberale pueritia, nil adolescentia fluxum, nil juvenentis infame, nil virilis ætas edidit indecorum. Inconcussa fides operationi bona san-

dum illud: (c) Non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus. Perfacile erat cuique intelligere, quis legitimus, quis vero spurcius esset Papa; quis successor Petri, quis synagogæ satanæ Antichristus, quis pastor, quis vero fur & latro, qui non nisi ut perdat & mactet, in ovile ovium intrat.

Qui, ne turpissimus, uti erat, a cæteris Ecclesie pastoribus atque Christianis Principibus haberetur, & vitaretur larvam imposuit monstro, ut quod esset horrendum visu, auditu pavendum, idem simulatione superinducta, mendacio superimposito, hypocrii superaddita videretur pulchrum, & humanum; studuitque ipse litteris toto orbe terrarum sparsis videri sanctus, iustus, & maxime pius: quas Dei beneficio hæcenus conservatas, tibi Lector, inspiciendas inferius proponemus. Modo autem de sancta Romana Ecclesia per schismaticum pseudopontificem lacinata, S. Bernardi ista audientis audi querelas: (d) Cernitur abominatio stare in loco sancto, quem ut obtineret, incendit igni sanctuarium Dei. Persequitur Innocentium, & cum eo omnem innocentiam. At quid dixeris tu, Lector, si presentis temporis Novatores audias, hunc S. Bernardi locum male usurpantes, immo eodem abutentes penitus de abominatione sedente in loco sancto, ad probandum Romanum Pontificem esse Antichristum? Sed delirant, nescientes; seu potius nescire dissimulantes, non ista de legitimo Romano Pontifice locutum S. Bernardum, sed de schismatico Papa Anacletio, cum legitimum Pontificem Innocentium non Antichristum, sed vere Christi Vicarium, immo Christum ipsum appellet: nam ista de Innocentio paulo superius: Ecce Christus Domini iste Innocentius positus est in ruinam & resurrectionem multorum. Nam qui sunt Dei, libenter junguntur ei: qui autem ex adverso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus. En vides, Lector, hæreticorum procaciam, & impudentiam: cum factis

VI.
Antipapa.
mendacii
rem agit.

(d) Bern.
7. 242.

Schismaticus
Papa.
dicitur
Antichri-
stus.

documenta perstruxit. Consilio providus, benignus allequio, facundia celebris: quam nec verborum fastus elatam, nec multitudo faciat effluentem. Tantumque apud omnes bona existimationis servabatur & gratia, ut quod alias pererrarum esset, esset ei ante electionis ejus tempora nullus hostis, cibi, potusque tanta sobrietas, ut illi non fastidium, sed abstinentia modus terminator assidat. Vestitus autem Apostolatus tempore sane conveniens; quem nec professio Clericalis excluderet, Cardinalatus dignitas non horreret. Quibus enim impresentiarum vestibus induatur, jam non ex ipsius pendet arbitrio, sed Sanctorum Patrum antiqua constitutione decretum est. Prædicta vero Cardinalatus dignitas, ab ipso non impetrata quidem, sed ob vita mundioris & scientiæ plenioris meritum ultero data. Cujus nomen

(a) Id. ep. 125.
(b) Apoc. 13.
(c) Id. ep. 120.
VII. Innocentius quantæ estimationis electio spectat, ab eodem S. Bernardo id saepe tractante accipe, quam potiora jura fuerint Innocentii. De quo (d) primum inquit: *Funiculus triplex difficile rumpitur: electio meliorum, approbatio plurium, & quod his efficacius est, morum attestatio Innocentium apud omnes commendant, summum confirmant Pontificem. Et sequenti epistola: (e) Merito autem illum recipit Ecclesia, cujus & opinio clarior, & electio sanior inventa est, nimirum eligentium & numero vincens & merito. Insuper & ad Episcopos Aquitanæ: (f) Stat quippe sententia ecclesiastica, & authentica, post primam electionem non esse secundam. Celebrata proinde prima, quæ secundo præsumpta est, non est secunda, sed nulla. Nam etsi quid minus forte solemniter, minusve ordinabiliter processit, in ea quæ præcessit, ut hostes unitatis contendunt: numquid*

PAGIUS novis sic gessit officia, ut suis ipsam laudibus ampliaret. Fiebat honor titulis sui possessoris illustrior, nec tantum propria, quantum administrationis sui gloria præfulgebat. Adeoque cæteros egregia prerogativa dignitatis exceperat, ut nec restare locus invidia videretur, eoque plane quisque suos ad aequalitatem ipsius aspirare non posse conatus adverteret: neque quicquam cuiuslibet laudibus ipsius prælatio derogaret.
VIII. Semel & iterum recusat Pontificatum. Postremo si non ille humani generis perfidus adverterat in Petro Leonis Ecclesia Dei præstruxisset insidias, nulla jam post Papam Honorium de successione quaestio superesset, cum vir unicus unica dignitati divina jam videretur providentia præformatus. Ipsum enim hoc Divinitatis consilio talem constat esse Plasmatum, ut dum adversus Ecclesiam vis hujus persecutionis insurgeret, esset qui se temporati sui securus oppo-

tamen præsumi altera debuit, nisi sane priore prius discussa ratione, cassata judicio? Eapropter qui se super ingerere festinant, quique temerario temere manus imponere nihilominus acceleraverunt, Apostolo (g) prohibente: *Nemini cito manus imponas, ipsi proculdubio majus peccatum habent, ipsi auctores schismatis, ipsi grandis malitia hujus principes exiterent. Et inferius: Duo itaque sunt, de quibus contenditur: quisnam eorum rectius videatur Papa. Quorum primo quidem, si personas compares, ut neutri sane vel derogare videar, vel adulari: dicam quod dici passim reperies, & neminem arbitror diffiteri: quia videlicet Innocentii nostri vita vel fama nec amulum times; nec alterius nec ab amico tuta sit. Dehinc si electiones discutas: nostri itidem mox occurrunt & promotione purior, & ratione probabilior, & prior tempore. Porro de tempore constat: reliqua duo merita probant, & dignitas eligentium. Hanc enim, si fallor, partem saniorum invenies, tam Episcopos, quam Cardinales, diaconos, sive presbyteros, & quorum maximo interest de electione summi Pontificis, & quanti in eligendo juxta Patrum scita sufficiant. Quid & in consecratione? Nonne Ostiensis, ad quem specialiter spectat, habemus? Cum igitur & electus dignior, & electio sanior, & actio ordinabilior contineatur: qua isti ratione, immo qua contentione contra jus & fas, & vota omnium honorum invita & renitenti Dei Ecclesie præficere alium, & illum deponere tentant? Horum conatus tam maligno, tam indigno, tam temerario totis certe viribus vitandum esse, videtis reverendissimi & illustrissimi Patres. Hæc sanctus Bernardus ad Episcopos Aquitanæ.
VIII. His visis, jam quod polliciti sumus conscriptas a schismatico Papa Anacleto hoc anno litteras ad diversos datas, ad alliciendos in suam Partem Principes & diversarum provinciarum Episcopos,*

neret, & inter fluctus periclitanti navicula subveniret. Cumque ipsum ad hoc onus omnium pene conscientia destinaret, ipse sibi jam adeptæ dignitatis locum nequaquam videbatur explere. De se enim citra suam credere facultatem judicium sapientis esse. Quod ipse de se satis evidenter docuit, dum ipsum eligentium corona clauderet, & ad Apostolatus fastigia vocaretur; instabant precibus, & reclamantem lachrymis obsecrantes, injecto Pluviali renitentem manibus etiam comprimebant. Cumque ipse injectam sibi vestem secundo (ut ajunt) totis viribus ostendendo rupisset; illique nihilominus instandum crederent, si quid sanctis electionibus creditur, timuerunt, ne inter manus eorum tanta reluctatione & compressione fatigatus obiret; & suffocatum singultibus animam protinus expiraret. Manibus igitur, donec medicum respiraret, inhibi-

Quam potior causa Innocentii habeatur.

VIII.

pos, hic describamus, acceptas eas ex codice Cassinate, quas habuimus ab eisdem Congregationis monacho Constantino Cajetano, de antiquitate ecclesiastica benemerente. Quæ cum careant titulis, tamen ad quos datæ sint, ex eorum textu interdum assequi licet. Sed prius videnda sunt litteræ Petri Episcopi Portuensis, ejusdem Anacleti promotoris & totius illius factionis antesignani, quæ sic se habent: (a)
Petrus Portuensis Episcopus, quatuor Episcopis Vivillo Prænestino, Mattheo Albanensi, Conrado Sabinensi, Joanni Ostiensi Episcopis Cardinalibus partis Innocentii.
IX. Litteræ Petri Episcopi Portuensis schismatici Principis.
Quanta sit pro vobis tribulatio cordis mei, ille solus novit, qui omnia novit. Vobis quoque meis litteris cognitum saltem jam ex parte fuisset, nisi Ecclesie sententia, & communis auctoritas prohiberet. De commendatione, seu vituperatione personarum, de quibus nunc sermonum varietas agitur, non est hujus temporis judicare: est qui querat, & judicet. Si tamen quisquam præsto fuerit accusare: præsto erit & qui debeat respondere: præsertim cum in vestro & meo, immo in totius Ecclesie conspectu uterque sapienter vixerit, & honeste, & quæ officii sui erant, plena hucusque exercuerit libertate. Abstineret vos potius convenit a sermonibus otiosis & verborum precipitationis. Si de rumoribus agitur: longe se aliter habent res, quam vestra apud me protestantur litteræ. Ad hæc si verba quæ posuistis, si ordinis rationem attenditis (ut salva reverentia vestra loquar) factionem illam vestram qua confidentia, qua fronte electionem vocare præsumitis? Cur illum vestrum dicitis ordinatum, cum prorsus in causa ejus ordo non fuerit? Sicce didicistis Papam eligere? in angulo, in abscon-

PAGIUS bitis, dum tertium ex longinquo Pluviale requiritur, inter vorantes adhuc lachrymas, & erumpentes usquequaque singultus, sic affatur astantes.
IX. Quibus rationibus.
Expeditur infans negotium exclusa animarum affectione tractari, nec charitatem zelus alteruter impediret, & generale commodum odio familiarum, vel gratia in oppositum verteretur. Sapius enim preoccupatas mentes fallit affectio, ut & dignos odia reprobent, & indigni suggerente gratia præferantur. Quam quidem gratiam in hoc video vires sibi vendicasse præcipuas, ubi sola obtinere debuerat expensa pari lance ratio meritorum. Nam ubi me pari voto contenditis tanta præficere dignitati, profecto non obtinet examinatio meritorum, palamque prævaleret indulgentior gratia, quæ me vobis nunc & hætenus in imperfectis operibus acceptabilem præstat. Per quam etiam olim huic sancto me voluistis inesse consortio, quem dejectum inferius longe morum qualitas amovisset. Quem tamen locum etsi vir nullius virtutis tenuisque scientia impletet, vestra infirmitatem meam sapien-

dito, in tenebris, & umbra mortis? Si mortuo Papæ vicium succedere volebatis: cur mortuum videre prædicabatis? Melius erat, mortuo humanitatem impendere, & sic de vivi solatio cogitare. Sed ecce dum de mortuo solatium vivo requiritis, & vicium & mortuum pariter suffocatis. Postremo nec vestrum, sicut nec meum, fuit eligere; sed potius electum a fratribus spernere vel approbare.
X. Quia igitur neglecto ordine, contempto canone, spreto etiam ipso a * vocis condicio anathemate, me inconsulto Priore vestro, inconsultis etiam fratribus majoribus, & prioribus, nec etiam vocatis aut expectatis; cum essetis novitii, & in numero brevi paucissimi facere præsumpsistis: pro infecto habendum esse, & nihil omnino existere, ex ipsa vestra estimatione potestis advertere. Cito autem nobis Dominus affuit; & viam, qua errori vestro contraire possemus, ostendit. Fratres siquidem vestri Cardinales, quorum præcipua in electione potestas, cum Clero universo, expetente populo, cum honoratorum consensu, in luce, in manifesto unanimi voto & desiderio delegerunt dominum Petrum Cardinalem in Romanum Pontificem Anacletum. Hanc ego electionem canonicè celebratam conspexi, & auctore Deo, confirmavi. Hanc Ecclesia suscipit, & veneratur: hunc per Dei gratiam Episcopi, & Abbates, Principes, Capitanei, & Barones, quidam per seipos, quidam per Nuntios suos, videntibus nobis, frequentant.
XI. Deprædationem illam & crudelitatem, quam prætentis, non videmus. Quicumque ad eum pro responsis, seu negotiis suis veniunt, benigne suscipiuntur, benignius revertuntur. Redite jam, redite ad cor. Nolite schisma in Ecclesia facere ad animarum subversionem: nolite ulterius laborare: teneat vos timor Do-

mi-
tia supportabat, quos ejusdem sollicitudinis idem dominus in eadem paritate fecit esse ministros. Verum oportet nunc ex meritis, non ex gratia judicare, nec gratiosum tantum, sed & dignum constituere Sacerdotem. Hic enim nullum capietur ex paritate solatium, ubi consortem muneris prerogativa singularis excludit. Excludatur ergo benevolentia, & persona comparetur officio ad quod vocatur: vita probabilis, scientia præditum, celebratum fama tantus honor exposcit: ubi ipsi divinum favorem probabilis vita conciliet: gerendorum facultatem scientia conferat, & nominis celebritate clara comparetur auctoritas. Quales ex hoc ipso numero promptum est inveniri. Quis ego sum, sub cujus arbitrio rerum summa versetur? Quis, inquam, ego sum, quem Papam Roma salutet; qui non inter primos duntaxat, sed etiam primorum primus assignet? indignum qui præstitit, afficit injuria dignitatem.
X. Talia dicentem, & adhuc dicturum plurima si liceret, hoc sermone cæcus assensum deservatus excepit. Excusationum dispendia, periculum.

* Tibur-
tinus.

mini, non pudor saeculi. Numquid qui dormit, non adiciet ut resurgat? Desistite jam mendacis, in quibus impii spem suam ponere consueverunt. Dominus * Tiburtinus in scriptis suis cum sacramento restitutus est, dicens, quod ego diaconum S. Angeli solum idoneum iudicavi ad Pontificatus ordinem. Videat ipse quid dixerit: ego in occulto locutus sum nihil. Non est aliquis, qui hoc verbum ab ore meo unquam audierit. Hæc fuit sententia mea semper, ut non nisi sepulto Papa de successoris persona mentio haberetur. Unitatem Ecclesie tenui, & tenebo; veritati & iustitie adhaerere curabo, confidenter sperans, quod iustitia & veritas liberabit me. Hucusque litteræ Petri Episcopi Portuensis.

XII.
Innoc.
Papa ex-
communi-
catur ab
Antipapa
& Cardi-
nalibus.

Proximo autem Paschate, in Coena Domini, ipse pseudopontifex Anacletus solemniter excommunicavit Innocentium Papam & ei adherentes Cardinales dignitateque privavit & alios plurimos, sed & novos in veteribus titulis substituit Cardinales. Hæc enim ex ejus litteris inferius recitandis patebunt, in quibus nomina singulorum recensentur. His tunc Romæ peractis, idem per Archiepiscopum Bremensem, quem tunc Romæ adesse contigit, cupiens consociare sibi Principes Anacletus, misit ad Lotharium Regem has litteras, quas una cum aliis ejusdem pseudopontificis litteris hoc anno ad diversos datis conservat codex (a) Cassinensis.

(a) Bibl.
Cass. C. n.
115. vers.
suo. ipsius
XIII.
Anacleti
epist. ad
Lothar.
Regem.

Veteris amicitia memores, & ejus præcipue, quæ inter te & bonæ memoriæ patrem meum longo tempore stabili firmitate duravit, dignam duximus nobilem prudentiam tuam Sedis Apostolicæ litteris visitare, & mutua affectionis fœdera dignis allegationibus innovare. Quamobrem quanto te artius caritatis brachiis cupimus amplecti, tanto diligentius de statu Romanæ Ecclesie, seu de his quæ penes nos sunt acta, litterarum nostrarum serie dilectioni tuæ intimare curavimus.

PAGIUS

Magis
urgetur,
ut electio
ni de se
facta ac-
quiescat.

culum imminens, & articulus necessitatis excludit. Stat enim in insidiis leo paratus ad prædam, occasionem sicut & ipse nosi præstolatus a puero, cujus si non preveniatur assultus, si non impetus obtundatur; nulla jam libertatis spes, nulla prorsus honestatis disciplina relinquitur. Antiqua Ecclesia Romana dignitas occidit, ipsius gloria commutatur opprobrio, & formidata extremis hominum potestas vertitur in contemptum. Si enim est illa, sicut equidem est, vita contemptibilis, & pollutus infamia, restat & contemptum potestas ipsa contrahat ex persona. Quis enim bonus subesse non recuset infamiam? Quis ad honestatem coarctari inhonestioris arbitrio non refuset? Si autem honor iste deferendus est digniori, profecto apud omnes infuitorum criminum Petri prælatio nos condemnat. Arguemur nimirum de nobis turpiora confessi, quam de ipso fama vulgaverit, si nobis

Obcuncte siquidem pie memoriæ Papa Honorio, fratres nostros Cardinales presbyteri & diacones cum omni Clero Romano, expetente populo, & indefessis vocibus insistente, consentientibus etiam, juxta tenorem canonum, honoratis, devotis animis & affectione unanimi invitum me, & viribus imparem concorditer elegerunt, electumque postea frater noster Petrus Portuensis Episcopus, convenientibus diversarum regionum Episcopis, ad altare B. Petri, sub oculis omnium, in Romanum Pontificem celeberrime consecravit.

Verum quidam de fratribus loco & tempore novitissimi & paucissimi numero, quorundam perfidorum blandis astutis suffocati, altare aliud erigere, & anathema Hierico in sanctuarium Dei introducere, & simulacrum Phegor de inauribus mulierum insipientium sunt in tenebris fabricare conati. Sed Deus omnipotens, qui consilium Achitophel infatuavit, eorum prava consilia modo destruxit mirabili. De domo namque Leonis * Frajapani, cujus potissimum viribus videbantur inniti, nocturno tempore fugientes, se trans Tiberim consulerunt, & ibi quasi quodam carcere latitantes, præsumptionis suæ ignominiam crebris doloribus stibiter experiantur.

XIV.

Sane Clerus omnis Romanus individua nobis caritate coheret; Præfectus Urbis Leo Frajapanis cum filio & Cencio Frajapani, & nobiles omnes, & plebs omnis Romana consuetam nobis fidelitatem fecerunt. Nos quoque quæ officii nostri sunt, in Urbe, intus & extra libere exerceamus: ordinationes Cardinalium faciamus, & Episcopos, largiente Deo, consecravimus. Rogamus itaque nobilitatem tuam, ut sicut de te spem firmissimam possidemus, pro Romana Ecclesia, consuetam debeas instantia laborare, & dilectionis tuæ insignia manifestis nos facias effectibus experiri. Hæc enim agens & Romanam Ecclesiam semper obnoxiam, & nos tibi de cætero facies debitores. Nec

* al. Fran-
gipanis,
& sic ali-
bi.

ipse quasi dignior antefertur. Estimabitur etiam non displicere nobis, quod nec in altero non damnamus, sed & sustinentes crimen consensus incurvere, & rei veritate, & exiimatione publica convincemur. Fuit, fuit hactenus hæc Romana Ecclesia caput Orbis, penes quam constantissima fides, suprema potestas, honestas incomparabilis, inconcussa severitas, gerendorum summa discretio, & nota toti mundo pietas viguisset, fuit, inquam, fuit hæc olim terror improbis, bonis in tranquillitate præsidium, in necessitate refugium singulare; a cujus integritate minores Ecclesia vires sumerent, & velut ab illaso capite membra saucia sua sortirentur intacta sanitatis. Nunc autem instat & a fide discessit, ut antiqua desolatio potestatis, & omnium bonorum ejus casus manifestus apparet, dum homo peccati, perditionis filius revelatur, ut adversetur, & extollat se supra omne quod dicitur

(a) Gen. 4.

* Martii.

XV.
Fuga In-
nocentii
gloriosa.
(b) Bern.
ep. 124.
(c) Amos
3.
(d) Math.
10.

(e) Act. 9

Nec te, charissime, Himerici quondam Cancellarii, prædonis improbi, simoniæ servi, seu Joannis de Cremabonini turpissimi & incircumcisi & vere Nicolaitæ, monstruosa mendacia moveant; nec fidei tuæ murum eorum vaniloquia, aut venenosa mendacia penetrent, qui velut (a) Cain a facie Domini fugientes, maledicti a terra, fraticidii signum meretricia coguntur fronte gestare. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. * Martii. Hæc pseudopapa Anacletus ad Lotharium Romanorum Regem.

Quod autem exprobrat Innocentio Pape fugam, eumque hac de causa Cain appellat: audi sanctum Bernardum in epistola (b) ad Hildebertum ista dicentem: Fugit ille nimirum a facie leonis, sicut dicit Propheta: (c) Leo rugiet, quis non timebit? Fugit secundum præceptum Domini dicentis: (d) Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam: Fugit, & in hoc vere virum se Apostolicum probans, quod Apostolica se forma insignierit. Nec enim Paulus (e) erubuit in sporta demitti per murum, & sic effugere manus quærentium animam suam, sed dans locum iræ, non ut mortem evaderet, sed ut vitam acquireret. Merito Ecclesia Innocentio concedit ipsius vicem quem per eadem vestigia gradientem cernit. Nec sane otiosa fuga Innocentii; laborat quidem, sed honestatur in laboribus suis. Pulsus Urbe, ab orbe suscipitur; a sinibus terra occurritur cum panibus fugienti, &c. Hæc Bernardus. Sed reliqua prosequamur. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

XI.
Ejus ex-
cusatio-
nes non
admit-
tantur.

aitur Deus, aut quod colitur: ut in templo Dei sedeat ostendens se quasi ipse sit Deus. Post aliqua alia hujusmodi interposita subdit Arnulphus: Aluit hæc (nempe Ecclesia) te & cum in aliquo tui non egeret, excepit, ut in summa tranquillitate suis educaret ubi-que, & proprio fovaret amplexu. Nunc mulierum postulat, & suorum repetit præmia meritorum, ut scilicet in necessitate subvenias, & oppressa prestare subsidia non recuses, &c. At vero præteritis ex indignitate tua subterfugii causam, quasi nos prudentiam tuam, & singularum partium vita tua merita nesciremus. Profecto si te dignum crederes, hæc ipsa estimatio- ne videreris indignus, &c. Revereris etiam pudore laudabili subire tanta fastigia dignitatis, in quam suprema regni & Sacerdotii prærogativa mirabili fœdere copulata conveniunt. At nos non ad honorem te, sed ad periculum potius invitamus, nec enim sumus ignari, quid adversus nos ille adversarius machinetur. Jam stringit gladius, jam sagittas acuit; nos viam sibi ad Apostolatum patere nisi nostri sanguinis effusione considit. Quantumcumque tamen discrimen nobis mortis imminet, malimus sanguinis nostri mercedem de manu divina requirere, quam de manu nostra sanguis Ecclesie requiratur. Quamvis te mortis socium quarimus; imo volumus etiam præcursores.

XVI.

At non Anacletus tantum, sed & Cardinales ab eodem Anacleto ordinati una cum aliis qui prius erant, eadem insigniti dignitate, universoque Clero Romano & Episcopis, qui Romæ Anacleto communicantes aderant, ista ad eundem Lotharium scribere: (f) Serenissimo ac gloriosissimo Lothario Romanorum Regi fratres qui Romæ sunt Cardinales presbyteri, & diacones, Bonifacius tituli S. Marci, Gregorius tituli sanctorum Apostolorum, Amicus tituli sanctorum Nerei & Achillei, Desiderius tit. sanctæ Praxedis, Saxo tit. S. Stephani in Cælio monte, Petrus Pisanus tit. S. martyris Susannæ, Petrus tit. S. Marcelli, Sigizo tit. S. Sixti, Crescentius tit. SS. Marcellini, & Petri, Comes tit. S. Sabinae, Gregorius tit. S. Balbinæ, Luitfridus tit. S. Vitalis, Mattheus tit. in Eudoxia, Henricus, tit. S. Priscæ, Odevicus tit. SS. Joannis & Pauli, Jonathas tit. S. Callisti, Stephanus tit. S. Laurentii in Damaso, Petrus S. Eusebii, Gregorius diaconus Cardinalis S. Eustachii, Angelus diaconus sanctæ Mariæ in Domnica, Joannes diaconus S. Nicolai in Carcere, Tulliano, * Rimandus diaconus S. An- geli juxta templum Jovis, Silvius diaconus S. Lucie juxta Heliogabalum, Romanus diaconus S. Hadriani juxta Asylum, Gregorius diaconus sanctæ Mariæ in Aquiro, Petrus Senex Portuensis Episcopus, Ægidius Tusculanus Episcopus, Otto Surinus Episcopus, cum reliquis Romana Ecclesie suffraganeis, subdia-

(f) Ex cod.
Cass. ep.
10.
Cardina-
les Schi-
matici
ad Lo-
thar.

* Eri-
mandus.

Exponatur jugulus tuus sicut nosser ad vitam, neque enim fas est, ei qui dedit, negare spiritum, cum reposcit. Si quid igitur te matris desolata calamitas, si quid inundans assidentium fetus, si quis ullus honestatis amor, si quid virtus obedientia movet, acquiesce. Si acquiescis, exhibemus obsequia; si recusas, exigimus de inobedientia poenam. Eadem enim qua Papa superstitis est, ipso decedente poenas nos præcipiendi & ulciscendi quoque consistit auctoritas, donec alius inducatur. His dictis præstantes excommunicationis promulgare sententiam. Alatum igitur ex longinquo Pluviale præ manibus offerentes. Quid faceret? tentaret ex fuga subsidium? At illud continua seniorum corona clauderat. Postularet inducias? sed quominus imperarentur, dilationem rei instantia Petri machinamenta negabant. Negaret semper? At illi gladio spiritus imminabant anathematis poenam protinus intentantes. Dum ergo sibi videtur inter gemina mortis conclusus angustias, alterique eorum legi necessitatis obnoxius, discrimen periculi corporalis excepit; quia dum respuit anathematis experiri sententiam, insidiis, immo potentia se se Petri Leonis obicit. Ita Arnulphus, qui solus nos hæc edocuit.

XVII.

De moribus & Familia Anacleti Antipapæ anno MCXXXIV. num. III. & seq. jam aliqua diximus. Hic audiendus idem Arnulphus cap.

coni omnes, Primicerius cum omni sebo-
la Cantorum, Petrus basilicæ Salvato-
ris, quæ appellatur Constantiniana, Ar-
chepresbyter, Rainerius S. Mariæ Ma-
joris Archepresbyter, Papa S. Mariæ Ro-
tundæ Archepresbyter, cum reliquis Ro-
manæ Ecclesiæ Archepresbyteris, & cum
omni Clero Romano, Anastasius Abbas
S. Pauli, Joannes Abbas SS. Stephani
& Laurentii, & Laurentius Abbas S. Gre-
gorii in Clivo Scauri, cum reliquis Ab-
batibus æternam in Domino salutem. Huc-
usque epistolæ titulus. Porro hic scias
annumeratos omnes ab ipso Anacleto
nuper ordinatos in diversis titulis atque
diaconis Cardinales. Epistola autem sic
se habet:

XVII.

(a) 2. Tim.
(b) 1b. 1.
& 2.

Propter quorundam hominum dolosa
fragmenta & mendacia venenosa, qui Dei
Ecclesiam scindere, & simplicium animas
evertere moliantur, & sicut Janes (a)
& Mambres Moyse, Philetus (b) & Her-
mogenes Paulo, Dei veritati resistunt,
ad serenitatem tuam, Christianissime
Principum universitatis nostræ litteras,
sicut ad reliquas Orientis seu Occiden-
tis Ecclesiæ, pia devotione dirigimus
optantes, ut de his quæ post obitum pie
memoriae Papæ Honorii in Romana Ec-
clesia emerere, seu de domni Papæ Ana-
cleti electione, sitis litterarum serie cer-
tiores. Accepimus enim eos suis scriptis
impudenter asserere dominum Papam non
petitione populi, non spontanea Cleri e-
lectione, nec honoratorum consensu, ju-
secta synodales regulas, & antiquas pa-
trum nostrorum traditiones ad Apostola-
tus culmen assumptum, sed vi parentum
potentia fratrum, fustibus & sanguine,
nobisque volentibus subrogatum.

Sed mirum nobis non est, si hujusmo-
di mendacia ad tam longinquas dirigant
nationes, & veneno suo fere gentes o-
mnes inebrient, & simplices quoque de-
ludant, cum in Romanæ Ecclesiæ gremio
fraudulentis suis Sedem Apostolicam pro-
stituere contendant. Revelata tecum,
nobilissime Princeps, facie loquimur, &
per te toto orbe Romano fieri notissima,

PAGIUS

Mores A-
naclei &
Leonis a-
vi ejus.

3. de eo & de Leone avo ejus scribens: Cu-
jus avus cum inastimabilem pecuniam multipli-
ci corrogasset usura, susceptam Circumcisionem
baptismatis unda damnavit (erat enim, ut ibi-
dem diximus, Judæus). Pudebat eum impo-
tentiæ suæ, potius quam erroris, ne genus ejus
infidelitatis opprobrio confusum, perpetua dam-
navet obscuritas. Susceptis itaque fidei sacra-
mentis, ubi novus civis institus est, factus di-
gnitate Romanus. Cumque ipsi numerosam pro-
geniem series successione afferret, dum genus &
formam regina pecunia donat, alternis matri-
monii omnes sibi nobiles civitatis ascrivit, ma-
chinante jam humani generis hoste, ut quodam
quasi veteri fermento tota Romana sinceritatis
conspersio corrumpetur. Ex hac itaque diver-
sorum generum mixtura, Girardus (alloquitur

hæc quæ scribimus, propterea. Dece-
dente de hac vita Papa Honorio, nos o-
mnes Cardinales presbyteri, & diacones
cum subdiaconibus, Primicerio, cum o-
mni schola palatii in basilica B. Marci,
qui locus quasi umbilicus Urbis est, con-
cordi voluntate convenimus: Convenerunt
nobiles, etiam innumera ibidem multitu-
do convenit substituendi Pontificis ele-
ctionem expectantes. Cumque diutius in-
ter nos de futuri Pontificis esset electio-
ne tractatum: dominus Papa tunc Cardi-
nalis presbyter primus libere prorupit
in vocem, & quemdam de fratribus ma-
nu & voce propria assignavit. Cui rei se
impotentem frater ille cognoscens, com-
muni omnium nostrum consilio, communi
consensu * expectare populo, consentien-
tibus honoratis, eundem dominum Pa-
pam nobiscum communititer elegit. Sicque in
basilica B. Petri, ad corpus ejus ubi
tantum Romani Pontifices consecrantur,
est celeberrime consecratus. Nullius pro-
fecto nos violentia, nullius nos potentia
impulsi, sicut fanatici illi suis litteris
* graviter in Romanum eum Pontificem * f. gar-
* annotare. Sed cum proditiones suas & riant.
* opprobria regere nequeant, proprii oculi * eligere.
* irabe neglecta, in alieno oculo festucam
querunt.

Porro Haimericus quondam Cancellarius,
qui Romanam Ecclesiam quasi vile
scortum pro luxuriis, & avaritia sua, lon-
go jam tempore habuit prostitutam qui
Hamonis, sicut vos ipsi (ut credimus)
aliquando fuistis experti, exactionibus
que variis Dei Ecclesiam, & Dei servos
diutius trucidavit, arridente ei egregio
viro Leone Fraxapano, qui nunc per Dei
gratiam nobiscum est, velut alter Senna-
cherib, in civitatem sanctam & templum
improbi consilio sui manum impie præsum-
psit extendere, & propria superbia, qui-
busdam sibi alleclis, qui ejus quadra-
vivebant, virtus utique novitius, & nu-
mero quinque, altare aliud in Ecclesia
Dei solus est molitus erigere. Verum o-
mnipotens Deus subsannavit eos, & eo-
rum consilia insatuans, in sibilum & fa-
11-

Girardum Engolismensem Episc. Anaclei in
Gallia fautorem) Petrus iste tuus exortus est,
qui & Judaicam facie representet imaginem,
& perfidiam voto referat & affectu. Porro ipsum
a cunabulis, ab ipsius nutricis uberibus, Apo-
stolatus præfuga parentum destinavit ambitio; at-
que post prima litterarum rudimenta docendum
delegavit in Galliam, ut illius regni benevo-
lentiam, ipsi morum, linguæ conformatio
vendicaret. Totis igitur annis pueritia sua,
ut honestius inhonesti dicantur, ad omne se quod
alteri collibisset, excoquit, metueque Romani no-
minis importunus excoquit alienis adolescere non
refugit expensis.

Paulo post: At vero postquam adolescentia &
peccandi facultatem & licentiam fecit liberius
evangandi, si qua superbia, si qua petulantia,
tum

* expe-
tente.

* f. gar-
riunt.

* eligere.

XVIII.

(a) 3. Reg.
12.
* senio-
rum.

(b) Ex cod.
Cass. ep.
16.

XIX.
Alia
Anaclei
Antipapæ
ad Loth.
litteræ.

bulam omnium mira ratione redegit. Ipsi
tamen ut canes impudentissimi erubescere
nescierunt: fons meretricis facta est eis.
De quibusdam vero Episcopis, quos im-
postores illi in factione ista sibi applau-
dere gloriantur, nobis cura ulla non est,
præsertim cum nil ad eos de Romani
Pontificis electione pertineat.

Rogamus itaque discretionem tuam, &
in Domino commoneamus, ut si Romanam
Ecclesiam piis optas solatiis & studiis
conferere; si Imperii tui moderamina per
Sedem cupis Apostolicam roborari; cum
Romana simul Ecclesia supias, æqua no-
bis pietate concordet, & dominum Papam
Anacleum: quem unanimi omnes devo-
tione præfecimus, Catholicum Papam fe-
liciter recognoscas, & debitam ei præde-
cessorum tuorum more, affectionem reve-
renter exhibeas. Nos quidem aliquan-
do te non sic plene dileximus: sed quia
domini Papæ amorem uberius circa te
fervere cognoscimus, eundem circa te,
& circa honorem tuum animam nos gesta-
re cognoscas. Quod si nos fortassis au-
dire distuleris: propitius sit nobis Deus,
quia nullis excessibus a tua nos dilectio-
ne convelles. Memento etiam, quod Ro-
boam (a) Regi illi contigit, qui con-
silio juvenum acquievit, at * sacerdotum
noluit consiliis obedire. Hactenus Cardina-
lium schismaticorum ad Lotharium Re-
gem epistola. Quibus cum, sicut nec
scriptis ab Anacleto, Lotharius Rex re-
sponsum ullam penitus reddidisset:
rursus ad eum alias addidit Anacleus,
quæ in eodem codice ita scriptæ legun-
tur, missæ per clericum quemdam Ar-
gistratibus Romanæ Urbis datis appa-
ret: (b)

In ipsa nostra promotionis exordio per
venerabilem fratrem nostrum Bremensem
Archiepiscopum serenitati tuæ litteras mi-
simus, tam de statu Romanæ Ecclesiæ,
quam de his quæ circa nos acta fuerant,
expressius continentes. Sed nos adhuc nul-
la clementiæ tuæ rescripta meruimus, nec

tum vere ipse superbus & petulans omni intem-
perantia se se satis impudenter addixit. Profe-
cto cum in his operibus nec Deum dignatur re-
vereri, nec hominem, tantam sibi suscitavit
infamiam, ut ejus ortu, ambitione, vitæque
præcognitis, ipsum esse Antichristum universitas
gentium passim crederet, & publice testaretur.
Augebat fidem, quod ex Judæis ortus: quod to-
tius mundi dominium Romana sedis auspiciaba-
tur obtentu; quod vitæ deditus infamiam nul-
la virtute redimeret, & quod infinitam avi
& patris pecuniam possessurus esset &c. Post hæc
quoque habitum Monachatus excepit, ut vitia
mentis ovino velaret amictu, opprobria vitæ præ-
terita Cluniacense nomen obnuberet, & virtutis
existimationem denorum societas quaerita referret,
&c. Reversus denique Romanæ illi Venerabilium
Seniorum Sacrosancto Conventui, annitente pa-

PAGIUS

Anacleus
præcis
moribus
in juven-
tute infe-
ctus.

re fratribusque, conjunctus est: & Cardinalis
factus, honoratus nomine tituloque ditatus est.
Nullus quippe fortassis ad aures summi Ponti-
ficis infamia Petri fumus asconderat, eoque tavi-
ti viri sublimitatem singuli reverentes, sanctis
auribus perturbare turpia reformidavit, &c.

Deinde ad diversas partes functus Legationis
officio, cupiditati suæ potius quam justitia sa-
tisfacere studuit, adeo ut illi ea tantum bonos
exitus habuisse negotio viderentur, qua merces
adjecta, & marsupii plenitudo subsecuta proba-
ret. Ubi ergo nullis intervenientibus causis,
nulla rapina præstatur occasio, tunc exactio
blanditiis vel comminatione plena non deerat.
Bina singulis diebus sumptu plurimo convivium
parabantur, tantusque ciborum luxus & super-
fluitas erat, & ad exquisitas ferculorum va-
rietates sollicitari plerumque figulos oporteret,
& i.

nec inter multiplices curas, quibus in Se-
dis Apostolicæ moderatione constituti com-
primimur, Nuntiorum tuorum solatio al-
levari. Nos quidem personam tuam, in
minoris ordinis administratione constitu-
ti, pro mira tuarum opinione virtutum
ample dixerimus, & suscepti regni ge-
nium pro nostro tunc posse confodimus.
Unde proculdubio experientia vestra co-
gnoscat, voti nostris esse, ut quanto ma-
gis Sedes Apostolica regni pietate fulci-
tur, tanto amplius honorem tuum & re-
gnum strictis debeamus brachiis ample-
xari. Vicissim enim sibi & regalis pote-
stas, & sacra Romana auctoritas mutua
debet inter se diligentia respondere. Sa-
ne tunc tuta erit conditio subiectorum,
si regnum, & Ecclesia, diebus tuis, al-
terutro titulo compassionis arriserint, &
ad culmen Imperii regni tui moderatio
latius extendetur, si ea de re Dei gra-
tiam pia fueris devotione sortitus.

Porro ut votis tuis satisfacere videa-
mur, quæ circa nos sunt, tua volumus
industriæ fieri notiora. Nos Dei gratia,
& Apostolorum suorum Petri & Pauli me-
ritis bene & prospere sumus, quæ officii
nostri sunt intus & extra plena liber-
tate disposuimus in pace sunt omnia quæ
possidemus. Fratres nostri Cardinales &
Episcopi, & Clerus omnis Romanus indi-
vidua nobis charitate coherent. Viri il-
lustres, Leo Fraxapanus, Hugo Præfe-
ctus Urbis, & frater ejus filius Leonis
Fraxapanus & Cencius frater ejus, Ste-
phanus de Petro, Stephanus de Thebaldo
filii Henrici de S. Eustachio, nobiles o-
mnes & plebs omnis Romana, Capitanei,
& Comites qui extra sunt, fidelitatem no-
bis debitam juraverunt, Basilicam B.
Petri Lateranensem palatium, & reliquas
munitiones Urbis quiete & pacifice deti-
nemus: Conradum regni invasorem, licet
ejus nobis pro minimo fuerit, in Cœna
Domini, Laterani in basilica Salvatoris
sub oculis Ecclesiæ quæ frequens ea die
de diversis partibus mundi convenerat,
in conspectu etiam omnium terræ suæ so-
lemniter excommunicavimus. Ro-

XX.

XV.

Legatio-
nis Apost.
munere
passime
functus.

Rogamus itaque nobilem prudentiam vestram, & in Domino commoneamus, ut sicut de te spes bonam & firmam possidemus, nostris debeat successibus congruere, & tam pro nobis, quam pro omni Ecclesia Romana regalem ac piam sollicitudinem gerere & efficacem nobis diligentiam exhibere. Nec vos quorundam veneratorum Vaniloquia prava conturbent, qui totam Dei Ecclesiam venenare cupientes, dum taxationes pristinas, & consuetas mercimonia in sanctuario Domini exercere statuebant, testaceum idolum cruentis manibus plasmare conati sunt: quod ejus (a) lapis ille angularis de Domini monte descendens, dura impressione comminuit. Incolomem te, & nostri memorem pia Dei dextera a malis omnibus tucatur. Datum Romae apud sanctum Petrum * in diebus Maii. Junxit his alias ad Reginam ejusdem Lotharii conjugem his verbis: (b)

XXII. Audium habemus, charissima in Domino filia, quod vere Christiana sanctitate resurgas, quod Ecclesiam diligas, quod servos Dei piis ubique solatis foveas; nec minoribus es profecto praconis attollenda, quod totius regni regimen censura justitiae de tua potissimum dicitur moderatione pendere. Quae de beatitudine tua, illustrissima filia, audivimus incunctanter & credimus; & haec & alia plura de te nobis bona sepius nuntiata letificant, & omnipotentem Deum assiduis precibus exoramus, ut incepta sanctitatis opera, Apostolorum Petri & Pauli meritis, pio & meliori te faciat sine concludere. Hortamur itaque nobilem prudentiam tuam, & in Domino commoneamus, ut inter regni curas, & secularium negotiorum sollicitudines, & saeculi glorias cor tuum semper ad Dominum habeas & te quandoque cogites morituram: non de piis operibus mundi laudes affectes, necdum hominibus foris placere delectat, Dei intus oculis possis displicere. Virum tuum charissimum filium nostrum Lotharium Christianissimum Regem sedulis suggestionibus adhortare; ut sic terreno regno humana potestate praesideat, quatenus ipsum qui supra nos est, per quem (c) Reges regnant, & Principes justa decernunt, qui transfert regna cum vult, qui facit Reges inglorios, & accingit fune regis eorum: caute semper & diligenter attendat. Et licet ipse Romanam

(a) Ephef. 2.

* Idibus.

(b) Ex cod. Cass. ep. 17.

XXII. Anacleti Pseudo-papae littera ad Reginam.

(c) Prov. 8.

PAGIUS

XVI.

Ecclesiam (ut certum habemus) plenius brachiis amplexetur; dilectionem tamen ejus & affectum circa Sedem Apostolicam, & nos qui eam ex longo tempore dileximus, per tuam potius optamus industriam propagari. Porro nos personam ejus propensiori charitate diligimus, & honorem suum, largiente Domino, cupimus conservare, & diligentius & efficaciter ampliare. Quia igitur peccatis meis exitibus Ecclesiae regimen sum subire coactus, Apostolatus onus cogor in amaritudine animae meae portare; sanctorum virorum solatis ego, ut orationum suarum instantia mihi semper Deum propitium faciant, & gratiam ejus in omnibus ubique opportunitatibus augeant. Et ideo te plurimum deprecamur, ut & Deum debeat pro nobis obnixius exorare, & auxiliis & piis consiliis tuis nos crebrius allevare. Vitam & annos tuos omnipotens Dominus Apostolorum suorum & Petri & Pauli meritis in bonis operibus augeat, & post vitam hujus cursum vitam tibi largiatur aeternam. Datum Romae apud sanctum Petrum * in diebus Maii.

Cum vero Lotharius Rex atque Regina detestati schismaticum Papam, litteras ab eo datas contemnerent, nec ei respondere ullatenus dignarentur: Romani ipsi, quorum potentia pseudopontifex sublevatus inniteretur, cum seipos in Anacleto contemni cognoscerent, ad eundem Regem litteras postremo dederunt, eademque salibus mordacitatis aspersas: quas in eodem codice Cassinensi haecenus conservatas, hic reddidimus. Sic se habent, hujusmodi inscriptione praefixa. (d)

Domino Lothario glorioso & triumphatori Romanorum Regi, Hugo Praefectus Urbis, & frater ejus, Leo Fraxipane, & Cencius frater ejus, Stephanus de Thebaldo, Albertus Joannis de Stephano, Stephanus de Benizo frater ejus, Henricus filius Henrici de sancto Eustachio, Octavianus frater ejus, & Reliqui Romanae Urbis potentes, sacrique palatii Judices, & nostri Consules, & plebs omnis Romana salutem & gloriam, & de hostibus universis victoriam.

Bene olim cana patrum nostrorum & togata gentis sanxit auctoritas, paucis esse Principem moderatissime sermonibus alloquendum; ne vel adulationibus cognitatis stomachari, vel instantia nimia regio

veret, adiretur. Sororem Tropeam (sed nec dici fas est) bestiali polluisse narratur incestu; & ex ea abominabili prodigio sultulisse filios, quos nepotes, nepotum pater, filiorum factus avunculus, sic natura cura confundit, ut consensu sibi invicem fratres faceret & cognatos. Jam nec Judaeis, quidem, sed Judaeis etiam deterior. Nulla sexuum, nulla loci vel temporis, nulla professionum; Sed hac sileo decentius, ne si hac ipsum

* Idibus

XXIII.

(d) Cod. Cassin. ep. 9.

XXIV. Magistratus Rom. Urbis ad Lothar. littera pro Anacleto.

XXV.

Impure & flagitiose vixit.

valcat furore retundi. Proinde licet domini Papae litteris, & multorum ad te relatione de ejus electione perveneris: gratum tamen nobis fuit ad magnitudinem tuam super hac re Urbis litteras destinare. Nos siquidem post Papae Honorii obitum unanimi & spontanea omnium Cardinalium voluntate, & concordia electione clericorum omnium dominum Papam Anacletum, virum prudentem & providum, filium Petri Leonis, in Romanum Pontificem Spiritus sancti gratia procreatum, humili spontaneaque devotione suscepimus, & fidelitatem ei debitam de Urbis nostrae more juravimus. In cuius utique promotione tantam Cleri & populi concordiam vidimus, ut vere in omnium mentes Spiritus sanctus mirabiliter venisse credatur. Sugerimus igitur clementiae tuae, & obnixius deprecamur, ut ei in omnibus debeas regali affectione favere, & auxilii tui & consilii manum nobili devotione prorrige, & ejus & Romanae Ecclesiae hostes, sicut & ipse tuos invicta manu refellere. Sane si Princeps noster & Cleri capis esse, si Romani Imperii optas tibi fasces & gloriam vindicare; necesse est Romanis te legibus coartari, nec civium tuorum, & magistratus Urbis corda rescindere. Nos quidem te haecenus non sic de corde dileximus, nec Principatus tui ulla nos cura vel affectu demulcere quolibet modo poterat, ut honoris tui augmentum & Imperii culmen deberemus ullis rationibus affectare. Sed postquam domini Papae amorem circa personam tuam impensis fervore cognovimus: eadem te sumus diligentia prosecuti, & purpuras tuas dignis honoribus deinceps captivum illustrare.

XXVI.

PAGIUS

XXVII.

dam clericum, qui te de statu Urbis & ejus plenius instruxerunt: cur nulla a discretione tua ad huc scripta meruerit. Inde est quod dominus Papa nullam ad huc de latere suo personam, clericum aut laicum, juxta consilii nostri, & totius Ecclesiae conditum ad excellentiam tuam statuit delegare. Viderit itaque moderatio tua, ut domini Papae litteris scriptis & Nuntio devotiore moderamine respondere, & quem animum circa domini Papae personam, & circa nos omnes & Romanam Republicam habeas, certis indicibus declarare non differas: alioquin sic suspensi nos diutius stare non possumus, nec aliquibus in longum volumus * dissimulationibus protrahi. Acta Romae feliciter XV. Kalend. Junii.

Qui iteratis (ut vidisti) litteris Antipapa sollicitat Lotharium Romanorum Regem ad schisma, si posset, adducere, haud praetermisit alios Principes boreales non litteris tantum, sed etiam legationibus pellicere. Quamobrem eodem plane tempore ad Regem Francorum Legatum decernit Ottonem Episcopum Tudertinum, cui litteras dedit ad ipsum Regem & inhærentes illi Principes, necnon etiam ad Galliarum Antistites, quas in dicto Cassinensi codice servatas integras hic describemus: atque primum quam ad Regem ipsum misit epistolam, quae sic se habet: (a)

Jamdudum (b) voluntatis nostrae ac desiderii fuit, ut desiderabilem nobis personam tuam, & totam Gallianam Ecclesiam tali visitarem Legato, qui Dei & Ecclesiae honorem, atque salutem tuam nosset, & posset strenue ac fideliter operari. Ceterum nobis erga plurima occupatis, desiderium nostrum hucusque dilatum est. Sane opportunitate habita quod pro tempore intermisisse conspicimus, ipso jam debito compellente, perficere non moramur. Multam enim de tua nobili & exper-

* dissimulationibus.

XXVII.

(a) Cod. Cass. ep. 5. (b) Eod. Cod. ep. 11. Antipapa littera ad Regem Francor.

centis lib. 2. Mirac. cap. 16. Galliam, Hispaniam, Angliam, Germaniam Christo univisse. Verum Petrus Venerabilis id quidem asserit, sed Mattheum Legatum Apostolicum hoc anno missum non dicit. Neque Legato opus erat, cum ipsemet Innocentius non multo post suam ad supremum Pontificatum electionem in Galliam venerit, uti mox narrabimus. Sed Anacletum Girardum Engolismensem Episcopum Legatum in Aquitaniam direxisse, constat ex iis quae Baronius num. XLII. & seqq. profert. Girardus Anacleti principalis instrumentum fuit. Erat ille patria Normannus, sed paterna domus inopia coactus in Galliam venit, ubi Episcopus Engolismensis electus adeo se male gessit, ut Arnulphus citatus cap. 1. eum alloquens scribat: Ubi igitur tui in Episcopatum sorte proventus es, insolentia, quam ante paupertas represserat efferris capisti; petulantia, quam privatus exercere non poterat, bonos quos libuit insectari, rapinis & exactio-nibus exinanire provinciam; iudicia sola munerum

Flagitia Gerardi Engolismensis, Legati Anacleti in Gallia.

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

perta dilectionis constantia fiduciam possidemus, qua personam nostram a pœro dilexisti, & dulcedinis tue affectione benevola educaſti, ut more solito & communem matrem Romanam Ecclesiam honore debito veneris, & nos ipsos personaliter dilectionis tue affluentia prosequaris. Ea propter charissimum fratrem nostrum Ottonem Tudertinum Episcopum unum videlicet ex præcipuis Ecclesie membris, virum utique honestum & religiosum, & domini prædecessoris nostri sancte memorie Paschalis Papæ plantarium ad tuam usque præsentiam a nostro latere delegamus, qui te de statu nostro faciat certiorum, & in diversis regni tui partibus, quæ correctione seu confirmatione digna fuerint, vice nostra corrigat & confirmet.

XXVII. Præsentibus igitur litteris nobilitatem tuam rogamus, ut eum & reverenter suscipere, & tanquam nostras præferentem vices studeas honorare. Nobis enim, quidquid obedientiæ, quidquid ei honoris exhibueris, adscribemus. Nos profecto plenius te benevolentia nostra brachiis amplectamur, & tuum utique filii gloriosi Regis Philippi honorem, præstante Domino, cupimus efficaciter exaltare. Porro de promotione per fratres nostros Cardinales & Episcopos suffraganeos Romanæ Ecclesie celebrata, de Cleri & populi nobiscum unanimitate, seu etiam scandalo, a paucis pseudofratribus celebrato, eidem Legato nostro injunximus, tibi & regno tuo plenius intimare. Ro-

PAGIUS

nerum comparatione formare, commutare rerum omnium status, nobilitatem labefactare fortunas; nepotibus tuis, quos natalis soli finibus eadem que te causa depulerat, rerum tradere summam, & dignitatibus Ecclesie sublimare, quasi Platonem scientia, Catonem moribus, Scipionem genere superaverit. Quos illiteratos quidem & ad res illicitas impudentius effluentes, obscuro loco natura produxit, &c. Reliquis autem Ecclesie dignitatibus, & beneficiis, qua in unum coacervare non poterat, eisdemque conferre, qui pecuniosior, is dignior habebatur. Non attendebatur honestas, sed manus onustas potius expectabatur. Basilicarum dedicationes, benedictiones altarium, Sacerdotum constitutiones, eodem quo cetera more tractasti, ut plane nihil faciendum putares, quod non alicujus emolumentum auspicio præveniret.

XVIII.

Ante obitum Honorii II. grassatus erat in quinque provinciis Gallia.

Post multa interposita subdit cap. 2. Ad hac autem, ut his etiam operibus exercendis diffusa materies libera facultas, inconcussa fiducia non deesset, quaestita & impetrata est Ecclesia Romana Legatio. Agebat te hinc laesa conscientia reatus exuberans, hinc comprovincialium Episcoporum nota severitas, hinc Burdegalenſis Archiepiscopi suspecta praelatio, quem loco confinem tua non semper opera se fessellissent. Ambitio quoque tua quasi quibusdam sibi coarctata videbatur angustiis, dum fauces tuas unius Episcopatus spolia non impleverit. Ac si ergo omnia in Episcopatu tuo compositio plena firmasset, nihilque novi operis casus afferret, effecisti, ut quinque Archiepiscopatus singulari potestate præfesses, &

gamus ergo, ut pro Ecclesia Dei murum te validissimum opponas, & aures tuas ab illorum mendaciis, seu detractionibus omnino avertas, quatenus inter reliquos Christiana gentis Principes, præcipuum te Catholica Fidei defensorem, sicut semper, ita & nunc tota nobiscum Ecclesia recognoscat. Charissimam filiam B. Petri, dominam Reginam benedictione Apostolica salutamus. Omnipotens Dominus Apostolorum suorum Petri & Pauli meritis personam potestatemque vestram custodiat, & per temporalem administrationem æterni vobis regni participium largiatur. Datum Romæ apud S. Petrum Kalendas Maii. Scripsit insuper alias iisdem verbis per eundem Legatum: (a)

Nobilitum factorum tuorum memoria, & antiquarum amicitiarum gratia invitamur, ut desiderabilem nobis personam tuam præsentiam alibi innoteremus talissimum Legato, qui Dei & Eccl. honorem, atque salutem tuam noverit strenue & fideliter operari. Proinde charissimum fratrem nostrum Ottonem Tudertinum Episcopum ex nostro ad te latere delegamus, unum videlicet ex præcipuis Romanæ Ecclesie membris, virum utique sapientem & religiosum, domini & prædecessoris nostri sancte memorie Paschalis Papæ plantarium, qui te ipsum, & fratres nostros & filios visitet, & quo ordine nos Dominus ad honoris hujus officium promoveri voluerit (que nobis etiam per Dei gratiam prospere successerunt) viva voce vobis valeat nuntiare: præterea si qua

(a) Eod. cod. ep. 7. XXIX.

in ipse vices Romani Pontificis exercebat. Paulo post: Ab inde igitur inconcussa prerogativa potestatis armatus, libera in Ecclesiam facultate grassatus es, singulorum vel depopulando quidem vel augendo substantias, infimis summas, summis infima commutando, ut plane quasi fortunarum auctor existeres, ad quem de status sui qualitate vel laudare possent omnia, vel causari, &c. quid ergo manifestas exactiones? quid familiaria ob periculum iustitie suscepta dispendia dicam? quid generales Synodos, quid fatigatas venerabiles ex remota regione personas edisseram, ut Concilio prædicens generali amplitudinem tua potestatis gloriabundus inspiceres, & ambitioni satisfaceret contemplatio subditorum? in quo opere quam perversa fuerint omnia, promptum est intueri. Hæc de Gerardo ante Honorii II. obitum.

Arnulphus cap. 5. postquam retulit Innocentium II. in Concilio Stampenſi Pontificem Romanum agnitum fuisse, & Anacletum rejectum, ait Gerardum Engolſimensem electioni Innocentii assensisse, subditque: Qua nimirum ratione cum in Papam Innocentium inspirante Domino convenissent (sc. Ludovicus Rex, Cleusque Gallicanus), ipsi statim de obedientia tua, & debita subjectione scripsisti: postulasti tamen ipsius honorari rescripto. & munus Legationis habita confirmari (Quare aliquot annis ante Honorii II. mortem, & quo tempore is mortuus est, Gerardus Legatus in Aquitania erat). Visum est simoniacum favorem tuum redimere Legationis officio; & cum ipse par-

XIX.

Gerardus ab Anacletis in universa Gallia Legatus constitutus.

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

in partibus illis corrigenda vel confirmanda fuerint, sancto cooperante Spiritu, vice nostra corrigat & confirmet. Præsentibus igitur litteris nobilitatem tuam rogamus ut eum reverenter suscipere, & tanquam nostras, immo B. Petri vices præferentem studeas honorare. Cæterum quorundam pseudofratrum maliloquia & mendosa signenta dilectionis tue constantiam non dimoveant: nam detecta eorum mendacia per Legatum nostrum tibi & regno tuo amplius nota sent. Ad hæc plurima liberalitatis obsequia, & prædecessoribus nostris exhibita ex nobis ipsis personaliter impensa & memoria nostra non posunt, nec debent excidere: pro quibus, præstante Deo, cupimus aqua tibi & honori tuo vicissitudine respondere. Rogamus itaque ut sicut semper, ita & nunc in B. Petri servitio & amore nostro attentius perseveres, quatenus juxta laudabilem benevolentiam tuam morem te inter reliquos Reges & Principes præcipuum adiutorem nos, & nobiscum tota Ecclesia sentiamus. Datum Romæ apud S. Petrum. Dedit eidem Legato alias ejusdem argumenti ad diversos epistolas, quas sine titulo, ut in codice descriptæ leguntur, hic reddimus, ne quid te prætereat eorum quæ tunc gesta vel scripta sunt; quæ sic ut leges, magno beneficio antiquitas transmisit ad posterum. Ita se habent:

XXX. Dudum desiderii nostri fuerat, idoneum ad vos a latere nostro Nuntium destinare: cæterum nobis erga plurima occupatis desiderium nostrum hucusque dilatum est. Sane opportunitate habita, unum ex præcipuis Romanæ Ecclesie membris, charissimum videlicet & venerabilem fratrem nostrum Ottonem Tudertinum Episcopum, ad partes vestras duximus delegandum, qui vos ex parte nostra plenius visitet, & de statu nostro faciat certiores: si que etiam inter vos fuerint pertractanda negotia, sancto cooperante Spiritu, una vobiscum vice nostra pertractet. Præsentibus igitur litteris universitatem vestram rogamus, ut eum reverenter suscipere, eique tanquam Vicario nostro studeatis assistere, & obedi-

PAGIUS

tes illas visitare sub eodem tempore decrevisset, nullus locus poterat sub ipsius presentia restare Legato. Neque enim Legatus presentis persona, sed absentis explet obsequium. Jamque tantus ad Romanas aures mala administrationis tua clamor ascenderat, ut esset de eo quod olim impetraveras (legendum impetraveras) paventia major, quam ut modo restitueris affectus. Tullius repulsum graviter, & mutilata potentia tua cornua doluisti. Atque inferioribus antea modo factus inferior, & velut in senectute reputatus inutilis, consueti beneficii finem, rapina ratus injuriam, temeraria successus & ultionis affectu, &c. Spreto igitur eo quod re-

re. Hortamur etiam, ne laudabilem fidei vestra constantiam quorundam maliloquia & præstigiola signenta perturbent, qui utique post concupiscentias suas euntes, aliare aliud in Ecclesia Dei erigere, atque in occultis tenebris idolum cruentis manibus fabricare præsumserunt. Quod enim disponente Deo, circa promotionem nostram factum audistis, non in angulo, vel latibulo, sed in luce, & in manifesto, ab universo Urbis Clero & populo, ex deliberato fratrum consilio, ex communi assensu, & unanimi desiderio celebratum esse noveritis. Nos per Dei gratiam in tota Urbe intus, & extra, qua nostri officii sunt, libertatis plenaria operamur. Que minus litteris continentur, eidem Legato nostro injunximus verbo & scripto plenius referenda. Omnipotens Dominus sua vos benedictione circumtegat, & suo faciat amore ferventes. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Kal. Maii. Has vero sequuntur istæ: (a)

Quantam de probitatis sue solertia fiduciam habeamus; quantum te amplioribus benevolentia nostra brachiis amplectemur, ipse nosti. Promotionis nostre ordinem jam te credimus accepisse; atque nunc poteris, qua nobis prospera largitus sit Dominus, indagare. Legatum siquidem nostrum, venerabilem fratrem Ottonem Tudertinum Episcopum, unum videlicet ex præcipuis Romanæ Ecclesie membris, ad Galliarum partes dirigimus, qui charissimum & gloriosum filium nostrum Regem, & te ipsum, atque alios fratres nostros & filios visitet, & de statu nostro faciat certiores. Si qua etiam in partibus istis corrigenda, vel confirmanda fuerint, sancto cooperante Spiritu, vice nostra corrigat, & confirmet. Ipsum igitur tua dilectioni committimus, tua potissimum experientia commendamus, rogantes; ut eum pro B. Petri reverentia, & dilectione nostra, in omnibus quo oportere cognoveris, adjuves & sustentas. Nec solum ei officiose assistas, sed & cause nostre curam ipse suscipiens, laboriosum pro nobis sollicitudinis onus collo tuo imponere non graveris: sciens col-

(a) Ex cod. Cass. ep. 6. XXXI. Alia Schismatici Pape litteræ.

temerarie prioribus contraria concepisti; factumque est, quod in rebus saepe contingit humanis, ut circa rem propensius affectatam, spem præcipitem desideria concepta firmarent. Missi Legatum Romam, qui eidem quem jam deveneras Petro favorem tuum venalem, pro munere Legationis offerret, & similem sibi ministrum Domino fœderaret. Expletum est sine difficultate commercium, & dum te cecitas indiscreta conducit, ministrum te schismaticis addidisti, ut inutili Privilegio donaveris. Formata est tibi, sed inanis nova Legatio, & quidquid ab Alpibus usque ad fines Occidentis interjacet, tua ditioni, sed inefficaci donatione subiectum est. Et ne excedenti ambitioni tua fortassis angustior

CHRISTI 1130.

INNOCENTII II. PAP. I.

VACAT. IMP. OCCID. 5. JOANNIS COMN. IMP. 12.

nos tuae charitatis obsequiis numquam experieris ingratos. Obtemperantem monitis nostris fraternitatem tuam Dominus conservare dignetur incolumem. Datum apud S. Petrum Kal. Maii. Insuper istas eidem Legato litteras dedit: (a)

(a) Eod. cod. ep. 8. XXXII. Alix ejusdem litterarum.

Laudes Eccl. Gallicanae.

f. ad. scilicet.

Et Apostolica Sedis auctoritas, & emergentium causarum necessitas nos compellunt, ut fratres nostros circumquaque positos & litteris crebrioribus, & missis a latere nostro Nuntiis visitemur: praecipue vero Gallicanam Ecclesiam nostra duximus visitatione dignissimam, quae inter reliquas Christianitatis Ecclesias nullis unquam cessit erroribus, nulla prorsus potuit schismatica pravitate infamia maculari: semper in plena Dei constantia perseverans, Romanae Ecclesiae pacem unitatemque tenere, eamque semper studuit magnis obsequiorum exhibitionibus exaltare. Eapropter unam ex praecipuis Romanae Ecclesiae membris, charissimum videlicet fratrem Ottonem Tudertinum Episcopum in partem nostrae sollicitudinis assistentes, ad vos duximus delegandum, virum utique sapientem, & religiosum, atque ab incunte aetate in Romana Ecclesia eruditum; qui Ecclesiam vestram & vos ipsos ex parte nostra visitet, Clerum & populum benedicat; vosque plenius de his, quae nobis per Dei gratiam prospere successerunt, faciat certiores. Cui etiam dedimus in mandatis, ut in partibus vestris Concilia celebrare, ac si qua emergerint negotia, una vobiscum debeat, iustitia mediante, terminare. Rogamus itaque fraternitatem vestram, ut eum reverenter suscipere, & tamquam Vicario nostro studeatis assistere & obedire. Nec fidei vestrae constantiam quorundam maliloquia, vel praestigiosa figmenta perturbent, qui post concupiscentias suas euntes, altare aliud in Ecclesia Dei erigere, & in tenebris idolum fabricare cruentis manibus praesumpserunt. Quod enim circa nos Domino disponente, factum audistis, non in angulo, vel in latibulo, sed in luce & in manifesto, ex deliberato fratrum consilio, ab universo Urbis Cle-

ro & in populo celebratum esse noveritis. Nos per Dei gratiam qua nostri officii sunt, in tota Urbe, intus & extra, libertate plenaria operamur. Quae minus litteris continentur, idem Legatus noster dilectioni vestrae plenius enarrabit. Omnipotens Deus sua benedictione circumtegat, suoque semper faciat amore ferventes. Datum apud S. Petrum Kalend. Maii. Audi alias ejusdem argumenti litteras eidem Legato datas. (b)

(b) Eod. cod. ep. 12. XXXIII

Nobilis memoriae antecessores tui, sicut viri sapientes & consilio providi, S. R. E. honorare, & pro collata a Domino potestate propensius exaltare curarunt, & sicut nos ipsi vidimus & testamur, praedecessoribus nostris nobili devotione fervierunt. Inde est quod Sedes Apostolica inter reliquos Galliarum Principes ampliori est eos gratia amplexata. Et ideo dilectionem tuam paternis alloquiis visitantes, prudentiam tuam litterarum praesentium serie attentius adhortamur, ut nobilium praedecessorum nobilissimus successor Romanae Ecclesiae individua semper charitate cohaereas, nec ab ejus unquam unitate declines. Cui profecto si indefessa fueris devotione prudenter innixus, tuta poteris, praestante Deo, stabilitate regnare. Nos quidem * nobilitate & fidei tuae constantia plurimum praesumentes, personam tuam dignis titulis honorare, & hinc tuum paternae dilectionis affectu omnimodis decrevimus ampliare. De promotione vero nostra, seu de his quae apud nos acta sunt, venerabilis frater noster praesentium lator Otto Tudertinus Episcopus, Legatus noster, quem ad partes vestras pro variis negotiis delegamus, dilectionem tuam faciet certiore. Ipsum igitur egregia probitate tuae attentius commendantes, rogamus, ut pro amore B. Petri & nostri solita ei liberalitate concurrere, & tuis eum debeas solatis confovere: quatenus & injunctum sibi mandatum, cooperante Deo, per industria tuae solitum efficaciter exequi valeat, & tuam nos in eo valeamus diligentiam experiri.

* immobilitate.

Da-

PAGIUS

XX. Episcopus & Abbas deponit.

praeceptorum suorum praescriptio videretur, adjectum est, ut ubicunque calcaret pes tuus, ibi esset legatio tua. Gerardus ergo Engolismensis praesentia sua Legatione totam perturbavit Aquitaniam; nam cum quosdam Episcopos sibi resistentes, a propriis sedibus deturbare praesumpisset, ceteri ad Primatem suum Vulgrinum Bituricensis Archiepiscopum, tanquam ad asylum, confugiendum decreverunt. In Patriarcho Bituricensi Tom. II. Biblioth. Labbei cap. 62. recitantur aliquae Epistolae ad eundem Archiepiscopum datae, quibus Annales Ecclesiastici illustrari possunt. Nullus quidem temporis character in his notatur, sed quae in illis narrantur, lucem affundunt illis, quae mox ex Arnulpho producimus. Willhelmus Santonenis Episcopus litteris

suis Vulgrinum monet, Gerardum Engolismensem Ecclesiam Dei in partibus suis adeo perturbasse, ut jam quaratur inter eos, cujus quis professionis sit: Et quia ipsius prava persuasioni, inquit, nos & Camprovinciales Episcopi assentire volebamus, Pictavensem (nempe Guillelmum Adelelmum, ut videtur in Gallia Christiana) & Lemovicensem (nempe Eustorgium, in cuius locum Gerardus Doratensem Abbatem Rainulfum consecravit Episcopum, (ut in eadem Gallia Christiana ex Chronico Vossensi refertur) fratris auxilio Principis nostri (sc. Willelmi IX. Comitis Pictaviensis) a sedibus suis expulit, & alios intrusit. Sed quia non habere poterat Episcopos, non consecravit illos. Abbatem quoque Angeriacensem in nostra Diocesi existentem, a monasterio suo per

CHRISTI 1130.

INNOCENTII II. PAP. I.

VACAT. IMP. OCCID. 5. JOANNIS COMN. IMP. 12.

Datum Romae apud S. Petrum Kalend. Maii. Insuper vide ex sequentibus litteris, quam egregie imitetur sanctos in dicendo Pontifices pseudopontifex Anacletus: (a)

(a) Eod. cod. ep. 13. XXXIV.

Quod tibi de statu nostro & Romanae Ecclesiae tardius scripsimus, frater mi charissime, ne mireris, quoniam & nos gravis de suscepti inopinata cura regiminis molestia occupavit. In tanta bestiarum frementium silva diversis fluctibus pressi, asperis sumus ventorum turbibus agitati. Tanta quippe me occupationum onera depriment, tantum causarum flagris illidor, tantis tumultuosae vitae tempestatibus affligor, ut mens mea nullatenus ad superna se erigat, & ego recte clamare compellar: (b) Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: Considero namque qui sum & infirmitatem meam plane considerans ad Apostolicae Sedis culmen propriis meritis non posse pertingere, onus hoc malui declinare, ne in pastoralis regimine impari administrationis actionibus succumberem. Sed quia Dei disponentis arbitrio contrari non est: obedientes secutus sum, quod miseris de me omnipotentis manus voluerit operari. Cum ergo Ecclesiae consuetudo posset, & beatitudinis tuae dilectioni nos incitaret: curavimus non solum scriptis fraternitati tuae charitatis & amicitiae vota persolvere, sed etiam de promotione nostra, quod desiderabile tibi fuisse credimus, per latorem praesentium venerabilem fratrem nostrum Ottonem Tudertinum Episcopum, a domino sancto praedecessore nostro Paschali Papa ordinatum, iudicare. Ipse quidem & de his quae apud nos acta sunt, seu de statu urbis & Ecclesiae, quanto plenius novit, tanto experientiae tuae poterit verius enarrare. Sane de electione nostra quae a fratribus nostris Cardinalibus, presbyteris diaconibus, & subdiaconibus quoque & Primicerio, & omni schola Palatii, ac Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(b) Psal. 68.

PAGIUS

XXI. Mensibus aliquot reciditur in carcere.

per manum Comitum ejecit. Inter nos etiam Principemque nostrum tantam seminavit discordiam pro eo quod intrusus suos consecravit, imo exsecrare volebamus, quod & nos & Canonici nostri a sede nostra, & ab urbe & Ecclesia obiectum & minas Principis egressi sumus. Quando Guillelmus Santonenis Episcopus, eas litteras scripsit, Ramnulpus & Petrus de Castelleprant, qui in locum Eustorgii Lemovicensis, & Guillelmi Adelelmi intrusi fuerant, nondum consecrati erant, sed utrumque postea ordinatum esse Episcopum, docet Gaufridus Prior Vossensis in Chron. pag. 301. ubi singularia de utroque intruso habet. Deinde subiungit Guillelmus sceleratum istum praecurforem Antichristi, cum quadam die per Episcopatum Santonensem transisset, ab Aimaro de Archiaco milite strenuo captum fuisse, & captum modo teneri; cujus captio, inquit, Ecclesiae nostrae, & omni populo gaudium est &

cuncto Clero Romano, expetente omni populo, consentientibus juxta tenorem canonum honoratis, est unanimi voto & concordia moderatione peracta, ad nocturnam tuam multorum relationibus pervenisse jam credimus. Qualiter autem consecratio nostra per venerabilem fratrem Petrum Portuensem Episcopum cum diversarum regionum Episcopis ad altare B. Petri sit solemniter celebrata: quomodo * enim * etiam per Viam sacram Phrygio capiti nostro, praedecessorum nostrorum more, imposto ad Lateranensem palatium venerimus, forsitan non ignoras: Quos circa de suavissima beatitudinis tuae fide & constantia impensus praesumentes te impensus exoramus, ut piis precibus tuarum suffragiis apud omnipotentem Deum nobis concurrere, & pro Romana debeas Ecclesiae consueta instantia vigilare. Qualiter autem debeamus de fraternitatis tuae charitate praesumere, ex mentis nostrae, quam circa te habemus, qualitate colligimus. Nec te aliter personam nostram, & Apostolicam Sedem diligere, quam ipsi vos diligimus, arbitramur. Datum Romae apud sanctum Petrum Kal. Maii. Hactenus litterae Ottoni Legato ab Anacletus datae.

* etiam

Praeter hunc autem, eodem ipso die, XXXV. alium Legatum decrevit in Gallias idem Gregor. Anacletus pseudopapa, nempe Gregorium diaconum Cardinalem in provinciam Aquitaniae, scripsitque officiosissimas litteras ad suos Cluniacenses, penes quos olim ipse adolescens vitam monasticam exercuerat: probe sciens magni ponderis esse, si ad suam communicationem, eisdem pertraheret Cluniacenses, qui magna estimatione florebant in Gallias. Litterae autem ad eos datae sic se habent: (c)

(c) Eod. cod. ep. 2.

Conversionis meae primordia reducens ad animum, multum me Cluniacensi monasterio inventio debitorum; propterea quod in eo & monasticum habitum, & K k k 2 con-

exultatio quam maxima. Eundem Primatem rogat, ut litteras transmittat ad Burdegalensem Ecclesiam, quae cum in Archiepiscopum sibi elegit, ad Episcopos Agennensem, Petragoricensem, Pictavensem, Lemovicensem & ad se, quibus inhibeat, ne ullus ei honor exhibeatur, jubeatque, ut Episcopi omnes eum excommunicent; annulet ejus electionem in Archiepiscopum Burdegalensem, ipsumque perpetuo deponat. Illis qui Gerardum ceperunt, gratiam & absolutionem suam impartiantur, & Auscienis Archiepiscopo, & Burdegalensi Ecclesiae, & eorum suffraganeis praecipiat ut publice eos excommunicent, qui Duci Aquitaniae auxilium impenderint, donec in hac Ecclesia Dei perturbatione permanerint. Coepiscopis quoque suis praecipiat, ut Aimaro de Archiaco pecunia, auxiliisque aliis subveniant, ut se defendere possit adversum Principem suum, scilicet Ducem Aquitaniae, & Engolismensem Comi-

CHRISTI
1130.

HONORII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

Anaclet.
epist. ad
Cluniac.

conversandi sumpsi, divina potentia gra-
tia protegente, principium. Cui licet in
omnibus, quae mihi pleno charitatis ube-
re pia devotione impendit, aqua redbi-
tione nequeam respondere, me ipsum
ramenei, quod possum, fidelissima servi-
tute subseruo: Et ideo de statu nostro,
seu de his quae penes nos, Dei nos re-
spiciente clementia, prospere acta sunt,
vel aguntur, sanctae dilectionis vestrae
dignum duximus, missis ad vos litteris
intimare. Decedente siquidem de hac vi-
ta domino praedecessore nostro pia memo-
ria Papa Honorio, Cardinales Ecclesiae
Romanae presbyteri, & diacones, & sub-
diacones, Primitivus cum omni schola
& ordinibus Palatii, Iudices & Scrinia-
rii, & Clerus omnis Romanus, excepten-
te omni populo, cum honoratorum devo-
tissimorum assensu, in titulo B. Marci
me licet indignum in Papam Anacletum
unanimitate elegerunt, & electum in Ec-
clesia B. Petri patroni nostri venerabi-
lis frater noster Petrus Portuensis Epi-
scopus cum diversarum regionum Episco-
pis celeberrime consecravit.

Verum quidam falsi fratres, filii Belial,
filii pestilentiae, filii Agar (a) sapien-
tiam, quae de terra est, exquirentes,
inbriati calice irae Dei omnipotentis,
Dei dispositioni, & constitutioni Eccle-
siasticae, ausu improbo visum sunt contrai-
re. Quorum caput est Haimericus quon-
dam Cancellarius, avaritiae servus, hi-
strionum, & scurrarum delirus inventor,
Ecclesiarum * expoliator, servorum Dei
improbus excelsor, alter Giezi, qui scono-
niis publicis & privatis lepram (b) Naan-
man, & maledictionem Dei hereditario
est jure sortitus. Huic Joannes de Crema,
homo miserabilis & vere Nicolaitas
& inter biobhanatos aliquando per Pa-
pam Honorium & Cardinales damnatus,
promissionibus vanis inductus, alludit.
De Petro Cardinali sanctae Anastasiae,

PAGIUS

mitem, qui pro deliberando Girardo ei mina-
tur. Recitatur etiam ibidem Epistola G. Petra-
goricensis Ecclesiae Episcopi Vulgrino data, qua
eum precatur, ut semper eum tueatur, nec
de proposita obedientia sine illis aliquid per-
mutet, id est sine Episcopis comprovincialibus,
utque obtineat literas a Francorum Rege, qui-
bus tuitionem suam promittat omnibus Burde-
galensis Archiepiscopatus suffraganeis. Episco-
pus ille Petragoricensis erat Guillelmus de Nau-
clard, factione Aquitaniae Ducis Episcopatu
pulsus, ad quem aliove Antifites Aquitaniae
scripsit Sanctus Bernardus Epistolam CXXVI.
cujus partem Baronius a num. LXII. ad LXV.
recitat, aliamque num. VII.

XXII.
In Archie.
Burdegal-
ensem se
se intru-
dit.

Scriptis & ad Vulgrinum Abbatem suum
Guillelmus Adelelmus Episcopus Pictaviensis,
quem Bernardus Bonnavallis lib. 2. cap. 6. Vi-
tae Sancti Bernardi tradit, & a Girardo, &
Cardinale adjutore suo, quia Petrum abdicabat,
damnatum fuisse. Postulat Willelmus nomi-
ne suffraganeorum Burdegalensis Ecclesiae, suo-

quod thesauri Cluniacensis affertis ter-
giversationibus insatiabilis exitit praed-
do, & Gozelmo sanctae Caeciliae silere
dignus duximus, quam de eis, & de
eorum turpissima servitute vobis scribere.
Ii Haimerici quadra vivebant, & sicut
celebre est apud nos, juramento astricti,
iniquitatis suae (c) caput per omnia se-
quantur. De quibusdam pseudoepiscopis,
quos factionis suae complices praedictus
induxit, nullus nobis sermo, nulla nobis
cura est, cum nihil ad eos de Romani
Pontificis electione pertineat. Porro quia
per Dei gratiam omnia nobis prospera
sunt, nos in aliquo ladere non valent,
maledicta congeniant. Latrant in nos
canes impudentissimi, & ore vipereo de-
trahunt, & fetentem erupulam eructan-
tes, in Dei Ecclesia de sua pessima con-
scientia multa ore fetidissimo vomunt.
Posuerunt quippe juxta impiorum testi-
monium mendacium spem suam, obtene-
bratos habentes oculos, nescientes quod
iniquitatem in excelsis loquantur, & po-
nant in caelum os suum, ut lingua eorum
transseat super terram. Nec mirum, si
ab eis cum Deo Ecclesia blasphememur,
cum patremfamilias (d) Dominum Eccl-
ezebub vocaverunt patres eorum.

Quocirca fratres in Christo charissimi
paterno vos alloquio salutantes, dilectio-
nem vestram in Domino commonemus, ut
eorum praestigia, si forte vobis arri-
verint, devitantes, Romanae Ecclesiae uni-
tatem constantissime teneatis. Hinc fratres
illi, de quibus scripsimus, quod Dei Ec-
clesiam scindere, & altare anathema-
tis, vel maledictionis titulum sunt fa-
bricare moliti, sancti Spiritus & proprio
sunt iudicio condemnati. Convenien-
tibus namque fratribus nostris cum omni
Clero Romano, cum terque quaterque vo-
cati, aut rationem ponere, aut satisfacere
contempsissent: ab Ecclesiae gremio
digno sunt anathemate resecati. Tradidi-
mus

que, ut Gerardum Engolismensem excommu-
nicatum reexcommunicet, omnesque ejus fau-
tores. Vulgrinus vero Primas Ecclesiarum A-
quitanicarum scribit Agennesi, Pictavensi, Pe-
tragoricensi, Santoneni Episcopis, & Clero
populoque Burdegalensis provinciae, hortatur-
que, ut minus Principum, divina possessionum,
vexationes corporum contemnant: improbat ele-
ctionem quam de Gerardo jam excommunicato
Burdegalenses Clerici fecerunt, atque Gerar-
dum a fructibus suis modo cognosci; cum An-
tistites Lemovicensem & Pictavensem catholice
& canonice ordinator, a sedibus suis indecen-
ter expulerit. Denique scribit ad Episcopos Bur-
degalensis Ecclesiae suffraganeos, reitaturque se
paratum esse tribulationibus eorum compati, ait-
que nullam subjectionem debere illi, quem Ca-
tholica Ecclesia in Remensi Concilio pro schis-
mate damnavit, ideoque ea Epistola post hunc
annum data.

Arnulphus loco citato cap. 7. Gerardum En-
golismensem alloquens in eandem rem habet:
Dum

XXIII.

Dum

(c) Petr.
clun. lib.
3. ep. 34.

(d) Matt.
10.
XXXVI.

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

mus eos satanae, ut discant non blasphe-
mare. Illorum versutias & praestigiosa
figmenta quia longum est scribere, lato-
ri praesentium Gregorio Sedis nostrae dia-
cono Cardinali commissimus indaganda.
Rogamus itaque sanctitatem vestram, ut
illam quam circa me dilectionem in mino-
ris ordinis administratione visis, estis ex-
hibere, nunc in Apostolicae Sedis regi-
mine constituto subtrahere non debeatis.
Considerans siquidem infirmitatem meam
ad Apostolicae Sedis culmen non posse suf-
ficere, omis hoc declinare malueram, ne
mine constituto impari administrationis
actione succumberem. Sed quia con-
traire non est disponentis Dei arbitrio,
obedienter secutus sum, quod misericors
deus omnipotentis manus voluerit opera-
ri. Domini & Principes nostri Petrus &
Paulus, quibus in loco sancto assidue de-
servitis, vobis pro nobis orantibus gau-
dia aeterna felicitatis obtineant. Datum
Romae apud S. Petrum. Kal. Maii.

xxxvii.
(a) Petr.
clun. lib.
3. ep. 34.
Cluniac.
sequun-
tur Inno-
cent.

Sed quam vanus fuerit ejus conatus,
epistola Petri (a) Abbatis Cluniacensis
ad Haimericum Cancellarium ostendit,
in qua ista leguntur tamquam ab aliis
exprobata: Ecce Cluniacenses habete Pa-
pam vestram, Innocentium scilicet, quem
vobis, spreto monacho vestro elegistis.
Talem spem talis digne sequitur merces.
Idemque Petrus de studio suo, suorum-
que erga eundem Innocentium haec ha-
bet in epistola ad ipsum data: (b) Ha-
beris cum tota Ecclesia vobis a Deo com-
missa, & me in membris Christi ultimum,
vestrumque pariter Cluniacum: qui quam-
vis fuerit spiritus in naribus nostris, ad
obediendum, ad collaborandum, forassis
etiam ad commoriendum parati erimus.
Nulla certe mutabilium rerum permuta-
tio nos mutare, nulla varietas varia-
re, nihil nos a pastore, nihil a Petro,
nihil a Christo (qua omnia in te uno
habemus) separare poterit. Sic ubicum-

(b) Idem
ep. 1.

PAGIUS
Guillelmi
IX. A-
quitania
Principis
potentia
autitur.

Dum unicum tibi propositum, unicus urgen-
di labor, unica laboris perseveran-
tia constat, torrentes impetus tuos praeverit mo-
dica vis divina, primumque de inefficacia spe-
rata potestatis argumentum accessit, in ligatio-
nem versa Legatio. Captus es, & mensibus ali-
quot reclusus in carcere, donec quos gratia praed-
estinaverat, plena veritatis agnitio confirmas-
set, & qui prius de rescripta tibi Legatione
speraverant, de ligatione postea desperarent. Re-
serato autem carcere processisti quasi pardus e ca-
vea, cujus rabie carcere diutius & catenis in-
hibita, si forte liber evaserit, insurgit auda-
cior: nec eum ulla potest sanguinis effusio sa-
nare. Paulo infra: Pictaviensis ac Lemovicen-
sis Ecclesiae Comitibus viribus abutendo, Catholi-
cos ejecisti Pontifices, alios extraordinario su-
perponens; quorum alterum minus vita proba-
bilem, & nullarum hominum literarum, & in
vulgari etiam sermone fere prorsus elinguem
Romana Ecclesia ab ejusdem Pictaviensis Eccle-
siae regimine reprobatum, olim canonica decisio-

que occurrerit, habitatio vestra, mane-
bit ubique vobiscum obedientia, & devo-
tio nostra. Quoniam & secundum Poe-
tam: Vagos habitante Camillo, illic Ro-
ma fuit. Et Petrus in carcere, Clemens
in exilio, Marcellus in catabulo non mi-
nus quam Laterani, Ecclesia praesuerunt:
& oves Christi eis, ut veris pastoribus
obedierunt, Recordamini Ecclesiam sem-
per laboribus crevisse, passionibus multi-
plicatam esse, tolerantia cuncta resisten-
tia evicisse &c. Haec Petrus de se suis-
que Cluniacensibus, quos semper stetit
pro Innocentio adversus Anacletum,
etiam sanctus Bernardus (c) affirmat,
dum sic numerat ordines monachorum
communicantes cum Innocentio: Itaque
Camaldulenses, Vallambrosiani, Caribu-
senses, Cluniacenses, & qui de majore
monasterio sunt, mei quoque Cisterci-
enses, Cassablenses, Cadumenses, Tyro-
nenses, & Saviniacenses, universitas de-
nique & unanimitas fratrum, tam cleri-
corum quam monachorum regularis vitae,
probatamque conversationis, sequentes. E-
piscopos tamquam greges pastores suos,
Innocentio firmiter adhaerent, sincere fa-
vent, humiliter parent, verum, Aposto-
lorum successorem fideliter recognoscunt.
Haec sanctus Bernardus. Porro iudicium
Cluniacensium tamquam praeproperum
accusabatur a Reimbardo Ecclesiae Leo-
dicensis Antifite, cum de his concertatio
esset exorta occasione funeris Herveti Ab-
batis, ubi qui favebant Innocentio, pro-
pellebant qui sequebantur Anacletum,
& e contra isti illos procul reiciebant.
Qua occasione scribenda fuit ab eodem
Reimbardo ejusmodi circularis admo-
nitio, quae sic se habet:

In schismate, quo sub Anacleto, & In-
nocentio non modo universalis, sed & uni-
versa laborabat, & nutabat Ecclesia (ut
mos est Francigenis) a superioribus il-
lis partibus Leodium rotulus allatus est,
quo

ne removerat, &c. Alter vero nec seculari praed-
ditus, nec scientia literarum famosis apud o-
mnes adulter, &c.

Post aliqua interposita: Tertia pars Picta-
viensis Episcopatus, quem posuisti, non agnos-
cit Episcopum, eique totus fere Nobilitum nu-
merus respuit obedire. Adeoque omni conscien-
tia reprobatus, abscicitur, ut & frater ejus na-
turalis excommunicatum ex hoc ipso iudicet, nec spernan-
ulla ei communione jungatur. Catholicus vero tur Epi-
scopus ab
natur Episcopus, & eum majores persona Pon-
tificis Ecclesia comitantur, ad formam beati Jo-
Retirelitis omnibus exulem persecuti. Alii for-
nices civitatis inhabitant, qui super ollas car-
nium recumbentes; gentis & loci potius quam
anima perditione torrentur. At Lemovicensis ab
urbe sua stadio uno vix interjacente remotus, for-
castrum Sancti Martialis pro foribus urbis in-
habitat; unde is qui sedem sibi cathedra Pon-
tificis usurpat, singulis diebus audire possit
campanas in sua excommunicatione sonantes.
T.

(c) Bern.
ep. 126.

XXX-
VIII.
Reimbal-
di Leod.
Episcop.
admoni-
tio.

XXIV.
Picta-
viensis &

quo significabatur de recenti Abbatis
eiusdem obitu Hervei, & de orationi-
bus quas petebant, quorum intererat,
pro eo fieri. Nostri Leodienses quisque
quod sibi videbatur, apposuerunt ad ro-
tulum. Ego vero Reimbaldus perlecto ac
perspecto tenore illius, funem illum, ut
ajunt, forsitan non incongruis, sed & per-
necessariis produxi non restibus, sed piis
admodum his ac fraternis admonitionibus.

Quisquis ille est minimus majoris Ec-
clesiæ, quæ est in Leodio, Fidelibus u-
niversis, ad quos rotulus iste pervenerit,
non præcipitare iudicium, sed sic quasi
curram, diligenter iudicii sustinere im-
petum. Sic docet in Evangelio Dominus :

(a) Luc.

(b) 1. Cor.

(a) Nolite ante tempus iudicare. Exponit
Apostolus quod quasi sub velamine posue-
rat Dominus. Docuerat Dominus non ju-
dicandum, suadet Apostolus non quidem
non iudicandum, sed ante tempus non ju-
dicandum. Ante tempus iudicat qui præ-
cipiti quadam & temeraria voluntate de
re iudicat, priusquam de re compertum
habeat.

Ab hoc devocat Dominus, ab hoc dis-
suadet Apostolus. Nequaquam igitur de-
bet sequi, quod nequeat quisquam assequi.
Sequitur plerumque nec assequitur, qui fi-
dem rumoribus adhibet, & apud quem
plus opinio, quam rerum experientia ob-
tinet. Quod in his nimirum nunc est e-
videns, qui cum, ut ajunt, adhuc lis-
sit sub iudice, quasi finitiam jam de-
derunt sententiam, cui potissimum, unius
corporis quasi duobus capitibus in Roma-
na Ecclesia desidentibus, debeant obedien-
tiam. Sicque prob dolor, inconsutilem
Christi scindunt tunicam, dum quæ una
est, in partes, quod in ipso est, sibi di-
vidunt Ecclesiam. Hoc quasi dicere est:

(c) 1. Cor.

(c) Ego sum Pauli, ego Apollo, ego
vero Cepha. Amplectitur enim hic Ana-
cletum, ille Innocentium, & ante exa-
men negotii dant iudicium non minus te-

PAGIUS

Te quoque Pastorem suum Engolismensis patria
minime proficitur ubique, sed & ibi multi Ca-
tholica partis nomine gloriantur. Dissuli cir-
ca extremitates orationis huius de usurpatione
Burdgalensis Archiepiscopatus apponere, ut ex
hoc illa effranis ambitio tua irrefragabili li-
queat argumento. Engolismensis Ecclesia copula-
tus spirituali connubio tenebaris, impudens ta-
men dominandi libido contemplatione pranomi-
nata dignitatis incanduit: & dum descendenti-
um jam rerum tuarum detrimenta non susti-
neret, ad compensationem frustrata legationis in
amplexum quasi ditioris adultera prorupisti: si-
lia sponsus incestu matrem nefario polluere non
abhorret, & monstrum biceps, infaustum saculo
prodigium non renuis apparere, &c. San-Mar-
thani in Archiep. Burdegal. scribunt, usque
ad annum MCXXXVI. mentionem occurrere Ar-
naldi Guirardi Archiepiscopi Burdegalensis, &
postea anno MCXXXVI. Gausfredi de Oratorio.
Quare Arnaldo, dum Gerardus præsentam-

merarium, quam præproperum. Frustra i-
gitur, ut diximus, in huiusmodi sequi-
tur qui non assequitur, nisi forte recte
sequi non dicitur, qui rei non inhaeret,
qui palpat in tenebris, quem opinio fal-
lit, quem rumor decipit. Et tamen audi,
quomodo mordeant, quomodo adinvicem
se se consumant. Qui Anacletianus est,
quasi quodam damnatorum eum inurens
cauterio, Innocentium eum vocat, qui
partis est contraria; & e converso, qui
Innocentianus est, Anacletianum eum, qui
partis est opposita. Sors misera! Ecce unius
corporis quasi duæ acies inter se dimi-
cantes. Miserum est, si sobisma hoc effi-
cit ignorantia: miserius, an crudelius sit
nescimus, si efficit invidia. Ceterum inter-
rim de invidia taceamus, ignorantia hic
in causa est: quæ quidem quodammodo
tolerabilis esset, nisi temeritati com-
mixta, ante tempus ad iudicium prorue-
ret. Hæc est, quæ Cluniacenses ipsos,
tam sacrum aliquando, tam solemnem,
tam undique oculatum conventum non præ-
terit, sed & per seipso non modo Oc-
cidentalem Ecclesiam infecit, verum et-
iam Orientalem jamjamque infecit: & ut
de fortuna legitur quæ cæca depingitur,
non solum ipsa cæca est, sed & cæcos red-
dit quos amplectitur. Audi quomodo En-
golismensis Gerardus Cardinalis Roma-
nus, & ut audivimus, Legatus in Aqui-
tanium, Northmanniam, Britanniam, Hi-
spaniam, & usque in ultimam Cæliiberiam,
tantæ auctoritatis, tantæ, ut optantur,
sanctitatis vir hoc in rotulo (qua ratio-
ne, qua competentia ipse viderit) ordi-
nem promotionis, & ordinationis horum
duorum Apostolicorum diligenter, ut a-
junt, digressit, & quia per se ipsum ma-
nifeste non potuit, hoc saltem involuero,
quid in Romana actum sit Ecclesia, cir-
cumquaque notum fieri voluit: nescio quid
senferint, quid intenderint Cluniacenses.

Id præciderunt, id amputaverunt pe-
nitentis & quidquid illud fuit, nec proba-

XXXIX.

XXV.

suam legationem exercebat, demortuo, is Ar-
chiepiscopatum invasit.
Sed non tantum Arnulphus Gerardum Epi-
scopum Engolismensem nefarie se se in sua le-
gatione gessisse scribit; verum etiam Goffri-
dus Vindocinensis Abbas in Epistola XXI. Ge-
rardo glorioso Engolismensi Episcopo, Apostolica
Sedis Legato, ut præfert titulus data, ideoque
ante hæc tempora, literis mandavit: Nos quod
audivimus, inquit Goffridus; unde etiam,
quod peius est, cantilenam composuit vulgus,
quoniam publicatum est, vobis occultare, nec
possumus, nec debemus. Audivimus itaque, &
dolemus Andream de Vitreio filia sua vobis con-
jugium vendidisse; illud etiam a vobis filium
Vicecomitis de Malolone comparasse; quorum al-
ter quingentos solidos vobis pretium dedit con-
jugii; alter vero quindecim marcas argenti.
Hoc Episcopus Pictaviensis & Guillelmus Archi-
diaconus ejus, & quidam alii qui affuerunt,
si veritatem sepelire noluerint, non negabunt.

Car-

Repre-
hendun-
tur Clu-
niacenses.

(a) Exod.
32.

verunt, nec improbaverunt sed dom-
no Papæ Innocentio legendum transmi-
serunt. Si quod absit, industria, vel
forte ignorantia verum ille turbaverat,
prius super hoc admonendus, arguen-
dus, & emendandus erat, nec debu-
erat huiusmodi inimica sugillare delat-
io, sed fraternæ emendare ac suppor-
tare dilectio. Quod si tale illud fuit,
ut tolerari nullatenus, vel inultum præ-
teriri posset: cur cæteris S. R. E. filiis
hoc absconderunt, ac non potius cum B.
(a) Moysæ, quasi in ultionem vituli con-
flatilis, exertis, & districtis verbi Dei
gladiis de porta ad portam, de Ecclesia
videlicet ad Ecclesiam transeuntes incla-
maverunt: Quid domini est, jungatur
nobis? Solisne sibi hanc affectaverunt
gratiam? si tamen hinc gratiam merue-
runt, quod nullam reddiderunt vicissi-
tudinem ei, qui forte manum miserat in
Christum Domini? quin consensisse visi
sunt, dum ad blasphemiam illius velut e-
linguis ipsi existerunt. An non audierant
non carere eum scrupulo societatis occul-
tæ, qui manifesto facinori non desinit ob-
viare, & quæ occurret veritas, si fal-
sitas displiceret? Sed sanctæ huic sim-
plicitati nil sicut delatio placuit; nec
quidquam pro ipso vel loqui voluit, pro
quo se ita necesse esset, usque ad sangui-
nem resistisse debuit. O laudabile mona-
chorum silentium, falsa omnino non re-
fellere, nec qui resellant secum zelo ve-
ritatis adfiscere: Quid erat in causa?
invidia, an invidia? Si lecto ac per-
lecto tenore litterarum Engolismenses,
simplicitate, ut ita dictum sit, mona-
chali non comprehenderunt quid intende-
ret, nec de re incerta certam potuerunt
dare sententiam: non tamen omnes nos
sic ex se iudicare debuerant. Sunt enim
multi, gratias Deo, in nobis qui sciant
quid sit inter dexteram & sinistram, qui
quemadmodum decipere nolunt, sic & de-
cipi nequeunt, & qui bonam quidem, &

non cauteriatam habentes conscientiam
quod sentiunt, ingenue eloqui non metu-
unt: & potest adhuc per gratiam Dei in-
veniri in nobis, quod Scriptura divina
dicit: (b) Reliqui adhuc mihi septem mil-
lia virorum, qui non curaverunt genu
ante Baal. Aderemus igitur, nec con-
fiteri erubesceremus, si esset hoc canonici-
cum, & authenticum, quod ab Engolismen-
si ad Cluniacenses usque de Anacle-
to pervenit. Sin autem, quod corporis
Christi & Ecclesiæ est, membra omnia,
capiti nostro Innocentio compateremur, &
tam in factorem, quam in auctorem sce-
leris & invasionis, velut in adulterum
lapidem legis, verbum videlicet offensa-
nis, & contradictionis unanimiter jacu-
laremur. Sola, sola ignorantia est, quæ
nos de rei tanta iudicio reticere coegit
ne ante tempus factum iudicium & di-
catur, & vere sit temerarium. Qui sic
nos cobibemus, præceptum in hoc exequi-
mur & Dominicum & Apostolicum. Quæ
aliter & iudicant, & ante tempus iudic-
cant, & nullam in hoc Domino, vel A-
postolo exhibentes reverentiam, quod tem-
erarium est, de re incerta quasi certam
dant sententiam.

(b) 3. Reg.
19.

Vide quæso quanta sit hoc presumptio-
nis, & audaciæ. Qui partis est Anacle-
tiana, Innocentiano non communicat, &
simil cum ipso non orandum, velut cum
schismatico iudicat. E contra Innocentia-
nus Anacletianum infestat, & ei si po-
test, talionem multiplicat. Hæc heu con-
fusione, hoc errore jam pene tota Eccle-
sia, quasi phrenesi quadam circumfertur
ac vertigine, in tantum, ut cum orant
religione, immo religioni sententia super-
fitione, nec loco alius alium velit ad-
mittere. Hinc est, quod, ut videre po-
tes hoc in rotulo cum forte quispiam orat
pro patre Herveo, si Anacletianus is est,
Innocentianus cum eo orandum non ju-
dicat: si Innocentianus idem de eo Ana-
cletianus existat, & quicumque orat
cum

XXI.

PAGIUS

Carroensem Abbatem non regulariter electum,
sed violenter, ut dicitur, intrusum, pro mille
solidis barbarinorum, barbara nimis auctori-
tate consecrari, imo, si verum est, execrari fe-
cistis: nolente suo consecratore, & ejus Clero,
modis quibus poterat, reclamante, & qui vi-
dit, & partem habuit, Abbas quidam vester
vicinus testimonium perhibuit, & multi dicunt
ejus testimonium verum esse. Post aliquas alias
rapacitates, subdit: Illud itaque quod contra
Comitem Andegavensem egistis, esset satis sen-
tio supplicandum: sed occultari minime potuit,
quod multis populis exitiis divulgatum. Asser-
unt quidam vos quasi Balaam alterum, & idcir-
co injustam in prædictum Comitem excommuni-
cationis protulisset sententiam. Et licet excom-
municatio vestra vires etiam unius diei habere
non potuerit, amicis tamen Romana Ecclesia pe-
perit verecundiam; & ejus inimicis detrahen-
di dedit materiam. Hoc solum remedium fuit,

quod dominus Papæ excommunicationem illam
confirmare sapienter vitavit: & sic ora clausit
detraherentium: & quod a vobis seminatum fue-
rat, Apostolica sedis doleat opprobrium. Præ-
terea alia, sed hæc verba præterire non de-
beo: Hæc pauca de multis, modica de magnis
vobis significavimus, dilectionis videlicet cau-
sa: ut si vera sunt, quæ contra vestram astu-
tiam ventilantur, præteritorum transgresso fiat
vobis futurorum cautela.

Anacletus Ottonem Episcopum Tudertinum
Legatum in Galliam misit, instructum literis ad Anac-
ludovicum Galliarum Regem ejusque uxorem, &
& ad Henricum Angliæ Regem datus, cum aliis
ad quosdam Galliarum Episcopos & Principes vi-
ros scriptis, ut eosdem ad se traheret. Scri-
psit & ob eandem causam ad Lotharium II. Im-
peratorem & ad Imperatricem, sed omnis ejus
perconatus irritus fuit, ut videre est apud Baro-
nium num. XVI. & seqq. Verum quidem est,
Epistolam ab eo num. XXXIII. relatum sine
ti.

XXVI.

cum alterutro, alteruter cum orare dicit cum schismatico. Cæterum nos, charissimi, sic sentimus, sic judicamus, ut quisquis pio, devote, ac fideliter oravit, cum schismatico non oraverit; etiam si eadem forte verba cum ipso schismatico protulit. Oremus ergo & indubitanter oremus pro patre hoc Hervæo, & si quis forte nuptialem non habens vestem, quasi convivio nostri patrisfamilias pro parte hac nobiscum temere se ingesserit, qui fidelis est, qui castum cor, qui lotam vestem, qui mundam habet conscientiam, non tamen propter illius presentiam, ipse ad quod vocatus est, intermiserit. Nec enim legimus propter eum, qui indecenter se ingresserat, cæteros omnes indumentis nuptialibus ornatos a convivio illius Evangelici patrisfamilias ejectos; immo recentis cæteris, solum illum tandem missum esse in tenebras exteriores, & hoc non nisi solius illius iudicio, & iudicio, qui solus nosset, quis vel quid huic suo congrueret, vel non congrueret convivio. Et quis is erat, nisi ille de quo scriptum est, quia (a) Pater omne iudicium dedit Filio; & qui per se ipsum: Nolite, (b) inquit, iudicare: & de quo Apostolus: (c) Nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus? Ut ergo unde orsa est, inde & desinat oratio, hoc charissimi exemplo, hoc magisterio rursus vos admonitos esse volumus de non precipitando iudicio, ut quod agitis, vel hinc non causetur temerarium, si quod adfit, fuerit extraordinarium. Hæc Reimbaldus; quod antiquitatis monimentum in Vaticana bibliotheca allervatur. Sed revertamur ad studia Anacleti, quibus suam intrusionem cogeatur reddere legitimam electionem.

(a) Joan. 3.
(b) Luc. 6.
(c) 1. Cor. 4.

PAGIUS titulo haberi in Casinensi Codice, sed ut observat Alfordus in Annal. hoc anno num. V. cum ex Roma data sint apud Sanctum Petrum Kalendis Maii, sicut literæ Ludovico Francorum, Regi per Ottonem Legatum missæ, ad alium Regem scriptæ non sunt, quam ad Henricum: cum enim in eis regni sit mentio, ad Regem scribi debuere; cumque etiam Rex ille inter Galliarum Principes numeretur, conjectura hæc certa videtur, quia Normanniæ Ducatum, Cenomanniæ Comitatum & affinitate plures alias in Gallia Provincias, sub Imperio suo Henricus Angliæ Rex habebat.

XXVII. Baronius a num. XXXVIII. ad XLI. refert ex Codice Vaticano rotulum ad urbem Leodiensem fierent pro obitu cuiusdam Hervæi Abbat, eaque occasione Reimbaldus loquitur de Anacletianis & Innocentianis, monetque precipitandum non esse iudicium, neque ante tempus iudicandum. Inde reprehendit monachos Cluniacenses, quos dicit præpropere Innocentii causam amplexos esse. Baronius existimat, hunc Reimbaldum fuisse Episcopum Leodicensem; verum certum est Alexandrum hoc tempore Ecclesiæ Leodiensi præfuisse, ut videre est apud Chapeavillum Tom. II. Hist. de Ge.

Anacletus frustra conatur Principes ad suas partes pertrahere.

Inter alia autem dedit eidem Gregorio Legato a latere misso Anacletus pseudopapa ad diversos epistolas, quæ absque titulo leguntur in eodem codice Cassinensi. At quod perbreves illæ sint, quæ de instituto ab eo Gerardo Episcopo Engolismensi Legato Vicario in Aquitania tradent, qui & Concilium cogere debeat, hic eas pariter describendas esse putamus. Sic se habent (d) primæ ad universam Aquitaniæ Ecclesiam:

Diuurna prædecessorum nostrorum consuetudo, & negotia nuper emergentia nos compellunt, ut Legatum ex latere nostro ad vos dirigere debeamus, dilectumque filium nostrum Gregorium Cardinalem diaconum in partes Aquitania mittentes, ut solita cum pietate pro B. Petri, & nostra reverentia benigne suscipiatis, eique quo ordine nos Dominus Apostolica Sedes præesse voluit, ac de scandalo, quod a paucissimis in Romana Ecclesia factum audistis, aures vestras sine hesitatione præbeat. Eiusdem nimirum fidem sacrosanctæ Romana Ecclesiæ probatam habet, neque aliud vobis enarrabit, præter id quod veritas docet. Præterea universitati vestræ significamus, quod pro morum honestate, prudentiaque efficacia, sicut beate recordationis Papa Paschalis nuntior noster, & post eum alii antecessores nostri Romani Pontifices fecerunt, venerabilem fratrem nostrum Gerardum Engolismensem Episcopum per vestras provincias ei cooperante Apostolica Sedis liberalitate in partem sollicitudinis vestræ vocavimus. Per presentia igitur vobis scripta mandamus, ut eidem fratri nostro, tanquam Apostolica Sedis Legato debitam curetis reverentiam exhibere. Nos enim ei & dilecto filio nostro deditur in mandatis, ut convocato fratrum col-

XLI. Legato Gregor. card. data ab Anacletoliteræ.

(d) Ex cod. cod. ep. 2.

stis Pontificum Leodiensem, & apud San-Marthanos Tom. II. Gallia Christi. Præterea Reimbaldus ait: Ego Reimbaldus perlesso, &c. ideoque Episcopus non erat, sed vel Monachus, vel forte Præpositus aut Decanus alicujus Ecclesiæ. Porro rotuli nomine intelligenda Charta in speciem rotule seu rotæ convoluta, vel etiam epistola, ut videre est in Glossario Ducangii in voce rotulus. Postquam hæc scripseram legi in Tomo I. Analect. pag. 348. Reimbaldum Canonicum Leodiensem duas Epistolas direxisse Wafelino Priori Monasterii Sancti Laurentii in suburbio Leodiensi, quas ibidem Mabillonius dicit se vidisse in Alnensi Codice MS. in eoque contineri tractatum Reimbaldi Canonici Ecclesiæ S. Mariæ & S. Lamberti de Vita Canonica. Quare non dubito, quin is Reimbaldus ille sit, de quo hic agitur. Fuit Reimbaldus Ecclesiastica disciplina studio insignis, inquit Bartholomæus Fissenus in Floribus Leodiensibus, qui ait eum obiisse anno MCXLVII.

Cæterum Davidem Scotiæ Regem Antipapæ partibus adhæsisse eruo ex Vulgrino Archiep. Bituricensi & Primatæ Ecclesiarum Aquitaniæ, qui postquam accepit Clericos Burdegalenfes

XXVIII.

collegio, sanctique Spiritus gratia invocata corrigenda corrigant, & quæ digna fuerint confirmatione corroborent. Datum Roma apud sanctum Petrum Kal. Maii. Ad eundem vero Gerardum Episcopum Engolismensem has Anacletus litteras dedit: (a)

(a) Ead. cod. ep. 3. XLII. Prævaricatori data legatio ab Antipapa.

Pro tua probitate, quam sancta mater Romana Ecclesia longo jam tempore expertam habuit, tamquam charissimum suum præcipuum filium dilexit, & specialius honoravit, dominus quidem & nuntior noster Papa Paschalis, & alii post eum Romani Pontifices ob insignia virtutum tuarum suas tibi commiserunt vices in Aquitania partibus peragendas. Nos igitur dilectionis præterita ac sollicitudinis memores, quibus semper matrem tuam Romanam Ecclesiam dilexisti, & propensius adjuvisti, legationem Apostolicæ Sedis liberalitate a prædecessoribus nostris tibi concessam, nos quoque concedimus: & sicut illorum habuisse cognoveris, ita & nostras habere te vices deinceps volumus, & gratis, plenoque charitatis intuitu confirmamus. Ad hujus autem nostræ concessionis firmamentum dilectum filium nostrum Gregorium diaconem Cardinalem misimus, quem in partibus illis aliquantisper volumus conversari. Tuæ itaque fraternitati mandamus, ut cum eodem filio nostro Concilium studeat convocare, in quo, charitate media confidentes, communicato fratrum consilio, sanctique Spiritus gratia cooperante corrigenda corrigat, & quæ confirmatione digna sunt confirmet. Per ipsum etiam de promotione nostra, seu de scandalo, quod in Romana Ecclesia factum audisti, te reddimus certiorum; quatenus dilectio tua & mendacium omne respue-re, & veritatis testimonio indubitanter valeat adharere. Datum Roma apud sanctum Petrum Kal. Maii. De eadem legatione Gerardi in Aquitania sub Paschali, meminit Willelmus Malmesburienfis in rebus gestis Regum Anglorum. Hæc de legatione credita ab Antipapa Episcopo Engolismensi. Sed qua occasione, sic accipe ex sancto Bernardo, (b) qui de eo abunde agit in epistola ad Episcopos Aquitaniæ istis verbis:

(b) Bern. ep. 126.

XLIII.

Ut enim simplicem referam breviter actionem, primus, aut inter primos idem Episcopus Engolismensis scribit Papæ In-Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS Gerardum Engolismensem Archiepiscopum Burdegalem elegisse ad Episcopos Burdegalenfis Ecclesiæ suffraganeos literas in Patriarchio Bituricensi cap. LXIII. recitatas, scripsit, quibus eos hortans, ut ab obedientia Innocentii II. se se dimoveri non patiantur, ait: In hac unitate permanet dominus Rex Francorum, similiter & Rex Anglorum, Rex Alamanorum, Rex Hispanorum & Rex Hierosolymorum, Duces ac Principes fere totius orbis

nocentio: legationem postulat, non obtinet. Indignatur, resilit ab illo, transit ad alium, ipse se esse Legatum gloriatur. Quod si ab illo ante non poposcisset, aut postmodum non accepisset ab ipso, credi poterat, alium quemcumque habuisse in prævaricatione intuitum, esse non rectum aliquem: nunc autem excusationem non habet de ambitione sua. Denique ponat etiam nunc Legati vel vacuum nomen, nam opus amittit: & ego quidem hac suspitione carebo, si potero: si non suspicabor invitus, & me intemperantia reprehendam. Verum difficile persuadebitur ei: ego scio. Nimirum homo diu magnus habitus inter suos, videri seipso inferior erubescit. Agnoscitur is, quem Scriptura (c) loquitur, pudor adducens peccatum. An non grande peccatum & delictum maximum superba ista verecundia, qua terram & cinerem pudet non dico subici, sed non dominari? Propter hoc ergo reliquit homo illum suum patrem sanctum Innocentium (sic enim eum nominabat) & matrem suam sanctam Ecclesiam Catholicam, & adharere schismatriciæ suo, & sunt duo in vanitate una. Percusserunt fœdus ad invicem & super populum Dei (d) malignaverunt consilium. Squama (e) squama conjungitur, & spiraculum non est in eis. Ille illum Papam, ille hunc vicissim Legatum scripsit, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Invicem se consolantur, tumentur, commendant, quisque tamen pro se, non pro invicem: nimirum homines sunt seipos amantes. Pari quidem studio condocnerunt in unum adversus (f) Dominum & adversus Christum ejus &c. Quanto autem factu & arrogantiæ abuteretur iste credita sibi ab Antipapa legatione, ita mox dicere pergit:

Quæ de Gerard. Engolism. Bernard.

(c) Eccl. 4.

(d) Ps. 32. (e) Job. 41.

(f) Ps. 2.

Quid nisi ante oculos vestros conatur, si patimini, proscribere Christum? Jam novos apud vos suo Papæ cudit Legatus Episcopus, ne soli sit sibi Papa. Nec mortuis successores, sed vivos invasores tyrannica fretus potentia superintrudit, nactus scilicet de malitia Principum occasionem, qui suarum civitatum Episcopos odio persequantur iniquo. Sic sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentes; per tale ostium intrat in ovile ovium. Numquid L I I au-

XLIV. Quæ S. Bernard. in Episc. Engolismensem.

terrarum. Ubi cum Henrici Angliæ Regis mentionem faciat, & Davidis Scotiæ Regis nomen taceat, clare indicat hunc Anacleti partes; secutum esse, & vere Ricardum Priorem Hagustaldensem, cujus verba an. MCXXXVIII. num. XII. referemus, scripsisse Davidem Scotiæ Regem Anacleti apostasiæ nimium favisse. Sed cum optimus Princeps extiterit, cum prævis consiliis deductum fuisse oportet.

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

autem talia gratis Legatus afficit pro Papa suo? En ille totam (ut is gloria- tur) Franciam atque Burgundiam lega- tioni ejus antiqua superaddidit. Potest & adungere si vult, Medios & Persas, & medios fines Decapoleos. Quare non & ultra Sauromatas, & quemcumque deni- que locum calcaverit pes suus, sit, quo vel vacuis nominibus gloriatur? O homo non minus sine fronte quam sine mente, nec Dei memor timoris, nec sue honestatis. Putat se non videri, cum sit subsannatio & illuso omnibus, qui in circuitu ejus sunt. Merito quidem. Cer- te enim pro foro sacrario utitur, & in- star hominis negotiatoris quaritantis lu- cra sua, & modo hunc, modo illum ex- plorantis venditorem ut ab illo demum emat, quod amat, a quo vilius impetra- re valuerit: ita iste sollicitus sibi Eccle- siasticam dignitatem hinc inde perquirens eam tandem pro suo arbitrio delegit ha- bere Papam qui se Legatum esse consen- serit. Ergo nisi tu Legatus fueris, Ro- ma Papam habere non poterit? Unde hoc tibi privilegium in Ecclesia Dei? Quis- nam tibi hanc concessit in Christi here- ditate prerogativam? Numquid tu ha- reditate possides sanctuarium Dei? Do- nec enim in obtinenda pudenda & impu- denti petitione spes tibi ulla promerendi domini Innocentii gratiam esse potuit, sanctus ille, te scribente, & Papa fuit. Quomodo ergo nunc schismaticum crimi- naris? Numquid cum eadem vana spe- rna illius simul & sanctitas evanuit & Papatus? Mirum quod potuit ita in brevi dulce & amarum ex eodem fonte procedere. Heri Catholicus, & san- ctus, & summus Pontifex: hodie ne- quam, schismaticus, & turbator. Heri Pater Innocentius; hodie Gregorius dia- conus sancti Angeli. Ita uno quidem ex ore, sed corde profecto duplici contraria processere. Labia dolosa in corde & cor- de locuti sunt. Et postquam pluribus in- sectatus est ambitiosum hominem, & cum eo ambitiosos omnes: hæc in eum de his quæ spectant ad ejus legationem:

XLV.
In eum- dem En- golism. invehitur Sanctus.

Cæterum quænam ista præcepta est & frontosa libido dominandi, ut pro obtin- tu vix annua (quod certe palam est) le- gationis, primo quidem suo nec parcat senio, nec deferat sacerdotio; deinde nec lateri Salvatoris, quod in aqua & san- guine colligendi in Fidei unitate populi protulit redemptionem; ut quisquis tenta- ret dividere, quos ille colligeret & in- dere redimeret: probaret se non Christianum, sed Antichristum, reus mortis & Crucis Christi? O impatiens & effrenis turpis quæstus cupiditas! o ardor intemperans! o sæca & pudenda ambitio! Aperte prius, frontoseque, ut jam dixi, & ipse, prob- pudor, non diffidetur, adit indigna sa-

tis petitione tentare Catholicum; dolens- que repulsam, incunctanter ad Schismati- cum refugit, & accepta de manu sacri- lega male cupita potestate, latus denovo Domini gloria crudeliter confodere non veretur. Et inferius: Audet (quod & flens dico) inimicus Crucis Christi suis sedibus pellere Sanctos, (a) qui nolunt bestiam adorare, quæ aperuit os suum in blasphemias, blasphemare nomen Domini, & tabernaculum ejus. Altare contra al- tare erigere tentat, confundere falsaque ne- falsaque non confunditur; Abbates Abbatib. Episc. Episcopis superintrudere nititur, amovere Catholicos, promovere schisma- ticos. Miseri & miserandi, qui ita pro- moveri & ab isto consentiunt. Siquidem circuit mare & aridam, ut faciat unum Episcopum; & cum fecerit, facit eum fili- um gehennæ duplo quam se. Hæc & al- lia de homine perditissimo. Insuper et- tiam de eo idem sanctus Bernardus (b) ad Hildebertum Episcopum Turonensem: A sinibus terræ occurritur cum panibus fu- gienti, Innocentio Papæ scilicet, et si furor Semel, Gerardi Engolismensis non- dum ex toto quiescat maledicere David. Velit nolit peccator qui videt & irasci- tur, magnificatur in conspectu Regum, portans coronam gloria. Hæc ipse.

(a) Apoc. 13.

(b) Bern. ep. 124.

Audisti, Lector, pseudoapostolum a pseudo-papa in Galliam missum: audi mo- do Apostolum ab Apostolico Papa in Gal- lias pariter Legatum missum. Fuit iste Matthæus Episcopus Albanensis, ab Ho- norio ob admirabilem eius vitæ sancti- tatem creatus ex Cluniacensi monacho E- piscopus Albanensis, cujus res præclare gestas (c) Petrus ejusdem monasterii Cluniacensis Abbas exacte descripsit, & quod ad hæc spectat, sic ait: (d) To- tam (excepta parte Aquitania) Galliam, Hispaniam, Angliam, Germaniam sibi, immo Christo, studio præcipue Matthæi Papa Innocentius jam dictus univit, in quibus partibus diu Matthæus cum ipso commoratus, &c. Ut plane ex qualita- te ministrorum, cuiusnam faveret justitia, posset quisquis facile intelligere. Nam Matthæus quidem sanctissimus, Gerardus nequissimus. De quo S. Bernardus in e- pistola ad Gaufridum ait: (e) Altera quoque bestia juxta vos sibilat, sicut ca- rulus habitans in abditiis: illa ferocior, ista callidior pariter convenerunt in u- num adversus Dominum, & adversus Chri- stum ejus. Sed de interitu bestie hujus, Gerardi scilicet, dicendum suo loco. Nunc redeamus ad Anacletum adhuc O- rientales litteris & legationibus per ten- tantem.

XLVII.

Idem quippe Anacletus eodem argu- mento litteras de sua promotione dedit ad Orientales, ad ipsum in primis Con- stantinopolitanum Imperatorem Legatum

mit-

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

Anaclet.
Antipap.
Legatos
Const.
mittit ad
Imp.
(a) eod. cod.
Cass. ep. 14.

mittens: quæ etsi non extent, de iista- mento habetur in Epistola ad Epi- scopum Drivestinum his verbis conscri- pta: (a)

Suscepti officii ratio nos hortatur, ut ordinationis nostræ primordia & his qui prope, & his qui longe sunt, fratribus intimemus. Noverit itaque fraternitas tua, quoniam defuncto antecessore nostro Papa Honorio, fratres nostri Cardina- les S. R. E. presbyteri & diacones cum universo Urbis Clero & populo, commu- ni voto & desiderio ad summum nos Pon- tificatus apicem elegerunt, & electum fratres nostri Episcopi Romanæ Ecclesiæ suffraganei ante sanctissimum B. Apostoli Petri corpus celeberrime consecraverunt. Cæterum labores tui, & persecutiones, quæ tibi a barbaris inferuntur, quemad- modum graves sunt, * utpote qui & com- muni charitatis debito, & Apostolica Se- dis administratione compellimur, ut fra- trum omnium passionibus compati, & eo- rum afflictionibus attentius subvenire de- beamus. Dolemus autem, quia hæc quæ pateris, nobis ante hos dies cognita non fecisti, * sicut ea maturius audissemus, per Legatum nostrum, quem ad charissi- mum filium nostrum Imperatorem direxi- mus, pro quiete & subventione libentius scripsissemus. Hortamur autem dilectio- nem tuam, ut patienter omnia sufferas, in patientia tua illatas tibi oppressiones equanimiter tolere. Quatenus beatitudi- nem illam percipere merearis, quam pa- tientibus persecutionem propter justitiam Dominus pollicetur. Nec unquam perse- cutio quælibet vel oppressio adeo te per- turbet, ut sponsam tuam, Drivestinam videlicet Ecclesiam deferas, aut ab an- tiqua Patrum lege ac traditione aliquo modo recedas. Nos autem fraternitati- tus non deerimus, quando debita & opportuna tibi tuæque Ecclesiæ subsidia impendamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum Kal. Maii. Porro quem Impera- torem nominat, non alium quam Orien- talem esse, necesse est affirmare, eo quod ipsum Occidentale adhuc vacaret Imperium.

* f. nam si

XLVI.
Legatur
Matt. Card
Episc. ad
Innoc.
Pap.

(c) Petr.
Clun. l. 2.
mirac. c.
14. & seq.
(d) Idem c.
16.

XLVIII.

Sed ad Hierosolymorum Regem æque cum litteris Nuntium misisse, fragmen- tum epistolæ, quod superest, satis osten- dit. Nam habet ista:

Ex quo civitas sancta Hierusalem, & gloriosissimus Dominica sepultura locus, Dei nura, Christianis est redditus, ad ejus defensionis tutelam Romana Ecclesia omnimodis laborare non destitit. Quo- circa nos, qui in Apostolica Sedis spe- cula, divina sumus dispositione promoti, prædecessorum nostrorum Romanorum Pon- tificum vestigia subsequentes, famosam illam civitatem Hierusalem & loca illa, ubi steterunt pedes ejus, debita reveren- Ann. Eccl. Tom. XLVIII.

Anacletus
ad Regem
Hierosol.
nuntium
mittit.

tia venerantes, quibus modis per Dei omnipotentis gratiam possumus, exaltare, ac nimium honorare decrevimus &c. Hu- cusque ibi. Gloriatum est autem ipse in epistola inferius recitanda, scripta ad- versus Rhenensem Archiepiscopum, se omnium Orientalium Patriarcharum obe- dientiam consecutum, atque eos habere communicatione conjunctos: sed quam mendaciter ista jaçtarit, inferius suo lo- co patebit. Illud namque certum & ex- ploratum, Regem Hierosolymorum In- nocentium cognovisse revera Catholi- cum Ecclesiæ Romanæ Pontificem. Te- statur id quidem sanctus Bernardus in epistola ad Gaufridum, ubi numerans Reges Innocentio inhærentes, hæc ait: (b) Alemannia, Francia, Anglia, Sco- tia, Hispaniarum, & Hierosolymorum Reges, cum universo Clero & populis fa- vent & adhærent domino Innocentio, tam- quam filii patri, tamquam capiti mem- bra, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Hæc sanctus Bernardus.

(b) Bern. ep. 125.

Sed ejusdem pseudopontificis reliqua pro confirmanda sibi Pontificia Sede stu- dia, ab eo omni solertia excogitata, in medium afferamus. Præavorum etenim ho- minum novisse facta, ad prudentiam cape- ssendam adjumentum haud minimum solet afferre. Qui igitur legationibus & litteris usquequaque Sedem sibi Pontifi- ciam visus est stabilire, Pontificatibus quoque functionibus apparere Pontifex affectavit: utpote qui celebravit Romæ Concilium ex sibi coherentibus Episco- pis, de quo superius dictum est. Crea- vit mox Cardinales, excommunicavit, depulitque lice absentes omnes sibi contradicentes, & communionem vitan- tes, præcipue vero ipsum Inr. centium Papam, & qui illum creaverat Pontifi- cem, vel venerarentur ut papam. Sed & imitatione prædecessorum, præsertim vero Callisti Secundi, qui plura in Ur- be consecravit altaria, ipse voluit ead- em laude digna peragere. Dedicata namque legimus Romæ nonnulla ab eo & consecrata fuisse altaria, & ædiorum incuria servatas adhuc inscriptiones, quas delendas curavimus, quorum unius, quod mense Majo, hoc eodem anno una cum Ecclesia primarium dedicavit altare, licet ipsum demolitum fuisse noscatur (titulus tamen consecrationis tabulæ mar- moreæ inscriptus adhuc integer perseve- rat his verbis: Anno Domini millesimo centesimo trigésimo, anno vero domini Anacleti Secundi Papæ primo, Indict. viii. mense Majo, die vigesima quinta de- dicata est hæc Ecclesia B. Laurentii, & in majori altari per manus ejusdem Pon- tificis recondita sunt corpora sanctorum martyrum Alexandri Papæ, Eventii, Theo- duli, & Severinæ, & vestis sancti Sixti

XLIX.
Anacletus
dedicat al-
taria in
urbe.

LII 2

mar.

martyris & Pontificis, & due ampullæ vitree cum sanguine & adipe beatissimi & gloriosissimi martyris Laurentii.

L.

At extat rei hujus monumentum inter Epistolas ejusdem pseudopontificis Anacleti in sæpe citato codice Cassinensi istis verbis, quibus & donatio ab eo eidem Ecclesiæ facta describitur: (a)

(a) Ex cod. Cass. ep. 32. Anacleti donatio facta eccl. S. Laurentii.

Si Pastoralis officii debitum, quod Deo disponente, suscepimus, mentis velimus integritate pensare; omnibus per universum orbem, sed hujus specialis almae Romæ Ecclesiæ nostræ liberalitatis, munificentiam largius impartire debemus. Sed patenter agnoscimus, tanto nos Urbis Ecclesiæ & filiis nostris clericis Romanis debitores existere, quanto peramanime votum, & dilectionis eorum integritatem, divina cooperante gratia, summi sacerdotii celsitudinem obtinemus. Vestris igitur petitionibus, dilectissimi filii, clementer annuentes, Apostolica Sedis solita largitate donamus, concedimus & remittimus vobis, ac per vos Ecclesiæ B. Laurentii, cujus venerabile altare nostris per Dei gratiam, tamquam B. Petri manibus octavo Kal. Junii solemniter consecratum est, omnes redditus possessionum, quas usque hodie habetis in Massa de Vestrano, seu Silva Proba, sita in eadem Massa, videlicet terris, villa, vineis, pratis, silvis, & scrupetis. Rustici quoque qui in eisdem possessionibus habitant, in dominio semper ac ditioe vestra permaneant, salvo censu duorum * marabotinorum, quos ad hujus nostræ donationis indicium in anniver sario consecrationis præfate singulis annis Lateranensi palatio persolvatis. Præterea confirmamus vobis Ecclesiam S. Lucie, & S. Hyppolyti, quam edificare debeatis in eisdem possessionibus prædictæ Massæ, salvo in omnibus jure Episcopali. Statuimus igitur, ut nulla Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ

PAGIUS
XXIX.
Rogerus coronatur Rex Sicilia

A num. LI. ad LVI. Initium Regni Sicilia cum hoc Christi anno Baronius accurate connexit; sed quia res hæc magni momenti, magis hic nobis elucidanda. Recentes rerum Sicularum & Neapolitanarum Scriptores contendunt, Rogerium bis coronatum fuisse, semel anno superiori post Neapolim Idibus Maji captam, iterumque hoc anno die Natali Christi. At cum velint utramque coronationem Panormi factam fuisse, invicem inde refelluntur; Alexander enim Celestinus Abbas testatur verno tempore superioris Christi anni Rogerium Pharium trajecisse, variaque bella in Apulia gessisse. Quare ibi, non vero Panormi, mensibus Aprilis & Maji eum versatum esse oportet. Peregrinius in Notis ad Falconem ait, Historicos istos contendere Rogerium proprio arbitrio persuasum Regia corona apud Panormum redimitum fuisse per manum quatuor Archiepiscoporum, &c. qui ejusce narrationis auctorem se habere contestantur in-

constitutionis paginam infringere præsumat. Quod si præsumperit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Qui vero conservator extiterit; omnipotentis Dei, & Apostolorum ejus Petri & Pauli meritis benedictionem & gratiam consequatur. Datum apud S. Petrum.

LI.

Voluit prædo sacrilegus quocumque velamento pietatis atque munificentiarum ab ipso fuisse Urbis Ecclesiarum (ut audisti) de prædationes, expilationes, direptiones, atque sacrilegas profanationes earum velare, quod existimare facile posset, ejusmodi adeo detestanda facinora perpetrata piorum omnium a se animos aversione execrabili demovisse, conciliasse vero magis magisque ejus adversario Innocentio, qui Jacob (b) instar consilio matris ab Esau recentis, innocens secessisset ab Urbe. Sed adeo perculerunt Fidelium piæ aures horrenda auditu de expilatis tanto dedecore Urbis ecclesiis, ut nec si omnes suas facultates erogasset in cultum ecclesiarum, abstergere ullaatenus valuisset contractam ex immani scelere ignominiam. Quod ipse sentiens, consilium inops eo confugit, ut poneret mendaciam fiduciam suam, nempe scriptis diversis literis negaret, quæ per adversarios jactarentur.

(b) Gen. 28.

Cum vero evanescere omnes conatus suos quos esset meditatus, intelligeret, aliam aggressus est viam, nimirum ut nundinatione regie dignitatis aliquem Christianorum Principum communicationi suæ adjungeret. Quo subdolo mercimonio & malis artibus homo vaser Rogerium Siciliae atque Calabriae Ducem pollicitatione regalis tituli sibi devinxit atque reddidit obsequentem, simulque cum eo Episcopos sub ejus ditioe degentes. Sed & Cassinates monachum

Rogerus dux conjugitur Anacleto necnon Cassinenses.

ditum Chronicon compositum a Maraldo, nec dicunt quantæ antiquitatis, Monachi Cartusiani; quibus facile assentiri non possum, tacentibus omnibus Antiquis, & præcipue Alexandro Celestino, qui Rogerii benevolus & familiaris, coronationem ejus summo sumptu, hominumque omnis conditionis frequentia, in Dominicis Natalibus (ac perinde in exitu anni MCXXX. Antipapæ Anacleti auctoritate actam, & a Falcone descriptam) literis consignat; haud antecedentem, vel in ipsius Rogerii gratiam, fuisse; nec pompa, nec Antifitium, procerumque minori Conventu, quin nullo tunc in Romana Ecclesia vigente, sed Honorio sedente, Rogerii eo temporis momento amicitissimo celebratam. Ita Peregrinius Profecto Honorius II. qui vix adduci poterat, ut Ducis titulum ei attribueret, otium non tenuisset, si Rogerium Regem se se appellasse audisset, & Rogerius, qui mense Augusti

cum ipsorum Abbate Rainaldo fœderâ juncti sunt eidem Rogerio Duci adversus Innocentium legitimum sanctæ Ecclesiæ Romanæ Pontificem, quem execrationibus plurimis devoverunt, Anacleturnque pseudopapam sacrilège susceperunt: prout constat ex (a) concertatione cum eis postea habita coram Innocentio Papa & Lothario Imperatore a Petro diacono scripta. Quomodo autem idem qui supra Rogerius acceperit intercedem impietatis titulum regni ab eodem pseudopontifice Anacleto, modo dicendum.

(a) Petr. diacon. Chron. Cass. l. 4. c. 112. & seq.

LI.
Rogerus Dux ab Anacleto Rex creatur.

PAGIUS

sto antecedentis anni Honorio II. auxilium promissit, in colloquio tunc inter utrumque habito Regie dignitatis confirmationem ab eo sine dubio petisset. [1]

XXX.
Duplex e-
jus Coro-
natio fuit.

Id de Honorio II. eo magis præsumendum, quo constat, Rogerium, postquam hoc anno a Comite Cardinale, Anacleti Antipapæ Legato, corona Regia donatus est, non Sicilia tantum; sed & Italiae Regem se se dixisse. Rogerium vero hoc anno Regem acclamatum, præter Falconem Beneventanum & Alexandrum Abbatem, produnt Joannes de Ceccano in Chron. Ordericus lib. 13. pag. 895. & Auctor Chronici Casauriensis. Sed antea Ducis tantum nomen sibi adscriptisse innuunt Falco & Alexander Abbas a nobis laudati, & ex utroque refellitur Chronicon Maraldi, cui nimis leviter fidem adhibere Fasellus lib. 7. posterioris decadis pag. 406. & Ducangius in Notis ad Historiam Cinnami pag. 446. Rochus Pyrrhus Tom. I. Siciliae Sacrae citat hoc Chronicon MS. apud Ecclesiam Sancti Stephani de Bosco Calabria, qua olim Eremus vocabatur; Additque autographum tunc servatum fuisse apud Camillum Tutinum Neapolitanum. In eo

ibi Beneventi autem cum esset, de regio titulo Rogerio impertiendo diploma conscripsit, quod hæctenus asservatum in vaticana bibliotheca, hic mendis nonnihil scædens describendum putavimus; sic se habet, abque principio incipiens:

..... Ecclesiam, prædecessorum nostrorum Urbani & Paschalis veneranda memoria Romanorum Pontificum, & innumeris deseravit obsequiis, felicitatiæ recordationis mater tua, viri sui nobiliter vestigia subsequens, pro datis tibi a Domino facultatibus eandem Dei Ecclesiam largâ liberalitatis manu officiosissime honorare, & sustentare curavit. Tu quoque, cujus divina providentia inter reliquos Italiae Principes amplior sapientia & potestatis prærogativa excessit, prædecessores nostros magnificentius honorare, & abundantius deseruire studuisti: personam tuam, & heredum tuorum perpetuis gratiæ & honoris titulis adornare & exaltare decrevit. Concedimus igitur, & donamus, & autorizamus tibi, & filio tuo Rogerio, & aliis filiis tuis, secundum tuam ordinationem in regnum substituendis, & heredibus suis coronam regni Siciliae & Calabriae, & Apulia

Diploma Anacleti de titulo Regio Rogerio impertito.

* ad f. quia
* f. de crevimus.

Chronico legitur: Vita sancto Honorio Pontificis in Pastorem universalem fuit adlectus Gregorius Diaconus Cardinalis, dictus Innocentius II. qui noluit hanc coronationem Pontificio confirmare diplomate: & quoniam adversus Innocentium Petrus Cardinalis schismaticus fuit in Pontificem creatus, dictus Anacleto II. Rogerius ab hoc fuit Privilegio confirmatus. Et tamen Rogerium hoc anno hujusmodi confirmationem ab Innocentio II. postulasse, ex eo falsum esse convincitur, quod Rogerius per aliquot annos Innocentium II. pro Antipapa habuerit.

Chronographus Cartusianus & Fasellus de duplici coronatione Rogerii mentionem non faciunt, nec recentiores Auctores juvat, quod Alexander de inauguratione Rogerii Panormi facta verba faciens, nec consensus Anacleti, nec præsentia ejus Legati meminerit, unde inferunt eum respicere ad coronationem anno superiori factam. Alexander enim, ut ipsemet in Præfatione, alibi que Lectores suos monet, varias circumstantias omittit, neque illius, qui Rogerium coronavit, nomen memorat, sed tantum diserte refert inaugurationem a se

XXXI.
Ea fabula magis refutata.

NOTÆ

[1] Uæ de priori coronatione Rogerii Panormi facta inter fabellas reiicienda habet Pagius, falsi argui posset ex Constitutione ejusdem Rogerii relata in calce Historiæ de liberatione Messanæ ab Anonymo composita, & vulgata a Baluzio Miscell. rom. VI. p. 194. Hæc autem Constitutio quædam privilegia concedens Messanensibus data est Panormi An. 1129. in solemnitate ut ibi legitur nostra coronationis die 15. Maji; eique subscripserunt Rogerius Beneventanus, Joannes Salernitanus, Philippus Capuanus. Eandem pariter Constitutionem legisse se perhibet Willelmus in altera sua constitutione, ibidem relata & data Messanæ A. 1160. Sed cum nullus per hæc tempora Philippus Beneventanæ Ecclesiæ reget, & alios aliarum Ecclesiarum Episc. hic expressos, nonnisi ex hac Constitutione in suum catalogum inseruisse Ughellius censeri possit; ideo suspicio a Pagio in hanc coronationem creata nec tollitur, nec extenuatur. MANSI

pulia, & uniuersa terra, quarum tam nos, quam & predecessores nostri predecessoribus tuis Ducibus Apulia nominatis, Roberto Guiscardo, Roberto ejus filio, dedimus & concessimus, & ipsam regnum habendum, & uniuersam regiam dignitatem, & jura regalia, jure perpetuo habendum in perpetuum & dominandum. Et Siciliam caput regni constituimus. Porro auctorizamus & concedimus, ut per manus Archiepiscoporum terrae tuae, quos uolueris, juxta tuam uoluntatem, assistentibus alijs Episcopis, quos uolueris, tu & tui haeredes, in Reges inungamini, & in statutis temporibus coronemini. Item omnes concessiones, donationes, & consensu, quos predecessores nostri predecessoribus tuis Roberto Guiscardo, Roberto filio ejus, Vuillelmo Ducibus Apulia, & tibi concesserunt, donauerunt, & conseruerunt, donamus, concedimus, & consentimus tibi & filijs tuis, & haeredibus tuis habendum, & possidendum in perpetuum. Donamus etiam & auctorizamus tibi & tuis haeredibus Principatum Capuanum cum omnibus tenementis suis, quemadmodum Princeps Capuanorum tam in presenti, quam in praeterito tenuerunt: honorem quoque Neapolis, ejusque pertinentiarum, & auxilium hominum Beneuenti contra hostes tuos largimur, & confirmamus. Tuis porrectis petitionibus annuentes concedimus Panormitano Archiepiscopo, ejusque successoribus, & Panormitanae Ecclesiae, consecrationes trium Episcoporum Siciliae, uidelicet, Syracusani, Agrigentini, & Mazariensis, uel Catanensis, ea ratione, ne supradictae Ec-

* al. Principes

PAGIUS

a se narratam Panormi in die Dominici Natalis factam fuisse. Quare non de coronatione Idibus Maii a Maraldo & Fasello relata sermonem habet, sed de coronatione in die Natali Domini a Cardinali de Comitibus peracta, ut narrat Falco apud Baronium num. LIII. (Ita hucusque scripseram, at sententiam mutare cogor, nam Rogerium anno MCXXIX. Idibus Maii in ciuitate Panormi Siciliae Regem fuisse coronatum certo discimus ex breui Historia liberationis Messinae facta a Rogerio Comite. quam edidit Baluzius Tomo 6. Miscell. in ea enim extat Privilegium Messanensibus concessum, quod sic incipit: In nomine Dei aeterni & Salvatoris nostri Jesu Christi. Absen. Rogerius diuina fauente clementia primus Rex Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capuae. Sic uero definit: Datum est hoc exemplar originale de nostri mandato in urbe Panormi felici, in solemnitate nostra coronationis, die quintodecimo Maii, sub anno incarnati uerbi MCXXIX. assistentibus reuerendis Domino Rogerio Beneuentano, Joanne Salernitano, & Philippo Capuano Praesulibus.) Porro uniuersa illa Italiae pars ab Anacleti partibus stabat. Ut enim Falco scribit: Eodem anno ipse Anacletus consecravit Romae praedictum Landulphum Archiepiscopum, nempe Beneuentanum, refertque Anacletum Roberto Capuanum Principe adiutum Beneuentanos sibi subje-

XXXII.

clesia in diocessibus, uel possessionibus suis a Panormitano Archiepiscopo, uel ab ipsa Panormitana Ecclesia diminutionem aliquam patiantur. De reliquis uero duobus pleniori nostro consilio reseruamus. Haec omnia supradicta, * has nostras concessiones sic concedimus, tradimus, & auctorizamus tibi & tuis filijs habenda & possidenda jure perpetuo, dum nobis, nostrisque successoribus homagium & fidelitatem, competentem nobis & uobis, securoque loco facies uel facient, iuraueris, uel iurauerint, si in nobis uel nostris successoribus non remanserit, non ideo honoris seu dignitatis, uel terrae suae patiantur diminutionem. Tu autem censum . . . & haeredes tui uidelicet sexcentos schismatos, quos annis singulis Romanae Ecclesiae persolvere debes, si requisitus fueris: quod si requisitus non fueris, facta reuisione persoluas, nulla de non solutis habita occasione . . . si qua sane in posterum Ecclesiastica, secularisue persona huic nostrae concessioni, uel donationi obuiare tentauerit, nisi satisfactione congrua respuerit, anathematis gladio feriatur. Omnibus uero, has nostras conditiones, concessiones, & consensus seruandis, sit pax Domini nostri JESU Christi. Amen.

* f. per.

Ego Anacletus Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Mattheus presbyter Eudoxia. Signum manus Petri Leonis Romanorum Consulis, & signum manus Rogerii fratris ejus, & signum manus Petri Uguiccionis filii, & signum manus Censis Guidonis, & signum manus

cisse; eorum communitatem fregit, inquit Falco; quod exeunte hoc anno, uel sequentis initio ante mensem Martium contigit; quo etiam tempore Rogerius, ut habet Falco, exercitu magno comprehendit Amalphiim. Quoad ciuitatem Neapolitanam ea se se iam Rogerio subdiderat, & Alexander Abbas Catalogum texens Urbium, Principum, & Magnatum qui anno superiori Rogerii dominum agnouerunt, nullam in primo suo libro de Neapolitana urbe mentionem facit. Existimandum tamen Roberti Capuae Principis caeteris potentioris, qui exeunte antecedenti anno se se Rogerio submiserat, Praefectum Neapolitanum exemplum secutum esse. Alexander enim libri secundi initio haec prodit: Cum Rogerius totas Bosmundi terras, omnemque Ducatum in integrum potentissime obtinere uideretur, nec non Capuanorum Princeps, Magisterque militum Neapolitanus, omnisque terra, qua erat usque pene fines Anconitanae urbis, bellorum cunctis contrarietatibus sopitis, subderentur, sepius sibi ac familiaribus quorundam, maxime Henrici Comititis auunculi sui, a quo plus alij diligebatur, cepit suggeri, colloquutione uidelicet, ut ipse qui tot Prouincias Siciliae, Calabriae, Apuliae, caeterisque regionibus, qua pene Romanam usque habentur, dominabatur, nequaquam uti Ducalis, sed Regis illustrissimi culminis honore deberet. Quam in rem Salerni Comititia coe-

Uniuersis Procures decernunt ut Rogerus in Regem promouetur.

aus Petri Leonis de Fundis & signum manus Abucii, & signum manus Joannis Abdiricii & signum manus Milonis. Datum Beneuenti per manum Saxonis S. R. E. presbyteri Cardinalis V. Kal. Octobris, Indictione nona, anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo trigesimo, Pontificatus domini Anacleti Secundi Papae anno primo. Haec quidem tunc. At quae alia eidem Rogerio tribuerit, dicturi proxime sumus. Quae post haec eodem secuta sint anno, recitat ita Beneuentanum Chronicon ubi supra: Anno igitur ipso praedictus Anacletus Cardinalem suum Comitem nomine, ad Duces illum direxit, quem die Natiuitatis Domini in ciuitate Panormitana in Regem coronauit. Princeps uero Robertus Capuanus coronam in capite ejus posuit, cui indignam retributionem impendit. Haec ibi. Quanam autem una cum Regis titulo Anacletus tribuerit Rogerio, ut ipsum demereret, atque defensionem schismatis constitueret. Petrus diaconus Cassinensis, qui tunc uidebat, & his omnibus facile potuit interesse sic narrat: (a) Petrus autem Cardinalis, qui & Anacletus, Rogerio Duci Apuliae coronam tribuens & per privilegium Capuanum Principatum, & Ducatum Neapolitanum cum Apulia, & Calabria, & Sicilia illi confirmans, Regemque constituens, ad se attraxit, praecipiens, ut Episcopi, & Abbates, qui in sua diocesi solo manebant, ei obtemperarent. Ecce tibi lector, quod Tomo superiori ostendimus, exordium Siculae Monarchiae, non ab Urbano Secundo, ut ex falsatis ejus litteris aliqui deducere conati sunt; sed a pseudopapa schismatico Anacleta, ut audisti ex Petro diacono, inchoatum. Quod autem in recitato superiori diplomate multipliciter decurtato ista non legeris, non mireris, cum multa in eo desiderari noscantur; siue potius, quod alijs ejusdem Anacleti litteris ista asserta per Petrum diaconum fuerint comprehensa. Extant illa in eodem citato saepe superius codice Cassinensi epistolarum pseudopontificatus Anacleti anni primi, in quo ad finem ita decurtatae positae

LIII.

(a) Pet. diacon. Chron. Cass. l. 4. c. 99. Auctor Siculae monarchiae Anaclet.

PAGIUS

XXXIII.

leguntur litterae ipsius ad Rogerium istis uerbis: (b) Apostolicae Sedis providentia & benignitate provocamur, ut sacrosanctam Romanam Ecclesiam diligentibus liberalitatis nostrae manum extendere debeamus. Idcirco filii in Christo charissime Rogeri, Dei gratia Apuliae Dux non immerito magnifice, quia gloriosa memoria genitor tuus Rogerius multo sanguine, multisque laboribus totam Siciliam Insulam . . . Desunt reliqua, & quidem (ut appareat) nesciretur, quid per Anacletum eidem fuerit collatum turpiter Rogerio, fuisse decurtata, quis non intelligit? Derisit sanctus Bernardus studia ejusmodi Anacleti, quod cum sciret omnes Principes Innocentio adhaerescere, unum Ducem pretio uani tituli comparasset. In eum enim haec ait ex persona Ducis Burgundiae ad Comitem (c) Pictauiensem: Habet tamen Ducem Apuliae, sed solum ex Principibus, ipsumque usurpatae coronae mercede ridicula comparatum. Sed quod non esset schismatici Papae ista praestare, hinc est, quod idem sanctus Bernardus eundem Rogerium non Regem, sed tyrannum Siculum nominat. Ita in epistola ad (d) Pisanos, & pluribus in epistola ad Lotharium Imperatorem, (e) in qua Rogerium nominat usurpatorem coronae regiae: & scribens ad Januenses: (f) eundem Rogerium, cum de ipso agit, non Regem, sed Ducem appellat, & ab eo non acceptam, sed inuasam coronam affirmat. Verum quem eo modo male contulit Antipapa, & sibi sumpsit Dux Apuliae titulum, numquam deserere uoluit: cujus causa aduersus Romanam Ecclesiam contigit saepe bello certare; cogi uero Romanos Pontifices praestare legitime, quod nefarie praestiterat Antipapa. Sed de his suo loco dicendum. Redeamus ad Anacletum, de quo illud Psalmistae occinendum: (g) Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & praeualuit in uanitate sua. Praeualuit in uanitate non ueritate, praeualuit utique in Urbe, sed non in Orbe, quod non tantus

(b) Ex eod. Cass. ep. 38.

Diploma Anacleti ad Rogerium multatum.

LIV.

(c) Bern. ep. 127. Rogerius tyrannus Siculus.

(d) Id. ep. 130.

(e) Id. ep. 139. 140.

(f) Id. ep. 129.

(g) Ps. 51.

no num. LII. relatum emisset. Rogerius non tantum Siciliae; sed & Italiae Regem se appellauit, ut ostendunt ejus Diplomata ab Ughello in Archiepiscopis Salernitanis, Brunduffinis, & Beneuentanis relata, & annis MCXXXIII. & MCXXXVII. data, quorum hoc initium: Ego Rogerius D. G. Siciliae & Italiae Rex, Christianorum adiutor & clypeus, Rogerii primi Comititis filius. Cinnamus qui Baronii tempore lucem non uiderat initio libri tertii de Rogerio primo Comite, & postea Rege uerba facit, & Ordericus, quem etiam Baronius non uiderat, lib. XIII. pag. 895. de Rogerio Duce Apuliae, Rege Siciliae consecrato ab Anacleta, ait, cujus ope pene totam

Rogerius non se Siciliae & Italiae Regem appellat.

tus esset, qui sicut Urbem, ita Orbem agitare violentia, & pecunia corrumpere, ut Romam fecerat, potuisset. Exul enim cum Innocentio veritas prepetibus pennis, veluti miraculo quodam cito citius pervasit omnem Occidentalem Catholicum Orbem, & quos non reperit omnino esse rebelles lumini, sed obsequentes numini, eos suae virtute potentiae arduissimis vinculis nexuit Innocentio. Si quos autem istis iniuitas veritas non pertigit, quod contigit aliquibus longe postis: illos eo decipi contigit verisimili conjectura, quod scilicet eum existimarint legitimum esse Romanum Pontificem, quem audirent Romae in ipsa Petri cathedra confidere; ad quem literas miserunt, communicationem Catholicam exposcentes, quem rogarent de ambiguis, consulentes. Sic itaque inter eundem Anacleti epistolae aliquae extant ad diversos de diversis respondentes, & inter alias ad Justinopolitanos suum Episcopum accusantes. (a) Ad quos ista: Gravissima de vestro Episcopo nobis relata sunt, quae si vera sunt, cum nostra salute inulta dimittere non valeamus. Multos enim laicos & clericos truncatos, multos ejus studio interfectos accepimus. Ea propter presentibus litteris vos monemus, ut ante festum omnium Sanctorum ad nostram praesentiam veniatis, quatenus vestro auxilio & consilio Justinopolitanae Ecclesiae in hoc & in aliis providere possimus. Datum Romae apud sanctum Petrum. Haec exempli causa volumus descripsisse, cum sint (b) pleraque id genus, quibus in-

(a) Ex cod. Cass. ep. 31. Quae in Episc. Justinop. objecta.

(b) Eod. cod. ep. 28. 29. 30. 31.

PAGIUS totam Italiam sibi associavit, scilicet Anacletus. Sed reliquos fere totus Orbis Catholicus Innocentio II. adhæsit.

XXXIV. Concilium Ssmpense. A num. LVI. ad LXV. Innocentius II. paulo post suam electionem Pisas venit, ubi majorem currentis anni partem moratus est. [1] Antequam in Galliam veniret, in eam praemisit Nuncios, qui Gallicanae Ecclesiae rei gesta veritatem aperirent, & hortarentur Episcopos, ut partem schismatis damnarent, uti narrat Baronius ex Bernardo seu Ernardo Abbate in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 1. Arnulphus vero cap. 5. Gerardum Engolismensem de more alloquens hac de re habet: Nunciato in Gallias schismate, dum pro partibus vario favore multi multa loquuntur, fidelisque populus ansepiti raptatur errore, primus Regum Catholicus Princeps Rex Francorum Ludovicus occurrit. Is vocatis Episcopis, & omnibus qui probatae religionis in Gallias habebantur, convocato

NOTAE [1] Chronicon illud, quod sub nomine Anonymi Casinensis a Caracciolo editum fuit, a Muratorio Rex. Ital. tom. 5. col. 138. iterum accepimus, sed ex alio Codice quam qui a Caracciolo ad manus fuit, plenius & multis accessionibus auctius, in quo pariter Codice Author hujus Alberici Casinensis Monachus proditur. In eo vero ad A. MCXXIX. legitur Innocentium vix Pontificem renunciatum venisse in Monasterium S. Benedicti; deinde pergit Author, secessit Canosam, in agro Regiensis, & ibi fecit Synodum. De hac Synodo altum apud Collectores Conciliorum silentium est. MANSI

telligatur, eundem pseudopapam se in omnibus egisse summum Pontificem, respondendo, puniendo, constituendo, consecrando, & reliqua omnia, quae sunt primarii in Ecclesia sacerdotis officia, obeundo.

Quod igitur istiusmodi ab Orientalibus contigerit accepisse querelas: hinc occasionem oblatam arripiens ipse, gloriabatur sibi univerfum communicare Orientem. Sed mendacii potentiissime redarguit eum S. Bernardus, qui scribens ad Episcopos Aquitaniae, haec habet inter alia: Tusciae, Campania, Longobardia, Germania, & Aquitania, Galliarum denique & Hispaniarum omnium, nec non & univere Orientalis Ecclesiae tam Archiepiscoporum, quam Episcoporum, quorum nomina sunt in libro Vita, sed epistolae brevitatis non admittit. Hi omnes unanimes non conducti pecunia, non seducti fallacia, non illecti privato carnis vel cogitationis amore, non timore compulsi potentiae secularis, sed Dei proculdubio voluntatem sicut non ignorantes, ita nec dissimulantes, Petrum Leonis ingenue refutaverunt, ac secure Gregorium in Papam Innocentium susceperunt. Haec S. Bernardus adversus eum qui mendacio innitebatur. Sed quod scriptum est: (c) Congregatio hypocrita sterilis, & gaudium hypocrita ad instar puncti, plane accidit, ut conatus omnes istos suos ventus per aera dissiparet, & quis verus esset in Ecclesia Pontifex innotuerit.

LV.

Qui faverint Innocentio.

(c) Job. 15. & 20.

Jam vero relicto pseudopapa Anacleto ad

LVI.

etiam Clero, regnique Majoribus, Concilium statuit generale (apud Stampas, oppidum Lutetiam inter & Aurelianum situm). Cumque se Petro Leonis ob sua & Patris obsequia fateretur obnoxium, nihil tamen super hoc Celsitudini Regia voluit arrogare. Episcopis & Patriarchis, qui ex Monastica religione conveniant, omni tradita potestate, ut eis, & in eos omni diffinitio conferretur: eo quod penes sanctos Episcopos Ecclesia dispensatio tota consistit: & Abbatibus, quos divinitatis contemplatio recreat, divina latere concilia non creditur. Cui Concilio quoniam interesse, Girarde, non poterat, cum literis tua deformitatis imagine consignatis nuncium destinasti. Utramque te novisse personam, & electionis ordinem plenius exquisisse, proculdubio cum Innocentio Papa stare justitiam, eo quod plane vir esset honestatis egregius: & ipsius electio prima tempore, & a praecipuis Romana Ecclesia fuerat celebrata per-

Anicii primum a S. Hugone Anacleti excommunicatus.

(a) Apud Sur. t. 2. dia 2. Apr.

XXXV. In eo Anacletus regebus.

ad Catholicum redeamus Pontificem Innocentium, quem una cum suis fugientem ab Urbe reliquimus Pisis. Ubi (inquit citata superius Acta) aliquamdiu moram faciens, de guerra, qua inter Pisanos & Genuenses agitabatur, firmam treguam, Domino cooperante, composuit. Sed haec potius in secundo adventu, ut dicitur. Pergit vero: Quibus rite peractis, iterum mare intravit, & per Genuam transiens, ad S. Aegidium prospere applicuit. Pergens autem per Vivarium, & Anicium, Alvernia fines intravit, & apud Claromontem primum Concilium celebravit. Haec ibi. Porro praevient zelus pietatis ac veritatis comprovincialium Francorum Antistitem: siquidem complures ex illis ante Concilium Claromontense convenientes Anicii, anathemate damnaverunt Anacleto pseudopontificem. Hujus primi conventus mentio habetur a Guigone ejusdem temporis scriptore in vita S. Hugonis (a) Episcopi Gratianopolitani, qui nullo habito respectu veteris amicitiae, quae intercedebat inter ipsum & Petrum Leonis, in ipsum S. Petri solum tyrannice invadentem magnopere commotus, pro Innocentio stetit robusto animo, in decrepita senectute. Sed audi, qui aderat, vitae scriptorem, Guigonem Priorem primae Carthusiae: Desuncto, inquit, Honorio, cum per tyrannicam & schismaticam rabiem non suis meritis, sed cognatorum & fratrum fulsisset Petrus Leonis adversus vestram innocentiam (ad Innocentium enim Papam scribit) quae beatae memoriae Honorio successerat Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS Porro Petrum per opulentam manum Cathedram posterius usurpasse, virum adeo vita reprobatum & nomine, ut si ipsum etiam qualibet electionis forma defenderet, promovere tamen vita qualitas & infamia minime sustineret. Id tibi, & tua largitioni subjectis razum fore: idque cum Lugdunensium, tum Viennensium Ecclesiam, tum totam fere Italiam ab ipsis urbis manibus excepisse.

Aderant autem ibidem venerabiles, quae Romae fuerant sub eadem tempestate persona, quae rerum seriem plane cognoverant, praesertim quae oculata fide singula percepissent. Habebantur quoque super hoc ipso & aliarum, quae non aderant ultro delegata testimonia: simul & persuasiones personarum, quas spiritum Dei habere certa fides esset, cum tot hominum sensus in eandem forte confluerent voluntatem. Sicut enim una bonorum fides est, sic & spiritus unus: malorum vero spiritus multiplex & voluntas ambigua. Tandem ergo favore divinitatis multis lachrymis implorato, dum utriusque persona merita & prosequantia partes studia conferuntur, inventus est Petrus indignior adeo, ut ex ipsius comparatione alteri persona irrogari gravis injuria videretur. Studia vero partium tanta dividebat imparitas, ut Petro nondum extra Urbis mania quicumque favor, alterum infra Urbem quidem pars potior elegisset, & extra urbem usque ad fines terra tota jam fere Pa-

emerisset, atque hoc vir Dei Hugo certissime comperisset: morbis licet, (ut diximus) & aetate consumptus, zelo tamen domus Dei, cujus diligebat decorem, perrexit Anicium, ut eundem cum aliis Episcopis excommunicaret schismaticum. Quae profecto excommunicatio propter auctoritatem tanti viri contulit multum & profectum Catholicis, & detrimentum schismaticis. Et certe tam idem Petrus, quam frater ejus sancto viro multas olim generationes & obsequia praestiterant. Sed beatus homo in tali negotio, id est, ubi periclitabatur justitia, nec amicitia fledebatur, nec potentia terrebatur. Haec ipse.

Interea vero, cum Innocentius Papa peregrinans esset in via, has ab Alberone Trevirensi Archiepiscopo, sed a S. Bernardo (b) conscriptas accepit literas:

Voluntas cordis mei, & desiderium factis inquitum adeundi & videndi desideratam beatitudinis vestrae praesentiam, ad Inno-

LVIII.

(b) Bern. ep. 176. Litterae Archiep. Trevir. ad Innocent. Pap.

XXXVI.

Adventus Innocentii II. PP. in Galliam.

tyrem confisteretur Ecclesia. Sumta igitur ex Magni Leonis Papae Decreto sententia, ubi se partium vota diviserant, visus est illis jure Canonico praefereendus is, qui majoribus studiis juvabatur & meritis. Qua nimirum ratione cum in Papam Innocentium inspirante Domino convenissent, ipsi statim de obedientia tua, & debita subjectione scripsisti. Hujus Concilii Epocha a nullo Veterum notata, sed illud ante initium mensis Maij celebratum videtur.

Ex Innocentii II. in urbem Claromontensem accessu, de quo mox, colligo eum ante mensum Novembrem, & ex statim dicendis paulo ante mensum Augustum in has partes pervenisse. Ernaldus Abbas Bonavallis in agro Carnotensi lib. 2. de Vita Sancti Bernardi Abbatibus cap. I. ait: Interea dominus Papa multis in Pisis & in Tuscia, & in aliis Provinciis potestative dispositis, vale faciens Pisanis, & gratias agens, in Provinciam navigio delatus est, & Burgundiam transiens Aurelianum pervenit: ubi occurrentibus Episcopis, a Rege primum Francorum Ludovico alacriter & honorifice susceptus est. Inde a Gaufrido Carnotensi Episcopo, magnarum virtutum viro Carnotum deducitur. Acta vero antiqua a Baronio num. LVI. relata habent: Iterum mare intravit, & per Genuam transiens, ad S. Aegidium prospere applicuit. Pergens autem per Vivarium & Anicium, Alvernia fines intravit, & apud Cla-

CHR ISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

aliquatenus consolari conceptum jam olim desiderium, curamque revelare quam pa-
rior. Nec enim fidelior, studiosior, cau-
tiorve illo ad manum esse potuit, si ve-
in perferendo ad vos que nos illi injun-
gimus, si ve in referendo ad nos, si qua
vestra dignationi placuerit remanere.
Itaque de beneplacito, de statu Curie,
ac vestra sospitate persona; & si quid
blandius aura secundior a divina cle-
mentia recens forte spiraverit Ecclesie,
adversus schismaticorum procacem, sed
inefficacem rabiem desudanti; de his
omnibus plenius instrui cupimus, & sup-
plicamus.

Porro nostram Citramontanam Eccle-
siam tam in nostra, quam in Francorum
regno noveritis fortem in fide, pacificam
in unitate, devotam in vestra obedientia,
promptam ad servitium. Nequaquam nos
Beneventi, non Capua, non ipsius Ro-
ma terret, Deo sic judicante, amissio;
scientes Ecclesiam statum non armis asima-
ri, sed meritis. Ipsius quippe non alte-
rius agnoscimus voces illas in Psalmo:

(a) Psal. 26. Si consistant adversum me castra,
non timebit cor meum: si exurgat adver-
sum me praelium, in hoc ego sperabo. Pro-
pterea, & nos, quia de Ecclesia sumus,
non timebimus dum turbabitur terra, &
transferentur montes in cor maris. Glo-
rietur tyrannus Siculus quantum vult,
glorietur in malitia, quod potens est in
iniquitate: nostra autem virtus in infir-
mitate perficitur. Ecclesia quando infir-
matur, Pauli (b) magisterio didicit esse
potentior. Didicit e regione & Salomone

(a) Psal. 26. Si consistant adversum me castra,
non timebit cor meum: si exurgat adver-
sum me praelium, in hoc ego sperabo. Pro-
pterea, & nos, quia de Ecclesia sumus,
non timebimus dum turbabitur terra, &
transferentur montes in cor maris. Glo-
rietur tyrannus Siculus quantum vult,
glorietur in malitia, quod potens est in
iniquitate: nostra autem virtus in infir-
mitate perficitur. Ecclesia quando infir-
matur, Pauli (b) magisterio didicit esse
potentior. Didicit e regione & Salomone

PAGIUS Claromontem primum Concilium celebravit. Pe-
trus Venerabilis lib. 2. de Mirac. cap. 16. Ad
Gallias venit. Ubi primum ab eodem domino
Papa Innocentio Cluniacensi nova & majori
consecrata Ecclesia, ac gemino Concilio, alio
Claromonti, alio Remis celebrato, &c. Orderi-
cus lib. XIII. pag. 895. Gregorius (idest, In-
nocentius II. ante Pontificatum Gregorius ap-
pellatus) cum Quirinali Clero Gallias expetiit,
primoque ab Arelatensibus susceptus, Legator
inde Francis direxit. Porro Cluniacenses, ut
ejus adventum cognoverunt XVI. equos seu mu-
los cum omni apparatu congruo Papa & Car-
dinalibus Clericis destinaverunt, & usque ad
suam Basilicam favorabiliter conduxerunt. Tunc
abidem XI. diebus Papam cum suis detinue-
runt, Ecclesiamque novam in honore S. Petri
Apostolorum Principis ab eodem cum ingenti tri-
pudio populique frequentia dedicari fecerunt.
Anselmus Gemblacensis in Chron. ad annum
MCXXX. Emenso mari, tandem apud S. Egi-
dium appulit. [1] Postea venit in Burgundiam,
& a Cluniaco excipitur. Denique Sugerius in
Vita Ludovici VI. cum & susceptionis & ser-
vitiis primitias Cluniaci per nos ei delegasset

(c) quod prosperitas stultorum occidit eos.
Didicit (d) & stultum firma radice cum
viderit, statim maledicere pulchritudi-
ni ejus. Idea cum sancto David sese
in utroque consolatur, & hostium videli-
cet casu, & liberatione sui. At si qui-
dem: (e) Hi in curribus & in equis:
nos autem in nomine Domini Dei nostri
invocabimus. Ipsi obligati sunt, & ceci-
derunt: nos autem surreximus & erecti
sumus. Hec pauca vobis consolandi gra-
tia, de quibus certus fui, fideli atte-
statione intimandum esse putavi, ad re-
levandam, vel ex aliqua parte eam, qua
vestra viscera incessanter affligit sollici-
tudo omnium Ecclesiarum. Hoc quoque
addo, dominum Regem, Deo cum confor-
tante, fervere & accingi ad liberatio-
nem Ecclesie, & parare sibi exercitum
multum nimis: nos quoque fideliter ad
hoc ipsum pro viribus laborare, exhor-
tari & sollicitare quos possumus; & cum
tempus advenerit, non expensis, non per-
sonae propriae parciturum. Haecenus Tre-
virensis Archiepiscopus ad Innocentium
Papam de statu Germanie & Francie
Ecclesiarum, in favorem ipsius summa
concordia unitarum, & viribus & gra-
tia Lotharii Regis erga Innocentium ip-
sum, quem veneraretur verum Catholi-
cumque Ecclesie Romane Pontificem.

At quem, cum pervenit in Gallias In-
nocentius, habuerit occursum Regem,
sic accipe a Sugerio (f) Abbate S. Dio-
nyssii, tum ista spectante atque scriben-
te: Cum autem, inquit, Petri Leonis
pars, tum parentum suffragio, tum Ro-
ma-

(sc. Ludovicus Rex), tanto exilarati suffra-
gio cum gratia & benedictione domino Regi per
nos gratias referentes, ad propria remisissent.
Ut autem usque S. Benedictum super Ligerim
descendit (idest, usque Floriacum prope Au-
relianum situm) dominus Rex cum Regina &
filiis ei occurrentes nobilem & diademate sapius
coronatum verticem tanquam ad sepulcrum Pe-
tri inclinans, pedibus ejus procumbit, &c.
Cum mensis, & fere dies, quibus Urbanus
II. majus altare Ecclesie Cluniacensis, dum
in Gallias esset, consecravit, a nobis detechi
fuerint, ut anno MXCV. jam diximus, in de-
tegendis mense & die, quibus Innocentius II.
Ecclesiam Cluniacensem dicavit, & in expli-
candis qua de hac professione Gallica Inno-
centii II. a variis Scriptoribus tradita sunt,
minus caecutiemus. Ipsemet enim Innocentius
II. in Diplomate Valentie VIII. Idus Martii
anno MCXXXII. dato, & in Biblioth. Clu-
niac. pag. 138t. recitato ait: Nos monasterium
ipsam, quod specialiter ad jus B. Petri, & S.
Rom. spectat Ecclesie, per nos ipsos visitavimus.
Et eodem die, quo revolutis natorum anno-
rum spatii, praecepsor noster fel. memoria Pa-
pa

LVII.
(f) Suger.
in Lud.
Reg.

XXXVII
Consecrat
Ecclesiam
Clunia-
censem.

NOTAE [1] In suo ad S. Egidium in provincia Narbonensi adventu Innocentium II. concilium ibi-
dem celebrasse unus quem sciam, nos docuit Sicardus Cremonensis in Chronico nuper
vulgato tom. VIII. Rer. Italic. col. 596. MANSI

CHRISTI
1130.

INNOCENTII II. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 12.

mane nobilitatis praesidio praevaleret: do-
minus Papa Innocentius cum suis Urbem
relinquere deliberat, ut orbem terrarum
obtinere praevaleret. Descendens itaque
navali praesidio ad partes Galliarum, tu-
rum & approbatum elegit persona Ecclē-
siae post Domini defensionis asyllum, Re-
gem nobilissimum Francorum, Nuntiusqua
suis ad Regem Ludovicum destinatis,
persona Ecclesie opitulari efflagitat.
Quo Rex (ut erat piissimus Ecclesie de-
fensor) cito compunctus, Concilium Ar-
chiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum,
& religiosorum virorum Stampis convo-
cat, & eorum consilio tam de persona,
quam de electione investigans (sit enim
sepe at Romanorum tumultuantium qui-
buscumque molestis Ecclesia electio mi-
nus ordinare fieri valeat) & assensum
electioni consilio virorum praeberet, & de-
inceps manutene re promittit. Cum autem
& susceptionis & servitiis primitias Cla-
niaci primo Rex delegasset: tanto exi-
larati suffragio, cum gratia & benedi-
ctione domino Regi per nos referentes, ad
propria remisissent. Ut autem ad S. Be-
nedictum super Ligerim descendit, domi-
nus Rex cum Regina, cum filiis ei oc-
currens, & nobilem diademate sapius co-
ronatum verticem, tanquam ad sepul-
crum Petri inclinans, pedibus ejus pro-
cumbit. Catholicum affectum, & devoti
servitii effectum ei & Ecclesie promittit.
Suis exemplo & Rex Angliae Henricus
ei Carnotum occurrens, devotissime pedi-
bus ejus prostratus, votivam sui, suo-
rumque & terra sua susceptionem, & obe-
dientia filialis promittit plenitudinem.
Hec Sugerius de rebus gestis usque in
annum sequentem: quae his subicit, suo
loco anno sequenti dicturi sumus.
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Innocent.
Stampis reci-
pitur.

Rex Fran-
corum cum
Regina &
filiis oc-
currit In-
nocent.

Rex Ang-
gl. occur-
rit In-
nocentio.

PAGIUS pa Urbanus ibidem majus altare consecraverat,
cum Archiepiscopis & Episcopis, qui nobiscum
conveniant, cooperante Spiritus Sancti gratia,
idem monasterium solemniter dedicavimus, ideo-
que XV. Kalend. Novemb. seu die XVIII.
Octob. aut aliquo ex vicinioribus, quo alias
Urbanus II. majus altare consecraverat. Ba-
ronius in Addendis & Corrigenis ad annum
MCXXXII. refert aliud Innocentii II. Diplo-
ma, in quo idem legitur, ac in mox lauda-
to, de consecratione monasterii Cluniacensis.
Verum hallucinatur Cardinalis eruditissimus,
dum eam ad praefatum annum revocat; cum
illius anni initio Innocentius II. iter in Ita-
liam direxerit, ut ibidem videbimus. Neque
ea etiam in annum MCXXXI. differri potest;
cum toto fere mense Octobri aut Sueffione aut
Remis Pontifex verfatus fuerit. Quare non-
nisi mense Octobri praesentis Christi anni In-
nocentius II. Ecclesiam Cluniacensem dedica-
vit, & quidem paulo post suum in Galliam
adventum, & ante Concilii Claromontani ce-
lebrationem, ut mox ex Petro Venerabili in-
finuavimus. Perperam itaque in Chron. Clu-
niacensi pag. 1639. & alibi scriptum, Ecclē-
siam Cluniacensem anno MCXXXI. dedicatam

Sed quae his consentientia scripserint
ejusdem temporis auctores (ut veritas
ore duorum vel trium testium res ipsas
spectantium magis ac magis fortiusque
roboretur) adducamus in medium. Ber-
nardus Abbas, qui res gestas S. Bernar-
di accurate conscripsit, de his agens, haec
ait: (a) Praemissi in Gallias fuerant Nun-
tii, qui Gallicana Ecclesia intimarent ne-
gotii veritatem, & hortarentur Episco-
pos, ut in ultionem praesumptionis accin-
gerentur, & damnata parte schismatica,
subscriberent unitati. Nec dum vero ad
plenum tenor operis innoverat Episcopis,
nec privatim quisquam commodare praesump-
sit assensum, donec collecto Stampis
generali conventu, in commune decerne-
rent, quid reciperent, quid damnarent.
Neque enim Francia, ceteris regionibus
proclivibus ad schisma, aliquando ta-
li factione foedata est, nec malignorum
acquievit erroribus, nec fabricata est in
Ecclesia idolum, nec venerata in Petri ca-
thedra monstrum: neque enim talibus in-
causis principalia aliquando eos tenuerunt
edicta, aut generalibus utilitatibus pri-
vata commoda praetulerunt, nec declinan-
tes in partem personis detulere, sed cau-
sis. Convocato igitur apud Stampas Con-
cilio, Abbas sanctus Clavacensis Ber-
nardus specialiter ab ipso Francorum Re-
ge, & praecipuis quibusque Pontificibus se Con-
accerstus, sicut postea fatebatur, non
mediocriter pavidus & tremebundus adve-
nit, periculum quippe & pondus negotii
non ignorans. In itinere tamen consola-
tus est cum Deo, ostendens ei in visu no-
ctis Ecclesiam magnam concorditer in Deo
laudibus continentem, unde speravit pa-
cem sine dubio proventuram. Ubi vero
ad locum ventum est, celebrato prius je-
M m m 2 ju-

LIX.

(a) Ber-
n. Abb. in-
vita S.
Bern. l. 2.
ca. 1.

Laudes
Ecclesie
Gallicanae

Stampen-
ge se Con-
cilium.

esse; quem tamen errorem in lucem proferre
non potuissent, nisi antea tempus, quo Ur-
banus II. majus altare ejusdem Ecclesie dica-
vit, e tenebris eruissem.
Antequam Ludovicus Rex ad Innocentium II. xxxviii
venisset, Concilium Claromontanum in Alver-
Concilio
libello de Conciliis scribit: Anno Dom. MCXXX. mont. ca.
indist. VIII. mense Novembri, apud Clarum lebrat,
montem, presidente ibidem Innocentio Papa II.
cum Cardinalibus & Archiepiscopis & Episco-
pis, & religiosi viris, cum multitudine sa-
pientum & literatorum virorum, celebrata est
Synodus, in qua de fide Catholica & anima-
rum adificatione, ac morum honestate, & ma-
lorum eradicatione, tractatum est, & obedien-
tia eidem Papa Innocentio adstanti ab univer-
sis est gratanter promissa. In eadem quoque Sy-
nodo concessum est Privilegium Clericis, quod
habetur in Decretis XVII. q. 4. cap. Si quis su-
adente. Ita Bernardus Otto Frisingensis lib.
7. cap. 18. de hoc Concilio habet: In civitate
apud Claromontem Concilium celebrans (sc. In-
nocentius II.) nuncios Lotharii (Imperatoris)
Conradum Juvavensem, Eribertum Monasterien-
sem, Episcopos, obvios habuit. Denique in-
Ap.

junio, & precibus ad Deum fuis, cum de eodem verbo tractaturi Rex & Episcopi cum Principibus confedissent: unum omnium consilium fuit, una sententia, ut negotium Dei, Dei famulo imponeretur, & ex ore ejus tota causa penderet. Quod ille timens licet & tremens, monitis tamen virorum fidelium acquiescens suscepit, diligenter profectus electionis ordinem, electorum merita, vitam & famam prioris electi: aperuit os suum & Spiritus sanctus implevit illud. Unus ergo omnium ore locutus suscipiendum ab omnibus summum Pontificem Innocentium nominavit, & ratum esse, omnes pariter acclamarunt. Hæc Bernardus. Eadem quoque (a) Theobaldus in vita Vilhelmi. De occurfu vero Regum idem Bernardus hæc habet: (b) In provinciam navigio delatus est, & Burgundiam transiens, Aurelianum pervenit. Ubi occurrentibus Episcopis, Rege pissimo Francorum Ludovico alacriter & honorifice susceptus est. Inde a Gaufrido Carnotensi Episcopo magnarum virtutum viro Carnotum deducitur, ubi etiam gloriosus Anglorum Rex Henricus ei cum maximo Episcoporum, & procerum comitatu occurrit. Hunc quoque Regem venerabilis Abbas Bernardus ad eum praesens adduxit, quem vix persuasit Innocentium recipere, ab Episcopis Angliæ penitus dissuasum. Cum enim omnimodis recalcitraret & detrectaret: Quid times ait? times peccatum incurrere si obedias Innocentio? Cogita, inquit quomodo de alius peccatis tuis respondeas Deo: istud mihi relinque, in me sit hoc peccatum. Ad quod verbum persuasus Rex ille tam potens, extra terram suam domino Papæ occurrit usque Carnotum. Hæc Bernardus Abbas, quibus Villhelmus Malmesburienfis addit ista, & ipse sui temporis res gestas scribens: Illi apud Carnotum ultro manus dedit Henricus Rex Anglorum scilicet, & apud Rothomagum non modo suis, sed optimatum, & etiam

(a) Theod. in vit. S. Vil. apud Sur. 2. 2. die 10. Feb. (b) Bernard. Ab. in vita S. Bern. l. 2. c. 1.

Reg. Anglorum nutantem S. Bern. confirmat.

PAGIUS Appendice ad Marcam Hispanicam numero CCCLXXX. refertur confirmatio Privilegiorum Monasterii Cuxanensis ab Innocentio II. facta cum hac subscriptione: Dat. apud Claromontem, &c. IV. Kal. Decembr. indit. VIII. Incarnat. Dom. anno MCXXX. Pontific. vero Domini Innocentii II. Papa primo, sed cum in bulla nulla sit mentio Concilii, post illud celebratum data puto. Sigonius lib. XI. de Regn. Ital. Concilium per Decembrem mensis habitum perperam scribit.

XXXIX. Concil. Antipapæ. Per urbem quidem Aniciensem transivit Innocentius II. ut mox vidimus, sed cum Petrus Venerabilis supra citatus asserat, cum geminum Concilium, nempe Claromontense & Remense congregasse, manifestum est, Innocentium II. non præfuisse Anicienfi, cujus meminit Guigo hujus temporis Scriptor in Vita Sancti Hugonis Gratianopolitani Episcopi,

Judeorum muneribus cum dignatus est. Sed & quomodo receptus est in legitimum Papam a Lothario Germaniæ Rege sic accipe a Bernardo Abbate ubi supra: Reversi interim de Germania Legati domini Papæ, tam Episcoporum, quam Regis assensum, & litteras detulerunt, & deprecationem publicam, ut ad eos transiens, suam eis desideratam exhiberet presentiam. Facile enim persuasi sunt recipere eum, quem jam ceteri recepissent. Sed detinuit eum dilectio & devotio Ecclesiæ Gallicanæ, & singuli & omnes visitationem Apostolicam expetebant. His subiicit de celebrato per Innocentium tunc in Gallia Concilio Rhemenfi, sed quod id contigit anno sequenti, de eo dicturi sumus inferius suo loco anno sequenti.

Inter hæc autem magno sonitu perstrepsens a Deo parata tuba illa cœlestis S. Bernardus, sive literis, sive sermone adversus schismaticos pro Catholico Pontifice circumquaque in Galliis afflatu spiritus intonuit bellicum. Quod autem ad epistolas spectat, extant ex eis nonnullæ tunc temporis datæ, quarum (c) prima ad Hildebertum Archiepiscopum Turonensem est scripta, cum non adhuc Innocentium in Romanum Pontificem recepisset. Ad quem postremo: Pudet fateor, quod serpens venustissimus nova audacia relicti insipientibus mulieribus, etiam robur pectoris vestri visus est attentare, & tantam Ecclesiæ columnam ausus concutere. Confidimus autem, quia cisti concutit, non deicit. Gerardus enim ille Engolismensis Episcopus Legatus (ut vidimus) Antipapæ, quæque in Aquitania miscens, contra Innocentium Anacletum recipiendum omnibus proponebat. Tunc & idem S. Bernardus magistrum Gaufridum magni nominis Theologum excitavit, virum ita compellans: (d) Quid enim? Tu tibi quiescis: & mater tua Ecclesiæ graviter conturbatur? Habuit sua tempora,

LX. Lothar. recipit Innocentium.

LXI.

(c) Bern. ep. 124.

S. Bernad. Hildebertum Turon.

(d) Id. ep. 125.

qui presentiam Papæ non tacuisset, qui tamen tantum ait: morbis licet, & atate consumptus! (c. S. Hugo) zelo tamen domus Dei, cujus diligebat decorem, perrexit Anicium, ut eundem cum aliis Episcopis excommunicaret Schismaticum, nempe Anacletum Antipapam.

Innocentius II. ante Concilium Claromontanum per Provinciam in Burgundiam delatus jam Cluniacum attigerat, & Majorem Ecclesiam celeberrimi hujus per hæc tempora Monasterii dedicarat, ut ex dictis num. XXXVI. & seq. intelligitur. Eum Ludovicus Franciæ Rex cum Philippo filio Rege designato apud Floriacense Cœnobium septem leucis ab Aurelia urbe distitum honorificentissime excepit, eumque, ut Christi & Petri Vicarium lætus & hilaris veneratus est. Paulo post Ordericus loco citato scribit: Apud Carnotum Henricus Rex Anglorum ad pedes ejus humiliter corruit,

XL. Innocentius II. a Regibus Francia & Angliæ salutatur.

Excitat S. Bern. Gaufrid. ad conversionem Comiti. Pictaviens.

quies, & sanctum otium hactenus sua negotia licenter libenterque exercuit. Tempus faciendi nunc; & de seipso: Non in nostris partibus una cum aliis Dei servis divino igne accensis, Deo cooperante, laboravimus in conveniendo populos in unum & Reges, ad diripiendum pravorum consensum, ad destruendam omnem altitudinem extolentem se adversus scientiam Dei, nec infructuose. Alemaniam, Franciam, Angliam, Scythiam, Hispaniarum, & Hierosolymorum Reges cum universo Clero & populis favent & adhaerent domino Innocentio. Et in fine eum ad conversionem Comitis Pictaviensis, per Gerardum Engolismensem Legatum intransversum acti his verbis hortatur: Nec quietis timeas detrimentum, quod non parvo tuae gloriæ incremento recompenfabitur, si fera illa vicina vobis tuo studio mansuecat, vel obmutescat, & tantam Ecclesiæ prædam, Comitem dico Pictaviensem, in manu tua Dei pietas de ore Leonis eripiat. Hæc ad Gaufridum. Sed de Comite Pictaviensi inferius dicendum, cum ad eum S. Bernardus est functus legatione.

LXII. (a) Idem ep. 126. Bernard. in Aquitanos Schismaticos Concil. expetentes.

Eodem quoque argumento tunc temporis (a) litteras dedit ad Episcopos Aquitaniam, Lemovicensem, Pictaviensem, Petragoricensem, & Xantonensem, & quidem prolixas valde, adversus præsumptionem & arrogantiam ejusdem Gerardii Engolismensis Episcopi, qui emerat ab Antipapa legationem commercio consensionis in pravitatem. De quo nos superius ex eisdem Bernardi litteris, quibus in eum ferreo stylo declamat. Corripit vero omnes ad quos scribit, adhuc schismate ab unitate abscissos, cum iidem eo se prætextu defenderent sic mansuros, quoniamque universalis Concilio audita & cognita causa, cui inhaerendum esset, prolata sententia, innotesceret. Quod autem satis sciret S. Bernardus hæc esse eorum verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis: hisce argumentis ipsorum redarguit vafrum consilium, artem dolosam, & impropere tarditatem: Ceterum nunc judicium expetunt, quod ante oblatam renuerant, tandem justitiam offerunt: ut videlicet si recusatur, justi vos videamini; & si recipiatur, litigantibus inter se partibus dilatio redimat tempus, & interim fiat aliquid; & ex verbis ipsorum:

PAGIUS

XLI.

rait, illique reverentiam Papæ debitam Idus Januarii sponte exhibuit. Hæc urbs XVIII. circiter leucis Gallicis ab Aurelianensi distat. De Henrico Angliæ Rege Arnulphus Gerardum Engolismensem alloquens cap. VI. scribit: De circumveniendo Rege Anglorum Henrico præcipue laborabas; & quia canteriatam conscientiam habens, Principi Catholico & sa-

porum: Quidquid, inquit, hactenus factum sit, modo quaerimus audientiam, judicium sumus subire parati. Tergiversatio est. Quid in omni impio conatu vestro vobis relinquitur aliud, quod asferre queatis ad seducendum simplices, ad armandum malevolos, ad vestram ipsorum palliandam malitiam? Si hoc non dicereis, quid dicereis? Ceterum jam Deus judicavit quod sero repetit homo. Judicavit autem operis evidentia, non decreti sententia. Numquid Dei judicium audeat humana temeritas retractare? Quid si causetur & clamet per Prophetam Deus: Tulerunt homines a me judicium? Non est consilium contra consilium Domini. (b) Velociter currit sermo ejus, in conveniendo populos in unum & Reges, ut domino Papæ Innocentio serviant & obediant. Quis revocabit?

Quod dicit S. Bernardus, sermone Dei declaratum esse Innocentium germanum Dei Pontificem: quomodo id acciperet, mox ita declarat, quod scilicet præstantiores in Ecclesia sanctitate viri, qui tunc sanctitatis existimatione florerent, omnes receperint Innocentium, & recipiendum pariter prædicaverint Innocentium. At quinam fuerint isti, qui hoc tempore inter tot caliginosas tenebras sanctitate clarescent, ita recenset, qui præ cæteris nominati ore omnium versarentur: (c) Dei, inquit, esse judicium senserunt, & consenserunt Galterius Ravennas, Hildegarius Tarraconensis, Norbertus Magdeburgensis, Conradus Salsburgensis Archiepiscopi. De esse judicium cognoverunt & acquieverunt Episcopi, Equipertus Monasteriensis, Hildebrandus Pistoriensis, Bernardus Papiensis, Landulphus Astensis, Hugo Gratianopolitanus, Bernardus Parmensis. Horum gloria specialis, & præcipua sanctitas, & auctoritas etiam hostibus reverenda, facile nobis, qui minorem & meriti & officii tenemus locum, aut errare secum aut sapere persuasit. Subiicit post hæc de Christianis populis, & monachorum Ordinibus, atque Principibus Innocentio inhaerentibus: Et tamen, sedit, adhuc isti, nescio qua contentiosa importunitate, & importuna contentione reclamant, vocant in causam orbem, & cum sua paucitate universitatem flagitant judicari: & qui præjudicaverunt de electione, de confirmatione rejudicare contendunt, tunc præpropere agentes

(b) Psal. 145.

(c) Bern. ep. 126.

pienti de suscipiendo Petro Leonis manifeste suggerere non audebas, ut neutrum suscipere mirabili solertia suggerebas (ita tamen ut in Petrum tua aliquanto prolixior oratio videretur): rem stare sub dubio, multos utriusque favore partis esse fautores, festinasse quosdam, qui jam multa paventia ducebantur: Petri Leonis in civitate inexpugnabilem esse potentiam, præsertim

Gerardus Engolism. Regem Angliæ in Antipapæ sollicitat.

LXIV. De non cogendo Concilio quaeso.

tes, modo præpostere retrahentes. His illatis, quam difficile, & quam etiam inutile esset & indignum, universale Concilium cogere, his declarat verbis:

Quis tantos quaeso in unum cogere queat exercitus utriusque ordinis Principum ne dicam plebium, & adducere in examinationem? Quis tot Sanctorum millibus persuadere sufficiat, quod prius edificaverint, iterum destruere, & abducere semetipsos in pravariationem? Quis deinde locus omnibus tantus, omnibus tuus? unversæ quippe Ecclesiæ negotium est, non unius causæ personæ. Videtis, quod de impossibili calumniam struitis matri vestræ? immo vobis foveam foditis, inquam præcipitemini, & laqueum nectitis quo teneamini, ne ad gremium revertamini matris vestræ? Sed ut Roma ipsa ab Anacleto deficiat, cui jam diutius dominetur, quam impossibile esset, etiam si iudicio universali ipsa causa terminaretur, ita subiungit primum de tanti difficultate iudicii: Mutet consilium suum Deus (secundum hominem dico) revocet sententiam, convocet a finibus terræ Concilium, iudicari bis in idipsum

PAGIUS

rim qui munitionibus maximis, qui pecunia plurima, qui denique parentum multitudine maxima fulvebatur. Assolvere multas ipsum non iustitia, sed potius invidia reprobatum, eo quod perspicax ejus ingenium & amplitudinem animi, & irrefragabilem potentiam reliqui verentur: neminem tamen esse qui posset eum urbis privare dominio, penes quam caput Ecclesiæ semper fuisse, sed & denique reversurum fore nullus ambigeret. Ipsum & eos qui cum ipso erant, sufficientes ex proprio, & omnes ad Apostolatam pertinentes civiles redditus obtinere non oportere ipsum ad alienas inspicere facultates, nec ad invertendum quilibet rei familiaris inopia compellendum. Si susciperet aliter, onerosum sibi, & suo regno fore, & quod Regi est etiam damno deterius, dedecus esset, si pars altera prevaleret. Nihil esse importabilius indigente Romano, sub cuius arbitrio constitutus. Dissimularet igitur, & rerum exitus potius expectaret, quam sera precipitem sententiam penitentia subsequatur. Ut tilius enim esse sine dispendio declinare pericula, quam cum gravi dispendio ipsis ultro periculis obviare.

XLII. Ab eo recitatur.

Agnovit Rex sapiens latentem in sermone serpentis astutiam, & venenum sub melle reconditum, quia scilicet ipsa non bona fide consulenti animo mandaveras, sed fallentis, ut dominus Papa prius qualibet arte fraudulenter excluso, ad loquendum pro Petro tibi commodior aditus appareret. Facilius enim ad frondem parti nostra vacuos vendicamus affectus, quam favore jam partis alterius occupatos. Ille vero non dissimulandum, sed laborantis Ecclesiæ necessitatibus adiutor ultraneus credidit occurrendum, ne persuasione tua probaretur accephalus; & ab uberibus matris tue fieret alienus. Quæ solius prosequitur Arnulphus.

XLIII.

Ad num. LXV. & seq. Baronius Guillelmum VIII. Pictaviensem Comitem & Aquitanie Ducem cum Guillelmo IX. confundit; quod mirum videri non debet, cum, ut observat

(quod ipse non facit) patitur: quosnam quaeso dabunt iudices sibi? Omnes quippe in parte sum, & paribus. De iudicio haud facile conveniet: atque ita ad litem magis quam ad pacem tantus conventus fatigabitur. Deinde velim scire, cui ille interim vellet credere Romanam, quam tanto amore ex longo tempore concupivit, tanto labore & sumptibus acquisivit, tanto fastu possidet, tanto pudore timet amittere, ne frustra convenisse seculum omne cernatur, si cum ille cadet a causa, Anacletus scilicet, non tamen cadat Roma? Alioquin quis causam spoliatus ingreditur? nec leges profecto cogunt, nec canones. Et hæc dicitur non de nostra iustitia diffidentes, sed a vestra caventes versutia. Quomodo namque iustitia præsent, pluribus docet.

Egit litteris, egit & præfens causam Catholicæ unionis. Siquidem ab eodem Innocentio Papa eidem S. Bernardo, necnon Episcopo Sueffionensi, credita est legatio ad Willelmum Comitem Pictaviensem, Ducem vero Aquitanie: de qua ista observatione digna habet Bernardus.

LXV. Legatio ad Comitem Pictaviensem.

Guillelmus VIII. Comes Pictaviensis a Guillelmo IX. distinguendus.

XLIV.

Castaneus a Rochepesæ Pictavorum Episcopus in Notis ad Litanias Pictonicas, quæ Tom. II. Biblioth. Labbei recitantur, Joannes Bellius, Regius apud Fontenacium Consiliarius, qui a paucis annis mortuus est, primus subductis temporum rationibus, Pictonum Comites, eisdemque Aquitanie Duces inter se distinxerit, & in ordinem digesserit. Guillelmo VIII. teste Chronographo Malleacensi anno MLXXXVI. patri in Principatum successit, annoque MCXXVII. naturæ debitum solvit, teste eodem Chronographo, qui annum a Paschate incipiens de eo & Guillelmo IX. ejus filio, de quo hic nobis agendum an. MCXXVI. scribit: Obiit Willelmus Dux Aquitanorum IV. Idus Febr. & Pictavis civitate apud Novum Monasterium sepultus est. Hic virtute secularis militia super omnes mundi Principis mirabiliter claruit: cui successit in Principatu Guillelmus filius ejus, qui obiit peregrinus apud Sanctum Jacobum in Hispania. Dux igitur Aquitanie, qui Anacleti partes tritus est, & Ecclesiam in illis partibus affixit, non Guillelmus VIII. sed Guillelmus IX. fuit; & Malmesburiensis a Baronio citatus, qui lib. 5. de Gest. Reg. Angl. ait, Guillelmum Comitem Pictavorum excommunicatum fuisse a Girardo Engolismorum Episcopo, iustamque illicitam venerem abicere, de Guillelmo VIII. non vero de Guillelmo IX. ut putavit Baronius, verba facit. Ordericus lib. XII. ait, uxorem Guillelmi (sc. VIII. Pictonum Ducis questam esse in Concilio Remensi anno MCXIX. habito, & Callistum II. qui eidem Concilio præerat, certum terminum constituisse, ut Guillelmus legitimam uxorem reciperet. Denique Petrus Pictaviensis Episcopus magna amicitia cum B. Roberto de Arbriffellis conjunctus eundem Comitem jamdiu ob adulterium sacris arcerat, & in exilio obierat, anno MCXV. teste eodem Chronographo Malleacensi.

Baronius non tantum adulterium, quod Malmesburiensis narrat, Guillelmo IX. attribuit; sed

(a) Bern. Bonevall. in vita S. Bern. l. 2. c. 6.

Deus magnis signis confudit Schismatics.

* f. evitabat.

(b) Vvill. Malmesb. de Vvill. Secunda l. 4.

PAGIUS

nardus Abbas Bonevallis in vita S. Bernardi: (a) Ut enim prius gesta breviter repetamus, ubi primum cepit audiri, quid adversus Ecclesiam Dei Gerardus ille machinaretur: ab Innocentio Papa adhuc in Galliis demorantem missi sunt Abbas noster Claravallensis, & Joslenus venerabilis Episcopus Sueffionensis, & Pictavium usque venerunt, ut tam ipsum Gerardum, quam prædictum Principem convenirent. At ille, jam eodem Principe persuaso, impudenter in Ecclesiam Catholicam, a qua se præcidebat, convitia jaculari, & pollicitam prius Innocentio subtrahere obedientiam, Anacletum suum electum dignius, & quicumque non obedirent, erroneos, & accephalos prædicare. Unde factum est, ut animati & armati in infantiam clericorum publice ex ea die persecutionem Catholicis intarent. Prius tamen quam sic eorum propalata fuisset & obfirmata perfidia, obtulerat Abbas sanctus in eorum ecclesia sacrificium Deo. Post cujus discessum Decanus ejusdem ecclesiæ altare, in quo divina mysteria celebrant, impie quidem, sed non impune confregit. Siquidem post breve tempus percussus a Deo, cum animam exhalaret, domum in qua moriebatur plenam vidit demonibus: & se a demonibus jugulari clamitans, cultellum a circumstantibus postulabat, quem immergeret gutturi suo, ut extracto demone viveret. Sed diabolus, cui datus erat, eum inter hæc verba extinxit, & pestilentem animam in infernum demersit. Archiepresbyter quoque, qui Petri in vasoris Pictaviensis Ecclesiæ Synodum denuntiabat, coram ipsis, quos ad conventum perfidia invitabat, a diabolo correptus est. Sed & in alios multos, qui in sebi Marte illo ferventiores extiterant, manus divina manifestam exercuerat ultionem. Propter hæc & alia hujusmodi ante homines confundi ceperat Gerardus; & timens opponi sibi, que negari non poterant, conventus publicos evadebat. Hæcenus de his ille ille. Quomodo vero post quinquennium iterata legatione conveniendus fuit Apostolica idem Dux Aquitanie Willelmus, quando tandem cedens Deo & ejus Vicario Innocentio, manus dedit, dicturi sumus suo loco. Modo autem ex Willelmo (b) Malmesburiensi Bibliothecario, res sui temporis scribente, de ipso aliqua scribenda

sunt, atque primum tantæ fuisse potentie, ut in Terram sanctam secum duxerint ingentem militum copiam, nempe exercitum sexaginta millium equitum, & multo plurimum peditum. Rursus vero tantum fuisse intemperantiæ, & omnium vitiorum fordibus inquinatum, ut gloriaretur cum malefaceret, & exultaret in rebus pessimis, cuncta condens malefacta salibus nugarum, & facetiarum, ad risum audientium extorquendum. Recitat idem auctor (c) de his pluræ & obscena valde, quæ libentius præterimus.

Quæ autem in Petrum Pictaviensem Episcopum ipsum excommunicantem peccaverit, hic totidem ejusdem auctoris verbis describemus, ait enim: Cum Petrus præclaræ sanctitatis Pictavorum Episcopus eum liberius argueret, & detrectantem palam excommunicare inciperet, ille præcipiti furoræ percitus crinem Antistitis involat, stricktumque mucronem vibrans: jam, inquit, morieris nisi me absolveris. Tum vero Præsul timore simulato, inducias patens loquendi quod reliquum erat excommunicationis, fidenter peroravit: Ita Comitem Pictaviensem a Christianitate suspendens, ut nec aliquo condonari, nec etiam loqui audeat, nisi mature respiceret. Ita officio suo, ut sibi videbatur, peracto, martyrtique trophaum sitiens collum protendit: feri, inquit, inquit feri. At Willelmus refractior consuetum leporem intulit, ut diceret: Tantum certe te odio, ut nec te meo digner odio: nec cælum unquam intrabis meæ manus ministerio. Verumtamen post modicum vipereo meretriculæ insectus sibi, incesti dissuasorem detrusit exilio. Ubi beato sine conclusus frequentibus, & magnis miraculis innuit mundo, quam gloriose vivat in cælo. Quibus auditis Comes dicacitate insolenti non abstinuit, professus palam penitere se, quod non ei jamdudum mortem accelerasset, ut ipsi anima sancta grates haberet potissimum, cujus favore cæleste mercata esset commodum. Recitat idem auctor duo epigrammata, alterum vivo, quo ejus sancta vita commendatur; alterum mortuo, quod sic se habet:

Exutus rebus, intentus, pulsus ab urbe Præsul, pauperiem, vincla, fugamque tulit. Nunc

S. Petri Episc. Pictaviens. certamen.

Epitaphii S. Petri Episcopi Pictaviensis.

nihil ab eo obtinuit, nisi in iterata Legatione post quinquennium peracta, de qua suo loco sermo erit. Arnulphus supra citatus converso ad Girardum Engolismensem sermone ait: Cum, Girarde, Regibus Hispanorum, Britannorumque Principibus eadem suggerendo mandasset (nempe quæ Henrico Angliæ Regi), & speratos fructus concinnata tibi mendacia non

CHRISTI 1130.

INNOCENTII II. PAP. I.

VACAT. IMP. OCCID. 5. JOANNIS COMN. IMP. 12.

Nunc dives, liber, stabilis, sua premia, Christum, Astra, capis, sequitur, possidet iste Petrus. Vitam religio, mentem discretio, famam Lux operum, studium lectio, verba modus. Judicium jus, justitiam rigor, ora venustas Ornabant, pietas viscera, virga manum. Promovit, privavit eum, profugumque recepit Papa, Comes, Christus ordine, sede, polo.

PAGIUS referrent, captivi demerore vesania infra domesticos parietes debacchari. Pictaviensem Comitum natus erroris socium, & schismatis adiutorem; quem etiam Pictaviensis Episcopi Catholicis senis (nempe Guillelmi Adelelmi, cuius depositionem petebat Guillelmus Dux hujus nominis IX.) negata depositio & contra sacratissimos Canones non exaudita petitio, indignatum pariter a Catholica repulit unitate.

Ad num. LXVII. Balduinus II. Hierosolymorum Rex, ut narrat Tyrinus lib. 3. cap. 26. & seq. Boamundus Princeps Antiochiæ, Comes Tripolitanus, & Comes Edeffenus fines Damascenorum ingressi sunt; sed confusa exercitus parte amissa mense decembri ad propria redire coacti sunt. Mortuus est interim Stephanus Patriarcha Hierosolymorum, cui successit Willelmus Prior Ecclesiæ Domini Sepulcri de eo loco, qui dicitur Messina, sed loco, Messinae, legendum, Meclina, cum ipsemet Tyrinus ibidem asserat, eum Flandrum natione fuisse & Mechlinia in Flandria sita sit. Ordericus lib. XIII. ad annum MCXXXVII. Hierosolymitanum Præfulem Radulfum appellat, sed manifesto errore, cum certo constat, post illum Christi annum Guillelmum Hierosolymorum Patriarcham in vivis fuisse. Sumisit igitur Ordericus Radulfum Patriarcham Antiochenorum circa hoc tempus, ut habet Tyrinus lib. XIV. num. X. electum pro Patriarcha Hierosolymorum, aut manifeste falsus est. Post eam expeditionem Boamundus Balduini Regis gener, hostium irruente subito multitudo, suis eum desitu-entibus, gladiis confossus interiit. Magnus Princeps, & Deo si vixisset amabilis, nisi mors immatura & mors invida humanis eum rebus subtraxisset, inquit Tyrinus, qui subdit, cum nullos reliquisset liberos, Balduinum Regem Antiochenum Principatum iniisse, & filia suæ Boamundi uxori Laodiceam, & Gabulum urbes maritimas concessisse.

Joannes de Colle-medio Archidiaconus Morinensis in Vita Beati Joannis Morinorum Episcopi, a Bollando ad diem XXVII. mensis Januarii recitata, cap. 9. dicit se Epitaphium ejus condidisse, in quo inter cætera ait: Anno Verbi Incarnati MCXXX. indictione octava, VI. Kalend. Februarii, obiit Vir venerabilis, totius amator religionis D. Joannes Episcopus, qui Roma in Generali Concilio, Urbano II. Pontifice presidente & approbante, in Episcopum hujus Morinensis Ecclesiæ, pridie Nonas Junii Presbyter, XVI. Kal. Aug. Episcopus consecratus est. Monasteria Regularium Clericorum, sive Monachorum octo fundavit, & Morinensium Episc.

XLVI. Moritur B. Joannes Episc. Morinorum 1130.

Hæc auctor de Willelmo ante Innocentii Papæ tempora. Nam historiam illam suam de gestis Regum Anglorum non nisi usque ad Callisti Papæ tempora perduxit.

Quod ad res pertinet Orientis, dum Christiani Principes aucti novis viribus orbis Occidentalis, cum magno apparatu confidentes in potentia virtutis suæ, obsident Damascum: ab eo qui exaltat humiles, & dispergit superbos, de cælo pugnatum est contra eos, vitæque nebulis, imbribus, ventis, favente Deo his omnibus hostibus, coguntur re infecta, sed malis ipsi confecti ad propria remeare. Rem gestam Willelmus Ty-

tricesimus fuit. In ejus Vita Auctor testatur, eum fuisse Canonicum Regularem in monasterio, quod dicitur in monte Sancti Eligii, paucis miliaribus a civitate Atrebatensi semoto, ac discipulum existisse Ivoanis, postea Episcopi Carnotensis. In ea ejus virtutes fuisse enarrantur: Sed in loco mox ex ejus Epitaphio relato aliqua verba desiderantur. Anno enim MCXCVIII. ex eodem Joanne de Colle-medio monstravimus, eum in Belgio Presbyterum & Episcopum anno MCXCIX. ordinatum fuisse.

Mediolanenses cum Anselmo Archiepiscopo suo nulla habita ratione excommunicationis, de qua anno MCXXVIII. locuti sumus, Anacleti Antipapæ partibus adhæserunt, ut refert Landulfus Junior apud Puricellum in Monum. Basil. Ambros. num. CCCL. Honorio defuncto, Anacletus Papa Romanorum secundus huic Mediolanensi (nempe Anselmo; hic autem Auctor Anacletum Papam vocat, quia Mediolanenses Innocentium II. Papam non agnoscebant) Stolum (idest Pallium) per suos idoneos Nuncios Joannem Palestrina Episcopum (quem Anacletus in locum Guillelmi Cardinalis Prænephini Innocentio II. addictissimi subrogat, quod in isto Schismate in aliis Episcopatibus etiam actum), & Beltranum Subdiaconum Romanum mandavit. Quam Stolum ipse Anselmus Pontifex (qui eam ab Honorio II. non impetrat) Clero & populo Mediolanensi circumstante & colaudante (assumit) & Anacletum Papam ejusque Legatos & legationem reverenter suscepit: pars vero sibi adverso inde magis detrabere sibi cepit. At plenitudo Cleri & populi ad eum quoque concurrebat, timorem quoque & reverentiam Regi Conrado & Papa Anacletis ex dilectione portabat. Ex quibus apparet, Conradum & Anacletum inter se concordatos fuisse; quæ concordia usque ad Concilium Pisani anno MCXXXIV. celebratum duravit.

Pergit Landulfus Junior: Et dum hic spes fuit in plenitudine Ecclesiæ & civitatis Mediolani, & venditiones & Privilegia, qua egregii Capitanei de Besana & de Porta Orientali atque homagna, & Gregorius Papa VII. & Urbanus Papa II. Presbytero Liprando fecerunt, vim suam obtinuerunt, & oculis omnium latuerunt (idest, licet laterent) nulla guerra scitatis. Mediolanenses ignominiam, sed Papiensibus, Cremonensibus, Novariensibus, cunctisque suis inimicis late & splendide ipsi Mediolanenses præstiterunt. Porro Mediolanenses ideo Cremonenses defendebant, quia hi Cremonensi Ecclesiæ contributi se se Mediolanensibus applicuerant, ut refert Sigonius lib. 11. Hist. de Reg. Ital. ubi

LXVII.

XLVII. Mediolanenses Anacletum sequuntur

XLVIII. Anselmus Archiep. Mediolanensis contra se

CHRISTI 1130.

INNOCENTII II. PAP. I.

VACAT. IMP. OCCID. 5. JOANNIS COMN. IMP. 12.

Tyrus Archiepiscopus scribit, (a) atque demum ut rem memorabilem certa temporis nota consignatam relinquat, hæc ait: igitur octavo Idus Decembris, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo, regni domini Balduini Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS ubi & recte narrat bellum a Mediolanensibus hoc anno & duobus sequentibus adversus Papienses feliciter gestum; sed felicitas hæc cessavit culpa Anselmi Archiepiscopi Mediolanensis, uti tradit Landulfus Junior cap. 41. apud Puricellum laudatum num. CCCL. At ubi Anselmus Archiepiscopus contra ipsas venditiones & Privilegia voluit & fecit (quod accidit anno MCXXXIII. cum anno anteriori adversus Innocentium II. & Lotharium Imper. adhuc stare Mediolanenses) & multitudo Cleri & populi ipsas venditiones & Privilegia legere voluit; contigit, quod quidam manipulus militum Mediolanensium captus est a Cremonensibus, &c.

Puricellus citatus num. CCCLII. perperam credit Sanctum Bernardum Parmensem Episcopum, & Presbyterum Cardinalem Legatum fuisse Innocentii II. & Mediolanenses excommunicasse. Quod secuti essent partes Conradi Regis hoc & duobus sequentibus annis; & his non obstantibus eum communicasse cum Anselmo Archiepiscopo Mediolanensi, & ab eo petiisse, ut sibi videre liceret corpus Sancti Ambrosii; quia inquit Puricellus, tunc non adeo constabat, Innocentium esse, an potius Anacletus esset legitimus Pontifex. Fundatur Vir doctissimus in Vita ejusdem Sancti Bernardi Parmensis ab Auctore coætaneo, vel fere coætaneo scripta, neque advertit eum ordinem temporum non servare. Hic enim Anonymus cap. 46. ait: Aliquando cum Mediolani pro hujusmodi negotiis (nempe pro pace Ecclesiæ & Imperii, ubi neque annum, quo hoc contigit, designat, neque Pontificem Romanum, qui tunc sedebat) per dies aliquot moraretur; Archiepiscopum rogavit, ut sibi beati Ambrosii Reliquias videre permitteret, quas nocte sequenti vidit. Idem Anonymus cap. 40. refert gesta ab eodem Sancto adversus rebellionem Mediolanensium; eorumque schisma, & ait: Unde cum Mediolanenses contra Romanam Ecclesiam inhibitionem Conradum in Regem cum suis favoribus elegerint, vir Dei non formidans terreni imperii Principatum, præfatum Conradum, ejusque sequaces excommunicatos publice nunciavit. Hæc duo Puricelli fundamenta.

Verum hoc accidit. anno MCXXVII. ideoque ante Conradum Coronationem, eoque tempore quo Mediolanenses & Anselmus eorum Archiepiscopus averti erant ab Honorio II. non vero ab Innocentio II. tunc enim S. Bernardus Parmensis Mediolanum profectus est, & Reliquias S. Ambrosii videre voluit, & deinde Conradum jam Regem coronatum, & ejus sequaces excommunicavit. Certè non magnum egisset Bernardus, si excommunicationem illam vibrasset post Decretum Concilii Papiensis anno MCXXVIII. congregati, quod vult Puricellus; sed contra maxime laudandus quod primus Conradum Regem excommunicavit. Quare Auctor Vitæ sancti hujus Præfatis in ea narratione temporis rationem non habet.

Hoc anno Sanctus Kanutus Rex Obotritorum ac Dux Sleswicensis, Erii Boni Daniae Regis filius, a Magno Nicolai Daniae Regis filio proditorie occisus est, uti narrat Helmoldus

XLIX. S. Bernardus Episc. Parmensis Conradum Ducem excommunicavit.

L. Illa excommunicatio anno MCXXVII. facta.

LI.

duodecimo; accidit hoc in eodem fere loco, ubi quadriennio prius insignem & cunctis memorabilem de isdem hostibus idem Rex obtinuerat palmam. Mirabile est, & vere mirabile est supra opinionem hominum quod de sua virtute præsumentes

in Chron. Slavorum lib. 1. cap. 50. & seqq. Martyr. Krantzius lib. 3. Vandalicæ ca. 23. & seqq. Grammaticus Saxo lib. 13. qui tamen nefaria hujus cædis annum non designant; sed Hieronymus Cypræus citatus ab Adolpho Cypræo in Annal. Episc. Sleswicensium cap. 21. & 23. Molanus in Addit. ad Usuardum, Stephanus Stephanus in Not. ad lib. XI. Saxonis Grammi & Henricus Wolterus in Chronica Bremensi ab Henrico Meibomio Juniore Tom. II. Rerum Germanicarum publicata, hoc Martyrium cum præfenti anno recte illigasse videntur, licet Bollandus ad diem VII. mensis Januarii, quo Sanctus Kanutus colitur, illud circa annum MCXXXIII. distulerit; ex dicendis enim Christi anno patebit, eadem illam citius contigisse. Erius Bonus Daniae Rex proficiscens ad bellum Hierosolymitanum Nicolao fratri Regnum cum filio Kanuto commendavit, accepto juramento, ut si non rediret, filio suo, postquam adolevisset, regnum contraderet, inquit Helmoldus. Mortuo Eriico Rege dum Hierosolyma rediret, Nicolaus Regnum obtinuit, eo quod Kanutus adhuc esset infantulus. Erat Nicolao Regi filius nomine Magnus, cujus insidias Kanutus, ubi adolefcere cepit, veritus, Regnum Obotritorum a Lothario Imperatore emit, seque ejus beneficiarum dixit. Verum post aliquot annos Magnus per insidias Principem innocentem peremit.

Duo fuerunt Kanuti Reges in Sanctorum numerum relati, & Martyrii gloria coronati. De priori egimus anno MLXXXI. diximusque posteriorem, de quo hic Sermo, illius ex fratre nepotem fuisse, non vero filium, uti scripsit Baronius ad annum MDLXIV. num. L. ubi de Canonizatione Sancti Kanuti Obotritorum Regis verba facit. Porro Obotriti Mecklenburgicam ditionem, ac Wagriam tenuerunt. Sleswicensis vero Ducatus est Jutia Meridionalis Provincia, quæ Holfatiæ Ducibus parer, qui etiamnum a Dania Regibus Ducatum Slevici feudum accipiunt. Krantzius lib. 3. cap. 30. ait, Lotharium Imp. Sancto Kanuto coronam Regiam decrevisse ac Regem appellasse Obotritorum: Ea enim Provincia in ejus erat procuratione; hac præsertim ratione, ut illustraret Romanum imperium, quod tum videretur illi strius, si Regibus imperaret. Addit Krantzius existimare se nostri seculi Danorum Reges inde deduxisse titulum Regum Danorum & Vandalorum, nam moriens Kanutus Regium titulum transmisit ad posteros, subdit idem Historicus.

Honorius Augustodunensis Ecclesiæ Presbyter & Scholasticus, qui scripsit librum de Scripturis Ecclesiasticis, variaque alia Opuscula, quæ extant Tom. XX. Biblioth. Patrum Edit. Lugdun. & Tom. XII. Edit. Colonienf. hoc anno composuit Seriem Romanorum Pontificum, hæc enim his verbis clauditur: Innocentius II. qui fuit Pontifex ordine CLXV. Christi anno MCXXX. Honorium alioque Scriptores Ecclesiasticos continuavit Miræus in sua Bibliotheca Ecclesiastica usque ad annum circiter MDCXL.

Anno MCXXX. Thomas de Marla, dominus de



LII. Fuit Rex Obotritorum & Dux Sleswicensium

LIII. Floret Honorius Augustodunensis

LIV.

CHRISTE INNOCENTII II. PAP. I. 1130.

VACAT. IMP. OCCID. 5. JOANNIS COMN. IMP. 12.

tes humilias, aeternae Salvator, & qui in homine confidunt, & carnem ponunt brachium suum, jaculo tuae maledictionis, meritis exigentibus confodis &c. Post haec vero admodum deplorata, sub-

licit idem auctor de obitu Stephani Patriarchae Hierosolymorum, & subrogatione in locum ipsius Willelmi Belgae Mechlinia oriundi.

Sc.

PAGIUS Interitus Thoma de Marla.

de Conciaco, persecutor Ecclesiae pessimus interficitur, inquit Auctor Chronici Sancti Medardi Sueffionensis apud Dacherium Tom. II. Spicilegii. Fufius haec mors ad hunc annum narratur in Chron. Roberti de Monte juxta editionem Francofurti curatam. Sugerius tamen in Vita Ludovici VI. Franciae Regis pag. 316. vocat eum Thomam de Marla, aitque Dominum fuisse Cociaci, & cum in Diocesi Laudunensi habitaret, Cociacum, castrum omnino inaccessibile, captum & ad mortem fauciatum fuisse a Comite Viromandensi Radulpho, qui una cum Episcopis & Regni Optimatibus Ludovico VII. Franciae Regi persuasit, ut Laudunum ad ulciscendum adventaret. Loquitur postea Sugerius de miserabili morte ejus, quam & eodem modo refert Henricus Huntingdoniensis in Epistola ad Walterum de Mundi Comitem, recitata a Wartono in fine Tomi II. Angliae Sacrae, qui in Praefatione ejusdem Tomi dicit, eam anno MCXLV. scriptam esse: Thomas, inquit Huntingdoniensis, Princeps magnus juxta Laudunum in Gallia principans, magnus erat nomine; quia summus erat sceleris. Ecclesiam igitur circumjacentibus hostilibus, omnes in solum suum redegerat. Si aliquem vel dolo in captione sua tenebat; non falso dicere poterat; dolores inferni circumdederunt me (Psalmo 116.). Cades humana, voluntas ejus & gloria. Comitissam contra solitum in carcere posuit; cui crudelis & spurcus, compedes & supplicia diebus, ut pecuniam extorqueret, suprum noctibus inferebat, ut eam videret. A carcere in lectum (Thomae) homines crudelissimi quaque nocte ferebant; a lecto quaque die in carcerem referebant. Pacifice loquens proximum, in corde non sine visu gladio transpungebat. Unde gladium sapius sub chlamyde nudum ferebat, quam vaginatum. Hunc igitur homines timebant, venerabantur, adorabant. Fama omnis Gallia circa illum. Crescebat in dies ejus possessio; crescebat thesaurus; crescebat servitus. Audire finem scelerati desideras? Gladio lethaliter percussus, penitentiam recusans, & a Corpore domini collum rotorquens, sic perit, ut bene dici possit: Conveniens vita morte fuit ista tua.

IV. Obitus Tarasia Portugalliae Reginae.

Era MCLXVIII. inquit Sandovalius fol. 147. juxta documentum a Duarto Licentio in Chronico reformato Portugalliae, pag. 26. relato, obiit Regina Tarasia, mater Regis Alphonis Henrici Portugalliae Comititis. Ea Regina appellabatur, quia filia erat Alphonis VI. Castellae & Legionis Regis, Imperatoris nuncupati, & nupserat Henrico Comiti Portugalliae Lusitaniam per sex & decem annos rexerat, & duobus ante mortem Alphonso filio eam tradidit, seu sponte cedens ut multi volunt,

seu bello victa, ut alii in literas misere. Ait Sandovalius Alphonsum Henricum Tarasiae filium quandam donationem fecisse; in Charta originali exhiberi signum vel notam singularem, intus hanc vocem scriptam, Portugallia, & hoc tempore nondum gentilitia sicuti symbola in usum vocata fuisse. Extat in summa Chronici Gothorum memoria obitus Tarasiae ad annum MCXXX. his verbis designati: Era MCLXVIII. obiit Regina Tarasia mater Alphonis, Kalendas Novembris, anno secundo Regni eius, nempe Alphonis, qui tamen nondum Rex appellabatur.

Alphonso Castellae Rex, ut tradunt Garibajus lib. XII. cap. 2. Sandovalius in Alphonso VII. fol. 145. & seq. & antiqua Historia Toleti ab eodem Sandovalio exscripta, primam suam adversus Mauros expeditionem suscepit, invitatus a quodam Principe Mauro ditionibus suis spoliato. Hunc Alphonso Rex honorifice excepit, & arce magni momenti Ruada appellata ab eo accepta, ut par pari redderet, in Legionis, Castellae & Toleti Regnis eidem terras assignavit. Alphonso Rex ingenti conflato exercitu in hostiles terras ingressus vastavit Illarcon, vulgo Alacor Castellae novae oppidum, Almodovarum Campi, aliaque oppida. Regem in hac expeditione comitati sunt Magnates Regni, Raimundus Archiepiscopus Toletanus, & magna Episcoporum pars, qui hoc tempore tenebantur Regem ad bellum procedentem sequi.

Hoc circiter anno mortuus est S. Isidorus Madritensis, qui fuit simplex agricola, & vitam sanctissimam in matrimonio duxit. Ejus Vita saculo decimo tertio a Joanne Diacono scripta, & in Actis SS. Bollandianis ad diem XV. mensis Maii recitata Gregorius XV. anno MDCCXII. Philippi IV. Hispaniarum Regis efflagitatu cum in Sanctorum numerum retulit.

In Germania Lotharius Imp. Wirceburgi seu Herbipoli Concilium convocavit, de quo Chronicon Magdeburgense adhuc ineditum ad hunc annum habet; Concilium XVI. Episcoporum mensis Octob. a Rege Wirceburg congregatur, cui affuit Archiepiscopus Ravenna, Apostolicae Sedis Legatus; ubi Gregorius, qui & Innocentius, qui Petro Leoni in electione prevaluit, a Lothario Rege & omnibus ibi congregatis, eligitur, & confirmatur. Gualterius enim, qui Ravennatenus Archiepiscopus erat, Innocentii II. partes cum suis Ravennatenibus perpetuo secutus est, ut habet Rubens lib. 5. Hist. Ravenn. qui tamen sicuti & Labbeus Tom. X. Concil. hujus Synodi mentionem non facit.

LVI. Alphonso Castellae Rex primum in Mauros movet.

LVII. Obitus S. Isidori Madritensis.

LVIII. Concil. Herbipolense.

JESU CHRISTI ANNUS 1131.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 2.

VACAT. IMP. OCCID. 6. JOANNIS COMN. IMP. 13.

I. Rhemens. Concil.

Sequitur annus Redemptoris millesimus centesimus trigessimus primus, Indictione nona, quo Rhemis in Gallia Concilium celebratur. Ita codex Vaticanus ubi per annos singulos Innocentii res gestae scribuntur. Hoc item Sugerius in Vita Ludovici Regis Francorum, qui post nonnulla quae praecesserunt Rhemense Concilium, nempe paschae celebrationem factam Parisiis, sic narrat de eodem Innocentio Papa: Instantem sancti Paschae diem apud nos in Ecclesia B. Dionysii, tamquam speciali filia, affectat celebrare. Hoc autem ob timorem Dei & Ecclesiae matris, & filiae gratanter pridie Cae. Dom. suscipientes celebrerim Deo & hominibus perseverantes professionem, adventum ejus odis exultationis, collantes amplexati sumus. Cae. ergo Domini apud nos more Romano & sumptuoso donativo, quod presbyterium nominant, celebrata: venerandam Domini Crucifixionem venerando profectus, sanctissima Resurrectionis Vigiliis honore debito pernoctavit. Summo mane vero extrinseca via ad Ecclesiam marutini intrata, cum multo collateralium collegio quasi secreto communicavit, ibique more Romano seipso preparantes, multo & mirabili ornatu circumdantes capiti ejus Phrygium, ornamentum Imperiale, instar galeae, circulo aureo concinnatum imponunt, albo & palliato equo insidentem educunt; ipsi etiam palliati equos abis operturis variatos equitantes, odas personando, festivo geminati procedunt. Barones vero Ecclesiae nostrae ferrati, & Castellani nobiles, stratores humillimi pedes cum equitantes freno deducebant. Quidam etiam praevii copiosam moneram ut turbam impediendum removerent, jactabant. Via autem regia & salicibus, & fixis stipitibus pretiosis paleis rutilabat. Cum autem & militia cunei, & po- Anno. Eccl. Tom. XVIII.

Processio Innocent. ad Eccl. S. Dion. Paris.

*aulxis.

PAGIUS SAC. XII. Anno E. r. H. sp. MCLXX. Anno He. g. r. DXXVI. inchoato die 28. Novemb. fer. 2. A. C. 1131.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6624.

20. D. 11. P. 19. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1131.

INNOCENTII II. PAPÆ 2.

LOTHARII REG. 7.

JOANNIS COMNENI IMP. 14.

Num. I. ad XV. professionem Gallicam, Urbani II. Paschalis II. Gelatii II. & Callisti II. Pontificum Romanorum suis locis supplevimus, annoque praecedenti de Innocentio II. in idem Regnum adventum narravimus.

puli multi concursus & honoratissime occurreret: nec etiam ipsa Judaeorum Parisiensium excocata defuit synagoga, quae Legis litteram, rotulam scilicet & velatam offerens: ab ore ejus Pontificis scilicet, hanc misericordia & pietatis obtinet supplicationem: Auferat Deus omnipotens velamen a cordibus vestris. Praeveniens vero ad Sanctorum basilicam coronis aureis rutilantem, argenti & plus centies, auri pretiosarum gemmarum & margaritarum splendore fulgurantem, divina divine celebrans: Agni veri Paschalis victimas sacratissimas nobis cooperando immolavit. Finita vero Missa erectis in claustris palustrato mensis, materialium agnum tamquam thoris accubitatam jamerent, cetera nobilis mensae fercula consueto more suscipiunt. Sed & sequenti die eandem ab Ecclesia S. Remigii ad principalem, reciprocam processionem iterant scilicet. Transactis itaque tribus post Pascha diebus, cum gratiarum actione, & auxilii & consilii promissione, Parisium transtulerunt. Exinde Galliarum Ecclesiam visitanda, & de earum copia inopiae suae defectum supplendo, cum per terram aliquantisper deambulasset, Compendii demorari elegit. Subiicit post haec miserandum casum filii Regis nata maximi, cum perterrefactus equus cui insidebat, porco obvio, eundem adolescentulum dejecit in terram, desuper ipsum equo ruente, quo & fuit extinctus. Quomodo autem ad leniendum Regis moerorem de obitu primogeniti, suaserunt amici, ut ungi faceret ab Innocentio Papa secundogenitum, idem Sugerius qui aderat, historiam narrat: quam & nos paulo inferius subiciemus, disturi prius de aliis rebus gestis in eodem Concilio.

Hujus Concilii Acta perire, sed de eo tantum apud Bernardum (a) Abbatem N n n z Bo-

II. (a) Vit. S. Bern. l. 2. c. 11.

Nunc quae hoc anno a Baronio omissa e variis Scriptoribus eruere conabimur. Henricus itaque Angliae Rex, qui Normannia, ubi tunc morabatur, Carnotum properavit, die XIII. mensis Januarii hujus anni Innocentium II. invisit. Statutum est in Curia, inquit Chronographus Mauriniacensis, hinc ad Patrium Romanorum Teutonicorum Regem (nempe Lotharium II.) iter dirigere, & de Carnoto statione prima Mauriniacum hospitari. Mauriniacum vero est in suburbio Autissiodori; a Monasterio Mauriniacensi aberat Abbas, ad quem velociter a Monachis nuntius missus. Abbas & Prior accurrunt velociter, & jam pene ingredientem Mauriniacum Dominum Papam suscipiunt gaudenter, procurant solemniter. Altera vero die (nam biduo apud nos mansit) Papam, Cuiamque Abbas supplex adiit, quatinus altare quod erat ante Crucifixum consecraret, humiliter postulavit.

Bonævallis hæc habentur in vita S. Bernardi his verbis: *Perlustrata igitur Francia, Innocentius Papa Rhemis convocavit Concilium, in quo multis ad honorem Dei dispositis, Regem Ludovicum vivente patre pro Philippo fratre coronavit in Regem. In omnibus his dominus Papa Abbatem, S. Bernardum videlicet, a se separari non patiebatur, sed cum Cardinalibus in rebus publicis assidebat. Sed & privatim quotquot habebant negotia, virum Dei secretius confulebant. Ipse vero audita referebat ad Curiam, & oppressis patrocinia exhibebat. Igitur soluto Concilio &c. Hæc tantum ibi. Interfuit eidem Concilio una cum cæteris S. Norbertus Episcopus Magdeburgensis, cujus meminit auctor, agens de rebus in eodem Concilio gestis: (a) Convocatoque Rhemis Concilio, convenerunt undique Episcopi de diversis nationibus, advenit & pater Norbertus: ibique illum Petrum intrusum excommunicaverunt, & electione Innocentii approbata, eundem Petrum Leonis leoni rugienti, nisi resipisceret, tradiderunt. Attulit autem Norbertus secum Ecclesie sue privilegia verustissima, & fere a vermibus consumpta, quæ cuncta Romano munimine fecit renovari & corrigi, apponens ea quæ receperat, de manibus illorum, qui ea injuste & violenter rapuerant. Addidit præterea aliud privilegium secreto, ut cum daretur opportunitas, Romana fultus auctoritate, Ordinem suæ religionis in Episcopali propagaret Ecclesia. Hactenus ibi de rebus in Synodo Rhemensi peractis.*

III. In eodem quoque Rhemensi Concilio, rogante Ludovico Crasso Francorum Rege, idem Pontifex Innocentius consecra-

(b) Apud Sur. die 6. Junii c. 47.

Anaclet. excommunicatur in Concilio Rhem.

III.

PAGIUS

vit, & impetravit. Anno igitur Incarnati Verbi MCXXX. (anno scilicet a Paschate inchoato,) XIII. vero Kal. Februarii a Domino Papa Innocentio II. in Ecclesia Mauriniacensi Canonici consecratum est altare ante Crucifixum, in honore S. Laurentii, & omnium Martyrum Christi. Inter eas venerabiles personas, quæ huic sanctæ consecrationi adfuerunt, venerabiliores fuerunt, Episcopi Cardinales, Guillelmus Prænestinus, Matthæus Albanensis, (qui anno superiori Legatus in Franciam missus non fuerat, ut putavit Baronius, ut vel hic locus ostendit) Joannes Ostiensis, Guido Tiburtinus. Nominantur postea ibi Cardinales Presbyteri, & Diaconi qui adfuere, tum Bernardus Abbas Clavarium vallium, qui tum temporis in Gallia divini verbi famosissimus predicator erat, Petrus Abailardus Monachus & Abbas (nempe Ruyensis in minori Britannia) & ipse vir religiosus, excellentissimarum Rector Scholarum, ad quas pene de tota Latinitate viri literati confluebant, &c. Gaufridus autem Carnotensis Episcopus ad populum sermonem fecit. His ita cum maximo tripudio peractis, luce tertia dominus Papa cum suo comitatu latus discessit; ac maximas gratias pro hospitalitate reddens, ad suum colloquium, quod apud Leodium fuit, profectus est. Quibus ex verbis perspicuum fit,

vit in Francorum Regem successoremque Ludovici patris ejus filium, Ludovicum etiam nominatum, ejusdem nominis Septimum numeratum. At de ista novi Regis consecratione Sugerius Abbas S. Dionysii, qui eam suavit ipse Regi seniori, ita scribit: *Qui ergo intimi ejus & familiares eramus formidantes ob jugem debilitati corporis molestiam ejus subitum defectum: consulimus ei, quatenus filium Ludovicum, pulcherrimum puerum regio diademate coronatum, sacri liquoris unctione Regem secum ad refellendum aulorum tumultum constitueret. Qui consiliis nostris acquiescens, Rhemos cum conjuge, & filio, & regni proceribus devenit, ubi in pleno & celeberrimo, quod dominus Papa Innocentius convocaverat, Concilio, sacri olei unctione & coronæ regni deportatione in Regem subinatum, felicem providit regno successorem. Unde multis quasi quodam præsidio videbatur, ejus debere amplificari potentiam, qui tot & tantorum & tam diversorum Archiepisc. Episc. Francorum, Teutonorum, Aquitanorum, Anglorum, Hispanorum suscepit benedictionem copiosam. Cumque pater vivi gaudio defuncti dolorem allevians Parisium rediret: dominus Papa, soluto Concilio, Antisiodori deiegit demorari. Hæc Sugerius præfens cuncta spectans, ac scribens.*

Rursus autem, quod ad idem Rhemense Concilium spectat: extant duo sermones apud S. Bernardum, habiti in Rhemensi Concilio, alter ad clericos, ad Episcopos alter, cum tamen ad Episcopos, vel potius in Episcopos dicti esse reperiantur, quorum vita haud esset consentiens dignitati: qui S. Bernardi nomine

Ludovic. VII. Rex ab Innocentio consecratur.

IV. In Concilio Rhem. quid de Rom. Pont. auctoritate.

II. Concil. Leodiens.

Gaufridum Carnotensem Episc. nondum Sedis Apostolicæ in Gallia Legatum fuisse, ideoque & errasse Eruditos, qui Martyrium Sancti Thomæ Prioris monasterii Parisiensis Sancti Victoris cum hoc vel superiori anno connexerunt; cum certum sit, illud contigisse Gaufrido Episc. Carnotensi Legatione Apostolica in Galliis fungente.

Pergit Chronographus: *Ubi Lotharius Rex Alamannorum, Patricius ac Imperator Romanorum, &c. cum omnibus Archiepiscopis, Episcopis & Proceribus Regni sui Innocentium Papam patremque recognoscit, & se cum eo Romanitatum, & in sedem propriam restitutum sacramentum spondit. Agebatur tunc de canonizatione Sancti Godehardi Episcopi Hildensheimensis anno MXXXVIII. demortui, uti seculo præcedenti diximus, & Auctor Anonymus testis oculatus eorum, quæ narrat in Appendice de Miraculis a Sancto Præsule in vita patris, quæ extat in Actis SS. Bollandianis ad diem IV. mensis Maii, quo colitur, cap. 1. ait: In Leodicensem civitatem Curia indicta est, ubi Innocentius Papa cum Romana Ecclesia, & magna parte Gallia cum Lothario Rege & fere universis Episcopis Theutonice regionis, convenerunt; ut de violentia Romana Ecclesia per Petrum Leonis perpetrata, qui tum*

ne evulgati, & inter ejus scripta recensenti, alterius potius auctoris esse, admonuit censura recentior. Nec est quod in alio aliquo Rhemensi Concilio ea prior oratio habita dici possit, cum constet ex ea, jubente Romano Pontifice, qui aderat, eam dictam fuisse, ut ex ejus patet exordio ipsis verbis: *Grave est quod mihi injungitur, videlicet, ut doceam Doctores, instruum Patres, præsertim cum scriptum sit: (a) Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi. Sed præcipit mihi Moyses iste, cujus manus graves (b) sunt, cui obediendum est non solum a me, sed etiam ab omnibus. Et plusquam Moyses hic. Moyses commissus fuit una plebs Israelitica; isti autem universa Ecclesia. Et plusquam Angelus hic. Cui enim Angelorum dixit aliquando Deus: (c) Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis & secundum officium dico, non secundum meritum. Præter Deum non est similis ei, nec in cælo, nec in terra. Hic est Petrus, qui misit se in mare, cum alii Discipuli navigarent ad JESUM. Unusquisque vestrum contentus est navicula sua, hoc est Archiepiscopatu suo, Abbacia sua, Præpositura sua: iste autem misit se in omnes Archiepiscopatus, Abbacias, Præposituras &c.*

V. Hic vero Rhemensi hujus Concilii occasione describamus Anacleti Antipapæ epistolam ad unum ex suis, quem habebat in Galliis defensores (carer enim titulo) in qua perstringit Rhemensem Archiepiscopum, cum excommunicatum, pronuntiavit ipsum pseudopontificem, & Innocentium Papam Catholicum promulgavit, & in ipsum amaro animo amaras vomuit contumelias, verbis istis: (d)

(a) Exod. 17. (b) Deut. 32. (c) Mat. 16.

V.

(d) Ex cod. Cass. ep. 36.

PAGIUS

temporis Papatum sibi violenter usurpavit, pertractarent; & qualiter illud idolum, in templo domini positum, destruerent, elaborarent. Factum igitur est, ut ad Dominicam Latæ Hierusalem (Dominicam nempe IV. Quadragesimæ, quæ hoc anno in diem XXIX. mensis Martii cadebat), ad prædictam civitatem multum Catholicis viri, tam cum Apostolico, quam cum Rege convenirent, & de communi statu Ecclesie pertractarent. Inter quos Præses noster Bernardus (Episcopus Hildensheimensis) cum Majoribus nostræ Ecclesie assistens, videns opportunitatem ultro sibi collatam, ipsum Apostolicum cum omni Curia Romana aggreditur; Vitaque Pastoris nostri coram ipse recitatur; & ut per eum in Ecclesia Dei canonizetur, devotissime preces funduntur. Sed cum consuetudo sit Romana Ecclesia in generali Concilio Sanctos Dei canonizare, quod tunc temporis in Remensem civitatem in festo S. Luca indictum fuerat; accepto consilio, petitionem Ecclesia nostra usque in præ-

Dilectionis tuæ fervorem, quem penes nos, & Romanam Ecclesiam gestare videris, esse litterarum tuarum series minime testarentur, in corde tamen nostro legimus, quid debeamus de devotione sentire. Proinde quod idiota Rhemensis, truncus inutilis in te, & in Ecclesiam tuam nequiter & impudenter egisse dignoscitur, nequaquam te moror aliqui seu dolor afficiat, præsertim cum in nos & in Romanam Ecclesiam, cui se juramento astrinxit, quasi ebrius & vino aestuans, bisfrionum more, multa insolenter vomuerit, ponens quidem in calum os suum, ut lingua ejus transeat super terram. Tamquam alter Dioscorus. Sedem natus est Apostolicam judicare, dum iniquitatis zelus quod plantarium in Dei Ecclesia fovere molitur, & statuum in campo Dura velut alter Babylonius, furiosorum more, quibusque simplicibus suggerit adorare. Cum eadem, cui se prostravit, statua, a lapide de monte succiso, præstante Domino, velociter contereatur. Porro nos latratus ejus & ineptias ceu canum latratus, & energumorum furias judicamus. Fundamentum siquidem Dei immobile perseverat, & Cathedra Petri, locusque Pauli nullis præstigiis inumbrari, nullis possunt irrationibus concuti. Ecclesia namque omnis Romana, sicut ab initio promotionis nostræ, individua nobis charitate coheret, & sacris per omnia concordans canonibus, unum Dei est ovile, & ei unus est pastor. Licet quoque (f) Esau per agrestia & abrupta vagetur, ut simplicium mentes mendacis consuetis convertat: Ja cob tamen simpliciter domi habitat, & interveniente matre simplex

* s. zelig.

(e) Dan.

3.

(f) Gen.

27.

dictum locum distulit, ibique definiturum certissime promissit. [1]

Egidius Aureæ vallis monasterii Cisterciensis Monachus, qui testatur se Historiam Pontificum Leodiensium desisse scribere anno Domini MCCLI. cap. 27. De adventu Innocentii Papæ in urbem Leodiensem hæc habet: *Anno Domini MCXXXI. Gregorius, qui Innocentius dictus est secundus, multo comitatu Episcoporum & Abbatum a Francia in Lotharingam transit, & Dominica IV. Quadragesimæ (legendam, Dominica III. ut sequentia indicant) qua est XI. Kalend. Aprilis, Leodium venit. Ibi a Lothario Rege Alemannia, & a Domino Alexandro Leodiensi Episcopo, & aliis multis Episcopis, & Abbatibus tam Lotharingis quam Transrhenensibus, muneribus honoratur, tota civitas in obsequio fervet, & Dominica in medio Quadragesimæ (Quarta scilicet) ab Ecclesia Sancti Martini in publico monte usque ad Ecclesiam Sancti Lamberti publicam*

III. In eo Lotharius II. Imperator coronatus.

& so-

NOTÆ [1] Plus aliquid de hoc concilio Leodiensi proditur in Annalibus Bofoviensibus vulgatis ab Eccardo in Corp. Historic. tom. 11. col. 1007. Afferitur enim adfuisse ibi Episcopos L. in pristinam sedem restitutum fuisse Attonem Halberstadensem dudum ab Honorio pontifice depositum; decretum insuper Presbyteros parochianos (Parochos) castor & sine uxoris esse debere, uxorati vero presbyteri Missam a nemine audiendam esse. MANSI

CHRISTI
1131.

INNOCENTII II. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
JOANNIS COMN. IMP. 13.

simplices preparat patri cibor. At quomodo (ut hæc interferam) non magis Jacob similitudinem exprimit Innocentius, dum fugiens minas Esau peregrinari consilio matris suadet ad externas regiones, manente domi Esau licet primogeniti benedictionis expertus Sed pergit: Ut tibi omnia breviter perscringamus, gloriosus filius noster Rogerius * Dux Apulia ad pedes nostros humiliter veniens, nos Papam Catholicum & legitimum dominum suum, prædecessorum suorum more recognovit. Archiepiscopi, Abbates omnes Apulia, Calabria, sicut omnis etiam Orientalis Ecclesia, Hierosolymitana, Antiochena, & Constantinopolitana nobiscum sunt, & nos visitant & frequentant. Noveritis etiam nos solo Concilio, quod apud Barum quinto Idus Novembris, præstante Domino, celebraturi sumus, Mediolanum properanter ascensuros. Tu itaque filii in Christo charissime, confortare in Domino, & officium tuum viriliter age, & virulenta verba, seu minas Rhemenfis nullatenus formides. Hucusque Anacletus.

Rex.

Barense Conc. indictum ab Anaclet.

PAGIUS

IV. Innocentius II. Parisos venit.

V. Cenam Domini in monasterio S. Dionysii celebrat.

Quod autem S. Norbertus Magdeburgensis Episcopus Archidiaconum suum, appellatam ad Romanum Pontificem subsequutus non fuisset, nec Romam causam profecturus ad Anacletum contulisset: pro Archidiacono ad eum ista tum Anacletus, ac si legitimus esset Papa, rescriptit: (a)

VI.

Lator presentium Atticus Ecclesie tue Archidiaconus ad Apostolorum Limina veniens, a fraternitate tua se vehementius prægravatum, in nostra & fratrum presentia intimidavit. Retulit siquidem te de prodicione ipsum coram fratribus impetisse, seque negasse; & tibi canonicè satisfactum in Capitulo respondisse. Cum igitur statuta die ad agendum pro eadem causa in tuam & Capituli presentiam devenisset, teque accusatorem sicut & iudicem (quod omnino rationi & iustitiæ adversatur) apertius intelligeret, Sedem Apostolicam appellavit, & terminum, quo sibi coram Pontifice Romano iustitiam faceret, nominavit. Post hæc autem appellatorem, sicut ipse asserit, accepta occasione de obitu prædecessoris nostri bonæ memoriæ Papæ Honorii, eum ad nos, sicut

(a) Anacletus ep. 18. in cod. Cas.

Quæ Anacletus in S. Norbertum.

nativo, quod Presbyterium nominatur (est donativum, quod Summi Pontifices distribuere solent, maxime cum inaugurantur, ut multis exemplis ostenditur in Glossario Ducangii in voce Presbyterium) celebrata, venerandam domini crucifixionem venerando profectus, sanctissima Resurrectionis vigiliis honore debito pernoctavit. Summo mane vero extrinseca via ad Ecclesiam Martyrum in strata cum multo collateralium collegio quasi secreto commoravit, ibique more Romano se ipsos preparantes, multo & mirabili ornatu circumdantes, capiti ejus Frigium (seu Phrygium præcipuum capitis Summi Pontificis ornamentum, de quo vide dicta anno MCVII. num. II.) ornamentum Imperiale instar galeæ circulo aureo circumnatum imponunt, albo & palliato equo insidentem educunt, ipsi etiam palliati equos albis operituris variatos equitantes, odas personando festivo geminati procedunt. Barones vero Ecclesie nostræ feodati, & Castellani nobiles, stratores humilissimi pedites eum equitantes frano deducebant. Quidam etiam prævii copiosam monetam, ut turbam impediendam removerent, iustitabant. Via autem Regia, & salicibus & fixis stipitibus pretiosis palliis rutilabat.

VI.

Cum autem & militia cunei & populi multo concursus ei honoratissime occurreret, nec eam ipsa Judæorum Parisiensium excacata defuit Synagoga, quæ Legis literam, rotulam scilicet velatam (vide quæ anno superiori n. XXVII. de rotulo, qui idem est ac rotula, diximus) offerens, ab ore ejus hanc misericordia & pietatis obinet supplicationem: Auferat Deus, Omnipotens velamen a cordibus vestris. Perveniens ergo ad Sanctorum Basilicam coronis aureis rutilantem, argenti & plus centies auri pretiosarum gemmarum & margaritarum splendore fulgurantem, divina divine celebrans, agni veri Paschalis victimas sacratissimas nobis cooperando immolavit. Finita vero Missa, erectis in claustris palliis strato mensis, materialium agnum tanquam thoris accubitati sumunt, ca-

tera

CHRISTI
1131.

INNOCENTII II. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
JOANNIS COMN. IMP. 13.

sicut obtulerat, venientem, beneficiis suis Ecclesiasticis & aliis rebus expoliasti. Perpendat ergo fraternitatis tuæ prudentia, quam græve, quamque inconveniens sit, ut illud Sedi Apostolicæ privilegium coneris auferre, quod ex divino munere, atque antiqua sanctorum Patrum traditione usque nunc per Dei gratiam meruit obtinere, & per Apostolorum principis merita B. Petri, pro quo ne ejus deficiat fides, ipse Christus oravit, usque ad finem inviolabiliter obtinebit. Eapropter fraternitati tuæ mandamus, & Apostolicæ Sedis auctoritate præcipimus, ut eidem Archidiacono quæ astulisti, cum integritate restituas, & quiete deinceps omnia tenere permittas: proximis autem B. Martini octavis nostro te conspectui representes, plenam de eo iustitiam in nostra & fratrum presentia resepturus. Per presentia etiam tibi scripta mandamus (quemadmodum antecessor noster beate recordationis tibi mandavit) ut filios nostros Ecclesie Magdeburgensis Canonicos ad nos venire volentes prohibere ulterius non præsumas, si B. Petri gratiam & dilectionem volueris. Nos enim tibi aut honori tuo nihil detrabimus: sed si in te non remanserit, pleno totius charitatis affectu, iam te, quam Ecclesiam tibi commissam diligere, ac præstante Domino, cupimus honorare. Datum Romæ apud S. Petrum XV. Kal. Julii. Hæc ad

sanctum Norbertum, qui interea temporis sequens Innocentium, in Concilio Rhemeni (ut audisti) & alibi adversus ipsum Antipapam strenue laborabat. Sed jam quæ secuta sunt Rhemense Concilium videamus. Bernardus Bonavallis Abbas sic pergit: (a) Igitur solo Concilio, Leodium dominus Papa Romanorum Regi occurrit; & honorifice quidem susceptus est: Sugerius autem in vita Ludovici Crassi ponit occursum Lotharii Innocentio Papæ factum hoc eodem anno, sed ante Rhemense Concilium, atque his ipsum verbis describit: Visitando itaque Gallicanam, sicut res exigebat, Ecclesiam, ad partes se transfert Lotharingorum, ipse scilicet Innocentius Papa. Cui cum Imperator Lotharius civitate Leodii cum magno Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Teutonici regni optimatum collegio celeberrime occurrisset, in platea ante Episcopalem Ecclesiam humillime seipsum stratores offerens pedes per medium sanctæ processions ad eum festinat, alia manu virgam ad defendendum, alia frænum albi equi accipiens, tamquam dominum deducebat. Descendente vero totâ statione eum subbrachiando deportans, celsitudinem paternitatis ejus notis & ignotis clarificavit. Hæc Sugerius S. Dionysii Abbas. Sed quæ ista sint secuta inter Lotharium & Innocentium contentio-

VII.

(a) Bern. Ab. in vita S. Bern. l. 2. c. 1.

PAGIUS

VII. Ignis morbus Parisii miraculo se sanatur

tera nobilis mensa fercula consueto more suscipiunt. Sed & sequente die eandem ab Ecclesia Sancti Remigii ad principalem reciprocationem. Transactis itaque tribus post Pascha diebus, cum gratiarum actione, & auxilii & concilii promissione Parisium transievit. Exinde Galliarum Ecclesias visitando, & de earum copia inopia sua defectum supplendo, cum per terram aliquantisper deambulasset, Compendii demorari elegit, quod oppidum est XVIII. leucis a Parisiis in boream distans. Recitat hunc Sugerii locum Baronius, sed ad intelligentiam eorum quæ in medium adducimus, hic omittendum non fuit.

cellentis Sanctæ Genovefæ, seu festum miraculorum, cujus ad diem XXVI. Novembris in multis Martyrologiis mentio, ut videre est apud Bollandum citatum. Ad perpetuam hujus rei memoriam adificata Parisiis est Ecclesia juxta antiquam Basilicam, dicataque Deo sub honore & nomine B. Genovefæ de Miraculo Ardentium.

VIII.

Hoc morbo igneo diu vexata est Gallia. Nam Gaufredus Prior Vossensis scribit ad annum MXCIV. Aquitaniam tunc temporis eo atrocissime afflicte: & ex omni parte ad S. Martialem Lemovicensem confluisse populorum ac Principum turmas, ejus interventu levamen mali quærentes: tumque Sanctum Pardulfum innumeris coruscasse miraculis. Seculo superiori exeunte Sancti Antonii Abbatis Congregatio hujus morbi occasione in Delphinatu instituta, annoque MCCCXVIII. idem ignis facer extinguitur est Sueffione precibus Deiparæ Virginis, qua de re Magister Hugo Farfius scripsit libellum, quem Picardus Canonicus Regularis Sancti Victoris, in Notis ad Epistolam XXXV. Divi Bernardi, testatur inveniri MS. in Biblioth. Victorina, cujus aliud exemplar MS. dicit se vidisse Oudinum in Supplem. de Script. Eccl. in Hugone Farfio. Editus est libellus iste ad calcem Historiæ Gallicæ B. Mariæ Sueffionensis a paucis annis Parisiis. Scripsit ad Hugonem Abbatem incerti loci Epistolam duas Sanctus Bernardus. Plures tamen per hæc tempora fuisse Hugones Farfios, ostendit Mabilionius in Nota ad Epist. XXXV. Divi Bernardi, ideoque incertum, an Hugo iste idem sit cum eo, de quo loquimur. Denique Anselmus Gemblacensis in Chron. ait an. MCCCXIX. hæc

iones & discordia, idem qui supra Bernardus Bonevallis sic narrare pergit: Sed velociter obnubilata est illa serenitas. Siquidem importune idem Rex instituit tempus habere se reputans opportunum, Episcoporum sibi restituit investituras, quas ab ejus predecessore Imperatore Henrico per maximos quidem labores & multa pericula Romana Ecclesia vendicarat. Ad quod verbum expavere, & expalluere Romani, gravius sese apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinaverint Romae. Nec consilium suppetebat, donec murum se opposuit Abbas sanctus, Bernardus scilicet. Audacter enim resistens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira auctoritate compefcuit. Hæc ipse.

S. Bern. Lothar. Regem redarguit

VIII.

Hic tu videas redargui mendacissimum Petrum diaconum Cassinensem, dum in gratiam ejusdem Lotharii, cui postea (ut suo loco dicturi sumus) inhæsit, adversus tam apertissimam veritatem de investituris, affirmat eas ab Innocentio Papa in conventu Leodiensi Lothario fuisse concessas, sic dicens: (a) Innocentius igitur Germaniam ingressus, a Lothario Rege juxta Leodium excipitur, virgam ei & anulum antiquo ex more confirmans, & terram Comitisse Mathildæ condonans. Hæc ipse Petrus, qui adversus Catholicum Papam Innocentium una cum suis pro schismaticorum parte

(a) Pet. diac. Chr. Cas. l. 4. c. 99.

PAGIUS

hanc plagam ignis divini Carnotum, Parisios, Sueffionem, Cameracum, Attrebatum, & alia multa loca pervasisse, & ope genitricis Dei Mariæ extinctam fuisse, quod pluribus narrat: Parisiis Rotomagum, indeque Bellovacum Innocentius II. profectus est. Nam in Biblioth. Clun. pag. 1393. refertur Rescriptum datum Belayaci per manum Americi S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii XIII. Kal. Junii. indict. VIII. Incar. Dom. anno MCXXXI. Pontificatus vero Domini Innocentii Papa II. anno II. Eo Rescripto confirmat Innocentius donationem centum marcarum monasterio Cluniacensi. factam ab Henrico Angliæ Rege; atque Pontifex: Hæc donatio apud Rotomagum ab eodem filio nostro Henrico Rege Incarnat. Dominica an. MCXXXI. indict. IX. mense Maio, die dominica in nostra

IX. Innocentius II. varias urbes perustrat.

NOTÆ

[1] Ad ea supplenda, quæ a Pagio hic omittuntur circa itinerarium Innocentii per Gallias adnotandum censeo, pontificem post moram Bellovacensem iterum se Autissiodorum contulisse, ubi literas dedit ad Hugonem Rotomagensis archiepiscopum consignatas Altissiodori VII. Kal. Augusti MCXXXI. quibus illum monet ut abusus quosdam, qui in provinciam Normanniæ gliscere coeperant, reformet. Vulgavit literas hæc P. Bessin in sua Collectione concilior. Rotomag. par. 2. pag. 22. Ex his autem colligo pontificem seu bis ivisse Parisios, seu male scripsisse Sugerium a Pagio hic num. 9. relatum, dum asserit Innocentium ad S. Dionysium pascha celebrasse. Cum enim teste Chronographo Mauriniacensi apud Pagium hic numer. 4. Leodio Autissiodorum venerit, ibique diutius substitit; dein Turonum perrexerit, ac tandem rursus per Aurelianensem Stampensemque provinciam rediens, sua presentia Parisios illustraverit; & in eo regressu Altissiodoro pertransiens ibi literas a nobis laudatas VII. Kal. Augusti dederit; patet utique Parisios vel bis vel diu post pascha venisse. Nisi forte reputaverimus postquam Parisios degressus fuit, & Bellovacum Rotomagumque invisit, iterum Altissiodoro se restituisse. MANSI

stetit, ac laboravit, ut sæpe inferius ex suis ipsius scriptis intelliges. Sed & in eo etiam mendax esse convincitur, dum juxta Leodium donationem terræ Mathildæ factam ab Innocentio asserit. Nam diploma Pontificis de ea re conscriptum Romæ datum legitur, ut anno sequenti suo loco dicturi sumus. Suggestum tantum non exactum de investitura a Lothario, quod petierat, Otto (b) Frisingensis affirmat. Antequam e Galliis recederet Innocentius papa, non invisisset tantum nobile monasterium Cluniacense, sed & insuper ejus Ecclesiam dedicasse Petrus (c) ejus monasterii hujus temporis Abbas affirmat. Sed & post ipsum Leodiensem conventum Claravallense cœnobium sancti Bernardi petiisse, qui ejus vitam scripsit idem qui supra Bernardus Bonevallis narrat his verbis: (d) Rediens autem Leodio, Claramvallem dominus Papa per seipsum voluit visitare. Ubi a pauperibus Christi, non purpura & bysso ornatis, nec cum deauratis Evangeliiis occurrentibus, sed pannosis agminibus scopulosam bajulantibus Crucem non tumultuantium classicorum iustruo, non clamosa jubilatione, sed suppressa modulatione affectuosissime susceptus est. Flebant Episcopi, flebat ipse summus Pontifex: mirabantur Congregationis illius gravitatem, quod in tam solemnibus oculi omnium humi defixi, nusquam ga-

(b) Otto Frising. l. 7. c. 18. Cluniacum visitat Innocentius. (c) Pet. Clun. l. 3. c. 34.

(d) Vita S. Bern. l. 1. cap. 1.

Visitat Claramvallem papa.

X. Sueffione legitur: Ecclesia B. Medardi Sueffionis dedicatur a Domino Innocentio Papa II. pridie Pontificatus sui anno secundo, in honore B. Mariæ semper Virginis, & Sanctorum Apostolorum & Martyrum, & in honore B. Medardi Episcopi & Confessoris idus Octobris. Pridie siquidem Papa ante dicationem Ecclesia pridie Odonem Abbatem B. Medardi, nolente, sed contradicente Epi-

gabunda curiositate circumferrentur, sed cæmposius palpebris ipsi neminem viderent, & ab omnibus viderentur. Nihil in Ecclesia illa vidit Romanus quod cuperet, nulla ibi supellex eorum sollicitavit affectum, nihil in Oratorio nisi nudos viderunt parietes. Solis moribus poterat inbiare ambitio, nec damnosa poterat esse Fratris bujismodi præda, cum minui non posset asportata religio. Gaudebant omnes in Domino & solemnitas non cibi, sed virtutibus agebatur: panis ibi autopyrus pro similia, pro * careno sapa, pro rhombis olera, pro quibuslibet deliciis legumina ponebantur. Si forte piscis inventus est, domino Papa appositus est, & aspectu non usu in commune profecit. Hæc ipse de paupertate & observantia Claravallensium. Quid autem invidia diaboli, unum illorum tunc invadentis acciderit, sic Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

Episcopo Sueffionensi Aurelianus benedixit pridie Kalendas Octobris. Hujus Dicationis ab Innocentio II. peractæ meminere & alii.

XI. Concil. Remense.

Dominum Papam Remam proficiscentem, Episcoporum, Abbatum, Literatorum, Nobiliumque Clericorum grandis numerus sequebatur, inquit Chronographus Mauriniacensis. Loquitur de hoc Concilio Baronius num. II. & duobus sequentibus, illudque habitum XIV. Kalend. Novembris, teste Dodechino in Chron. In eo Innocentius II. Anaclethum & suos fautores excommunicavit, sique in partibus Germania usque ad septimum annum permansit, inquit Urpergensis in Chron. sed quoad septennalem Innocentii II. in Germania moram, certum est eum falli, septennio enim, quo Roma absuit, nonnisi in Gallia & in Italia mansit. Illis af-

auctor narrare pergit: Invidi diabolus & servorum Dei gloriam, quos tanti hostis nobilitabat presentia, ferre non valens: dum in choro alacriter psallerent & devote, presentibus etiam nonnullis ex Cardinalibus, qui in auditu & aspectu eorum delectabantur: aliquantos Fratrum horribili pavore turbavit. Nam & unus præ cæteris occupatus, a demone scilicet, blasphemam quædam verba locutus est; Dicite, inquit, Ego sum Christus. Et alii plures territi & tremebundi ad B. Patris vestigia confugerunt. At ille conversus ad cæteros, orate, inquit. Ac deinceps sub silentio eos qui turbati videbantur, eduxit, atque compefcuit: ut nequissimus ille, qui conventum pietatis transerre conabatur in theatrum, & scholam innocentia in derisum, non ut putabat existimationem religiosorum hominum corrumpere posset, sed

fuerunt XIII. Archiepiscopi, & CCLXIII. Episcopi, & Abbatum ac Monachorum & Clericorum magna multitudo. Illuc Rex & Regina, & tota Nobilitas Francia confluerunt, inquit Ordericus lib. XIII. pag. 895. Hujus Concilii Acta periere, sed septemdecim Canones in eo conditi leguntur Tom. X. Concil. In quarto officio atque Ecclesiastico beneficio privantur, qui a Subdiaconatu & supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, in quinto præcipitur, ut nullus Missas eorum audiat, quos uxores vel concubinas indubitanter habere cognoverit; & in undecimo treuga Dei tempore ibi expresse observari præcipitur. Obiter observanda morem Conciliorum, feria secunda inchoandorum. [1]

Philippus puer (major natu Ludovici VI. Franciæ

XII.

NOTÆ

[1] Hujus concilii acta indicantur in Codice Uldarici Bbergensi ab Eccardo vulgato, in collectione Historie. Medii ævi to. 2. pag. 15. Ibi vero quædam exhibentur quæ in XVII. canonicis apud Labbeum vel frustra quæras vel aliis verbis & sensu exprimentur, ut illud de folis tantummodo literatis ad audiendam expositionem Sacrarum literarum, lectionem Divinitatis, admittendis, ubi secreta Divini Mysterii pertrahenda sunt. Sicut etiam illud, ne clerici, & possidentes beneficia ecclesiastica diversi incedant sine habitu clericali, sed tonsis capillis, vestibus rotundis. Tum aliud, ut mortui Sacerdotis vel Episcopi bona ab œconomo in commodum successoris curentur. Denique pro rusticis disponitur pax in corpore, & in rebus, dum eunt, vel redeunt, vel commorantur in agricultura, vel in aliquo opere manuum. Additur insuper excommunicatio solemnem ritu cereorum ardentium inclinatione in Petrum Leonis & Conradum qui se Regem dixerat, & quem Honorius II. anathemate perculerat. Sed quoad concilium hoc Remense animadvertere hic juvat, canones illos XVII. quos concilio huic ascribunt, duo MSS. Codices unde a Sirmondo qui omnium primus illos descripsit, deprompti fuerunt, Claramontanum ab Innocentio anno præcedenti, celebratum pertinere; id autem constat, I. quod canon XIII. Si quis suadente Diabolo &c. & recensetur inter canones Claramontanos a Baluzio vulgatos Can. X. & Claramontano pariter ascribitur a Bernardo Guidonis in Libel. de conciliis, & a Prolemao Lucenti apud Baluz. in Nota ad hoc concilium, legenda in Collect. Veneto-Labbeana to. XIII. col. 1448. II. quod fere omnes ii canones qui Remensi concilio tribuuntur, totidem verbis inter Claramontanos legantur; id vero in omnibus canonicis, exceptis V. IX. XIV. animadvertas. Vicissim autem plura sancita fuisse scimus in concilio Remensi, quæ in canonicis hîc vel aliter, vel nusquam leguntur, ut patet ex summa Canonum Remensium quam ex Codice Uldarici supra dedimus. Sicut & constat ex epistola LV. Innocentii relata in eadem Collect. col. 1442. in qua Pontifex asserit mandatum a se fuisse in concilio Remensi ut Abbatum obedientiam & professionem Episcopi susciperent, quam dispositionem in canonicis XVII. frustra quæras. Censeo igitur canones illos XVII. collectionem esse canonum ex duplici concilio ab Innocentio in Galliis celebrato Claramontano & Remensi, & forte etiam Leodiensi derivatam. MANSI

sed se proderet, & conatus suos experiretur infirmos. Tanta siquidem celeritate omnia sunt sedata, ut personas illas quæ prope astabant, omnino latuerit quod acciderat, & malignus hostis velociter increpatus, non modo scandalum eis quod parabat, inferre nequiverit, sed nec ad illorum notitiam rem perferre. Factumque est ex eo, ut ampliori se custodia. Fratres manirent, & merito, & numero, & possessionibus deinceps cresceret Claravallis, & multiplicatis Conventibus, fere per omnem latitudinem loci illius distaretur religio: ipse etiam Abbas sancter ex tunc amplius solito miraculis claret & signis. Hactenus de Claravallensibus Innocentium Papam excipientibus.

X.

(a) 2. Cor. 8.

At quid tunc ipse Pontifex? cum Cluniacensium divitias aspexisset, atque Claravallensium esset extremam intuitus paupertatem, secundum illud Apostoli: (a) Abundantia vestra illorum inopiam suppleat. Satuerit placuit, ne Cistercienses monachi, ut hactenus factum esset, decimas persolverent Cluniacensibus, sicque illa dura penitentie eos reddidit absolutos. Quo facto vehementer Cluniacenses perturbati sunt, cumque parere cunctarentur, fuerunt censuris Ecclesiæ compellendi, nempe excommunicatione terrendi, & interdicto multandi. Qua de causa eorum Abbas Petrus ad eundem Innocentium Papam querulam satis scripsit epistolam; (b) ubi inter alia: Rogat igitur, venerabilis Pater, fidelis & semper subiecta majestati Apostolica Congregatio vestra, ut ab amore paterno novi filii, nempe Ordinis Cisterciensis nuper exorti, veteres, Cluniacenses scilicet, non expellant. Quoniam etsi novi diligendi, non tamen propter novos, nisi promeruerint, sunt veteres abiciendi. Recordamini, quantum ab antiquis in populo Dei primogenitis deferretur: ut nisi Esau primogenita vendidisset, numquam ei, licet sanctior Jacob, in primogenitorum dignitate, non

(b) Pet. Cl. l. 3. ep. 33. Innoc. Pap. Cisterciensibus dat privilegium ne decimas solvant

PAGIUS
Innocentius Ludovicum filium Ludovici VI. Francia Regis consecrat.

cia Regis) nuper in Regem unctus, dum in civitate Parisiis equo vehitur, porcus equi pedibus se forte submittens, equum super ipsum præcipitem dedit, & de ejus subita & miseranda morte Francis luctum induxit tertio Idus Octobris, inquit Ordericus pag. 895. & Pseudo-Robertus de Monte in Chron. Ludovici novi Regis consecrationem Ludovico VI. suavit Sugerius. ut ipsamet in Vita Ludovici VI. scribit qui addit, cum cum Adelaide Regina, Philippo filio, & Regni Proceribus Remos venisset, & Concilio interfuisse. Igitur eo die solito clarior Sol illuxit, ait Chronographus Mauriniacensis, & rebus agendis suum obsequium præsentare visus est. Papa mane summo de Palatio Pontificis egrediens cum suis Curialibus & Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus ad Ecclesiam B. Remigii, ubi Rex cum filio hospitatus erat,

dico præferretur, sed nec etiam conferretur. Si ergo primogeniti sumus, dignum est, ut quod non vendidimus, pro junioribus non perdanus &c. Sed in epistola (c) sequenti, quam eodem argumento ad Haimericum Cardinalem diaconum Cancellarium dedit, ista fufius pertractavit, digna quæ hic describeretur, nisi cusa reperiretur, quæ possit a cupientibus legi. Porro non a decimis tantum Cluniacensibus persolvendis exempti sunt Cistercienses, sed etiam ab iis, quas secularibus clericis solvere soliti erant: quarum gratia querelæ in eos sunt magno opere dilatatae. Extat de his epistola Richardi Archiepiscopi Cantuariensis ad Abbatem Cisterciensem, apud Petrum (d) Blesensem, qui in fine sæculi hujus claruit. Sed redeamus ad Petrum Cluniacensem Abbatem, qui scripsit tunc etiam querelis plenam ad ipsos Cistercienses de his (e) epistolam. Quæ quod a nonnullis in deteriore partem esset accepta, idem Petrus anno sequenti ad eundem Cistercienses excusatorias litteras dedit, quibus charitas, quæ aliqua ex parte inter eos læsa videri posset, arctiori vinculo, immo insolubili glutino compacta persisteret. Quæ quod brevior sit, nec remorari diu Lectorem possit, hic describendam putavimus, sic enim se habet: (f)

(c) Id. ep. 34.

(d) Pet. Bles. ep. 82.

(e) Pet. Cl. l. 3. p. 35.

(f) Id. ep. 36.

Charissimis & venerabilibus Fratribus in Christi nomine apud Cistercium congregatis Frater Petrus humilis Cluniacensium Abbas salutem, ob quam convenerunt, æternam.

XI.

Relatum mihi est a pluribus, quod litteræ, quas præterito anno charitati vestrae mea humilitas destinavi, quosdam vestrorum læserint, & a stabilitate non jam novitiæ, sed antiquæ dilectionis eorum animos paululum commoverint. Quæ postquam didici, ferre non valui, ut tanta tamdiu inter nos habita charitatis dulcedo quibuslibet occasionibus vel in modico amarescat. Unde iterato præsentem epistolam mitto, ut si ita est, ut auctori,

perrexit, & cum magna devotione atque processione Monachorum decentissime suscipitur. Ibi que Romani Pontificis omnibus insignibus indutus, ac, ut sibi consuetudinis est, in sacris magnisque festivitatibus, Frigio (seu Phrigio quod præcipuum est capitis Summi Pontificis ornamentum, ut anno MCVII. diximus) innumera Ecclesiastici atque militaris Ordinis, plebisque multitudine conspicitur, ad Ecclesiam matricem, quæ in honore B. Mariæ consecrata est, cum puero consecrando pervenit &c. Facta ea consecratio a Papa Innocentio, octavo Kalendas Novembris, ut habent Pseudo-Robertus de Monte laudatus ac Ordericus lib. XIII. pag. 895. & quidem accurate; Chronographus enim Mauriniacensis jam scripserat factum id fuisse dominica die, quæ hoc anno in diem XXV. Octobris incidit. Iste Ludovicus post

Lu-

læioni, quam prima intulit, sequens morderetur, & glutino sancti Spiritus diversa conjungente quantalibet nostrarum scissura mentium uniat. Viderint primæ illius epistolæ lectores, quo eam spirituegerint, quo sensu ejus interpretati sint: novi ego me (quod tamen sine fastu aliquo dictum accipite) non superbia, sed humilitatis, non discordiæ, sed pacis in dictando spiritum habuisse, & teste eo, quem fallere non possum, de charitati, quam in cordibus vestrorum decimarum illarum occasione percipiari videbam, eo modo providere voluisse. Et quia (a) vae peccatori dicitur, terram ingredienti duabus viis: nolui juxta (b) Prophetam in corde & corde loqui, nec coram amicis, inter quos omnia nuda esse debent, duplicitatis velamine cor velare, ut dum nodum sine regimine sapientia vestra videret, communi congregatorum consilio ad dissolvendum efficacius laboraret. Hæc tota fuit causa scribendi: quæ si tunc ignota aliquos scandalizare potuit: nunc saltem me manifestante, relecta, opto & precor, ut fratribus charissimis ad plenum satisfacere possit. Quiesco enim & quiescam in vobis; delector & delectabor in vobis: etiam læsus non discedam a vobis. Quod tamen tantopere cupio servare vobis; servate nihilominus & nostris & nobis. Hæc Petrus. Quibus videas quales esse consueverint inter Sanctos querelæ & dissentiones, in quibus ne charitas, quæ est vinculum perfectionis, dirumperetur, magna in primis adhiberi consuevit industria. Sed quoniam dum hic sumus mortales miseri, non penitus liberi, quos & perungi interdum a vitiiis sit necesse, inter pares emulatio solet oriri & contentio, quæ etiam cum Christo manentes exagitavit Apostolos, (c) cum inter eos contentio Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(a) Eccl. 2.

(b) Psal. 13.

(c) Marc. 9. Luc. 9.

PAGIUS
XIII.
Ei Imperator & Reges obedientiam præstant.

Ludovicum VI. patrem in Gallia regnavit. Domino Papa, inquit Chronographus Mauriniacensis, in Concilio residenti per quendam Magdeburgensem Archiepiscopum (nempe Sanctum Norbertum) præsentata sunt litteræ a Lothario Rege Alamannorum, in quibus rursus & obedientia promittitur, & quod se ad expeditionem (nempe Italicam) cum iuribus legendum, viribus) omnibus regi sui prepararet, intimatur. Similiter etiam Rex Anglorum Henricus per Hugonem Archiepiscopum Rotomagensem, & ornatissimas litteras misit, & fidelem obedientiam promisit. Reges quoque citioris Hispania, senior Idelsonsus (nempe Alphonsus VI. Aragoniæ & Navarra Rex), & anterior junior Idelsonsus (nempe Alphonsus VII. Castellæ Rex) missis per Episcopos suarum provinciarum Epistolis Papam salutant, se se filios & obedientes denunciant, auxilium contra Christiani nominis inimicos, & regionum illarum invasores Morabites suppliciter efflagrant. Eversum siquidem & latitia & admirationi ad id negotium pertinentes excellentissimorum Heremitarum Cartusensium litteræ, quæ

facta est, quis eorum videretur esse major: inter ipsum Petrum, & S. Bernardum quædam sunt absque charitatis læsione oborta diffidia, quorum causa hinc inde ab utroque scribendæ fuerunt elucubratiſſimæ apologiæ. Sed de his alias.

Sed redeamus ad Innocentium Papam qui lustrans (ut dictum est) Gallias, præterquam ab Aquitanis, ab omnibus exceptus est summa cum veneratione, & a Judæis ipsis, quos cum libro Legis Parisiis sibi occurrentes non despectit, sed aspexit Innocentius, dicens: Rogo Deum, ut velamen oculorum vestrorum auferat, ut quæ libris his veritas continetur, a vobis intelligatur. Qui autem Innocentium visitantem recipere detrectassent, numen ultorem passos esse auctor, qui ad Sigebertum Auctarium posuit, fidem facit, dum ait, quod hoc anno Novionensis Ecclesia una cum civitate pene tota prodigiose incendio concremata sit, ob id quod Innocentium, cives non recepissent, sed verbis derisoriiis illum contempnissent.

XII.
Quid passus non recipientes Innocentium.

In visitandis autem provinciis Gallicanis Innocentius quod maxime doluit, fuit, invenisse celeberrimum illud monasterium Lexoviense olim observantia monastica florentissimum, jam penitus moribus deterrimis deformatum, nulla regularis vitæ forma decorum: ad quod in statum pristinum reparandum consilium illud inivit, ut ex Cluniacensi cenobio peteret illis Abbatem. Quod ubi Petrus Cluniacensium Abbas, litteris Pontificiis admonitus, visus esset implere: frustra se laborasse (d) ad eundem Innocentium Papam redditis significavit litteris istis:

Innoc. Pap. laborat pro Lexovienfium observantia.

(d) Pet. Cl. l. 3. ep. 23.

Summo Pontifici & nostro speciali patri domino Papæ Innocentio frater Petrus humilis Cluniacensium Abbas salutem & obedientiam. Ooo 2 Fra.

per quendam venerabilem Abbatem de Ordine Giffellensi (idest Cisterciensi) delata, & in Concilio per Gaufridum Carnotensem Episcopum recitata sunt. Refert postea Cartusianorum litteras, quas dicunt, se mittere per Abbatem Mauriniacensem, qui erat Hugo primus hujus Monasterii Abbas, postea Episcopus Autistodorenſis, vir magnæ Sanctitatis, de quo fuse agit Manricus in Annal. Cisterciens. variis locis, qui tamen hujus rei mentionem non facit, quia quando Annales suos composuit, Chronicon Mauriniacense nondum lucem viderat.

XIV.
Canonici Godehardi Hildesheimensis Episcopi ratio Godehardi Episcopi Hildesheimensis.

In Concilio Remensi Godehardus Episcopus Hildesheimensis Sanctorum honoribus donatus, Bernardus enim ejusdem urbis Episcopus ratio Godehardi Episcopi Hildesheimensis, qui hoc petierat ab Innocentio II. in Concilio Leodiensi, uti supra narravimus ex Auctore Anonymo Historiæ canonizationis & miraculorum Sancti Godehardi, remissus fuerat ab eo ad Concilium Nationale, quod tunc temporis in Remensem civitatem in festo sancti Lucae dictum fuerat, inquit Anonymus. Festum Sancti Lucae incidit in feriam I. seu in XV. Kalend. Novemb. sed Dodechinus Abbas ait,

Con-

CHRISTI 1131.

INNOCENTII II. PAP. 2.

VACAT. IMP. OCCID. 6. JOANNIS COMN. IMP. 13.

XIII.

Fratres Lexovienses ad nos venerunt, scripta paternitatis vestrae nobis deferentes: in quibus & destitutio quondam magni Lexoviensis monasterii paterna pietate a vobis defletur; atque ut in eodem loco de fratribus nostris Abbatem & officiales necessarios concedamus, nihilominus nobis iniungitur, per quos nimirum, secundum litterarum tenorem, omnipotenti Domino ibidem laudabiliter serviat, & tam nobile monasterium in sui status prerogativam & pristinam integritatem, divina cooperante clementia reparatur. Quod preceptum debita quidem reverentia suscepimus, sed pro sui difficultate non mediocriter formidamus. Nam sicut novis sapientia vestra, in negotio religionis facilius possunt nova fundari, quam vetera reparari. Quia secundum B. Gregorium, hominibus aliter institutis durum valde videtur, in mente veteri nova meditari. Qui enim nova tantum edificat, cum in veterum destructione non oportet laborare. Qui autem vetera reparare nititur, duplici cura constringitur: quoniam illi & veterum destructio, & novorum incumbit edificatio. Super hac & vestra Cluniacensis Ecclesie nos, qui rem novimus, valde rimemus, ne frequenter, sicut sepe fit ad alias Ecclesias translatis fratribus nostris, quod aliis refrigerium, nobis inferat detrimentum. Postposuimus tamen omnia ista, & fratribus supradictis ad nos venientibus Abbatem, & officiales necessarios, juxta quod nobis injunctum fuerat, dare parati fuimus. Sed illi nobis valde damnosa, sibi parum utilia

Petr. Clun. ad Innoc. de reformatione Lexovien-sium.

postulantes, acquiescere nostro consilio noluerunt; & sicut dicebant, die constituta pro eodem negotio ad nos reversuri, ad propria redierunt. Hac idcirco reverentia vestra notificamus, ut si ulterius in his insistere voluerint, & de Cluniaco Abbatem petierint: nequaquam eligant, quod ignorant, sed in nobis, qui melius vultum peccoris nostri agnoscimus, causam suam constituant. Hoc si fecerint, providebimus nos fideliter tales Eccl. ministros, per quos omnipotenti Dom. in monasterio Lexoviensi quantum ipse dederit, laudabiliter serviat; idemque locus, etsi non ad pristinam integritatem, ad meliorem tamen statum, divina cooperante clementia, reparatur. In hanc sententiam, si placet, & nobis & ipsis rescribite. Hac ad Innocentium Papam Petrus.

XIV.

Sic igitur tam innovatione plantariorum, quam amputatione vitium fementorum Gallicana his temporibus mirum in modum Ecclesia illustrabatur, de qua hac Robertus in Appendice ad Sigebertum: Erat, inquit, circa hac tempora pulchra & decora facies Ecclesie diversorum Ordinum & professionum circumdata varietate, dum hinc Præmonstratenses, hinc Cistercienses inde Cluniacenses monachi, tum & diversis habitus professione sanctimonialis, & mulieres Deo devota in continentia atque paupertate sub obedientie jugo regulariter viventes, fervore religionis invicem provocarent, & nova certatim diversis in locis monasteria fundarent. Cum his etiam monachi Carthusienses & ipsi paulatim pullulabant, &c. Porro in Gallis isti plantati etiam trans-

Gallicana Eccl. floret religio-sis.

XV.

Baronius num. VII. videns Bernardum, seu verius Ernaldum Bonavallis Abbatem scribere post Concilium Remense celebratum esse Leodiense; quodnam ex illis prius coactum fuerit, sub dubio reliquit; sed vel solus Anonymus non semel hoc anno a nobis citatus, qui hoc tempore vixit Auctorem Vita Sancti Bernardi ea in re hallucinatum esse certo nos edoceret, quando alia testimonia deessent. Recte autem Baronius num. VIII. redarguit Petrum Diarionum Casinensem, qui lib. 4. cap. 99. scribit, Innocentium II. Lothario Imperatori Investituras, quas enixe petebat, concessisse; hoc enim prorius a veritate alienum esse ostendit Epistola CL. divi Bernardi ad Innocentium II. qua ejus zelum adversus ambitionem Philippi, qui Sedem Turonensem invadere tentabat, excitare cupiens, laudat eum ex variis recte factis, & de congressu ejus cum Lothario Imp. Leodii habito, atque: Sed nec Leodii cervicibus imminens mucro barbaricus compulit acquiescere importunis, improbiisque postulationibus iracundi atque iracentis Regis. Sugerius in Vita Ludovici VI. Regis, narrata unctione Ludovici novi Regis, Remis peracta ab Innocentio II. subdit: Dominus Papa soluto Concilio Antistodora elegit demorari.

XVI.

Baronius num. XII. ait Innocentium II. Noviomini a civibus receptum non fuisse, eamque in rem citat Pendo-Robertum de Monte Sigeberti

PAGIUS

Concilium XII. Kal. Novemb. habitum esse, quia scilicet postridie Festi Sancti Lucae seu feria secunda de more prima festo coacta, & negotiorum tractatio inchoata. Bernardus Episcopus Hildesheimensis una cum Sancto Norberto Metropolitano suo ad urbem Remensem venit, dum jam Synodus aliquot dies esset celebrata, inquit idem Anonymus, qui paulo post subdit: Episcopus Tarraconensis, vir religiosus & literali scientia eruditus, quo ordine Translatio fieri deberet, exposuit. Erat is Beatus Oldegarius Barcinonensis Episcopus & Tarraconensis Archiepiscopus. Henrichenus ad diem IV. mensis Maii vitam Sancti Godehardi illustrans, pag. 523. Anonymum explicat de Michaele, post expulso Saraceno Episcopo Tarraconensi, ut tradunt Surita & alii; verum manifesto errore; Michael enim Episcopus erat Tarraconæ in Regno Aragonia, non vero Taragonæ aut Tarraconæ in Principatu Catalaunensi seu Barcinonensi. Oldegarius vero Archiepiscopus Curiam Innocentii II. securum esse, jam supra indicavimus. In canonizatione Sancti Godehardi coadunata Synodus terminatur, inquit Anonymus, qui statim refert litteras Innocentii II. Clero & populo Hildesheimensi, datas Remis IV. Kalend. Novembrii, quibus significat, sed Godehardum in Sanctorum numerum retulisse. Ex quibus intelligimus, Synodum Remensem die viceima nona Octobris finitam fuisse.

CHRISTI 1131.

INNOCENTII II. PAP. 2.

VACAT. IMP. OCCID. 6. JOANNIS COMN. IMP. 13.

(*) Bern. de 252.

mare propagarunt palmites suos. Nam, ut de aliis dicere prætermittamus, modo de Præmonstratensibus hæc habet idem auctor hoc anno, sed paulo superius: In Syriam & Palestinam de Præmonstrato Fratres missi, nonnullas Abbatias edificarunt. De quorum una S. Bernardus in epistola ad Præmonstratenses hæc habet: (a) Apud Hierosolymam Rex Balduinus dum viveret, locum S. Samuelis donavit nobis, & mille aureos simul de quibus edificaretur. Vos dono nostro & locum habetis, & aureos habuistis. Sed & ex eadem Francorum gente militares exortæ tunc florebant in Oriente & Occidente religiones, de quibus hic idem qui supra Robertus: Ad hæc etiam Milites templi Hierosolymitani, Fratres quoque de Hospitali sub religio-si habitu continentur viventes, ubique se multiplicando diffundebant, & que pose-rant, vel de laboribus propriis, vel de Fidelium elemosynis, ad opus Deo militantium, vel infirmorum quorumque vel pauperum Hierosolymam petebant: sed Præsules Ecclesiarum, ac Principes seculi promptissime annuebant, vel etiam sponte offerebant terras, prata, nemora, & cætera, que monasteriis edificandis erant necessaria. At de origine Hospitaliariorum cæteris Ordinibus antiquiore egit

PAGIUS Innocentius II. Noviomini receptus.

berti Continuatore. Verum hic Historicus hæc tantum dicit: Ecclesia pene sancta Maria in Episcopatu, totaque pene civitas Noviomensis incendio consumpta, jussu, (ut fertur) infortunio, quia Summum Pontificem Innocentium verbis irrisoribus multi illorum exhoraverunt. Porro cum Noviomum paucis locis a Belovaco distet, illuc mensis Maio Innocentius II. profectus est, ut ex dictis sequitur.

XVII. Floret S. Aybertus Monachus Reclusus.

Ad num. XV. Florebat hoc tempore Sanctus Aybertus Presbyter, Reclusus Ordinis Sancti Benedicti, quem cum Raynerus Abbas Crispini monasterii inter Valencianas & Gifnenopolim Hannonia civitates positi, itineris Romani comitem assumisset, ex illa professione redux factus est Monachus Crispiniensis. Miro modo in claustrum annos viginti quinque vixit, ut narrat Robertus Archidiaconus Ostrevandensis in Belgio, Auctor coævus in ejus Vita qui asserit se eum viventem & mortuum dilexisse, additque Aybertum postea reclusum in eremo sub imperio Crispiniensis Abbatis viginti & quinque annis vixisse. Ad honorem Sacerdotii promotus est, ut populis ad se venientibus melius consulere & familiaris secreta confessionum audiret. Factus autem Presbyter duas in die celebrabat Missas, unam pro vivis, alteram pro defunctis, inquit idem Robertus. Molanus ad diem II. mensis Maii, & Arnoldus Rastius Canonicus Duacensis, qui vitam Sancti Ayberti edidit primæva phrasi, quæ nunc legitur in Actis SS. Bollandianis ad diem VII. April. plura referunt exempla eorum, qui plures Missas eadem die celebrarunt. Peractis quinquaginta annis, ex quo factus fuit Monachus, ipso sacratissimo die Sancti Pascha quod tunc VII. Idus Aprilis accidit celebrandum, feliciter obdormivit in Domino, ideo-

Willielmus Tyrius in commentario de bello sacro. (b)

Eodem tempore cum in Gallis moraretur Innocentius Papa, innotuit ei sanctus Aibertus monachus, cui & audiendi peccatorum confessiones (quod & Paschalis concefferat) tradidit auctoritatem, plenamque facultatem: quo ministerio idem Sanctus quamplurimos ad meliorem frugem ex immenso peccatorum gurgite Deo adjuvante convertit. Extant res ab eo præclare gestæ a Roberto (c) ejus æquali conscriptæ. Innotuit eidem quoque Pontifici egregia sanctitudo Leopoldi Austria Marchionis, quam mirificis post obitum laudibus prædicare consuevit: pervenit autem idem Sanctus virtutum suarum fulgore coruscus usque ad annum Domini millesimum centesimum trigessimum sextum, ut Acta ejus canonizationis testantur. (d)

Sed & hoc anno Balduinus Rex Hierosolymorum Christi verus Confessor post liberatam a Turcis irruentibus Antiochiam ægritudine affectus, habitum religionis assumens, & vitam regularem professus si viveret, Deo feliciter spiritum reddidit undecimo kalendas Septembris: in cujus locum gener ejus Fulco Comes Turonensium est subrogatus decimo octavo kalendas Octobris, ipsa die Ex-

(b) Voill. Tyr. l. 18. c. 4. 5. XY.

(c) Apud Sur. die 7. Apr. t. 2.

(d) Extant apud Sur. 2. 6. die 15. Nov. XVI.

que vel anno MCXXXV. vel anno MCXLI. quo utroque anno Pascha incidit in diem septimum Idus Aprilis, seu diem septimum ejusdem mensis. Henrichenus in Notis ad ejus vitam, refert Rescriptum Innocentii II. Ayberto Monacho & Recluso concessum Remis XII. Kalend. Novemb. quo confirmat facultatem a Paschali & Honorio ei factam audiendi confessiones, & offitii apertis Missas celebrandi.

Florebat etiam Sanctus Leopoldus, cognomine Pius, quartus ejus nominis Marchio Austria. Lambecius Tom. II. Biblioth. Cas. pag. 916. Leopoldus testatur in ea Bibliotheca extare Chronicon Austriacum Florianense, sive in Monasterio Sancti Floriani supra Anisum Fl. posito, perductum usque ad annum Christi MCCCX. quo Auctor Anonymus, qui illud edidit, scribit se vixisse. Leopoldus juxta illud Chronicon fundator extitit monasteriorum in Austria Neumburg, & Sancta Crucis, duxitque uxorem Agnetem nomine, filiam Heinrici Imperatoris quarti, per quam habuit decem & octo pueros, quorum septem ut scribit alius Anonymus, cujus fragmentum recitat ibidem Lambecius pag. 631. tempore infantia de medio sublatis sunt, undecim vero, qui supervixerunt, scilicet sex filii & quinque filia ad honores rerum temporalium non modicos promoti sunt omnes. Subdit Leopoldum anno MCXXXVI. decima septima Kal. Decemb. de hac luce subtrahum fuisse. Anno MCCCCLXXXV. ut eo anno apud Spondanum num. I. videre est, Innocentius VIII. Leopoldum innumeris miraculis clarum, Friderici III. Imperatoris & Principum Germaniæ precibus inter Sanctos retulit.

Ad num. XVI. Mortuus est hoc anno, vicecima prima die mensis Augusti Balduinus II. Hierosolymorum Rex, cui successit Fulco gener

XVIII. Floret S. Leopoldus Austria.

XIX.

CHRISTI
1131.INNOCENTII II. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 6.
JOANNIS COMN. IMP. 13.

(a) *Woll.* Exaltationis sanctæ Crucis: hæc pluribus Tyrus (a) de bello sacro. Quo etiam c. ult. & l. 146. 2.

PAGIUS *Moritur Balduinus II. Hierosolymorum Rex* *ner ejus, Comes Turonensium, Cenomanensium & Andegavensium, cui prædictus Dominus Rex filiam suam primogenitam Milisendam nomine dederat uxorem, inquit Tyrus lib. XIII. cap. ult. & lib. XLV. cap. I. Fulco, ut subdit Tyrus, uxore defuncta Hierosolymam venerat, & Balduini II. gratiam & univerforum Principum familiaritatem acquisierat; cumque ad propria regressus fuisset, Hierosolymam vocatus fuit a Rege, qui ei primogenitam suam matrimonio copulavit; & ad Regni Hierosolymitani successorem eum destinavit.*

XX. *Obitus Stephani II. Hungaria Regis* *Stephanus Hungariæ Rex hujus nominis II. filius Colomani Regis, cum esset in articulo mortis, Monachalem habitum relicto regno suscepit; anno regni sui XVIII. & sepultus est Vovaradini. Migravit autem ab humanis anno domini MCXXXI. inquit Joannes de Thwroc in Chron. Hungarorum cap. 73. Regnavit post eum Bela cæcus, filius Ducis Almi cæci qui fuit Princeps optimus.*

XXI. *Moritur Raimundus III. Comes Barcinonensis & Provincia* *Raimundus Berengarius hujus nominis III. Comes Barcinonensis & Provinciae Princeps armis opinatissimus: hoc etiam anno obiit, ut tradit Auctor de Gestis Comit. Barcinon. qui subdit: Rexit Comitatus supradictos L. annis, dimisitque duos filios quos instituit post se haberes, Raimundum Berengarii videlicet in Barcinona, Bisulduni & Cerritania Comitatus Berengarium namque Raimundi in Provincia Comitatu. Dominatus est per annos quinquaginta Comitatu Barcinonensi, sed Provinciae per annos viginti tantum inchoatos. Fuit vir mente pius, militia strenuus, pacis amator, in bellis inclitissimus triumphator, inquit idem Anonymus, qui tradit etiam Raimundum Berengarii ejus filium, hujus nominis quartum mira probitate, scientia, & ingenio claruisse. Verum in eo fallitur, quod scribit, Raimundum III. in fine vitæ se ipsum Deo & Hierosolymitana militiæ obtulisse. Constat enim ex Actis publicis a Diago lib. 2. Hist. Com. Barcinon. cap. 114. & seqq. memoratis, leætisque, cum habitum Templariorum induisse, idque mense Julio paucis ante mortem diebus. Contendit quidem Diago eum anno superiori demortuum; sed præterquam quod Auctorem Chronici S. Victoris Massiliensis, & omnes Scriptores Hispanicos contrarios habet, Baluzius lib. 4. Marcæ Hispanicæ eum deceptum fuisse ostendit. Ejus testamentum refert idem Baluzius in Append. ad Marc. Hispan. num. CCCLXXXI.*

XXII. *Concil. Moguntinum* *Dodechinus Abbas ad hunc Christi annum meminit Concilii Moguntinæ habiti, præsentis Lothario Rege; præsentis Mattheo Albanensi cum Maguntinensi Archiepiscopo, in quo Bruno Argentinenfis Episcopus super sua intrusione impetitus, in manus Archiepiscopi & Cardinalis Argentinensem reconsignavit Episc. Mentionem.*

anno moriturus Stephanus Rex Hungariæ, in signum poenitentia; & ipse mona-

hujus Concilii facit etiam Trithemius in Chron. Hirsaug. ad hunc Christi annum, aitque Innocentium II. qui in Concilio Leodiensi verus Papa declaratus fuerat, iterum in Concilio Moguntino verum Pontificem agnatum esse, & Mattheum Albanensem Episcopum Card. Apostolicæ Sedis in Germania Legatum huic Concilio præfuisse. Nominat præter duos Archiepiscopos Moguntin. & Trevirenses, Episcopos octo Germaniæ; qui eidem interfuere, inter quos S. Otto Episc. Bambergensis, dicitque se aliorum multorum nomina ignorare. Ex quo patet, Baronium anno superiori perperam existimasse Mattheum Albanensem Legatum Apostolicæ Sedis in Galliam missum esse. Fallitur & Trithemius, quando ait Mattheum jam per triennium in Germania Legatum præfuisse, cum, in suo loco ostendimus, an. MCXXVII. & duobus subsequentiibus legatus in Gallias fuerit.

Hoc anno mortuus est Hildebertus Cenomanensis Episcopus, & post obitum Gilleberti Archiepiscopi Turonensis, ad eam Metropolim anno MCXXV. translatus. [1] Ordericus lib. 4. pag. 331. testatur, illam translationem peractam esse anno MCXXV. indict. IV. & lib. 12. pag. 382. dicit, id factum indict. III. indeque in priori loco corrigenda indictio IV. Ordericus enim indictionem cum anno Incarnationis exorditur. In posteriori loco scribit, eadem septimana, qua Callistus Papa, hominem exiit, Gislebertum Turonensem Archiep. qui pro Ecclesiasticis negotiis Romam perrexit, illic obiisse, & Turonenses Hildebertum sibi Præfulem adscivisse, & Honorii Papa permissu gaudentes in Turonica Metropoli cathedram transfuisse. Verum summo opere fallitur, in eo quod utrobique Callisti II. mortem cum anno MCXXV. connectit, cum certum & indubitatum sit Callistum medio circiter mense Decembris anni antecedentis vivere desisse. Subdit in posteriori loco Ordericus: *ibi fere VII. annis honorifice vixit, & subjectis profecit; in priori vero, ibi laudabilibus studiis & actibus adhuc insisit.* Ex quibus duo eruitur. Primum Hildebertum anno MCXXXI. vitam cum morte commutasse; nam Mabillonius Tom. III. Analect. refert gesta Episcoporum Cenomanensium, in quibus dicitur, Hildebertum rexisse Ecclesiam Turonensem sex annis & mensibus sex, & fuisse vitam ejus quasi LXXX. annorum. Quare currenti anno Hildeberti mors accidit; cum Anonymus ille & Ordericus de duratione Sedis ejus in Ecclesia Turonensi conveniant, & perspicuum sit, tam Labbeum in lib. de Script. Eccles. quam San-Marthanos mortem ejus in annum MCXXXVI. male distulisse, eo ut videtur, fundamento, quod Hugonis de Stampis Hildeberti successoris ante illum Christi annum in Actis publicis mentio non

XXIII. *Moritur Hildebertus Archiep. Turonensis.*

PAGIUS

non occurrat. Intelligimus secundo Ordericum librum suum quartum, ante annum currentem composuisse, cum de Hildeberto adhuc vivente loquatur, & deceptos esse Viros doctissimos, qui quod viderent colligi ex libro XIII. qui ultimus est, Ordericum anno MCXXXV. libri illius elucubrationi incubuisse, scripsere cum Historiam suam anno MCXXXV. composuisse; id enim tantum de partelibri XIII. dicendum, non vero de universo Opere. Præter Hildeberti Opera a Labbeo enumerata, plures ejus Epistolæ Tom. VI. & XIII. Spicilegii Dacheriani, & una Tom. I. Analect. editæ sunt. Porro Hildeberto demortuo Canonici Turonenses in partes divisi sunt; quidam enim quendam Philippum elegere, qui non *intrans per ostium in ovile ovium* Petrum Leonis adiit, & sacramento ab eo suscepto festinanter rediens, sedem Turonensem occupavit, inquit Auctor citatus de Gestis Episc. Cenoman. Ad hanc invasionem retrahenda quæ A. MCXXXVII. num XVII. Baronii ordinem sequentes diximus.

XXIV. *Innocentius II. Monasterio Paracletensi factus.*

Innocentius II. quem supra diximus post Concilium Remense Autissiodori resedisse, in eadem urbe ad petitionem Holoissæ uxoris quondam Petri Abaelardi, tunc Prioris Monasterii Paracletensis in diocesi Trecenti sita, ejusdem monasterii possessiones, in præsentiarum adeptas aut in futurum eidem concedendas, sub Apostolicæ Sedis protectione suscipit, idque ut videtur, Petri Abaelardi rogatu & meritis. Refert eas literas Buleus Tom. II. Hist. Universit. Paris. pag. 127. quarum hæc clausula est: *Datum Autissiodori per manum Aldivici (legendum, Aymerici) S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii IV. Kal. Decemb. indict. X. Incarnationis Domini an. MCXXXI. Pontificatus vero D. Innocentii Papa II. anno II. Abaelardus, qui in Oratorio Paracletensi manserat, antequam illud in Holoissam & Montales ejus transferret in Hist. suorum calamitatum cap. 13. ait: Et plus (sciat Deus,) ut arbitror, uno anno in terrenis commodis sunt multiplicata, quam ego per centum, si ibi permansissem. Quippe quo famularum sexus est infirmior, tanto eorum inopia miserabilior facile humanos commoveret affectus, & eorum virtus tam Deo quam hominibus est gratior. Tantam autem gratiam, in oculis omnium illi sorori nostra, qua ceteris præerat, Dominus annuit; ut eam Episcopi quasi filiam, Abbates quasi sororem, Laici quasi matrem diligerent, &c.*

XXV. *Anacletus Antipapa anno superiori exeunte vel currentis initio Beneventi versabatur, & Roberto Principe Capuano operam suam con-*

CHRISTI
1131.INNOCENTII II. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 6.
JOANNIS COMN. IMP. 13.

maticum induit habitum, cui successit vir pietate insignis Bela.

An-

ferente, auctoritatem suam ibidem communit; *Anacletus* *menfe enim Februario unum e factiofis Ral-* *Beneventi* *polturn nomine e carcere liberavit, qui ut* *auctorita-* *tem suam* *narrat Falco in Chron. Sacramento firmavit,* *tem suam* *jam amplius communitatem illam (Beneventana-* *commu-* *nam), vel aliam nunquam tenendam. Alios* *nuit.* *vero ejus sequaces sacramentis ligatos de civi-* *tate projecit, ut sine ipsius Anacleti voluntate,* *vel sui Rectoris, non ingrediantur civitatem;* *quibus omnibus ita pacatis, prædictus Anacletus* *die Kalendarum Martiarum Salernum ivit,* *deinde consilio accepto Romam redeundi dispo-* *suit.*

Salerno Anacletus Capuam venit, uti re- **XXVI.** *Beneventani seditionibus assueti.* *fert Falco, tuncque Beneventana civitas turbata* *fuit seditione, a Rectore seu Præfecto Crescentio compressa. Id post Kalendas Martias & discessum Anacleti a Beneventana urbe* *accidit, diebus non multis evolutis, octavo die* *intrante mensis Martii (legendum, mensis Martii,* *ut sequentia ostendunt). Nam inter ea duo* *judices Beneventani, qui in exilium missi fuerant, Roffridus & Perseus cognoscen-* *tes prædictum Anacletum Capuanam civitatem* *applicuisse, ut Romam revertatur (scilicet* *menfe Martio currentis anni) civitatem Capuanam* *ingrediuntur. Inde Robertum Principem tunc* *Anacleti fidelem suppliciter precantur, ut ejus* *intercessione amorem Anacleti invenire* *mereantur. Robertus itaque Princeps absque* *mora Anacletum adiit. . . . Petitionibus* *Principis Anacletus favens, literis datis licentiam* *redeundi & secure habitandi in civitate eis* *largitur. Si vero ad portam S. Laurentii pervenerunt,* *disponentes ad propria, fronte libera, sicut ab Anacletis acceperant, reverti* *(Beneventani enim Anacletus in omnibus sub-* *ditum esse nolebant, sed consueta agendi licentia* *uti volebant). Sed turba inimicorum copiosa* *simul cum prædicto Crescentio (Beneventano* *præfecto) insurgens crudeliter; ne introirent,* *minatur. Ipsi vero potentiam eorum & minarum* *copiam sentientes salutis consilium arripunt,* *& ad prædictum sunt reversi* *Anacletum, qui adhuc Capua morabatur, continuo* *pedibus ejus prostrati, omnia, qua dicta,* *quaque facta super se fuerant, e vestigio* *retulerunt. Anacletus igitur super hoc iratus* *capit contra Beneventanos mirabiliter mirari.* *Tandem ex consilio Principis eos ad civitatem* *remisit, dans eis Cardinalem suum, ut eo viso &* *audito fidem darent, eosque pacifice ad propria* *eorum reverti permitterent. Venerunt igitur* *cum prædicto Cardinali; quo audito, omnique* *deposito furore cum civibus civitas ipsi permanserunt.*

NOTÆ [1] Hildeberti obitus aliquot annis promovendus est ut constat, ex charta Guenoni cujusdam ex tabulario Rothonenfis a Cl. Beaugendre ex inclyta Congr. S. Mauri Monachi Benedictini in editione novissima Operum Ven. Hildeberti tom. 2. fol. Parisiis 1708. Ex illa enim constat anno 1133. Indict. 20. Non. Februar. Feria secunda dedicatum fuisse Altare S. Mariæ Magdalene in Ecclesia Monasterii Rothonenfis ab Hildeberto archiepiscopo Turonensi. Melius igitur cum vetusto auctore Chronici Turonensis Veter. Monum. tom. V. ejus obitus cum anno 1134. componeretur. Obiit vero die 18. vel 17. Decembris ad quam postremam mortem ejus refert vetus Nechrologium Remense apud eundem Beaugendre. **MANSE**

JESU CHRISTI ANNUS 1132.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 3.

VACAT. IMP. OCCID. 7. JOANNIS COMN.IMP. 14.

CHRISTI 1132.

INNOCENTII II. PAP. 3.

VACAT. IMP. OCCID. 7. JOANNIS COMN. IMP. 14.

I. **A**nnus sequitur Redemptoris trigessimus secundus supra millesimum, centesimum, Indictione decima, quo Innocentius Papa exacta collecta indicta Gallicanis Ecclesiis pro reditu Romam, ingressus est Italiam versus iter. Cum rogatus a Cluniacensibus Innocentius Papa dedicasset Cluniacense monasterium, eidem contulit privilegium, quod acceptum ab eodem monasterio hic describimus:

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi Abbati, ejusque successoribus regulariter instituendis in perpetuam rei memoriam.

* Libertatis laudabile genus est, ut qui se B. Petro & sancta Romana Ecclesia humili devotione exponunt, majorem familiaritatis prerogativam, & digniora beneficia fortiantur. Quam gratum Deo Cluniacense monasterium famulatum impendat, & quantum apud homines nitore religionis fulgeat, Ecclesia Dei novit & vehementer exultat. Equitatis igitur postulat ratio, ut idem locus Apostolica dilectionis privilegio gaudeat, & tam in capite quam in membris libertatem obtineat. Nos siquidem monasterium ipsum, quod specialiter ad jus beati Petri, & sancta R. E. spectat, per nos ipsos visitavimus, & eodem die, quo revolutis multorum annorum spatiis predecessor noster felicis memoriae Papa Urbanus ibidem majus altare consecraverat, cum Archiepiscopus & Episcopus, qui nobiscum convenerant, cooperante Spiritus sancti

* f. liberalitatis.
Privileg. Cluniacens. ab Innocentio Pap. concessum.

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CLXX. An. Hegiræ D. XXVII. Inchoato die 12. Novemb. fer. 7. A. C. 1132. I. Innocentius II. in Italiam rediit.

ANNO PERIODI GRÆCO ROMANÆ 6623.
 21. CB. 12. P. 10. April. Indict. 10.
 JESU CHRISTI 1132.
 INNOCENTII II. PAPÆ 3.
 LOTHARII REG. 8.
 JOANNIS COMNENI IMP. 14.

Ad num. I. Innocentius II. toto anno superiori Franciam peragravit, & immensam gravedinem Ecclesiis Galliarum ingessit, utpote qui Romanos officiales cum multis clientibus secum habuit, & de redditibus Apostolicae Sedis in Italia nihil adipisci potuit, inquit Ordericus lib. XIII. pag. 895. Hoc vero anno, ut ait idem Ordericus pag. 896. postquam a Gallis, in quibus obedientiam, & ingentem amicitiam repererat, recessit, Italiam exivit. Cluniacum pervenit Kalendis Februarii, ut ipsemet scripsit ad Ludovicum VI. Francorum Regem, literis, Cluniaci IV. Nonas Februarii datis, & Tom. X. Concil. pag. 951. recitatis. Adhuc Cluniaci versabatur die X. ejusdem

gratia, idem monasterium solemniter dedicavimus. Devotioni quoque, & humilitati Fidelium, qui pro amore Dei, & ipsius loci reverentia in anniversario dedicationis illuc convenerint, prospicientes, ipsi quadraginta dies poenitentiae sibi injunctae, de gratia Dei confisi, beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate remisimus. Statuimus etiam, ut immunitas ipsius cœnobii inviolata & integra futuris temporibus conservetur. Et si quis intra terminos banni, qui ab eodem predecessore nostro circa Cluniacum constituti sunt, scienter homicidium capere, vulnerare, vel res ejus auferre presumpserit, excommunicationis sententia percussatur, quousque ablata restituerit, & vobis Cluniacensibus monachis de illata injuria congrue satisfaciatur. Ad hac adiacentes decernimus, ut quicumque Cluniacenses monachos, vel eorum socios ceperint, aut ea quae portaverint, vel conduxerint, excommunicationi subjaceant. Si vero aliqui abique ipsorum monachorum praesentia ea, quae ad vitam, & vestitum Fratrum in Cluniacensi cœnobio Domino servientium pertinent, alicubi depravati fuerint, nisi infra quadraginta dies commoniti ablata restituerint, eos anathemati subjacere precipimus. Et intra eorum dominia prohibemus officia celebrari, loca quoque in quibus se receperint, donec praesentes fuerint, a divinis obsequiis praeter infantum baptismum, & morientium poenitentias cessare jubemus, & nullus eorumdem presumpserit, nisi a Ro-

menis, quo literas dedit Stephano Cisterciensium Abbati, quibus prohibet ne aliquis Episcopus vel Archiepiscopus eum vel Successores ejus, seu aliquem Abbatem Cisterciensis Ordinis, nisi pro fide, ad Concilium vel Synodum venire compellat. Literae datae sunt Cluniaci IV. Idus Febr. indict. X. Incarnat. Dom. anno MCXXXII. Pontificatus vero domini Innocentii secundo. Referuntur eae literae a Maritico in Annal. Cisterc. hoc anno cap. 1. E Monasterio Cluniacensi Lugdunum venit, ubi Rescriptum emisit in Biblioth. Cluniac. pag. 1394. recitatum, cui subscribit Matthaeus Albanensis Episcopus cum aliis, & in ejus sine legitur: Actum est Lugduni anno incarnat. Dom. MCXXXII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papa II. anno secundo, ideoque ante diem XVI. mensis Februarii, quo tertium Pontificatus annum ingressus est. Ex his literis colligere est, Matthaeum Albanensem, qui ante superiori Legatus in Germania erat, Innocentium II. in Italiam pergentem comitatum esse, quod & colligitur ex Epistola CCCLII. inter Bernardinas, qua Innocentius Papa Divo Bernardo atque Ordini Cisterciensi amplissima concedit Privilegia ob praerata ejus in Sedem Apostolicam merita, literis subscribunt Innocentius Papa, Matthaeus Albanensis Episcopus, alique, & in earum sine habetur: Dat. Lugduni per

Romano Pontifice absolvatur. Porro quisquis praefatis Fratribus ubicumque manentibus qualibet alia praeter ea, quae superius annoveravimus, abstulerit: nisi infra quadraginta dies commonitus ablata restituerit, excommunicationi subjaceat, nec absolvatur, donec capitale reddat, & congrue satisfaciatur. Sano Archiepiscopi, & Episcopi, in quorum parochiis hoc perpetratum fuerit, auctoritate beati Petri & nostra precipimus, ut postquam clamor ad aures eorum pervenerit, vel malefactum innotuerit, praescriptam sententiam tepiditate seposita faciant observari.

Ego Innocentius Catholica Ecclesia Episcopus. Datum Vienna per manus Haimericus S. R. E. diaconi Cardinalis & Cancellarii. Incarnationis Dominicae anno millesimo centesimo tricesimo secundo, Indictione decima, Pontificatus domini Innocentii Papae II. anno tertio, sexto Nonas Martii.

His diebus dedicationis Ecclesiae Cluniacensis dedicata sunt altaria intra ambitum ejus consistentia, quae sunt numero xxvi. inter quae fuit consecratum altare sancti Jacobi a Domino Dalmatio, Episcopo ejusdem sancti Jacobi Apostoli, qui hujus monasterii Cluniacensis fuerat monachus; de qua re habetur epigramma in dicta capella, in modum, qui sequitur:

Hoc altare consecratum est a Domino Dalmatio sancti Jacobi Apostoli Episcopo. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

manum Aimerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii, XIII. Kal. Martii Indict. X. Incarn. Dom. anno MCXXXI. Pontific. Dom. Innocentii Papa II. anno tertio, ubi Innocentius II. annum Incarnat. a die vicesima quinta Martii exorditur, ut indictio & annus Pontificatus ejus demonstrant, ideoque ea Epistola hoc anno scripta; non vero superioribus, ut perperam in margine Mabillonius notavit.

II. Aste Palscha celebrat.

Inde Valentiam profectus est, ubi controversiam quandam, quae inter Cluniacum & Abbatem Sancti Aegidii exorta erat, composuit, literis Tom. X. Concil. pag. 964. recitatis, datisque Valentiam per manum Aimerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancell. VIII. Kal. Martii Incarnat. Dom. anno MCXXXII. Pontificatus vero Domini Innocentii II. Papa anno III. Hae literae a Matthaeo Albanensi Episc. etiam subscriptae. Valentiam adhuc morabatur, XVII. Kal. Aprilis, quo Trenorciensibus Privilegium concessit a Chiffletio in Probat. ad Hist. Trenorciensem pag. 418. recitatum. Ex Urbe Valentiana ad Fanum Sancti Aegidii se contulit, ut narrat Baronius num. I. ex Scriptore Anonymo hujus temporis: Recedens Gallia, inquit Anonymus, Venturus Romam, transiens, per sanctum Aegidium, & per montem Genuae (legendum, Genovae,) fines Longobardiae intravit, & apud Aream solemnitate Resurrectionis Dominicae celebrata, Placentiam venit. Ibi convocatis Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, tam de Longobardia, quam de Ravennatensi Provincia, & Marchia inferioris partis, tertium Concilium celebravit.

po, ac istius loci monacho, in honorem ejusdem B. Jacobi, ac omnium sanctorum. In quo continentur plures reliquae Sanctorum, quorum nomina non sunt scripta, nisi de duobus, videlicet, sanctorum Hemiterii, & Cheledonii martyrum. Innocentius igitur pro reditu in Italiam collectam indixit in Gallis. Hujus collectae meminit Petrus (a) Cluniacensis. Itineris autem stationes sic accipe ab eisdem temporis auctore citato superius: Recedens Gallia venturus Romam, transiens per sanctum Aegidium, & per montem * Genuae, fines Longobardiae intravit, & apud Hastam solemnitate Resurrectionis Dominicae celebrata, Placentiam venit. Ibi convocatis Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, tam de Longobardia, quam de Ravennatensi Provincia, & Marchia inferioris partis, tertium Concilium celebravit. Ad haec peragenda multum temporis infumptum esse, dubitare nemo potest. Ad consolidandam enim titubantem Ecclesiam Cispalinam, Concilium ab Innocentio Papa habitum, & ibi diutius immoratum oportuit. Porro hujus Concilii non nisi hanc tantummodo brevem mentionem invenire potuimus. Haec prima statio Innocentii in hoc itinere; secunda vero facta Pisis, de qua haec eadem citata superius Acta. Sed primum de Lothario Rege ista:

Interea Rex Lotharius, sicut promiserat, in Longobardiam cum exercitu venit.

Placentiam adhuc erat Nonis Novembris, quo die dedit literas ad Gaufridum Carnotensem Episcopum Apostolicae Sedis Legatum, & ad Stephanum Parisiensem Episcopum, quibus Carnotensem mandat, ut Aurelianensi Subdecano ac sociis honores & bona ablata restitui satagant; ut enim scribit Arnulphus Sagienfis Archidiaconus in Praefatione ad Tractatum de Schismate suo ereg. ordo post Honorii Papa decessum, Gaufrido Carnotensi Episcopo & Romanae Ecclesiae Legato dicata: cum ad resistentem Petro-Leonis in Italia Praesul Romanus indefessus afflat; ad resistentem Girardo (Engolismensi Episcopo, qui se Anacleti Legatum dicebat) vos reliquit in Gallia, ut sit capiti caput oppositum, & dextera dextera conferatur. Sicut enim Petrus schismatis hujus princeps & auctor est; sic Girardus ejus inter omnia principalis est instrumentum.

Ad num. II. Chronographus Hildeshheimensis, qui hoc tempore vivebat, ad hunc annum ait; Translatio Sancti Godehardi facta est (quarto scilicet Nonas Maii, ut narrat Auctor canonizationis & miraculorum ejus in Actis SS. Bollandianis ad diem IV. Maii, ubi & referuntur complura miracula in ea Translatione patrata). Circa Assumptionem Sanctae Mariae profectio Regis (sc. Lotharii) in Italiam pro consecratione sua ab Apostolico apud Romam in Casavem. In quo itinere cum ad urbem Augustanam venisset, eam pacifice ingressus est; sed quorundam civium factione feditio contra Regis homines exorta est: & haec de causa repentina igno

Cotic. Placent. ab Innocentio Pap. habitum.

II. P p p

III. E Gallia discedens Gaufrid. Carnotensis Episcopus Legatum suum ereg. ordo.

IV. Lotharius in Longobardiam ad Innocentium venit.

nit, & in Roncalis cum eodem Papa & Longobardis generale colloquium de statu Ecclesie atque Imperii habuit. Præteriens igitur Regem Pontifex, & per montem Bardonis in Tuscanam transiens, reversus est Pisas, ibique convocatis Genuensibus, & receptis ab utraque civitate sufficientibus juramentis, quod de guerra, quæ inter ipsas civitates excitabatur, suo deberent sine contradictione stare mandato: præcepit ut de cetero pacem inter se firmam tenerent & custodirent. Quibus autem privilegiis eandem honestaverit civitates ob merita erga Apostolicam Sedem impensa, ita eadem insinuant Acta verbis istis: *Attendens ergo beatus Pontifex filialem devotionem, & plurima opportuna obsequia, quæ in multis Ecclesie necessitatibus prædictæ ecclesie Romanis Pontificibus grata exhibuerant: eas honorare dignum duxit, & speciali prærogativa exaltare de consuetudine Apostolicæ Sedis. Igitur Præsulatum ecclesie Pisane concessit super Sardinia insulam, subiciens ei & Populoni Episcopum, & tres alios Episcopos insule Corsicæ, Aleriensis, & Antensem. . . . Genuensem vero Episcopum a subjectione Mediolanensis Archiepiscopi emancipavit, & specialem de novo Metropolitanum. . . . Sedis Apostolicæ Episcopum constituit, cui Bobiensem Episcopum & Portinacensem Abbatem, quem creavit Episcopum, obedire præcepit. In eadem quoque Corsicæ insula tres Episcopos eidem nihilominus concessit. Facta sunt autem hæc anno præfenti, & sequentis exordio, ibi manens usque dum veniret Lotharius, quo proficiscendum Romam fuit. Quod non ante sequentem annum accidisse, eadem Acta significant, & aliæ testificationes pariter docent; agemus igitur de his anno sequenti.*

PAGIUS igne, ut in tali tumultu fieri solet, civitas fere tota conflagravit, & multi tam gladiis quam flammis perierunt. Rex Natalem Domini in Longobardia apud villam Medicinam dictam celebrat, quem Natalem cum an. MCXXXIII. alligat, qui ab eo die annum exorditur. In Longobardia Innocentius II. cum Lothario colloquium habuit, a Baronio narratum; indeque Pisas reversus est, ubi Genuensem Episcopum Metropolitanum constituit, & Archiepiscopo Pisano aliquot suffraganeos tam in Sardinia, quam in Corsica attribuit, uti refert Baronius ex Actis adhuc ineditis. Pisanum autem Episcopum jam anno MCXVIII. a Gelasio II. Archiepiscopum creatum fuisse, eo anno demonstravimus. Erravit itaque Manricus in Annal. Cisterc. hoc anno cap. VII. qui ex Actis a Baronio relatis deducit civitatem Pisanam hoc anno factam esse Metropolim.

V. Ad num. III. & seq. Alexander Abbas narrat Rogerium Siciliæ Regem Barium expugnasse, ejusque Principem Grimoaldum cum Tancredo de Conversano Comite sibi subiecisse, quæ quia fufus ab eo tractata, apud

Res gestæ ab Innoc. Pap. Pisis.

Archiep. Genuensis origo.

Rogerius Sicilia Rex totam Apuliam sibi subiecit.

Eodem anno cum Crescentius pseudocardinalis pseudopontificis Anacleti præfidens Beneventanæ civitati, eandem proditorie tradere velle Rogerio Sicilia Regi compertus esset, impetitus a civibus fugam arripuit, & in loca Rogerii confugiens, quæcumque posset, contra Beneventanos machinari non destitit. Beneventani autem execrati Anacletum, Innocentio Papæ Catholico inhæserunt: ad quos missus est ab eodem Pontifice Gerardus presbyter Cardinalis, qui eidem Beneventanis præfesset. Quod viriliter implevit, novis creatis in civitate magistratibus, quos fideliores existimaret. Fuit ei multum vigilandum adversus Crescentii dolosas artes & militares insultus, quibus conabatur perdere civitatem illam: sed Beneventanis magna fiducia in præsidio Apostolorum Petri & Pauli, & Bartholomæi ipsorum patroni, quorum ope a dolis & persecutione Crescentii, & tanti Regis furoris se servaverunt immunes. Hæc pluribus hoc anno descripta leguntur in Chronicis Beneventanis, ab auctore (ut sæpe dictum est) ejusdem temporis scriptis. Sicque civium decreto Anacletus ut schismaticus Papa reicitur, & Innocentius legitimus suscipiendus decernitur, & retinetur; quamvis eam ob causam innumera proventura mala non dubitarent: sed pietati omnia posthabenda censuere. At de his anno sequenti.

IV. Sed quæ ista præcesserunt, cur defecerint Beneventani ab Anacleto atque Rogerio Sicilia Rege, sunt breviter enarranda ex eisdem Chronicis Beneventanis. Contigit nimirum hoc anno, ut Rogerius Rex tyrannidem meditatus, civitatemque Beneventanam in suam redigere potestatem satagens, Principes circumpositos viribus minuere & opprimere la-

eundem legenda. Anonymus vero Casinensis ait: Anno MCXXXI. (nobis MCXXXII.) Rogerius Rex expugnavit Barium, & cum Principe & Comite pugnavit apud Nuceriam superatur, maxima strage utrorumque. Rex Lotharius Italiam ingressus est. Denique Falco in Chronico: Hac anno prædictus Anacletus venit Salernum, sedem rebellium sibi & resistentem & consilio habito exercitum congregavit, & super castrum Brindisi ejusdem Tancredi festinavit, & illud terra marique obsedit, sicque mirabiliter expugnatum sua illud obtinuit potestate, & his actis super civitatem Barensem exercitum convocato festinavit. Nec mora, civitatem illam diversis capit expugnare machinationibus: per quindecim vero dies civitas illa obsessa & expugnata est. Tandem civium Barensem traditione manifestata, civitas ipsa ad Regis potestatem tradita est; & civitate ipsa se comprehensa Grimoaldus Princeps, vir valde mirabilis & bellicosus spiritus, a quibusdam concivibus captus est, & ad Regis potestatem perductus, quem Rex ipse confessim captivum cum uxore sua, ad Siciliam mandavit. Sicque totam Apuliam

III. Beneventani reje-cto Anacleto. inhærent Innocent.

boraverit: atque primum egerit, ut occasione legationis Rainulphum Comitem Avellinum a sua civitate dimoveret, mittens eum cum copiis militaribus ad Anacletum pseudopontificem. Quo absente, ejus civitatem Avellinam invasit, uxorem Comitis & filium ejus inde abduxit captivos, & in Siciliam misit. Rediens vero & sua repetens, non est auditus, licet per Anacletum id petisset. Qamobrem adversus Regem rebellans, secum traxit Robertum Principem Capuanum, & alios Barones, insuper & Beneventanos infensos Crescentio Cardinali, qui a multis civibus juramentum, fidelitatis ipsi Regi Rogerio extorsisset. Comparato igitur exercitu, Rainulphus atque Robertus cum focis in Picentinis trans Sarnum fluvium pugnaverunt adversus eundem Rogerium Regem, *Ann. Eccl. Tom. XVIII.*

PAGIUS hiam sua subegit potestati. Falco ait, prælium ad Nuceriam commissum esse in vigiliis S. Jacobi Apostoli.

VI. Baronius summarium rerum a Falcone hoc anno memoratarum refert, quibus ad Crescentium Cardinalem Anacletum Beneventum in sua potestate habuisse, eumque Beneventanos expulisse, quod civitatem Rogerio Regi tradere voluisset. Præter hæc Falco pag. 274. & seqq. inquit: Hoc anno duodecimo die intravit mensis Augusti obiit Landulphus Beneventanus Archiepiscopus. Prædictus Rex Rogerius consilio communicato in Apuliam descendit, & apud civitatem Melphitanam diebus non multis moratus est. Continuo quosdam ex Baronibus suis vocari mandavit, quos valde præcipiendo admonuit, quatenus in ejus permanerent fidelitate & dilectione, &c. Quibus peractis Salernum repedavit, ibique procerum suorum frequentia magnificentatus de inimicitis Principis Capuani & Comitit Rainulphi, qui Mathildem Rogerii uxorem uxorem habebat.

Rogerius post Amalphim anno superiori captam Salernum rediit, & dum ibi moraretur, inquit Alexander Abbas lib. 2. Magister militum Neapolis Sergius nomine cornens in Rogerio tantam virtutem exercuisse potentiam (anno superiori) non quidem belli rigore sed solum ipsius (nempe Rogerii) timore contreritatus iit ad illum, ejusque subiecitur dominatui: qua videlicet civitas, mirabile dictu, post Romanum Imperium (id est post Justinianum) vix unquam a quoquam ferro subacta fuit: nunc vero Rogerio solo verbo præmissa subditur. Exeunte anno MCXXXIX. Sergius Rogerio tamquam magno Principi sese modo mere honorario summisit, hoc vero anno ejus clientelam agnovit. Sed cum sibi arcem relervavit, non multo post adversus eum rebellavit, se seque Roberto Capuano Principi & Rainulpho Comiti, qui quod pessime haberentur a Rogerio defecere, hoc anno foedere junxit.

VII. Rogerius post Amalphim anno superiori captam Salernum rediit, & dum ibi moraretur, inquit Alexander Abbas lib. 2. Magister militum Neapolis Sergius nomine cornens in Rogerio tantam virtutem exercuisse potentiam (anno superiori) non quidem belli rigore sed solum ipsius (nempe Rogerii) timore contreritatus iit ad illum, ejusque subiecitur dominatui: qua videlicet civitas, mirabile dictu, post Romanum Imperium (id est post Justinianum) vix unquam a quoquam ferro subacta fuit: nunc vero Rogerio solo verbo præmissa subditur. Exeunte anno MCXXXIX. Sergius Rogerio tamquam magno Principi sese modo mere honorario summisit, hoc vero anno ejus clientelam agnovit. Sed cum sibi arcem relervavit, non multo post adversus eum rebellavit, se seque Roberto Capuano Principi & Rainulpho Comiti, qui quod pessime haberentur a Rogerio defecere, hoc anno foedere junxit.

VIII. Baronius num. IV. ait, Rogerium Rainulphi, uxorem captivam in Siciliam abduxisse; sed ea in parte ejus narratio mutat; ut enim, prodit Alexander Abbas, Comitissa Mathildis audiens Rogerium fratrem suum Salernum advenisse de Aleis, absente & ignorante marito suo Rainulpho, Comite, ad eum (sc. Rogerium) profecta est, propterea se nulla ratione ad ejus uxorem ulterius restitutam, &c. Rex,

quem & divino implorato præsidio superarunt, in fugamque adigerunt, exercitu ejus intereccioni dato. Fugit Rex Salernum, ubi moratus usque ad octavam diem mensis Decembris, conscensa navi in Siciliam est reversus, paraturus copias trailicendas anno sequenti. Hæc summam collecta ex dictis Chronicis Beneventanis, ubi & dies tantæ victoriæ notatur, nempe quæ præcedit festam diem S. Jacobi Apostoli. Cujus rei gratia a Beneventanis processiones & pervigiæ ob gratiarum actionem sunt frequentatæ, ut idem qui aderat his omnibus auctor affirmat. Eodem anno Willelmus Cardinalis Episcopus Prænestinus Legatus Sedis Apostolicæ in Germania, consecravit Brunonem Archiepiscopum Coloniensem successorem Friderici, qui anno superiori ex hac vita migrarat. Ita Dodechinus

V. Bruno consecratur Archiep. Colonienf. P P P 2 hu- &c. eam apud se pro suo velle manere permittit. Quod Falco etiam insinuat, cum hoc anno scribit: Rex deprehendens Comitem Rainulphum convitia multa & afflictiones Mathildi uxori sua inferre, ejusdem Regis sorori, quam ultra quam credi posse, diligebat (nempe Rogerius) consilio habito ipsam suam sororem mandavit, quam honeste accipiens eam dulcibus colloquiis consolatur, & eam in Siciliam mandavit.

IX. Secundo, Baronius ibidem prælio ad Nuceriam habito narrato, ait: Rex fugit Salernum ubi moratus est usque ad octavam diem mensis Decembris. Sed cum hoc Falco non dicat, apographum Falconis Benevento Romam ad eum transmissum parum hac in parte accuratum fuisse oportet. Alexander enim habet: Porro Regi inter hæc Salerni moranti, nunciatur, quod Barenfes civis ab eo se adversuros jam præpararent, &c. præ munitis oppidis suis quæ circa Beneventum erant Barum petiit. Qui pro eo quod Tancredi seu cæterorum hostilitas immineret, Barensem ad præfens exacerbare populum, quibusdam eorum petitionibus, prudenti consilio usus, consensit: seque eos pro tempore quietos dimisit. Post hæc autem Rex omnibus dispositis contra Tancredum, ejusque conspirationis complices præliaturus, ejusdem omnibus in Apulia urbibus, oppidisque præmunitis, Salernum iterum revertitur. Falco vero pag. 274. eodem prælio narrato, de Rogerio scribit: Apud civitatem Melphitanam diebus non multis moratus est, continuo quosdam ex Baronibus suis vocari mandavit, quos valde præcipiendo admonuit, quatenus in ejus permanerent fidelitate & dilectione, &c. Quibus peractis, & cætera num. VI. recitata. Neuter itaque Historicus Rogerium fugisse asserit.

Ad num. V. Dodechinus Abbas in Chron. refert, Fridericum Archiepiscopum Coloniensem anno superiori e vivis excessisse, & Brunonem in ejus locum subrogatum, consecratum fuisse a Willelmo Prænestino, Apostolici Legato. Card. Le-Mathæus enim Albanensis Cardinalis, qui anno superiori Legatione Germanica functus est, Sedes in perrexit, uti jam insinuavimus. Magna fuit Brunonis cum Sancto Bernardo familiaritas, ut ostendunt tres Epistolæ sancti hujus Abbatis ad eum datæ post Concilium Remense, in quænam Bernardus Epist. VI. contra eum fuisse di-

Rogerius Rex victus a Rainulpho atque Roberto.

V. Bruno consecratur Archiep. Colonienf.

IX. Postquam ad Nuceriam Rogerius Salernum reversus est.

X. Willelmus Prænestinus legatus Germanicæ Sedis in Germania.

CHRISTI 1132.

INNOCENTII II. PAP. 3.

VACAT. IMP. OCCID. 7. JOANNIS COMN. IMP. 14.

hujus temporis auctor. Memoria est dignum, quod cum idem Bruno fuit electus Colonienfis Archiepiscopus, consuluit sanctum Bernardum, an acceptare deberet electionem; ad quem egregia extat reddita epistola ejusdem Bernardi, hoc exordio: (a) Queris a me consilium, vir illustris Bruno, an volentibus se promovere ad Episcopatum acquiescere debeas. Quis hoc mortalium desuare praesumat? Deus forsitan vocat; quis audeat dissuadere? Forte non vocat; quis appropinquare consulat? Caetera per te legas auditu digna, Adifice & illam, quam

(a) Bern. ep. 2.

PAGIUS

dicit, quae ideo exeunte anno superiori, vel praesentis initio scripta, non vero an. MCXXV. ut perperam notavit in margine Mabillonius. Dedit & ad eundem aliam ordine VIII. cum jam Bruno Colonienfis Archiepiscopus electus esset, in qua cum consultus ab eo fuisset, an sibi acceptandus esset Episcopatus, respondit: Habebis Dominum Norbertum (Archiepiscopum Magdeburgensem) quem melius praesentem praesens de talibus interrogare potestis. Scripsit & Epistolam IX. ad Brunonem recens creatum Archiepisc. Coloniensem, qua cum ad timorem inducit, atque amici officium esse terre salubriter.

XI. Moritur S. Hugo Ep. Gracianopolit.

Ad num. VI. Mortem Sancti Hugonis Episcopi Gracianopolitani accurate collocat hoc anno Baronius ex Guigone quinto Priore Cartusianorum hoc tempore vivente, qui ejus vitam in Actis SS. Bollandianis ad diem primam Aprilis, qua obiit, recitatum scripsit. Excepit Hugo Sanctum Brunonem Cartusianorum fundatorem in sua dioecesi, eumque in suo Ordine condendo strenue adjuvit, & successorem substitutum jam sibi Carustensem (sicut diu multumque desideraverat ante) reliquit. Fuit is alter Hugo, indeque duplex error ortus; alii enim utrumque Hugonem confundentes S. Hugonem Cartusiensem fuisse scripserunt; alii fere plerique, inter quos Henchenius, qui vitam S. Hugonis Notis illustravit, tradunt eum uno aut altero ante mortem anno scripsisse ad Concilium Jotrense, quando B. Thomas Prior Abbatiae Sancti Victoris Parisiensis, crudeliter ab impiis pro justitia occisus est, ac petiisse, ut immane illud scelus vindicaretur; cum tamen Sanctus Martyr anno tantum sequenti peremptus fuerit, & non Sanctus Hugo, sed alter Hugo Ordinis Cartusianorum successor ejus de eade illa vindictam petierit, ut an. MCXXXV. Baronii ordinem sequentes monstrabimus. Hugonem autem, qui S. Hugoni successit, fuisse Cartusianum, ostendunt San-Marthani in Episcopis Gracianopolitanis.

XII. Fundator fuit Monasterii Calisientis.

Sanctus Hugo, qui deposito Episcopatu Gracianopolitano Monachus Cluniacensis in monasterio Casae Dei in Arvernica sito factus fuerat, post annum jubente Gregorio VII. Episcopatum retulit, & monasterium Calisientem, vulgo Chalais, una circiter leuca a Majori Cartusia distans, sub Sancti Benedicti Regula fundavit; ut discimus ex literis Guillelmi VI. Comitis Forcalquerii anno MCCVII. mensis Maii die prima datis, & a San-Marthanis ex schedis Peireskii Tom. IV. Gall. Christ. pag. 583. recitatis, quibus confirmat Donationem a se alias factam loci de Lura dioecesis Sistarciensis ad adificandam ibidem Ecclesiam in honore Domini nostri Jesu Christi, & gloriose Virginis Mariae,

ad eundem scripsit hoc anno, (b) cum jam est consecratus Archiepiscopus, in qua inter caetera. Si cunctos, qui vocantur ad ministerium, constat eligi & ad regnum; profecto securus est Colonienfis Archiepiscopus. Quod si etiam & Saulem in regno, & Judam in sacerdotio legitur elegisse non alius quam ipse Deus, & non potest solvi Scriptura, qua haec asserit: timeat & necesse est Colonienfis Archiepiscopus, &c.

(b) Id. ep. 9.

Hoc eodem anno magnus ille sanctitate insignis Hugo Episcopus Gracianopolitanus ex hac vita migravit. Ita qui res

VI. Episc. Gratian. moritur.

Et ad instituendam ibi Abbatiam secundum ordinem Calisientium a S. Hugone Gracianopolitano Episcopo quondam institutum. Antea idem vitae institutum Monachi Boscaudunenses in dioecesi Ebredunensi amplexi fuerant, & temporis progressu Abbatia Boscaudunensis caput extitit duorum aliarum. Mentio est Monachorum Calisientium in Vita S. Hugonis Episc. Gracianopol. cap. VII. diciturque Sancto Praefuli in ultima ejus infirmitate tam ex sociis propriis, quam ex Cartusienfis & Calisientis, necnon & Excubienfis domibus, octo vel novem, & interdum etiam decem intervenisse. Tandem Abbatia Calisientis in Prioratum redacta, usque a Benedicto XIII. anno MCDVII. literis die XVIII. mensis Augusti datis Majori Cartusiae unitis. Fundationis Monasterii Calisientis non meminit Henchenius in Notis ad vitam S. Hugonis, sed praeter San-Marthanos laudatos aliqua de ea habet Boucheus Tom. II. Hist. Provinciae pag. 118. 168. & 191.

Floruit sub Innocentio II. Hugo Metellus, qui cum jam provectus esset aetatis, factus est Canonicus Regularis Sancti Augustini in Abbatia S. Leonis, dioecesis Tullenensis, ut ostendit Epistola ejus XVIII. ad Guillelmum Abbatem. Natus apud Tullum Leucorum auditor fuit Anselmi Landunensis, variaque literas scripsit adhuc ineditas, nempe ad Innocentium Papam II. Abbatem Trevirorum, Stephanum Metensium, Guillelmum Lingonum, Henricum Leucorum, Embriconem Herbipolensem Episcopos, ac ad Petrum Abaelardum & Helvidem seu Heloissam Paracliti Abbatissam. Refert haec Mabillonius Tom. III. Analect. occasione Epistolae Hugonis Metelli ad Garlandum, qui de Eucharistiae Sacramento non bene sentiebat, additque LV. ejus Epistolas adhuc MSS. asservari Parisiis in Biblioth. Claromontana. Porro Heloissam Helvidem etiam appellatam, anno MCXLII. demonstrabimus.

XIII. Floret Hugo Metellus Canonicus Regularis.

Goffridus Abbas Vindocinensis & Cardinalis B. Priscæ, Patria Andegavenfis, cujus Epistolae a Sirmondo observationibus locupletatae, hoc anno ad caelestia migravit VII. Kal. Aprilis, ut disertè habet Chronicon Andegavense, quod & Vindocinense appellatur, a Labbeo Tom. I. Biblioth. promulgatum. Pergratus fuit Urbano II. & Paschali II. quos in Francia hospitio excepit, & Callisto II. intimus, ut Epistolae mutuo datae fidem faciunt. Aliquot etiam Opuscula sermonesque XI. composuit, & quod ejus Opera ostendunt, in sacris studiis & canonibus valde exercitatus fuit.

XIV. Moritur Goffridus Abbas Vindocinensis.

CHRISTI 1132.

INNOCENTII II. PAP. 3.

VACAT. IMP. OCCID. 7. JOANNIS COMN. IMP. 14.

gestas ab eo scripsit jussu Innocentii Papae Guigo Carthusiae Prior, cum ait: Anno itaque ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo secundo, aetatis porro suae ad minus octogesimo, mense quarto, consecrationis autem itidem ad minus quinquagesimo secundo, Kalendis A-

PAGIUS XV. Annus t. mortalis Algeri Leodiensis Scholasticus incomperatus.

Ad hunc circiter annum pervenit Algerus, ex Leodiensis Ecclesiae Scholasticus Cluniacensis. Monachus, quo nemo melius, clarius & eloquentius, materiam de Eucharistia tractavit; Libros enim tres aduersus haesim Borengarii de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini scripsit, & in eo argumento superavit Lanfrancum & Guitmundum, qui ei in eodem stadio praeverant, inquit Petrus Venerabilis, initio libri de Sacrificio. Edidit etiam insignes Epistolas ad diversas personas & Ecclesias datas, quae perire, solumque, praeter laudatum Opus, superest liber ejus de Misericordia & Justitia; Nicolaus ait eum inter caetera ingenii sui monumenta, in Clericatu adhuc positum Tractatus duos edidisse, cui primum titulum fecit de Misericordia & Justitia, aliumque tanto nobilitatem, inquit Nicolaus, quanto sublimiorem, utpote de re mirifica & necessitate, de Sacramento scilicet Corporis & Sanguinis Domini, de quo varii errores, variisque proveniebant haereses. Libri de Misericordia & Justitia, editionem pollicetur Mabillonius Tom. I. Analect. pag. 303, ubi & refert ejus. Elogium a Nicolao Leodiensi Canonico, ejus aequali compositum. Annis fere viginti, inquit Nicolaus Scholasticus fuit in Ecclesia Sancti Lamberti, usque ad obitum felicis memoriae Friderici Episcopi Leodiensis pro defensione fidei Catholicae anno MCXXXI. perempti, ut eo anno narravimus. Post Sancti Martyris obitum, cum firmo corpore valeret, vitam sub Sancti Benedicti Regula aggressus est in Cluniacensi conuicio, subdit idem Nicolaus. Annus mortis ejus incomperatus. Porro Nicolaus Canonicus Leodiensis, quem ex Elogio Algeri constat tempore Friderici Martyris Episcopi Leodiensis praetergressum esse, scripsit etiam gesta Sancti Lamberti Episcopi Leodiensis & Martyris, quae extant Tom. I. Chapeavilli.

XVI. Arnaldus Archiep.

Hoc anno indictione undecima, quinto Nonas Decembris factus est Conventus apud villam Creissanam in territorio Narbonensi, Episcoporum, Clericorum quoque & laicorum non minus multitudinis nobilium, quam ignobilium sub potestate Domini Arnaldi Narbonae Archiepiscopi & Sedis Apostolicae Legati, ad celebrandam ejusdem loci Ecclesiae dedicationem in honorem B. Martini, ut legitur in Instrumento Dedicationis Tom. X. Concil. recitato, ex quo liquet praeter Gaufridum Episc. Carnotensem, qui super Bituricensis, Burdegalensem, Dolensem, & Turonensem provincias, ut dicitur in Martyrologio Carnotensi, Legatione Apostolica functus est, in alia Galliae parte Arnaldum Archiep. Narbonensem eandem dignitatem gessisse.

prilis, sexta ante Palmarum Dominicam feria, circa gallicinum beatus Hugo migravit ad Dominum. Quem Innocentius Papa cum rediit in Italiam, Pisis consistens, rerulit inter Sanctos, ut suo loco diduri sumus anno sequenti.

An.

Petrus Venerabilis Cluniacensis Abbas omnes Collatum Priores de Anglia & Italia, regni-que alii accessit, jubens, ut dominico Quadragesima tertio Cluniaci adessent, ut praecepta monastica conversationis austeriora, quam haec tenuerant, audirent, inquit Ordericus, bus austere qui eidem Conventui interfuit, lib. XIII. pag. 896. Ducenti Priores Cluniacum convenerunt, ac MCC. & XII. Fratres ibi adfuerunt. Petrus Venerabilis subjectis auxit jejunia, abstulit colloquia, & infirmi corporis quadam subsidia, qua illis moderata Patrum haecenus permiserat reverendorum clementia. Quidam tamen ei repraesentarunt, Hugonem, Majolum & Odilonem arctam vitae viam tenuisse, & sufficere debere per vestigia eorum in via mandatorum Dei dilatato corde currere. Petrus rudibus ausis inquit; postmodum tamen emollitus, memorque discretionis, qua virtutum mater est, invalidisque compatiens subvenit, perplura de gravibus infirmitatibus, quae prosuaderat, intermisit, inquit Ordericus.

XVII. Petrus Venerabilis Cluniacensis.

Anno superiori, ut refert Sandovalius, Alphonsus VII. Legionis & Castellae Rex in regiones Maurorum excurrit, & usque ad Hispaniam & Cordubae portas omnia vastavit. Alphonsus vero Aragoniae Rex Baionam permutum Aquitaniae oppidum rursus obsidione cinxit. Durante obsidione testamentum condidit mense Octobri, & pleraque oppida & dominia sua in Regnis Navarrae, Najarrae & Castellae parte posita inter Hispaniarum Ecclesias divisit. Ejus summarium refert Surita lib. r. cap. 52. & Josephus Moretus in Investigacionibus Navarricis pag. 646. testatur se illud legisse in archivis Ecclesiae cathedralis Pampeionensis, & in eo haberi: Facta charta in era MCLXVIII. mense Octobri, in obsidione Baiona, anno scilicet superiori.

XVIII. Gesta anno superiori in Hispania ab utroque Alfonso Rege.

Hoc vero anno Alphonsus Castellae Rex bellum adversus Mauros continuare non potuit, quia bellum civile, quod superiori coeptum fuerat, praesentis ac insequenti, quo illud finitum, totum regnum conturbavit. Victi tamen rebelles & Goncales Pelayz factorum ductor coactus in Portugalliam fugere, ibi morore extinctus est, uti Sandovalius fuisse narrat fol. 150. & seq. juxta antiquas Historias a se vistas. Antiqua tamen alia monumenta urbis Toletanae, ut habet idem Sandovalius citatus, asserunt, Petrum Goncalem Gironum Comitem cum magno exercitu in conspectum civitatis Hispanensis venisse, adversus Mauros pugnasse, eoque occiso. Omaro eorum Rege aut Praefecto superasse. Versa postea fortuna in iisdem enim monumentis legitur, fufos fugatosque fuisse Christianos ad locum Malakigos dictum, mense Julio eraque MCLXX.

XIX. Gesta hoc anno in Hispania.

JESU CHRISTI ANNUS 1133. INNOCENTII PAP. II. ANNUS 4. LOTHARII II. IMP. JOANNIS COMN. IMP. 15.

I. Innoc. Pap. & Lothar. Rex Romanam se conferunt.

Annus Redemptoris millesimus centesimus tricesimus tertius, coeptus Indictione undecima, felix illuxit Catholicæ Ecclesiæ. Nam ipse Innocentius Papa in Sedem suam Romæ a Lothario restituitur, & Lothar. ab eo coronatur Imperator. De his acturi, in primis quod temporis certitudinem spectat, sine qua labor omnis pro veritate indaganda susceptus penitus evanescit, atque in multiplices errores ferri historicos sit necesse, diligenter est considerandum. Hoc namque anno venisse Lotharium Romam, & coronatum ab Innocentio, auctores hujus temporis aperte testantur, nempe qui Beneventanum Chronicum scripsit Fulco, & Hugo in vita S. Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis, dum ejus reditum cum Lothario Romam describit, & post quatuor menses defunctum esse sexta Junii, anno Christi MCXXXV. affert; idem quoque in Auctario ad Sigebertum habetur, & aliis. Cum igitur substitisset usque in annum præsentem Innocentius Papa Pisis, vere adveniente Lothario Rege Germaniæ, ambo se Romam contulerunt; de quorum itinere hæc ha-

bent citata superius Acta: Dum hæc agebantur, Lotharius in Tusciam venit, & apud Calcinariam, in territorio Pisano cum eodem iterum colloquium habuit. Concordantes igitur, ut ad Urbem festinare deberent: Rex per stratum publicam transiit, Pontifex per maritimam usque Viterbium: processerunt postea simul per Hortum, & Sabinese, & Farsense territorium, & apud Ecclesiam S. Agnetis castrametati sunt. Occurrentibus autem ei Theobaldo Urbis Præfecto, ac Petro Leonis cum aliis nobilibus Romanis, & Transiberinis, intraverunt Romam anno MCXXXIII. Et Pontifex quidem in palatio Lateranensi hospitatus est, & Rex Lotharius in monte Aventino tentoria fixit. Tunc Pisani, & Genuenses in auxilium Papæ Innocentii cum navali exercitu Romam venientes, civitatem veterem, turrim Palæstram, & totam Marmoratam eidem Pontifici subjugarunt. Hæc ibi. De his ista leguntur in dicto Chronico Beneventano sub eodem anno millesimo centesimo trigésimotertio: Innocentius Papa simul cum Lothario Imperatore Romam pervenerunt. Audivimus

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6626. SÆC. XII. An. Eræ Hîp. M. CLXXI. An. Hebraicæ D. XXVIII. Inchoato die 1. Novemb. fer. 4. A. C. 1133. I. Lotharius Romam coronatur imp.

Num. I. ad IV. diem & mensem, quibus Lotharius II. ab Innocentio II. Romæ Imperator coronatus fuit, nobis conservavit Chronographus Hildensheimensis, qui a Nativitate, Christi an. exordians, ait: MCXXXIII. Rex Natalem Domini in Longobardia apud villam Medicinam dictam celebrat. Per Italiam, pleraque loca munita sibi resistentia capit. Conradus enim Sueviæ Dux Modocetæ & Mediolani, ut supra ostendimus, coronatus fuerat, eique fortiter obstitit. Tandem II. Kalend. Martias [1] Romam cum multo favore ingreditur, ibique II. Nonas Junii, quo tunc dies dominica extitit, Lateranis in Basilica S. Joannis Baptista a Domino Apostolico Innocentio in Imperatorem consecratur. Bernhardus Patribus

Episcopus, qui tunc cum Rege aderat, usum Rationalis in celebrationibus Missarum constitutis temporibus & dedicationibus Ecclesiarum, seu ordinationibus Ecclesiasticorum graduum, in proprio tantum Episcopatu, sibi, suisque successoribus a prædicto Papa Innocentio promeruit. Ubi Chronographus Rationalis nomine Pallium intelligit, ut ex Glossario Ducangii in voce Rationale eruitur. Trithemius in Chron. Hirsaug. & Onuphrius, in Chron. eundem diem coronationi Lotharii assignant. Dum Romæ esset Innocentius II. Epistolam dedit ad Petrum Venerabilem Abbatem Cluniacensem, in qua ait: Deus in faciem suam respexit Ecclesia, atque nos sanos & incolumes ad sedem propriam revocavit. In fine vero legitur: qua ad liberationem Ecclesiæ pertinent, Deo gratias salubriter operamur. Data Laterani X. Kal. Junii.

Pergit Chronographus: Post hæc Imperator in reditu, cum ad locum quendam venisset, in Germaniam qui propter situm angustiæ Clus, quasi præclumens vocatur: quippe ex una parte excelsum monte adjacente, ex altera parte profundissimo flumine corrente, via in medio, quatuor seu quinque itinerantium simul spatio patente. Et cum ibidem transitus Imperatori ab incolis negaretur, ipse viro eventu, & perspicuo Dei auxilio, eundem locum celeriter irruendo, fugatis hostibus cum suis pertransiit; & urbem in supercilio ipsius excelsum montis positam

NOTÆ [1] II. K Alendas Martias. Male nam vel diem paschæ egit in itinere extra Romam apud S. Flavianum. Melius igitur Annalista Saxo horum temporum Scriptor ex quo sua omnia Chronographus Hildensheimensis deprompsit legit: II. Kalend. Mart. Aliud pariter mendum in textum chronographi hujus irrepit, nam Rex Natalitia festa non Medicinæ, sed Modocetæ, ut legit idem Annalista Saxo Eccardi, egit. MANSI

CHRISTI 1133. INNOCENTII II. PAP. 4. LOTHARII II. IMP. I. JOANNIS COMN. IMP. 15.

revera duo tantum millia militum secum duxisse. Apostolicus itaque honeste susceptus, palatium Lateranense ingreditur, ibique magno gaudio, & honoris copia suscepit. Imperator autem circa monasterium S. Pauli cum exercitu suo viriliter castrametatur. Quod spectat ad paucitatem militum, quos secum Lotharius duxit: testatur idipsum S. Bernardus in epistola (a) ad eundem Lotharium jam coronatum Imperatorem verbis istis: Ipsus, Domini scilicet, profecto nuper opus & virtus fuit, quod iter satis laboriosum, & meticulosum pro pace regni, & Ecclesiæ liberatione susceptum, in tanta prosperitate peregrinasti. Roma siquidem Imperialis culminis plenitudinem gloriosissime affectus, idque quod majus fuit, in manu non magna, ut animi, fideique magnitudo clarus emineret. Quod si ante tantillum exercitum terra tremuit, & quicquid: quantus putamus horror ho-

(a) Bern. ep. 139.

TAGIUS repentino assultu cepit, & Principem ejusdem urbis captivum secum adduxit.

III. Lotharius Imperat. Innocentium II. anno MCXXXI. Papam, Patremque recognovit, & secum eo Romam iturum, & in Sedem propriam restitutum sacramento spondit, inquit Chronographus Mauriniacensis pag. 377. Idem narrat Sugerius in Vita Ludovici VI. Francorum Regis pag. 319. sed locus corruptus est; Sugerius enim de Innocentio II. in Gallia morante verba faciens, scribit: Opportunitatem reparandi nascens de Imperatoris Ludovici (legendum, Lotharii, observandæque librariorum aliquando nominum pervertentur & in alia mutare; ut non semel in hac Critica vidimus) comitatu (quæ cum in manu forti Romam perducere, & Petrum Leonis deponere sponderat) illuc cum eo devenit: Sed cum eum Augustum Imperatorem constituisset (hoc nempe anno), Romanis resistentibus, pacem obtinere Petro Leonis (seu Anacleto Antipapa) vivente non potuit.

IV. De eadem profectioe Romana Innocentii & Lotharii rursus loquitur Chronographus Mauriniacensis pag. 383. aitque de Innocentio: a partibus Galliarum secedens, Romam unde venerat intravit. Sed quia Petrus (idest, Anacleto Antipapa) injustus conviciarius maximam partem sibi sociaverat civitatis, in illo temporis pacto plenitudinem debiti sibi honoris adipisci non potuit. Imo quodam modo bipertito Apostolica dignitatis culmine, Innocentius Ecclesiam Beati Petri, in qua divini Sacerdotii dignitas pendebat, solus per se obtinuit; Petrus vero Lateranensis Palatii Sedem, ad quam Imperialis Celsitudo pertinet, occupavit. Exinde capta venenata illius dissensionis jam manifestior ubique amaritudo diffundi, & tota civitas evidenter odiosæ schismatis rivulis dissipari. Jam nunc verum videbatur illud rusticorum proverbium: Difficile est, ut unius habitaculi circulus lupum simul & agnum contineat. Porro quia illa discisso: nisi cito finem susciperet, populo, Urbi, dignitati, maximi damni occasio foret, Innocentius violentia locum præbens, saniori consilio accepto, Pisam se contulit. Paulo post: Innocentius tandem Pise demoratus est, quoadusque Petrus Apostolica Sedis dignitatem morte terminante reliquit, anno scilicet MCXXXVIII.

stium corda invadere habeat, cum coeperit Rex procedere in magnitudine brachii sui? &c. Pergit vero auctor Chronicorum Beneventanorum:

Misit autem, sicut audivimus, ad Anacleto, ut consilio religiosorum virorum communicato adesset, & Spiritu sancto mediante tanti erroris & homicidiorum magnitudini finem poneret; quod Anacleto ille sicut accepimus, facere contempsit. De adventu insuper Lotharii Romam & ejus coronatione, hæc habet ejusdem temporis auctor in vita (b) sancti Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis: Cum eo, Lothario, autem & aliis iam Episcopis quam Archiepiscopis ex præcepto & obedientia Innocentii pastoris Catholici Pontifex Norbertus profectus est, transiitque castris & uribus cum magna turba præcunctis & subsequenti exercitus, Romam Papam venerabilem Innocentium secum ducentes per-

II.

(b) Vita S. Norb. c. 59. apud Sur. t. 3. die 6. Jun.

Innocentius II. exeunte Septembri nondum Pisas redierat. Brouverus enim lib. 14. Annal. Trevirensium ad annum MCXXXIV. refert, fragmentum Epistolæ ab eo ad Alberonem Archiep. Trevirensis scriptæ, in quo legitur: Data in territorio Romano an. MCXXXIV. Kalend. Octob. ubi annus ille Pisanus est, non Dionysianus, ideoque respondet anno nostro MCXXXIII. Innocentium enim Era: Pisana aliquando usum exdicendis anno MCXXXV. num. XXIV. perspicuum fiet. Tum ad annum MCXXXV. recitat Brouverus alias ejusdem Papæ literas, quibus Alberonem Legatum suum constituit per Trevirensis, Moguntinam, Coloniam, Saltzburgensem, Bremenensem, & Misaburgensem provincias, in quarum sine legitur: datum in territorio Romano sexto Nonas Octobris, hoc scilicet Christi anno. Fallitur autem Brouverus quando ad annum MCXXXVI. arbitratur Alberonem eo anno Apostolicæ Sedis Legatum adhuc fuisse, quod in inscriptione ab eo relata dicatur, eum VIII. Idus Aug. illius anni dedicasse Basilicam Sprinckirsbachensem, dum adhuc Sedis Apostolicæ Legatione fungeretur; hæc enim inscriptio, aliæque plures hujusmodi a posterioribus postæ; quod de ista negari non potest; cum loco laudato visuri simus Innocentium II. Alberoni in suis literis eo anno datis titulum Legati non tribuere. Præterea Baronius anno MCXXXV. num. XI. & seq. Chartam refert ab Adalberto Archiep. Moguntino datam, his verbis inchoatam: Adalbertus Moguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopus, & Apostolica Sedis Legatus; sed ea non eo anno, ut putavit Baronius, verum anno MCXXXIV. data ut anno MCXXXV. videbimus. Quare Alberonis Legatio anno MCXXXIV. absoluta. Ad Alberonem inscripta Epistola VI. Hugonis Metelli, in qua ait: Legatio B. Petri tibi commissæ qua aliquid dignitatis & potestatis addit tibi; sed ea legatio brevis fuit, cum Adalbertus anno MCXXXIV. eum exceperit.

V. Initio Octobris adhuc in territorio Romano versabatur.

VI. Divus Bernardus, ut anno sequenti demonstrabimus, pluresque magni nominis Episcopi Innocentium Romam proficiscentem comitati sunt. Hic loquar tantum de Sancto Norberto, cujus mentio apud Baronium num. I. obscurior: Octavo ordinationis sue anno, inquit Chronogra-

CHRISTI
1133.INNOCENTII II. PAP.
4.LOTHARII II. IMP. &
JOANNIS COMN. IMP. 15.

veniunt. Ubi cum impetu grandi & manu forti introeuntes, ipsum eundem Papam in sancta Sede inuenerunt hostibus, & adversariis omnibus collocarunt. Porro Lotharium Regem Pontifex in Sede positus, & alii qui conuenerant, in Romanum Imperatorem consecraverunt. Erat autem vir ille strenuus belli ductor &c. Narrare pergit eximias ejusdem Imperatoris virtutes. In Vaticanis schedis reperimus ista de coronatione Lotharii: Hoc est juramentum, quod D. Rex Lotharius tempore haresis filii Petri Leonis D. Papae Innocentio praestitit ante fores basilicae S. Salvatoris, quae Constantiniana appellatur, in die qua coronatus est ab ipso Innocentio, antequam coronam acciperet, D. Cencio de Fraxapanis juramentum computante, & Ottone nepote suo ac ceteris nobilibus Romanis ibi existentibus.

Ego Lotharius Rex promitto & juro tibi domino Papae Innocentio, tuisque successoribus securitatem vitam, & in membris, & mala captionis, & defendere Papatum, & honorem tuum, & regalia S. Petri quae habes, manutene, & quae non habes, juxta meum posse recuperare. Haec ibi.

III. Quod autem in Lateranensi basilica, praeter morem facta sit coronatio Lotharii Imperatoris, hanc accipe rationem ab Ottone Frisingensi, qui ait: (a) Rex plus mente quam milite confidentiam gerens, ad Urbem usque progreditur, ibique qualibus potuit cum paucis strenue peractis, in Ecclesia sancti Salvatoris, quae Constantiniana dicitur, a summo Pontifice Innocentio coronatus, Imperatoris & Augusti adeptus est nomen; nempe Ecclesiam B. Petri, ubi mos coronari erat

PAGIUS graphus Magdeburgensis a Meibomio editus, cum Rege Lothario, reliquisque Principibus in Italiam profectus, & officio Cancellarii nulla expeditione functus (legendum, in illa expeditione functus; Librarius enim locum illum corruptit, uti ex se patet), utpote vir magna auctoritatis, consilio providus, apud Romanorum quoque primos clarus, cum plurima illis de ordinatione ipsius Imperatoris, & ceteris regni negotiis composuisset, de Polanorum quoque Episcopis ex primitivis Privilegiis Ecclesiae hujus scilicet Magdeburgensis scriptis subjectionem illi debentibus justitiam exposcens, iterato suscepisset, altero anno (sc. MCXXXIV.) in reversione paulatim infirmam (legendum infirmari) cepit & nihilominus circiter sex menses cum eodem Imperatore pro utilitate Ecclesiae per diversas Curias in Germania commoratus. Tandem langore prevalente Magdeburgum decessit eundem magnifice ab omnibus in Quadragesima est susceptus.

VII. Ordericus lib. XIII. pag. 897. male edoctus de gestis in hac professione Romana Innocentii II. & Lotharii II. Imp. uti passim de aliis hoc ipso tempore, quo in Normannia vivebat, peractis, ait Innocentium II. a Lothario, dum Romae versaretur, ad Placitum vocatum venire recusasse, subditque: Imperator autem ut

Imperatoribus, Petrus Leonis eo tempore occupaverat. Haec Otto. Tunc temporis idem Innocentius Papa eidem Lothario Imperatori concessit Allodium Comitissae Mathildis, ut ex ejus diplomate hic descripto apparet. Quod sic se habet:

Innocentius Papa Secundus Lothario Imperatori Augusto & Rigei Imperatrici.

Si auctoritas sacra Pontificum & potestas Imperialis vere glutino charitatis ad invicem complentur: Omnipotentis debitus famularius libere poterit exhiberi, & Christianus populus grata pace & tranquillitate gaudebit. Nihil enim in praesenti saeculo est Pontifice clarius, nihil Rege sublimius, nihil est quod lumine clariore praesulget, quam recta fides in Principe, nihil est quod ita nequeat occasui subjacere, quam vera religio. Quae nimirum omnia tanto manifestius, Deo gratias, in persona tua clarescunt, quanto ab incunite aetate amator religionis, & cultor justitiae existisse cognosceris, & novissime diebus istis, nec persona tua, nec propria parcendo pecunia pro beati Petri servitio multos labores, & immensa pericula periculis. Cum ergo, testante sacro eloquio, etiam mali patres bona data filiis suis debeant impartire: dignum profecto est, ut nos, qui disponente Domino, universis Catholicae Ecclesiae filiis debemus sollicitudine paterna consulere, personam tuam arctius diligamus, & tanquam specialissimo Ecclesiae defensori, in his, quae ad statum Imperii in suo robore conservandum, & utilitatem, ac liberationem Catholicae Ecclesiae spectare noscuntur, tam

haec audivit contra Gregorium (seu Innocentium II.) indignatus, quaque possidebat, dimisit, & negotio imperfecto post hebdomadas septem recessit. Verum Ordericum refellit ipsemet Lotharius in sua Epistola Tom. II. Spicilegii Dacheria pag. 480. relata, quam placulum esset integram hic non exhibere: Lotharius Dei gratia Romanorum Rex, Regibus, Archiepiscopis, Principibus, & universis Dei fidelibus, ad quos litera ista pervenerint, salutem. Majestatis sua dispensationi & consilio placuit nos Patronum & Defensorem S. R. E. statuere. Ideoque necesse habuimus pro ipsius liberatione propensus laborare. Cum igitur ascitis nobis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Principibus, Ducibus, Comitibus, & Marchionibus regni nostri; Episcopos etiam, Comites, & alios Barones Italia nobiscum ducentes, bellico apparatu stipati ad Urbem proficisceremur, Nuncios schismatici illius Petri Leonis frequenter habuimus. Quae nimirum ex parte illius justitiam praetenderent, ipsi in jus ire parato non debere audientiam denegari, nec hostilibus impugnationibus molestari, publicis clamoribus asserant. Diutinis ergo eorum interpellationibus provocati, id ipsum Episcopis & Cardinalibus, qui cum Domino Papa Innocentio erant, significare coacti sumus. Ipsi vero tanquam canonicarum sanctionum,

CHRISTI
1133.INNOCENTII II. PAP.
4.LOTHARII II. IMP. I.
JOANNIS COMN. IMP. 15.

tam secundum Ecclesiasticum officium, quam temporaliter Imperatoriam potentiam augeamus. Hoc nimirum intuitu Allodium bonae memoriae Comitissae Mathildae, quod utique ab ea beato Petro constat esse collatum, vobis committimus, & ex Apostolica Sedis dispensatione concedimus, atque in praesentia fratrum nostrorum Archiepiscoporum, Episcopi, Abbatum, nec non Principum, & Baronum per anulum investimus: ita videlicet, ut centum libras argenti singulis annis nobis, & successoribus nostris exolvat, & post tuum obitum proprietatem ad jus & dominium sanctae Romanae Ecclesiae cum integritate absque diminutione & molestia revertatur. Quod si nos vel successores nostros in eandem terram venire, manere, transire oportuerit; tam in susceptione, quam in procuratione, atque securo conductu, prout Apostolica Sedes decreverit, honoremur. Qui vero arcus tenuerit, vel rector terra fuerit, beato Petro, & nobis, nostrisque successoribus fidelitatem faciant. Ceterum pro charitate vestra nobili viro Henrico Bavariae Duci genero vestro, & filiae vestrae uxori ejus, eandem terram cum praesentibus, & supradictis conditionibus A. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS num, & institutionum Ecclesiasticarum non ignari, universam Dei Ecclesiam jam super hoc promulgasse sententiam, Petrum Leonis ac complures suos damnasse asserentes, quod erat universitatis non debere privatum fieri responderunt.

VIII. Nos autem id ipsum cum patientia supportantes, & Patrem nostrum Papam Innocentium ad Urbem cum gloria duximus, & Lateranensem cathedram restitimus, atque in monte Aventino castrametati fuimus. Ibi quoque Petrus Leonis aures nostras, & Principum nostrorum, per Patrum olim Portuensium Episcopum & per alios fautores suos praetereundo justitiam sollicitare non desistit. Qui etiam munitiones, & obsides, se nobis daturus ad sufficientiam pro servando iudicio, & viva voce, & literis promiserunt. Pacem igitur sine effusione sanguinis reformare in Dei Ecclesia cupientes, quae nobis illi dixerant, Fratribus, qui cum Domino Papa Innocentio erant, per nos ipsos significavimus. Ceterum, ipsi, ut pacis amatores, de justitia confidentes, tam personas suas, quam Leonis, & filiorum suorum nec non Cen. Petr. Fraxapanis, & Petri Latronis, & munitiones in manu nostra libere obtulerunt. Adversa vero pars dies redimere cupiens, sub velamine fraudulentarum promissionum nos aliquanto tempore a nostra intentione retraxit. Tandem quia ipsi saepe commoniti implere quod promiserant, noluerunt, tamquam fallaces & perfidi, & tam Diuina, quam Regia majestatis rei, cum Petro Leonis, ejusque complicibus damnati, & hostes a Principibus nostra Curia iudicati. Videlicet Norberto Magdeburgensi Cancellario nostro, & A. (nempe Adalberone) Bremensi Archiepiscopo, & P. Osenburgensi (sc. Philippo Comite de Cadencelenbogen Episcopo Onaburgensi,) P. Adalbronnensi, (legendum, B. Paderbornensi, sc. Bernardo Episcopo Paderbornensi, qui a Papa Pallium, uti Archiepiscopi, obtinuit, ut videre est apud Krantzium in sua Metro-

politica benignitate concedimus; ita tamen, ut idem Dux hominum faciat & fidelitatem B. Petro, ac nobis, nostrisque successoribus juret. Post quorum obitum praedictum Comitissae Mathildae Allodium ad jus & dominium sanctae Romanae Ecclesiae sicut supra dictum est, integrum, & absque diminutione atque difficultate aliqua reducat: salvo tamen semper in omnibus ejusdem sanctae Romanae Ecclesiae jure ac proprietate. Datum Laterani vi. Idus Junii. Haecenus concessio Allodii Mathildae facta ab Innocentio Papa Lothario Imperatori. Quae post haec facta sint, ita Fulco in Chronico Beneventano:

Audiens itaque Robertus Princeps Capuanus & Rainulphus comes Apostolici Innocentii & Imperatoris Lotharii adventum longe lateque optatum, trecentorum fere militum caterva stipati, simul cum domino Gerardo Cardinale, qui tunc Beneventanis rector praesuerat, & civibus quibusdam sapientibus Beneventanis Romam festinarunt. Qui vero euntes, omnem ordinem afflictionis, quam civitas Beneventana dudum perpessa est, e vestigio intimaverunt lacrymis, orantes, ut civitatem Beneventanam a Comite Siculorum

poli, ubi duorum horum Praefulum mentionem facit), Aa. Brandenburgensium (seriem integram Episcoporum Brandenburgensium invenire non potui, sed non dubito quin legendum sit, Anselmo), O. Asteni (idem, Ottone Episcopo Asteni, de quo Ughellus Tom. IV.) O. Cremonensi (Oberto seu Umberto, de quo Ughellus in Episcop. Cremonens.) & B. Parmensi (nempe Bernardo, de cuius morte paulo post verba faciemus) G. Ipponensi (Dacherius in margine corrigit Vibonens; id est, Ipponis Vibonens, sed magno errore; Episcopatus enim ille in Calabria situs jamdiu extinctus fuerat, & omnes Calabriae Episcopos Anacleticae erant. Manifestum est itaque legendum esse Ipporiensis. Eporedia vulgo Turre, Ipporia appellabatur, & ejus Episcopus erat Guido, aut Wido, cujus mentio apud Ughellum in Italia Sacra, ubi Chartae de more exhibent nomen Ipporiensis) Episcopis, & Abbatibus, Henrico Euldensi, Alberone Noemburgensi, & Lunenburgensi; Proceribus Alberone, & Henrico Marchionibus, Othone Sagifredo, & Henrico Marchiano, Willelmo de Lomello, Gothone de Marchingo, Hidebrando, & Tancredo de Prato Comitibus, & Alberto de Castello.

IX. A num. IV. ad VIII. Tancredus de Conversano junctus Comiti Rainulpho, & Baronibus Apuliae hujus anni initio civitatem Venusiam obsidione cinxit: Populus itaque civitatis libertatem optatam expectans sub Tancredus II. adhaedi de Conversano fidelitate colla submitit; deinde alias civitates Apuliae sua obtinuit potestati, inquit Falco in Chron. Benevent. qui Lothario deinde refert adventum Innocentii II. & Lotharii Imp. ad Urbem Romanam, quos Robertus Capuae Princeps cum Gerardo Cardinali Praefecto Beneventi, & ejusdem urbis Legatis convenit uti narrat Baronius num. IV. Cujus narrationi addendum quod Falco pag. 280.

rum Rogerio jugiter oppressum liberaret, &c. Annuat Pontifex ipsorum petitioni de his, quæ spectabant ad regimen civitatis: cætera bellica tractare haud sibi opportunum, qui licet esset in Urbe, teneri quodammodo videretur obsessus, dum munitiones & turres omnes in potestate essent adversariorum in Urbe potentium, ac propemodum dominantium. Hæc de his ibi.

V. Rogerii crudelitas in Apulos.

Sed quæ Rogerius Rex Siciliæ transfretans cum ingenti exercitu in Apuliam tunc egerit, ab eodem auctore rem spectante sic accipit: *Ex improvise pradi-ctus Rex Rogerius Siculorum, exercitu Saracenorum congregato Pharam transivit, deinde in Apuliam cursu rapido acceleravit. Continuo civitatem Venusiam, quam Tancredus Comes Conversanus acceperat, & alias civitates comprehendens, igni ferroque consummavit: viros quoque & mulieres, parvulosque vario mortis genere necavit, quosdam vero eorum comburi fecit. Regem testatur æternum; tanta crudelitate in Christianos ille exarsit, quod vix aut numquam a seculo sit auditum.* Post hæc autem Tranensem civitatem ab eodem Rege devastatam asfirmat summa crudelitate, & alia oppida & loca, quæ ab ipso superiori anno defecissent. Sed illud excedit omnem immanitatem, quod Trojanos cives, qui

PAGIUS

280. de semetipso loquens tradit, nempe Cardinalem statuisse consilio cum Ralbotone Comesubulo accepto & aliis civitatis Sapientibus, Falconem Notarium, Scribam sacri Palatii istius opusculi factorem, sicut in principio legitur, Judicem civitatis ordinavit; & infra asserit Innocentium II. munus illud ei confirmasse; Privilegio signato misit civitati Beneventana per Gregorium Beneventanum Electum (Landulfi successorem) qui Romam ierat, se Falconem prefatum Judicem confirmasse Beneventanum. Sed Robertus Capuæ Princeps quod sperabat Romæ non obtinuit; Princeps itaque & Comes (nempe Ramnulphus) Romam euntes non sicut voluerunt ab Imperatore consecuti sunt. Et eis illis morantibus ex improvise, Rex Rogerius advenit, & omnia igne ferroque consumavit, ut narrat Baronius num. V. ex Falcone. Alexander Abbas professionis Principis Capuani & Comitum Ramnulphi verba faciens ait, licet a Lothario honorifice suscepti fuissent, adiutorium tamen ejus, quod speraverant, contra Regem Rogerium obtinere non potuisse: qui dum Roma adhuc apud Regem commorarentur (nempe apud Lotharium) audientes Regem Rogerium cum immenso militari pedestrique exercitu fretum Pharense janz transivisse, petita a Rege atque accepta, quamquam non grata licentia, quantocius ad propria redeunt.

X. Rogerius Rex servit in conjuratos.

Idem Historicus prætermissa Venusæ expugnatione confirmat quod narrat Falco de crudelitatibus a Rogerio Rege tunc exercitis in Apulia: Rex Rogerius eo quod supradictorum adversum se Principum (Roberti ac Ramnulphi) compererat cum perjurio factam conspirationem, tanta quidem rapitur indignatione,

cum Episcopo venerant, excepturi ipsum cum solemnî processione, omnes convertit in fugam, civitatemque igni ferroque vastavit. Et paulo post de Roberto Principe Capuano narrat, ipsum octavo Kalendas Julii reversum Romam ad Innocentium, & inde Pisas profectum ad petenda adversus savientem tyrannum subsidia. Cui operi eodem Innocentio favente, factum est post hæc, ut adversus eundem Rogerium pararetur classis, fœdere simul junctis Venetis ac Genuensibus. Hæc ibi pluribus, nos suo loco inferius.

Quod vero ad Pontificis res spectat, Lotharius ubi coronam, cujus causa venerat, ab ipso Pontifice solemnî ritu percepit, quod illic morari & annonæ penuria prohiberet, & expugnare munitiones difficillimi operis esset, & temporis diuturnioris: consultius existimavit ab Urbe recedere, ad propriaque reverti. Quod & fecit, tempore opportuniore reversurus adversus Siciliæ Regem, Beneventanos dure admodum per Crescentium Cardinalem schismaticum affligentem, qui nulla relicta occasione vexandi cives, ad deditionem eos compellere nitebatur: qui licet durissima passi, in fide tamen Sedis Apostolicæ perstiterunt. Quanta tunc ab eo sint passi Beneventani, idem auctor pluribus est profectus.

VI. Lothar. Imp. ab Urbe recedit.

In-

tantoque mentis erupit furor, ut non Comitum, non Magnatum, non etiam cuilibet militi, quæ ita perjurantes in eum colla erexerant, penitus parceret. Subjungit eum vicisse Alexandrum Comitem, ejusque filios cepisse, Gofridum in oppido Matera & Robertum in oppido Armento, Gofridum pro suo velle subiticiis sibi, ipsum etiam exeret oppidum, scilicet Materam: In Falcone habetur: *Ibique Giffredum filium Giffredi Comitum dominum civitatis (Materæ) alligavit.* Verum vel Falco memoria labitur, vel ejus Chronicon hac in parte a Librariis corruptum; quia non Giffredus aut Gofridus Comes, sed Comes Alexander dominus erat Materæ ac pater Goffredi, qui ei præerat: *Devicta Matera, inquit Alexander Abbas, Rex super Armentum munitissimum oppidum, quo Robertus frater prædicti Goffredi ierat, venit: cui Robertus Regia compulsus obsidione statim se & castrum Regi subegit. Dein cum obsidem qualem Rex postcebat, pro se d.ve renuisset. Siciliam vinculis mancipandus dirigitur.* Post hæc vero Rex castra movens super quoddam arduum & munitissimum castrum nomine Ansum, (vel Ansam,) quo Goffridus Comes aderat (Comes nempe Giffredus, diversus a Godefrido aut Giffredo Alexandri filio) acceleravit: illudque tandem obsidione savissima circumfedit, quousque comprehensus in Siciliam, exilii retrusionis pœna, perjurii culpam luiturus destinatur. Contra vero in Falconis Chronico hoc oppidum Alexandro Comiti attribuitur, illudque cum Armento confunditur.

Quibus ita peractis (post captam Materam) civitatem aliam nomine Ansam sua obtinuit potestate revera thesaurum auri & argenti A-

XI.

Innoc. Pap. Pisae consultit.

Innocentius vero Pontifex etsi Romæ manendi consilium iniisset in sua Apostolica Sede, more prædecessorum suorum: tamen cum sibi non divinis rebus vacandi facultas daretur, sed armis jugiter insistere necessitas imperaret; salubre illud consilium inuit ab Urbe recedendi, Pisasque petendi, potentissimam tunc civitatem, maritimis in primis viribus a Principibus quibuscumque timendam, erga Sedem Apostolicam addictissimam. Venit ergo Pisas, ubi magnis est exceptus honoribus, Pisani ipsum Christum in Petro, & Petrum in Innocentio venerantibus. Si vis autem omnium rerum gestarum usque ad Innocentii Papæ adventum Pisas breve audire compendium, accipe illud ab ejusdem temporis auctore Bernardo Bonevallis Abbate, qui habet ista in vita S. Bernardi: (a) *Longas in Gallias facere moras dominus Papa non potuit, sed sicut cum Lothario Rege conduxerat, Romam ei occurrit; & ut exercitus in Lateranense palatium deductus est. Multi etiam ex nobilibus Romanis fideles Ecclesie eum honorifice susceperunt. Verum Petrus Leonis non ponens Deum adiutorem suum, sed confederatorum stipatus militia, in editioribus & tutioribus turribus manens, Lotharii ludificavit virtutem; & interdicens suis congressus publicos, nec sibi securitatis suæ fecit periculum, nec causam conflictus hostibus dedit, sed tantum liberum eorum discursum machinis superioribus, & obstaculis Ann. Eccl. Tom. XVIII.*

(a) Vit. S. Bernardi. l. 2. c. 2.

PAGIUS

Alexandri Comitum invenit. Addit Rainulfum Comitem postquam spoliatus fuit misere mortuum esse, quod verum est, sed antea in Dalmatiam trajecerat, & conatus fuerat ad Imperatorem fugere. Ut enim de isto Comite Alexander Abbas prodit in Dalmatiam profugus iens non solum exheredatur; verum etiam patria extorris cogitur manere: qui non longe post, ut ad Imperatorem pergeret, recedens, cum ad quendam nemorosum locum pervenisset incidens in latrones omnino cum suis omnibus deperdatus est, qui dein Avellone (Abellini ad Rainulphum pertinentis) potitus ab iis, qui hæc ipsa ab ore audita nobis nunciaverunt, e-
genus valde pauper visus est manere.

XII. Aliqua funditus evertit.

His oppidis expugnatis Rogerius Rex Montem Pelusium, in quo Tancredus Comes se se incluserat, obsedit, illumque vi cepit, uti unanimi consensu scribunt Alexander & Falco, qui addunt, Rogtoium de Plauco, præcipuum ducem, strangulatum fuisse, Tancredum in Siciliam missum perpetuo carceri mancipandum, ac Montem Pelusium funditus eversum. Alexand. de Trojæ Apuliæ oppidi excidio, quod Falco fuisse narrat succincte loquitur. Baronius vero qui Alexandram non viderat, hanc cladem num. V. ex Falcone refert, sed singularem circumstantiam omittit Rogerium nempe Trojam, licet tunc sibi fidem, diruisse: Rainulphus, inquit Falco pag. 281. misit Legatos ad Trojanam civitatem, ut sacramenta, quæ Comiti & Principi promiserant, adimplerent. Trojanus vero populus timore prædicti Regis constus, & verbis Regis dolose pa-

varis impediit. Vitavit etiam obstinatissime Imperatoris colloquium, nec minus nec blandimentis flexus est, nec de statu suo consilium cujuscumque persone admisit. Relicto igitur Romæ Innocentio, alias Imperator digreditur. Petrus vero post ejus discessum crebros movens per Urbem excursus, fidelium cadibus inhiabat. Intelligens ergo Innocentius, Romæ sibi infructuosam eo tempore moram, no præsentia sua illius bestia rabiem effugeret: rursus Pisas revertitur &c. Quæ vero hæc secuta sunt, dicentur suo loco anno sequenti. Porro Rogerius, ut audivit Pisanos, agente Papa Innocentio, favere Roberto Principi Capuano, Legatos ad eosdem misit, per quos multa est eis pollicitus, ut ipsos ab Innocentio distraheret, atque secum uniret. Sed respuerunt illi ejus promissa, & patrocinium Innocentii & ipsi faventium firmius statuerunt.

Ita autem cum S. Bernardus ejusdem Innocentii studiosissimus audivisset, ad eosdem Pisanos has litteras dedit perpetua memoria dignas: (b)

Pisani nostris, Consulibus cum Consiliariis & civibus universis Bernardus Abbas dictus de Claravalle, pacem & salutem & vitam æternam.

Bene faciat vobis Deus, & meminerit fidelis servitii, & pia compassionis, & consolationis, & honoris, quæ sponsa Filii ejus in tempore malo, & in diebus afflictionis suæ exhibuistis, & exhibebis.
Q q q 2 Et

VII.

(b) Bern. ep. 130.

S. Bern. conratu- latur Pi- lani.

eificis fidem attribuens, comitis voluntati favere penitus recusavit. Insuper etiam Episcopus civitatis populum omnem suaserat, ut Regiæ fidelitatem non dimitteret. Asserit Falco Rogerium Regem Tranium ante Montem Pelusium cepisse; sed Alexander Abbas, qui anno MCXXXVI. in gratiam Rogerii Regis Historiam suam scribebat, hæc antea gesta esse asfirmat, præterea Rogerium Regem Barium venisse, ejus muros evertisse, ac castellum reedificasse. Inde Trojam profectus est, quam videlicet civitatem, eo quod ipsa munitissima rebellior ei extiterat, magna ex parte in plures dispersit, casales communit (legendum videtur, comminuit). Et Comes Rainulphus audiens tam propinquum Regis adventum, suspiciens illum super se venturum, ad munendum se acius accenditur: quamobrem Neapolim ocius pergit, ibique Magistrum militum (nempe Sergium,) civisque allocutus, in adiutorium sui cunctos sollicitavit. Inter Falconem & Alexandrum convenit, Rogerium Regem post Trojæ excidium Melphim occupasse; Falco vero ait, eum inde apud Barensem civitatem repedasse, forsitan versus Barensem, quia secundum Alexandrum Rogerius ultra Gravinam non processit: Verum Rex Melphis discens Gravinam urbem petiit, ibique aliquatenus commoratus Salernum post remeavit.

Dum Rogerius Rex Apuliam subiebat & devastabat, Robertus Capuæ Princeps Pisano- rum auxilium imploravit, uti habet Falco pag. 284. Princeps Regis Rogerii ferocitatem, & minas ejus, & terrores illatos a vestigio expo-
nens,

XIII.

Et quidem hoc jam impletur ex parte, & orationis hujus nonnullus capitur fructus. Digna plane retributio ceteri jam compensatur effectu. Jam pro meritis tecum actirat Deus, populus quem elegit in hereditatem sibi, omnino populum acceptabilem, sectatorem honorum operum. Assumitur Pisa in locum Romae, & de cunctis urbibus terrae ad Apostolica Sedis culmen eligitur. Nec fortuito, sive humano conrigit istud consilio, sed caelesti providentia, & Dei benigno favore fit, qui diligentes se diligit, qui dixit Christo suo Innocentio: Pisam inhabitabit; & ego benedicens benedicam ei. Hic habitabo, quoniam auctore, tyranni Siculi malitia Pisana constantia non cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumvenitur dolis. O Pisani, Pisani magnificavit Dominus facere vobiscum, facti sumus latantes. Quae civitas non invidet? Serva depositum urbs fidelis, agnosce gratiam, stude prorogativa non inveniri ingrata. Honora tuum & universitatis Patrem, honora mundi Principes qui in te sunt, & Judices terrae, quorum te presentia reddit illustrem, gloriosam, famosam. Alioquin, si ignoras te, o pulchra inter civitates, egredieris post greges sodalium tuorum pascere boves tuos. Sapientibus sat dictum est. Commendo vobis Marechionem Engelbertum,

FAGIUS

Princeps Capuae Pisanorum auxilium adversus Rogerium Regem implovat.

gens, precatur suppliciter, ut civitas Pisana auxilium manum, & consilii ei largiretur passiorum intervenientibus, &c. Octavo quidem. Kalendas Julii Princeps ipse mare ingressus est & Pisas transfretavit, ut etiam refert Baronius num. V. sed ex exemplari parum correcto sibi Romam transmissio, quia ejus temporis Chronicon Falconis nondum typis datum fuerat. Fise refert Falco quomodo Beneventanis obstinato animo Rogerium Regem agnoscerent nolentibus, is eorum agros depopulatus est, a Crescentio Cardinali Anacletica impulsus. Durante hoc bello & astate exente Robertus Capuae Princeps, postquam cum Rebuspublicis Italiae de suis commodis egit, Romam perrexit: Audivimus quoque, inquit Falco pag. 288. Ducem Venetiarum ad ejus auxilium manum dedisse, ideoque Princeps ipse Romam revertitur, & omnia quaecumque cum Pisano & Januensi populo tractavit, domino Papa Innocentio e vestigio patefecit; scique cum eadem Pontifice ad pactum illud firmandum Pisas festinavere. Rogerius Rex post has expeditiones maritimo itinere in Siciliam reversus est: Post hac, inquit Alexander Abbas, antequam hyemis importunitas subintraret, navigio transvectus Siciliam repetit. Falco diem notavit: Siciliam transfretavit XII. Kalendas. Novembris.

XIV. Floret S. Arto Episcopus Pistoriensis.

Ad num. VIII. Refert Baronius Diploma ab Innocentio II. Artoni Episcopo Pistoriensi sanctitate illustri concessum, quo ejus Ecclesiae Privilegia confirmat, in cuius fine legitur: Datum Pise per manum Aimerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii, XII. Kal. Januar. indit. XII. Incarnat. Dominica MCXXXIII. Pontificatus vero D. Innocentii Papa. II. anno quadr-

qui domino Papa & amicis ejus missus est in adjutorium; juvenis fortis & strenuus, & si non fallor fidelis. Habetote eum vestris precibus magis commendatum, quia & ego ei vos amplius commendare curavi, monique ut vestris potissimum consiliis innitatur. Hucusque S. Bernardi ad Pisanos egregium summæ gloriæ monumentum.

VIII.

Ad finem anni hujus item Pisis datum habetur ab eodem Innocentio Papa diploma de Ecclesiae Pistoriensis immunitate ejus Episcopo Artoni, qui egregia claruit sanctitate, nuperque successit Hildebrandus, a S. Bernardo (ut vidimus) commendato. Sic enim se habet:

Diploma Innoc. Pap. pro Episc. Pistor.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Artoni Pistoriensi Episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Pistoriensis Ecclesiae, largiente auctore omnium bonorum Domino, in Tusciae partibus a longe retro temporibus hujus specialis prerogativa munus obtinuit, ut sapientum & discretorum pastorum regimine praevaleret, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus per eorum industriam gratum Deo susciperet incrementum. Gaudemus equidem, & debita jucunditate latamur, quoniam superna dispositionis providentia te, venerabilis frater Arto Episcopo, sapientem utique vi-

XV. Seditio adversus Anselmum Archiep. Mediolani excitata.

ra. Extat eadem immunitas Ecclesiae Pistoriensis cum eadem inscriptione tom. X. Concil. pag. 947. Papebrocius ad diem XXII. mensis Maii, quo Sanctus Atto seu Atho ex Abate generali Vallumbrosano factus Episcopus Pistoriensis in Hetruria colitur, de illo Diplomate pluribus differit, sicut & de Sancti Artonis regimine; in eo tamen fallitur, quod existimet temporis characteres in illa subscriptione expressos inter se non convenire, ut examinanti patebit. Cætera quae movet dubia ad rem nostram non faciunt. Hujus Sancti Praefulis mortem cum MCLV. connectit. Nomen ejus anno MDCLXXIII. Romano Martyrologio inscriptum fuit.

Hoc anno coeptum Mediolani inimicissime agi cum Anselmo Archiepiscopo ob pessimam ejus administrationem, ut refert Landolphus Junior cap. 41. apud Puricellum in Monument. Basil. Ambros. num. CCCLL. ubi ait, quod Clero, populoque adversus eum commoto, contigit, quod quidam manipulus militum Mediolanensium captus est a Cremonensibus; & plures de Ordinariis ac Decumanis exierunt, nescio quo spiritu super causa Regis Conradi ridere, & causam Anacleti latenter spernere. Hinc Anselmus Archiepiscopus multos sustinens stimulos, tandem Presbyterum Azonem, Magistrum puerorum canentium principaliter in Missa Sacerdotum celebrantium Corporis & Sanguinis Christi Sacrificia, & quosdam alios, qui fuerunt docti in celebratione corona Regis Conradi, excommunicavit. Ex cuius excommunicationis radice circumcisi (nempe Iudei Mediolani habitantes) istum filium Virginis ignorant, & maxima pars Quiritum & Longobardorum auctorem divinae legis minime amant (est auctor legis, aut

vum & in religione probatum ejusdem loci pastorem constituit, & ad gubernandum & instruendum doctrina & vitae exemplo populum suum miseratione divina vocavit. Quanto igitur vita tua religiosior est, & praefata Pistoriensis Ecclesia, cui auctore Deo praesides, existit beato Petro devotior, tanto ex injuncto Apostolatus officio magis grata nobis incumbit necessitas, ut praenominatam Ecclesiam, tibi a Deo commissam auctoritate Apostolica privilegiis muniamus, & ei jus suum illibate & integre observemus. Ad exemplar igitur praedecessorum nostrorum fel. mem. Urbani, & Paschalis Romanorum Pontificum praesenti decreto statui-mus, ut universa quae in praesentiarum eadem Ecclesia juste & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma sint tibi tuisque successoribus, & illibata permanent. Statuimus etiam, ut dioecesis Pistoriensis Episcopatus, sicut ejus termini praedictorum nostrorum privilegiis distincti sunt, sic in jure & con-

PAGIUS

XVI. Ab illis, quos excommunicavit.

aut Deus veteris Testamenti, qui rejiciebatur a Manichaeis, qui tunc in illis partibus multiplicabantur) [i] sine quibus auctoribus (Dei scilicet & Christi) caeli vel terra pace frui non possumus. In etiam nunc dissenso multa & perniciosa mirum ora est in Mediolanensi populo sub excommunicationis titulo. Quia si Archiepiscopus excommunicavit hunc Presbyterum, & alios in pulpito. Sancta Thecla; & Episcopi comprovinciales & suffraganei, (sicut supra dictum est) excommunicaverunt illum Papis (ut anno MCXXXVIII. num. XIV. vidimus.)

Ordinariis itaque & Decumanis Sacerdotes, & ceteri facientes Papa Innocentio II. & insidias preparantes hujusmodi Archiepiscopo, suas pecunias effuderunt, & ipsas Legis & Morum peritis atque bellatoribus, viris tribuerunt. Unde de ipse Archiepiscopus compulsum est intrare popularem concionem, ut ibi decerneret cum suis excommunicatis de excommunicatione (hoc valde singulare, ut populus Judex sit excommunicationis). Cumque ille expectaret sagittas de justa aut de injusta excommunicatione; Nazarius Primicerius, mira calliditatis homo per prolixum sermonem cuncta concioni fastidium induxit (erat is contrarius Anselmi factioni). Archiepiscopus autem Stephanus, qui cognominatur de Guandeca, videns Primicerium suum fastidioso fore locutum, vocem suam exaltavit, & contra Archiepiscopum sic ait. Tu es haereticus, perjurus, sacrilegus; & alii criminibus, quae non sunt hic notanda, et reus. His auditis ex improvviso, Archiepiscopus obstupuit. Archiepiscopus vero ille habens textum Evangeliorum ad manum, continuo juravit, quod ipse

NOTAE

[1] Ut tunc in illis partibus multiplicabantur (Manichaei). Nemo unquam scripsit Romanorum & Longobardorum partem maximam Manichaeismo tunc infectam fuisse. Neque hoc afferuisse videtur Landolphus, id tantummodo his verborum ambagibus innuens, legitimi pontificis ignorantia maximum rerum sacrarum neglectum inductum tunc fuisse. Ita haec explicat Muratorius Not. 3. in idem caput Landulphi Rev. Italic. tom. V. pag. 513. MANSI

ditione Pistoriensis Episcopo sine alicujus molestia vel inquietudine perseverent. Per quos nimirum terminos subscriptae capella & Ecclesia constituta esse noscuntur, &c. Numerat enim prolixa serie cunctas capellas, quae eidem Ecclesiae subiectae essent, & bona quae recuperata essent sub Comitissa Mathilde tempore Gregorii Papae Septimi, & aliis juribus & decimationibus. In fine autem hanc habet subscriptionem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, qui tunc Pisis reperiuntur inhaerere Pontifici.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

Ego Vvilelmus Praenestinus Episcopus subscripsi.

Ego Matthaeus Albanensis Episcopus subscripsi.

Ego Joannes tit. S. Chrysoconi presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Gottifredus Card. presbyter tit. S. Justinae subscripsi.

Ego Lucas presbyter Card. tit. SS. * Joannis Petri & Pauli subscripsi.

Ego Martinus presbyter Card. tit. S. Stephani in Coelio monte subscripsi.

Ego. de istius rebus, quae dixerat esse in isto Anselmo, qui dicitur de Pusterla, in judicio Episcopi Novariensis & Albensis, qui sunt de suffraganeis Ecclesiae Mediolanensis, staret. Consules itaque Mediolani in concordia utriusque partis, statuerunt, ut ipsi (nempe duo hi Episcopi) & alii suffraganei venirent.

In statuta itaque die, non solum suffraganei sed quamplures, pure induti, rudi, & inculti. Fugit italiana, & rasi insolita rasura, concurrerunt domum. Cumque Archiepiscopus iste Anselmus vidisset eos constare, & populo (videri) quasi si essent Angeli de caelis; ad ipsam populam ait: Omnes isti, quos videtis cum illis cappis, albis & griseis haeretici (sunt). Inde simplices & compositi (idest omne hominum, praesertimque Clericorum genus), ad expellendum & deponendum (eum) bellum commoverunt (id est, seditionem excitarunt); veruntamen gladio Anselmi in illa die resistere non poterunt. Sed mediante nocte, per expensam pecuniam manus Primicerii & Archiepiscopi Stephani fortissima (convenit, quae) in summo diluculo ipsum Anselmum a sede compulit; qui cum non inveniret quo declinaret, paternam suam domum intravit.

Factoque mane die altera idem Anselmus, coram humili sua plebe in Ecclesia S. Ambrosii, Cogitur congregata, se praesente jurare fecit Camerarium urbe exsuum, ne iste Dominus suus, effugeret iudicium cedere. Suffraganeorum, & coram eis responderet Stephano Guandeca dicto Archiepiscopo, de his rebus, quae sibi objecerat, remota causa Regis Conradi. Joannes autem de Rhode, unus ex Consulibus Mediolani reversus ad alteram partem,

XVII.

paternam.

XVIII.

Cogitur

CHRISTI
1133.INNOCENTII II. PAP.
4LOTHARII II. IMP. I.
JOANNIS COMN. IMP. IJ.

Ego Gregorius diaconus Card. tit. SS. Sergii & Bacchi subscripsi.

Ego Guido diaconus Card. S. Mariæ in Via lata subscripsi.

Ego Odo diaconus Card. S. Gregorii subscripsi.

PAGIUS

tem, qua eum miserat de juramento isto Anselmi nihil retulit; sed ait: Dominus ille, ad quem me misistis ad nullam rationem faciendam nobis venire promittit (quod falsum erat, indeque apparet multa utrimque injuste gesta esse). Tunc qui in concione illa aderant, clamaverunt: Et ipse acinaces sit remotus a nobis. At sic quisque suffraganeus ad sedem suam rediit, nisi Robaldus Albenis, qui in Christumate & ceteris Episcopalibus officiis Ecclesia subvenit. Anselmus autem ille, quasi a cuncto Clero & populo abjectus & expulsus, ad solita Castellæ Archiepiscopatus exiit: in quibus quadamcumque requiem suscepit. Puricellus ad hæc Landulphi verba ait: Quorum quidem postrema, sicut ex contextu postmodum a nobis recitanda constabit, usque ad XXXIV. annum pertingunt, ita ut in ejus sententia Anselmus anno tantum sequenti Archiepiscopatu depositus fuerit. Verum ex dicendis anno sequenti nihil simile constabit, eamque depositionem, non anno superiori, ut arbitratur Papebrocius in Exegesi de Episc. Mediolanensibus, Tom. VII. SS. mensis Maii præfixa, sed currenti factam, quæ ibi dicentur, ostendunt.

XIX.
Obitus S.
Bernardi
Episc.
Parmen-
sis.

Sanctus Bernardus Parmensis Episcopus, qui anno MCXCVII. ab Urbano II. factus est Cardinalis, annoque MCVI. Parmensi Sede donatus est, mense Junio Romæ erat cum Innocentio II. & Lothario Imp. ut hujus Imperatoris Epistola encyclica hoc anno a nobis recitata demonstrat. Quare summopere deceptus est Ughellus Tom. II. Ital. Sacræ, qui levibus quibusdam ratiunculis & conjecturis fretus autumavit, eum Paschali II. Ecclesiam Romanam regente ad Deum migrasse. Inscriptio vero laminæ plumbeæ ejus tumulo superposita, quam exhibet, non annum ejus Translationis, ut ipse putat, sed annum ejus emortualem declarat. Ea hæc est.

VENERABILIS PATER
D. Lanfrancus Parmen. Episcopus
in arca ista plumbea
posuit corpus.
S. Bernardi Parmensis Episcopi
Anno MCXXXIII. die III.
Decemb.

Inscriptio tamen arcae plumbeæ a Lanfranco ejus successore insculpta non fuit; cum die III. mensis Decemb. quo ex ejus Vita cap. 49. eum e vivis abiisse liquet, Lanfrancus nondum Episcopus fuerit, qui aliunde Bernardum Sanctum non appellasset. In ea Vita a Scriptore Anonymo, & forte coævo edita, annus mortis ejus tacetur, sed verosimile non est posterius quorum iussu ea inscriptio posita, illum ignorasse. Præterquam quod certum est, illum ad hunc annum pervenisse, & nulla post eum ejus mentio occurrit. Fuit Bernardus septimus Abbas generalis congregationis Vallumbrosanæ, & factus Episcopus Parmensis successorem nactus est Sanctum Attonem seu Atthonem, qui & ipse etiam ad Pistoriensem Sedem

Ego Joannes diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano subscripsi.

Datum Pisis per manum Haimericus fan. & Romanæ Ecclesiæ diaconi Cardin. & Cancellarii XII. Kal. Januarii, Indictione duodecima Incarnationis Dominicæ MCXXXII.

postea evehctus est. Bernardi meminit Baronius anno MCI. num. XXII. & alibi.

Adalbero Hamburgensis Archiepiscopus sæpe questus fuerat apud Callistum II. & Honorium II. quod Acerus, ut habet Saxo Grammaticus lib. XIII. (non vero Aetus, ut legitur Tom. X. Concil. mox citando) Lundenis Episcopus, aliique Daniæ Præfules sibi obedientiam tanquam Metropolitanæ debitam denegarent, contra Privilegia sibi a pluribus Pontificibus Romanis concessa. Callistus vero & Honorius, & postea Innocentius II. eis mandarat, ut aut ad Hamburgensis Ecclesiæ obedientiam redirent; aut, si quam super hoc se considerent justitiam habere, ad Sedem Apostolicam venirent preparati. Sed cum ipsi Apostolici mandatis non obedirent, idem Innocentius II. precibus Lotharii Imp. cuius Hamburgum Metropolis erat, eidem Archiepiscopo restituit Lundensem, ceterosque Episcopatus Daciæ, Suediæ, Norvegiæ, Færia, Gronlandiæ, Helsingalidiæ, Islandiæ, Scridovingiæ, & Slavorum. In fine literarum Innocentii II. Tom. X. Concil. recitatarum legitur: Datum Roma apud Montem Aventinum, per manum Haimericus S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii VI. Kal. Junii, indict. XI. Incarnat. Dom. anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. II. anno V. Eodem die eandem in rem scripsit ad Nicolaum Danorum Regem & ad Suedorum Regem, quibus rogando mandavit, ut Episcopos Regnorum suorum ad obedientiam redire, diligenter fatagerent adimplere. Ex quibus intelligis, primo Adalberonem, quem Lotharius Imp. in suis literis encyclicis supra recitatis vocat Archiepiscopum Bremensem, ab Innocentio II. vocari Archiepiscopum Hamburgensem, quia jamdiu uterque Archiepiscopatus unitus fuerat. Secundo, diem coronationis Lotharii vix antiquis Historicis observatum, nempe II. Nonas Junii accurate a Chronographo Hildensheimensi notatum fuisse.

Sanctus Kanutus Obotritorum Rex & Slevicensis Dux Martyrium fecit, non Eriderico Archiepiscopatum Bremensem administrante, ut perperam tradit Henricus Wolterus in Chron. Bremensi, sed sedente Adalberone, qui teste Chronico Hildesheimensi jam ab an. MCXXIII. Bremensis Archiepiscopus erat. Post S. Kanuti Martyrium contigit quod Chronographus Hildensheimensis, qui hoc tempore vixisse videtur, in Chron. ad annum MCXXXIII. habet: Rex Danorum pluribus adventis Teutonicis terram suam incolentibus truncationes membrorum facit. Hac de causa Imperator super eum expeditionem movere intendit. Tum ad annum MCXXXIV. Imperator Pascha Halberstad (id est, Halberstadii) peragit. Ibi Rex Danorum veniens se se in potestatem Imperatoris tradit, obsequesque dat, juramentum facit se, successorumque suorum regnum adepturum: & pulchro spectaculo nullis retro temporibus audito, ipso secundo die Pascha idem Rex Danorum Regio more coronatus, coram coronato de more Imperatore gladium ipsius portat: & sic in gratia Imperatoris perag.

XX.
Episc.
Dania &
Suecia
Archiep.
Hamburg.
gensis sub-
iciuntur.

XXI.
S. Kanuti
Obotritorum
Regis
Martyr.

CHRISTI
1133.INNOCENTII II. PAP.
4LOTHARII II. IMP. I.
JOANNIS COMN. IMP. IJ.

MCXXXIII. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ Secundi, anno quarto.

PAGIUS peratoris repatriavit. Idem legitur ad annum MCXXXIV. tam in Chron. Bremensi citato, quam in Chron. Magdeburgensi a Meibomia editis, & utrobique Rex ille Danorum appellatur Magnus, quem uterque Auctor manifeste insinuat Sanctum Kanutum ante hunc annum occidisse, de qua cæde vide dicta anno MCXXX.

XXII.
Mequinen-
cia ab
Alfonso
VI. Reg.
Aragonie
capta, &
Fraga ob-
fissa.

Anno ab Incarnat. Domini MCXXXIII. Indict. XI. Hildesonus Aragonum Rex exercitum contra Paganos aggregavit & munitissimum, ditissimumque castellum Meschinax (seu Mequineniam, vulgo Mequinenza, oppidum Aragoniæ ad Secorim Fl.) obsedit, & oppidanis turgentibus, qui divitiis & ciborum abundantia, inaccessibilique, ut rebantur, firmitate gloria-

dantur & præcepit, ut se indemnes dederent, & in pace omnibus secum rebus suis sublatis recederent, inquit Ordericus lib. 13. pag. 893. qui subdit, Alfonso VI. cum illi acriter resistenterent, & promissa ejus parvipenderent, validos assultus in oppidum dedisse, eoque capto, & cunctis Saracenis capitibus detruncatis, magnum terrorem vicinis intulisse. Surtata in Annal. lib. 1. cap. 52. notat Mequineniam mense Junio in potestatem Regis venisse. Ait postea Ordericus: Vifkor Rex inde in civitatem Fragam (oppidum Aragoniæ ad Cincam Fl. in limite Cataloniæ, vulgo Fraga) exercitum duxit, & annua ipsam obsidione circumvallavit, annoque sequenti ibidem in prælio occisus, uti videbimus.

JESU CHRISTI ANNUS 1134.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 5.

LOTHARII II. IMP. 2. JOANNIS COMN. IMP. 16.

I. Sequitur annus salutis millesimus centesimus tricesimusquartus, Indictione duodecima, quo ab Innocentio Papa celebratur Pisis Concilium generale ex Episcopis Italiae & Transalpinis. De quo ista Bernardus (a) Abbas Bonavallis in rebus gestis sancti Bernardi Abbatis Cisterciensis: Innocentius rursus Pisas revertitur, ibique aggregatis totius Occidentis Episc. aliisque religiosi viris magna gloria Synodus celebratur. Affuit per omnia & consiliis & judiciis & definitionibus omnibus sanctus Bernardus Abbas; impendebaturque ei reverentia ab omnibus, & excubabant ante ejus limi-

na sacerdotes, non quod fastus, sed multitudo communem prohiberet accessum: & aliis egredientibus, alii introibant, ita ut videretur vir humilis, & nihil sibi de his honoribus arrogans, non esse in parte sollicitudinis, sed in plenitudine potestatis. Actioes Concilii longum est prosequi, summa tamen in excommunicatione Petri, & irrefragabili fautorum ejus dejectione consistit; & usque hodie haec sententia perseverat. Haec tantum ipse de tam magno Concilio. Subiicit his de legatione ab Innocentio decreta ad Mediolanenses, de qua nos proxime dicturi sumus. Dum adhuc sanctus Bernar-

esse. Ait enim in his legi: A. D. MCXXXVI. (legendum, MCXXXV. juxta Pisanos, qui erant vulgarem anno praevertunt; praesertim cum idem Fiorentinus asserat id colligi ex iis, quae sequentibus annis in iisdem Chronicis habentur) III. Kal. Junii Pisis est celebratum generale Concilium per Papam Innocentium, & alios Pralatos, in quo Concilio Ingilbertus de Marchia Tuscia investitus est, qui postea defensus a Pisanis, & a Lucensibus ubique offensus, & victus apud Ficecchium in campo Pisas cum lachrymis fugiens a Pisanis vindicatus est. Fiorentinus nactus erat exemplar corruptum Chronicis Pisanis. [1] Ughellus enim Tom. III. Italiae sacrae Col. 865. Idem Chronicon MS. ad Carolum Strozam Florentinum pertinens laudat; in quo diserte legitur: A. D. MCXXXV. tertio Kal. Junii, &c. loco alios Pralatos, legit, alios Pralatos saeculi. Loco, Ingilbertus, legit, Ingilbertus. Loco, defensus a Pisanis, legit, defensus est a Pisanis, & postea habet & a Lucanis ubique offensus, &c.

PAGIUS ANNO PERIODI GRAECO-ROMANAE 6627. SAC. XII. Anno Erae Hisp. MCLXXII. Anno Hebraeae DXXIX. inchoato die 21. Octob. fer. 1. A. C. 1134. Epochae Concil. Pisanis.

Num. I. ad IX. Nullus Antiquorum, quem viderim, definiit tempus, quo Concilium Generale Pisanum ab Innocentio II. hoc anno congregatum fuit, praeter Auctorem Anonymum, eumque antiquissimum Chronicorum Pisanorum, quae Fiorentinus in Comment. de Rebus ad Comitissam Mathildem spectantibus lib. 2. pag. 347. asserit apud se MSS.

NOTAE [1] IN rebus concilii Pisanis asserendis non semel lapsus est Pagius. Primo igitur errat, asserens veterum neminem definiisse tempus quo Pisanum istud concilium celebratum fuit. Nam in collectione actuum in causa Dolensis episcopatus apud Martene Anecd. tom. III. col. 886. extat epistola Innocentii ad archiepiscopum Dolensem ejusque suffraganeos, qua illos invitavit ad concilium Pisis habendum III. Nonas Junii, quae dies erat Pentecoste, non vero III. kalendas junii, quae cum dies esset feriata, non erat auspiciando concilio apta. Secundo autem errat in assignanda die qua concilium illud coepit, non enim, ut diximus, a die XXX. maii, sed die III. junii repetendum est. Acta vero hujus concilii nulla quidem superfuit; sed in Dissertationibus de Italia mediaevi to. III. col. 225. Muratorius chartam asserit Robaldi archiepiscopi Mediolanensis, quae licet nullam temporis notam praefert, scriptam tamen circa annum 1139. idem Muratorius arbitratur; qua in charta recitatur canon ex concilio isto Pifano a Papa Innocentio habito adstantibus religiosi Patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, &c. in haec verba: Monachi & regulares canonici de laboribus terrarum, quas propriis excolunt sumptibus, decimas nullatenus tribuant. Id vero in concilio Romano nuper innovatum fuisse ab eodem pontifice in eademmet charta Robaldus asseruit. Vix dubito designari hinc sanctionem quandam concilii generalis Lateranensis anno 1139. ab Innocentio habiti. Sed cum inter canones XXX. Lateranensis Concilii nihil ejusmodi legatur; suspicio hinc oritur integram canonum ejusdem concilii collectionem ad hanc feram aetatem non pervenisse.

Hoc ipso anno Gallicani quidam praefules coeuntes Montipessulani die III. non. novembris concilium habuerunt praesidentibus archiepiscopis tribus Rotomagensi, Arelatensi, & Narbonensi apostolica sedis legatis; Agathensi vero & Arasicensi episcopis adfidentibus. Ventilata est apud illos causa de jure possessionis ecclesiae cuiusdam de Beciano Agathensis diocesis, atque monachis S. Tiberii adversus monachos Casae-Dei vindicatur. Concilii hujus Collectoribus ignoti sententia publicis consignata tabulis recitatur in appendice tom. sexti Annalium ordinis S. Benedicti num. XXXIII. Certus annus in iisdem tabulis adscriptus est; diem vero assignat author eorumdem annalium P. Martene, qui ex vetustis monumentis illam eruisse censendus est. MANSI

CHRISTI 1134.

INNOCENTII II. PAP. 5.

LOTHARII II. IMP. 2. JOANNIS COMN. IMP. 16.

ardus, Pisis moraretur, contigit reditus Martini presbyteri Cardinalis ex legatione, qua perfundus fuit in Dania, de cujus continentia in muneribus accipiendis haec digna memoria narrat idem sanctus Bernardus, (a) scribens de consideratione ad Eugenium: Dignum nunc ad medium venire factum dulcis memoria Martini nostri. Nosti hoc, sed an memineras ignoro. Is Cardinalis presbyter sanctus aliquando legatione in Dacia, tam pauper remeavit, ut pensae expensis & equis deficientibus, vix perveniret Florentiam. Ibi Episcopus loci donavit ei equum, quo Pisas usque, ubi eramus tunc, pervectus est. Postridie credo socerus Episcopus (erat enim illi causa cum adversario, & agendi aderam dies) coepit requirere suffragia amicorum. Cumque per singulos sollicitaretur: ventum est ad Martinum; fiducia erat major in illo, qui non posset immemor esse recentis beneficium. Tum Martinus: Decepisti me, inquit, nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum, ecce in stabulo est; & hora eadem resignavit illi. Quid dicis, mi Eugeni? Nonne alterius saeculi Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(a) Bern. de consid. 5. 4.

* al. Dacia.

PAGIUS & apud Ticcchium ab ipsis Lucanis anno sequenti devictus in campo & Pifam fugiens, lachrymasque plures effundens a Pisanis vindicatus est. Ingilbertus itaque Marchionatum Tusciae obtinere non potuit; cum Urspergensis ad annum MCXXXV. de Henrico Bavariae Duce genero Lotharii Imp. scribat: Henricus per Tusciam exercitum duxit, quam & ab Imperatore in Beneficio obtinuit. Baronius anno MCXXXIII. nam. III. refert Diploma Innocentii II. quo concedit Lothario Imp. Alodiam Comitissae Mathildis, & per eum Henrico Bavariae Duci genero ejus sub certis conditionibus, quia, ut exponit Fiorentinus, Mathildis Alodium non solum locis frugiferis; sed etiam locis & arcibus munitis compositum erat.

Sed redeo ad Concilium Pisanum, quod III. Kal. Junii seu die XXX. mensis Maii celebratum esse indicant literae canonizationis S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani, a Baronio num. II. recitatae, quae dicuntur datae Pisis X. Kal. Maii, die nempe XXII. mensis Aprilis. Sanctorum enim canonizationes, vel in conciliis Generalibus, vel circa tempus, quo ea celebrabantur, saepe fiebant. Causam celebrati Concilii his verbis docet Bernardus Abbas Bonavallis in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 2. Actioes Concilii longum est prosequi; summa tamen in excommunicatione Petri (seu Anacleti Antipapae), & irrefragabili fautorum ejus dejectione consistit. Ordericus vero lib. XIII. pag. 900. licet in anno celebrati Concilii, & in expressione loci peccet, hic tamen audiendus; Anno ab Incarn. Domini MCXXXV. (loco, MCXXXIV.) Indict. XIII. (pro XII.) Innocentius Papa maximam Synodum apud Pifentium (loco, apud Pisas) tenuit, & de utilitatibus Ecclesiasticis multum tractavit: sed infortunis praepeditibus omnia pro voto complere nequivit. Hugo Rotomagensis Archiep. ipsum summopere adjuvit, & in eodem honoratus Primatum super multos Pontifices susce-

II. Causae Concilii.

res est, redisse Legatum de terra auri sine auro? transisse per terram argenti, & argentum nescisse? donum insuper quod poterat esse suspectum, ilico rejecisse? Hucusque de Martino Legato Bernardus. Post celebratum Pisis Concilium, antequam dimitterentur, qui congregati illic Concilii causa Archiepiscopi & Episcopi fuerant, eorum consilio adhibito, Innocentius Papa reulit inter Sanctos, Hugonem Episcop. Gratianopolitanum, quem anno superiori ex hac vita migrasse diximus. Extant de ejus canonizatione ejusdem Innocentii breves litterae in hunc modum:

Innocentius (b) Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Guigoni Priori Cartusensi salutem & Apostolicam benedictionem. Divinis respondentibus beneficiis, cognita vita ejus, & auditis, qua per B. Hugonis merita sunt, miraculis; superius majestatis clementiam collaudavimus; & Archiepiscoporum, Episcoporum, & Cardinalium, atque aliorum qui nobiscum aderant, communicato consilio, ipsum inter Sanctos & electos honorari praecipimus. R r r

II. (b) Apud Sur. t. 2. die 1. Ap. Canonizatione S. Hugonis.

pit. Curis itaque Apostolica servitutis occupatus, curas proprii Praesulatus aliquandiu intromisit, & diutius in Ausonia (id est Italia) partibus demoratus, aliorum negotia solenter expedit, quod Regi vehementer displicuit, scilicet Henrico Angliae Regi, cui Normannia parebat. Fuit Hugo unus ex illustribus hujus saeculi Praesulibus, qui scripsit Opus de Officiis & Ministris Ecclesiae, a Dacherio post Opera Guiberti de Novingento evulgatum, & alia quaedam a San-Marthani in Archiep. Rotomagensibus memorata, qui tradunt, cum pervenisset usque ad annum MCLXIV. Porro Ordericus citatus pag. 908. loquens de rebus anno MCXXXVI. gestis, in errore perseverat, atque Henricum Electum Cantuariensem Archiep. Legatos Pisanum ad Innocentium Papam misisse, cum Pisas dicere debuisset.

Inter Innocentium II. & Ludovicum VI. Francorum Regem aliquod intercedebat dissidium; indeque Sanctus Bernardus Epistolam CCLV. ad Ludovicum Regem dedit, monuitque, ne Concilium hoc tempore Ecclesiae & Regno tam necessarium, ipsiusque Regis honorum cessuram, impediret. At calor, inquit, nimius est. Quasi nos glacialia corpora habeamus, inquit Bernardus. Quibus ex verbis intelligimus, verum esse quod dicitur in Chronicis Pisanis, Concilium III. Kal. Junii congregatum fuisse. Paulo post subdit Bernardus: Tamen si quid ex Apostolica auctoritatis rigore processit unde se merito esse turbatum Constantinis vestra Severitas arbitretur; qualiter hoc ipsum revocetur, aut temperetur, prout oportet ad honorem vestrum, fideles vestri qui aderunt, totis viribus ententur. Inter quos nos quoque, si quid possumus, non dissimulabimus.

In Concilio Pifano Henricus haereticus, qui jam a tempore Paschalis II. Ecclesiam Gallicanam turbabat, uti anno MCXVI. fusc expulsum, damnatus est, ut docent Acta Episcoporum Genomanensium a Mabillonio Tom. III. Analect. recitata. Ibi enim pag. 341. post-

IV. In illo Henricus haereticus damnatus.

mus, & diem ejus assumptionis cum gaudio solemniter celebrari. Quia igitur ipsius vita, quam pie duxit in corpore, & miraculorum coruscatio, qua Deus cum facit apud homines præfulgere, tuæ maxime dilectioni non extant incognita: auctoritate B. Petri & nostra tibi mandamus, quatenus ea qua tibi super hoc nota fuerint, diligenter describendo, posterorum memoria tradas, ut & Deus honoretur in Sancto, & Clerus legens ac populus audiens, gratias agant Domino, atque ipse intercessione peccatorum veniam percipere mereantur. Orantes pro nobis dilectos filios nostros Caribusienses Fratres per te in Domino salutamus, & benedicimus. Data Pisis, Decimo Kal. Maii. Hæc de canonizatione S. Hugonis, cujus sæpe superius contigit fieri mentionem.

Dimituntur Episcop.

His præactis, Episcopi dimituntur. Quid autem acciderit Francis Episcopis ad propria redeuntibus, jam dicendum. Instabatur tunc temporis Italia Conradi tyrannide, quem hæcenus Mediolanenses confederatum habuissent contra Lotharium Imperatorem. Qui igitur huic favebant, erat illis pro stipendio, grafandi licentia; quo fiebat, ut viæ publicæ ejusmodi non militibus, sed latronibus obiderentur. Hi autem in infi-

PAGIUS

postquam narratum fuit incendium, quo universâ civitas Cenomanensis hoc anno conflagravit, de quo infra, dicitur: Eo tempore Pseudo-eremita, de quo scripsimus superius (& nos cum illo prænotato Christi anno) denuo in remotis partibus virus sua hæresis cepit propagare, & Ecclesiam Dei nequitia sua atramento corrumpere. Auram suam tantum Historia & littera Prophetarum accommodans, dogmatizabat perversum dogma; quod fidelis Christianus nec retrahere debet, nec erudire. Sed misericordia Dei, qui semper respicit in orationem humilium, & non sprevit precens eorum, ille Henricus ab Arantensi (legendum Arelatenſi) Archiepiscopo captus est, & Domino Papa Innocentio Pisis in authentico Concilio presentatus, ibique iterum convictus, & generaliter Hæreticus appellatus, ac postremum carcere mancipatur, cui postquam permissio concessa est abeundi ad aliam Provinciam, nova secta, novo cursu, novum iter assumpsit delinquendi, quam protinus ita turbavit, quod minime Christiani Ecclesiarum adirent limina; sed Divinum contemnentes mysterium Sacerdotibus oblationes, primitias, decimas, infirmorum visitationes, & solitam denegabant reverentiam. De isto Hæretico rursus infra.

V. Mediolanens. monenti S. Bernard. s. Innocentium II. Pap. agnoscere.

Quia Innocentius II. Sanctum Bernardum ad Concilium vocavit, Mediolanenses, qui Anacletum sequebantur, ad hunc Sanctum in Longobardiam venientem Legatos miser, qui cum certiore facerent, se Innocentium II. verum Pontificem agnoscere, ac rogarent, ut eorum pacificationi incumbere, sicut videre est apud Baronium num. V. ubi divi Bernardi Epistolam CXXXII. ad Clerum, & Epistolam CXXXIII. ad Mediolanenses datas recitat. In Epistola CXXXII. ait: Benedixi vos a Domino, quo-

diis latitantes Gallicos Episcopos & Abbates ad propria revertentes sunt aggressi in eadem Tuscæ provincia apud Lunam civitatem. Quem tragicum plane casum Petrus Cluniacensis Abbas unus ex ipsis deplorans, de his que sibi accidissent, scripsit omnium nomine epistolam ad Innocentium Papam, quæ sic se habet: (a)

(a) Pet. Clun. l. 3. ep. 27.

Summo Pontifici & nostro piissimo Patri domino Papa Innocentio Frater Petrus humilis Cluniacensis Abbas salutem & obedientiam.

III. (b) l. 27. (c) 4. Reg. 18. (d) 4. Reg. 24. 25. (e) 1. Reg. 22.

Dies tribulationis & angustie dies hæc, quia secundum Prophetam: (b) Venerunt filii usque ad partum, & virtus non est parienti. Venerunt (c) Nuntii Sennacherib, blasphemantes Deum cæli. Irruit (d) Nabuchodonosor, & captivavit populum Dei. Nec defuit Doeg, (e) qui extenderet manum in sacerdotem Domini. Lamentabilem historiam cogor retexere, quam præcordiorum dolore interrumpente, lacrymis, velim, nolim, interfuentibus, vix (ut arbitror) poterò explicare. Sed quia (proh dolor) hoc a Martyrum temporibus tam inauditum scelus me vidisse contigit: silere cum maluissem, loqui invitum oportuit. Regressi ab uberibus vocantibus Ecclesie, a Concilio pietatis vestra, ut grex Dominicus simpliciter ambu-

Grassatores influunt in Episc.

rum studio & industria civitas vestra liberata est ab errore, & relicto Schismate ad Catholicam rediit unitatem; in Epistola vero CXXXIII. Amplector oblatam gratiam, & obvium manibus gloriosa civitatis devotionem devotus accipio: præsertim hoc tempore, quo abjecto errore Schismaticorum ad sinum matris Ecclesie cum gaudio rotas Orbis reverſa est. Denique Bernardus in Epistola CXXXIV. nomina Legatorum ad se missorum his verbis designat: Et ego, fratres, tanta latitia provocatus, sed & vocatus a vobis per charissimos fratres Ottomem & Ambrosium, quos ad hoc ipsum direxistis, decreveram simul cum ipsis venire ad vos.

VI. Deposito Archiep. Mediolan. s. Innocentius Papa Pisis Synodum celebravit, in qua Robaldo Episcopo (Albenſi) representante Theoduldo de Landriano Archiepiscopo Ecclesie Mediolanensis (videtur is successor Stephani de Guandeca, qui anno superiori Anselmum Archiepiscopum Mediolanensem valde vexavit, ut ibidem diximus) Amizo della Sala Archiepiscopus, Anselmus de Rhode Levita, & alii plures ejusdem Ecclesie Ordinarii, & cum Primitivo Decumani Sacerdote, contra solitum decus Mediolani & ejus Ecclesie Innocentio Papa fidelitatem juraverunt (Mediolanenses enim, qui hæcenus antiquam libertatem retinuerant, juramentum fidelitatis a Gregorio VII. decretum, quod hodie a Præfulibus exigitur, decore Ecclesie suæ adversari sibi persuadebant). Cremonenses vero propter hanc fidelitatem, nequamquam milites Mediolanenses, quos captos habebant, dimiserunt. Sed Papa Innocentius depositionem & expulsionem sæpe dixit Anselmi de Pu-

bulans, laporum morsus incursumus, & nostris sæculis insolita rabie dispersi, captivati, vulnerati, & rebus omnibus pene expoliati sumus.

Aderat in comitatu nostro non ignobilis, neque ultima pars Ecclesie Dei, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, legio monachorum, non parvus numerus Archidiaconorum, nobilium clericorum, & religiosarum personarum populus. Horribile spectaculum, tantas, tamque necessarias Ecclesie Dei personas videre, distrabi, dissipari, vulnerari, atque gladiis insequentibus, ubi ubi, per diversa fugari. Episc. & Abbatum plurimi ad proxima castra violenter abducti: & quidam eorum post verbera & vulnera, barbarica immanitate incarcerationi sunt.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

Pusterla (ab Episcopo Mediolanensi) firmavit. Attamen prænominati, qui fidelitatem juraverant, timentes hos casus urbis & Ecclesie Mediolanensis, differrebat redire Mediolanum, nisi haberent protectorem, qui eorum populo Mediolanensi confirmaret Anselmi expulsionem, & ad nihilum reduceret Conradi coronationem (anno MCXXXVIII. factam) & populum tanta urbis convocaret, & confirmaret ad Lotharii Imperatoris amorem, & ad ipsius Innocentii unitatem. Ad hæc peragenda Papa a Deo idoneum Angelum habuit, sicut Bernardus Abbas Clara-vallensis fuit.

VII. Gofridus Carnotens. Episcopus S. Bernardo Mediolanum legatur.

Interea Princeps Conradus altiori consilio potitus, Imperatoris Lotharii Vexillifer est factus: & prænominatus Abbas iste (Sanctus Bernardus) nihil moratus cum Carnotensi Episcopo (Gofrido de Lieues appellato), & Robaldo Albenſi (in Monte Ferrato) Mediolanum intravit: quam civitatem nimirum, prout voluit, firmavit. Ad nutum quidem hujus Abbatis omnia ornamenta Ecclesiastica, qua auro & argento, palisque in Ecclesia ipsius civitatis videbantur, quasi ab ipso Abbate despecta, in servitium reclusa sunt: & non solum masculi, sed etiam mulieres tonsæ sunt: & cilicis & lanis vilissimis induti ad qualibet religiosam converterentur. Aqua in vinum mutatur; Demones fugantur, contracti oriuntur, etiam quacunque infirmitate infirmi similiter sanantur: & quoscunque captivos infirmos Mediolanenses habebant de inimicis suis in custodia Abbas ipse solvit, & liberos dimittit: & tantum populum ad amorem Imperatoris Lotharii, atque ad obedientiam Innocentii Papæ per sacramentum pacis, quod Abbas porrexit, confirmavit.

VIII. S. Bernardus oblatum sibi Archiep. Mediol.

Landolphus Junior ibidem apud Puricellum num. CCCLXVIII. refert electionem S. Bernardi in Archiepiscopum Mediolanensem; Tandem idem populus, ut haberet Abbatem illum in Archiepiscopum, ad Ecclesiam S. Laurentii in qua erat hospitatus, cum hymnis & laudibus, & solito suo Kyrie eleison concurrunt. Quod Abbas ille non tulit, sed ait: Ego in Crastinum ascendam palafredum meum; & si me extra vos portaverit, non ero vobis quod petitis; ac sic Mediolano recessit. Ad quæ verba Puricellus ait: Quo quidem responso, so Sanctus Abbas Papiam & ipse Ticinumque tendere hinc cupiens nobis ad illud non obscure videtur alluisse, quod S. Ambrosio contigerat, cum regimen Ecclesie Mediolanensis sibi oblatum recusans, ab ipsa

Inter quos dominus Rbemensis, cui nec etas, nec dignitas adesse poterunt, post multas injurias & vulnera turri conclusus tenetur. Dominus Petragoricensis familia expertus est. Sed quid ego de singulis quasi solis loquor? Cum Bituricensis & Senonensis suis pene omnibus amissis, vix ad Pontem Tremulam tremuli & anbeli pervenerint, & ibi cum Ebradunensi, Trecenti istu hæstæ de equo dejecto, & inde graviter infirmato, cum Lemovicensi, Atrebatensi, Belicensi, Redonensi, atque aliis Episcopis, Abbatibus etiam Lemovicensi, Vizeliacensi, S. Michaelis de Clusa, S. Germani Parisiensis, Corbejensi, Noviomensi, Burgulienſi, sancti Sulpitii, sancti Remigii, Craſſenſi, S. Joannis de Prato, de monaste-

R 1 2 710

etiam urbe tandem aufugit: egressusque novis medio civitatem (ut refert Paulinus in ejus Vita) cum Ticinum se pergere putaret; mane ad Portam civitatis Mediolanensis, quæ Romana dicitur, invenitur. Ita Puricellus. Landolphus Junior, qui Mediolani erat, invicte refellit Sigonium lib. X. de Reg. Ital. ubi ait, anno MCXXXIII. Mediolanensi Antistite mortuo, eam dignitatem ad Sanctum Bernardum delatam esse; eo vero repudiante ad Anselmum de Pusterla. Puricellus in Monum. Basilicæ Ambrosianæ num. CCCXXXIX. Georgium Merulam lib. 3. De Antiquitatibus Vicecomitum Mediolanensium. Corium in Historia Mediolanensi, & Trifanum Calchum fuisse confutat, qui volunt Sanctum Bernardum Abbatem anno MCXXIX. Mediolanum venisse; sed hæc apud eum legenda; præsertim cum se ipsis corruant.

Mediolano Sanctus Bernardus Papiam indeque Cremonam se contulit Innocentii II. iussu ad ipsas civitates inter se pacificandas; sed a Cremonensibus nihil obtinere potuit, ut produnt Sigonius lib. XI. de Reg. Ital. & Ludovicus Cavitellius in Annal. Cremonensibus. Ipsemet S. Bernardus in Epistola CCCXVIII. ad Innocentium II. data, quæ in editione Mabilloniana est CCCXIV. id ipsum testatur. Quod tantis Dei miserationibus, tantis vestris vestrorumque laboribus in populo isto noviter adificatum est, hæc quam leviter destruitur, ubi intelligit Guidonem Pisanum ac Mattheum Albanensem, qui ad Mediolanenses ab Innocentio Legati sunt cum Bernardo, ex hujus Epist. CXXXI. a Baronio n. IX. recitata, qui n. VI. de utroque Legato loquitur. Divus Bernardus, ut habet Bernardus Abbas Bonavallis in ejus Vita lib. 2. cap. 4. secundo Mediolanum eodem anno rediit, & ad Richizam Imperatricem Lotharii Imp. conjugem Epistolam. CXXXVII. dedit, eamque rogavit, ut bene haberet Mediolanenses, sicut ex eadem Epistola Baronius n. VIII. observat: Non ante sano Mediolanenses, inquit Bernardus, in gratiam Domini Papæ & Ecclesie unitatem recepti sunt quo usque palam Conrado refutato, & abnegato, dominum nostrum Lotharium in suum Regem & dominum receperunt.

Baronius num. V. ait jam Mediolani religionem Cisterciensem foetu foecundi propagatam fuisse, & ad illam coalescere incipientem S. Bernardum dedisse Epistolam CXXXIV. cujus titulus: Charissimis fratribus de Mediolano, numerum intro-

Qui hæc passi, & quanta passi.

IX. Legatur ad Cremonenses & Papienses pacificandos.

X. Cistercienses Mediolanum intro-

rio Hender, Melundensi, Salmorensi, & aliis quamplurimis secundo carcere inclusi teneantur? Refertus est Burgus ille & conspatus multitudine Sanctorum, qua velut Hierusalem obfessa a Babylonis, pedem ultra proterere non audent. Nulli tutus ingressus, omnibus negatur egressus. Nec multa spes in aliquo, nisi in illo, qui educit vinculum de domo carceris, & in vobis, sanctissime Pater, qui ejus vices in terra geritis.

IV. Auxilium ab Innoc. petunt captivati Episcop.

Clamat, igitur ad vos, sicut ad singulare presidium nobilis illa Ecclesie Diportio, & sibi citissime subveniri, sicut filiis a patre, precatur. Postulo & ego socius periculorum, per quem vobis ista scribi elegerunt: ut quia tanta pro Deo, & vobis eos contigit pericula subire; festinet vestra pietas eorum cito periculis subvenire. Postulo, inquam, quia postulandum mihi est, ne sanctos socios, qui itineri nostro quadam charitatis confidentia adhaeserant, contempsisse

PAGIUS

per conversos ad Deum. Quibus ex verbis Baronius deduxit, jam ante Bernardi adventum fuisse Mediolani aliquod Cisterciensis familiae Monasterium, cui se Novitii isti mancipassent. Verum Mabillonius in Nota ad illam Epistolam observat ex Ughello Tom. IV. Italia sacra primum Cisterciensium in illa urbe Coenobium esse *Cava-vallum* quam secundo ab urbe lapide non ante annum MCXXXV. conditam probat Ughellus, proindeque hac in Epistola Novitiorum nomine intelligendos esse eos, qui Bernardi opera ad Pisanum Concilium pergentes recens conversi, ejus se magisterio ex animo jam devovissent. Hæc epocha de conditu Monasterii, deducitur ex veteri inscriptione, & ex primis monasterii Instrumentis, in quibus constanter *Cava-vallis* non *Clava-vallis* appellatur. Quod vero jam Cisterciensis familia Mediolani plantata fuisset, pii illi viri anticipato Novitiorum nomine appellati, quia anticipata fuit illorum obedientia; alioquin neque consilium, nec auxilium a Bernardo petissent, exequendo proposito concepto, uti recte scribit Maricis Tom. I. Annal. Cisterciens. ad annum MCXXXIV. cap. I.

XI. Robaldus eligitur Archiep. Mediolan.

Divus Bernardus in Galliam rediens quosdam ex discipulis suis Mediolani reliquit, uti refert Landulphus Junior cap. 42. apud Puricellum citatum num. CCCLXXXIII. Sed quidam de discipulis ejus, qui remanserunt, per civitatem omnes collectam multam de auro & argento, & rebus multis sibi fecerunt, & faciunt. Subdit Mediolanenses, post repulsum divi Bernardi de novo Archiepiscopo eligendo cogitasse: Mediolanenses vero Ordinarii qui Papa Innocentio fidelitatem juraverant, confortati de hac Mediolanensium conversione, fecerunt, Litifredum Novariensem, Vidanem Iporediensem, & alios suffraganeos venire Mediolanum: qui in consilio suo sublimaverunt Robaldum Albensis Episcopum in Mediolanensem Archiepiscopum; habita securitate retinendi, prout dicitur, Albensis Episcopatum. Iste sublimato Mediolanum super Cremonenses exercitum suum admovit. De quo exercitu ipsi Cremonenses apprehenderunt CXXX. milites in nocte errantes. Anselmus autem de Pu-

videar. Nam de meis injuriis plura dicere supersedeo. Qui dum cum domino Vizeliacensi Abbate armatis hostibus pro pace sociorum obvius occurrissem; primo impetu mula nostra iclu lancea confossa, in partem cadere coacta est. Fratres nostri fugati, famuli capti, res pene omnes ablatae. Ego ad proximam villam me conferens, tamdiu delitui, donec conductu hospitii nostri ad Pontem Tremulum, quo alii precesserant, vespertinis horis & ipse perveni. Inde ergo cum sociis vocem querule lamentationis emittens, rogo pariter & consulo, ne rem tantam parvipendendam putetis, si nomen Christi, si honori vestro, si utilitati Ecclesie aliquando consulendum esse judicatis. Si enim hoc negligitur, quid curabitur? Si rigor justitiae, si severitas Ecclesie in damnis publicis dormit, quando in privatis evigilabit? Precatur nobiscum & consulit sacer captivitatibus consentus, ut non solum in actores nequitiae hujus, sed

berla (depositus ab Archiepiscopatu Mediolanensi) audiens & intelligens horum militum captivum, nullam suscepit consolationem contra Robaldi sublimationem; neque secundum consilium Alberti de Landriano, & amicorum ejus ambulavit; sed credulus Hugoni suo Najo voluit cognoscere, qualiter cum Anacleto Papa Romanorum posset procedere. Attamen ipse cum ipso suo Capellano ambulans Romam in flumine Padi juxta Ferrariam a Goyfo de Martinengo captus est, & ad Innocentium Papam transmissus. Qui Papa in mense Augusti a Pisis illum captum Romam misit: ibique (prout fama est) Anselmus ille in eodem mense, in manu Petri Latvi, qui procurator est Innocentii vitam finivit.

XII. Obitus Anselmi Archiep. Mediolan.

Anselmus itaque de Pusterla Archiep. Mediolanensis mense Augusto currentis anni vivere desiit, & dubitandum non videtur, quin eum præteritæ vitæ poenituerit; cum in Ecclesia Sancti Joannis Lateranensis, juxta Catalogum Episcoporum Mediolanensium a Mabillonio & Papebrocio editum, aliosque antiquissimos; ac juxta Auditores Mediolanenses sepultus fuerit. Archiepiscopatum Mediolanensem adeptus erat ætate anni MCXXXIII. ante primum diem mensis Septembris, ut suo loco monstravimus; anno vero superiori, non vero currenti, ut perperam creditur Puricellus, dignitate motus est. Fundatur Puricellus in eo quod Robaldus Episcopus Albensis & Legatus Ecclesie Mediolanensis hoc anno ad Concilium Pisanum venire, & ejus depositionis confirmationem ab Innocentio II. obtinere. Verum hæc Landulphi Junioris verba anno superiori num. XVIII. a nobis relata, sit remota a nobis, & ista, quasi a cuncto Clero & populo abjectus & expulsus ad solita castrum Archiepiscopatus exivit, necessariam inter se connexionem habent & separari non possunt, ideoque loquitur Landulphus de re, quæ eodem tempore, anno sc. antecedenti, contigerit; præterquam quod Landulphus statim subdit, in quibus (nempe castellis) qualemcumque requiem suscepit, & tamen a mense Julio currentis anni ex illis exivit. Quare anno superiori e Sede & urbe Mediolanensi expulsus fuit.

sed & in toto Lunensi Episcopatu Apostolica vindicta macro resplendet; quatenus eo sublimiter renitente, non solum propepositi, sed etiam in extremis Christianitatis finibus constituti terreantur. Lunensis Episcopus nobis in brevi apparens, lunarem eclipsim nimis immature passus est; quem dum per totam diætam nobis lucere credidimus, vix per integram leugam socium habere posuimus. Longus fui; sed ut audacter loquar, in tanta re longior esse debui. Jam si quid minus dictum est, sapientia vestra suppleat & disponat. Hucusque Petrus Cluniacensis Abbas. Quæ autem hæc secuta sint, nobis hætenus incomperta. Illud autem ejusdem Petri testificatione afferitur in libro miraculorum, (a) ipsum alias antehac evasisse ejusmodi facinorosos Conradæ satellites, sed incidisse in eos comitem suum Gerardum magnæ virtutis virum. Duraverunt hæc tempora (b) mala, ad quæ spectant, quæ idem Petrus habet in alia sua epistola: Romam pro injunctis negotiis quemdam Priorem summo studio conzendere voluisse, nec potuisse, eo quod audisset, quod ait, capi monachos, spoliari Episcopos, interfici clericos, nec illis religionem, nec istis dignitatem adesse vel in modico posse. Itinera obstructa, latronibus, raptoribus campos, gladiatoribus sivos oppletas, ipsamque Latium singularem olim Romanæ gloria sedem, non civibus, sed barbaris & hostibus servissimum substratum genere. Non fuit cum his S. Bernardus Abbas, qui cum isdem ex Gallis ad Concilium venerat. Opportuna namque occasio intercessit, ut

(a) Pet. Clun. mirac. l. 1. c. 8. (b) Idem l. 4. ep. 33.

PAGIUS

fuit. In laudato quidem Catalogo a Mabillonio & Papebrocio edito legitur: Ab electione domini Anselmi de Pusterla, usque ad electionem domini Ribaldi, qui tunc erat Albensis Episcopus; sunt anni VIII. & dies XXVIII. Quo pacto Robaldus seu Ribaldus anno MCXXXII. Archiepiscopus Mediolanensis electus esset. Verum recenti manu illic substitutum est, ut testantur idem Mabillonius & Papebrocius, Anselmus de Pusterla sedit annos X. mensem I. dies XIII. Ob. XIX. Kal. Octob. ideoque anno MCXXXIII. dignitate motus est, non vero hoc anno, aut anno MCXXXII. ut arbitrat Papebrocius. Sed vel Anselmus mortuus non est mense Septembris, in quo solum numerantur dies XVIII. ante Kalendas, non autem dies XIX. vel Landulphus quando scribit, eum mense Augusto demortuum fama deceptus fuit; ait enim, prout fama est.

XIII. Ad hoc an. no remota est.

Nihilominus Puricellus observat, duos antiquissimos Catalogos, alterum Archiepiscopi Metropolitani, alterumque Secretarii civitatis Mediolanensis, & Historicos omnes inter se convenire, Anselmum hoc anno die XIV. mensis Augusti vitam cum morte commutasse, ideoque in Catalogum a Mabillonio editum, in quo legitur, eum obiisse. XIX. Kalend. Octob. error irrepsit, vel ab exscriptoribus, vel a Typographis admittus. In eodem Catalogo a Mabillonio publicato deprehenduntur aliquot ex-

mitteretur cum legatione a latere ab Innocentio Papa ad Mediolanenses, qui jam diu expetierant hoc ab eodem Innocentio, ubi cognovissent eundem sanctum Bernardum Pisas ad Concilium convenire: quem legatione atque litteris interpellarunt, at se Mediolanum conferret, ut ejus opera illa civitas jam abdicato schismate pace reconciliaretur, & compaginaretur sanctæ Romanæ Ecclesie. Quod omni officio sibi præstandum post celebratum Concilium, idem sanctus Bernardus tunc redditus ad eos litteris pollicitus fuit; sunt ipsius litteræ perbreves ad Clerum conscriptæ. Eiusdem namque Cleri opera, absterfo errore, eadem civitas revocata fuerat ad unitatem. Sic se habent: (c)

S. Bernardus vocatus? Mediolanens.

(c) Bern. Epist. ad Clerum Mediol.

Benedicti vos a Domino, quorum studio & industria civitas vestra liberata est ab errore; relicto schismate, ad Catholicam rediit unitatem. Exiit sermo iste inter Catholicos: audivit & lata est Sion, & est vobis gloria coram Deo & omni populo. Quam lætis amplexibus mater Ecclesia colligit vos & tantorum multitudinem filiorum, quos se amisisse dolebat? Quam læto & sereno vultu Deus Pater recipit hoc sacrificium de manibus vestris? Quod autem & paci terræ intenditis, facitis quod filii pacis. Et ego fratres particeps & socius gaudii vestri fieri cupiens, juxta petitionem vestram ad vos cum dilectis fratribus nostris mihi scripsistis, plenius secundum rationem in beneplacito Dei satisfacturus. Sed quia tempus breve est, quo ad

scriptorum errores, uti quando dicitur, Robaldum sedisse annis X. mensibus IV. & dies XXVI. obiisse autem V. Kal. Januarii anno scilicet MCXLIV. alioquin die tantum tertio Augusti currentis anni electus fuisset Archiepiscopus, quod ut dicamus, Landulphi narratio non patitur. Qui error a Papebrocio observatur. Eadem Landulphi narratio refellit Joannem Franciscum Besutium in Hist. Pontif. Mediolanensium, ubi contendit, Anselmum poenitentiam egisse, schisma coram Innocentio II. ejurasse, & ab eo abolutionem accepisse. Sed contrarium ex dictis sequitur & mortuum esse in carcere, & apud summi Pontificis Procuratorem.

XIV. S. Bernardus fundatur

Quo tempore Bernardus Mediolani versabatur, Tertio ordini Humiliatorum Regulam dedit. Hi quidem jam ab anno MCXIX. juxta Trifanum Chalcum huic Ordini initia dederant, sed ante divum Bernardum Religiosi non erant. Puricellus citatus num. CCCLXXV. asserit eos vocatos fuisse Fratres de conventio, quod & Chalcum etiam in litteras misit, additque Puricellus, ejusmodi Ordo Fratrum de Conventio in hanc usque diem appellatur, quæ in suo ipsius stemmate tutelarem gerat hunc sanctum Abbatem. Subdit Puricellus in Bibliotheca Basilicæ Mediolanensis asservari Codicem MS. continentem Humiliatorum Privilegia, cujus initio habetur; S. Bernardus venit Mediolanum,

Concilium festinamus; non gravet vos usque ad reditum nostrum sustinere. Hæc tunc ad Clerum, ad cives autem Mediolanenses hæc (a) eodem argumento tunc itidem data:

(a) Bern. ep. 133. Epistola S. Bern. ad Populum Mediolan.

Ut ex scriptis vestris percipio, nonnullus mihi locus gratiæ apud vos est. Et quoniam meum non invenio meritum divinitus credo datum. Non recuso favorem ingentis insignisque populi. Amplicter oblatam gratiam, & obviam manibus gloriosa civitatis devotionem devotus excipio: præsertim hoc tempore, quo abjecto errore schismaticorum, ad finem matris Ecclesiæ cum gaudio totius Orbis reversa est. Arbitror tamen non solum mihi gloriantur, quod invitator ad pacem querendam, & a famosissima urbe, cum sim pauper ignobilisque persona, tanti boni mediator atque minister assumor. Sed vobis quoque per talem nihilominus honor est, flecti ad pacem & concordiam vicinorum vestrorum, quos nec multarum civitatum hostilis impetus (ut bene notum est mundo) cedere aliquando compulit. Itaque festinans ad Concilium, spero me rediturum per vos, & probaturum de gratia, quam promittitis. Qui autem gratiam dedit, faciat ne in me vacua sit. Jam autem Mediolani plantata erat Religio Cisterciensis, & fetu focundo propagata: ad quorum sanctam Sobolem tunc temporis coalescere incipientem S. Bernardus ailiam dedit epistolam: (b)

(b) Id. ep. 134. VI.

Sed jam quid ea legatione ab Innocentio Papa a latere missa credita duobus magnæ æstimationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, juncto cum eis S. Bernardo, sit actum, videamus. Res gestæ, describuntur, ab eo, qui præfens aspexisse potuit, Bernardo Abbate Bonavallis in vita S. Bernardi (c) Abbatis tunc Claravallensis, dum ait: Soluta Concilio, Pisano scilicet, ad reconciliandos Mediolanenses dominus Papa Abbatem Claravallis, quem multis supplicationibus expetierant, & Guidonem Pisannum, & Matthæum Albanensem Episcopum a latere suo direxit, qui schisma per Anselmum pseudoarchiepiscopum in eadem urbe factum abluerent, & ad unitatem Ecclesiæ devotos revocarent. Abbas

(c) Vit. S. Bern. l. 2. c. 2.

PAGIUS

num, & ibi multis miraculis claruit, & monasterium construxit (Claram-vallem nempè, anno MCXXXV. opera discipulorum, quos Mediolani reliquerat). A quo (nempè Bernardo) quidam Magnates & Nobiles cives Mediolani divino spiritu inebriati, formam vivendi in habitu Religioso cum suis familiis habitando (hoc tunc illorum institutum fuit) sumserunt. Fuit ergo S. Bernardus Ordinis hujus primus fundator. Unde de Fratres Tertii Ordinis hujus vocantur hodie alicubi Fratres Sancti Bernardi. Manferunt autem sic Fratres Ordinis hujus per

igitur cum prædictis viris, quos a domino Papa collegas acceperat, addidit confortio & communi consilio virum venerabilem Gausfredum Carnotensem Episc. cujus innocentiam & sinceritatem in multis probaverat. Et visum est Cardinalibus bonum, ut tanto adjutore negotium tanti ponderis fulciretur. Hunc (ut idem auctor testatur inferius) idem Innocentius Papa constituit Legatum in provincia Aquitania ad reducendos schismaticos, qui ibidem invaluissent. De cujus legatione dicendum suo loco anno sequenti. Pergit auctor: Transcens itaque Apenninum, ubi audierunt Mediolanenses Abbatem desideratum suis finibus propinquare: longe a civitate milliariibus septem omnis ei populus obviam, nobiles, ignobiles, equites, pedites, mediocres, pauperes, quasi de civitate migrarent proprios lares deserunt, & distinctis agminibus, incredibili reverentia virum Dei suscipiunt. Omnes pariter delectantur aspectu, felices se judicant qui possunt frui auditu. Deosculantur pedes ejus universi, & licet hoc ille moleste acciperet, nulla potuit pronos & devotos ratione compefcere, nulla interdictione repellere. Vellicabant etiam pilos, quos poterant de indumentis ejus, & ad morborum remedia de pannorum laciniis aliquid detrabebant, omnia sancta judicantes, que ille tetigisset, & se sanctificari tactu eorum vel usu. Præcedentes itaque & subsequentes latitudinis acclamationibus applaudebant Abbatem, & diu intra agminum spissamenta detentum, tandem solemniter reddidit hospitio. Et cum tractatum esset in publico de negotio, propter quod tam vir Dei quam Cardinales advenerant: oblita fortitudinis suæ civitas, omni ferocitate deposita se ita Abbati substravit, ut obedientiam eorum non incongrue ille possit aptari Poetæ versiculus:

Legatio ab Innocentio Papa Mediol. missa.

Jussa sequi tam velle mihi, quam posse necesse est.

Pacatis omnibus, reconciliata Ecclesia, firmatis inter plebes concordia passionibus, alia cœperant nasci negotia, & insaniens diabolo, & in quibusdam obsessis corporibus debæccanti oppositum est Christi.

VII. Multa miracula a S. Bernardo. edita Mediolani.

se in habitu Religioso per annos LIV. priusquam concessa eis esset Regula ab Ecclesia Romana. Anno autem MCXCIX. penultimo die Maii data fuit eis Regula a domino Papa Innocentio III. Quare sciendum est, quod Fratres Tertii Ordinis hujus fuerunt fundatores primi & secundi Ordinis Humiliatorum. Galvancus Flamma cap. 255. magnæ suæ Chronicæ apud Puricellum laudatum numer. CCCLXXV. scribit: Nobilis vir Guido & Capitaneus porta Orientalis fuit specialis adjutor B. Bernardi in fundando monasterio de Char-

XV.

Christi vexillum, & increpante viro Dei de possessis avitis, superveniente eminentiori virtute, territa & tremebunda diffugere demonia. Ecce nova legatio, non Romanum pragma circumferens, sed divinis legibus fides pragma allegans, prolatis in medium litteris sanguine Christi conscriptis, & bulla Crucis impressis, quæ figura auctoritate sua terrestria & inferna sibi subdit & curvat. Nimirum signa Apostolatus ejus per plura miracula subsequenter declarata, quæ idem auctor, qui forte aderat, quam exactissime describit: quæ si libet tu consulas. Hæc enim satis ad institutum. Porro non solum illustrandi causa viri sanctitudinem, hæc Deus per ipsum miracula fieri voluit sed ut per ea penes quem esset Ecclesia, & quis ejus legitimus esset Pontifex, innotesceret. Et ita quidem ex his magna facta est accessio Fidelium ad veram Ecclesiam ex schismaticis ad eam revertentibus. De quibus ita inferius idem auctor: Cum diu sub Anselmi, ejus scilicet Archiepiscopi, schismate, qui Petri factor Mediolanensem occupaverat cathedram, sacerdotes gementes, virgines squalida, sanctificationes maledictæ, altare pollutum iram Dei in populum provocassent. At vero in Adventu viri Dei, abdicatis Anselmi præstigiis, in Sedis Apostolicæ obedientiam sub Innocentio revocata Ecclesia, impedita est illa demonum licentia, & quotidie dabat locum, & ad preces viri Dei diffugiebat diabolus, & si quando resistere conabatur, in ipso conflictu succumbens gloriosus vincebatur. Hæc idcirco auctor, quod ob schisma plures, qui illic redditi fuerant energumeni, ob reditum ad Ecclesiam per sanctum Bernardum ibidem fuerint liberati.

VIII.

Quod autem ad munus legationis spectat, non solum ad conciliandam cum

PAGIUS

Claravalle juxta Mediolanum, de divitiis ejus anno Domini MCXXXV. &c. Et iste Guido Tertium Ordinem Fratrum de Convenio S. Bernardi in porta Orientali construxit in die S. Vincentii: quem Innocentius III. confirmavit, & ab Innocentio III. dictus est Ordo Tertius. Ipsi Fratres de Convenio fundaverunt Ordinem Fratrum Humiliatorum, & ipsam visitabant. Quod idem Galvancus, qui Saeculo XIV. vixit, confirmat in libro cui titulus, Manipulus florum cap. 171. apud Puricellum ibidem. Licet autem S. Bernardus & Guido fundatores sint Humiliatorum, qui ante utrumque nec Regulam nec habitum Religiosum habebant, hæc tamen Societas jam ante inceperat, uti Puricellus probat testimonio S. Antonini part. 2. Chron. tit. 15. cap. 23. Raphael Volaterrano lib. 21. Tristano Chalco & aliis. Fallitur itaque Sigonius, qui hujus Ordinis initium cum anno MXLVI. illigat, ut videre est in Hist. ejus de Reg. Ital. ad annum MXLVI. Ad num. IX. Robaldus Episcopus Albenis cupiens ex illo Episcopatu ad Mediolanensem

XVI.

Sede Apostolica Ecclesiam Mediolanensem, sed ad recipiendum ab eis Lotharium Imperatorem, fuit ab Innocentio demandatum: quod & ab ipsis Legatis fuit impletum. Testatur id ipse S. Bernardus in epistola ad Imperatricem istis verbis: (a) Non ante sane Mediolanenses in gratiam domini Papa & Ecclesiæ unitatem recepti sunt, quousque palam Conrado refutato & abnegato, dominum nostrum Lotharium in suam Regem & dominum receperunt, & Romanorum Imperatorem Augustum una cum toto Orbe confessi sunt, & de injuria transacta juxta consilium & mandatum domini Papa digne vobis se satis facturos esse, tacto sacrosancto Evangelio, sponderunt, &c. Rogat enim eam bene habere eosdem Mediolanenses. Missus est post hæc pariter idem S. Bernardus ab eodem Innocentio Papa ad Genuenses pro pace firmandam cum Pisanis: quod feliciter implevit, ut ejusdem Bernardi litteræ ad ipsos Genuenses significant, datæ anno sequenti, quas suo loco reddidit sumus. His quidem omnibus ex sententia peractis, magna gloria Dei, & sanctæ Apostolicæ Sedis, idem S. Bernardus in Gallias rediit, dimissis collegis ejus legationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Pisas ad Innocentium redituris.

(a) Bern. ep. 137.

Cum autem idem sanctus Abbas audisset, nescimus qua ex causa, eundem populum Mediolanensis civitatis labantem titubantemque, neque firmiter in proposito permanentem: occurrit quam citissime opportuno remedio, scribens ad eos presentem epistolam, qua illi summa sunt fidei constantia roborati: (b) Suis Mediolanensibus, universo videlicet Clero & populo Bernardus Abbas dicitur de Claravalle, in Domino salutem. Bene vobiscum facit Deus, bene vobiscum facit Romana Ecclesia. Facit ille quod

(b) Idem ep. 131. IX. S. Bern. Mediol. continet in fide Apost. Sed.

Archiepiscopatum transferri, & tamen primum Episcopatum non dimittere, Innocentium II. Pisis convenit apud quem sacramentum præstitit contra usum Ecclesiæ Mediolanensis, ut refert Landolphus Junior cap. 43. apud Puricellum citatum num. CCCLXVI. Infantibus igitur iis infortunatis (Mediolanensibus enim bellum adversus Cremonenses infausse procedebat), & Anselmo, prout dictum est, mortuo (mense Augusto hujus anni) Robaldus ejusdem civitatis Archiepiscopus Pisis Innocentio Papa juravit, & jurando libertatem Ecclesiæ Mediolanensis (quam illa scilicet præcedebat) in contrarium convertit. Restabat præcipua controversia, quæ circa Pallium versabatur. Robaldus Anselmo Decessori suo auctor fuerat, ut huic novæ legi se nunquam submitteret, & de semetipso loquens dicebat, quod prius sustineret nasum suum scindi usque ad oculos, quam novam illam servitutem subire. Quare Puricellus negat Robaldum a priori proposito deservisse, affirmatque hunc Præfulem eam ob rem similitatem cum Innocentio II. suscepisse.

Robaldus Electus Mediolanensis Pallium noluit recipere.

Si-

quod mater. Et rovera quid vobis debuit
facere & non fecit? Si postulastis mitti
vobis de Curia honorabiles personas ad
honorem Dei & vestrum: factum est.
Si postulastis confirmari quod unanimiter
vestra de venerabilis patris vestri cle-
ctione firmaverat: factum est. Si vo-
lulistis licuisse vobis, quod illicitum,
nisi pro magna quidem necessitate, sacri
canones iudicant, translationem Episco-
pi scilicet in Archiepiscopum: conce-
sum est. Si rogastis erui civis vestros
de vinculis Placentinorum (quod utique
ego pratermittere nec volo, nec valeo)
& hoc factum est. In quo postremo qua-
cumque rationabilis petitio filiae non dico
repulsam, sed vel moram passa est apud
patriam matrem? En ad complementum pal-
lium praesto est, plenitudo honoris. Nunc
vero audi me, inclita plebs, gens no-
bilis, civitas gloriosa: audi, inquam,
me (veritatem dico, non mentior) di-
lectorem tui, zelatorem salutis tuae.

PAGIUS Sine pallio itaque recessit, ostendens in se pra-
stitum non esse, quod sibi debitum credebatur;
quod Innocentium II. valde exulceravit; pa-
rum enim abfuit, quin quae Sanctus Bernardus
ad Mediolanensem Schisma dissipandum tantis
laboribus egerat, pessimo exitu clauderentur,
& quin Robaldus, qui populi indignationem
metuebat, eum rursus comoverit.

XVII. Sandus itaque Abbas, apud quem Innocen-
tius II. de Robaldi cunctatione questus erat,
tam ad Pontificem placandum, quam ad po-
pulum ad constantiam retinendam incitandum,
scripsit ad Innocentium II. Epistolam CCCXIV.
quae alias erat CCCXVIII. cuius Baronius
mentionem non facit. In ea Bernardus Robal-
dum excusat, & culpam omnem in Mediola-
nenses reicit: O infelicem illum Episcopum,
qui in Hur Chaldaeorum, de quodam quasi pa-
radiso translatus, frater factus est Draconum,
& socius strutionum. Quid faciet? Obedire
vult, & ecce bestia Ephesi frendent in eum den-
tibus. Dissimulare vult prudenter pro tempore,
& omni feritate formidolosam vestram indi-
gnationem incurrit. Angustia sunt ei undique,
nisi quod tolerabilis iudicat sibi esse sine popu-
lo, quam sine domino: pluris habens, ut di-
gnum est, Apostolicam gratiam, quam Mediolanen-
sem Cathedrali, &c. Parce Pater benigne, Parce
fidei tuo, &c. Parce denique populo acquisitionis
tua, &c. Ait postea Christum Lucae cap. 13 per
tres annos spectasse, ut ficulnea fructum ferret,
antequam ei malediceret. Tu vero, subdit Ber-
nardus, vix tres expectasti menses, & jam se-
curim parvas. Robaldus mense Augusto post An-
selmi Decessoris sui mortem Mediolanum re-
diit, ideoque haec Epistola post medium cir-
citer mensem Decembrem data, post tertium
nempe a discessu Robaldi mensem. In suis li-
teris optat S. Bernardus, ut per hunc annum
Innocentius II. iram suam inhibeat: Dimitte
& hoc anno, si quo modo forte circumfossa
humo ligone penitentia, sterilitati Mediolanensi
hic, cui eam credidisti, consulere, & fructum
elicere queat.

XVIII. Ad haec verba Puricellus ait: Quibus qui-
dem postremis verbis S. Bernardus Innocen-
tius suavis videtur, ut exitum potius exspe-

Romana Ecclesia valde clemens est, sed
nihilominus potens. Fidele consilium,
& omni acceptatione dignum. Noli abu-
ri clementia, ne potentia opprimaris.
Sed dicit aliquis: Debitam ei reveren-
tiam exhibebo, & nihil amplius. Esto.
Fac quod dicis. Quia si exhibeas de-
bitam, & omnimodam exhibebis scilicet.
Plenitudo siquidem potestatis su-
per universas Orbis Ecclesias singula-
ri prerogativa Apostolica Sedi dona-
ta est. Qui igitur huic potestati re-
sistit, Dei ordinationi resistit. Potest,
si utile iudicaverit, novos ordina-
re Episcopatus, ubi haecenus non fue-
runt. Potest eos qui sunt, alios depri-
mere, alios sublimare, prout ratio crea-
ta dixerit: ita ut de Episcopis crea-
re Archiepiscopos liceat, & e converso,
si necesse visum fuerit. Potest a sinibus Ec-
clesiasticis evocare, & cogere ad suam
praesentiam non semel aut bis; sed quo-
ties

De Rom.
Eccle. au-
thoritate.

„ Caret operæ, quam Robaldus impenderat: Hortatur
„ cui utique non tantum crederat juranti Mediolan.
„ sibi fidelitatem; sed ipsum etiam regimen ad con-
„ Ecclesiae Mediolanensis crederat. Ita Puri- stantiam.
„ cellus. Postquam Sanctus Bernardus respon-
„ sum ab Innocentio II. accepit, dedit ad Me-
diolanenses Epistolam CXXXI. a Baronio hic
relatam, verum non hoc anno, uti autumabat
Card. doctissimus, sed sequentis initio, sicut
vidit Puricellus citatus num. CCCLXXX. Ea
enim tunc data cum Mediolanenses Innocentio
reconciliati, in officio & obedientia titubare
videbantur, quos ideo Bernardus ad retinen-
dam constantiam incitat, & recentia Romanæ
Ecclesiae erga illos beneficia memorat: Si postu-
lastis, inquit, confirmari quod unanimiter ve-
stra de venerabilis Patris vestri (nempe Robal-
di) electione firmaverat; factum est. Si vo-
lulistis licuisse vobis quod illicitum, nisi pro ma-
gna quidem necessitate, Sacri Canonum iudicant,
translationem Episcopi in Archiepiscopum (Tran-
slationem nempe Robaldi Episcopi Albenfis ad
Ecclesiam Mediolanensem), concessum est, &
caetera apud Baronium legenda, ex quibus fa-
cile intelligitur, hanc Epistolam ad annum
sequentem referendam, quo & eam Mabillonius
in margine consignavit.

XIX. Puricellus in Monument. Basilic. Ambrosia-
nae num. CCCLXXXI. vult, Lotharium impe-
ratorem Mediolani & Modocetiae a Robaldo Ar-
chiepiscopo coronatum fuisse; tamen e manu
Pontificis Innocentii diadema Imperatorium in
urbe Roma ante jam suscepisset, quia, inquit,
post ejus coronationem Romae factam Mediola-
nenses Lotharium nondum Imperatorem agno-
scebant, & Scriptores ac Historici Mediola-
nenses unanimi consensu tradunt, eum Modocetiae
& Mediolani ab Anselmo Archiepiscopo
Robaldi decessore coronatum esse, quod qui-
dem ipsemet Puricellus falsum & absurdum re-
putat, sed coronationem vere factam, & qui-
dem a Robaldo, contendit. At Landolphus
Junior, qui adhuc in vivis erat, & ultimam
manum Operi suo adhibebat eo tempore, quo
Lotharius in Italia versabatur; inter tot cir-
cumstantias a se de profectione Italica huius
Imperatoris notatas, istam adeo singularem non

ries expedire videbit. Porro in promptu
est ei, omnem ulsisci inobedientiam, si
quis forte reluctari conatus fuerit; de-
nique probasti & tu. Quid enim contu-
lit tibi vetus tua rebellio, & recalci-
tratio male suasa a pseudopropheta tuis?
Quem fructum habuisti, in quibus nunc
erubescis? Agnosce potius in qua pote-
state, gloria & honore Suffraganeorum
tuorum tam diu privata exististi. Quis
pro te valuit obviare Apostolica aucto-
ritatis iustissima severitati; cum provo-
cata tuis excessibus decrevit, te tuis il-
lis antiquis ac praeclaris ornamentis nu-
dare, mutilare membris? Et hodie confu-
sa & truncata jaceres, si non benignius
quam potentius tecum actum fuisset. Quis
eam prohibere valebit etiam a graviori-
bus, si rursus (quod absit) adieceris
provocare? Vide ne patiaris recidivum:
quia pro certo, ni fallor, non tam fa-
cile denuo poterit inveniri remedium. Si
quis itaque dixerit tibi: partim oportet
obedire, partim non oportet: cum tu in
te experta sis plenitudinem Apostolicæ
potestatis, auctoritatis integritatem: non-
ne huiusmodi aut seductus es, aut sedu-
cere vult? Sed fac quod dico: nam ego
te non seduco. Convertere magis ad hu-
militatem, ad mansuetudinem. Siquidem
& (a) humilibus dat Deus gratiam, &
mansueti hereditabunt terram. Esto cau-
ta domine & matris tuae recuperatam
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(*) Jacod.
4. Psalm.
36.

PAGIUS non pratermississet. Ad haec veteres & recentio-
res Rerum Italicarum Scriptores coronatio-
nem hanc a Robaldo peractam tacent; ideoque
idem de hac coronatione iudicium ferendum,
ac de Conradi coronatione, quam commentiti-
am esse suo loco ostendimus. Utraque enim
a solis Scripturibus Mediolanensibus memorata.
Ad num. X. Divum Bernardum ter in Ita-
liam profectum esse, non vero tantum hoc an-
no, annoque MCXXXVII. ut putavit Baronius,
ipsemet Bernardus testatur in Epist. CXLIV.
ad suos Claravallenses data, quando tertio il-
lic versabatur: Ecce hoc tertio, nisi fallor,
avulsa sunt a me viscera mea, &c. Bonum mi-
hi, domine magis mori, quam vivere est, non
tamen nisi inter fratres, inter domesticos, inter
charissimos. Quare hoc anno, non primum,
sed iterum illam peregrinationem suscepit, an-
noque superiori jam illuc profectus fuerat,
quod liquet ex Epistola CLL. ad Philippum Tu-
ronensis Ecclesiae invasorem scripta: Sumus
inquit, Viterbii, & te morari in Urbe audi-
vimus. Mortuo enim Hildeberto Turonensi Ar-
chiepiscopo anno MCXXXVI. Philippus Gisle-
berti ejus decessoris nepos Sedem favente Ana-
cleto invasit, eaque occasione eas literas Ber-
nardus ad eum dedit, animi sui dolorem ei
significans propter Praesulatum illum modis in-
debitis questum. Ex quibus & intelligimus,
Hugonem qui postea a priori parte Clerico-
rum canonice electus fuit, anno MCXXXIII.
nondum pacificam possessionem ejusdem digni-
tatis iniisse. Denique eodem anno divus Ber-
nardus Epistolam CXXXVIII. ad Henricum
Regem Angliae dedit, in qua ait: In ingressu
Orbis sumus, salus est in sanis, iustitia no-

XX. Tres pro-
fectiones
Italicae S.
Bernardi
distin-
guenda.

servare gratiam. Et sic ei placere stu-
deas de reliquo, quatenus placeat ei non
solum servare tibi quae reddidit, sed et-
iam adicere quae nondum dedit. Ita
Bernardus ob id, quod in poenam flagi-
tium Mediolanensis metropolis aliquibus
fuerat spoliata sub se positus Episcopa-
tibus.

Porro ter contigit eundem sanctum
Bernardum venire in Italiam ad Inno-
centium Papam, primo hoc anno cum
Pifas ad Concilium venit, secundo pau-
lo post eodem anno, ut testatur ejus
vitae auctor his verbis: (b) Cum secun-
do per Mediolanum eodem anno Pater
sanctus transiret &c. Tertius vero fuit
adventus, quando Lotharius Imperator,
se contulit in Italiam cum exercitu, &
finis est impositus schismati obitu Petri
Leonis. Testatur id ipse in (c) Can-
tibus. Qui autem collega fuit in Medio-
lanensi legatione Matthæus Cardinalis
Episcopus Albanensis, reverfus Pifas (in-
quit Petrus Cluniacensis) post aliquot
menses longo morbo fatigatus, nempe
ab Idibus Julii usque ad Kal. Decem-
bris, eo die feliciter ex hac vita mi-
gravit. Cujus res praeclare gestas idem
(d) Petrus scripsit diligentissime, quem
tu confulas. Extat etiam ejusdem Petri
(e) de ejus laboribus epistola ad Innocen-
tium Papam.

X.
S. Bern.
reditus ad
Inno-
cent.

(b) Vit. S.
Bern. l. 2. c.
4.

(c) Bern.
in Cant.
serm. 248.

(d) Pet. Cl.
l. 2. de
mirac. c.
4. usque
ad c. 19.
(e) Id. l. 2.
c. 3.

Hoc eodem anno Rogerius Siciliae Rex
S s s ma-

biscum est: sed Romanis militibus eibus iste non
sapit. Itaque iustitia placamus Deum, militia
terrenus hostes, quia Bernardus illuc profectus est
cum Lothario Imp. Nec refert quod in ejusdem
Imperatoris Epistola encyclica anno antecessenti
a nobis recitata nomen Bernardi non memoretur,
licet aliqui Episcopi & Abbates in eadem no-
minentur; nam in Curia Imperatorum & Re-
gum Episcopi & Abbates praesentes non sub-
scribebant omnes Diplomatis, ideoque nec om-
nes in iis memorabantur. Quare Manricus in
Annal. Gisterc. triplicem ejus profectionem
Italicam recte distinxit. Baronius ait, primum
hoc anno cum Pifas ad Concilium venit pri-
mum etiam in Italiam venisse, & secundo pau-
lo post eodem anno juxta Ernaldum in ejus
Vita lib. 2. cap. 4. in qua ait: cum secundo
per Mediolanum eodem anno Pater sanctus trans-
iret. Et tertio anno MCXXXVII. Verum
cum hoc anno Bernardus Mediolano redux in
Italiam non redierit, non potest dici eum hoc
anno bis in Italiam profectum esse. Denique
eum anno superiori in Italiam profectum jam-
diu viderunt Pseudo-Robertus de Monte in
Chron. & Trithemius in Chron. Hirsaug. ne-
que hoc in dubium revocandum. Tertia pro-
fectio Italicae Divi Bernardi non anno
MCXXXVII. sed anno MCXXXVI. contigit,
ut infra demonstrabimus. Observandum etiam,
Baronium anno MCXXXVII. num. IV. lau-
datam divi Bernardi Epistolam ad Philippum
ad eum Christi annum male revocare; cum ut
mox vidimus, anno MCXXXIII. data fuerit.
Ad num. XI. Robertus Capuae Princeps, qui
anno superiori cum Pifanis & Genueis, ut
auxilium ab eis impetraret, egerat, currenti
in Apu-

XXI.

magno exercitu comparato veniens in Campaniam; tentavit classe expugnare Neapolim: sed resistentibus civibus, re infecta recessit. Invaluit autem proditio- ne, cum Barones, qui militare promiserant in exercitu Rainulphi, data pecunia, ut auxilium promissum præstarent, cum copiis venire destiterint, quo factum est, ut cum non esset qui Regi posset obistere, ipse Beneventum obtinuerit. Quo Anacletus quam citissime properavit, & Regis nomine vendicavit. Factumque est ex iis, ut Rainulphus Comes Rogerio cesserit, seque ei dederit juramento præfinito, ne læderetur:

Rogerius proditio- ne rem agens subicit sibi ost es.

PAGIUS Apuliam rediit, ut scribit Falco pag. 288. Cum Consulibus & sapientibus viris civitatis satis abunde tractavit, ut auxilium navalis exercitus ei largirentur, qui tamen sine populo Januensi hoc promittere noluerunt. Tandem demisit consilio (ab anno nempe antecedenti) sacramentis intervenientibus pactum stabilire, ut circa mensem Martium futurum (hujus nempe anni) cum centum navibus paratis armatorum super nefandum Regem Rogerium festinent. Utraque Respublica promissis stetit; ut enim inquit Falco: Anno MCXXXIV. mense Martio, indidit. XII. hoc anno præfatus Princeps Robertus cum duobus Consulibus Pisanorum Alzopardo videlicet & Cane, viris sapientibus, & cum aliis fere mille Pisanis ad Principatum suum Capuanum revertitur IV. Kalend. Martii (sed Exscriptor hic manifeste peccavit; Falco enim affirmat Principem & Pisanos adventasse mense Martio, idque currenti anno, quem a Kalendis Martii auspiciatur, & tamen dies IV. Kal. Martii pertinet ad mensem Februarium, ideoque loco, IV. Kalend. legendum, IV. Nonas, aut, IV. Idus quod postremum probabilius videtur. Similis error sæpe a librariis admisus). Qui diligenter a Magistro militum Neapolis & Rainulpho Comite susceptus, omnia quæ cum Pisanis & Januensibus firmaverat, coram Papa Innocentio prædixit, & qualiter via millia librarum argenti Pisanis in auxilium suum venientibus, sacramento mediante, dare debeat.

XXII. Rogerius Rex Neapolim debellare tentat.

Præditus autem Magister militum, & Comes Rainulphus hac audientes gaudio magno gavisi sunt, factisque omnibus a Principe civitatis fidem attribuerunt. Nec mora per Ecclesias Neapolitanæ civitatis & Capuanæ discursum est, & pecuniam illam argenti cursu celeriter congregare. Quid plura? Thesaurum ipsum argenti ad Pisanos transmiserunt rogantes, ut cum festinatione ad eorum auxilium subvenirent: in quorum comitatu Gregorium Beneventanum Electum cum quibusdam Sacerdotibus suis mandaverunt, quatenus afflictionem Beneventana civitatis Domino Papa, qui illic aderat, & Pisanis intimaret. Quibus ita peractis Rex Rogerius memoratus navigiis galearum fere sexaginta paratis Salernum pervenit. Continuo galeas illas ad civitatem Neapolitanam debellandam mandavit, & eis applicantibus usque ad portum Neapolis expugnatum est. Cives Neapolitani armis acceptis, viriliter galeas illas pepulerunt, deinde castella Neapolitanorum ibi contigua deprædati sunt, sicque ad Regem remeaverunt.

XXIII. Referunt postea Falco & Alexander Abbas eodem fere modo, Rogerium Regem cum for-

simulque accidit, ut absque obice idem Rogerius potitus sit Capua & Aversa, sicque ad finem delabente hoc anno, redierit in Siciliam. Princeps autem Capuanus Robertus apud Innocentium Papam, ad quem confugerat, usque in annum sequentem permansit, expectans si posset per Pontificem, Lotharium Imperatorem impetrare Campaniæ & Apuliæ defensionem, quem tunc tam Innocentius Papa, quam sanctus Bernardus ad hoc literis excitare non cessarunt. Miserunt autem Pisanî in auxilium mille milites, qui recepti Neapoli, tutati sunt civitatem. Sequenti anno classe aggressi

titer irruisset in ditiones Principis Capuæ & Rainulphi Comitum, occupasse Noceram, Sarunum & pleraque eorum oppida, adeo ut Capuæ Princeps Neapolim properans Pisas transfretarit, inquit Falco; Alexander vero; Cernens (nempe Princeps) Pisanorum auxilium, quod sibi sperabat cito adesse, diu differri, iterum puppin ingressus Pisanos festinus rediit, eos ad præsidium sui quantocumque secum minaturus (id est, adducturus) quos jam multarum militum marcarum argenti emolumentis, quas illis promiserat, sibi acciverat. Cum Barones & Vassalli Rainulphi Rogerii Regis partes amplecterentur, Comes Rainulphus, inquit Falco, Baronum suorum nequitiam comprehendens, & quia tanto Regi obistere non poterat, sacramento interveniente sub Regis potestate colla submisit.

Capua Princeps mittit.

Baronius ait, Beneventi expugnationem a Rogerio factam, Rainulphum, ut se dederet, coegisse. Verum contra tractatus Rainulphi cum Rogerio Rege Beneventanos ad desperationem adduxit: Audientem autem, ait Falco, Ropolto Beneventanus Comes illi Rainulphum ad Regis Imperium pervenisse, animo consternatus die Kalendarum Julii de civitate Beneventana exiens, Neapolim ingressus est, quem Comes habulum mille, & eo amplius Beneventanorum secuti sunt. Tria autem post Comes habulum ipse Ropolto timore percussus, navigio parato, ne in manus Regis traderetur, cum quibusdam fidelibus suis, & duobus filiis evasit, & eis navigantibus, iudicio Dei superveniente, navis illa confringitur; & sic ipse cum uno filio suo, & duobus fidelibus suis, inter procellas maris mortui sunt: alter vero filius evasit. Nec diu familia Alexander scribit: Veniens ad eum (nempe Rainulphus ad Rogerium) genibus flexis pedes ejus osculari voluit; quem cum ille propriis manibus ab osculatione pedum sublevasset, orisque sui osculo vellet suscipere, Comes prius precatur, ut ex corde indignationem funditus abiceret. Cui Rex: Ex corde, inquit abicio. Et ille: Volo iterum, ut sicut deinceps tibi famulatus fuero, ita me diligas. Cui illa: & ego concedo. Iterum ait, istarum sponsonum, quas alternatim fecimus, uplo ut testis sit Deus inter me & inter te. At ille, ita, inquit, fiat. Quibus dictis Rex eum statim osculo suscepit, diuque in amplexu ipsius delectari visus est; ita ut ex oculis quorundam circumstantium ut præ gaudio lacrymæ effundi viderentur. Principem vero (nempe Capuanum) in sua pace hoc tenore suscipiendum pepigit (sc. Rogerius) ut videlicet, ut si ad dimidium mensis Augusti (pax hæc Rainulphi executione Junio constituta) reditum faceret, suo non privaretur honore. Si tamen juxta quod in ca-

XXIV. Beneventum Rogerius Rex occupat.

gressi sunt Meliam nobilissimam civitatem, qua & potiti sunt. Porro ista omnia pluribus narrat auctor Chronicorum Beneventanorum, qui se unum fuisse ex civitatis iudicibus asserit, Falconem nomine. Reliqua in sequentem annum.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS capitulari scripto statutum erat, subditus vellet parere tenentis siquidem sub proprio Dominio quacumque vi guerra obtinisset. Si autem ei forte animus redeundi desisset, ejus filio parvulo, nomine Roberto Principatum concederet, eo tamen interposito pacto, ut ipse ejus tamen regimen teneret, quousque legitimum ipse consecutus atatem exercere militiam posset. Quod si & ipse præfatum absentatione sui; terminum præteriret, Rex deinceps Principatu Capuano, quæstoramque heroum hominis inculpabiliter sub proprio potretur dominio.

XXV. Capuanæ oppida sibi subicit.

Pergit Falco: Cum ergo civitatem ipsam (nempe Capuanam) jam sibi subditam Rex intravit, usque esset, a præarata Clericorum, totiusque popululi processione honorifice, protul dacebat, suscipitur, atque ad Archiepiscopum usque cum hymnis & laudibus perducitur. Postea Rogerius Rex Sergium Magistrum militiæ Neapolitanæ sibi subjecit; qui genibus flexis, manusque suas manibus immittens suum ei hominum subdidit, fidelitatemque juravit, initio scilicet Julii currentis anni. Anonymus Casinensis a Caraciolo editus pleraque ex his confirmat, additque Rogerium cum Principatu Rainulpho reddidisse Comitissam, sororem nempe suam & Rainulphi uxorem. Afferit Falco Regem captis Capua, Aversa, & toto Principatu Salernum adiisse, & Alexander absolvit secundum suum librum expugnationem Beneventi a Rogerio Rege facta: sibi extra urbem defixis tenentis cives ejus fideles juramento, salva Apostolici fidelitate, instituit. Baronius refert ex Falcone Anacletum Rogerii Regis nomine Beneventum occupasse. Sed hic Historicus hoc non asserit, & nonnisi post discessum Rogerii, qui, ut prodit Falco circa finem anni in Siciliam repedavit, Beneventum profectus non est: Pontifex autem, inquit Falco, sub Anacleti nomine coloratus cursu rapido (post discessum Regis) Beneventum venit, & civitatem illam ipsius Regis virtute sua obtinuit voluntati, & domos quorundam Beneventanorum destrui præcepit. Certe an. MCXXXVI. Beneventi existens Anacletus locum Paradisum dictum Ecclesiæ Beneventanæ, & Roscemanno Archiepiscopo a se creato dedit, uti docet Diploma ab Ughello Tom. VIII. Ital. sacra citatum, datum Beneventi per manum Martini S. R. E. Presb. Card. & Cancell. XII. Kalend. Novemb. indidit. XV. anno Dom. Inc. MCXXXVI. Pontificatus autem Domini Anacleti II. PP. septimo.

XXVI. Obitus S. Norberti Archiep. Magdeburg.

Ad num. XII. Sanctus Norbertus Ordinis Præmonstratensis fundator, & Archiepiscopus Magdeburgensis hoc anno, octavo Idus Junii beato fine quievit, ut narrat Baronius ex Hugone in Vita ejus a Surio ad diem VI. Junii recitata; & de hac epocha inter omnes convenit. Cum vero Chronographus Magdeburgensis apud Meibomium scribat, cum post annos VII. & menses X. & dies XX. defunctum, manifestum est, fuisse Magdeburgi inthronizatum die XVIII. mensis Julii anno MCXXXVI. perperamque Baronium inthronizationem ejus usque in annum MCXXXVII. distulisse.

Hoc pariter anno S. Norbertus institutor Ordinis Præmonstratensis, idemque Archiepiscopus Magdeburgensis, quem diximus anno superiori venisse una cum aliis Germaniæ Episcopis Romam ad introducendum cum Lothario Imperatore Innocentium Papam in suam Sedem; ubi

XII. Obitus S. Norberti Archiep. Magdeburg.

S s s 2 1c.

Cum anno superiori Alfonso VI. Aragoniæ & Navarra Rex Fragam annua obsidione circumvallasset, cives, ut refert Ordericus lib. 13. pag. 893. Legatos in Africam statim miserunt, & Alis Regi Africa (cui Reguli factæ Saraceniæ in Hispania parebant), ut illi succurreret, mandaverunt. At ille Aragoniorum decem millia trans fretum eis destinavit. Protinus Alfonso Rex Sanctas Reliquias sibi de Capella sua deferri præcepit, & coram omnibus juravit, quod obsidionem non dimitteret, nisi civitas sibi redderetur. Tandem Saraceni prostrati, & eorum multi capti & perempti. Cives urbis Fragæ, quam Rex obsidebat, pacem ab eo petierunt, & subjectionem ei secundum consideratas condiciones sponderunt. Rex vero annum vestigal ab eis recipere sponxit, se seque illos obsidione obtenturum fore minatus, iurejurando confirmavit. Quod audientes Saraceni diræ desperatione acriores extiterunt, ad Alim Regem Africa deperit Legator miserunt, & ab illis Regibus Principibusque gentium in tanto discrimine sibi subsidium summo opere procuraverunt.

XXVII. Obsidio Fraga ab Alfonso Aragonie continuatur.

Hoc vero anno, ut prodit idem Ordericus Buchar Alis filius Regis Maroch (hic Buchar idem est ac Techesin, dictus etiam Abenali) vincit plures undique bellatorum copias collegit, & a Saracenis Hispaniarum contra Christianos pugnare venit. Ad Fragam inter duo flumina pugnatum est in mense Julio. Postquam multi Christiani occisi fuere, Rex cum residuis diutius dimicavit, & ad mortem usque pro Christo confingere proposuit, neque recessisset nisi Episcopus Urgellensis hoc semel & iterum præcepisset: Ex autoritate, inquit, Dei Omnipotentis tibi præcipio, ut confestim recedas de hoc campo, ne te cadente tota paganus subdatur Christianorum regio, & cunctis in hac provincia consistentibus Christianis incumbat publica interfessio. Rex cum decem commilitonibus vix evasit, Præfulemque, qui postea peremptus est, reliquit. Alfonso Rex paulo post ægrotavit, & post octo dies animam exhalavit, inquit Ordericus, cujus narrationem Acta publica confirmant. Moretus in Investigat. Rerum Navarricarum pag. 645. exhibet Chartam authenticam in Archivis Cathedralis Ecclesiæ Calahorra servatam in qua legitur: Facta & roborata scriptura de isto cambio era MCLXXII. feria V. mediantis Augusti (sc. die XVI. Augusti hujus anni littera Dominicali G. signati) altera die Assumptionis S. Mariæ post illam multam & malam mactationem Christianorum in Fraga, in qua fere omnes gladio ceciderunt & perpauci vero vix inermes per fugam evaserunt cum Rege, feria tertia, die Sanctarum Justæ & Rufinæ; quod festum hoc anno in feriam tertiam incidebat, cum ut habet Moretus die XVII. mensis Julii celebretur.

XXVIII. Prælio vincti Al. Aragon. Rex.

Alphonso Aragoniæ & Navarra Regis testamentum in Archivis Sancti Joannis Pennaten- sis aservatur, in eoque legitur: Facta Charta mortuaria in era MCLXXII. in mense Septembris, die Martis ante Nativitatem Sanctæ Mariæ apud castrum

XXIX. Dies ejus emortuaria in era MCLXXII. in mense Septembris, die Martis ante Nativitatem Sanctæ Mariæ apud castrum

CHRISTI 1134.

INNOCENTII II. PAP. 5.

LOTHARII II. IMP. 2. JOANNIS COMN. IMP. 16.

CHRISTI 1134.

INNOCENTII II. PAP. 5.

LOTHARII II. IMP. 2. JOANNIS COMN. IMP. 16.

reversus est in suam Ecclesiam, mira sanctitate, sicut vixerat, diem clausit extremum. De eo enim hæc Hugo successor Archiepiscopus in vita ipsius: (a) Cum autem ab Italia reversus esset in civitatem suam Parthenopolim, non diu post gravi ægritudine correptus est,

(a) Vita S. Norb. c. 50. apud Sur. t. 3. die 6. Jun.

PAGIUS Item & populationem, quod vocatur in Sarrigena. Signum Adefonsi Regis; ideoque conditum illud die quarta Septembris, Rexque post sex septimanas a commisso prælio Fragensi nondum obierat. In antiquo Alphonso VII. Imperatoris dicti Chronico ab Auctore fere cœtaneo edito dicitur Regem victum fuisse sexto decimo Kal. Augusti ideoque die SS. Justæ & Rufinæ; in Calendario vero veteris Abbatia Legerensis ad diem VII. Idus Septembris habetur: VII. Idus Septembris obiit Adefonsus Rex MCLXXII. & in libro Fororum Navarra: Anno millesimo centesimo trigésimo quarto VI. Idus Septembris obiit strenuissima memoria Adefonsus, &c. Hæc ad hæc verba Moretus, atque loco, VI. Idus Septembris, legendum, VII. Idus Septembris. Antequam priorem Criticæ meæ Tomum publicarem, in quo anno LXXVII. num. XVI. ostendi Scriptores quando in emortuali die assignando, uno tantum inter se die dissident, alios respicere ad mortem, alios ad sepulturam, seu ad diem sepulturæ, quem etiam diem obitualem appellant, idque tanquam principium Chronologicum proposui, Viri doctissimi passim alterutrum diem corrigebant, & aut mendose descriptum fuisse, aut Auctores errasse persuasum habebant. Verum tot exemplis principium illud in hoc Opere comprobavi, ut hujusmodi loquendi modus nemini impofterum negotium facessere debeat.

XXX. Rodericus lib. 7. cap. 3. succincte de prælio Fragenfi & Alphonfi VI. Regis morte loquitur, sed Ordericus, qui paucis post hunc annis e vita excessit, quique ample, accurateque de his egit, defectum ejus supplet. Alphonfus VI. ob prælia XXIX. cum Saracenis gesta Realior cognominatus fuit, & Hermanus S. Vincentii Laudunensis Monachus postea Abbas S. Martini Tornacensis, qui paucis etiam post præsentem annis mortuus est in Historia Restaurationis Monasterii S. Martini Tornacensis Tom. XII. Spicilegii Dacheriani recitata hæc de Alphonfo in literas misit: Fortissimas urbes & castella Paganis fortiter præliando abstulit, Christianis reddidit; Casaravagustam scilicet B. Vincentii Martyris Archidiaconatu famosam, Terrassanam quoque & Tudelam, Barbastam & Burgiam, cum aliis multis, totaque pene Hispania sibi subjugata, adeo nominis sui opinionem dilatavit, ut ab aliis alter Julius, secundus ab aliis Carolus vocaretur, ob memoriam illius prælari Caroli Francorum Regis, qui quondam Hispaniam visitor subegit.

XXXI. Ordericus Alphonfi VI. Regis morte relatâ subdit: quo defuncto, quia filium non habuit, turbatio de successore subiectos inter bellicos strepitus aliquandiu detinuit. Denique Aragonens Remigium (legendum, Ramirum) Sacerdotem & Monachum, qui frater Regis erat, elegerunt, & Regem sibi constituerunt. Navarres autem Garfionem Satrapam sibi Regem proposuerunt. Quia Ramirus seu Ranimirus in monasterio S. Pontii de Thomaris (id est, Thomericiensi cœnobio in pago Narbonensi sito)

eaque per aliquod tempus, id est spatio quatuor mensium laboravit, Episcopatuque sapienter & fideliter annis octo administrato, plenus Spiritu sancto, cum omni integritate sensus, astantibus benedictione data, beato sine quiescit. Neque enim, ut ait B. Augustinus, poterat ma-

fuit Monachus & Sacerdos, inquit Rodericus lib. 6. cap. 1. imo quadraginta & amplius annos in illo monasterio Monachus vixerat, Regnum post Alphonfi mortem non potuit tumultibus non turbari. Aragonenses, ut habet ibidem Rodericus cap. 2. quendam nobilem, qui dicebatur Petrus Tarasæ (legendum, Athrasæ) volebant Regi mortuo subrogare; verum duo Magnates volentes fidelitatem naturali Domino custodire, plurimorum animos a primo proposito revocarunt, & ut Ranimirus Monachum a Monasterio evocarent, vigilantissimo studio procurarunt. Porro non tantum Auctores contemporanei tradunt Ranimirus Monachum & Sacerdotem extitisse; sed etiam ipsemet in diplomate originali a Surita viso, ut ipse affirmat lib. 1. Annal. cap. 53. id aperte docet; cum in eo subscribatur Rex & Sacerdos.

Recentes Scriptores Hispani volunt, eum fuisse Episcopum Rodæ & Balbastri, uti Johannes Briz in Hist. Pennatenfi, qui sequens Monachum Pennatensem in Historia ejus MS. id asserit; verum Marca in Historia Bearnensi hunc Monachum sæpius falli demonstrat, & Surita laudatus jure merito Episcopatum illum in dubium revocat. Certe Antiqui de illo tacent, & Rodericus citatus opinionem illam evertit verbis suis mox recitatis, & istis cap. 2. relatis, statim Rex Monachus fuit suo Monasterio restitutus. Qui tamen dum in regno existeret, Monasterium suum Ecclesiis & possessionibus multis ditavit. Ad hæc Rodericus ibidem de Aragonensibus ait: Cumque in Montione iterum convenissent potiorum consilium, hoc firmavit, ut Ranimirus Monachum fratri mortuo subrogarent; & eductum de Monasterio apud Oscam in regni solio collocarunt. Quare cum Ranimirus eductus fuerit e Monasterio, ut Rex fieret, & postea in illud restitutus, quando post susceptam filiam eamque nupti datam, regnum deposuit, male posteriores Scriptores fabulas secuti tradidere, eum fuisse Abbatem Monasterii Sancti Facundi, postea Episcopum Burgensem & Pampilonensem, & regnante Alphonfo VI. Rodensem & Balbastrensem; has enim dignitates successive, gessisse fabulatores voluerunt. Auctor de Gestis Comitum Barcinonensium, qui sub finem sæculi XIII. vixisse videtur, nihil simile habet, sed tantum quæ Rodericus in literas misit, iterat. Ad hæc qui mature attenderit ad ea, quæ Marca lib. 2. Hist. Bearn. cap. 10. de laudato Pennatenfi Monacho scribit, his similibusve commentis fidem non adhibebit. Præterea Ordericus in fine libri I. ait, se Historiam Ecclesiasticam usque in hodiernum diem perduxisse, quo Johannes Augustus Alexii filius præf. Constantinopoli, Lotharius vero dominatur Alemanis, Ludovicus Franciis, Stephanus Angliis, & Remigius (legendum, Ramirus) Monachus Hispaniis. Ideoque liber ille ab Orderico ante finem anni MCXXXVII. elucubratus, ut ex morte Lotharii Imp. & initio Stephani Angliæ Regis certo constat. Quare cum Ramirus non Episcopum sed Monachum appellet, tam

XXXII. Ramirus nec Abbas nec Episcopus fuit.

malo mori, qui bene vixerat. Annus erat Dominica Incarnationis millesimus centesimus trigésimusquartus, feria quarta Pentecostes, octavo Idus Junii, Pontif.

PAGIUS Abbatia illi attributa, quam Episcopatus in eo accumulati mere commentitii. Jam diximus, Ordericum alibi scribere Aragonenses Regem elegisse Ranimirus Sacerdotem & Monachum. Denique idem eruitur ex Gaufrido Priore Vofienfi hujus temporis Auctore, in Chron. cap. 48. sed is male de rebus extra Galliam, ubi scribebat, gestis edoctus Garfionem Ramirum pro Ramiro Monacho sumit, atque de Raimundo Berengario hujus nominis IV. Petronilla Ranimiri Regis & Monachi filia conjuge, qui genuit Adelphosum. Iste Rex efficitur, eo quod mater illius (nempe Petronilla) foret filia unica Garfia Reynier (legendum, Ranimiri) Monachi, qui Adelphosum fratri occiso in Aragonensi regno successit. Alphonfus itaque seu Adelphosus, non Episcopum, sed Monachum successorem nactus est. Natalis Alexander Sæc. XII. pluribus contendit matrimonium Ranimiri Monachi & Regis commentitium esse, & Baronius nullam ejus mentionem facit.

XXXIII. Sed Monachus. Quare juvat quæcumque Ranimiri Monachi matrimonium spectant, testimonio Auctoris gravissimi & supparis confirmare. Est is Guillelmus Neubrigenfis, qui in Præfatione suorum quinque Rerum Anglicarum librorum affirmat, se anno primo Stephani Anglorum Regis in lucem produxisse. Is lib. 2. cap. 10. ait: Illustris quidem (legendum, quidam) Rex Aragonum (nempe Alphonfus VI.) paulo ante nostram memoriam, cum haberet liberos, unum eorum pia devotionis instinctu Christo dicatum in Monasterio consecravit (in Monasterio Sancti Pontii in Septimania sito), reliquos pro tempore successores designans. Verum præmortuis, qui successoribus (legendum successoribus) sperabantur, contigit patrem humanis novissimum rebus excedere. Viri autem Optimates, & populus de successione nepotibus contententibus, ne regnum successore periret, prope convenienter, & venientis periculo occurrentes, Regis filium (nempe Ranimirus) claustris festinanter extractum, sublimaverunt in Regem, regnoque disposito, ad procreandos, qui succederent liberos uxorem compulerunt ducere, necessitatem legi non esse subjectam allegantes. Denique nata est ei unica filia (Petronilla appellata); cumque regnum laudabili moderamine administrasset usque ad annos filia nubiler (fallitur in hac circumstantia Neubrigenfis, ut infra visuri sumus); convorsatis nobilibus, & coram se solemniter apparentibus cum universa pene militia ditionis sua taliter eos est allocutus.

XXXIV. Parcat mihi & nobis (legendum vobis) Omnipotens Deus, charissimi, factus sum enim insipiens, vos me cogitis; sed nunquid qui in Monasterio re-dit. quod usurpavit infelix necessitas quam esse dixit filius ex legem, eadem cessante ratum esse debet, quod usurpatum est contra legem? En ex me natam habetis regni hæredem. Provideantur huic puella honorabiles nuptiæ; & regno erit consultum. Redeat ergo Monachus iterum ad Regulam, & sanciam de cætero sanet conscientiam. Reclamatum est ab omnibus; sed cum pius, felixque propositum dissuaderi non posset, de consilio Procerum juveni clarissimo Barcinonensis Comitum filio (Raimundo Berengarii Bar-

Innocentii anno quinto, regni Lotharii anno nono. Hæc de ejus transitu auctor. Porro laudatissimus sæculi hujus sanctitatis & eloquentiæ nomine vir fuit præ-

di-

cinonenfi Comiti, hujus nominis IV.) filiam despondit, regnoque illi cum filia tradito, vir memorabilis, præcipuusque mundi contemptor purgentes conscientia stimulos ultra non passus postea purpura cucullam reinduit, & regnum claustrum mutavit. Scriptores Aragonenses aiunt Pontificem Roman. cum Ranimiro dispensasse, ut uxorem accipere posset, sed alii id tribuunt Innocentio II. alii Anacleto Antipapæ. Sandovalius vero in Alphonfo VII. pag. 152. scribit: Dicitur hunc Monachum Ramirum cum dispensatione Papæ uxorem accepisse; nescio an illo tempore dispensationes peterentur, & concederentur; cum jam viderimus Gregorium VII. dispensationem largitum non esse Alphonfo VI. & hunc eam non petiisse eo tempore, quo conjugio illigatus erat cum parente prioris uxoris, & Pontifices Romani amplius non egere, nisi ut separarentur, & eodem modo se cum Regibus posterioribus gessere. Ita Sandovalius. Sed ipsemet nescio, an disciplina in Hispania uturpata hoc tulerit, at illud penes me certum, Pontifices Romanos hoc & præcedenti sæculo de impedimenti matrimonii dispensasse, & Ivoem Carnotensem, aliosque Galliarum Præsules a Paschali II. petiisse, ut erga Philippum Franciæ Regem, qui Bertradam cognatam dimittere volebat; dispensatione uteretur. Legendæ Epistolæ CXLIV. & CXC. Ivois Carnotensis. Ad hæc Robertus de Monte, qui hoc tempore vivebat, in Chron. ad annum MCLIX. ait, Aragonenses Remigium (pro Ramiro) Monachum etiam jam senem, licentia Romani Pontificis, a Monasterio abstractum Regem fecerunt, & ut hæredem haberet, Mathildam matrem Willelmi Vicecomitis Toarci illi associaverunt, ex qua genuit unam filiam, quam Raimundus prædictus Comes (nempe Barcinonenfis hujus nominis IV.) duxit. Ubi hæc verba, licentia Rom. Pontificis, non ad abstractionem Ramiri e monasterio, sed ad ejus matrimonium cum Mathilde referuntur, quia statim ac Ramirus monasterium reliquit, Oscam venit, & Rex coronatus fuit, antequam id Romanus Pontifex rescire poterit. Quo etiam testimonio refelluntur Scriptores Hispani, a quibus uxor Ramiri vocatur Inez aut Agnes, & confirmatur quod scripsit Rodericus lib. 6. cap. 2. Ranimiri conjugem forem fuisse Comitissæ Pictaviensis, Willelmi nempe IX. Willelmi VIII. filii, ultimique Aquitanici Ducis. Mathildis primis nuptiis juncta fuerat Aymerico Vicecomiti Toarci, cui peperit Godefridum, ut videre est apud Bessium in Hist. Comit. Pictaviensium cap. 34. Addit Robertus de Monte: Ex qua (sc. Mathilde) genuit unicam filiam (nomine Petronillam), quam Raimundus prædictus Comes duxit, de qua nata est ista puella, quam filio Regis (sc. Richardo filio Henrici Angliæ Regis) diximus copulandam. Exemplum conjugii Ranimiri in medium allatum est sæculo superiore post mortem Sebastiani Portugalliæ Regis, quando de Henrico Cardinali Presbytero, & Archiep. Eboracensi legitimo successore maritandam ad Regnum in familia conservandum, actum est, ut innuat Spondanus anno MDLXXXVIII. num. XIV. & a quibusdam Historicis fufè narratur. Ex

XXXV. Filiam Willelmi VIII. Comitissæ Pictaviensis ducit.

CHRISTI
1134.INNOCENTII II. PAP.
5.LOTHARI II. IMP. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 16.

(a) Pet. 1. dicatus a sancto Bernardo, Petro (a)
4. ep. 3. Cluniacensi, & aliis hujus temporis (b)
(b) Apud
Sigib.
Chr. 1131.

PAGIUS XXXVI. Navarrei Garfiam Ramiri Regem eligunt.

Ex Charta a *Ranimiro* in castello Balbastri data mense Octobri era MCLXXII. constat eum non multo post Alphonfi VI. Aragoniæ & Navarrei Regis mortem in Aragonia regnasse. Navarrei enim, qui ab anno MLXXXVI. ut ibidem diximus Aragoniæ Regi parebant, paulo post Alphonfi VI. obitum *Garfiam Ramirem* sibi Regem præfecerunt; cum in Chronico Alphonfi VIII. ab Auctore constanti scripto apud Moretum in Investigat. Regni Navarrei pag. 645. post narratam cladem Christianorum ad Fragam era MCLXXII. notatumque pugnam incœpisse summo diluculo; hoc est XVI. Kal. Augusti, subdatur: *Ad ultimum vero fugit Rex & cum eo decem milites, & unus ex ipsius militibus erat Garfias Ranimiri, &c. Et elegerunt* (nempe Navarrei) *super se Regem nomine Garfiam Ranimiri, ille qui fugit cum Rege de Fragano pralio.* Garfias enim Ramiros legitimus hæres Regni erat, utpote qui originem ducebat a Garfia Sanctio filio natu majori Sanctii Majoris de ejus morte anno MXXXII. verba fecimus. Surita & Garibajus genus ejus a Sanctio Rege, qui *Penalenius* dictus est, repetunt; verum tam illi, quam sectatores hallucinantur; præterquam enim quod uterque hujus Regis filius *Garfia* appellati fuere, & in Castella, antequam uxorem duxissent, sine posteritate obierunt, Oihenardus lib. 2. Notitiæ Vasconiæ cap. 34. pag. 324. solide demonstrat ex relatione Legatorum Sanctii Regis cognomento Sapientis *Garfiam Ramiri* originem ducere a *Garfia Sanctio* ad Attaportam occiso, & ex verbis eorundem Oratorum refellit, qui *Garfiam Ranimirem* Regni Navarrei restauratorem filium credidere *Ramiri* Infantis, & *Garfiæ Sanctii* nepotem, quo in errore versatur Marca in Hist. Bearnæ lib. 5. cap. 28. num. 1.

XXXVII. Neutri opinioni ullus ex Antiquis suffragatur, & disertè contradicit Rodericus, qui hoc sæculo exeunte vixit, lib. 5. cap. 24. ubi de *Garfia Sanctii* Majoris filio scribit: *Rex Garfias habuit duos filios, Regem Sanctium, quem sibi ordinaverat successorem, sed fuit occisus in Penalenii, & alium, qui Sanctius similiter est vocatus, apud Rodam fuit proditoriæ interfectus. Hic habuit filium Ranimirum Infantem, qui Ranimirus duxit uxorem filiam Roderici Didaci, cum Valentia morabatur, & suscepit ex ea filium Garfiam Ranimiri, qui primus regnavit in Navarra.* Quæ genealogia plane conformis relationi Oratorum Sanctii filii *Garfiæ*, quæ extat apud Hovedenum in posteriori suorum Annalium parte pag. 564. In eo tantum peccat Rodericus, quod *Sanctium* Sanctii *Penalenii* fratrem appellat; is enim Infans posterior natu *Ranimirus* vocatus fuit, ut ex plurimis, quæ adhuc in Hispania supersunt, Chartis innotescit. *Moretus*, qui Oihenartum sequitur, aliquas lib. 3. Investigat. exhibet. Illud plane certum, *Garfiam Ranimirem* Regni Navarrei restauratorem originem traxisse ab Infante apud Rodam occiso, quem liquet non *Sanctium*, sed *Ranimirum* dictum fuisse, ut Historici Arabes a *Marmolo* in sua Africa descriptione citati & visi, testantur. Neque *Sanctius* Infans fratri super-vixit; cum post hujus mortem in nulla, quæ supersit, charta ejus mentio sit; cum contra *Ranimirus* in quamplurimis memoretur usque ad annum era MCXXXI. Christi scilicet MLXXXIII. quo eum occisum constat. Ita plane Rodericus

Scriptoribus, cujus Ordinis propagines in Terram sanctam usque uberi foetu sunt

corrigendus, qui tantum in Infantis nomine peccat, *Sanctium* pro *Ramiro* usurpans.

Alphonfus VII. Castellæ Rex Aragoniam & Navarram ad se hæreditario jure devolutas prædicabat, & *Ramirum* nonnisi vitio Aragoniæ Regem creatum. Ita contractis copiis irruit in partem veteris Castellæ a Regno Navarreo pendentem, eamque sibi facile subjecit cum Navarra ejus capite, & omni regione ultra Ebrum Fl. posita. Recentibus Hispaniæ Scriptores ajunt, eum *Victoriam* obsidione cinxisse, quod verum esse non potest; cum nonnisi diu post ea urbs constructa fuerit. Tum *Alphonfus VII.* exercitum ad *CæsarAugustam* duxit, eamque nullo negotio occupavit. *Ranimirus* in Montes confugit, firmo se se aggere munivit, ibique per aliquod tempus subsistit, ut ex Actis publicis Surita, Joannes Brizius & *Moretus* ostendunt. Inter has bellorum tempestates *Garfia Ramiros* piam quandam donationem fecit a *Moreto* lib. 3. Investigat. cap. 6. pag. 647. relatum, in qua ait: *Ego Garfia Dei gratia Pamplonenfium Rex, &c. Alphonfus VII.* Regnum Najaræ seu Navarrei ultra Ebrum sitæ ante mensem Novembrem hujus anni, ut ostendit *Sandovalius* fol. 152. sibi subdidit, & die decima ejusdem mensis cum *Berongera* Regina erat in Monasterio S. *Emiliani*, ubi quandam donationem fecere, anno, ut ajunt, quo *Alphonfus Aragoniæ Rex* mortuus est, & quo *Alphonfus VII.* Toleti Imperator erat.

Mortuus est hoc anno in Anglia *Robertus XXXIX.* Dux Normanniæ, quem *Henricus Rex* jam a *Obitus XXVIII.* annis in custodia detinebat. *Deceps Roberti sit autem IV. Idus Februarii anno ab Incarnat. Norman. Dom. MCXXXIV.* inquit *Gemmeticensis* lib. 8. cap. 16. cui *Ordericus* lib. XIII. & *Scriptores Britannici* consentiunt.

Anno Domini mill. CXXXIV. III. Nonas Septembris, tota *Cenomannensis civitas*, cum omnibus Ecclesiis, quæ intra muros continebantur, *Cenomannæ* evanuit in favillas, &c. Sane ex quo eadem nense civitas primitus fundata fuit, nec scripto, nec senum relatione me illius tantum recolo infortunium didicisse, quantum in illa die videtur recepisse, inquit Auctor de Gestis Episcoporum *Cenomannenfium* in *Guidone* Episcopo *Cenomannenfi* cap. 36. qui ideo coævus fuit.

Claruit his temporibus *Hugo Corbejenfis* in Gallia Monachus, de *Folieto* dictus S. R. E. Cardinalis qui multa, eaque optima scripsit, quæ inter Opera *Hugonis Victorini*, quæ ejus essent, recensentur. *Oudinus* in Supplem. Script. Eccl. ex codicibus MSS. a se visis demonstrat, libros IV. de *Claustro Animæ*, lib. de *Medicina Animæ*, aliosque quosdam *Hugoni Victorino* perperam attributos, ejus factum esse, & editores ultimos Operum *Hugonis Victorini* omiffisse censuram istorum Operum, quam præcedentes prudenter adhibuerant. Loquitur *Trithemius* de *Hugone de Folieto* in Chron. Hirsaug. ad annum superiorem, & aliqua ejus Opera recenset, inter quæ duo laudata *Hugoni Victorino* adscripta.

Usque ad hunc annum pervenit *Joannes Hieromnem*, cognomento *Chalcedonii*, Patriarcha Constantinopolitanus, qui jam ab anno *Joannis MCXI.* Ecclesiam Constantinopolitanam regerebat. In ferie enim Episcoporum Byzantii lib. 4. Juris Græco-Romani recitata ei tribuuntur CP. anni *XXIII.* *Hieromnem* vero dignitas erat in

CHRISTI
1134.INNOCENTII II. PAP.
5.LOTHARI II. IMP. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 16.

sunt hoc tempore translata. Qui de viro sanctissimo plura cupit, eundem qui

supra legat *Hugonem*. Hæc fati ad institutum.

An-

PAGIUS in Ecclesia Græcica, duodecima a *Codino* cap. 1. recensita, ubi & munus ejus describit. Eam obiit postea *Georgius Pachymeres*. De hac voce *Isopachymeres* plura habet *Ducangius* in Glossario mediæ & infimæ Græcitatæ. *Joanni*

Chalcedonio successit *Leo Styopita*, cujus *Baronius* meminit anno *MCXLIII.* qui tamen *Joannem* ejus decessorem prætermisit; sed *Onuphrius* in Chron. utriusque mentionem fecit.

JESU CHRISTI ANNUS 1135.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 6.

LOTHARII II. IMP. 3. JOANNIS COMN. IMP. 17.

I. Legatio Gaufridi Episc. Carnot. in Aquitan.

Annus Redemptoris millesimus centesimus trigentesimus quintus ordine sequitur, Indictione decimatercia, quo Aquitania provincia, haecenus studio Gerardi Episcopi Engolismensis Legati Anaclethi pseudopontificis, & violentia Willelmi Comitis in schismate permanens, Catholicae Ecclesiae redditur unitati, suscipiens Innocentium verum Pontificem detestans omnem schismaticam pravitatem. Facta sunt haec per Apostolicae Sedis Legatum laudatissimum virum Gaufridum Carnotensem Episcopum, qui anno superiori post Pisanum Concilium, cui interfuit, eo munere legationis ab eodem Innocentio Papa insignitus est. Hoc igitur ubi reversus est in Gallias, tanto operi sibi delegato magno studio insistendum considerans, quo illud efficacius promoveret atque perficeret: Claravalle profectus, inde sibi abique labore S. Bernardum evulsit, atque ad ea peragenda (a) operarium praepotentem adjunxit. Antequam autem res per S. Bernardum in hac legatione gestas, quarum causa missus est, enarremus; dicendum prius de ipso primario Sedis Apostolicae Legato Gaufrido Episcopo Carnotensi, cujus virtutes summa cum laude idem S. Bernardus meminit libro quarto de Consideratione ad Eugenium, istis verbis praedicans in primis ejus continentiam in abstinendo in hac legatione a quolibet munerum genere; & ubi de Martino presbytero Cardinali Legato in Daniam memorabile recitavit exemplum, mox addit: (b) Sed o mihi, inquit, locum suavem, ubi incidit occasio memorandi, & nominandi, suavissimi odoris virum (Episcopum loquor Gaufridum Episcopum Carnotensem) qui legationem in partibus Aquitaniae propriis sumptibus strenue administravit, idque annos plures. Rem loquor, quam vidi ipse. Eram cum

(a) Bern. Abb. in vita S. Bern. l. 6. c. 6.

(b) Bern. de Consid. l. 4.

eo in terra illa, cum a quodam presbytero presentatus illi est piscis, quem vulgo vocant sturgionem. Percontatus Legatus quanti venerit: non accipio, inquit, nisi receperis pretium, & resignavit solidos quinque invito & verecundo. Item cum essemus in quodam oppido, domina illius oppidi obtulit ei pro devotione cum manutergio duas vel tres paropsideas pulchras, ligneas tamen. Quas aliquandiu intuens homo scrupulose conscientiae, laudavit eas, sed non acceperit accipere. Quando argenteas accepisset, qui ligneas refutavit? Non fuerunt qui posset Legatio dicere: (c) Ditavimus Abrahamam. Ipse vero cum Samuele libere concionabatur ad omnes: (d) Loquimini de me coram Domino & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, vobisque restituam. O si talium daretur virorum copia, quales perstrinximus nunc! Quid te felicius, quid illo jucundius saeculo! Nonne secunda ab aeternitate illorum tibi temporum beatitudo videretur, cum te quaque verum procedens stipatum videres tam inclito agmine beatorum? Si te novi, haeres; & altum trahens spiritum tecum loqueris. Putas fore posse quod dicitur? Putas hic sumus quosque haec fiant? Quis det vivere, ut videre contingat? O si viderem in vita mea Ecclesiam Dei talibus innixam columinis! O si Domini mei sponsam cernerem tantae commissam fidei, tantae creditam puritati! &c. Sed ad ipsius legationis summum negotium redeamus. Quae autem per eos gestae sint, Bernardus Bonævallensis Abbas in vita ejusdem S. Bernardi Claravallensis Abbatris conscripsit, necnon Theobaldus Episcopus in vita (e) Willelmi Comitis atque Ducis. Nos autem ex Bernardo, qui

(c) Gen. 14. (d) 1. Reg. 12.

(e) Apud Sur. l. 1. die 10. Feb. in vita Voil. c. 4.

(a) Bern. l. 2. c. 6. II. S. Bern. assumitur a legato

III.

Pertinacensis congregatus.

qui, puto, interfuit, ista omnia quomodo se habuerint, describemus, qui res tunc gestas ita fidelissime narrat: (a) Audiens haec, quae scilicet gesta essent in Aquitania a schismaticis adversus Catholicam religionem Episcopos, audiens, inquam, haec & hujusmodi vir venerabilis Gaufridus Carnotensis Episcopus, cui a Papa Innocentio Aquitania legatio fuerat commendata: vehementer indoluit, & succurrendum periclitanti Ecclesiae, postpositis aliis negotiis, sine ulla dilatione decrevit. Abbatem igitur Claravallensem, sanctum Bernardum, videlicet, petiit & obsecrat, ut sibi ad tanta mala eliminanda succurrat. Assensit vir Dei, & se in proximo congregationem monachorum in Britanniam in locum, quem juxta Nannetum Comitissa Ermengardis paraverat, ducturum intimat, & promittit, disposita illa domo secundum genus & species suas, secum eo in Aquitaniam profecturum. Subiicit his autem admirabilem curationem mulieris, incubum daemone patientis, per S. Bernardum Dei virtute operatam & ea quae praecesserant in priori congressu S. Bernardi cum Comite Aquitaniae, cum Innocentius esset in Gallias; moxque de his quae hoc anno sunt gesta, sic orationem profecturum:

Significatum est interim Comiti per viros illustres, qui ad eum securus audebant accedere, quod Abbas Claravallensis, & Episcopus Carnotensis, alique Episcopi, & religiosi viri colloquium, egerat expetere, quorum erat studium, ut secum de pace Ecclesiae & de malo removendo tractarent. Persuasumque est illi, ne tantorum virorum devitare colloquium; quia poterat fieri, ut communito cum eis consilio, & facile esset, quod modo putabatur difficile, & quod videbatur impossibile, repentino proventu possibile redderetur. Itaque apud Pertinacem hinc & inde conveniunt, & in primis de divisione Ecclesiae, & de seipsa obstinatione, qua intra Alpes in sola Aquitania, quasi nebula corruptela confederat, multis modis, & rationibus a Dei servis Comiti intimatum est. Quod Ecclesia una est, & quidquid extra eam est quasi extra Arcam, iudicio Dei necesse est interire & dilui. Adducta quoque exempla Dathan & Abiron, quos reatu schismatis terra vivos absorbit; nec tanto malo Dei vindictam aliquando defuisse, monstratum. His auditis, Comes Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS Gerardus perseverat in malis: sed non multo post, adveniente die ira, in domo sua miserabiliter extinguitur est. Auctor tamen de Gestis Pontif. Engolismensis apud Labbeum Tom. II. Biblioth. de Gerardo scribit: Die proxima mortis suae accepimus, quod in confessione sua Sacerdotibus dixerit, si partem Petri Leonis com-

ex parte sano usus consilio, respondit se in obedientiam Innocentii Papae posse dare consensum, sed in restitutionem Episcoporum, quos de sedibus expulerat, nulla ratione induci; quoniam implacabiliter eum offenderant, & juraverat, se eorum pacem nullo tempore suscepturum. Diu per internuntios protractus, est sermo, & dum vicissim verbis se mutuo occupant, vir Dei efficaciora arma, corripiens, ad altare sanctum: oblaturus & supplicaturus accedit. Intraverant Ecclesiam, quibus licebat divinis interesse mysteriis: Comes sustinebat pro foribus.

Peractis igitur consecrationibus & pace data & diffusa in populum, homo Dei jam non se agens ut hominem corpus Domini super patenam ponit, & se cum tollit, atque ignea factis, & flammis oculis, non supplicans, sed minax foras egreditur, & verbis terribilibus aggreditur Ducem: Rogavimus, te inquit, & sprevisisti nos. Supplicavit tibi in altero, quem jam tecum habuimus & conventu servorum Dei ante te adunata multitudo, & contempsisti. Ecce ad te processit Filius Virginis, qui est caput & Dominus Ecclesiae quam tu persequeris. Adest iudex tuus, in cujus (b) nomine omne genu curvatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Adest iudex tuus, in cujus manus illa tua anima deveniet. Numquid & ipsum spernes? Numquid & ipsum sicut servos ejus contemnes? Lacrymabantur universi qui aderant, & orationibus intenti, praestolabantur exitum rei: & omnium suspensa expectatio nescio quid divinum fieri caelitus expectabat. Videns Comes Abbatem in Spiritu vehementi procedentem, & sacratissimum Domini corpus ferentem in manibus: expavit & dirigit, membrisque tremebundis metu & dissolutis, quasi amens solo provolvitur. Elevatus a militibus, rursum in faciem ruit, nec quidpiam alicui loquens, aut intendens in aliquem salvis per barbam defluentibus, cum profundis effans gemitibus, epilepticus videbatur. Tum vir Dei ad eum propius accedit, & pede pulsans acclivem surgere jubet, & stare supra pedes & Dei audire sententiam.

Præsens est, inquit, Pictaviensis Episcopus, quem ab Ecclesia sua expulisti: vade & reconciliare ei & in osculo sancto pacis cum eo jungito foedera; & ipse ad sedem suam cum reducto, & satisfaciens

IV.

(b) Phil. 2.

S. Bern. Christi compellat comitem Pict.

V.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6628. SÆC. XII. An. Erz. Hipp. M. CLXX. III. An. Hegiræ DXXX. inchoato die 11. Octob. fer. 6. A. C. 1135. I. Num. I. ad VIII. Gaufridus Carnotensis Episcopus S. Sedis Legatus videns Aquitanie rebus non satis per literas provideri comite S. Bernardo in eam profectus est: Simul Abbas & Legatus ingrediuntur Aquitaniam,

tra voluntatem Dei ignorans manu tenuerit se consilii & punire, &c. Sequente die dominica migravit a saeculo MCXXXV. anno ab Incarnat. Domini. Verum valde dubium, ne per assentionem hæc ab illo Anonymo Schismatico dicta sint.

ciens Deo, redde pro contumelia gloriam; & in universo Principatu tuo divisos & discordes ad charitatis revocata unitatem. Subdere Innocentio Papæ; & sicut ei universa obedit Ecclesia, tu quoque electo a Deo tanto pare Pontifici.

Audient hac Comes, auctoritate Spiritus sancti, & sanctorum sacramentorum præsentia victus, nec audebat respondere, nec poterat; sed statim occurrat, & in pacis osculo recepit Episcopum; & eadem qua eum abjuraverat manu, cum solius exultatione civitatis ad propriam salutem reduxit. Sed & deinceps Abbas cum Comite jam familiaris & suaviter loquens, paterne eum monuit, ne ad tam impios, & tam temerarios ausus ultra exurgeret, ne Dei patientiam tantis irritaret flagitiis, ne pacem factam in aliquo violaret. Hæc præsens S. Bernardus, qui & absens ejus curam gerere non prætermisit.

VI.

Quod enim malis affueto, cum recedit ab illis, perdifficile est ita se custodire & integrum conservare, ut inoffenso pede per lubricam mundi pertranseat: hunc eundem labantem interdum brevioribus hisce literis (a) idem sanctus Bernardus revocavit ad poenitentiam:

(a) Bern. ep. 128.

In eo animo & in ea voluntate meminisse discessisse dudum a te, Princeps eximie, ut totis affectibus bene tibi tuisque cuperem, totis nissibus salutem vestram, & honorem vestrum ubicumque possem, juvarem, eo quod non redirem fraudatus fructu adventus mei ad vos, sed latus præter spem multorum reportarem necum pacem Ecclesiæ cum exultatione universa terra. Miror autem quo, cujusque consilio mira illa mutatio dextera Excelsi tam subito in deterius est mutata, ut rursus ad injuriam Ecclesiæ, clericos S. Hilarii de civitate expelleres, & iram Dei in te gravius quam primam excitares. (b) Quis te fascinavit tam cito recedere a via veritatis & salutis? Profecto iudicium portabit quicumque est ille. Utinam & abscondantur qui vos conturbant. Revertere quæso, revertere, ne & tu (quod absit) abscondaris. Revertere inquam, & revoca amicos tuos ad pacem, & clericos ad Ecclesiam, antequam irrecoverabiliter red-

PAGIUS III. Thomas Prior S. Victoris Parisiensis nefarie trucidatur.

A num. VIII. ad. XI. Notarius Archidiaconus Ecclesiæ Parisiensis ob res cuidam Canonico per Archidiaconatum suum iter facienti raptas, totum Archidiaconatum interdicto suppositus; sed Stephanus Episcopus Parisiensis ea de re non admonitus, licet tunc in Archidiaconatu illo esset, læsam putans jurisdictionem Episcopalem, interdictum relaxavit. Archidiaconus autem putans Episcopum Magistrum Thoma Prioris Domus Sancti Victoris Parisiensis consilio in agendis uti, ipsum destinavit irruentem, tandemque occidi iussit. Eadem, & diem,

das tibi adversum terribilem & eum qui aufert spiritum Principum, terribilem apud Reges terræ. Hæc Bernardus, nec quidem frustra. Siquidem idem Princeps vere poenitentem, austerissimum viæ genus arripuit, & Christiana perfectionis verticem summum attingit, ut quæ de ipso suis dicturis sanis locis inferius demonstrabunt. Sane quidem, quod S. Bernardus in angustia animæ sua imprecatus est vindictam in eum, qui ipsum revocasset ad malum, illud Apostolicum (c) jaculatus: Utinam abscondantur qui vos conturbant. Pertigit nefarium illum inveteratum dierum malorum Gerardum Engolismensem Legatum pseudopontificis Anacleti, qui Comitem ipsum Picaviansem in malum adduxit, & a malo reductum iterum sollicitavit ad lapsum. Nam repentina morte ex hac vita sublatus interiit; audi enim Bernardum in vita S. Bernardi:

Relapsum Comit. revocat S. Bern.

(c) Ibid.

Pace itaque omni Aquitanicæ Ecclesiæ reddita, solus Gerardus ille Engolismensis Episcopus Legatus Antipapæ Petri Leonis, de quo plura superius, perseverat in malis. Sed non multo post, adveniente die ira in domo sua miserabiliter extinctus est. Et cum dicat Scriptura: (d) Est peccatum ad mortem, pro eo non dico ut roget quis: impoens & subito mortuus sine confessione & viatico, de corpore egredientem spiritum ei reddidit, cuius minister usque in finem extiterat. Corpus ejus a nepotibus suis, quos in Ecclesia illa honoribus sublimaverat, inventum in lectulo suo exanime & enormiter rumidum, in basilica quadam humatum est. Sed postea a Gaufrido Carnotensi Episcopo Sedis Apostolicæ Legato inde extractum est, alioque profectum. Nepotes quoque ejus ab eadem Ecclesia postea eliminati sunt, & omnis progenies & plantatio a radice avulsæ, per externa regna tanti iudicii circumferens querimonias, exulavit. Tanto igitur malo obruto, & schismate Gerardi redactio in cineres: vir Dei cum gaudio magno Claramvallem revertitur. Subdit auctor, post hæc ipsum S. Bernardum esse aggressum explanare Cantica Canticorum.

VII. Ultio divina in Gerard. Engolism. legatum.

(d) 1. Jo.

Eodem ferme tempore & Joannes Cremenensis S. R. E. Cardinalis tituli sancti Chry-

VIII.

quo ea patrata, Stephanus Episc. Parisiensis Gotfrido Carnotensium Episcopo & Apostolica Sedis Legato significavit literis, quarum initium: Calamitatis nova pondus, in quibus ait Stephanus: Juxta Domini Stephani castrum, quod Gorniacum dicitur subito ab ejus hominibus, scilicet nepotibus Theobaldi (qui & Notarius dictus) Archidiaconi, insidias mihi in via præstruentibus, assaultum passus sum. Cumque nos inermes, utpote die Dominico, & pacem ferentes incederemus: subito evaginatis gladiis irruunt super nos, & nec Deo, nec diei sacre, nec

Chrysgoni, qui primo steterat a partibus Innocentii, & inde transfugerat ad Anacletum, eum deserens rediit ad Innocentium, cujus rei causa S. Bernardus litteris (a) est ei congratulatus.

(a) Bern. nar. ep. 163. (b) Idem ep. 158. 159. 160. 161. 162.

Quo etiam tempore contigit, eundem S. Bernardum (b) scribere item ad Innocentium Papam adversus interfectorem magistrum Thomæ Prioris sancti Victoris Parisiensis, quem & ob vitam sanctissime ductam, & mortem patientissime toleratam martyrem nominat. Scripsit & ad alios Cardinales de eodem, & in litteris ad Joannem de Crema Cardinalem de reconciliatione ipsius datis. Ob eandem causam etiam Petrus Cluniacensis Abbas ad eundem Papam Innocentium de iisdem (c) scripsit. Sed aliqua de his depromamus ex epistolis S. Bernardi, digne fuis scripris necem. Martyris profectum, & in sacrilegum Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(c) Petr. Clun. lib. 3. ep. 17.

PAGIUS

nec mihi, nec his, qui mecum erant, religiosi viris, honorem dantes inter manus vestras innocentem trucidaverunt. Divus Bernardus in Epistola CLIX. ad Innocentium II. in persona Stephani Parisiensis Episcopi scripta idem habet: Vir religiosus, Prior Sancti Victoris, Magister Thomas in obsequio charitatis, in itinere quod indixerat pietas, in opere sancto, in Sanctorum comitatu, in dominico die, certo in sinu meo, & inter manus meas crudeliter ab impiis pro justitia excerebratus est.

IV. Conc. Jotrense ad parvicidarum punitionem coactum.

Gotfridus Sanctæ Sedis Legatus præfatis litteris acceptis ad Claramvallem convolvavit, mandavitque Remensi, Rotomagensi, Turonensi & Senonensi Archiepiscopis, eorumque Suffraganeis, uti certa die apud Jotrum (Gallicæ, Jovare) diocesis Meldensis, quod cœnobium est Sandimonialium, frequentes convenirent. Quibus congregatis acceptæ sunt ab Hugone Gratianopolitano Episcopo, atque a Guigone Priore Cartusienensi & a tota ejus familia litteræ, quibus rogant, ut in sacrilegos homicidas Ecclesiastici rigoris intrepide gladium producerent. Celebrata Synodo Innocentius II. Sancti Bernardi litteris invitatus confirmat quæ in ea decreta fuerant, aitque: Quod ergo a vestra dilectione apud Jotrum nuper judicatum est, Apostolica auctoritate statuimus esse firmatum. Sed quia nimis remissa videtur esse vestra sententia, addendo censuimus, ut in quibuscunque locis præfati sanguinarii præfentes fuerint, divina ibi non celebrentur officia; & si quis sacrilegos illos Clericidæ, ac calestis Collegii perturbatores & effusores Domini Sanguinis in saculo remanentes manuteneat & confovere tentaverit, anathematis sententia percussatur. Denique Petrus Venerabilis Cluniacensis Abbas Epistola XVII. libri primi ad Innocentium II. data post Concilium Jotrense, ait: Nuper in partibus vestris Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, ac multorum religiosorum & sapientium persona congregata sunt, & Concilio habito in hujusmodi sacrilegos severitatis sententiam protulerunt. Confirmet ergo, si placet, Apostolica auctoritas, quod ab eis bene actum est: suppleat si quid minus severe decretum est, ut & impii debita ultione puniantur, & ab eorum imitatione ceteri deterreantur.

V.

Nunc hujus cædis, & Concilii Jotrensis annis variis sedibus jactato sedulo inquirendus.

homicidam, qui ad Pontificem se contulerat, hæc inclamantis: (d) Tu filii (d) Berni recentem adhuc cruorem ore rapido ac ferenti spumans, & masticans, fugis ad sinum matris, patris aures apparere conspectibus? Tamen si poenitentiam petis, neganda ei non est. Quod si audientiam accipiat illam (si placet) quam vel (e) Exor. Moyses indulget populo ante constabile curvanti genu; vel (f) Phinees fornicanti Israelita; vel (g): Matthias demonibus immolanti; vel certe (ut vobis de vestris aliquem proponamus) quam a B. Petro (b) Ananias & Sapphira meruerunt: quam denique audientiam dedit negotiantibus in templo (i) Salvator. An ignoramus quorundam peccata procedere ad iudicium? Hæc ad Innocentium. Moxque hac apostrophe perfringit auctorem sceleris, dicens:

Nonne vox sanguinis fratris tui clamavit ad-

IX.

Joannes Picardus in Notis ad Epistolam Divi Bernardi CLVIII. & ex eo Labbeus Tom. X. Concil. Manricus in Annal. Cisterc. ac Henrichenus ad diem primum mensis Aprilis in Comment. prævio ad vitam S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani hæc anno MCXXXK. contigisse persuasum habuere. Buleus Tom. II. Hist. Universitat. Parisiensis pag. 121. & Mabilionius in Chronologia Bernardina illa ad annum MCXXXI. differunt. Mabilionius tamen in Notis superioribus ad Epistolam CLVIII. Divi Bernardi eadem cum anno MCXXXIII. Baronius vero cum præfenti connectunt. Verum tam eadem S. Thoma, quam Concilium Jotrense ad annum MCXXXIII. pertinere, mihi penne certa stat sententia. Primo, quia Gotfridus Carnotensis Episcopus anno tantum MCXXXII. Legatus Sedis Apostolicæ ab Innocentio II. ante suam & Gallia discessum constitutus fuit; neque enim præfente Summo Pontifice Legato opus erat, uti suo loco ostendimus. Secundo, quia Concilium Remense anno MCXXXI. tempore Quadragesimæ ad festum Sancti Lucae ab Innocentio II. indictum fuit, & cædes hæc; ut statim videbimus, mense Augusto peracta. Quare alio Concilio opus non fuisset. Tertio, ex citatis Petri Venerabilis verbis manifeste liquet, tempore, quo hæc accideret, Innocentium II. in Galliis non fuisse, sed in Italia; alioquin non diceret Sanctus Abbas, nuper in partibus nostris.

Cædes Thoma & Concilium pertinent ad annum MCXXXIII.

Denique in Necrologio Victoriano ad diem XX. mensis Augusti legitur: Anniversarium Hæc Episcopi Magistri Thoma Prioris hujus Ecclesiæ, qui pro causa magistri defensione iustitia ab inimicis iustitia crudeliter confirmatus, & vivens, & moriens, honestatis & patientiæ dignam, atque laudabilem sequentibus suis vita formulam deliquit, tertio decimo Kal. Septembris, qui dies an. MCXXXIII. in Dominicam incidit, certoque constat, Sanctum virum non alia die a Dominicali trucidatum fuisse. Verum quidem est, similes annotationes sæpe a posterioribus additas fuisse Martyrologiis ac Necrologiis, ipsosque Victorinos istam parum curasse, cum ab aliquot annis ejus sepulcro inscripserint, cum anno MCXXXI. peremptum esse, licet eo anno dies XX. Augusti in feriam quartam ceciderit; sed cum eadem annotatio in Necrologio Sancti Guinaili Corbolienensis etiam legatur, & Sancti Thoma

adversum te de terra? Credimus & nostri Martyris spiritum, quem novissime diebus istis tua crudelitas morti dedit, cum ceteris animabus interfectorum voce valida sub altari clamare, & flagitare vindictam, eoque instantius, quo recentius ipsius sanguis effusus est super terram. Sed numquid ego, inquit, occidi eum? Non utique tu, sed tu, & propter te. An & per te, videat Deus, & judicet. Si excusabilis tu es, cujus dentes arma & sagittæ, cujus lingua gladius acutus: proinde nec Judæi Christi de morte culpandi sunt, quippe & ipsi manus continuere cauti. Hæc in eum. Pergit vero causam illam necis referre his verbis: Ob illicitas exactiones, quas

PAGIUS

VII. Innocentius II. subest Thomam honorificentius sepe-liri.

ma Martyrium in nullum ex præcedentibus annis competere possit, perspicuum est in utroque Necrologio diei, quo contigit, affixum fuisse.

Antequam Synodus Jotrensis congregaretur, Innocent. II. postquam de commisso scelere certior factus est, scripsit R. Remensi, H. Senonensi & eorum Episcopis, Rainaldo scilicet & Henrico Archiepiscopis, literas Tom. V. Spicilegii recitatas, quibus eos acriter urgit, ut parricidas illos & hujus criminis confcios plecterent: Si quid enim, inquit, a vobis dimissum vel ommissum fuerit, cognoscetis id ad animarum vestrarum & officii periculum pertinere. Sane quidquid super his Prudentia vestra decreverit, B. Petri & nostræ erit firmitate subnixum. Sanctorum siquidem Patrum decreta, & novissima & antiqua Conciliorum statuta vos instruunt, quid oporteat in hujusmodi casu decerni. Ad hæc mandamus, ut corpus præfati boni viri, qui coram Judice supremo modo de sua justitia & innocentia testimonium perhibet, & sub obedientia vivens in obsequio proprii est interfectus Episcopi, in sua Ecclesia honorifice tumuletur. Data Pisis XXI. Decembris. His literis acceptis corpus Thomæ in basilicam elatum ad dexteram summi altaris, idque VII. Idus Martii, ad quem diem in Ecclesia S. Victoris recitatur rei gestæ summa in hanc sententiam: Commemoratio Domini Thomæ Prioris hujus Ecclesie, quando corpus ejus præcepto Domini Papa Innocentii de claustris translatum, & in Ecclesia sepultum est. Joannes Picardus citatus, qui hanc annotationem exhibet, ait Innocentium II. sub initium anni MCXXXI. Lutetiam ingressum, mox Sancti Victoris adiisse cœnobium, & præcepisse corpus Sancti Viri in honorificentiori, quam fuerat loco collocari. Verum Innocentius II. eo Christi anno mense Martio Leodii fuit, non vero Lutetiæ, ut suo loco probatum est.

VIII. Illud anno MCXXXIII. ab Innocentio II. præceptum.

Bulæus etiam laudatus putavit, prædicas literas ad utrumque Archiepiscopum datas, quia paulo tardiores fuerunt in exequenda sententia ad se ab eo missa, indeque Innocentium II. aliis literis eis significasse, quam moleste tarditatem istam ignaviamque ferret. At ex posteriorum harum literarum lectione manifestissime apparet eas Pontificis sententiam non subsecutas esse, sed præcessisse. Sed cum Bulæus mortem Thomæ cum anno MCXXXI. male copulasset, non potuit in harum posteriorum literarum Epocha non errare, quia Innocentius II. toto an. MCXXXI. Pisis abfuit. Por-

sibi occasione Archidiaconatus in presbyteros minime jam, ut consueverat, usurpare liceret, beati utique Thomæ obvia te zelo atque industria, utpote justitiam amatoris & defensoris, oderat illam, & mortem ei jam ipso odio homicidæ minitari solebat &c. Per nepotes Archidiacon. hunc esse necatum ob rucendam Eccl. justitiam & libertatem, pluribus differit & incusat. De eodem Stephanus ipse Parisiensis Episcopus hæc ad eundem Innocentium Papam: Vir, (a) inquit, religiosus, Prior sancti Victoris magister Thomas in obsequio cbaritatis, in itinere, quod indixerat pietas, in opere sancto, in Sanctorum comitatu, in Dominico die; certe in sinu meo, & inter manus meas

ro nulla ratio offerri potest, quæ Thomæ eadem post annum MCXXXIII. differri debere indicet. Quare non video mortis Thomæ & Concilii Jotrensis Epocham amplius in dubium revocari posse; eo enim anno Gotfridus Carnotensis Episcopus Apostolicæ Sedis Legatus in Galliam erat, ut fidem facit Gaucherius Monachus Cluniacensis in libello de Miraculis B. Virginis. Maria, Tom. I. Biblioth. Labbei pag. 630. relato, in quo is Auctor dicit se eo anno primum miraculum, quod in medium adducit, cognovisse ab uno venerabili Gotfrido Carnotensi Episcopo, & Apostolica Sedis Legato in conventu nobilium personarum referente. Ex quibus tandem omnibus consequens est, Hugonem Gratianopolitanum Episcopum, qui cum Guigone Priori Cartusensium ad Concilium Jotrense adversus parricidas Thomæ scripsit, non esse Sanctum Hugonem anno MCXXXI. mense Aprilii demortuum, ut duarum priorum sententiarum a nobis consultatarum sedatores autumarent, sed alterum Hugonem Ordinis Carthusiani ejus in Episcopatum successorem, ut tam Baronius, quam Mabillonius recte videntur.

IX. Non solum Divus Bernardus anno MCXXXIII. scripsit Epistolas CLVIII. CLIX. & CLX. occasione cædis Magistri Thomæ Prioris Sancti Victoris; sed etiam Epistolam CLXI. occasione cædis Archembaldi Subdecani Aurelianensis, quam utramque hoc anno patratam esse credebatur Baronius, qui num. VIII. in margine eandem citat. Verum utrumque facinus anno MCXXXIII. commissum; nam Ordericus lib. XIII. pag. 896. ad annum MCXXXI. varia, quæ diversis annis accidere, referens, scribit Hugonem Decanum Aurelianensem a temerariis hominibus in via percussum fuisse, additque: Tunc etiam Thomas Sancti Victoris Canonicus vir magna auctoritatis interemptus est, cujus interfectionem Stephanus Parisiensis Episcopus aditans cum ingenti more contemplantus est. Errat tamen Ordericus, licet hoc tempore in Normannia vixerit, dum loco Archembaldi Subdecani Aurelianensis, habet Hugonem Decanum; divus enim Bernardus in Epist. CLXI. ad Innocentium II. alique Clericum tunc occisum Archembaldum Subdecanum Aurelianensem appellant. Porro utramque eadem fere tempore factam indicat etiam Bernardus in ea ad Innocentium II. Epistola: Vox sanguinis, inquit, Archembaldi Subdecani Aurelianensis invaluit. Nam ecce, pro dolor! juxta Prophetam, sanguis sanguinem tangit, & simul juncti fortius clamant ad vos de Francia. Clamat, in-

(a) Apud Sur. Bern. ep. 159.

IX. Archembaldus subdecanus Aurelianensis. eodem quo Thomas anno occisus.

crudeliter ab impiis pro justitia excoerbratus est, factus obediens usque ad mortem, &c. Pergit narrare vitæ merita egregia ejusdem Thomæ, quibus egregia fama vivebat in ecclesia Parisiensis. Sic igitur hoc sæculo duo occubuerunt Thomæ pro Ecclesiæ juribus defendendis, Parisiensis alter, doctrina insignis Prior sancti Victoris Ecclesiæ Parisiensis nobile, & perutile membrum, & alter in Anglia, Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, de quo suo loco dicendum pluribus (a) Petrus Cluniacensis Abbas scribens de his, & exclamans pro vindicta ad Innocentium Papam, non Thomam tantum hunc, sed & subdiaconum Aurelianensem eadem ex causa ab impiis interfectum affirmat: additque horum causa casorum congregatum fuisse Concilium Episcoporum in Gallia, de quo ista ipse: Hæc de causa, inquit, nuper in partibus nostris, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, ac multorum religiosorum & sapientum persona congregata fuit: & Concilio habito, in hujusmodi sacrilegos severitatis sententiam protulerunt. Confirmet ergo, si placet, Apostolica auctoritas, quod ab eis bene actum est: suppleat, si quid minus severe decretum est, ut & impiis debita ultione puniantur, & ab eorum imitatione ceteri deterreantur. Hæc & alia

(a) Pet. Cl. l. 3. ep. 17. X. Concil. Gallic. adversus sacrileg.

PAGIUS

inquam, & vociferatur uterque sanguis, &c. Si, inquam, vigor Ecclesiasticus pepercerit istis, Joanni dico (interfectori Archembaldi), & Theobaldo Notario Thomæ interfectori. Quo ex loco obiter observabis, quantum hallucinati fuerint Viri docti, qui Thomæ eadem cum anno MCXXX. vel cum anno MCXXXI. connumerare; cum duobus illis annis mense Augusto, quo eam contigisse diximus, Innocentius II. fuerit in Francia, & tamen teste Bernardo, extra eam agebat hujus carnificinæ tempore. Perperam etiam Mabillonius in Notis fusioribus ad Epist. CCXLV. S. Bernardi ex laudato Orderici loco deducit Hugonem Decanum in Joannis Aurelianensis Episc. locum subrogatum fuisse, & id male ab Historicis Ecclesiæ Aurelianensis prætermisum; cum Ordericus eo loco non sequendus, sed corrigendus sit.

X. Breve inter utramque eadem intervallo fuit.

Idem Mabillonius in brevi nota ad epistolam Sancti Bernardi CLXI. ait, Bernardum contrarium esse Petro Venerabili a Baronio num. VIII. citato in lib. I. Epist. XVII. ubi dicit Petrum insinuare Archembaldum de medio sublatum ante Thomam Victorinum, his verbis: Quorum impunitas sceleris arma ministrat furoris: ut sicut post Aurelianensem Subdeca-

Petrus ad Innocentium. Sed ad institutum satis.

Hoc eodem anno, magnus ille Apostolicus verus Dei minister Adalbertus Archiepiscopus Moguntinus, de quo superius magna cum laude sæpe mentio facta est, post multa dira & aspera, quæ est passus ab Henrico Imperatore, liberatus tandem, suos subditos, qui ipsi compassi erant, ejusmodi privilegio exhilarandos pucavit; sic se habet: (b) In nomine sanctæ & individue Trinitatis Amen. Adalbertus Moguntinus Ecclesiæ Archiep. & Apostolicæ Sedis Legatus.

Quod hujus mundi cursus & gloria mutabilitati assidue subjecta sunt, multorum exemplo didicimus. Sive prospera extolatur, vel adversa deiiciatur, cujusdam sapientis consolatione admonemur, dicentis: quod viri sit prudentis privilegium, nil magnitudine transitorum. Nævis utique tam præteritorum, quam præsentium conscientia, quæ vel quanta in me fecerit Dei misericordia. Cognoscat etiam quæso futurorum per me successio, quantum ex alio prosperitatem comitentur casus & defectio. In medio etenim prosperitatis meæ cursu, Henricus Quintus, ut nostis, Imperator, post multa beneficia, non nisi propter Romanæ Ecclesiæ obedientiam, carceris etiam mihi captivo tenebris in-

(b) Ex Orton. Frising. in append. ad Conv. Episc.

XI. Adalb. Mogunt. suos subditos eximit a tributis.

* Quartus

num ad Dominum Thomam Parisiensem, quia prior inultus remanserat, persecutorum gladius se convertit. At Bernardus indicat tantam spatium quod inter utramque eadem intercessit, brevem fuisse. In Concilio Jotrensi tam de cæde Archembaldi, quam de cæde Thomæ Victorini actum, ut docet Epist. Innocentii II. Tom. X. Conc. pag. 997. in qua prius Thomæ, quam Archembaldi cædes memoratur. Mabillonius in Notis fusioribus ad Epistolam Divi Bernardi CL. refert Epistolam Innocentii II. Gaufredo Carnotensi Apostolica Sedis Legato & Stephano Parisiensis Episcopi datam, qua mandat, ut interfectores Aurelianensis Ecclesiæ, quam graviter lesere, satisfaciant. Epistola data Pisis VI. Idus Januarii, anni sc. præsentis, vel saltem antecedentis, cum ex dictis utrumque flagitium ab anno MCXXXIII. removeri non possit.

Ad num. XI. & seq. Florebat hoc tempore in Germania Adalbertus Moguntinensis Archiepiscopus post biduum, [I] ut legitur apud Dodechium Abbatem in Chron. & Serarium in Episc. Mogunt. demortuus, cujus Baronius hoc & præcedentibus annis meminit. Verum Charta a Baronio, & a Serario in Episc. Moguntinensibus relata, qua Adalbertus se gra-

XI. Adalbertus S. Serarius in Germania Legatus.

NOTÆ

[I] Ex lapsu typographi legitur hic Adalbertum post biduum decessisse; constat enim in visis adhuc esse, legatitque munus obiisse anno 1136. quo data est quedam charta Sigifridi cuiusdam apud Schannat. Vindem. liter. tom. 2. pag. 2. Sic enim charta illa subscritur: Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini MCXXXVI. Indiæ. XIV. Lothario Imperatore, anno regni ejus XI. sub Adalberto Moguntino archiepiscopo, & apostolica sedis legato &c. Ideo non biduum, sed biennium legendum est. MANSI

tulit & latibula. Ibi profecto longo moratus tempore primi pastoris omnium consolationem, dicens: Si quid patimini propter justitiam, beati redaxi memoria. Memini etiam in carcere Isaiam incarcera- tum, in sectionem ferrae servatum, Danielem innocentem de lacu leonum liberatum. Denique post multas tribulationes contritos corde visitans ex alto Deus, corda fidelium Moguntinensis metropolis ad hoc permovit ut suum conaretur liberare captivum. Tam diu itaque Clerus, Comes, liberi cum civibus & familia, prefato Imperatori Henrico insistentes elaboraverunt, donec me tandem, datis obsidibus charis filiis, & propinquis cor-

pore ex toto attenuatum, vix semivivum, sicut fideles filii patrem, in sua receperunt. Sed quam caute, quam honeste, quam juste obsides haberentur, sine more nemo loqui poterit. Nam alii membris truncati redierunt, alii fami, alii exilio deputati, alii nuditate & corporis aegritudine preoccupati, perierunt. Hac & his similia fideles Moguntinensis civitatis cives pro justitia passi sunt. Quae vero in defensionem civitatis, sui- que honoris pertulerunt, satis omni regno patet.

Mibi igitur cogitanti, quid eorum bonis & tantis recompsarem meritis: occurrit, ut sicut ipsi pariter meo commu-

XIII.

juraverunt. In festo Sancti Michaelis, in loco qui dicitur Mulenhusen, Conradus frater Friderici Ducis Imperatori reconciliatur, Jam anno MCXXXIII. Conradus cum eo in gratiam redierat, [2] sed aliquod postea dissidium inter utrumque exortum esse oportet. Trithemius in Chron. Hirsaug. Principes, qui prefato Conventui interfuerunt nominat, & Conradum cum Imperatore reconciliationem paulo distinctius refert.

A num. XIII. ad XVI. Cum Rex Rogerius eodem anno, inquit Alexander Abbas initio lib. 3. non multo post corporis langore corripitur (scilicet in Sicilia, ubi hujus anni initio erat), sed cum Deo tribuente citius convalesceret, Alberia Regina conjux ipsius mox infirmitatis ta- eta incommodo ad extrema pervenit: qua vide- licet mulier, dum vixit, Religionis gratia at- que elemosinarum largitione fertur plurimum enituisse. Haec Regina Elvira appellata, Alphonfi VI. Castellae & Legionis Regis filia erat. [3] Aliqui eam Isabellam didicimus, & e sanguine Regum Franciae prognatam volunt; sed Sandovalius fol. 96. ait id nullo antiquo monumento probari. Illud certum, Elviram Isabellae Alphonfi Regis quartae uxoris filiam extitisse; cum id Pelagius Ovetensis testetur. Cum vero Elvira trium Rogerii Siciliae Regis filio-

XIII.

Rogerius Sicilia Rex plures uxores habuit

PAGIUS

tum Moguntinensibus ostendit, quod sibi olim ab Imperatore captivo favissent, in subscriptione mendosa est. His enim verbis clauditur: facta sunt hac Dom. Incarn. MCXXXV. indit. XII. & confirmata Regnante Domino Lothario Imp. ejusdem nominis III. anno Regni ejus IX. Imperii vero II. feliciter, loco enim MCXXXV. legendum, MCXXXIV. ut tam indicio XII. quam annus Regni IX. & Imperii II. demonstrant. Cum vero in ea Adalbertus se Sedis Apostolicae Legatum appellet, intelligimus legationem Alberonis Archiepisc. Trevirensis anno superiori finitam fuisse. Adalberto in eam Legationem successit Theodinus S. Rufinae Cardinalis, ut ex mox dicendis li- quebit. [1]

XII. Principes Imp. cum Lothario Imp. pacem ju- rant.

Gesta vero in Germania Chronographus Hildensheimensis ad annum MCXXXV. his verbis narrat: Dominica ante mediam quadragesimam scilicet XVI. Kal. Aprilis frequens Principum fere totius Regni conventus fit apud Bawenberg Imperatore presente. Ibi Dei gratia aspirante Fridericus Dux Suevorum (qui cum Conrado fratre ad Imperium aspiraverat) comitantibus Principibus in concordiam cum Imperatore so- ciatur. In festo Pentecostes apud Magadoburgum primum Principes Regni coram Imperatore fir- missimum pacem domi, forisque ad decem annos

NOTE

memoranda pie paternitati vestra notificandum duximus, quia subita praeventus aegritudine, nos, missis quam citissime Legatis suis, aegritudinis sua solatiis voluit interesse. Venimus ad ipsum, & cum ipso plenum mœroribus consecimus triduum. Prout ei dicebamus, ipse ore proprio sua fatebatur peccata, & manu propria peccus suam percutiebat, & malam voluntatem dimittebat: Confessio Dei & nostro, & Episcoporum emendationem vitae suae observaturum sese promittebat. Sub ista promissione pro nostro officio, tertio eum, & per triduum absolvimus. Crucem Domini adoravit; Corpus & Sanguinem Domini devote suscepit; elemosynam suam disposuit, ita dicendo: Solvantur debita mea, reddantur liberationes, & solidata, quae debeo: reliqua

PAGIUS. ceserunt Willelmum Curvill Archiep. qui consecravit illum: in Regem die Natalium. Denique Joannes Monachus Majoris Monasterii in Agro Turonensi, qui Ludovici Junioris Galliae Regis tempore vixit, idem testatur in Vita Gaufredi Ducis Normannorum & Comitum Andegavorum. quae extat in fine Operum Gregorii Turonensis.

XXXVII. Concil. Londo. niense. Auctor Anonymus & coaevus de Gestis Stephani Regis Anglorum, a Duchesno. post Historiam Orderici editus, diem ejus coronationis non notavit, sed Concilium Londoniense sequentis anni initio celebratum, quod Tom. X. Conciliorum praetermissum fuit, hoc modo narrat pag. 932. omnibus Summatibus regni fide & iurejurando cum Rege constititis, Edicto per Angliam promulgato summos Ecclesiarum duces cum primis populi ad Concilium Londoniae convocavit. Illis quoque quasi in unam Sententiam illum consuetibus, Ecclesiarumque columnis sedendi ordine dispositis, vulgo etiam confusa & permixta, ut solet, ubique se ingerente, plura Regno & Ecclesia profutura fuerunt, & utiliter ostensa, & salubriter pertractata. De Ecclesia siquidem statu melius componendo, de ejusdem libertate multipliciter statuenda, splendide nonnulla in ipsa Regis praesentia peroravit, asserens in Regis Henrici praecipue temporibus Ecclesiam vacillasse, ancillam fuisse dejectam & conculcatam, plurimique dedecoris injuriis affectam. Pastores etenim ejus spirituales scilicet Divini Verbi expensores, qui Dei mensa conjunctius assidebant, placitis & legibus implicare, cujuslibet angaria violenta exactio degradare, munuscula annuaria vice tributis ab eis exigere, & quibus Ecclesia Simonis frequentius, quam Petri, clavis claudere vel aperire. Quod Deus acceptavit conjugii bonum porfacili occasione dissolvere adulterina lenocinia sicut ipse committere, ita & in aliis tollerare, terras Ecclesiarum Pastoribus defunctis in proprios usus redigere, altarium nonnunquam ablationes in Praepositorum laicorum manus tradere, vel recompensa sibi mercede, quibus iure cedebant, injuste concedere. Si quis autem ex adverso ascendens se murum pro domo Israel vellet obistere, nefandisque hujusmodi commentis Ecclesiastico rigore occurrere, terrore illius protinus repressus injuriis impetis infestatione valida a se suisque commissis tribulari, nec ante in postulatione qualibet vel quovis maniera exaudiri, quae manus ejus inuncta reum se-

indigentibus distribuatur. Utinam sic fecissent, qui thesauros ejus tenebant & tenent. Tandem illi auctoritatem de unitione infirmorum, quam Ecclesia a beato Jacobo Apostolo suscepit, studiose proposuimus, & ipsius pia petitione oleo sancto cum unximus: sic in pace quiescit. Pacem det ei Deus, quia pacem dilexit. Haecenus Rothomagensis Archiepiscopus ad Innocentium Papam.

Suscipit regnum nepos ejus Stephanus favore & auxilio Henrici fratris sui Wintoniensis Episcopi, Apostolicae Sedis Legati in Anglia: spe, inquit auctor, captus amplissima, quod Stephanus avi sui Willelmi in regni moderamine movere servaret, praecipueque in Ecclesiastica disciplina. Quapropter districto sacramento, quod a Stephano Willelmus Can-

presumptionis in publico proclamaret. Super hac igitur inveteranda Ecclesia depraesione, alteraque, ut verius dicam, Pharaonis Celebratione, in facie Regis vehementer conque- stus, obnixae eum imploraverunt, quatinus sua tunc anni Ecclesiam libertati redderet, sui eam juris consuetudinem efficeret, illius instituta legibus saecularium praepositi, illius Decreta nulla ratione prevalente pateretur remitti. His autem, Rex patienter auditis, quacunque postularent gratulatio, indulgens, Ecclesia libertatem fixam & inviolabilem esse, illius statuta, rari & inconcussa, ejusque ministros cujuscunque professionis essent vel ordinis, omni reverentia honorandos esse praecipit, fecissetque praepositi sui sacra, nisi & Conciliatores perversi, qui bonum quavidoque pervertunt animam, & ipsa indignitas necessitas, quae nullam legem vel rationem admittit, ad hoc infringenda, sicut in consequentibus declarabimus, eum impulsissent. Et istis, quidem, tali modo peroratis, in una omnium pace & concordia Concilium est solutum.

Ricardus Prior Hagustaldensis in Hist. de Gestis Regis Stephani pag. 314. Juramentum a Stephano Rege factum quod Baronius mutilatum ex Malmesburiensi citato refert, exhibet cum nominibus Praelatorum, multorum, qui eidem Concilio interfuerunt & illud emissum non Londoniae, sed apud Oxenfort anno scilicet ab Incar. Dom. MCXXXVI. sed regni mei primo, inquit Rex. Antequam Regis Juramentum Ricardus describat, ait: His & aliis modis in regno Angliae confirmatus, Episcopus & Proceres sui regni regali Edicto in unum convenire praecipit, cum quibus hoc generale Concilium celebravit. Ego Stephanus Dei gratia assensu Cleri & populi in Regem Angliae electus, & a Willelmo Cantuariensi Archiepiscopo & S. R. E. Legato consecratus, & ab Innocentio S. Romanae Sedis Pontifice confirmatus, &c. Cum vero Innocentius II. Pisis urbe non parum ab Anglia distita moram ageret, & Praelati convocandi fuerint, Concilium istud non nisi initio sequentis anni apud Londonium congregari potuit, & aliquot post dies Oxonia a Rege Juramentum illud obtinere. Quare Radulphus de Diceto pag. 506. sub anno MCXXXVI. recte scripsit; Stephanus Rex in Paschalibus apud Westmonasterium Concilium congregavit, fidelitates exegit, Regis Henrici thesauris in nullo pepercit, in numerum largitione nimis effusus. Addit Radulphus in eo Concilio Anselmum Abbatem Sancti Edmundi a qui-

XXI.

XXXVIII. Celebratione, in facie Regis vehementer conque-

XXXIX. Stephanus Rex jurat in eo Decreta se servaturum.

Cantuarie Archiepiscopus exegit de libertate reddenda Ecclesie & conservanda, Episcopus Vintoniensis se mediatorem & vadem apposuit. Juramentum est hujusmodi tempore coronationis, quæ facta est XI. Kal. Januarii.

Stephani Regis Angliæ juramentum.

Ego Stephanus Dei gratia, assensu Cleri & populi in Regem Angliæ electus, & a Domino Voillemo Archiepiscopo Cantuarie, & sanctæ Ecclesie Romana Legato consecratus, & ab Innocentio sanctæ Sedis Romane Pontifice postmodum confirmatus, respectu & amore Dei sanctam Ecclesiam liberam esse concedo, & debitam reverentiam illi confirmo. Nihil me in Ecclesia, vel in rebus Ecclesiasticis simoniace acturum, vel permissurum esse promitto. Ecclesiasticarum personarum, & omnium clericorum, & rerum eorum justitiam & potestatem, & distributionem honorum Ecclesiasticorum in manu Episcoporum esse perhibeo & confirmo. Dignitates Ecclesiarum privilegiis earum confirmatas, & consuetudines earum antiquo tempore habitas inviolate manere concedo & statuo. Omnes Ecclesiarum possessiones & tenuras, quas die illa habuerant, qua Voillemus Rex avus meus fuit vivus & mortuus, sine omnium calumniantium reclamacione eis liberas & absolutas esse concedo. Si quid vero de habitis aut possessis ante mortem Regis,

PAGIUS

a quibusdam Canonicis electum fuisse Episcopum Londoniensem præter consensum Willielmi Decani Londoniensis, & tam Concilium, quam Regem id ægre tulisse. Tum anno MCXXXVIII. ait, Anselmum ab Innocentio II. ad suam Abbatiam abire jussim. Erat Anselmus nepos S. Anselmi Archiep. Cantuariensis, ut prodit Dunelmensis ad annum MCXXXIII. De eius Legatione Anglica suo loco egimus. Porro Ricardus Regis Juramentum Concilium perperam appellat; cum illud eo celebrato, apud Oxonium quinquaginta circiter milliaribus a Londinio distans, a Rege præstitum fuerit. Baronius num. XXI. ait, Juramentum illud tempore coronationis factæ XI. Kal. Januarii a Rege emissum esse. Verum manifesto errore; cum Stephanus in eo dicat electionem suam jam ab Innocentio II. confirmatam fuisse. Neque Malmesburiensis, ex quo Juramentum illud Baronius accepit, hoc affirmat, sed tantum Regem XI. Kal. Januarii coronatum, qui rectius dixisset, electionem ejus eo die factam, coronationem vero die nativitatis Christi.

XL. Innocentius II. electionem Stephani Regis gratam habet.

Ricardus citatus pag. 313. recitat literas Innocentii II. ad Stephanum Angliæ Regem transmissas, quibus eum Apostolica auctoritate in regno Angliæ confirmavit, ut ipse ait, & post eas loquitur de Concilio & Regis Juramentum refert, quia utrumque præcessit Innocentio II. Epistola. In ea Innocentius ait; Ipso sublato de medio (nempe Henrico Rege) prout accepimus, turbata est religio in regno Angliæ, & nullum mandatum pacis seu justitiæ in Adjutorio Regali vigeat, atque atrocitatem tantorum scelerum comitabatur impunitas. Ne autem diutius grassando in populum Dei debacchari posset

quibus modo careat, Ecclesia deinceps repetierit, indulgentiæ & dispensationi meæ vel discutiendum vel restituendum reservo. Quæcumque vero post mortem Regis liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione vel comparatione, vel qualibet transmutatione Fidelium collata sunt, confirmo pacem me & justitiam in omnibus facturum, & pro posse meo conservaturum promitto. Forestas, quas Voillemus Rex avus meus, & Voillemus II. avunculus meus instituerunt, & tenuerunt, mihi reservo. Ceteras omnes, quas Henricus Rex superaddidit Ecclesiis & regno, quietas reddo & concedo. Si quis autem Episcopus, vel Abbas, vel alia Ecclesiastica persona ante mortem suam rationabiliter sua distribuerit, vel distribuenda statuerit, firmum manere concedo. Si vero morte præoccupatus fuerit pro salute animæ ejus Ecclesia consilio eadem fiat distributio. Dum vero sedes propriis fuerint pastoribus vacua, & ipse & omnes earum possessiones in manu & custodia clericorum, vel proborum hominum ejusdem Ecclesie committantur, donec pastor canonice substituatur. Omnes exactiones & mescheningas, & injustitias sive per Vicecomites, vel per alios quoslibet male inductas funditus exiripo. Bonas leges & antiquas & justas consuetudines in murdris & placitis & aliis

dira feralitas, inclinata est ad preces religiosorum virorum divina miseratio pietatis, & tantis sagittis potenter occurrens, quemadmodum venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, Episcoporum eorundem regionum, & amatorum S. R. E. gloriosæ Francorum Regis, & illustris viri Comitit Theobaldi (Stephani Regis Fratris) scripta testantur, & industrium virorum nobis indicavit assertio, communi voto & unanimi assensu tam Procerum, quam etiam populi, te in Regem eligere, & a Præsulibus regni consecrari providit. Nos cognoscentes vota tantorum virorum in personam tuam, præunte divina gratia, convenisse, pro spe etiam certa & B. Petro in ipsa consecrationis tua die obedientiam & reverentiam promississe, & quia de præfati Regis prospera prope posto gradu originem traxisse dinosceris, quod de te factum est, gratum habentes, te in specialem B. Petri & S. R. E. filium affectione paternam recipimus. Literæ sunt sine die & mense, & prætermisissæ fuere in ultima Conciliorum editione.

In Hispania ante festa Paschalia plures Præfules ac Magnates ad Reges in concordiam adducendos industriam suam interposuere. Garfias Ramirez Navarræ Rex, pace cum Alphonso VII. Castellæ Rege facta, se ejus beneficiarium dixit, eique, quas expugnaverat urbes, cessit. Plures recentes Historici tradunt Ramirum Monachum Aragoniæ Regem pacem cum eodem Alphonso Rege inisse, huncque quæ in Aragonia, uti Castaraugustam, aliasque urbes citra Ebrum Fl. sitas occupaverat, ei restituisse ea conditione ut se supremum dominum agnosceret. Sandovalius tamen fol. 152. hoc in dubium revocat, quod nullum Instrumentum legerit, in quo Ramirus Alphonso

XLI. Pax inter Hispan. Reges constituta.

aliis causis observabo, & observari præcipio & constituo. Apud Oxensford, anno Incarnat. Domini millesimo centesimo trigesimo sexto, regni mei primo. Ita qui a die Incarnationis Domini, & non a Kalend. Januarii annum numerare incipiebat. Porro quæ scriptis præstitit Rex, factis transgressus est, involvens se perjuris; quod auctor malis Consiliariis ejus adscribit.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

ratoris vassallus dicatur, ut in variis de Navarræ Rege & Barcinonensi Comite legitur. Verum quidem est superesse quædam Privilegia in quibus Alphonfus dicitur Castaraugustæ Rex & in Aragonia regnare; sed accidere potuit, subdit Sandovalius, ut Barcinonensis Comes ei tantum subiectus fuerit ratione Principatus Aragonensis, quem acquisivit matrimonio cum Petronilla Ramiri Regis unice filia & hærede contracto. Hanc Præfulis doctissimi conjecturam confirmant Chartæ in Catalunia tam a Raimundo Comite, quam a Præfulis & Magnatibus subscriptæ in quibus Regum Francorum anni non memorantur; ex eo enim intelligitur, illos se eorum feudatarios amplius non dixisse, licet, a trecentis annis, a Ludovico nempe Pio & Carolo Calvo jus illud Francorum nunquam contentiosum fuisset. Denique verum non est Alphonsum Regem Castaraugustam Ramiro Regi restituisse; cum hanc urbem Garfias Ramiro Navarræ Regi ejus beneficiario effecto tradiderit, qua urbe jam hoc ipso anno Garfias potiebatur. Porro Garfiam Ramirem hoc anno cum Alphonso Castellæ Rege pacem constituisse demonstrat Charta a Moreto in Investig. Regni Navarrici pag. 651. recitata, quam testatur Alphonfus se concedere in mense Majo era MCLXXIII. quando fecit pleito (id est, litem diremit peritiorum arbitrio, & verosimile est) in Navarra cum Rege D. Garfia.

XLII. Alphonso VII. Castellæ Rege coronatur Imperat.

Alphonfus hoc anno Legionæ Imperator Hispaniarum magna solemnitate coronatus fuit, & more Imperatorum Occidentalium unctus a Raimundo Archiepiscopo Toletano. Quæ in ea coronatione singulariter contigere distincte persequitur Sandovalius fol. 156. & seq. juxta antiquam Historiam Toletanam, in qua dicitur, cam peractam IV. N. Junii in die Sancti Spiritus era MCLXXIII. quod esse non potest, inquit Sandovalius, quia hoc anno littera Dominicalis erat F & Pentecoste in diem XXVI. Maii cadebat. Vidi in Abbatia Arlanca Privilegium authenticum, in quo Imperator & Imperatrix Berengera confirmant donationes a præcedentibus Regibus factas era MCLXXIII. VII. Kalendas Junii die Pentecostes, quo Rex supradictus Legionæ coronam sumit. Indeque Sandovalius infert, Historiam Toletanam hac in parte mendosam esse. Verum hic error Librariis adscribendus, non vero Archiepiscopo, qui tam diem Pentecostes quam eram recte notavit. Librarius quandoque K. pro N & vice versa scripsit.

Quod autem in hoc a se præstito juramento testetur regnum Anglorum ipse esse confirmatum ab Innocentio Papa, id scias ea de causa dictum, quod idem regnum esset feudatarium Romani Pontificis, adeo ut quilibet novus Rex acciperet confirmationem ab eodem Romano Pontifice. Testatur id etiam suis literis Henricus Secundus, de quibus suo loco dicemus.

X x x Mil-

se, varia exempla ostendunt. Porro ex Historia illa Toletana refelluntur, qui scripsere Alphonsum Toleti coronatum fuisse Imperatorem. Civitas Legionensis urbs primaria fuit post Hispaniam amissam, & Reges Christiani in ea Sedem locarunt, indeque ea civitas Regia dicta.

Postridie coronationis, ut in eadem Historia Toletana habetur, Alphonso Imperatoris jussum congregatus Conventus Procerum & Episcoporum, in eoque inter alia statutum, ut quæcumque a nobilibus, aliisque Monasteriis, & Ecclesiis erepta fuissent, eisdem restituerentur; loca omnia durante bellis depopulata incolis iterum frequentarentur; Judicibus mandatum, ut rebus fidei invigilarent, & violentias, abusus, superstitiones & fortilegia impedirent. Denique Imperator ut a Deo illuminatus voluit in reformatione regni imitari D. Alphonsum V. & D. Fernandum Magnum & D. Alphonsum VI. qui regna sine legibus, sine Rege & sine Deo invenientes ea reformarunt sancte & Catholice justitiam in diebus suis servantes. Mandavit Præfeto aut Alcaldi Toletano, omnibusque, qui limitibus Maurorum præerant, ut eis semper bellum facerent, in eorum regiones excurrentes, & quæcumque possent capientes, omnique diligentia huic rei incumbere. Sanctis his pluribusque aliis legibus decretis solutus est Conventus. Huic coronationi interfuere omnes Principes & Magnates Hispania, Gasconia ac Occitania, & inter alios Rex Navarra, Comites Barcinonensis & Tolosanensis, &c.

Regnum Anglor. feudatarium Romane Ecclæ.

XLIII. Congregat Conventum Episc. & Procerum.

His addit Sandovalius externos Principes, ipsique Pontificem Romanum titulum Imperatoris ab Alphonso sumtum assensu suo comprobasse. Hinc Petrus Venerabilis Episc. VIII. ad Innocentium II. data de hoc Rege verba faciens ait, Imperator Hispania, magnus Christiani nominis Princeps, & Divus Bernardus Epistolam CCCI. scribit Sanctæ memoriæ Imperatoris Hispania. Denique Sandovalius ex illa Historia Toletana eruit, Garfiam Navarræ Regem in hujus coronationis ceremonia sedisse a latere throni Alphonso, & in sumptuoso convivio Episcopis & Proceribus tunc exhibitio, Regem Navarra manducasse solum cum Imperatore Alphonso, tanquam primum ejus vassallum. Neque Aragoniæ Rex, neque Portugaliæ Princeps huic interfuere, quia ab Alphonso averfi erant, & verosimile est, eos neque supremum dominium, neque novum Alphonso titulum agnoscece voluisse.

JESU CHRISTI ANNUS 1136.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 7.

LOTHARII II. IMP. 4. JOANNIS COMN. IMP. 18.

I. Roger. tyrann. per Cancellar. subigere studet. Monast. Cassin.

Millesimus centesimus trigessimus sextus agitur Redemptoris annus, Indictione decimaquarta, quo Imperator cum in Italiam descendisset, occupationibus Longobardiæ detinetur, quo minus concitato adventu se conferret pugnaturus adversus Rogerium, qui Apuliam atque Campaniam totam excepta Neapoli occupaverat, quamvis assiduus legationibus Innocentii Papæ, & Principis Capuæ, & aliorum mirum in modum urgeretur. Quod tamen non nisi anno sequenti præstandi habuit facultatem. Hæc omnia pluribus Chronicon Beneventanum simul & Cassinense. Reliquerat Rogerius Rex Siciliæ Guarinum Cancellarium, qui licet confederatis ejus, negotium faceffivit monachis Cassinatibus. Isti enim haud ex prudentia, quæ ex Deo est, sed quæ de terra, (a) in gratiam ejusdem Rogerii secuti fuerant una cum ipso in schismate partes Anacleti pseudopontificis, quod ita beneconsultum putarent rebus monasterii Cassinatensis, longe lateque per diversas provincias Rogerio subditas constitutis. Sed Rogerius more tyrannorum, qui confederatis bene utuntur, quousque rem suam agunt, inde vero ut soli regnent, eos de medio tollunt: ad occupandum jure suo subiciendum monasterium Cassinense adiecit animum: At ne id tyrannice facere videretur, se absente (quod tyrannorum est) per ministrum.

(a) Baruc. 3.

PAGIUS SÆC. XII. An. Era. Hisp. M. CLXX. IV. An. Hegiræ. DXXXI. inchoato die 20. Septemb. fer. 3. A. C. 1136.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6619.

© 25. ED. 116. P. 12. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1136.

INNOCENTII II. PAPÆ 7.

LOTHARII REG. 12. IMP. 4.

JOANNIS COMNENI IMP. 19.

Num. I. ad XIV. Supplendi hic Annales Ecclesiastici narratione rerum in Regno Neapolitano hoc anno gestarum. Cœpit annus a reditu Sergii Præfecti militum in urbem Neapolitanam, quem Falco in Chron. qui annum a Kalendis Martii exorditur, cum præcedenti copulat; sed Alexander Abbas discessus, Sergii mentionem faciens, & reditum ejus in urbem Neapolitanam tacens, ostendit eum post mensem Januarii currentis anni reversum esse. Falco itaque de auxilio a Pisanis Sergio Præfecto militiæ promisso ait: Quorundam inimicorum consilio auxilium inferre, illud promissum destructum est. Unde Magister ipse militum vehementer turbatus Neapolim revertitur, & civitatem suam viriliter tenuit. Lotharium autem Imperatorem hoc anno in Italiam de-

I. Expeditio Italiam Lotharii Imp.

scendum perfici dolose curavit. Quid igitur ejus Cancellarius Guarinus Capuæ residens egerit, audi ex Petro Cassinense (b) diacono qui aderat, in Appendice ad Leonem Ostiensem rem gestam ita narrante:

Inter hæc Regis Cancellarius, Guarinus nomine, qui tum Capuæ præerat, mandat, Abbatem uti ad se advocet, utique capiat venientem. Erat tunc Abbas Cassinensis nomine Seniores. Abbas ire illum jam exploratis insidiis noluit. Cancellarius commotus mandat denuo Abbati, ut sibi Capuam pergenti festinus occurrat, ut una de regni negotiis tractetur. Abbas tunc gravi morbo laborans distulit; duos tamen Fratres ante Nativitatem Domini Cancellario Beneventi constituto direxit, morbi aperiens causam. Tunc ille imperat, ut post peractam festivitatem ad se Capuam pergat, alioquin ipse ad illum irat. In festo autem S. Joannis Evangelistæ reversi Fratres: quid itinere toto didicerant, pandunt: Abbatem si eo pergat, capiendum. Abbas morbum itidem simulat. Cancellarius assumpto secum novo Electo Capuano, Cassinam (ut disposuerat) venit. Aquinensi interea Electus diaboli stimulis incitatus, Cancellario mandat, Cassinensem Abbatem ad Imperatorem, Innocentiumque suscipiendos se preparare: ejus rei ut periculum faciat, Cassinense ab eo monasterium petat. Videat quæ mandat, vera esse

(b) Pet. diac. Chr. Cass. l. 4. c. 119. II. * deest f. Notario.

Advocat frustra Abbatem Cancellarius.

III. Dolo agit Rogerii Cancellarius.

esse non dubitet. Tabellarius Abbati omnia pandit, epistolam tradit. Abbas ea resignata, vera esse qua ille dixerat, reperit. Cancellario itaque apud S. Germanum Electus Aquinensis occurrit. Abbati mandat, omni mora postposita, uti ad illos ob regni negotia simul tractanda descendat. Ille morbi causam iterum allegat. Missis tamen senioribus monasterii, Aquinensis Electus falsissimam calumniam jure redarguit & confutavit. Cum id Electus negaret, ostendunt epistolam, patefaciunt indices. Confusus ille, quid ad hæc responderet, ignorabat.

Cæperunt bis omisit, remissa similitate ira Cassinenses blande alloqui, nihil ex his que sibi dicta fuerant, credere idque sacramento firmare, Cassinensem fidem Regi, sibi que jam pridem exploratam esse. Sed paulo post quid animi habuerint, pandunt, dum apprehensum tabellarium supplicis gravibus excruciatum, privans luminibus, Electus Aquinensis metu perterritus, & civium minas expavescens, deducente se Canzolino, Aquinum redit. Die altera, in ipsis Epiphania Vigilis ascendentes ad monasterium, post salutationem, verbis plurimis ultro citroque habitis remotis arbitris, cæperunt cum solo Abbate de monasterii deditioe agere; sibi que in præsentiarum tradi, inaudita temeritate deponere, ipsum, cum quibus vellet ex Fratribus, sublato monasterii thesauro cunctaque suppellectili ad arcem Bantram migrare jubebant; reliquos Fratres per cellas monasterii huc illucque pergere; quatuor sacerdotibus cum quatuor monachis qui ad patris Benedicti corpus officia sacra peragerent, illic remanentibus: afferentes se monasterio, regnoque consulerent: quippe fore ut Imperator & Pontifex comperto ex fama thesauro monasterii. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

levi Fisas revertitur, continuo ad Imperatorem festinans; invenit eum montes descendisse, & super civitatem Cremonam castra sua posuisse, &c. Lotharius itaque hoc anno in Subalpinam pervenit Italiam, sive in Galliam Transpadanam; est namque trans Padum Cremona, quam Anonymus Cassinensis more aliis tum suæ, tum aliquanto antiquioris ætatis frequenter usurpato nomine appellavit Liguriam; & si hæc olim ultra Padum non porrigebatur. Petrus quidem Diaconus hujus temporis Scriptor lib. 4. Chron. Cassin. cap. 99. ait: ab Innocentio remorante Pisis, crebris literis monitus (nempe Lotharius) ut Romanum Imperium ab hostium jugo defenderet, Ecclesiamque concussam & laceratam, & ad unitatem, concordiamque revocaret, Casar Clementissimus anno Dom. Incarnat. MCXXXV. coactis ex omni orbe Romano immenso exercitu, eum uxore Augusta (Richiza appellata) intravit Italiam. Ingens tunc pavor invasit hystes Ecclesia; & quid factum opus esset, inter se tractabant. Verum vel Petrum Diaconum, vel Exscriptores in anno consignando errasse certum esse debet, Tom. II. Bullarii Cassinensis

II. Eum illo solico Innocentio mandavit, ut eum pressolaretur, qui Domino favente, sicut promiserat, in festivitate S. Jacobi venire respondebat; ubi Peregrinarius legendum censet, disponebat. Mox infra: Princeps Robertus audiens civitatem Neapolim famis periculo urgeri, cum quinque navigiis ad eandem civitatem venit, & Imperatoris adventum firmiter propalavit, & cursu celeri

CHRISTI 1136.

INNOCENTII II. PAP. 7.

LOTHARII II. IMP. 4. JOANNIS COMN. IMP. 18.

rii & ipsum spoliens, & regnum ea commoditate depellant. Sed facta ista erant, falsa, atque fucata. Namque illum, thesaurum scilicet, inter eundem comprehendere, cunctaque diripere machinabantur.

Accepta tam injusta nefariæque justione, Abbas, id se, absque Fratrum consensu facere posse abnegat. Tum regressus Abbas seniores monasterii convocat, verba Cancellarii aperit: quid cuique videatur, interrogat. Omnium una sententia fuit, Cassinense cœnobium nulla omnino ratione, nullo pacto tradendum. Mori se malle, quam Cassinense monasterium in jus potestatemque laicorum venire permitterent; extrema paratos esse experiri potius, quam caput monasticæ religionis adeo miserabili conditioni ultra subditum cernere. Id enim si duraret incolome, facile salutem membra sperarent; sin vero id periret, omnia simul membra peritura. Hac deliberatione facta, inducto rursus Cancellario cum Canzolino, Abbas nihil ea de re desiniri posse asseruit, pro rei novitate & magnitudine inducias petiit, dum omnes ipsius Congregationis Fratres convenirent, sicque simul quid factum opus esset, deliberarent. Cancellarius amaritudinis felle commotus, nullam se deliberationi moram, nullas inducias dare, sed ex Regis parte, ut quid statuissem, responderent, Imperatorique dicerent. Tum Abbas percontari pergit hujusce justionis regie causam. Ille protinus simulatam edicit causam: se os esse & linguam Regis, illum per se loqui, & sua jura disponere. Scire se Lotharium cum Papa venturum. Explorare in hoc velle fidem ad Regem constantiamque monachorum. Ad hæc Abbas, paratos se esse omnia subire pro Rege pericula, monasterium, adversus Regis

IV. Quid stantiant Cassin. Monach. in angustia positi.

pag. 149. refertur donatio Lotharii Imp. facta monasterio S. Benedicti de Padalyrone data anno Incarnat. Dom. MCXXXV. tertio Nonas Decemb. indict. XIII. (legendum indict. XIV.) regni Regis Lotharii XI. imperii III. Actum Golaria in Christi nomine, sed loco, Golaria, legendum, Gostaria, quæ urbs est Saxonie inferioris. Quare toto anno superiori Lotharius Imp. in Germania versatus est.

Porro sicut anno MCXXXIII. Innocentius II. non solum Lotharium Imp. sibi, Ecclesiamque opitulaturum in Italiam accersivit, sed etiam Sanctum Bernardum Claravalle agentem; ita & hoc anno eundem Sanctum iterum in Italiam vocavit. Baronius quidem, Manricus in Annal. Cisterc. omnesque recentes Scriptores, qui de hac tertia profecione Italica divi Bernardi verba faciunt, eam in annum sequentem conferunt, sed Herbertus Turrium Sardinie Archiepiscopus, inter Sancti Bernardi discipulos educatus in Claravalle, in libris de Miraculis Sancti Bernardi a Chiffletio editis illam opinionem plane evertit; libro enim 2. cap. 14. ait: Isdem quoque venerabilis Abbas

III. Vocavit etiam Bernardum.

gis adversarios tueri. Cum Cancellarius inquireret commoto felle, quo illud pacto contra Imperatorem defensuri essent: audit fortiores ex monasterii fidelibus vocandos, & nisi sufficerent, regios milites, sicque Regem nulla Cassinensis monasterii causa incommoda esse passurum. Exclamat indignans Cancellarius: En, quibus defensoribus putat se Cassinensis Abbas Imperatori obsequere: infidis, perjuris, & qui numquam B. Benedicto servare fidem qui Brunonem, Oderisum, & Nicolaum Abbates expulerunt: qui Cassinense cenobium contra jus omne ceperunt: qui castrum Janula destruxerunt, contradicentesque monachos ante B. Benedicti altare percusserunt. His dictis, cepit & Abbatem conviciis urgere, monachos & laicos injuriis ac probris afficere, fallaces, perfidosque appellare.

V. Tacentibus omnibus, discessit tandem iratus ac tumidus, mandans ut ipsi deliberarent, sibi que responderent. Eo recedente, omnes in unum majores cum Abbate conveniunt, causam inter se conferunt, trahuntque longa suspiria. Ignorabant pene quid mallent, vivere an mori atque inter angustias dicebant: Si monasterium laicis datur, incurrimus animae corporisque discrimen; si non datur, non effugimus manus illorum. Sed melius est nos incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Domini Dei nostri, & (a) videre mala gentis nostrae & Sanctorum. Hic recordari oportuit malorum horum omnium causam praecipuam, ut filios (b) Jacob, nimirum haec eam merito pati, quod peccassent in Innocentium legitimum Romanae Ecclesiae Pontificem, quem in Rogerii gratiam abiicissent, recepissentque ejus amore Ana-

(a) Mac. 3. (b) Gen. 42. Ingens afflictio Cassin. Monach.

PAGIUS Abbas (nempe divus Bernardus) cum aliquando per annos tres moratus fuisset in urbe Roma, atque in partibus Italicis pro sedando schismate Petri Leonis (in quo videlicet opere eundem famulum suum Christus magnifice honestavit), tandem reversus Claravallensem, statim post factam orationem Capitulum Fratrum introivit: & quia fatigatus ex itinere, diu loqui non poterat, brevem quidem sermonem, sed plenum consolatione protulit eis dicens: Benedictus Deus, qui vos mihi reddidit, & me vobis. Et ego quidem silioli quamvis per triennium hoc visus fuerim longe remotus a vobis, non tamen putatis me semper absentem fuisse. Quare cum certum sit, Bernardum an. MCXXXVIII. relicta Italia Claravalle in Italiam venisse. Quid ibi egerit duobus consequentibus annis, cum Baronio referemus.

IV. Nihil singularius hoc anno gestum occurrit, quam urbis Neapolitanae circumseptio his verbis a Falcone pag. 298. narrata: Princeps (nempe Capuanus) ipse audiens civitatem Neapolis famis periculo urgeri, &c. illico pedibus advoletur, lacrymis rogans, ut sibi exheredato subveniret (nempe Imperator), interea ad tan-

pletum pseudopont. cujus gratiam interea per Lotharium Imperatorem consequi posse sperarent. Pergit vero auctor: Quae dum ad caeterorum quoque pervenissent notitiam, contritum est cor illorum; & ex tempore contenebrati sunt omnium oculi. Et vere tunc dies festi in luctum conversi sunt, & cantica in lamentationem. Haec tandem omnium sententia fuit, iste consensus, vitam potius fundendam esse, quam monasterium laicis dandum. Placuit autem omnibus, Fratres ad Cancellarium mitti, inducique postulare precibus, donec de tanto negotio consultaturi conveniant. An adversum est a Fratribus, Cancellarium accessisse ad dormitorium, altitudinemque parietis mensum esse, ut scalis parare idoneas posset.

Eo etiam tempore, dum Frater quidam Joannes nomine, natura debitum solveret, ac sine motu & voce jamdiu jacuisset: subito in se reversus, vidisse, se retulit, Benedictum patrem cum monachorum multitudine in Ecclesia stantem, Rogeriumque Regem Ecclesiam ingredientem, omnemque Ecclesiam Cassinensis thesaurum asportantem: & cum ad gradus majoris Ecclesiae pervenisset, monachos illos impetu facto, illum necasse. Ista cum dixisset, adjecit vera esse: scietisque dum mox ex hac luce migravero, esse venturam. Hac ille tunc: nos omnia jam evenisse percipimus. Omnis enim ferme thesaurus Ecclesiae Rogerii factione sublati: facta sunt ista in Vigilia Epiphaniae. (c) Post haec statuit Abbas duodecim ex senioribus monachis, qui nudis pedibus ad Cancellarium pergerent, qui apud S. Germanum cum Electo Capuano morabatur, inducias ad consultandum de tanto nego-

VI. Quanta mala intulerit Roger. Cassinat.

(c) Peti diae Chr. Cas. 1. 4. c. 101.

tam famis asperitatem civitas pervenit Neapolitana, quod infantes multi, pueri, adolescentes, juvenes, lenes etiam utriusque sexus per civitatis plateas, & domos spiritum exhalaabant: sed Magister militum & ejus fideles, qui libertati invigilabant civitatis, quique antiquorum suorum sequebantur honestatem, mori potius famis morte malebant, quam sub nefandi Regis potestate colla submittere. Hac inter praefatus Imperator literas suas signatas propriis Legatis suis Magistro militum, & civibus destinavit, consolationis verba describens, ut fidelitatis propositum teneat, quia favente Domino in proximo ad ejus liberationem festinaret. Legati vero illi coram omnibus juraverunt, Imperatorem illum ad civitatem Spoletum dimississe. Diebus autem non multis excursis, en adest Legatus alius ipsius Imperatoris literas ferens consolationis similiter verba continentes, qui cum dimissis apud fluvium Piscariam affirmavit. Item in subsequentibus diebus alias transmisit Imperator literas, continentes se in proximo venturum in Apuliam, & Italiam a tanta perditione redempturum. Archiepiscopus praeterea Marinus civitatis Neapolitanae, & Philippus de Acerra, civis Neapolitanus, vir prudentis in-

tio poscerent, ut respondere illi maturius possent. Illo autem abeunte, omnis Congregatio usque ad monasterii januam cum gemitu & luctu subsequuta est. Fratribus autem in Ecclesiam redeuntibus, quanta illic lacrymae fusae sint, referre quis possit? Omnes quippe prostrati humitudentes in pavimento capita, misericordiam Domini cum luctu cordisque gemitibus implorabant, ut locum istum respicere ac tueri dignaretur. Inde ad patrem Benedictum conversi, quasi praesentem cernerent, dicebant: Eja Pater honestissime atque sanctissime, tu praesentem te discipulis fore post carnis excessum, quam si viveres, pollicitus es. Adesto igitur nobis (per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum te adjuramus) protege alumnos tuos, & locum istum ab omni adversitate defende.

VII. Agunt precibus apud Deum Cassinates.

Post haec sumpto Crucis vivifica ligno & brachio S. Evangelistae Matthaei, sanctique confessoris Christi Mauri, Fratres Litanias agere per monasterii Ecclesiam coeperunt. Cumque in Ecclesia B. Marini vota Domino persolverent supplicationis, & laudis finitis suffragiis, egressi ad Ecclesiam S. protomartyris Stephani diverterent, & dum ad aperendas basilicae januas unus ex Fratribus praecessisset: invenit eas clavibus obscuratas. Frater enim qui eandem tenebat Eccle-

PAGIUS genii & Rainulphus Comes, qui obviam Imperatori dudum exierant, similiter literas suas consolationis Magistro militum delegavit. Literis itaque talibus acceptis coacti Imperatoris tamen illius expectabant adventum. Ubi Falco adventum Imperatoris ad fluvium Piscariam & in Apuliam, quem certum est ad sequentem annum pertinere, uno tenore describit, ut ex dicendis anno sequenti perspicuum fiet. Landulphus Junior in Chron. cap. 43. apud Puricellum in Monum. Basil. Ambros. num. CCCLXXXI. de Lotharii Imp. in Italiam adventu haec habet: Addito quoque isto infortunio (nempe amissione libertatum Ecclesiae Mediolanensis) Imperator Lotharius cum Principibus cujuscunque dignitatis venit in Longobardiam. In cujus castris iste (nempe Rodoaldus Archiep. Mediolanensis) Mediolani cum suis Suffraganeis ad nutum Imperatoris circumferebatur, & circumferendo excommunicavit Cremonenses: quia non reddiderant Imperatori Mediolanenses, Cremonensem vincula & captivum sustinentes. Bartholomaeus Zuchius in Hist. Modetiae & Coronae ferrea refert Privilegium a Lothario Imp. datum, quo Canonicos Modetenses in suum suscipit patrocinium: Anno incarnat. Dom. MCXXXVI. indit. XIII. (legendum XIV.) anno vero Regis Lotharii XI. imperii quarto. Altum apud castrum Sancti Bassiani. Quare Lotharius jam mense Augusto in Longobardia verfabatur.

V. Bellum Mediolanense inter Cremonenses ardet.

VII. Subjungit Landulphus: Mediolanensium igitur exercitus confortatus praesentia Imperatoris & vinculo excommunicationis, Soncinum, Santhumque Bassanum, & alia multa castra Cremonensium destruxerunt. Quibus destructis multitudo Mediolanensium ad civitatem rediit. Archiepi-

siam, unus erat ex duodecim, qui ad Cancellarium jerant. Reversus qui praecesserat frater, denuntiat januas Ecclesiae clausas, primosque redire admonebat. Alii rursus atque alii currentes, januas clausas repererunt, Fratribusque renuntiare studuerunt. Frater autem, qui crucem bajulabat, hortatus Fratres, ad januas contendit Ecclesiae; moxque tactis leviter feris, divinitus apertae sunt. Recreati aliquantulum Fratres, Deo gratias egerunt; ibique cum omni devotione & contritione cordis, peractis Litanis suffragiis, ad patris Benedicti Ecclesiam reversi sunt, sicque ipsius diei Missam cum gemitu & luctu peregerunt. At dicit aliquis: Si schismatici erant hi, quomodo miraculo illo apertae sunt eis spontanea fore Ecclesiae? Dicam breviter, non simul ac Abbas vel Episcopus aliquis schismaticus est, necesse est omnes sibi subditos pariter esse schismaticos, sed illos tantum, qui certo sciunt suum errare Praesulem; caeteros autem non peccare, qui persuasibilibus rationibus putant ipsum recta incedere via, & se verum sequi pastorem: nec tanta inest ipsis doctrina, vel adeo explorata rerum gestarum cognitio, nec facultas exquirendi, cujus potiora sint jura, hosque suos ipsorum bona conscientia reddi criminibus. Sicut & tunc evenisse putamus, nisi-

scopus, & quadam pars inelyta militia Mediolanensium cum Imperatore in Roncalia supra Padum castra metati sunt; ibique per plures dies & hebdomadas Imperator Guriam potestatis habuit. His addit Puricellus: quocirca idemmet Landulphus Historicus ibidem per tres dies praefens suam ipsius de Sancti Pauli in Compito Ecclesia causam peroravit; sed non eo exitu, quem speraverat. Deinde haec ex Landulpho cap. 45. recitat: Lotharius postmodum Imperator, in quarta die, qua fuit dies Sabbati, post meam querelam, secus Papiam est castra metatus ad lacum, qui dicitur Lardiracus, super flumen Oronam positus. Cumque Imperator ibi pernoctasset, & diem Dominicam quasi dimidiasset, militia ejus ecurrit ad Papienses, qui armati exierant. In praelio illo fortissima manus Principis Conradii (qui titulum Regis abdicarat, & postea Lothario successit) quamplures de Papiensibus ejecit & apprehendit: neque a praelio se subtraxit, donec Papienses fere ad muros civitatis conculcavit & appropinquavit. Tunc Papienses valde conterriti, & metuentes hostilem exercitum Mediolanensium concurrentium ad Imperatoris triumphum, in primo diluculo secunda feria cum maxima devotione reddiderunt Imperatori quotquot habebant de Mediolanensibus in sua captione. Imperator commotus maxima pietate, Papienses eadem die a sua custodia solvit, & liberos dimisit: & die altera sua castra amovit, & ad locum, qui dicitur Abbiatocrassum (Abbiatrasse) pervenit: & omnis multitudo Mediolanensium, cum suis militibus a captione Papiensium liberans, redit Mediolanum. De caetero Imperator Ticinum atque Padum ad suum commodum transiit.

Lothar. Imp. Papienses in suam gratiam recipiunt.

Innocentius II. duritiam Robaldi Archiepiscopi

VII.

mirum, quod etiam Abbas & ex praefectis aliquis apud Deum & ejus Ecclesiam rei fuerint patrati sceleris; simpliciores tamen his subditi bona fide, & conscientia pura cuncta gerentes, divinis tantum rebus vacantes, omnis curiositatis expertes, nullo modo (ut canones docent) rei fuerint tanti criminis: quorum numerum haud exiguum fuisse, jure possumus existimare. Sed pergamus ad finem usque inchoatam semel historiam, de rebus gestis per Cancellarium recensere:

VIII.

Cancellarius comperto, quod Fratres cum brachio B. Mauri per Sanctorum Ecclesias pergentes, omnipotentis Dei clementiam exorarent: clatus superbia, multum contra monachos fremens, minari cepit, incisuram se illis & naves & labrum, vestesque medias usque ad nates. Sicque (a) alter Rabsaces, sive Nicanor blasphemiae (b) verba in Deum & Sanctos ejus vomens, cassam fore spem, quam in beatis Benedicto & Mauro habebant, afferens, perniciemque illis potius, quam salutem allaturam. Post haec vehementi indignatione concitatus, litteras omnibus per Campaniam, Samnium, Apuliam, Lucaniam, atque Calabriam scripsit, mandans, ut ad capiendum Cassinense monasterium quamprimum variis instructi telis & machinis pergerent. Et (c) inferius de nibus Cancellarii: Omnes, inquit, debinc cella monasterii per Apuliam, Campaniam, Picenum, Samnium, Lucaniam, atque Calabriam capta, & a nostro jure subducta sunt. Ecce (d) quomodo pondus & statera judicia Domini sunt. Qui enim ne ista perderent, sed defensores horum haberent tyrannum Siculum, delegerunt potius ab Ec-

(a) 4. Reg. 18. (b) 1. Mat. 7. Cancell. ablati bonis parat expugnare Cassin.

(c) Pet. diacon. Chr. Cas. l. 4. c. 102. in fin.

(d) Prov. 16.

PAGIUS Bellum Mediolanense inter Cremonenses & Cremonenses continuatur.

scopi adversus Cremonenses improbavit, & excommunicationem ab illo latam relaxavit: At Innocentius Papa, inquit Landulphus Junior cap. 46. quod ultimum est ejus Historiae, Cremonenses ab excommunicatione Robaldi Archiepiscopi solvit. Verumtamen Mediolanensis exercitus Cremonensibus, nec eorum Episcopo pepercit, quia post absolutionem (sc. Innocentii II.) juvenalem castellum eorum, & alia apprehendit; & Episcopum eorum loriatum, & hortantem suos ad pugnam, proficientem homicidium de ipso castro pertraxit, & plures menses in custodia tenuit, usque ad annum MCXXXVII. De Uberto Episcopo Cremonensi, qui ad annum MCLXIX. pervenit, plura Ughellus Tom. IV. Ital. Sacrae. Addit Landulphus, hunc Praefulem in carcere mansisse donec Herlembaldus de Bresorio custos illius custodia, contaminatus veneno, prout dicitur, subito in mortem corruit. Et in ipsa nocte, qua ipse custos subito occidit, Episcopus de ipsa Domo, qua claudabatur, effugit: & liberatus Papiam, deinde Cremonam pervenit. Hic fortassis Episcopus reminiscitur amaritudinis, qua potatus fuit Mediolani in die sua ordinationis; sed prout quibusdam placet, non bene. Quia si Jordanus Archiepiscopus, ejusque Ecclesia amovit Ugonem de Nocco,

clesia Catholica dividi, & inhærere schismatico Papae: factum est, ulciscente numine, ut ab eodem Rogerio talia tantaeque passi sint (siquidem abstulit ipse ista omnia ipsis) sed & ab eo privandi insuper monasterio Cassinensi, in tot ac tantas angustias (quas audisti) conjecti fuerint.

At Deus licet offensus horum ducibus, prudentia quae de terra est rem agentibus, attendens preces humilium ac Innocentium monachorum, & provocatus superbia novi Sennacherib, in ejus ultionem exurgens, percussit eum morte, & perpetuis inferni cruciatibus condemnavit. Quod severum judicium voluit haud dubiis signis fieri manifestum. Sed audi primum de morte Notarii ipsius, inde sua: Abbas vero explorato Cancellarii consilio de se perdendo, & capiendo monasterio: Legatis ad Landulphum (erat hic Comes Aquinas) Imperatoris missis rogat, ut monasterium tueatur. Nactus haec omnia peracta sunt, factisque utraque ex parte juramentis, die tertia post Epiphania solemnitate inducti in monasterium Pandulphi milites, munitionesque illis tradita sunt. Postmodum Landulphus adveniens, Abbati ac Fratribus constantiam agens, inimicis maximum iniecit metum. Cancellarius enim cognito Landulphi adventu, Aquinum deserens, Lirimque fluvium transiens Minianum perrexit, ibique morbo acerrimo vexatus, Notario jussit, ut per omne Rogeris scriberet regnum, ut ad capiendum monasterium cuncti conveniant. Quod ille dum implere satageret, subita morte defungitur. Haec de morte Notarii, ac de Cancellarii sic inferius: Cancellarius vero, qui

IX.

Divina ultio in Notarium Cancellarii.

(a) Pet. diacon. Chr. Cas. l. 4. c. 103. X. Obitus Guarini Cancell. & damnatio ejus.

Abbatis Schismatici obitus.

XI.

qui tanti mali caput atque auctor fuit, decimo septimo die postquam hoc venerat, apud Salernum moriens, clamabat: Benedicte & Mauro, cur me occiditis? Istaque crebro repetens, vita excessit. Sed post mortem judicium, ait Apostolus. At quodnam audi: (a) Et etiam tempore (addit Petrus) Frater quidam, Crescentius nomine, natione Romanus, vidit per visum lacum nimiae magnitudinis, igneaeque coloris, cujus undae ad excelsa ferri videbantur. Inter eas undas vidit ipse Cancellarii animam in aeris alta levari, ac postmodum ad ima demergi. Duo juxta lacum assistebant monachi, qui, cujus esset illa anima, interrogare coeperunt. Sed Frater se nescire professus est. Ad quem is qui erat senior: Hec, inquit, anima est Guarini Cancellarii, qui quoniam Cassinense monasterium infestus fuit, haec talia patitur. Interrogatus a Fratre, quisnam esset: ego, inquit, sum Frater Benedictus. Evigilans autem Frater, quod vidit, recitavit. Et paulo post haec de Abbate. Tertio postea die Abbas moritur Idibus Februarii. Et ipse ad tribunal Dei vocatus, quam sententiam tulerit, etiam tamen habetur altius decantata, nimirum, quod qui in terris non novit Ecclesiam Catholicam matrem, nec in caelis cognoscere possit Patrem; & quod qui cum Catholicis hic non communicavit, nec ibi cum Deo & Sanctis ejus communicandi ullatenus facultatem habebit.

Hic autem, dum ista per Cancellarium agerentur, Abbas qui adhuc vivebat, quid egit? non quod debuit. Par enim erat ad cor reverti, & causam ipsam tantorum malorum, quae pateretur agnoscere, & poenitentem submovere, ut ea amota jactari penitus desineret. Nimirum ut intelligeret, offenso numine, se suoque in tanta pericula conjecisse, quod jam ecce septennio in schismate perdurasset, nec resipiscere ullatenus cogitaret. Sed quid excogitat fatua humana prudentia? Quod sciret in se infensum esse Innocentium Papam, quem haecenus despexisset; eundemque pollentem viribus Imperatoris fore expertum ultorem; adeo ut si etiam Rogerii manus effugeret, non tamen vitare posset, quem tandiu refractaria obstinatione provocaverat ipsum Innocentium Papam: illud astuta nequitia est meditatus efficere, ut Lotharium Imperatorem sibi suisque redderet benignum, & constiueret protectorem, eundem vero adversus Inno-

PAGIUS

elucubrata fuit. Ex ea, si tandem lucem videat, Historia Ecclesiastica magnam lucem accipere poterit. Sigonius, qui lib. XI. gesta

centium Pontificem in sua ipsorum causa Cassinensium concitaret, quo ea quae essent juris Imperii vendicaret. Sicque legationem ad ipsum decerneret, qua significaret, Cassinense coenobium esse Camerae Imperii, ad eamque ejus spectare defensionem contra Rogerium tyrannum primo, inde adversus Pontificem ipsum, Cassinenses monachos exagitantem excommunicationibus, omnesque e loco dispergere minitantem. Missos pro hoc ad Imperatorem Legatos Bertulphum Mansionarium natione Cimbrum, & Adenulphum Mariscanum monachos Cassinenses, tradit Petrus (b) diaconus, qui & inferius, quae rescripsit Lotharius Imperator ad Abbatem & monachos Cassinenses, sic narrat: (c)

Legatio a Cassin. missa ad Imp.

(b) Pet. diacon. Chr. Cas. l. 4. c. 104. (c) Id. c. 108.

XII. Lotharit Imp. resipitio gratia Cassinens.

Sed ut ad superiora redeamus, quo tempore Imperator Italiam ingressus est, epistolam Cassinensi Abbati scripsit, admonens religiosi Cassinensis Ecclesiae nominis, unde religionis exemplum ac forma occiduum per orbem emanaverit, cujus maxime orationibus negotia regni stare consideret: sic quod ob varios eventus rerum a Romana Ecclesia descivissent, cujuslibet perterriti metu, ad eum quem Patrem tota recognovisset Ecclesia, redirent. Se monasterii curam suscipere paratum, quod ab antecessoribus suis Imperatoribus sciret fuisse semper observatum. Mandat item, ut cum eo propinquaret, Abbas illi eum sapientioribus Congregationis occurreret, ut quae essent monasterio utilia, una tractarent. Scripsit & Fratribus, se, quantum in ipso esset, monasterium honoribus & opibus ampliari intendere, ac pro tanti loci reverentia, qui semper singulari floruit praeceteris religione, Ecclesiam illam ut domum propriam, atque Imperii sedem servare disponere. Multum enim cupere (si permittat Deus) memoriale suum apud patrem Benedictum honorisque insigne relinquere. Ricbiza item Augusta eodem tempore litteras Fratribus scripsit, significans, magna se de patris Benedicti domo percepisse: atque ideo memoriam sui in Cassinensi Ecclesia fieri obtinens, ut Deus ipsorum precibus pacem Ecclesia suis temporibus reddat, se de amplianda semper monasterii dignitate cogitare, modo Abbas sibi & Augusto cum sapientioribus monachis tempestive occurreret, ut de his una tractare potuissent. Haec Petrus reliqua inferius, cum Imperator se contulit in Apuliam.

XIII.

At licet mortuus fuerit Cancellarius, Cassinensium persecutio, non cessavit, Canzolino Vicario rem agente, & Capuae itidem commorante, qui morte Ab-

hoc anno in Italia a Lothario accurate scribit, eum non viderat; ut ex ejus lectione intelligere est.

Ad

(a) Id. ep. 105. Schismate inter se divisi Cassinates.

batis audita, monachis illis per litteras præcepit (a) ne Abbatem eligerent, nisi de omnibus Rogerius certior redditus esset. Quod cum facere renuissent, sed Abbatem elegerunt Rainaldum Calamentanum, subdiaconum Anacleti pseudo-pontificis, in schismate tamen contra alium ejusdem nominis Rainaldum Hertruscum: adversus eos movit exercitum. Verum cum eo paciscitur id novus Abbas, accipiens ab eo condiciones, quas placuit illi præscribere. Sed pars adversa legatione convenit Imperatorem Ravenne agentem, quæta de his quæ ab intruso pateretur Abbate. Imperator autem consolatus est eos litteris, præmisitque Henricum generum ad Innocentium Papam, cujus ope & consilio subveniret laborantibus monachis Cassinensibus. Sed quod Henrici ad Innocentium Papam adventus anno sequenti affertur in Chronico Beneventano ab auctore qui aderat, nos de ipso suo loco agemus.

XIV. De conceptione Dei genitricis celebrari cepta.

Hoc etiam tempore (quantum ex ordine epistolæ sancti Bernardi licet argumentari) idem Sanctus redarguit Canonicos Ecclesiæ Lugdunensis, quod permoti quadam, quæ circumferretur, revelatione, celebrare cœpissent festum diem Conceptionis sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ: ea potissimum permoto sancto Bernardo ratione, quod id nondum Romana Ecclesiæ fecisset, nec faciendum indixisset, & temerarium valde esset, quovis prætextu quemlibet permoveri ad celebrationem dierum festorum, & novi quidpiam inducendum, ipsa Romana Ecclesiæ inconsulta: quo officio prætermisso, quod necessario præstandum fuisset, jure essent digni reprehensione. Nam post longam scriptis proditam disputationem hæc idem S. Bernardus in fine habet: (b) Nam si sic videbatur, consulenda erat prius Apostolicæ Sedis

(b) Bern. ep. 174.

PAGIUS VIII. Eccl. Lugdun. Festum conceptionis B. Virginis instituit.

Ad num. XIV. & seq. Cum Ecclesiæ Lugdunensis festum immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis hoc circiter tempore institueret, divus Bernardus Epistola CLXXIV. Lugdunensibus redarguit, quod eam novitatem in Ecclesiam induxissent, inconsulto Pontifice Romano. Sed non tantum divus Bernardus, verum etiam Potho Monachus & Presbyter Prumiensis, cujus Opuscula Tom. XXI. Biblioth. Patrum edit. Lugdunensis recitata, pietatem spirant, lib. 3. de Domo Dei versus finem, in eandem novitatem invenitur sciendum sane, inquit, quod Romani Pontifices semper magis antiqua exequi & observare, quam nova instituire, nisi aliqua rationabilis causa perurgeret, consueverunt. Tum multis interpositis librum illum his verbis claudit: Ecce vita Manastica, qua erat columna & firmamentum religionis, in qua videlicet viguit disciplina censura, morum gravitas, maturitas consiliorum, auctoritatis pondus, antiquitatis insigne, in Ecclesiasticis Officiis repentinis visa est novita-

auctoritas; & non ita præcipitanter atque inconsulte paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem compereram, sed dissimulabam, parcens devotioni, quæ de simplici corde & amore Virginis veniebat. Verum apud sapientes, atque in famosa nobilique Ecclesiâ, & cujus specialiter filius sum, superstitione deprehensa, nescio an sine gravi offensa etiam vestris omnium dissimulare potuerim. Quæ autem dixi, absque præjudicio sane dicta sunt sanius sapientis. Romana præsertim Ecclesiæ auctoritati atque examini totum hoc, sicut & cætera, quæ ejusmodi sunt, universa refero, ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicio emendare. Hæc S. Bernardus, in seipso ostendens, qui sint legitimi Catholici hominis characteres, nimirum ad incudem Sedis Petri quæque probanda referre, antequam recipiantur in usum.

Abque Rom. Eccl. judicio nihil præsumendum novitatis.

Porro hoc perfecit S. Bernardus, licet diversa senserit, ut res ipsa accuratius examinaretur, atque differretur ad iudicium Apostolicæ Sedis, ubi ex Scripturis sacris proditis in medium testimoniis, præviis Fidelium precibus, Pontificio sanciretur decreto, celebrandam esse in Ecclesiâ sanctissimæ Dei Genitricis Conceptionem. Ita Bernardus in spiritu sapientiæ & intellectus atque consilii eminebat in Ecclesiâ Gallicana, ut eum consulerent quique doctissimi, Parisiensis quoque Academiæ magistri præstantiores: ut inter alios fecisse liquet magistrum Hugonem de sancto Victore, qui sicut scientia, ita zelo Catholicæ veritatis cæteris æqualibus antebat. Docet ista ejusdem S. Bernardi epistola (c) ad ipsum reddita. Quem contigit eodem quo æstuebat zelo Fidei litteris redarguere his ferme diebus Joannem Archiepiscopum Hispalensem apostatam, qui, urgente dira tyrannide Christianos Principe Arabe,

XV.

(c) Id. ep. 77.

tibus acquiescere, & quadam juvenili passa est decolorari levitate. Miramur ergo satis quod visum fuerit hoc tempore quibusdam Monasteriis mutare colorem optimorum, novas quasdam inducendo celebritates. Nunquid Patribus doctiores aut devotiores sumus! Superba mente præsumimus, quidquid ipsorum in talibus prudentia præterivit. Neque vero nos in hujusmodi aliquid invenire possumus, quod illorum quiverit diligentiam præterisse. Quæ igitur ratio hæc festa celebranda nobis induxit? Festum videlicet Sanctæ Trinitatis, festum Transfigurationis Domini. Additur his a quibusdam, quod magis absurdum videtur (quia festa Trinitatis & Transfigurationis in quibusdam Ecclesiis jam a multis annis celebrabantur, a paucioribus vero annis in Gallia, ubi Potho scribebat, tantum in Ecclesiâ Lugdunensi), festum quoque Conceptionis Sanctæ Mariæ. Nos in his omnibus devotioni fidelium minime derogamus, dum rationem quarimus, quæ rationabile obsequium nostrum offerre Domino debemus, ne forte a via

recta

cæteris sibi subditis constantissime in Fidei Christianæ confessione persistentibus, minis perterritus barbari truculenti, ejus impulsu Fidem negavit, maximo scandalo totius Ecclesiæ. Et quod deterius, addidit hæresim summæ impietati, dum asserere, & antiquam hæresim ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ condemnatam revocare non erubuit, satis nimirum esse Fideli, si Christum, quem ore negaret, corde confiteretur. Quem impium atque blasphemum ipse Hugo de S. Victore, datus ad eum litteris, tum doctrina, qua pollebat, tum divino Spiritu, quo agebatur, potentibus ac vehementibus redarguit. Extant ipse inter opera ejus antiquitus scripta, quæ hæcenus asserantur Romæ in bibliotheca sanctæ Mariæ super Minervam; quæ sic se habent titulo isto inscripta epistola:

XVI. Hugonis de S. Victor. ep. ad Archiepiscopum Hispalensem. Joanni quondam Hispalensem Archiepiscopo Hugo servus Crucis Christi. Quid frater charissime, quid dicam tibi? Si cæperimus loqui tibi, forsan moleste accipies. Vir ille fortis erat, & magnus, & omnium contemptor tormentorum (Job scilicet) & nemo illi loquebatur verbum, quia videbant dolorem ejus esse vehementem. Quomodo igitur nos tibi loqui poterimus in tanti doloris vehementia? Si tamen doles quantum tu dolendus es, quid tibi faciemus? Tenebimus conceptum sermonem, quem cor nostrum, & anima nostra, non (quomodo in illis) impatientia loquendi, sed vehementia dolendi parturire jam cœpit? Ergo tacere poterit charitas, ut non erumpat, & clamet in doloribus suis, & in angustia tribulationis suæ? Jam enim gladius pervenit usque ad animam: & venit mors fraudulenta carni parcens, ut spiritum extinguat. Nosti frater quid dicere velim? De anima tua causa agitur. Vide quid facias. Christus tibi opponit mortem suam: Christianus redemptionem suam. Quærit ille emptum, iste redemptum. Ille se pretium pro te incassum dedisse conqueritur; iste pretio redemptum perditum lamentatur. Sed dicis: Ego conscientiam meam novi: nemo me terreat: Christianum non facit lingua, sed conscientia. Ego Christum diligo: sufficit mihi: non amplius ille quærit: quod potissimum meum est, illi dedi. Cor meum habet: illud possideat. Dicant homines quodlibet. Ipse Dominus novit, quia invitus nego: lingua hoc dicit, Ann. Eccl. Tom. XVIII.

non conscientia: ore quidem nego, sed corde confiteor. Audi frater: Scriptura dicit: (a) XVII. Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quomodo ergo salutem te habere putas, si confessionem non habes? Christum negas, & dicis te Spiritum sanctum habere. Quid est ergo quod dicit Apostolus: (b) Nemo in Spiritu Dei loquens dicit Anathema JESU. Si dicis anathema JESU, Spiritum Christi quomodo habes? Si vero Spiritum Christi non habes, utique non es Christi. Qui enim Spiritum Christi non habet, inquit (c) Scriptura, hic non est ejus. Audi rursum (d): Qui inquit, me erubuerit, & sermones meos, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua. Sed dicis: Bene: Qui præerubescencia Christum negat, juste damnatur, juste a Christo non cognoscitur. Parum enim est hoc, verequandiam Christo anteferre. Ego plus habeo quod in excusatione prætendam. Non enim erubescio, sed timeo. Major est quod me terret. Novit ipse, quia pati non valeo: parcat ergo infirmitati, & condescendit devotioni; non ad vocem attendit, sed respicit ad charitatem. (e) Nemo carnem suam odio habuit. Timeo pro carne mea, quam odire non possum. O fallax deceptio! Ergo tu carnem amabis, & Creatorem blasphemabis? Quid ergo sibi vult quod ait: (f) Qui amat animam suam plusquam me non est me dignus? Si animam recte plus amare non potes, carnem poteris? Sed ais: Non plus carnem diligo, plus enim Deum meum, quam carnem meam diligo. Videamus modo. Quod plus diligis, hoc potius eligis. Dicit Deus tuus: (g) Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animæ vero non habent quid faciant. Hoc ergo dicit Deus: hinc caro contradicit. Vide modo: Quod plus diligis, potius eligis. O qualis pastor! Et quomodo quaeso animam tuam poneres pro ovibus tuis, qui nec pro ipsa anima tua animam tuam ponis? Ecce tu pro anima tua dare non vis carnem tuam: & pro ovibus dares animam tuam? O qualis pastor! Non sic fecit bonus ille pastor (h), qui animam suam posuit pro ovibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Quid tibi videtur? Si sic ille, ut tu, mortem timuisset, quæ putavit ille bonum pastorem eligere ovibus

PAGIUS recta aberrantes, presumptionis spiritu seducamur. Verum Conceptionis festum, ut nihil de duobus aliis hic dicam, ubivis receptum est factu XV. auctoritate Concilii Basileensis & Sixti IV. & hodie cum Octava celebratur in universa Ecclesiâ, sicuti festum Assumptionis ejusdem beatissimæ Virginis, de quo etiam diu

inter Viros doctos contentio fuit. Baronius num. XV. dicit Bernardum ita scripsisse, licet diversa senserit, ut res ipsa accuratius examinaretur, atque differretur ad iudicium Apostolicæ Sedis. Verum incredibile Sanctum Doctorem in re tanti momenti contra propriam mentem tam asseveranter locutum esse.

XVII. Rom. 10. (b) 1. Cor. 12. (c) Rom. 8. (d) Luc. 9. (e) Ephes. 5. (f) Luc. 14. (g) Mat. 10. (h) Joan. 10.

bus suis, qui veniente lupo non fugeret, neque sub trepidationis latebra sese ovium periculo posthabito occultaret. Venit lupus, oves rapere non potuit: pastorem non solum rapuit, sed abstraxit. Mira res? ovis audeat, & pastor trepidat. O qualis pastor! Si talis futurus fuisti, curam ovium quare suscepisti? Si dignitatem accepisti, honitatem quare non impendis? Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.

XIX. Sed inquis: Petrus ore negavit: quia tamen corde non negavit, respexit illum Dominus, & vocatus est nomine suo ad resurrectionis gaudium cum aliis Apostolis. Hoc (ut audio) maximum est quod ad excusationem tuam pretendis. Respexit ergo Dominus Petrum negantem: Quare? nempe ut faceret confitentem. Respexit ad compunctionem, vocavit ad confessionem. Si ergo tu respectum Christi habes, ubi sunt lacrymæ? Si autem lacrymaris, cur non confiteris? Si Petrum sequeris negantem, cur non imitaris & confitentem, & amare sentem? Postremo frater, si Christianus es, ubi quaeso signum characterem in fronte tua. Scias quid futurum sit super illos, qui bestiae characterem portant. Servi Dei nostri signati sunt in frontibus suis: nec possunt exterminii sententiam evadere, nisi illi tantum qui in figura Thau crucis Christi signaculo muniuntur. Crux in pectore, fides in corde: crux in fronte, confessio in ore. Utrumque debetur, utrumque exigitur: totum Christus sibi vendicat. Cor ad fidem suam: os ad confessionem suam. Sed astat tortor: gladius exemptus est, & minans vibratur. Audi (a): Qui amat animam suam, perdet eam: Et qui perdidit animam suam, in hoc mundo propter me, inveniet eam, & in vitam æternam custodiet eam. Qui perdit propter me, recipiet a me. Ego commendatum servabo, ut melius restituiam. Nihil trepides: capillus de capite tuo non peribit. Quid sollicitaris de anima, qui de capillo etiam securitatem accepisti? Sed forte dices mihi quod multi hodie intra sinum Ecclesie in fide & confessione Christi vivunt, qui si sic interrogarentur, nullatenus Christum confiterentur. Ad quod ego tibi voce prophetica respondeo, quia judicia Dei abyssus multa. Non licet nobis scrutari profunda & occulta iudiciorum Dei, & (b) investigabiles vias ejus penetrare. (c) Miserebor, inquit, cui misereor, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Si ergo in oculis ejus placitum fuerit, ut quibusdam parvulis suis, quos mater Ecclesia aut conceptos portat, aut nutrit editos, parcat, & ad istas graviores tentationum interrogaciones venire

(a) Marc. 2.

(b) Rom. 11.
(c) Exod. 33.

non permittat: tu quis es, qui ei dicas, cur ita facis? Non tuam decet excellentiam, ut te in numero talium existimandum intelligas. Inter magnos servos non quasi parvulus, sed custos & provisor parvulorum, locum acceperas. Tibi itaque quasi magno ac forti, & ad primam, vel proximam consecutionem idoneo dixit Jesus: (d) Sequere me. Te igitur proximum post ipsum locum adeptum, ut eum sequaris, admonuit, quatenus tu postea tuis sequacibus, quibus ad vitam Ducatum præbere debueras, fidenter dicere posses cum Apostolo (e): (f) Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Si ergo Dominus te tamquam servum magnum & fidelem ad imitationem suæ gloriæ vocare voluit: vide jam obsecro quale hoc sit, ut tu ad pufillos ejus, qui interim fovendi sunt, non premendi, respiciens dicas: (f) Domine, hic autem quid? dixit hoc ille, quem tu imitari putas, cum tamen per omnia non debeas, non intelligens dignitatem vocationis suæ, nec recte intuens pietatem divine dispensationis: & idcirco iuste increpationis sententiam audivit, ut auscultare disceret, non judicare. (g) Sic inquit, cum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Hoc est frater, verbum, quod tu inentissime ac diligentissime audire debes, ut Regem tuum sequaris, & consequaris: sequaris ad penam, consequaris ad gloriam. Si pro Christo patiendum est: si se offers occasio, excusationem non habes. Non enim sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Si autem & sine passione negas: non solum dico non excusaris, sed amplius dico quod accusaris. Miser, ubi est anima tua ut non recogites qualis factus sis, qualem perdidideris gloriam? ad quantam miseriam corrueris & confusionem? Aspice teipsum qualis sis. Ubi est corona tua & gloria? Regem tuum dereliquisti. Unaquæque gens deos suos sequitur, & certe ipsi dei non sunt. Tu vero Dominum Deum tuum dereliquisti, & factus es vilis, opprobrium pestiferum. O qualis pastor Christianorum! Quomodo pasces tu oves Christi, qui te ipsum perdidisti? Lupo futuro pascentia oves datae sunt. O qualis pastor! Erubescere miser & confundere: Christianorum oculi in te versi sunt. De longe videris: latere non potes. Error tuus te notum & manifestum facit. Non potes evadere confusionem, nisi ostendas conversionem. Hactenus Hugonis ad lapsum Archiepiscopum objurgatio. Habetur eadem epistola jam edita licet nonnullis immutatis, tom. 3. operum ejusdem Hugonis, lib. 1. Miscellaneorum, tit. 79. Prosequamur jam cætera quæ sunt anni hujus.

(d) Joann. 21.

(e) 1. Cor. 11.

(f) Joann. 21.

(g) Ibid.

(b) Rom. 8.

XXI. Penitentia atque obitus Ludovici Craffi Regis Francorum.

Moritur hoc anno hospes & defensor Innocentii Papæ Ludovicus Craffus Rex Francorum, quem etiam viventem sanctus Bernardus in epistola ad Honorium Papam valde perstrinxit, quod eum bellici furores in religiosos monachos interdum delinquere adegerant: poenitentia tamen, qua diem clausit extremum, eum pietate, religioneque valde reddidit commendatum. Rem gestam memoria quidem dignam describit Sugerius Abbas sancti Dionysii, qui iis omnibus præfens erat, vir laudatissimus tum S. Bernardi, tum etiam Petri Cluniacensis Abbatis dignis elogis, qui ejusdem Ludovici res gestas conscripsit, atque: Qui ut erat in consilio providus, sibi ipsi consulens, & miseratus animæ suæ, Deo placens: frequenti confessionis & orationis sibi devotione providebat, hoc enim toto animi affectu peroptans, apud sanctos martyres protectores suos Dionysium, sociosque ejus se quomodocumque deferri (ægrotabat diarrhetica) & ante sacratissima eorum corpora regni & coronæ depositione, coronam pro corona, pro regalibus insignibus, & Imperialibus ornamentis humilem B. Benedicti habitum commutando, monasticum ordinem profiteri. Videant qui monasticæ paupertati derogant quomodo non solum Archiepiscopi, sed & Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS IX. Moritur Ludovicus VI. Francia Rex.

Ad num. XXI. & seq. Tam Ludovici VI. cognomento Grossi Francorum Regis, & Guillelmi IX. Aquitanie Ducis obitus, quam matrimonium Alianora cum Ludovico Regis filio, qui ei successit, ad annum sequentem pertinent, ut legitur in variis Rerum Gallicarum Chronicis veteribus, in Orderico lib. XIII. aliique. Neque hæc in dubium revocari possunt; cum Sugerius in Vita Ludovici Grossi, pag. 320. de eo ægotante verba faciens scribat, venisse nuncios Guillelmi Ducis Aquitanie, denunciante eundem Ducem ad Sanctum Jacobum peregre profectum in via demigrasse: sed antequam iter aggredere, & etiam in itinere, moriens filiam nobilissimam puellam nomine Alienor desponsandam, totamque terram suam eidem retinendam, & deliberasse & dimisisse. Subdit Sugerius Regem misisse filium suum Ludovicum in Aquitaniam, ut matrimonium illud cum Alienore contraheret, seque in ejus comitatu fuisse. Tum Regis mortem, quæ Parisiis contigit, narrat, atque: XXX. regni administrationis, ætatis vero fere LX. anno Ralend. Augusti spiritum emisit. Gemmeticensis Historiam suam absolvit narratione mortis hujus Regis, asseritque eam accidisse Kal. Augusti, anno ab Incarnat. Domini MCXXXVII. Quare erravit Continuator Aimoini lib. 5. cap. 51. ubi scribit: Trigesimo unctiois sue anno, ætatis vero LX. Incarnat. autem Dominica MCXXXVI. Parisiis feliciter obiit. Qui error illi natus, quod Philippi Regis mortem biennio prævertisset, quod non animadvertens Baronius, mortem Philippi Regis cum anno MCVI. mortem vero Ludovici VI. filii cum præfenti copulavit. Ordericus pag. 911. Ludovici VI. obitum cum die II. nonas Augusti, peram conjunxit, sed recte cum anno

ipsi Reges transitoria vitam æternam præferentes, ad singularem monastici Ordinis tutelam securissime confugiunt. Et inferius post enarratam morbi molestiam, quam patientissime perfererat: Quærit, inquit, rejecto omni pudore ob reverentiam divinitatis... & Scotorum & Anglorum, coram devotissime consistere, & securissimo Domini Corporis & sanguinis viatico exitum suum muniri. Cum ipsam præparare festinavit: Rex ipse inopinate se levans & præparans, vestitus cameram, cunctis * adjuvantibus, ob * adfuerantibus, viam Corpori Domini JESU CHRISTI exit, devotissime assistit. Ubi videntibus cunctis tam clericis quam laicis, Regem exiens regnam deponit, peccando regnum administrasse confitetur. Filium suum Ludovicum anulo investit, Ecclesiam Dei, pauperes & orphanos tueri, jus suum unicuique custodire, neminem in Curia sua capere si non perpetualiter... ibidem delinquens se sibi obligat. Ubi etiam aurum & argentum & vasa concupiscibilia, & pallia, & palliatas culcitas, & omne mobile quod possidebat, & quo ei serviebatur, ecclesiis & pauperibus & egenis pro amore Dei distribuens, nec clamydibus, nec regis indumentis usque ad causam pepercit. Capellam autem suam pretiosam, textum pretiosissimum auro & Y y z gem-

MCXXXVII. addiditque: Sequenti autem Dominico (die nempe VIII. mensis Augusti) Ludovicus puer (qui natus erat annos XVIII.) Parisiis coronatus est, & sic regnum Francorum & Aquitania ducatum, quem nullus patrum suorum habuit, nactus est. Ludovicus VI. novo exemplo in suis Diplomatis tam Regni sui, quam uxoris annos aliquando numeravit, ut in subscriptione anno MCXXX. num. XLX. recitata, aliique videre est; Ludovicus vero VII. ejus filius juvenis cognominatus novo alio exemplo annos nativitatis Philippi cognominati Augusti, qui ei successit, quandoque memoravit, ut patet ex Diplomate a Guichone in Bibliotheca Sebustiana cap. 36. recitato, in quo dicitur: Actum publice apud Fozembliandi anno Verbi incarnati MCLXIX. regni vero nostri XXXIII. Philippi filii nostri nativitate V.

Jam ante Ludovicum VI. Francorum Reges strumosos sanabant. Guibertus enim Abbas de Novingento anno MCXXIV. demortuus, in libris, de Pignoribus Sanctorum scribit: In promissu est in ortu præpotentium Principum, ut pueri Alexandri, Julii Cesaris, Octaviani, sed & aliorum signa præmissa: & in mortibus habuisse Karolum & Ludovicum filium ejus prognostica. Unde & nostro tempore & Lotharingorum seu Anglicorum Regum occasibus, & innovatione regnorum sæpius Cometes emerisse conspexitur. Quid quod dominum nostrum Ludovicum Regem consuetudinario uti videmus prodigio? Hos plane, qui scrophas circa jugulum aut uspiam in corpore patiuntur, ad tactum ejus superaddito Crucis signo vidi catervatim, me esse coherente, & etiam prohibente, concurre. Quos tamen ille ingenita liberalitate seava ad se manu obuncans, humillime consignabat. Cujus

* adfuerantibus

X. Reg. Francorum strumosos sanant.

gemmis ornatum, thuribulum aureum quadraginta unciarum, candelaabra centum sexaginta auri unciarum, calicem auro & pretiosissimis gemmis clarissimum, captes de pallio pretiosas decem, pretiosissimum hyacinthum Arbanæ Regis Rutenorum filia, quem de sua in manu nostra reddens, ut coronæ spinæ Domini infingeretur, præcepit, sanctis Martyribus per nos destinavit, & si quocumque modo subsequi possit, devotissime spon-

XXII.

His igitur exoneratus, & Dei misericordia perfusus humillime flexis genibus ante sacratissimum Corpus & Sanguinem Domini nostri JESU CHRISTI (qui enim mox Missam celebraverant, illuc & cum processione devote attulerant) in hunc oris & cordis veræ & Catholicæ confessionis vocem non tamquam illiteratus, sed tamquam Theologus litteratissimus erumpit:

Confessio Regis Ludovici.

Ego peccator Ludovicus confiteor unum & verum Deum, Patrem & Filium & Spiritum sanctum: anam ex hac sancta Trinitate personam, videlicet Unigenitum & consubstantialem & coeternam Dei Patris Filium, de sacratissima Maria Virgine incarnatum, passum, mortuum, & sepultum, tertia die resurrexisse, cælos ascendisse, ad dexteram Dei Patris confidere, vivos & mortuos extremo & magno judicio judicare. Hanc autem sacratissimi Corporis ejus Eucharistiam illud idem credimus corpus, quod assumptum est de Virgine, quod discipulis suis ad consecrandum & unctum & in se communiendum contradidit. Hunc sacratissimum sanguinem illum eundem, qui de latere ejus in Cruce pendente defluxit, & firmissime credimus, & ore & corde confirmemur: hocque securissimo viatico decessum nostrum muniri, & contra omnem acream potestatem certissima protectione defendi peroptamus. Cum autem cunctis admirantibus facta primum peccatorum confessione, devotissime Corpori & Sanguini JESU CHRISTI communicasset: tamquam ilico convalescere incipiens, ad

PAGIUS

gloriam miraculi cum Philippus pater ejus alacriter exercebat, nescio quibus incidentibus culpis amisit. Super aliis Regibus, qualiter se in hac re gerant, supersedeo. Regem tamen Anglicum nequaquam in talibus audere comperio; Non dubito, quin hæc gratia gratis data primitus a Deo collata fuerit Roberto piissimo Francorum Regi Ludovici VI. atavo; cum Helgaldus circa finem ejus Vitæ dicat: Tantam gratiam in medendis corporibus perfecto viro contulit divina virtus, ut sua piissima manu infirmis locum tangens vulneris & illis imprimens signum sanctæ Crucis, omnem auferret ab eis dolorem infirmitatis. Idem donum S. Eduardo Anglorum Regi collatum, sed ejus Successores homini post annum MCXXIV. strumosos sanarunt, ut ex laudato Guiberti loco intelligere est.

cameram rediit, omnique regalis superbia rejecta pompa, sola linea culcita decubuit. Cumque eum de tanto tantillum, & de tam alto, tam humilem, humano more deslere conspiceretur: Noli, inquit, charissime amice, super me flere, quin potius exultando gaudere, quod Dei misericordia præstitit me in ejus occursum, sicut vides præparasse. Subiicit his auditor de ejus adventu ad sanctos martyres Dionysium & socios, deque facta iterum ibi exomologesi:

Interea, inquit, subsecuti sunt eum Nuntii Vvillelmi Ducis Aquitanie, denuntiantes eundem Ducem ad sanctum Jacobum peregre profectum in via demigrasse, sed antequam iter aggrediretur, & etiam in itinere moriens filiam nobilissimam puellam nomine Eleonoram ejus filio desponsandam, totamque terram suam eidem retinendam, & deliberasse & dimisisse. Extat ejusdem Vvillelmi Aquitanie Ducis scriptum, ultimum suæ de his voluntatis elogium, quod hic describendum putavimus; sic enim se habet:

In nomine sanctæ & individue Trinitatis, quæ est una Deitas. Hoc est testamentum, quod ego Vvillelmi Dei gratia cum domino Vvillelmo Episcopo facio in honorem Salvatoris mundi, & beatorum Martyrum, & omnium Confessorum, & Virginum, & maxime Virginis Mariæ. Cogitans de meis innumerabilibus peccatis, quæ suadente diabolo, temerarie perpetravi, & timens tremendi Judicii diem, videns bona quæ videmus tenere, sicut fumum in aere inter manus nostras evanescere, nosmet etiam in hac peregrinatione sine peccato una hora non posse vivere, & satis parvo tempore manere, & omnia quæ putamus possidere, esse caduca & suis possessoribus gravamen: commendo me Deo, quem reliquis omnibus sequi volo. Filias meas Regis domini mei protectioni relinquo, Eleonoram collocandam cum domino Ludovico Regis filio, si Baronibus meis placuerit; cui Aquitaniam & Pictaviam relinquo. Petronilla vero filia mea possessiones meas & castella, quæ

XXXIII. De obitu Vvillelmi Ducis Aquit. Nuntium.

Testamentum Vvillelmi Ducis Aquitan.

XI. Moritur Vvillelmi Ducis.

PAGIUS

dovico juveni Francorum Regi in conjugem dari præcepit, ipsumque Regem totius juris sui heredem constituit. Quod ita postea factum est. Ita etiam habent varii hujus temporis Scriptores. Gaufridus Prior Vossensis pag. 304. de Vvillelmi IX. morte, & de conjugio filia ejus cum Ludovico Rege verba faciens ait, Ludovicum Lemovicæ adventasse die XXX. mensis Junii, sed nuptias cum Eleonora postea Burgalæ celebratis.

XII.

Sed quia hoc ipso tempore vivebat Sanctus Vvillelmi nobilissimis parentibus, qui post conversionem suam spreta nobili profapia, penitentia austeriorem se dedit, processu temporis va-

in Burgundia, ut proles Genardii Ducis Burgundia, possideo. Itaque ne videatur degenerare, sed imitari sancta vestigia parentum meorum in bono opere, & commendare me Deo & Sanctis ejus, & in bonis operibus societatem servorum Dei & benedictionem accipere: do omnibus monasteriis dominationis meæ mille libras terræ distribuendas, prout Baronibus meis placuerit. Et quicumque hoc nostrum testamentum distrumpere tentaverit; excommunicatus a Deo & hominibus existat. Qui vero in hoc adjutor fuerit, sit omnibus particeps.

Signum Vvillelmi. Signum Eleonoræ. Signum Comitis Arvernensis. Signum domini de Thoarcio. Signum Richeldi Baronis. Signum Brocardi Comitis. Signum Pontii. Sunt ista excepta ex commentariis historicis Gallica lingua scriptis a Joanne Hayano Pictaviensi, Lutetiæ editis anno M. D. LXXXI.

XXIV.

Sed illud mirum est, quod alii Scriptores recentiores asserant hunc ipsum Vvillelmi Ducem Aquitanie, de quo plura superius, post hæc diu multumque supervixisse, atque eremiticam vitam duxisse in Tusciam, illicque sancto sine quiete: cum idem qui supra Sugerius absque dubitatione aliqua asserat, eundem Vvillelmi in hac eadem peregrinatione in Hispaniam ad sanctum Jacobum, in via esse defunctum, ut nuper audisti. Quod ipsum & idem Sugerius etiam in vita Ludovici filii testatur istis disertis verbis: His diebus Vvillelmi Dux Aquitanie apud S. Jacobum iter arripuit, qui volente Deo, antequam ad terminum ad quem suæ peregrinationis accederet, peracta parte itineris expiravit, nullum virilis sexus in Ducatu Aquitanie relinquit heredem. Verumtamen duas filias habuit, &c. Quid etiam Robertus his temporibus proximus auditor dicat de his magis expresse, sub anni sequentis laterculo, audi: Comes Pictaviensis Vvillelmi ad S. Jacobum in Galicia orationis causa proficiscitur, & in sexta feria Parasceves in ecclesia B. Jacobi moritur, & ante altare sepelitur, &c. Subiicit de ejus filia Eleono-

ra ipsius iussu jungenda ejusdem Francorum Regis filio, deque patre ipsius, quem eodem anno defunctum tradit. Sunt ex recentioribus nonnulli qui affirmant, eundem Vvillelmi Ducem nequaquam revera esse defunctum, sed ita cum præcipuo suorum domesticorum rem esse transactam, ut per fictionem ea de causa Dux mortuus esse diceretur, quo liber ab hoc mundo, posset ubi locorum vellet peregrinari; huncque illum esse Vvillelmi, qui in Tusciam apud locum dictum, Stabulum Rodis, sancto sine quiete. Vulgata est historia ista: sed quæ nodos patitur insolubiles. Atque illum primum, quomodo id potuit ignorasse Theobaldus Episcopus, qui & primordia ejusdem conversionis se accepisse testatur ab ejus discipulo: & tamen verbum nullum habet de simulatione mortis. Alius est ille nodus ex Sugerii scriptis, & aliorum ejus temporis auditorum maxime strictus: quoniam modo, si post hæc tempora (ut habent ejus Acta) repertus & inventus est a suis vivere Vvillelmi Dux in Palæstina vitam eremiticam ducens, & revocatus in Occidentem, cum res tanta fuerit tamque insolita & forsitan inaudita, mundo adeo admirabilis in tanto viro, digna mille Scriptoribus: tamen nullus hujus sæculi reperiatur, qui istiusmodi catastrophem memoriæ perpetuæ scriptorum conservaverit monumentis. Cum præsertim Sugerius, qui de ejus morte scripserat, supervixerit diu post obitum ipsius Vvillelmi Ducis, perseverans scribere res Ludovici Francorum Regis, & tamen nulla amplius ab eo facta sit mentio de Willelmo, cui, ut sic se ipsum corrigeret de eo quod dixerat esse defunctum, necessario id faciendum fuisset. Rursum si vivebat, & reversus erat in Occidentem: quomodo prætermisisset ut mortuus a Scriptoribus ejus temporis? cum præsertim gravissima causa illa verteretur de ejusdem Ducis filia Eleonora nupta Ludovico Regi Francorum, dum repudiatur ab eodem Rege? Quæ tanta res exigebat ob sui magnitudinem ut revocaretur ad vitam, si li-

rii Auditores utrumque Vvillelmi in unum Gillelmi confundere, & non solum gesta ab uno alteri adscribere, sed etiam utriusque vitam variis S. Gillelmi fabulis deturparunt. Sanctus Gillelmi confusus est, & cælesti voce monitus venit in Tusciam, ubi sancte vixit, & mortuus est anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo, teste Alberto discipulo ejus, qui vitam Sancti Gillelmi Eremitæ cognomento Magni scripsit. Eius mentio in Martyrologio Romano ad diem X. mensis Februarii his verbis: In Stabulo Rodis (quod nomen ejus Monasterii fuit) in territorio Senensi Sancti Gillelmi Eremitæ Henrichenus ad diem X. Februarii in Com-

si licuisset, idem pater ejus Dux Aquitaniae, qui eam ipsi nuptui dedisset, quo filiae subveniret oppressae. Sed nulla usquam de his vel levis mentio penes saeculi ejus historicos haud ignobiles qui omnes istiusmodi rem adeo mirandam, nec scivisse noscantur. Haec & alia sunt, quibus reddor vehementer suspectus de ejusmodi historiae veritate dubitans, ne plures Willemi per errorem in unum conflati sint a recentioribus ejus auctoribus. Sed prosequamur reliqua. Pergit Sugerius de obitu Francorum Regis caetera recensere:

XXV.

Rex Ludovicus Parisiis recidiva profluvi dysenteria cum gravissime fatigaretur, omnino desiciebat. Qui nunquam super his improvidus, accito venerabili Parisiensis Episcopo Stephano (cui primum antea fuerat adversatus, ut ex S. Bernardi litteris apparet) & religioso S. Victoris Abbate Hilduno, cui familiariter confitebatur, eo quod monasterium ejus a fundamine construxerat: & confessionem repetit, & exitum suum viatico Dominici Corporis muniri devotissime satagit. Cumque se deferri ad Ecclesiam sanctorum Martyrum faceret, ut quod votum saepius sponderat, humilissime persolveret: agritudinis anticipatus angustiis, quod opere non potuit, corde & animo & voluntate complevit. Praecipiens ergo tapetum terrae, & cineres tapeto in modum crucis deponi: ibidem manibus suorum depositus, signo S. Crucis, praesentiam suam muneris trigesimo regni administrationis, aetatis vero fere sexagesimo anno, Kal. Augusti spiritum emisit, &c. Agit de sepultura ex opposito Caroli Imp. collocata. Sed de his fati ad institutum.

Obitus Ludovici Crassi Regis Franc.

XXVI.

Obitus Bernardi Patriarch. Antioch. (a) Voil. Tyr. l. 14. c. 10.

Quod autem ad res pertinet Orientis hoc anno moritur Bernardus Patriarcha Antiochenus, primus Latinorum Patriarcharum, cum sedisset (ut Wilhelmus Tyrius (a) tradit quo fidelioem invenimus neminem) annis triginta sex: qui & ipsum creatum tradit an. Redempt. M. C. Cum absque consensu suffraganeorum Episc. vel Cleri ejus ecclesiae intruditur in eam sedem homo militaris, praedives quidam Rudolphus cognomento Mamistanus Francus dioeceseos, Cenomanensis, favore populi, quem largitionibus demeruerat, cujus favore (inquit

PAGIUS

mentario praevio ad Vitam Sancti Guillelmi Magni Eremitae S. VI. ait, nullum Auctorem, de cujus aetate aliquid certo constat, reperiri, excepto forsitan Theobaldo, cui hujus Sancti Vita adscribitur, qui intra trecentos circiter ab obitu illius annos, aliquid in medium adduxerit, ex quo colligi possit, unum eundemque virum esse & Guillelmum IX. ultimum Aquitaniae Ducem a Sancto Bernardo conversum, & Sanctum Guillelmum Ordinis Guillelmitarum

(b) Tyrius) ecclesiam & palatium occupans statim sine mora pallium de altari B. Petri, nulla ad Ecclesiam Romanam habita reverentia, sibi assumpsit. Qui igitur ita cum schismate coepit exordium, in schismate pariter perseveravit, detrectans omnino subitici Ecclesiae Romanae Pontifici, quem diceret, non sibi superiorum, sed parem, quod diceret (inquit (c) Tyrius) utramque Petri esse Cathedralium Antiochenam & Romanam, eamque quasi primogenitum insignem prerogativa. Ne autem ita temere praesumpta infania invalesceret, Innocentius Papa simulac ista cognovit, ad curandum istiusmodi hominem tanta phrenesi laborantem decernit Legatum a latere in Orientem Albericum Episcopum Ostiensem; de cujus legatione, quae idem auctor Tyrius Archiepiscopus narrat, in medium afferemus.

(b) Id. l. 15. c. 13.

(c) Id. l. 15. c. 13. Novus intrusus Patriarch. Antioch. Schismaticus.

Sed quae ista praecesserunt, ab eodem auctore primum audiamus, quomodo videlicet coactus est venire Romam, simplexque gratiam implorare, qui factu arrogans se sibi sufficere, nec ullius egero iactabat. Ad humiliandum ergo superbum hunc Deus Cor Principis Antiocheni paulo ante erga ipsum propensioris, in eum convertit, qui ex amico in inimicum conversus, nullam praetermississe voluit ei nocendi occasionem. Habentes igitur (inquit (d) Tyrius) ejus amici tantum studiorum suorum cooperatores, animosus ejus impugnationibus insistentes, Romam proficiscuntur. Erant autem adversarii ejus Lambertus vir quidem litteratus, ejusdem Ecclesiae Archidiaconus, & honesta conversationis, sed saecularium modicam aut nullam habens experientiam, & Arnulphus quidam Calaber natione, nobilis genere, litteratus & in saecularibus, plurimum circumspectus. Hi interpositis appellationis vocibus consentiente & favente Principe, Romam profecti, eum etiam invitum, sed per Principem compulsum, eandem viam arripere coegerunt. Factum est itaque quod Arnulphus praecesserat, & in Siciliam compendio itinere profectus, conjunctis sibi de amicis & consanguineis, quia de Calabria erat oriundus, ubi postmodum fuit Consentinus Episcopus (erat enim valde nobilis ut diximus) dominum Rogerium Apuliae Ducem, cui notus erat con-

XXVII. Cogitur Patriarch. venire Romam.

(d) Id. l. 15. c. 13.

parentem, qui post Eremiticam vitam in Stabulo-Rodis in Etruria sancte actam, sacro in Ecclesia cultu honoratur.

XIII. Idque a recentioribus circiter annis.

His non obstantibus opposita opinio, qua illi duo unus idemque censentur, adeo vulgo invaluit, ut visi sint nuper aliter sentientes, temere atque injuriose de Sanctis loqui. Quare non mirum Baronium in eam sententiam abiisse; quia ejus tempore ea communissima erat; sed Joannes Bessius in Historia Comitum Pi-

convenerat dicens; Ecce Princeps egregio, in manus tibi optato, sed & gratis datur hostium tuorum immanissimus, Antiochenorum Patriarcha, qui tibi & haeredibus tuis in perpetuum Antiochiam abstulit, sublimato in ea viro ignoto, contra juris ordinem. Ecce eum attulit tibi Dominus; & consummata ejus peccata dederunt praesentem. Eja, exergiscere, tracta quomodo eum habeas, certus quia per eum ad haereditatem juris tibi legitimo successione debitam, iterum tibi patere poteris introitus, qui tibi per eundem negatus est indebit. His verbis motus Apulia Dux, sicut vir erat solertissimus, in singulis maritimis urbibus locari praecipit insidias, ut adveniens, statim captus, & vinculis mancipatus in Siciliam protinus dirigatur. Ille vero prospera usus navigatione, nihil tale veritus, Brundisium applicans, juxta Ducis mandatum, sublatis omnibus, quae secum, tanquam Princeps potentissimus, detulerat, sed & dispersa familia, vinculis traditur eidem Arnulpho in Siciliam ante Ducem pertrahendus. Hic primum Arnulpho juxta desideria datum est in hostem & impium persecutorem suum pro libero deservire arbitrio, & vices aequa lance reddere pro his quae de manu ejus acceperat duplicia. Tandem in praesentia Ducis constitutus, habitisque cum eo familiaribus colloquiis, & conventio-nibus interpositis, sicut vir erat prudens & facundissimus, & honestissimam habens personam, receptis universis cum omni integritate quae amiserat, sed & familia restituta, spondens quod in reditu per eundem Ducem sit habiturus regressum, cum omni honestate Romam pergens, dimittitur.

XXVIII. Quid auctum Romae cum Patriarch.

(a) Voil. Tyr. l. 15. c. 13.

Romam vero perveniens, prima facie difficiles habuit ad dominum Papam introitus, tanquam Romanae persecutor Ecclesiae, & qui singularem Sedis Apostolicae primatum comminere, & infringere voluerit, sedem aemulam contra Romanam erigens & parificans ecclesiam, tanquam laese majestatis reus ab ingressu sacri arcendens palatii, & a domini Papae colloquio suspenditur. Porro (a) tam dominus Papa, quam universa Ecclesia procliviores erant ad hoc, ut dominum Patriarcham sumpta qualibet honesta occasione, gravarent; ejusque adversariis plurimum exhibebant favorem. Suspectus enim eis habebatur, eo quod vir dives esset, & magnificus, & sedem cui praerat, Antio-

chenam videlicet, Romanae subicere dedignabatur, sed ei eandem in omnibus parificare contendebat, dicens: Utramque Petri esse Cathedraliam, eamque quasi primogenitam, insignem prerogativa. Unde multipliciter ad ejus gravamen nitentur. Tandem quorundam amicorum usus officio, interventibus tam domini Papae, quam suis familiaribus semitas dirigentibus, admissus est ad domini Papae & Curiae solemniter congregatae praesentiam, & cum multa susceptus est magnificentia. Porro semel & secundo eo in Consistorium ingresso, sumpta opportunitate, ejus adversarii prodeunt in publicum, & oblati libellis accusatoriis, parati erant cum omni juris solemnitate ad accusandum procedere.

XXIX.

Verum cognoscens tota Curia, quod qui ad accusandum prodierant, non erant ea rebus instructi, ut domino Papae & ejus assessoribus plenam de objectis possent ibi fidem facere: significatur ambobus, quod interim quiescant, quousque dominus Papa aliquem de latere suo ad partes dirigit Antiochenas, qui ibi habita testium & instrumentorum copia, de causa plenius possit cognoscere.

Interea resignato pallio, quod idem Patriarcha de altari Antiochena Ecclesiae sua sibi sumpserat auctoritate in insuriam (ut dicebatur) Sedis Apostolicae, & Cardinalibus tradito, aliud ei pallium sumptum de corpore B. Petri, more solenni per priorem diaconorum traditur. Sic itaque mora; quantum negotium ejus exigere videbatur, Roma habita, cum plenitudine gratiae, salva tamen quaestione, sumpta licentia, ad Ducem Rogerium in Siciliam reversus est. Qui reduntem honorifice suscipiens, postquam mutuis colloquiis saepe & multum ad invicem plura, & quae sufficere videbantur, familiariter contulerunt, datis eidem a domino Duce galeis quotquot ad iter remeandum habuit necessarias, secundis usus flatibus, in Syriam devectus, fauces Orontis attigit, qui fluvius Antiochiam praeterfuit, qui locus vulgari appellatione, Portus S. Symeonis dicitur, ab Antiochia decem plus minusve modicum distans milliariis. Postquam ergo, sicut dictum est, dominus Patriarcha Coelefyriam advenit, & suae ita vicinus factus est civitati, scribit Ecclesiae suae, ut die statuta ei extra civitatem in loco praenominato cum processione solemniter occurrant. Qui Principis favore freti, qui cum (ut praediximus)

od 10

PAGIUS

Pictavensium & Ducum Aquitaniae parte 2. integrum tractatum habet de mendaciis, falsitatibus, & anachronismis Operi Joannis Haii inscriptis; qui saeculo praeterito Commentarium Historicum edidit, hanc fabulam plurimum exhibebant favorem. Suspectus enim eis habebatur, eo quod vir dives esset, & magnificus, & sedem cui praerat, Antio-

Ducis Aquitaniae quod & a Baronio integrum recitatur, in eisdem Haii Commentariis editum, esse falsum & confictum, uti reliqua ejusdem libri. Baronius tamen quamvis illud fuisse confictum nesciret, motus auctoritate Sugerii & Pseudo-Roberti de Monte ac reliquorum Scriptorum judicavit, Ducem Willelmum

18

Patriar.
non reci-
pitur a
suis An-
tioch.

odio inexorabili contra fidelitatis debi-
tum, quo eidem tenebantur ascribi, per-
sequerentur, omnino facere, vel ei obe-
dire negant. Sed & introitum civita-
tis per Principis violentiam penitus in-
terdicunt &c. Pergit namque auctor nar-
rare, quomodo idem Patriarcha civita-
te exclusus Antiochena, compulsus sit
extra in monasteriis vitam ducere, quo-
usque Edeffa Comes recepit eum in sua;
quodque tandem amicorum interventu
Princeps Antiochiæ placatus eundem
Patriarcham Antiochiam revocavit. Ita
plane iusto Dei iudicio, qui sedem
ipsam arripuit, ab ea repellitur; & qui
in ipso ingressu superbiæ cornua erigens
primam despexit Sedem, ejus supplex
petere auxilium coactus fuit, ut postea
iusto consistere. At quoniam sic a Curia
dimissus est, ut sequeretur eum Legatus
ab Ecclesia Romana mittendus, qui accu-
sationes adversariorum disquireret: a-
gendum modo de duabus legationibus,
ab Apostolic. Sede ea de causa in Orientem
adornatis. Quod enim ratione personæ,
nempe tanti Patriarchæ, causa pertra-
ctanda esset, æque magni ponderis & di-
gnitatis viro decerneretur istiusmodi lega-
tionis munus. Deligitur ad tantum opus
Archiepisc. Lugdunensis, de quo ista Ty-
rius: (a) Interea Legatus Ecclesia Ro-
mana Petrus nomine, natione Burgundio,
Lugdunensis Archiepiscopus, missus a do-
mino Innocentio Papa, ut causam prædictam
debitum suam imponat, venit in Syriam,
apud Acon applicans. Erat autem vir
vita venerabilis, simplex ac timens De-
um, longævus & jam in senium vergens.
Qui statim ex quo Syriam intravit, Hie-
rosolytam devotionis gratia profectus est,
unde sub compendio digressus, urgenti-
bus eum prædictis Lamberto Archidiacono
Antiocheno, & Arnulpho Calabro ejus-

(a) Psil.
Tyr. l. 15.
c. 15.
Legatio
Lugdun-
ensis
Archiep.

PAGIUS

in sua ad Sanctum Jacobum peregrinatione de-
fundum esse, ac plures Guillelmos a recen-
tioribus per errorem in unum conflatos. Sed
post ea quæ Henschenius laudatus in medium
affert, nulli dubium esse debet, quin Theobal-
dus vitam Sancti Guillelmi ab Alberto ejus
discipulo scriptam interpolavit, corruperitque,
multaque falso Sancto Guillelmo affixerit. Pro-
lixam illam vitam a Theobaldo editam re-
citat ibidem Henschenius, & vera a falsis di-
scernere conatur, & de Ordine Eremitarum a
Sancto Guillelmo instituto pluribus differit,
quæ apud eum legenda.

XIV.
David
Scotia Rex
Mathildis
Impera-
trixis de-
fensionem
suscepit.

Anno superiori Mathildes Imperatrix, filia
Henrici Angliæ Regis, quæ secundis nuptiis
duxerat Godofridum Andegavensem Comitem ex
Anglia aberat, quando Henricus pater naturæ
debitum solvit, & de jure suo secura coro-
nam sibi melius cessuram putabat, si ad il-
lam Procerum votis & suffragiis vocaretur.
Stephanus vero Bononiæ Comes post suam ad
Regiam dignitatem evectio nem duo imprimis for-
midabat, Davidem nempe Scotiæ Regem, qui
Mathildis fidem dederat, se illam, non alium pro

dem Ecclesiæ Decano, ut Antiochiam,
uti finem imposturus, acceleraret, ac-
con iterum pervenit. Ubi gravi corre-
ptus agritudine, antequam procederet,
veneno (ut dicitur) in potu ministrato,
subito deficiens, in fata concessit. Præno-
minati autem Patriarchæ adversarii An-
tiochiam properantes omnimodo destitutæ
auxilio spe quam de adventu Legati con-
ceperant, frustrati, via, & laborum, quæ
per tot pertulerant tempora, radio fa-
tigati: per interventores, quos ad hoc
reputabant idoneos, pacem supplices postu-
lant, accusationi renuntiare, & parati
fidelitatem exhibere. Lambertus in Archi-
diaconatum restituitur; Arnulphus vero
nihil humanitatis inveniens, Principis
iterum fretus auxilio, solita longanimitate
rursus ad labores & iter accingitur.
Romamque proficiscens, iterum op-
portune & importune pulsat. Tandemque
precibus proterve insistens, obtinet, ut
prædictus Legatus, de quo nobis in præ-
senti sermo est, in Syriam dirigatur;
nempe Card. Ostiensis, de quo Tyrius (b):
Dum hæc in expeditione geruntur, Le-
gatus quidam Romana Ecclesiæ, Albericus
nomine, Episcopus Ostiensis, natione
Francus, de Episcopatu Belluacensi
apud Sydonem applicuit. Quoto anno
Redemptoris non dicit. Sic igitur, quod
duas istas legationes auctor nullo certo
distinguat tempore, tantamque ejusdem
intrusi Patriarchæ causam, atque per Le-
gatum res gestas nulla consignet tempo-
ris nota: nec nos id facere præsumemus,
sed sub hoc anno cuncta, quæ plurium
annorum curriculo esse consummata oportuit,
colligemus ex iis, quæ sparsim ab
eodem auctore reperuntur conscripta esse.
Legatus igitur Apostolicæ Sedis Sy-
donem appulit eo tempore, quo Panca-
dis civitas obsidebatur a nostris, quo &
Le.

(b) Idem l.
15. 211.
XXX.
Legatio
Alberici
Episc. Os-
tensis.

Principe agniturum. Secundo, Robertum Gloce-
striæ Comitem, Henrici Regis filium naturalem,
virum prudentiæ singularis, qui in Normannia
cum Mathilde sorore præsumptam tyrannidem
non æquo animo laturus credebatur. Audien-
dus Auctor Anonymus cœvus, qui gesta Ste-
phani Regis literis mandavit: Erat Rex in Sco-
tia, inquit, quæ confinis est Anglia, fluvio qua-
dam certis limitibus duo regna determinante (le-
gendum, determinante), Rex pectoris mansue-
ti, progenitoribusque religiosis exortus, & ipse
iusto vivendi tramite illos coaquans. Ille cum in
presentia Regis Henrici, cum ceteris regni Sum-
matibus, imo omnium primis iurejurando se con-
strinxisset, nullam illo expirante, nisi aut filiam
Regis, aut ejus heredem in regno suscepturum, ve-
hementer indoluit Stephanum ad Regni Anglorum
gubernaculum successisse. Sed quia illud sine suo con-
sultu ab ipsis Baronibus provisum fuit & actum
extrema verum sapienter metiens, ad quem finem
cepta devenirent, tempore aliquanto tacitus ex-
pectabat. Tandem cum Regis Henrici filia li-
teris ad eum missis intimaret, se patrio te-
lamente alienatam, regno sibi sponso & jura-

Legatus perrexit, nec inde discessit,
quousque a civibus facta deditione, ea
potiti sunt nostri. Inde (inquit (a) Ty-
rius) Deo gratias & hostias solennes
exhibuit, Hierosolytam dominus Rex
cum domino Principe Antiocheno, cum
domino Patriarcha Hierosolymitano (ci-
licet, & domino Legato contendunt. Com-
pletis autem ibi de more orationibus, &
mora per dies aliquot Hierosolyms habi-
ta, dominus Princeps, Antiochenus vi-
delicet, pertentata domini Legati mente,
quid propositi adversus Patriarcham su-
am Antiochenum haberet, & invitans
eum, ut non tardaret venire, sed for-
tis & de ejus auxilio certus veniret,
(b) Id. ib. Antiochiam reversus est. Et inferius: (b)
c. 15. 16. Legatus completis orationibus, dominum
Patriarcham Hierosolymitanum, & uni-
versos regni pontifices ad Synodum con-
vocans apud Antiochiam, pridie Kalend.
Decembris, illuc cum omni celeritate con-
tendit.

XXXI.
Conc. An-
tiochen.

Die igitur statuta affuerunt de diecesi
Hierosolymitana dominus Vvillhelmus Pa-
triarcha, Gaudentius Casariensis Archi-
episcopus, Anselmus Beilbehemita Epi-
scopus: affuit & dominus Fulcherus Ty-
rensis Archiepiscopus, S. R. E. multum
devotus & fidelis, in quo tota spes Le-
gato erat consummationis negotii: erat
autem vir magnanimus & discretus plu-
rimum. Affuit quoque cum duobus sus-
fraganeis suis, Bernardo videlicet Si-
doniense & Balduino Berythense. De
provincia autem Antiochena, quoniam
viciniores erant, affuerunt universi, quo-
rum varia nimis & ab invicem dissona
erant desideria. Nam Stephanus Tarsen-
sis Archiepiscopus, Gerardus Laodicen-
sis, Hugo Gabulensis Archiepiscopus Ca-
nonicorum contra dominam Patriarcham
fovebant causam. Franco autem Hieropo-
litanus, & Gerardus Corithiensis, Serlo
que Apameensis, licet ei ab initio ad-
versarius fuisset, conversus ad eum, do-
mino Patriarchæ suam manifeste præsta-
bat patrocinium. Alii in neutram par-
tem manifeste videbantur declinare. Die
ergo præfixa, residentibus Archiepiscopis,
Episcopis, Abbatibus, ex more in Ec-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

to privatam leges solutas, justitiam calcantem,
fidem Baronum Anglia fœdusque juratum raptum
ex toto; & nibili persum, ideoque suppliciter
illum & lacrymose deprecari, quatenus,
ut cognatus destituta subveniret, ut sibi adju-
ratur miseranda subsidium impenderet: Rex
alte ingemuit, zeloque justitia successus, tum
pro communis sanguinis cognatione; tum pro
sine mulieri repromissa & debita, regnum An-
glie turbare disposuit: ut undique in Regem
dissensione commota, quod iniuste, ut sibi vide-
batur, occupaverat; justiori se cooperante Deo,
linguere cogetur.

XV.

Habebat Rex secum, qui cum admonitionis cal-
care ad turbationem concitandam simulabant,

clesia Principis Apostolorum, & Pontifi-
calibus induti, præfidente domino Lega-
to, & vices domini Papa obtinente, le-
ctus in publico mandatorum domini Pa-
pa tenor. Quo perlecto diligentius, &
plenius cognito, prodierunt in publicum
accusatores Arnulphus sæpe dictus, &
Lambertus Archidiaconus: qui licet præ-
us cum domino Patriarcha convenisset in
dolo, & beneficii sui obtinisset restitu-
tionem; tamen conversus in arcum pra-
vum, denuo se constituit accusatorem.
Adjunctique sunt eis alii etiam complu-
res, videntes non satis prospere tempora
domino Patriarchæ respondere. Hinc eti-
am erat illud manifeste verum depren-
dere, quod Naso proverbialiter dicendum
tradidit:

Cum fueris felix, multos numerabis
amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus
eris.

Procedentes igitur in publicum Audito-
rium accusatores, paratos se dicunt se-
cundum juris regulas porrectis libellis
accusatoriis, ad accusandum procedere,
& subicere, si deficiant, rationem. E-
rant autem capitula, super quibus pro-
posuerant eum impetere, schedulis in-
scripta. Quædam de enormi & indis-
ciplinato, & contra regulas sanctorum Pa-
trum ejus in Patriarchatum introitu.
Quædam de ejus incontinentia, & ope-
ribus simoniacis. His instantur postulan-
tibus, ut se præsentem exhiberet, mit-
tuntur qui eum ad Synodum solemniter
invitent; & ut ad objecta veniat respon-
surus, moneant; qui omnino venire re-
futavit. Ex itaque die nihil amplius
processum est in verbo illo, nisi quod ex-
hortatorios habuerunt sermones ad indi-
cem, sicut moris est in talibus.

Secunda iterum die convenientes de-
nuo & ex ordine residentes, iterum ci-
tatorio edicto dominum Patriarcham so-
lemniter vocant. Qui sicut & pridie, o-
mnino venire noluit. Interim Serlo Apa-
meensis Archiepiscopus in choro Pontifi-
cum sine veste residens nuptiali (non enim
Z. z. z. mo-

XXXII.
Secunda
Sessio.

hinc filium Roberti de Bathentona, ejusque
collaterales, qui ex Anglia, ut dictum est, e-
xulati sub specie recuperanda patria ad illum
confugerant, inde filium Joannis Eustachium
Regis Henrici summum vel popularem amicum,
aliosque quamplures, qui vel quæstus gratia,
vel justitia, ut sibi videbatur, defendenda occa-
sione discordiam ambiebant. Rex igitur David
sic enim vocabatur, perperse per Scotiam Ed-
icto, omnes in arma commovit, laxatque per-
missionis sue franis, quidquid in Anglos tru-
culentius, quidquid excogitare possent inhum-
anius, remota pietate peragere præcepit. Est
autem Scotia, qua & Albania dicitur, regio
locis palustribus circumseptâ, sylvarum fereli-
um

Bellum
infert
Stephanus
Anglia
Regi.

more aliorum indutus erat Pontificali-
bus) a domino Legato convenitur, qua-
re reliquis fratribus non consonaret; &
quare ad accusandum, sicut aliquando
fecerat, non procederet? Respondit:
quod aliquando feci, inconsulto calore
& contra salutem animæ meæ, detrabens
patri meo, & more maledicti Chæm, ve-
renda patris discooperiens, operatus sum:
& nunc ab errore devio me, auctore Do-
mino revocans, nec eum accusare, nec
judicare præsumptuose tentabo, sed pro
ejus statu & incolamitate paratus sum
usque ad mortem decertare. Præcipitur
ergo exire, & data in eum sententia
excommunicationis simul & degradatio-
nis, sive iuste, sive aliter, ab omni of-
ficio sacerdotali & Pontificali depositus
est. Tantis enim timor domini Princi-
pis, in partem Legati nimium proclivis
omnes invaserat, ut jam nulla contradi-
cendi libertas alicui præstaretur. Incen-
debat eum Principem minus providum
& indiscretum quidam Petrus Armenius
præfidi civitatis custos, vir malitiosus
supra modum, sperans quod si Patriarcham
deponi contingeret, quemdam nepotem
suum Haimericum nomine, quem domi-
nus Patriarcha in suam perniciem ejusdem
Ecclesiæ Decanum fecerat, posset per se-
ductum Principem in sedem illam prove-
here; quod & factum est. Serlo igitur sive
de facto, sive de jure depositus, Antiochia
egrediens, in suam diocesim se contulit,
perveniensque ad castrum Harenc, agritu-
dine præventus, & curarum anxius ponde-
re lecto decubuit, & conversus ad parie-
tem, & injuriæ enormitatem non ferens
expiravit. Tertia demum die iterum con-
venientes, & residentes ex ordine, tertio
dirigunt qui dominum Patriarcham perem-
ptorio citent edicto, & ut veniat obje-
ctis responsurus moneant. Qui utrum
conscientiam veritus, an contra se Syno-
dum invidiose collectam sciens, & Princi-
pis violentiam timens, pro certo comper-
tum non habemus; venire sicut & prius,
omnino negavit. Erat autem in palatio suo
cum suis familiaribus, multo stipatus equi-
tum & popularium comitatu. Convenerant
enim ad ejus subsidium universi de civi-

Tertia
Sessio.

PAGIUS

um, lactis & armentorum copiosa, portibus
salubribus, insulis opulenti circumcincta; sed
incolas barbaros habens & impuros, nec ni-
mio frigore fractos, nec aspera fame detritos,
citius pedibus, levique armatura confidentes:
anxium amara mortis exitum pro nihilo du-
centes inter suos domesticos, sed inter sibi ex-
traneos omnes crudelitate excedentes. Hujus i-
gitur gentis rebellem multitudinem a citeriori-
bus Scotiæ partibus in exercitum inopinabilem
adunans, penes Angliam direxit, regni que
utriusque transitus interfecit, in provinciam
Nordhumbria, qua lata erat & populosa, omni-
umque necessariorum copiis referta, fuit castra
erectus. Porro gesta hoc anno in hoc bello

tate, qui nisi Principis tenuissent po-
tentiam, Legatum cum universis, qui in
ejus depositione convenerant, urbe cum
ignominia parati erant depellere. Videns
ergo Legatus, quod ad se venire volebat
Patriarcha, de domini Principis confusus
patrocínio & viribus, in palatium ascen-
dit, ibique data in eum depositionis sen-
tentia, anulum & crucem compulsi vio-
lenter resignare. Inde jubente Legato,
Principi traditus, & vinculis miserabi-
liter alligatus, tamquam vir sanguinum
ignominiose tractatus, apud monasterium
S. Simeonis juxta mare in monte eminenti-
ssimo suum carceri mancipatus est. Et
infra: Catenatus in monasterio diu de-
tentus tandem elapsus, Romam profectus
est. Ibi aliquatenus gratiam Sedis Apo-
stolicæ assecutus, dum redire maturaret,
veneno hausto, sceleris ministro porri-
gente, nescimus, quo miserabiliter inte-
riit. Hic tandem finis hominis infeli-
cissimi, qui sibi ipsi auctor tot ærumna-
rum fuit. Sed prosequamur ejusdem Le-
gati reliquas res gestas in Oriente. Per-
git Tyrius (a):

Legatus igitur deposito Patriarcha, &
consummatis apud Antiochiam pro quibus
venerat negotiis, Hierosolymam reversus
est, ubi usque ad solemnitatem Paschalem
moram faciens, habito prius consilio cum
Prelatis Ecclesiarum, tertia post san-
ctum Pascha die, una cum domino Pa-
triarcha & Episcoporum nonnullis tem-
plum Domini solemniter dedicavit. Af-
fuerunt ibi dedicationis die multi tam
de partibus Ultramontanis, quam de Cis-
marinis regionibus magni & nobiles vi-
ri, inter quos affuit & dominus Josce-
linus junior Comes Edessanus, qui tunc
in solemnibus S. Paschæ diebus magnifice
nimis in civitate moram faciebat. Qua
celebritate completa, convocatis Archiepi-
scopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum
Prelatis una cum domino Patriarcha,
Concilium celebravit in primitiva &
Ecclesiarum matre sancta Sion, tra-
ctans ibi cum eis de iis quæ instanti
tempori videbantur convenire. Cui Syno-
dus interfuit Maximus Armeniorum
Pontifex, immo omnium Episcoporum Cap-
pa-

legenda apud Joannem Priorem Hagustalden-
sem in Hist. sua.

Hoc anno mense Octobri Guido Cardinalis
Legatus Apostolicus Burgis Concilium cele-
bravit, ut refert Sandovalius in Alphonso
VII. fol. 161. qui ait hujus Legati in Hi-
spaniam adventus causam notatam non fuisse
a Scriptoribus Hispanicis, sed ipse recte con-
iicit, præter cultum divinum seu ritum Ro-
manum in Hispaniarum Ecclesias introdu-
cendum eum venisse ad Reges Navarra, Ara-
goniæ & Alphonsum Castellæ Regem invicem
proeliantes conciliandos. Hujus Concilii men-
tionem facit idem Alphonfus in Privilegio
Ecclesiæ Asturgiæ concessio & tam a se, quam
a Be-

(a) Voill.
Tyr. l.
15. c. 18.
XXXIII.
Dedica-
tur tem-
plum
Hierosol.

Concil.
Hieroso-
lymit.

XVI.
Concil.
Burgense.

padocia, Mediæ, & Persidis, & utri-
usque Armenia Princeps & doctor exi-
mus, qui Catholicus dicitur. Cum hoc
etiam de Fidei articulis, in quibus a no-
bis dissentire videtur populus ejus, ha-
bitus est tractatus, & ex parte ejus pro-
missa est in multis correctio. Quibus ri-
te peractis, prædictus Legatus ad Acco-
neusem rediens civitatem, inde parato
navigio Romam reversus est. Hactenus
Alberici Ostiensis Episcopi totius lega-
tionis periodus. Porro ista omnia hoc
anno cœpta, quo Bernardus Patriarcha
obiit, propagata esse usque ad annum
falterm millesimum centesimum trigesi-
mum nonum oportuit. Nam primum ad-
Ann. Eccl. Tom. XVII.

PAGIUS

a Berenguela uxore subscripto die secunda-
menis Octobris era MCLXXII. anno II. quo
coronam imperii primitus in Legionem suscepit.
Subscribit & Sancia soror ejusdem Impera-
toris, quinque Præfules, & multi ex proce-
ribus. Cum vero eodem tempore Cardinales
duo Guidonis nomine appellati vixerint, exi-

ventum Patriarchæ Antiocheni Romam
contigisse vidimus eo tempore, quo In-
nocentius Papa pacifice Romæ federet,
quod non ante annum trigessimoocta-
vum factum esse, ex iis quæ dicuntur in-
ferius, apparebit. Sed quoniam haud
quæque res gestæ certis annorum limi-
tibus definitæ ab auctore reperiuntur,
ut iisdem nos annis reddidisse potuisse-
mus; continuata eadem omnia una nar-
ratione oportuit absoluisse. Porro (quod
non prætermittendum) ad eundem Al-
bericum Card. Episcopum Ostiensem Le-
gatum in Syria, extat tum data epistola
(a) Petri Cluniacensis.

(a) Pet.
Clu. l. 4.
p. 48.

Z z z z

Re-

rimo hunc Guidonem esse Guidonem de Via,
postea Cancellarium Eugenio III. sedente;
ex variis enim Innocentii II. Rescriptis, qui-
bus alter Guido subscripsit, apparet hunc
sub eodem Pontificatu a Curia nunquam ab-
fuisse.

JESU CHRISTI ANNUS 1137.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 8.

LOTHARII II. IMP. 5. JOANNIS COMN. IMP. 19.

I. Adventus Lotharii Imp. ad Innoc. Pap.

Redemptoris annus agitur trigessimus...

dens ut Romanos fines teneat, & Principi Roberto...

Innocentius igitur, uti Vicarius Christi, Petrique successor...

II. Innoc. Papa accersit S. Bern.

(a) Vir. S. Bern. l. 2. c. 7. di.

sis Maii comprehendit. Tanta itaque timor totam...

Et his actis Apostolicus ipse ad civitatem Sancti Germani...

II. Innoc. II. Beneventum venit.

III.

Cumque taliter sacramenta illa persicerentur, vir quidam Jaquintus...

CHRISTE 1137.

INNOCENTII II. PAP. 8.

LOTHARII II. IMP. 5. JOANNIS COMN. IMP. 19.

(a) Bern. ep. 153.

III.

(b) Josue 6. (c) Exod. 17. (d) Josue 10.

dinales. Intermittuntur studia (super a) Cantica tunc Homilias elaborabat...

Videtur Fratres, in quantis tribulationibus laboret Ecclesia. Pars quidem Petri in Italia & in Aquitania...

tis vos justos: quia solus Deus quos justificat, judicat, & perfectissimus...

S. Bern. vocatus ab Innoc. Pap. recedit a suis. (e) Bern. ep. 154. (f) Id. ep. 155.

IV.

Recedens igitur a suis sanctus Bernardus Romam versus, cum pervenisset in Tusciam...

(g) Idem in Can. ser. 26. in super Cantica, quem in ejus obitu post...

PAGIUS SAC. XII. An. Era CLXXV. An. Hegire DXXXII. inchoato die 19. Septemb. fer. 1. A. C. 1137. I. Secunda profectio Romanæ Lotharii Imp. & Innocentii II.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6630. 26. C. D 17. P. II. April. Indict. 15. JESU CHRISTI 1137. INNOCENTII II. PAPÆ 8. LOTHARII REG. 13. IMP. 5. JOANNIS COMNENI IMP. 20. Num. I. ad XIII. In anno octavo Pontificatus Domini Innocentii...

PAGIUS Beneventani fidelitatem ei jurant. gradientes, quod possent capere, & bona eorum auferrent...

delitatem acciperet, quod & factum est. His omnibus ita evolutis Pontifex Innocentius...

IV.

Cardinalis igitur jussu pradii Apostolici in Beneventana civitate moratus est, &c. Prius vero quam Apostolicus de civitate discederet...

Progressus Innocentii II. & Octavianum Subdiaconum virum prudentem & sapientis animi Rectorem Beneventi ordinavit...

(a) Psal.
50.

Gerardi
fratris S.
Bern. ex-
grotatio.

(b) Vit. S.
Bern. l. 2.
c. 7.

V.
Qualis
status
Schisma-
ticorum
in Urbe.

PAGIUS

V.

reditum habuit: ubi hæc ejus verba: *Recordor Domine pacis mei, & misericordis tue, ut magis (a) justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Cum pro causa Ecclesie anno præterito Viterbii essemus, egrotavit ille, & inualecente languore, cum jam proxima videretur vocatio; ego agerrime ferens comitem peregrinationis, & illum comitem in terra relinquere aliena, nec resistere his, qui mihi eum commiserant, quoniam amabatur ab omnibus, sicut erat amabilis valde: conversus ad orationem cum fetu & gemitu, Exspecta, inquam, Domine usque ad reditum: restitutum amicis tolle jam cum si vis, & non causabor. Exaudisti me Deus, convalescit, &c. Sed & de commemoracione facta Viterbii, idem ipse S. Bernardus meminit in epistola centesima quinquagesima prima ad Philippum. Cum autem ad Innocentium pervenisset post dies aliquot, legavit eum Papa Romam, ad convertendum eos, qui adhuc in schismate permansissent. De quo ista auctor, qui supra, vita ipsius: (b) In cujus adventu tam dominus Papa, quam fratres lætati sunt, communicatis cum eo consiliis, secundum rerum proventus & statum causarum Abbas alia via opus aggreditur, nec in curribus, nec in equis spem ponens, sed colloquia quorundam suscipiens, sciscitatur, quæ sit eorum facultas, qui fautorum animi, utrum errore an malitia seducti tantum scelus protrahant, & protelest.*

Intelligit ex secretis, Clerum qui cum Petro erat, de statu suo sollicitam, scire quidem peccatum, sed non audere reverti, ne perpetua notatus infamia, vitis inter ceteros haberetur; & malle sub umbra honestatis interim sic esse, quam expelli a sedibus suis, & publica mendicitati exponi. Eorum qui de Petri profapia erant, hæc erat responsio: Quia, jam credi eis a nemine posset, si demerarent genus suum, & eum relinquerent, qui cognationis suæ caput esset & dominus. Ceteri juramento fidelitatis excusabant perfidiam, nec aliquis ex sana conscientia parti illi conferebat suffragia.

maritima omnis usque ad Tarentum & Calabriam ad Imperatoris fidelitatem alligari satagebat. Cumque Castellum illud Barense taliter comprehensum est, super civitatem Melfum Apostolicus & Imperator venerunt, & eam viriliter obsidentes, diebus non multis elapsi, comprehenderunt, & sua obtinuerunt fidelitati. Hac inter Pisanorum exercitus, sicut juraverat, centum navigiis armatis ad civitatem pervenit Neapolitanam. Nec mora, jussu prædicti Imperatoris super civitatem Amalphantinam festinat excogitans igne ferroque eam depopulari. Cives autem Amalphantini, consilio salutis invento, pecunia data, ad Imperatoris & Pisanorum manserunt fidelitatem, &c.

Interim præfatus Imperator, & Apostolicus

Denuntiabat itaque Abbas eis, colligationes impietatis esse sacrilegas, & profanas conspiraciones legibus & canonibus condemnatas, juramenti non posse muniti; nec posse nec debere veritatis sacramenta mendacio suffragari. Insanire autem eos, qui rem illicitam sacramenti patrociniò constare existimant, cum oporteat extraordinarias paciones quocumque religionis obtentu sancitas revocari in irritum, & auctoritate divina dissolvi. Auditis bis aliisque viri Dei sermonibus desuebant a Petro, & quotidie partis illius dissociatis agminibus, vincula rumpebantur, ipsius quoque Petri animus tabescebat, quia se quotidie minui, Innocentium vero crescere minime dubitabat. Defecerant pecunia, contabuerat Curie amplitudo, aruerant ministeria domus, rarus mensam ejus frequentabat conviva, delicia in plebeja cibaria commutata, cultus obsequentium vetustate obscurus, stipendiarii ære alieno oppressi, & tota domus effigies pallida dissolutionem proximam indicabat. Hæc de statu schismaticorum in Urbe, ubi diu moram magno proventu Catholicorum sanctus Bernardus protraxit. Quomodo autem post hæc, eodem tamen anno, inde sit vocatus ad castra, suo loco inferius dicturi sumus. Jam Innocentii Papæ & ejus qui cum eo erat, Henrici Ducis vestigia affectemur, de quibus hæc habet in primis Beneventanum Chronicon: Apostolicus autem continuo post congressum cum Imperatore habitum Viterbii, ad Romanorum fines advenit, & civitatem Albanum & provinciam totam Campaniæ suæ obtinuit fidelitati. Romam quidem ingredi noluit, ne Romanorum negotiis impediretur. Hæc ibi de Pontifice, de quo hæc amplius Petrus diaconus his præfens in Chronico (c) Cassinatibus:

Eodem tempore Henricus Dux, gener Imperatoris, intravit Campaniam undecum Papa Innocentio ab Imperatore transmissus. Igitur cum in planicie Cassini contigua castra posuissent: Richardum Pontificis memorati capellanum & Cassinensis canobii monachum ad monasterium mit-

civitatem dimisi Melfum & civitatis Potentia fines descendit, ibique juxta fluentia de lacu Pelese per dies fere triginta moratur. Inde universa Apulia oppida & civitates ad suum Imperium alligavit. Et his actis mandavit Imperator, ut Pisanorum exercitus Salernum obsideret; præcepit quoque Roberto Principi, & Magistro militum Neapolitanorum, ut viribus totis & armis simul cum Pisanis eandem Salernitanam obsiderent civitatem, quod & factum est XV. Kalendas Augusti. Quin etiam Rainulphum Comitem, quem affectione multa secum detinebat, nullo Teutonicorum viris datis super civitatem ipsam Salernum destinavit, quibus ita convenientibus prope muros obsederunt. Falco pag. 307. refert Salernitanos Rogerio Re-

(c) Pet.
diac. Chr.
Caf. l. 4.
c. 206.
VI.

Abbas
intrusus
restitit In-
noc. Pap.

Pacifici-
tur in-
trusus
cum Hen-
rico Du-
ce.

PAGIUS

VI.

Discordia
inter In-
noc. II. &
Lotbar.
II. cito
sepita.

runt; mandantque, si se suscipere velint, & Innocentio Papæ obedire; se illos ut filios, ut fratres, ut socios dilecturos, monasteriumque sub custodia & protectione Imperatoris habituros. Non consentiente Rainaldo, Abbate nuper creato videlicet, Fratribusque illum monasterio deturbare idcirco accipientibus: convocat ad Capitulum Fratres, hortatur ut in Rogerii fide permaneant, ac Petri Leonis filio pareant; auxilium illis non defuturum. Postremo fatetur Abbatiam se ab eis accepisse, eamque pro illorum arbitrio sive tenere, sive dimittere paratum. Hæc ille. Jam vero Gregorium Adenulphi filium cum exercitu clam advocat Papam, Ducem, atque monachos retinere posset. Ei advenienti fœderatus Abbas monasterii munitiones tradit, impetuque facto, Pontificis Nuntios fugat. Apocrisarii Pontificis dum ad civitatem, quæ monti adjacet, pervenissent: cives jurare Imperatori fidem suadent, sicque ad castra redeunt. Rainaldus autem Abbas intra monasterium cum Gregorio inclusus, sata monasterii vicina incidebat, vastabatque omnia, ne quid ad victum hominum vel jumentorum reliquum esset. Jam fere undecim transierant dies, cum Dux monasterium consumi bona perspicuens, simulque pugna præterire tempus, Rainaldum vocat, acceptoque aureo calice, & quadringentis libris obsidibus datis, Abbatiam illi, si in ejus fide permaneat, ex Imperatoris parte confirmat, & eum a se suisque securum reddens, Imperatoris vexillum intra beati Benedicti Ecclesiam induci, ac demum in arce, quæ Ecclesiam ingenti cum laude præcepit imponi. De altera movens castra, exercitum contra Capuam dirigit. Ibi Rabo Rabelis

gi fideles urbem fortiter propugnasse, & deinde ait: Audiens autem Imperator civitatis Salernitanam constantiam, & quia igne ferroque Pisani eam obsidebant, consilio invento, simul cum Domino Apostolico ad eandem civitatem celeriter festinavit. Sequenti igitur die Sapientem civitatis ad ipsum Imperatorem venire; & pactis intervenientibus civitatem ipsam suo Imperio submiserunt. Quidam vero militum illorum securitate accepta, licentiam exeundi impetraverunt; quidam vero & prædicti Rogerii Procere ad turrem Majorem, quæ super civitatem erat, confugerunt. Sique civitas ipsa in gaudium conversa sub tali, tantoque Imperio exultabat. Audiens autem populus Pisanorum civitatem Salerni sine eorum consilio & voluntate ab Imperatore captam fuisse, mirabiliter contristati sunt, & furore arrepto machinam lignorum factam combusserunt, & paratis navigiis Pisas regredi discesserunt; sed Apostolici Innocentii præcibus & promissionibus coacti ad Imperatoris voluntatem reversi sunt; sicque castrum illud turris Majoris præ eorum recordia dimissum est. (Hujus castri opera Rogerius postea Salernum & quæcumque hoc anno amiserat, recuperavit).

filius, & Goffridus Aquilanus venientes, se suosque Pontifici ac Roberti Princ. & Henrici Ducis imperio subdunt. Hoc factò, Capuanus omnis Principatus Rogerii iussa linquentes, Papæ vestigiis advoluntur omnia imperata facturos pollicentes, plerique ob antiquam Roberti Principis amicitiam, alii spe præmii illecti, alii ut officio suo satisfacerent, dominosque suos recognoscerent, ad eos confluebant.

Interea Henricus una cum Innocentio, restituto Roberto Principatu, ad pontem S. Valentini juxta Beneventum castra ponunt. At ista Beneventana ex Falcone, qui tunc ista scribebat, sunt accipienda, qui cuncta per singulos ferme dies gesta recenset, atque in primis de Imperatore, tentante Apuliam, & subiiciente eam sibi ista præmittit:

Præfatus autem Imperator ad flumen Piscaria adveniens, Pascha Domini ibi celebravit: inde flumen transiens, civitatem Thermulensem, & illius provincie Comites obtinuit; & inde moto exercitu Apuliam ingreditur, & civitatem Sipontum & montem sancti Angeli, octavo die intrantis mensis Maii comprehendit. Tantus itaque timor totam invast Apuliam, quod universus populus usque ad Barum ad ejus Imperium aggregatus est. Et his actis, post captam civitatem S. Germani, atque Capuam, & restitutam eam Roberto, prædictus Apostolicus decimo Kalendas Junii Beneventum venit, & retro montem sancti Felicis prope Beneventum cum Henrico Duce prædicti Imperatoris genero castrametatus est. Qui continuo dominum Gerardum Cardinalem virum prudentem & discretum prope civitatem misit Beneventanam, ut cum Beneventanis loqueretur, utrum cum

VII.

Imp. in-
vadit &
capit A-
puliam.

His ita peractis præfatus Imperator & Apostolicus castra inde (idest, Salerno) amoventes Abellinum venerunt (circa initium Augusti, aut sub finem Julii, quia eo in loco per mensem fere castra metatus est, & nonnisi die XXX. Augusti inde discessit). Deinde Beneventum & juxta fluvium Caloris ex hac parte ad Ecclesiam Sancti Stephani castra metati sunt, secundo die stante mensis Augusti (idest, die XXX. illius mensis). Cum autem Abellinum venisset Apostolicus ipse Innocentius Ducem ad defensionem Apulia ordinare nomine suo satagebat. Imperator vero nomine suo contra voluntatem Apostolici ordinare volebat. Unde factum est, ut per triginta fere dies (per quos Abellini castra metati sunt) ad invicem discordatum sit, sed Sapientum consilio communicato discordia talis destructa est. Quid multa? Divina favente clementia, & ipso Imperatore favente, omnibusque suis Apostolicus nomine suo ad B. Petri fidelitatem Comitem Rainulphum, virum utique prudentem & discretum (qui Mathildem fororem Rogerii uxorem duxerat) in Ducem elegit, & eo electo vexillum ad honorem Ducatus Apostolicus & Imperator in conspectu omnium

cum eo pacis firmamentum ponere vellent. Venerunt itaque ad eum quidam de civibus Beneventanis, & cum illis satis abundeque de civitatis concordia tractavit, & his actis reversus ad domum Apostolicam, omnia que dicta sunt, exposuit. Alio autem die adveniente, predictus Apostolicus consilio arrepto, castra inde amovit, die videlicet sabbati, & ex parte dicti montis S. Felicis, transiit cum exercitu dicti Henrici Ducis ad planiciem S. Petri juxta flumen Sabertum. Beneventanus autem populus nihil ex his que fiebant, agnoscere poterat; quod ubi Beneventani noverunt, timore admodum percussi sunt. Tunc Rossemannus intrusus ab Anacleto Beneventanus Archiepiscopus, Romana Sedis adversarius, civis fere universos commovit, ut contra Apostolicum venientem insurgerent, & ad eorum posse resisterent.

VIII.

Tunc absque mora predictus Gerardus Cardinalis vocari fecit Landulphum judicem Beneventanum, & Ludovicum medicum, & Malfredum de Grimoaldo Abbatem, ut de pacis fœdere loquerentur, & civitatem domino Papæ Innocentio redderent. Exierunt itaque illi vocati, & petitionibus Apostolici faventes ad civitatem revertuntur. Interea quidam Beneventani ad horam fere nonam exeuntes, cum Teutonicis pugnare cœperunt, putantes eis timorem incutere, & in fugam agere. Dux vero illorum audiens Beneventanos ita in se inflare, suos armavit occulte, & posuit in insidiis, in quos Beneventani incurrentes, ab ipsis sunt in fugam acti, cæsi ex eis nonnulli & vulneratis, alii vero capti; quod magnam afflictionem civibus intulit. Die Dominico quidam de civibus veniunt ad Apostolicum, petentes suppliciter captivos, quos statim ipse Apostolicus jussit absolvi, reddique liberos suis. Quibus acceptis, facta est ex parte deditio civitatis. Nam exhibitæ sunt juramenta fidelitatis eidem Innocentio Papæ ab iis, qui ad Innocentium ipsum venerunt. Cumque interea Teutonici provocati a quodam Beneventanorum primario, civitatem ingredi & perdere festinarent; occurrit Innocentius Papa, & per Ducem ipsorum Henricum compefcuit

Deditur Beneventum Innoc. Pap.

PAGIUS VII. Greg. ab Innoc. II. confeceratur E. Benevent.

ei tradiderunt, & confirmaverunt. Abellino ad civitatem Beneventanam die XXX. Augusti ventum; Cumque, inquit Falco, taliter in predicto loco castra metati sunt, triduo post, die videlicet Calendarum Septembris Imperatrix nomine Florida militibus fere centum assumtis ad Ecclesiam B. Bartholomæi Apostoli venit, portam Auream ingrediens. Imperatrix magnifica munera Ecclesiæ illi dedit. Postea per Portam Summam exiens ad exercitum suum remeavit. Triduo autem post Imperatoris adventum presens Apostolicus Beneventanam civitatem intravit, & a Clero & populo universo

eos, sicque opera Papa liberata est civitas & præda Teutonum. Tunc quoque accidit, ut Crescentius Cardinalis pariter Anacleti, qui tum in Beneventana erat civitate pro eodem schismatico Papa, comprehensus a civibus ductus sit ad Innocentium Papam, cujus erat magnopere adversarius; sicque intra civitatem mota sunt a civibus arma adversus eos, qui Anacleto favissent. Fugit pseudoarchiepiscopus timore actus. Tunc exhibitæ est ab Innocentio ea humanitas, ut exules in civitatem reverti liberos sine-ret, inter quos fuit auctor Chronicorum horum, Falco dictus, ut ipse testatur. His peractis, rebusque bene dispositis, rursum tertio idem Apostolicus Gerardum Cardinalem mittit in civitatem, qui a civibus juramentum fidelitatis exigeret, quod & factum est.

Crescentius Pseudo Cardinalis datur Innoc.

His ita peractis, Innocentius consilio habito, iter arripuit, octavo Kalendas Junii ad Imperatorem. Veniens autem ante portam, Summam, cognominatam, invenit ibi populum ipsum expectantem, ad quos ista locutus est: Gratias vobis agimus, quia concorditer & voluntate sincera fidelitatem nobis præstitistis. Rogo itaque fraternitatem vestram & probitatem, ut pacem teneatis & constantiam justitiæ inter vos. Nam vita comite, dignam vobis retributionem impendemus. Civitatem vero modo intrare non possumus pro multis & variis negotiis, quæ cum domino Imp. definienda decrevi. At his divina clementia desinitis, ad vos revertemur, & de civitatis utilitate tractabimus. Nunc vero fratrem nostrum Gerardum Cardinalem vobiscum morari permittimus, qui erga vestras utilitates assiduo vigilabit, & pacem inter vos conservabit. His & aliis dictis, Innocentius ceptum profectus iter, ad Imperatorem Lotharium venit, quem obsidentem Barenssem civitatem invenit. Sic igitur profuit Beneventanis presentia Innocentii, ut qui furore Teutonico consumendi fuissent, conservarentur incolumes cum civitate, iis exceptis, qui sponte sese sua dederunt imprudenter in hostes.

IX. Innoc. recuperat Beneventum.

X.

Cum igitur Imperator Barim civitatem cepisset, & castellum ejus munitissimum post obsidionem quadraginta dierum pa-

riorifice susceptus est. Altera autem die adveniente in sacro Beneventano Palatio sedens in conspectu Cleri & populi Beneventani clamavit, ut si quis contra personam, sive electionem Gregorii Beneventani Electi canonice & rationabiliter opponere vellet, libera fronte opponeret: sed clementia divina opitulante, & quia Electus vitam suam religiose custodierat, nemo civium contra ejus electionem objecit. Apostolicus itaque hoc aspiciens gratias Deo egit, & ipse de persona & vita Electi testificatus est honeste & religiose, & eidem Electo præcepit, ut de peccatis suis confiteatur, & die dominico advenien-

ziter expugnasset, cæteras civitates Apulix in deditionem accepit, sicque brevi tempore universa Lotharius Imperator est potitus Apulia. Ubi dum esset apud Melphim una cum Innocentio Papa, apud lacum Pensilem audisse Imperatorem Castinenses monachos a se vocatos, & disceptationem ab eis habitam cum quibusdam S. R. E. Cardinalibus mense Julii, describitur in Actis: (a) quorum cum dubia sit fides, dicemus de illis anno sequenti, quo eadem Acta signata noscuntur. Modo reliqua profsequamur. His igitur feliciter gestis, ad expugnandum, Salernum Imperator convertit exercitum, quam civitatem & ita perstrinxit, ut ad deditionem coegerit.

(a) Pet. diac. Cbr. Cas. l. 4. c. 109. 110. Salernum deditur Imperat.

Inter hæc accidit, ut Innocentius Papa de rebus hæctenus utperere gestis brevem epistolam scripserit ad Petrum Abbatem Cluniacensem, quæ hæctenus inter eisdem Petri epistolas conservata sic se habet: (b)

(b) Pet. Clun. l. 4. ep. 26. XI.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Petro Abbati Cluniacensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Super sollicitudine, atque diligentia, quam erga nos & B. Petri negotia te exhibere cognovimus, omnipotenti Deo & tuae devotioni gratias agimus. Benedictus igitur Dominus Deus Israel, qui visitavit, & fecit redemptionem clementia. Qui etiam ita nobiscum magnificare dignatus est misericordiam suam ita fecit prosperum iter nostrum, ut ab Urbe Roma usque Barim vix aliqua civitas, castrumve remanserit, quod B. Petro & nobis subiectum & obediens non existat. Qua in re gaudemus divina manus anti-qua coruscare miracula, dum S. Ecclesia, quanto amplius sub malleo tribulationis rundi conspicitur, tanto altius suble-vatur, & more aromatum, quo magis verberibus teritur, eo latius odoramenta suavitatis effundit. Et quidem optabile nobis erat, si quemadmodum nobis per litteras indicasti, personæ tuæ possemus habere presentiam, ut vel sic labores nostri diurni atque nocturni valerent Deo propitio mitigari. Sed quoniam aestivi fervores, & aeris intemperies, nec non fragilitas complexionis tuæ id minime patiuntur: Ann. Eccl. Tom. XVIII.

* suble-matur.

PAGIUS

te, Spiritu Sancto cooperante, consecrationem acciperet. Quid multis? die adveniente dominico Apostolicus ipse Ecclesiam Episcopi descendit quinto die videlicet intrante mensis Septembris Ele-ctum ipsum consecravit; ad cujus consecratio-nem Patriarcha interfuit Aquileja, & complures alii Archiepiscopi, Episcopi & Abates Teu-tonicorum viri religiosi, &c.

VIII.

Quibus ita peractis presens Imperator de præ-dicto loco castra movens viam Romam redeundi arripuit, qui ante portam Summam cum toto suo exercitu transiit, & predictus Apostolicus

charitatem tuam hortamur in Domino, quatenus his omiſſis, una cum sacro Cluniacensi collegio orationibus consuetis in-sistas, ut benignitatem, quam Conditor noster voluit nobis hæctenus exhibere, felici consummatione perficias: & diuti-nis laboribus sponsæ suæ atque Christi-ani populi sub jugo illius tyranni Siculæ macerati, vestris & aliorum Religioso-rum precibus inclinatus, jam nunc op-tatum finem imponat. Quod profecto scus de ipsius pietate confidimus, velociter con-summabitur. De cætero præfatum Con-ventum per te in Domino salutantes nos, & fratres nostros tuis & eorum oratio-nibus commendamus. Data in territorio Potentienſi xiiii. Kalend. Augusti. Eit lo-cus in provincia Picentina haud longe a Salernitana civitate.

Inde vero idem Innocentius Papa ve-nit cum Imperatore Beneventum versus, & in Avellina civitate confidet die se-cunda mensis Augusti. Ubi (inquit Falco) ipse Apostolicus Innocentius Ducem ad defensionem Apulix ordinare nomine suo satagebat, Imperator vero nomine suo contra voluntatem Apostolici ordinare volebat. Unde factum est, ut per tri-ginta fere dies adinvicem ea de re fa-erit discordatum; sed sapientium consilio communicato, discordia talis destructa est. Quid multa? divina favente clementia, & ipso Imperatore annuente, omnibusque suis, predictus Apostolicus suo nomine ad B. Petri fidelitatem, Comitem Rai-nulphum, virum utique prudentem & dis-cretum, in Ducem elegit, & eo electo, vexillum ad honorem Ducatus Apostoli-cus & Imperator in conspectu omnium e-tradiderunt & confirmaverunt. Post bi-duum vero idem Imp. Lotharius una cum Imperatrice Beneventum se contulit ipsis Kalendis Septembris, ubi di-gne excepti sunt: post triduum vero ad-venit Innocentius Papa, ubi a Clero & populo solemniter pompa fuit exceptus.

Innoc. Pap. creat Rainulphum Ducem Apulia.

XII.

At quomodo ibi primum omnium Beneventanum creaverit Archiepiscopum, more majorum, his verbis idem auctor, qui presens aderat, sic narrat: Altera die adveniente, idem Apostolicus in sa-cro palatio sedens, in conspectu Cleri & po-

cum illo festinavit nono die intrantis mensis Se-tembris. Tunc ipse Imperator castra metatus est. Lotharii ubi tres Sancti nominatur. Deinde Capuanus pe-tens Romam transierunt. Quid multa? Imperii sui altitudinem & Palatia Imperator ille repe-davit; Apostolicus autem Innocentius Palatium Lateranense auditur legendum, adivit sic par-tem Urbis Innocentius II. partem aliam Ana-ctetus tenebat). In Chronico Magdeburgenſi a Meibomio edito, de Conrado XIV. Archiep. Magdeburgenſi nepote Lotharii Imp. dicitur: Imperator Italiam circumveniundo pertransiens, A-

Discessus Lotharii & Innocentii ex Apulia.

& populi Beneventani clamavit, ut si quis contra personam, & electionem Gregorii Beneventani Electi canonice & rationabiliter opponere vellet, libera fronte opponeret. Sed clementia divina opitulante, & quia Electus ipse vitam suam religiose custodierat, nemo civium contra ejus electionem aliquid objecit. Apostolicus vero hoc aspiciens, gratias Deo egit: ipse de persona Electi testificatus est, quod honeste & religiose existisset: & eidem Electo precepit, ut de peccatis suis confiteretur, & die Dominico adveniente, Spiritu sancto cooperante, consecrationem acciperet. Quid multa? Die adveniente Dominico, Apostolicus in Ecclesiam Episcopii descendit quinta die mensis Septembris, & Electum ipsum consecravit. Cui consecrationi Patriarcha interfuit Aquilejæ, & alii Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Teutonicorum, viri religiosi. Hæc de consecratione Archiepiscopi Beneventani. Sexta autem die Septembris, quod petierunt Beneventani, obtinuerunt ab Imperatore, nempe ut Barones omnes circumposset jurarent, relinquere Beneventanos immunes ab omnibus angariis, quas illi imponere consueverant eorum possessionibus, sub earum dominis constitutis. His autem peractis, una simul cum Imperatore Innocentium Papam Romam, versus iter capessisse, idem auctor affirmat. Sed in itinere divertisse Cassinum, Petrus habet in Chronico Cassinensi.

XIII. Quænam tunc inter Innocentium Papam & Imperatorem occasione Cassinensium monachorum gesta fuerint, ex Appendice Petri diaconi ad Cassinense (a) Chronicon videamus. Rainaldus Abbas assertus Cassinensis, qui vocatus venerat ad Imperatorem cum aliquibus ex suis, iustus est ab Innocentio Papa schisma, quod hæctenus sectatus fuerat, abjurare una cum suis, quos secum duxerat. Iustus vero redire ad suos, misit (inquit Petrus) Innocentius Pontifex cum dicto Rainaldo Balduinum presbyterum Cardinalem, præcipiens, ut filium Petri Leonis, Anacleum scilicet pseudopontificem, a Cassinensibus monachis anathematizari faceret; ac Papæ ejusque successoribus obe-

(a) Pet. diacon. Chr. Cas. l. 4. c. 119.

PAGIUS puliam intravit, & ad Barum civitatem devenit, ubi in die Sancto Pentecostes Dominus Apostolicus presente Imperatore Missam cum magna gloria celebravit, & in ipsa Hebdomada in Sabbato quatuor temporum ipso Domino Apostolico præcipiente, in ejus presentia idem Archiepiscopus de Clevo multitudinem maximam ad Sacros Ordines promovit. Sed redeo ad Falconem.

IX. Audiens Rex Rogerius Imperatorem illum viam redeundi arriuisse, exercitum convocato Salernum venit; continuo super Nuceriam veniens, illud sua obtinuit potestate, deinde castra am-

dientiam ab ipsis exigeret. Quod ita factum est. Addit his Petrus, eundem Rainaldum Abbatem accusatum quod Rogerio faveret, ab Imperatore compressum. Cum ipse Imp. (subdit Petrus) omnibus negotiis rite ordinatis ad S. Germani oppidum cum exercitu, Papa quoque comitante, pervenit; ibique Rainaldo tunc sub custodia degente, honorifica processione susceptus est. Et eo quidem die electus Rainaldus ipse in secretario basilicæ S. Salvatoris custoditus est, postmodum vero ad monasterium ubi examinandus erat, sub custodia diligentis remittitur.

Alia (b) die Imperator direxit Hannonem Abbatem cœnobii Lunenburgensis, & Petrum diaconum ad monasterium, per eos Fratres mandans, ne quid incompositum, aut indisciplinatum in habitu, in incessu, seu locutione præferrent. Venturum se ad monasterium cum Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Principibus, Ducibus, religiosisque ex omni Imperio viris: ac si quidem inveniret Rainaldum tanto ordine indignum confestim eum removeret, atque in B. Benedicti sede idoneum præponere omni studio quæreret. Ipse vero coronam Patriatus accepturus, in civitate remansit. Quippe tunc Exaltationis sanctæ Crucis agebatur celebritas, nempe dies decimaquarta erat mensis Septembris. Cum vero illuxisset, Richiza Augusta montem totum pedibus ascendit, Papa in civitate remanente. Lotharius quoque Imperator innumera vallatus exercitu, Cassinum pervenit, atque a Fratribus maximo cum honore susceptus est. Obtulit autem ipso die S. Benedicto Pluviale, optimum aureis listis ornatum, & planetam ejusdem operis; candelabra quoque argentea duo librarum fere tredecim; auri marcham unam, & novemdecim marchas argenti. Richiza autem augusta posuit super altare stolam phrygiam cum manipulo suo, & mitram auro decenter ornata.

XIV. (b) Id. c. 120.

XV. Eo etiam die, dum Imperator in Ecclesia confisteret, Rainaldus Fratres ad Capitulum convocans, ostendere cepit se ab eis electum, ad illorum natum Ab-

batem venens terram Rainulphi Comitis ideest, (ditio- Rogerius nes ad se tamquam Comitum pertinentes, non Rex amif- vero novum suum Apulie Ducatum) obtinuit. sa recup- Inde procedens Capuam furore multo & tempe- rat. rate comprehendit, & eam igne ferroque depopulatur; universa siquidem civitatis illius spolia & divitias partim igne, partimque virtute consumi præcepit; Ecclesias siquidem & eorum ornamenta diripuit; mulieres quoque & Santimoniales in opprobrium conversa sunt, & his taliter evolutis Abellinum & usque ad confinia Beneventi obtinuit. Confestim magister militum Sergius civitatis Neapolitana ad suam con-

battiam dimissurum, nihil opus esse pro hac re fatigari. Et cum hæc & alia multa repeteret: quidam ex laicis Capitulum ingressi, arguere Fratres ceperunt quod Abbatem vellet in tanto discrimine constitutum relinquere. Fratres autem indignatione commoti, illos verberibus affectos Capitulo deturbant, clamantes illum se Abbatem ulterius nolle qui monasterium non monachorum, sed laicorum presidio tenere mallet. Debinc ea die ante Solis occasum Papa Innocentius Nuntio ad monasterium misso, mandat Fratribus per fidem & obedientiam, quam sibi & B. Petro promiserant, ut eidem Electo ulterius non obedirent, illumque ex ipso cœnobio quamprimum deturbare curarent. Observantibus præcepta suam gratiam suam, contemnentibus perpetuum exilium indicens. Mane factio Haimericus diaconus Cardinalis Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, & Gerardus Cardinalis sanctæ Crucis, & Abbas Claravallensis ab eodem Papa transmissi sunt, qui Rainaldum ipsum examinarent, & a monasterii cura amoverent.

XVI. Residente itaque Imperatore in Capitulo cum Imperii proceribus, confidente quoque Peregrino Aquilejensi Patriarcha, cum Archiepiscopis, Episcopis, Cardinalibus, Abbatibus: jusserunt Electum introduci, multa contra eum proferentes, rebellem, hostemque Imperii clamantes. Tunc quidam surgens in medium dicere cepit, eum posteaquam cum Henrico Duce convenerat, hostem Pontificis atque Imperatoris claruisse. Contradicente illo, jubet Imperator utramque partem Capitulum egredi, ut cum Patriarcha & Cardinalibus inde consultaret. Tunc Peregrinus Patriarcha, Haimericusque diaconus Cancellarius dixerunt, illum tanto cœnobio præesse non posse multis ex causis: quod scilicet a filio Petri Leonis, Anacleto nempe pseudopapa, subdiaconus ordinatus esset, sacramentum Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS convertitur fidelitatem: deinde Judices Beneventane civitatis cum aliis civibus Regem ipsum adeuntes ad Anaclei fidelitatem & ipsius Regis amorem civitatem submitunt Beneventanam, Innocentii Papa fidelitatem parvipendentes, &c. Ita Falco.

X. Sedando Schismati Duxus Bernar- dus in- cubit. Dux igitur Rainulphus audiens Regem illum ob ejus confusionem Apuliam fuisse ingressum, & ejus desolationem ubique tractare, Barensem populum, & Tranensem, & Trojanum, & Melphensem & mille quingentos milites congregavit affirmans prius velle morti succumbere, quam vitam ducere infelicem, & taliter Dux ille paratus prope Regis exercitum adiit. Interea Abbas de Claravalle (nempe Sanctus Bernardus) vir valde mirabilis & discretus, qui ad Regem illum venerat pro tanti dissidii infestatione sedanda, inter Regem illum & Ducem pacis fœdera alligare conatur; sed pro multis, variisque negotiis, quæ inter eos quærebantur apud Salvatoris Dei potentiam nondum compl-

que Rogerio Regi præbisset; tum quia contra præcepta canonum excommunicati eligere non potuissent: postremo quod contra Ecclesiastica instituta subdiaconum elegissent, proferentes Eugenii Papæ capitulum ita scribentis: Abbates per monasteria tales eligantur & ordinentur, qui sacerdotali, vel levitico honore sint præditi &c. Sed cum Sol jam ad occasum vergens noctem induceret terris, Imperatore jubente solutus conventus est. Cardinales autem cum vidissent haud legitime ista ab Imperatore tractari, quæ Pontificis essent, recesserunt, & ad Innocentium se contulerunt. Pergit Petrus:

Die (a) altera Imperatore residente in capitulo cum Prælati, atque magnatibus, electus Rainaldus in medium surgens, cum vellet objecta diluere, priusquam verba finiret, surgentes Fratres, accusare illum ceperunt, sicut & prius, dicentes electionem ejus seditiose, non canonice fuisse celebratam. Hi autem qui ex parte ejus erant, eos mendacii infimulabant. Sicque coram omnibus variis se verborum contumeliis afficiebant. Imperator his motus surrexit, & manu silentium indicens, multum se mirari dixit, tantam Congregationem adeo inordinate loqui, negotiaque sua tam indiscipline agere. Præcepit itaque rationabiliter negotia sua exequerentur. His dictis recessit, & reliquis considerare jussis, Congregationem ita affari cepit: Electionem Abbatis tanta discordia se plene examinare non posse, nisi amba seorsum partes audirentur. Jussitque ut omnes Archiepiscopi, Episcopi & Abbates, parsque, quæ Electo favebat, januis obseratis conven-

XVII. (a) Pet. diacon. Chr. Cas. l. 4. c. 21.

XVIII. Quod dum factum esset, Hanno Episcopus Basiliensis dixit: Si quid contra Electum habetis, rationabiliter & non tumultuose proferite. Tunc quidam ex eis illum accusare ceperunt, quod electionem suam munere linguæ, manus promissione re-

XVIII. A a a z de-

cuit concordia alligari. Ita Falco pag. 313. qui pag. 317. resumens de more quæ omiserat, ait: Cum præfatus Abbas de Claravalle, vir mirabilis & discretus, de fœdere pacis & Ecclesiæ unitate cum nominato Rege confabularetur, assidue Rex ipse cum Abbate ipso stabiliavit, ut tres Cardinales ex parte Innocentii Papæ, qui ejus interfuissent electioni ad Regem ipsum venissent, & tres ex parte Anaclei, & ordinem electionis utriusque Regi insinuarent. Deinde Rex ipse ordine audito utriusque partis, sanctiorem & justiore eligeret electionem & sic Spiritu S. favente ad pacem perveniret, cum totius sui regni magnitudine firmamentum, quantum in sui arbitrio & scientia contineret. Cognoverat enim, firmiterque crederat totius mundi Christianicolis parti favere Innocentii, & ejus Pontif. venerari. Ipse vero solus cum regni sui latitudine discedebat. Continuo ad Innocentium Papam & Anacleum delegatum est, & cursu rapido Regis positio designatur.

demisset. His ita prosequentibus, Pandulphus Vestiarus exurgens dixit: Sunt quidem multa, quae adversus Electum proferri possunt, sed illud intolerabile, quod a filio Petri Leonis ordinatus est; indignumque valde ducimus, ut in tanta Ecclesia, quae monasteriorum omnium caput ac mater est, Abbas subdiaconus sit, qui nec Missarum solemniter celebrare, nec possit a delictis absolvere. Tunc Anselmus Episcopus: Multa, inquit, adversus Electum proferuntur, sed hoc potissimum ad deponendum illum obicitur, quod teste Domino, (a) fundamentum, quod super arenam collocatur, durare non potest. Unde si placet, sepositis ceteris, hoc unum teneamus. Quod cum placuisset, ceteris Fratribus egredi jussis, Rainaldum cum suis ad se purgandum introduci praecipunt. Et cum diu moras traherent: mandat Imperator bis, qui ad discutiendum convenerant, ut electo suaderent, seipsum in potestate Imperatoris ac Pontificis poneret, ut quidquid illi statuerent, hoc ipse absque dilatione sequeretur. Ad haec ille diu cunctatus, tandem consensit; seque illis libere ex toto permisit. Post haec omnibus ad Imperatorem reversis, Basilienensis Episcopus gesta omnia cunctis per ordinem pandit. Demum Imperatore sciscitante, quid qui Electo favorant, iidem facere vellent, ad omnia paratos Imperator invenit, sicque secundi diei conventus solutus est. Acta sunt haec quarta & quinta feria tertiae hebdomadis mense Septembrio, secundo post festum sanctae Crucis die.

XIX. Post haec mittuntur ab Imperatore, qui Papae Innocentio rei seriem indicent. Qui dum venissent, iratum valde invenerunt, prohibitiveque sunt ad eum ingredi, quia praesente Romano Pontifice, Imperator cum Optimatibus suis Cassinensis Abbatis examinationem facere praesumpserat. Quamobrem Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, qui assisterant, officio privare minatus est. Reversi autem qui missi fuerant, quae apud Papam invenissent Imperatori nuntiare studuerunt. Imperator

PAGIUS XI. Post primum istum Rogerii Regis, & Sancti Bernardi congressum, processit ille adversus hostem, sed parum feliciter; nam uti narrat Falco pag. 313. & seq. Illico acies Regis presserunt. Rex autem, qui cum aliis aciebus suis armatis inerat, Dei adventu judicio, timore percussus ipse primum terga vertens in fugam conversus est; sicque universa Regis congregatio cursu praecipiti confugit, dimissa omnibus divitiarum apparatus, & tentoriis, auri argentique magnitudine infinita, quorum numerare copia non est humana scientia. Quid multa? Dux ille victor effectus de Regis exercitu comprehendit & occidit, omnemque illam magnitudinem, divitiisque tam ipse quam populus Barenis & Tranenſis, ceterique quos rogaverat, ad propria locupletati detule-

ista Pontifici mandare curavit: Quae gesta erant, simpliciter, neque ad ejus injuriam, sed ad honorem magis facta esse: omnia quippe ex ejus potestate pendere; quidquid ipse decerneret, id omnes pro rato haberent. Atque ideo aliquos a latere suo dirigere, qui retractantes omnia, quod justum esset inde decernerent. Ad hoc igitur, quod sic sacerdotali constantia obstitit Innocentius Imperatori eum redarguens, quod causam Ecclesiasticam, ipso inconsulto, cognoscendam suscepisset, alludere videtur sanctus Bernardus in epistola ad eundem Innocentium Papam, dum pluribus exemplis ejus commendat vigorem sacerdotalem in resistendo & redarguendo Principes saeculi, sic dicens: (b) Quid apud sanctum Benedictum? Numquid regia indignatio prohibere potuit spiritum libertatis accensum atque accinctum adversus carnem & sanguinem? &c. ad hoc inquam alluisse putamus, cum nullus alius fuerit apud S. Benedictum Innocentio cum aliquo Rege congressus. Pergit vero Petrus (c):

His placatus Antistes, Innocentius Papa videlicet, sexta feria quatuor temporum Haemicum Cancellarium, & Gerardum, aliosque Cardinales eandem electionem examinare direxit. Qui dum adventientes eam rem diutius disciterent: convenientes in Refectorium, omnes monasterii Priores convenerunt, dicentes, Rainaldum omnino amovendum esse, quia fuisset ab excommunicatione ordinatus. Post haec sigillatim de persona eligendi Abbatis tractare coeperunt. Ubi cum varias sententias animadvertenter, egressi in claustrum monasterii, convocato Electo ex parte Apostolicae Sedis praecerunt, ut a monasterii cura quiesceret, quia ultra jam Abbas esse non posset. Sicque ad Papam redeuntes, gesta omnia referre studuerunt. Sequenti die rursus ascendentes ad monasterium, in Capitulo resedente: ubi post factum a venerabili Clara-vallense Abbate sermonem, Cardinales auctoritate Apostolica Rainaldo Abbatis offi-

runt. Tria millia, sicut audivimus, hominum in bello mortua sunt. Ibi Sergius Magister militum Neapolitana civitatis mortuus est, &c. (Sergius enim, qui post Imperatoris discessum Rogerii partes amplexus fuerat, pro eo praeliabatur). Rex itaque nominatus taliter cum sequacibus suis confugiens noctis tempore, altera quidem die ad castrum Paludis pervenit, deinde Salernum festinavit; diebus autem non multis evolutis Roscemannus Beneventanus Antistes (qui statim in sedem suam restitutus fuerat) consilio accepto cum iudicibus civitatis & Sapientibus quibusdam ad Regem ipsum consolandum & servitia Civitatis offerenda festinavit. Precatur insuper, ut libertatem possessionum Beneventanorum, quam supradictus Imperator concesserat, populo Beneventano ipse largi-

officium interdixerunt, sicque una cum Imperatore, Pralatis Imperique proceribus surgentes, B. Benedicti Ecclesiam intrant, eundemque Rainaldum Haemicum Cancellarium, & Peregrinum Aquilejensis Patriarcha, & Gerardus Cardinalis evocantes, depositionis in eum tulere sententiam. Sicque illorum jussu, astantibus omnibus, virgam & anulum & Regulam supra corpus sanctissimi Benedicti deposuit. Et Rainaldi quidem hic exitus fuit.

XXI. Post haec (a) in capitulum convenientibus, Gerardus Cardinalis ita loqui orsus est: Nostis amantissimi fratres, quia juxta Regulae praecipitum Abbas jubetur a Fratribus eligi. Sed vos licet vestra obligatio hac potestate privaverit, jamque ad Romanam Ecclesiam hujusmodi electio pertineat: tamen ob unitatis bonum hac vos uti potestate per omnia volumus. Verum nisi praecipitum Sedis Apostolicae injungimus, ut duodecim ex omni Congregatione Fratres eligatis, qui una nobiscum dignum tanto officio eligant. Fratres omnino venientibus, electionemque liberam poscentibus: cum ad eam rem Cardinales selecti non possent, magna utrimque est orta dissensio. Pars enim quae Rainaldo favorat, nunquam ex eo cenobio se Abbatem electuros: Cardinales contra, nunquam ut tanto monasterio aliunde Abbas quaereretur, passuros constiteri. Sed cum pars neutra cederet, plurimis frustra consumptis verbis, Cancellarius iratus ex parte Romanae Ecclesiae interdixit, ne ullam omnino electionem facere auderent. Sicque ad Papam regressi, rei ordinem pandunt. Post haec Imperator e suo latere strenuos viros ad Innocentium dirigens, rogat ut monachis eligendi auctoritas restitueretur. Annuit votis precantis Pontifex, privilegiaque sibi & praecipitum monasterii omnia ad legendum ex monasterio mitti postulat, factumque ita est. Relictis itaque coram Pontifice de Abbate eligendo Caroli Regis praecipitum Benedicti Septimi, Leonisque Noni privilegiis, quibus continebatur, quomodo Henricus Pius Romano Pontifici Benedicto Septimo consecrationem Theobaldi Abbatis Cassinen-

sis, quem ipse Imperator ordinaverat, concessit, & unum in eundo prandium, alterum in redeundo, reliqua Imperio Romano reservavit. Idque ipsum Conradus & Henricus suus filius confirmaverunt. Lecto itidem praecipitum Caroli, ut Abbas in Cassinensi cenobio ille eligatur, quem digniorem Romanoque Imperio fidiorem invenissent: victus rationibus Pontifex, Cassinensis Abbatis electionem Fratribus, ordinationem Lothario Imperatori ejusque successoribus concessit atque firmavit; sibi vero, suisque successoribus Abbatis confirmationem prandiumque in eundo Beneventum, ac redeundo reservavit. Subiicit his Petrus de electione Guibaldi Abbatis ex Abbate monasterii Stabulensis, contentiente Pontifice, precibus imperatoris, id magnopere expositis tandem flexo. Quorum occasione idem Petrus qui aderat, religionem ejusdem Imperatoris commendans, haec digna perpetua memoria (b) narrat:

Jam vero quis tanti Imperatoris clementissimum animum non admiretur? Jadedum ad sedandas dissensiones Fratrum in Capitulo a prima diei hora usque ad vesperam, absque cibo potuque perdurans, dum paci, unitatique consuleret; nempe enim sub Imperii chlamyde caelesti militabat Regi. Nam ut ipse testis sum in expeditione constitutus, summo diluculo Missam pro defunctis, dehinc pro exercitu, tertiam postremo diei Missam audiebat. Demum viduis & orphanis cum Augusta pedes lavans, tergebat crimbis, & osculabatur, cibumque illis ac potum large distribuens, quaestiones & opprestiones ecclesiarum prius relevans, ultimo in loco Imperii ponebat. Quamdiu vero in Cassinensi Claustro remoratus est, ita omnes officinas monasterii, ac si Abbas, vel Decanus, circuibat, scire cupiens quomodo quisque sub B. Benedicti magisterio viveret: factoque mane orans, monasterii ecclesias nudis pedibus circuibat. Et haec agens, nunquam a consortio Episcoporum, & Abbatum avellebatur, & cum sapientibus sermocinatio ejus. Erat profecto caecorum baculus, esurientium cibus, miserorum spes, lugentium consolatio, atque ita in singulis eminebat virtu-

(b) Pet. de. ac. Chr. Cas. l. 4. c. 125. **XXII.** Pictas Lothar. Imp.

PAGIUS XII. Rex igitur precibus eorum acceptis pro totius civitatis amore inveniendi Privilegio facto & signato omnes fidantias & exactiones, quas soliti fuimus persolvere, condonavit. Falco ejus Diploma, & ex eo Ughellus Tom. VIII. Ital. Sacrae refert, ejusque hoc initium est: In nomine Domini Dei Salvatoris aeterni Jesu Christi Dom. Incarnat. anno MCXXXVII. mense Novembri, prima indictionis Ego Rogerius Dei gratia Sicilia & Italia Rex, Christianorum adjutor & Clypeus, Rogerii primi Comitum filius, &c. Hac vero ejus conclusio: Hucus concessantis initium per manus Henrici Ne-

tarii nostri scribi praecipimus, & bulla aurea insigniri anno Regni nostri septimo.

Pergit Falco: Cumque Privilegium hoc coram Beneventanorum actu lectum esset, Deo Sacerdotum omnium praefatoque Regi, & jam dicto prosequi- Antistiti gratias egimus, quia quod avi, & tur Rai- patres nostri videre non potuerunt, libertatis nulpbus. & securitatis donum nobis dignatus est, &c. offerre. Quibus ex verbis apparet, Falconem & socios ad Rogerii & Anacleri partes tandem divertisse. Rainulphus, inquit idem Falco, ex sua victoria commodum capiens civitatem Trojanam sibi subdidit, & Rogerium

XII. Victoriam prosequi- Antistiti gratias egimus, quia quod avi, & tur Rai- patres nostri videre non potuerunt, libertatis nulpbus. & securitatis donum nobis dignatus est, &c. offerre. Quibus ex verbis apparet, Falconem & socios ad Rogerii & Anacleri partes tandem divertisse. Rainulphus, inquit idem Falco, ex sua victoria commodum capiens civitatem Trojanam sibi subdidit, & Rogerium

uitibus, ut omnes perfecte haberet. Sacerdotes honorabat ut patres, pauperes fovebat ut filios, viduas ut matres. Erat orationibus pervigil, lacrymasque creberrimas contriti cordis Deo offerebat; sed hæc hætenus. At de professione ipsius subdit hæc inferius:

XXIII. Igitur ordinato Imperator monasterio, octavo postquam illuc advenerat die, B. Benedicto se ac Fratribus multum commendans, cum jam grandævus esset, ac fere centenarius, dierum suorum finem imminere cognoscens, ad civitatem S. Germani una cum Guibaldo novo Abbate descendit: Abbatemque Papæ commendans, juxta veterem Aquinensem civitatem tentoria fixit. Recensetque cuncta per eundem Imperatorem tunc gesta pro indemnitate rerum monasterii Castinensis: Post hæc Imperator, subdit (a), atque Apostolicus festum sancti martyris Petri Apostoli celebrans, Guibaldum Abbatem cum Fratribus ad prandium convocavit, dicens: Puto quia comedendi, bibendique vobiscum hic mihi erit ultimus dies; idque postea rei probavit eventus. Nam sequenti anno ex hac vita migravit, ut suo loco disturi sumus. Post hæc advenit Imperator cum Innocentio Papa in Urbem, ubi & compositis rebus, inde recessit in Tusciam; reliqua autem de ipso sequenti anno. Abbas autem recens, ubi rediens Rogerius Rex Siciliae universam Campaniam sibi subegit, cunctaque igne ferroque vastans, eidem mortem est comminatus, sponte cedens inde discessit, & in Germaniam ad suos reversus est antiquos monachos Stabulenses, inter quos a pueritia coaluisset. Extant de his litteræ ipsius ad Imperatorem, cum his premeretur angustiis. At de his hætenus. Quæ autem post discessionem Lotharii e Campania, & reditum Innocentii Papæ ad Urbem contigerint, videamus.

XXIV. Inter hæc autem Rogerius Siciliae Rex, diu paratus ad prælium, expectans discessionem Imperatoris, quem sciret revertendi iniisse consilium atque firmasse propositum; ubi comperit eum profectum esse, Romanque pervenisse, inde in Galliam Cisalpinam profecturus.

PAGIUS Comitem Ariani subjugavit, dum Rogerius Rex in urbe Salernitana morabatur. Tunc enim Dux ipse prope castellum Paludis suorum virtute stipatus castra metatur die quidem Calendarum Decembris. Mirabatur interea populus Beneventanus de Ducis illius continentia (id est, quod hareret in plano) & in prædicti Regis amore & fidelitate, & Anacleti servitio die nocteque simul cum Domino Roscmano Antifite invigilabat &c. Rogerius Rex Salernum redux civium fidelitatem remuneraturus Pri-

rum: parata classe ad oras Salernitani litoris appulit; moxque alios populos sponte venientes in deditioem accepit, armis alios expugnavit, & contra Robertum Capuæ Principem, qui ad Imperatorem confugerat, & eundem illuc duxerat cum exercitu, majori ira succensus, Capuanam civitatem invadens, eam captam ferro igneque vastavit, nec locis sacris parcens, ecclesias prædæ militum dedit, & pro nefas! eorumdem ludibrio exposuit moniales. Tunc Beneventani his auditis sibi timentes, Legatis missis, Rogerio se dedere, & Innocentium abjurantem, Anacletum in Pontificem assumpsere. O rerum humanarum volucris instabilitas, & mortalium infida fidelitas, & vana in continendo officio homines studia Principum! Ecce eodem ferme momento conversa est Victoria in captivitatem, libertas in vincula, jurata ubique fidelitas in infidelitatem. Ut plane apparuerit, vana profusus existere studia hominum, quibus non aspiret divina potentia, qua tantummodo factum, ut paucos post menses extincto morte pessimo Antipapa, plenam mox acceperit Ecclesia pacem, quam parere frustra laboravit Imperatoris exercitus. Sed de his dicendum anni sequentis exordio. Interea res gestas a tyranno Siculo, (sic enim appellare consuevit S. Bernardus) prosequamur, qui multiplici jure, fidelitate sæpe jurata Feudatarius Romanæ Ecclesiæ, nihil concupivit avidius, atque tentavit audacius, quam potiri ejusdem Ecclesiæ rebus, cujus deserat esse filius, jam diu ab ejus communionem sejunctus.

At quid auditis his Innocentius Papa? re ipsa expertus quam vana solus hominis, spe contra spem nitens in tanta desperatione rerum, contra furentes tyranni Siculi impetus, adversus ferociam ultoris & victoris exercitus unum obiecit hominem humilem, sed Dei virtute potentem, qui in fugam converteret sanctæ Romanæ Ecclesiæ victores hostes. Ejusmodi plane novit esse opera Dei, mirum quod infirma mundi eligat, ut confundat fortia. Sic igitur imperio Christi gladium exercitum in defensionem Ecclesiæ, in vagina recondens, ad arma spiritualia Deo potentia se convertit sumens

vilegium ab Ughello Tom. VII. Italiae Sacrae relatum eis concessit: Anno Incarnat. MCXXXVII mense Novembri, indictione I. &c. Salernitanos fideles nostros honorare & exaltare decrevimus, qui Roberto Guiscardo bona memoria, & Rogerio & Willelmo Ducibus prædecessoribus nostris semper fideles fuerunt; nobis quoque maxime hoc tempore, quod Lotharius cum Teutonius per prædictorum nostrorum perfidiam in Apuliam intraret; & cum jam tota fere terra infidelitatis macula contaminaretur, sola Italia Salerni civi-

XXV.

XXVI. Rogerius non audiit S. Bernardum pro pace agentem.

mens scutum fidei, eoque omnia tela nequissimi securus excipiens, illæsus lædere adversarium festinavit. Quomodo ista? Audi S. Bernardum Claravallensem Abbatem, quem Romæ reliquerat ad reducendos schismate devios ad Ecclesiam (ut audivimus superius esse narratum) ad Rogerium tyrannum, spirantem minarum & cædis in omnes, qui essent Innocentii Papæ communionis, pacis nuntium mittit. Quid autem hac legatione sit actum, ut accipias: primum omnium admonendum putamus, duas simul legationes sancti Bernardi conscripsit, cum videlicet una cum sancto Bernardo missam esse Haimericum Cardinalem, Cancellarium affirmat, & ex parte Anacleti Petrum Pisanum itidem Cardinalem. Nam ista de missis ex parte utraque Cardinalibus postea contigerunt, ut ex auctore qui aderat: & ea scriptis mandabat, Falcone Beneventano satis evidenter apparet. Missus est ergo primum S. Bernardus, postea vero, petente Rogerio, Cardinales, cum videlicet a Deo humiliatus, verba pacis, quæ contemnebat, audire libenter cepit. Sed audiamus ipsum:

Interea, inquit, Abbas de Claravalle vir valde mirabilis & discretus ad Regem illum venerat, pro tanti dissidii infestatione sedanda inter Regem illum & Ducem Rainulphum fidelem Ecclesiæ, & pacem federe inter eos alligare conatus, sed frustra. Nam cum proxime utriusque copiarum essent, & longe potentiores vires Rogerii, & jam pararentur ad prælium: repulsus est ab eo nuntius pacis. Sed quid: attulerit belli exitus, audi ex eodem auctore: Rex ipse exercitum suum divisit, & ad bellandum viriliter stabilivit. Similiter & Dux ille sapienter suos ordinavit. Primum quidem Regis acies ordinata ab eo aggredditur, & inter Ducis armatos intravit; illico acies illa Regis prostrernitur. Rex autem, qui cum aliis aciebus suis armatus erat, Dei adveniente judicio,

PAGIUS: ear fidelitatem intemeratam conservavit. Hujus rei gratia magnificentia nostra muvera in prædictam civitatem & ejus populum extendere volentes, donamus, concedimus, &c. Datum Salerni X. Kal. Decemb. per manum Henrici venerabilis Messanenensis. Electi anno regni nostri septimo.

XIII. Dum Rogerius Rex Salerni verfaretur, Innocentii II. & Anacleti Legati ad eum venire, ut narrat Falco pag. 317. & seq. Ex parte Innocentii Americus Cancellarius & Girardus Cardinalis, vir valde venerabilis, cum prædicto Abbate de Claravalle Salernum super hujusmodi electione ventillanda advenerunt. Ex parte vero Anacleti Matthias Cancellarius, & Petrus Pisanus Cardinalis, & Cardinalis alius nomine Georgius similiter acceleraverunt. Quibus ita congregatis, Rex ille, ut erat sagacis ani-

timore percussus, primus terga vertens, in fugam conversus est. Sicque positus est victoria Rainulphus, qui ditissima hostium castra diripuit, insecutusque hostes ingenti eos strage confecit. Sed sicut fortis, ita sapiens haud sibi viribusque suis adeo gloriosam licet insperatam victoriam tribuit, sed Deo ipsi per sancti viri Bernardi preces obtentam: tulit acceptam: nam audi quid in vita ipsius Bonavallis Abbas de his scripserit: (a)

Parato namque ad bellum innumerabili exercitu adversus Rainulphum Ducem, idem Rex in campum armatus produxerat acies; cum subito viso Duce, audacter obviam procedente territus fugit, effusumque exercitum prædæ & cadibus exposuit, & innumeris militibus captis & interfectis, invitus Ducem ditavit opibus, gloria sublimavit. Quæ quidem ei juxta verbum viri Dei omnia contigerunt. Cum enim primus eorum quæ vocati fuerant, Abbas sanctus adveniens, Regem in castris positum invenisset, per multos dies vicinas acies ne prælium committerent, impediit: denuntians Regi, quia si conflictum inieris, victus & confusus abibis. Novissime vero cum ejusdem Regis plurimum crevisset exercitus, ignorans quod non in multitudine foret eventus belli: virum sanctum quarentem: ea quæ pacis erant, ulterius audire contempsti. At ille Ducem Rainulphum, & Catholicorum aciem verbis potentibus adhortatus, sicut Regi fugam, sic illis victoriam pollicitus est & triumphum. Cumque ad proximam villulam declinasset, & instaret orationi: repente fugientium & insequentium clamor auditur. Si quidem per eundem locum fugientem Regis exercitum Rainulphus persequeretur. Egredessus itaque Frater quidam ex his, qui cum Abbate erant, uni ex militibus occurrit, & quid accidisset, interrogat. At ille (si quidem litteras nove- rat) vidi, inquit, impium (b) super- exaltatum & elevatum sicut cedros Libani, & transivi, & ecce non erat. Nec mo-

(a) Vit. S. Bern. l. 2. c. 7. XXVII. Vincitur Rogerius a Rainulpho præcibus S. Bern.

(b) Psal. 36.

mi, providique consilii, prius partem Innocentii quadriduo usque ad occasum mirabiliter & ultra quam credi potest, examinavit; sequenter autem Anacleti partem quadriduo similiter perscrutatus est. Studiose igitur & diligenter partibus utriusque electionis auditis, Rex ipse Clerum omnem & populum civitatis Salernitanae congregari mandavit, & Episcopos & Abbates Monasteriorum qui convenerant, & cætera num. XXXIX. & seqq. recitata, sed hæc tractatio pacis irrita fuit.

Hæc ad supplendos Annales Ecclesiasticos. XIV. Præterea huc revocanda mors Lotharii Imp. Mors Lotharii: initio mensis Decembris hujus anni contigit, ut anno sequenti, ad quem eam Baro- nius distulit, demonstrabimus. Insuper idem nardi bre- doctissimus Cardinalis num. V. ait, Sanctum virum in Bernardum diu Romæ moram protraxisse cum Urbe ma-

Ha Dux ipse secutus, ut monachum vidit, sicut erat armatus, equo desiliit, & ejus pedibus advolutus: Gratias, inquit, ago Deo & fideli seruo ejus, quia non nostris viribus, sed ejus fidei collata hac victoria est. Iterumque insiliens equo hostes insequabatur. Nec tamen hac plaga sibi inflicta cœlitus correctus est animus Regis, nec detumuit procella, quam conglomerarat pravæ mentis elatio: sed post fugam reversis qui evaserant, simulans alacritatem regio se ornatu attolens, stipata militibus Curia, utramque partem præcipit accersiri. Quid hoc? audi vasmum consilium. Ne a victore Rainulpho graviorem pateretur impressio- nem, ut eum ab infecutione divelleret, & seipsum ad potentiores vires comparandas parare posset, astute nimis illud excogitavit, nempe ut in suæ conversionis spem coniceret adversarios, sicque cessaretur ab armis, & conflictus reduceretur ad Rhetorum argumenta; utque vitaret pugnam, disputationem procurare se simulat. Quomodo autem ista se habuerint, ex Chronographo Beneventano primum hæc accipe:

XXVIII. Cumque præfatus Abbas de Claravalle vir valde mirabilis & disertus, de pacis fœdere & Ecclesiæ unitate cum nominato Rege confabularetur assidue: Rex ipse cum Abbate illo stabilivit, ut tres Cardinales ex parte Innocentii Papæ, qui ejus interfuissent electioni, ad Regem ipsam venirent, & tres ex parte Anacleti, & ordinem electionis utriusque insinuarent. Deinde ipse Rex audito ordine utriusque partis, justiore quam putaret electionem eligeret, & sic Spiritu sancto favente, ad pacis perveniret cum totius regni magnitudine firmamentum, quam suo arbitrio & sententia confirmarent. Cognoverat enim, firmiterque crederat, totius mundi Christicolæ parti favere Innocentii, & ejus Pontificatum venerari, se vero solum cum sui regni

latitudine dissentire. His auditis, continuo ad Innocentium Papam & Anacle- tum delegatum est, & cursu rapido Re- gis postio destinatur. Placuit itaque eis, & consilio firmato, a parte Innocentii Haimericus Cancellarius, & Gerardus Cardinalis vir valde venerabilis Salernum simul cum prædicto Abbate de Cla- ravalle super hujusmodi electione venti- landa venerunt. Ex parte vero Anacleti Matthæus Cancellarius, & Petrus Pisa- nus Cardinales, & alius Cardinalis no- mine Gregorius similiter acceleraverunt.

His ita congregatis, Rex ipse ut erat sagacis animi providique consilii, prius partem Innocentii quatrinduo usque ad oc- casum Solis mirabiliter & ultra quam cre- dit potest examinavit: sequenti autem qua- trinduo Anacleti partem similiter perscru- tatus est. Studiose igitur & diligenter partibus utriusque electionis auditis: Rex ipse Clerum omnem & populum civita- tis Salernitanæ congregari mandavit, & Episcopos & Abbates monasteriorum qui convenerant, & coram eis taliter exor- sus est: Domini & fratres, vestram cre- dimus non latere prudentiam, qua de re Cardinales istos partis utriusque fecerim convocari: putavi enim, quantum nostræ obtigit virtuti, tali & tanto negotio fi- nem imponere, & justitiam semitam evi- denter sectari. Sed quia multis quæstio- nibus, variisque responsionibus animus noster impeditur: solus ego super hoc tanto negotio finem imponere nequeo. Un- de si, dominis istis Cardinalibus vide- tur, ordinem utriusque scribant electio- nis, & ab utraque parte unus mecum in Siciliam ascendat Cardinalis, ubi favente Deo, Nativitatis JESU CHRISTI Salvatoris celebraturi sumus festivita- tem, ibique sapientes Archiepiscopos, Episcopos, atqueque inveniemus prudent- tis animi viros, quorum consilio Ana- cleti partem usque modo sectatus sum. Nunc itaque ipsorum & aliorum sapientum con-

XXIX.

XXX.

Quæ S. Bern. pro causa Innoc. Pap.

Quæ du- plici ani- mo Roge- rius in- culcet.

consilio, super hoc negotio, divina in- spirante clementia, certissimum finem, quantum ad meam pertinet potestatem, imponemus. Card. ad hæc Gerardus re- spondit: Scitis revera, quoniam ex parte nostra ordinem partis nostra non scribemus. Audistis enim ex ore nostro seriem ele- ctionis; audistis omnia quæ circa nos gesta sunt. Cardinalem quidem mittemus Gui- donem de Castello, sapientem virum at- que disertum, qui vobiscum, sicut peti- tis, in Siciliam veniat, si sapientia ve- stra placuerit, & perficiatis, quo Spi- ritus sanctus Paracletus cor vestrum il- luminet, & recto corde ad Ecclesiam & veritatis lumen perducatur. Et his actis unusquisque ad propria remeavit. Ex parte vero Anacleti similiter Cardinalis alius destinatur: cum quibus, paratis navigiis, Rex ipse in Siciliam transfre- tavit. Hæc Falco Beneventanus in Chro- nico.

Abbas autem Bonævallis Bernardus rem longe aliter transactam esse inter Petrum Pisanum, atque sanctum Bernardum as- firmat, nec duos vel tres, sed unum tan- tum ab alterutra missum parte testatur, nempe ab Innocentio Haimericum, & ab Anacleto Petrum Pisanum. Disputatio- nem vero habitam inter sanctum Bernar- dum atque Petrum Pisanum in hunc mo- dum: Prior itaque Petrus electionem do- mini sui canonicam probare contendit, & verba sua multis legum & canonum asser- tionibus munit. At vero vir Dei non in sermone, sed in virtute regnum Dei esse intelligens: scio inquit, Petre, te virum sapientem & litteratum esse, & utinam sanior pars & honestiora te occupassent ne- gotia. Utinam te patronum causa felicior obtineret, & sine dubio rationabilia al- legantem nulla posset impedire facundia. Et nos quidem agrestes, lignibus mag- is quam declamationibus assueti, si causa Fidei non urgetur, institutum silentium teneremus. Nunc autem cogit nos chari- tas eloqui, quia tunicam Domini quam in Ann. Eccl. Tom. XVIII.

tempore Passionis nec Eibnicus præsumpsit scindere, nec Judæus fautore hoc domi- no Petrus Leonis lacerat & dirumpit (a) Ephef. Una est Fides, unus Dominus, neque Ba- ptisma: nos neque duos dominos, neque geminam fidem, nec duo baptismana no- vimus. Ut ab antiquis ordinar, una Ar- ca (b tempore diluvii fuit, in hac octo (b) Gen. 6. anima, ceteris omnibus pereuntibus eua- 7. 8. serunt, & quotquot extra Arcam in- venti sunt, perierunt. Arcam hanc ty- pum habere Ecclesiæ, nemo est qui am- bigat. Arca alia nuper fabricata est, & cum sint duæ, alteram necesse est esse adulteram, & in profundum demergi. Arca quam regit Petrus Leonis scilicet, si ex Deo est, necesse est, ut Arca quam regit Innocentius, obruatur. Peribit ergo Orientalis Ecclesiæ, peribit Occi- dens totus, peribit Francia, peribit Germania, Iberi, & Angli, & barbara regna in profundum pelagi demergentur. Religio Camaldulensis, & Carthusiensis, & Cluniacensis, & Grandimontensis, & Cisterciensis, & Præmonstratensis, atque innumerabilia servorum & ancillarum Deû collegia necesse est, ut sub uno turbine cor- ruant in abyssum. Episcopos, & Abbates, & reliquos Ecclesiæ Principes collo præcipitâ mola asnarum alligata pelagus vorax excipiet. Solus ex Principibus mundi Arcam Petri intrabit iste Rogerius, & ceteris omnibus evocatis, solus ipse salvabitur. Absit ut totius mundi religio pereat, & ambitio Petri (cujus vita palam est qua- lis extiterit) regnum cœlorum obtineat.

Ad hæc verba non ultra se poterant XXXI. qui presentes aderant, continere, sed S. Bern. abominati sunt & vitam Petri & causam. revocat Petrum Pisanum Card. a Schisma- te. Abbas autem tenens manum Petri, ele- vavit eum, & simul ipse surrexit: Tatio- rem inquit, si mihi credas, intrabimus Arcam. Et sicut jam pridem mentem con- ceperat, salutaribus illum aggrediens mo- nitis, cooperante gratia Dei, protinus persuasit, ut ad Urbem rediens, Inno- centio Papæ reconciliaretur. Soluta con- B b b cio-

PAGIUS magno Catholicorum proventu. Verum Man- ricus in Annal. Cisterc. hoc anno cap. I. ani- madvertit, Petrum Diaconum huius temporis Scriptorem in Chron. Casinensi lib. 4. cap. 106. tradere eum mense Julio in Campaniam rediisse, ac ad Montem Casinum Legatum, cum Pontifex & Imperator ibidem consisterent; præ- terquam quod mox vidimus, Bernardum ad Ro- gerium Regem missum fuisse. Quare Bernardi mora Romæ non potuit non esse brevis.

XV. Adhæc Baronius num. III. ait, S. Bernar- dum ab Innocentio II. ad se literis hoc anno accersitum, reliquisse Sermones supra Cantica absolutos viginti tres, ut apparet ex sequenti Sermone XXIIV eoque statim descriptos mi- sisse ad Bernardum de Portis Cartusianum, quod dicit testari S. Bernardi ad eum Epistolam CLIV. Sed, ut observat Manricus citatus an. MCXXXV cap. VI. Ernaldus Abbas Bonævallis in Vita S. Bernardi lib. 2. in fine capit. V. ait, Sanctum Abbatem post suum ex Aquitania redi-

tum, quem anno MCXXXV. contigisse vi- dimus, solis meditationibus divinis vacare disposuisse; per quam quietem & otium Ser- mones in Cantica Cantorum exorsus est; id- que ad instantiam Bernardi de Portis Cartusa- ni sanctissimi, ut eruitur ex Vita S. Stephani Diensis, non multo post scripta, in qua de eodem Bernardo de Portis dicitur, ejus hortatu S. Bernardus Abbas Clavevallenensis exposuit Can- tica Cantorum. Priores Sermones mox ac di- ctatos, a Bernardo ad Bernardum transmisit, antequam ederentur, liquido constat ex Epistola CLIII. & Epistola CLIV. ejusdem Sancti Abbatis. In priori enim dicit: Sermo- nes paucos in principio Canticorum Salo- monis recens dictatos, en facio transferri, & tibi, cum necdum ediderim quanto citius mit- to. In sequenti vero: Sermones super princi- pia Canticorum, quos tu petisti, & ego pro- miseram, transmittito tibi. Quare utraque Epistola non hoc anno, sed anno MCXXXV. quo

PAGIUS

quo & eam collocavit Mabillonius, scripta a San-Marthani in Episc. Bellicensibus notant tres extitisse Bernardos Priores in domo Portarum. Bernardus primus regimen abdicavit, successorem fortitus alterum Bernardum ite- dem portarum Priorem, post abdicatum Bellicensem Episcopatum, ut censet Petrus Fran- ciscus Chiffletius in Præfat. ad Manuale Soli- tariorum, qui huic Bernardo II. utramque Epistolam laudatam directam putat. Addit Chiffletius tertium per hoc tempus fuisse Bernardum Portarum etiam Priorem, postea Episcopum Diensem; sed is ad rem nostram non facit. Utramque autem Epistolam Ber- nardo II. tum nondum Priori datam esse, recte deducit Mabillonius ex prioris Epistolæ numero II. ubi S. Bernardus Dominum Prio- rem salutatur, hoc est, Bernardum primum, tunc Priorem Portarum, qui locus est in Baugeisio Dioecesis Lugdunensis prope Rhoda-

num, tribus leucis a Bellicio urbe Episcopa- li distans. Sed legendi San-Marthani lauda- ti, & Guichenonis in Historia Baugeisii, ubi de tribus istis Cartusianis verba faciunt.

Baronius ibidem citat Epistolam CLV. divi Bernardi ad Innocentium Papam, datam pro eodem quando electus est, ut dicitur in inscri- ptione, idest pro eodem Bernardo II. quan- do electus est Episcopus pro Longobardia. In ea S. Bernardus ait, Bernardum de portis in Lombardia destinatum Episcopum, dignum quidem eo honore, sed tali loco minus ido- neum, ideoque alteri convenientius reservan- dum. Innocentius II. detulit S. Bernardi con- silio, & Bernardus Portarum electus est in Episcopum Bellicensem, isque an. MCXLI. Sede Bellicensi relicta, rediit in Cartusiam. Portarum, ibidem ante annum MCXLVII. Bernardo Priori primo se abdicanti successus. Ea Epistola CLV. anno incerto data, nisi quis

XXVI. Hortari Bernardi Cartusiani.

cione Rex necdum voluit obedire quia sancti Petri patrimonium, quod in Cassinensi & Beneventana provincia amplissimum est, cupidus occupaverat, putabatque hujusmodi suspensionibus aliqua a Romanis extorquere privilegia, per qua in jus proprium deinceps sibi stabiliretur hereditas. Sic Herodes visum Salvatorem contempsit, & quem desideravit absentem, contempsit presentem. Narrat post haec miraculum quod Salerni, ubi haec sunt facta, est operatus in majorem detestationem Rogerianæ perfidiae, his paucis:

XXXII. Miraculum editum.

Igitur circa curationem cujusdam viri nobilis, & in urbe Salernitana notissimi, succumbentibus medicis quorum, ibi praecipue ars viget & studium: eidem viro de medicorum auxilio desperanti, noctu quidam per somnium apparet intimavit advenisse Salernum virum sanctum, & in curationibus efficacem: hunc inquirere jubetur, & de lavacro manuum ejus bibere. Quaesivit, invenit, aquam petiit, bibit, convalescit. Hoc verbum per totam urbem divulgatum, ad aures Regis, & procerum ejus pervenit. Cum omnium igitur popularum favore, solo Rege in malitia permanente, Abbas Romam revertitur; praedictum quoque Petrum Pisanum, & quosdam alios reconciliat Ecclesiae, & Innocentio Papa confederat. Hic finis legationis S. Bernardi ad Rogerium Siciliae Regem. Inter haec autem suos Claravallenses consolatus est litteris, quarum est exordium: (a) Ex vobis pendite, quid patiar ego. Si vobis molesta est absentia mea; nemo dubitet mihi esse molestiorem, & quae sequuntur. Alias adhuc addidit (b) post reconciliatos complures schismaticorum Catholicæ Ecclesiae, tacens tamen illa, quæ gloriæ suæ esse possent, tantum gloriatus in-

(a) Bern. ep. 143.

(b) Id. ep. 144.

PAGIUS quis velit cum Mabillonio eandem referre ad annum MCXXXV. quo duæ precedentes exaratae.

XVII. Denique Baronius num. IV. mentionem facit Epistolæ CXL. Bernardi ad Philippum Turonensem Ecclesie invasorem, quem in rectam viam reducere conabatur, significatque se esse in proximo, ubi eum videre posset, si vellet: Sumus enim, inquit, Viterbii, & te morari in Urbe audeamus. Quare quia Bernardus Ser-mone XXV. in Cant. hoc anno composito memorat suam apud Viterbium moram, Baronius hanc Epistolam ad præsentem annum retulit. Verum duplex Bernardi mora in urbe Viterbiensi distinguenda. Prima accidit anno MCXXXIII. quo Lotharium Romam, ubi coronandus erat Imperator, comitatus est, uti suo loco diximus, alteraque hoc anno. Sed ea Epistola in priori ejus professione scripta; nam Hildeberto Archiepiscopo Turonensi anno MCXXXI. demortuo, ut eo anno ostendimus, Philippus nepos Gisleberti malis artibus Sedem, quam Gislebertus tenuerat, invasit, jamque eam fere a triennio occupabat, quando Bernardus hanc Epistolam ad Philippum dedit. In altera enim ordine CL. ad Innocentium II. missa ait:

infirmatibus suis. Est autem illarum exordium: Tristes est anima mea usque dum redeam, & non vult consolari usque ad vos. Et post multa:

Sed & hac vice quam necessaria Ecclesie Dei sit vel fuerit presentia parvitas nostræ, dicerem ad consolationem vestram si non gloriam redoleret. Nunc autem melius est, ut hoc per alios cognoscatis. Instantissima postulatione Imperatoris, Apostolicoque mandato, nec non Ecclesie ac Principum precibus flexi, dolentes & nolentes, debiles atque infirmi, & ut verum fatear, pavida mortis pallidam circumferentes imaginem, trahimur in Apuliam. Rogate quæ ad pacem sunt Ecclesie; rogate quæ ad salutem sunt nobis, ut iterum vos videamus vobiscum & vivamus & moriamur; & sic vivite, ut obtineatis. Infirmus in archæo temporis, certe cum lacrymis & singultibus ista dictavi, teste charissimo fratre nostro Balduino, qui stylo ea excepit: quem Ecclesia vocavit ad aliud officium & ad aliam dignitatem. Orate & pro ipso tanquam unico solatio meo, & in quo spiritus meus plurimum requiescit. Orate pro domino Papa, qui me pariter & universitatem vestram paterno fovet affectu. Orate & pro domino Cancellario, Haimeric Cardinali videlicet, qui mihi pro matre est &c.

XXXIII. Quo statu S. Bern. cum hanc obiret legationem.

Quod ad Balduinum pertinet. excepto-rem sancti Bernardi, Pisanus hic patria erat, & Pisanæ Ecclesie creatus Archiepiscopus, de quo hoc elogium Bernardus Abbas Bonævallis in vita (c) S. Bernardi: In Tuscia Pisis natalis solis gloria & magnum Ecclesie lumen Balduinus effulsit. Hæc ipse, dum recenset eos qui ex Ordine Cisterciensi ad Episcopatus diversarum Ecclesiarum vocati fuissent sub In-

(c) Vit. S. Bern. lib. 1. c. 8.

Quanta dominandi cupiditate & juste juvenis inardescat, indicat matris sua Ecclesie diuturnus & miserabilis cruciatus, quo pene eam eviscerat miser, ut se parturiant in honorem. Est tamen, auctore Deo ejus tergiversationibus finis tandem impositus; si tamen, quod distante justitia, & compellente malitia, & pace provocante in eum actum est, Apostolica auctoritate ratum habere placuerit. Manricus an. MCXXXVII. Epistolam CXL. divi Bernardi cum Baronio in hunc annum relictens ex ea deduxit, Hildebertum Archiep. Turonensem anno præcedenti seu anno Christi MCXXXVI. demortuum, quæ & multorum sententia fuit. Verum cum nunc constet eam mortem pertinere ad annum MCXXXI. nulla amplius dubitatio esse potest de hujus Epistolæ epocha, sicuti nec de prima professione Romana S. Bernardi, quam eo etiam anno ab eo susceptam monstravimus.

Ad num. XXXII. & seq. Baronius refert partem Epistolæ CXLIV. a divo Bernardo suis Clarevallensibus data, in qua molestiam longioris absentiae suæ a dilecta Clarevalle exprimit, atque: Cum lacrymis & singultibus ista dictavi, teste charissimo fratre nostro Balduino, qui stylo ea excepit; quem Ecclesia vocavit ad

XVIII. Baldinus Abbas Reatinus diversus a Balduino Cardinali.

Innocentio Papa. Sed & Cardinalem hunc creatum fuisse, habet Petrus (a) diaconus in Chronico Cassinensi his verbis: Balduinus Cardinalis interfuit scilicet, qui post Pisanus Archiepiscopus fuit. Et inferius: Misit autem Pontifex cum dicto Rainaldo Cassinensi Abbate Balduinum presbyterum Cardinalem, præcipiens ut filium Petri Leonis a Cassinensibus monachis anathematizari faceret, ac Papæ ejusque successoribus obedientiam ab ipsis exigeret. Quod ita factum est. Extat S. (b) Bernardi epistola officiosissima & affectuosissima ad Balduinum Abbatem Reatinum monasterii, quem eundem puto cum hoc qui ad Cardinalatus dignitatem assumptus est.

(b) Bern. ep. 201.

Hoc eodem anno, cum jam Innocentius Papa Romæ consisteret, contigit mirifici illius S. Malachie Archiepiscopi Ardinachæ, totius Hiberniæ Metropolitanæ Romam adventum ad ipsum Innocentium Romanum Pontificem pro pallio tum suæ, tum etiam alterius in eadem Insula metropolitanae Ecclesie. Sed & alia præcipua causa ejus Romam adventus asseritur a sancto Bernardo eisdem vitæ scriptore, nimirum ut Evangelium prædicaret auctoritate Romani Pontificis, quamvis Apostolatus ipsius innumeris miraculis visus esset comprobatus a Deo. Sed Sanctum audi de Sancto scribentem:

(c) Idem in vita S. Malach.

PAGIUS

illud officium, & aliam dignitatem; quam Epistolam currenti anno datam esse; ipsa ejus lectio evincit. Verum Baronius Balduinum istum Cardinalem primum ex Ordine Cisterciensi creatum ab Innocentio II. anno MCXXX in Concilio Claromontano, & postea Archiepiscopum Pisanum, qui dignabatur esse scribi divi Bernardi, perperam confundit cum altero Balduino Reatini Coenobii primo Abbate, itidemque Bernardi discipulo, ad quem est Epistola divi Bernardi CCI. cum Reatinum monasterium regeret. Illud autem monasterium, duplex, alterum Sancti Matthei, alterum Sancti Pastoris, & huic Balduinus iste Praefectus erat, quo tempore alter Balduinus Cardinalitiam dignitatem obtinebat. Balduinus Abbas ex monumentis Ecclesie Reatinæ ab Ughello his verbis celebratur: Multis operibus, & miraculis clarus obiit anno MCXL. & in Cathedrali Reatina humatus est, ibique summa cum veneratione Augusti XI. die colitur. Alter Balduinus sanctitate etiam clarus fuit, Purgatorius tamen flammis post mortem expiatus, quod, ut habet Herbertus lib. 3. de Miraculis cap. 31. civilibus discordiis se immiscens, bello Pisanorum cum Lucensibus occasionem dedisset. Porro facile fuit utrumque Balduinum in unum conflare; cum uterque Italus, uterque ex Clarevalle, atque uterque Bernardi discipulus fuerit. Fallitur enim Ciacconius in Innocentio II. qui Balduinum Cardinalem Gallum facit,

dentibus cunctis signa & prodigia quæ faciebat; & quia, (d) Ubi spiritus Domini, ibi libertas. Visum tamen sibi, non tuto satis astitari ista absque Sedis Apostolicæ auctoritate. Et Romam profectus deliberat, maximeque quod metropolitana sedi deerat adhuc, & defuerat ab initio pallii usus, quod est plenitudo honoris. Et visum est bonum in oculis suis, si Ecclesia, pro qua tantum laborarat, quem hactenus non habuerat, suo acquireret studio & labore. Erat & altera metropolitana sedes, quam de novo constituerat Celsus prædecessor, prima tamen sedi, & illius Archiepiscopo subdita tanquam Primati; & huic quoque optabat nihilominus pallium Malachias, confirmarique auctoritate Sedis Apostolicæ prærogativam, quam beneficio Celsi adipisci meruerat. Quomodo autem ab Innocentio Papa digne exceptus fuerit, ita inferius idem sanctus Bernardus enarrat: Erat, inquit, tunc temporis in Sede Apostolica felicis memoria Innocentius Secundus Papa, qui eum benigne suscepit, humane satis illi super longa peregrinatione compassus. Et primo quidem Malachias quod altius inflexerat animo, cum multis lacrymis implorabat, licere sibi vivere & mori in Clarevalle permissu & benedictione summi Pontificis. Et petiit hoc, non oblitus ad quod venerat, sed affectus quo venerat desiderio Clarevalle. Non autem obtinuit, quod vir Apostolicus lucris potius uberioribus aucupandum decerneret. Nec tamen omnino frustratus est a desiderio cordis sui, cui Bbb b z morè

XXXV.

XIX.

Ad num. XXXIV. & seqq. Sanctus Malachias, quem suo loco ostendimus, an. MCXXXIV. S. Malachias sit nunciatum fuisse, occasione bellorum sede sua Archiepiscopatus fratribus, & monasterium Ibracense edificavit, ut refert S. Bernardus in ejus Vita cap. IX. Ubi, subdit Bernardus, velut de novo inchoans, legem & disciplinam, quam nullis imponebat, magis ipse portabat Episcopus & Magister. Ipse in Ordine vici suæ coquina ministerio inserviebat, ipse fratribus cum recumberent, ministrabat. &c. Interim celsus Archiepiscopus Armachanus in Ultonia Provincia moriens misit baculum suum Malachia, tanquam sibi successuro, ait Bernardus cap. X. qui jam dixerat: Jam otio extiterant ante Celsum viri itorati & absque Ordinibus, litore

CHRISTI 1137.

INNOCENTII II. PAP. 8.

LOTHARII II. IMP. 5. JOANNIS COMN. IMP. 19.

S. Malachias decernitur Legatus in Hibern.

mori ibi esse non vivere, donatum est. Mensam integrum fecit in Urbe, loca sancta perambulans, & frequentans causa orationis. Cumque per id temporis sepe ac diligenter ab eo & ab iis qui cum eo erant, summus Pontifex inquisisset esse patrie, mores gentis, statum Ecclesiarum, & quanta in terra Deus per eum operatus fuisset: paranti jam repatriare commisit vices suas per universam Hiberniam, Legatum illum constituens. Significatum sequidem erat ei ab Episcopo Gilleberto, qui (ut supra memoravimus) tunc Legatus extiterat, quod jam non posset pro senio & debilitate corporis villicare. Post haec petit Malachias confirmari novae metropolis constitutionem, & utriusque sedis pallia sibi dari. Et confirmationis quidem privilegium mox accepit: de palliis autem oportet (ait summus Pontifex) solemniter agi. Convocatis Episcopis & clericis & majoribus terrae, celebrabis generale Concilium, & sic conventio & communi voto universorum, per honestas personas requiretis pallium, & dabitur vobis. Deinde tollens mitram de capite suo (mox namque erat non nisi mitratos Romanos Pontifices ad audientiam admittere petentes audiri) impo- sit capiti ejus: sed & stolam cum manipulo dedit illi, quibus uti inter offerendum solebat. Et salutatum in osculo pacis, dimisit eum Apostolica fultum benedictione & auctoritate. Haec de congressu sancti Malachiae cum Innocentio. Quomodo autem reverso in Hiberniam concertandum ipsi fuerit cum haeretico Sacramentario, idem S. Bernardus inferius ita describit errantis unius hiberniam, quae saluti esse possit omnibus Novatoribus.

XXXVI. Certamen Malachiae cum haeretico Sacramentario.

Fuit quidam clericus in Lesmor, probabilis ut fertur vita, sed fidei non ita. Is sciolus in oculis suis praesumpsit dicere, in Eucharistia esse tantummodo sacramentum, & non rem sacramenti, id est solam sanctificationem, & non Corporis veritatem. Super quo a Malachia secre-

PAGIUS

ti tamen. Inde tota illa per universam Hiberniam, de qua superius diximus dissolutio Ecclesiastica disciplina, censura enervatio, religionis evacuatio: inde illa ubique, pro mansuetudine Christiana saeva subintroducta barbaries, imo Paganismus quidam inductus sub nomine Christiano. Mortuo Celso Malachias Archiepiscopus possessionem inire non potuit, quia quidam potentes non patiebantur Episcopari, nisi qui essent de tribu & familia sua. Tandem, ut narrat Bernardus cap. XII. anno atatis sua tricesimo octavo pauper Malachias pulso incubatore, intravit Ardmacba Pontifex & Metropolitanus totius Hiberniae, ideoque anno Christi MCXXXII. cum ejus Nativitas in annum MCXIV. incidit.

XX.

Malachias intra triennium redditae retributione superbis, & libertate Ecclesiae restituta, pulso barbarie, & reformatis ubique moribus

ro & saepe conventus, sed incassum, vocatus ad medium est, seorsum tamen a laicis, ut si fieri posset, sanaretur, & non confunderetur. Itaque in conventu clericorum data facultas homini est, pro sua sententia respondendi. Cumque totis ingenii viribus, quo non mediocriter callebat, asserere & defendere conaretur errorem; Malachia contra disputante, & convincente, judicio omnium superatus, de conventu confusus quidem exiit, sed non correctus. Dicebat autem, se non ratione victum, sed Episcopi praesentem auctoritate: Et tu, inquit, o Malachia, sine causa me hodie confundisti, adversus profecto veritatem locutus, & contra tuam ipsius conscientiam.

* f. valebat.

Machius Malachias pro homine sic indurato, sed magis Fidei dolens injuriam; timens periculum, Ecclesiam contocat, errantem publice arguit, publice monet ut resipiscat. Suadentibus hoc ipsum Episcopi & universo Clero: cum non acquiesceret, contumaci anathema dicunt, haeretico protestantes. Nec sic evigilans, Omnes, inquit, favetis homini potius quam veritati. Ego personam non accipio, ut deseram veritatem. Ad hoc verbum subfomachans Sanctus: Dominus inquit, fateri te veritatem faciat, vel ex necessitate. Quo respondente, Amen, solvitur conventus. Tali ille inustus caetero fugam meditatur, infamis atque inhonoratus fore non sustinens. Et continuo sua tollens exibat. Cum ecce subita correptus infirmitate, sistit gradum viribusque deficiens, eodem loco jactat se super solam unbelus & fessus. Forte incidens in id loci vagabundus insanus offendit hominem: Quidnam ibi agat, percunctatur. Respondet, gravi se infirmitate teneri, & neque procedere, neque redire valentem. Et ille: Infirmitas ista haud alia, inquit, quam ipsa mors est. Hoc autem non dixit a semetipso: sed pulchre Dominus per insanum corripuit eum, qui sanis acquiescere noluit consiliis sensatorum. Et addit: Revertere domum,

XXXVII.

Haereticus Sacramentarius damnatur & curatur.

Christiana religionis, videns omnia in pace esse, cepit cogitare & de sua pace. Cum vero duos episcopatus in unum ambitio conflasset, nempe Conneretensem & Dunensem, eos iterum divisit Dunensi contentus. Erat & altera Metropolitana Sedes, quam de novo constituerat Celso, prima tamen Sedi & illius Archiepiscopo subdita, tanquam Primati: & huic quoque optabat nihilominus Pallium Malachias, confirmarique auctoritate Sedis Apostolice praerogativam, quam benedictio Celso adipisci meruerat. Quare Romam profectus est, non quidem hoc anno, ut putavit Baronius, sed anno millesimo centesimo tricesimo nono aut insequenti, ut notavit Manricus in Annal. Cisterc. anno MCXXXIX. cap. V. Bernardus enim cap. XV. asserit, Malachiam novem annos postea supervivisse; mortuus est autem anno MCXLVIII. Mensam integrum Romae moratus est, & paranti jam re-

CHRISTI 1137.

INNOCENTII II. PAP. 8.

LOTHARII II. IMP. 5. JOANNIS COMN. IMP. 19.

PAGIUS

num, ego te juvabo. Denique ipso duce revertitur in civitatem, redit ad eor, & ad misericordiam Domini. Eadem hora accitur Episcopus, agnositur

patriare commisit vices suas, per universam Hiberniam Legatum illum constituens, nempe Innocentius II. inquit Bernardus cap. XVI. qui subiungit, Innocentium II. Pallii concessionem distulisse, donec celebrato generali Concilio in Hibernia illud a se peteretur. Dum Romam pergeret, Claramvallem venit, & petit licere sibi vivere, & mori in Claravalle, quod a Pontifice non obtinuit, quod virum Apostolicus lucris potius uberioribus occupandum decerneret. Frequens & receptum erat istis temporibus, ut Episcopi Monachos induerent, dignitate retenta, non scilicet ac retento Monachatu, Monachi ad infulas protrahebantur.

XXI. Mortuus Ludovicus VI. Rex Franciae & Guillelmus IX. Dux Aquitaniae.

Hoc anno die prima mensis Augusti mortuus est Ludovicus VI. cognomento Grossus Francorum Rex, & die nona mensis Aprilis Guillelmus IX. ultimus Aquitaniae Dux, ut anno superiori ostendimus. Guillelmus mortem sibi imminere conficiens, Optimates Principatus sui juramento constringit, ut Eleonoram filiam Ludovici Regis Ludovici filio copularent, uti narrat Chronographus Mauriniacensis initio lib. 3. Ad eam mitantur a Ludovico Rege aliqui Magnates, & inter eos Gaufridus Carnotensis Episcopus qui Burdegalam veniunt, ubi universis Aquitania Pontificibus cum Archiepiscopo suo Gaufrido asstantibus, Ludovicus est puella nomine Eleonora legali vinculo sociatus; sed in medio convivi Legatus pernici curru delatus Ludovicum Regem vitam Parisiis finisse denunciat. Ludovicus filiam huius nominis VII. ei in Regno succedens festinato in Galliam venit, Eleonora Reginae cura Gaufrido Carnotensi Episcopo commissa. Ita Aquitania Galliae Regno hoc anno adiuncta. Quas ditiones contineret, Ernaldus Abbas Bonavallis in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 6. indicat scribens Potentatui Ducis Guillelmi subditas fuisse Provincias Burdegalem, Auxiensem (sc. in Aquitania II. & III.) & Turonicam, & quidquid a collibus Ibero- rum usque ad Ligerim complectitur & claudit Oceanus, paruisse ejus Imperio. Turonica tamen Provincia ultra dexteram Ligeris ripam late distenta, quae continet Britanniam Armericam & novem in ea Episcopatus, parebat tunc Britanniae Comitibus.

XXII. Obitus Guigonis Prioris Cartusiae.

Guigo quintus Prior Majoris Cartusiae Valentiae in De Iphinatu natus anno a nativitate sua quinquagesimo circiter quarto a conversione ejus tricesimo, & a Prioratu vicesimo septimo, cum ab exordio Cartusienis eremi, annus quinquagesimus tertius ageretur, sexto Kal. Augusti sanctum Deo Spiritum commendavit, ut dicitur in Institutionibus Ordinis Cartusienis Tom. I. Biblioth. Labbei recitato ideoque hoc anno; cum Carthusianorum Ordo an. MLXXXIV. ut suo loco ostendimus, fundatus fuerit. Scripsit Guigo Vitam S. Hugonis Gratianopolitani Episcopi, aliaque Opuscula ab Oudino in Supplement. de Scriptur. Ecclesiastic. enumerata, ubi tamen male ait, Sanctum Hugonem fuisse primum Cartusianorum fundatorem.

XXIII. Obitus B. Oldegarii Archiep. Tarracon. & Episc. Barchon.

Obiit & Beatus Oldegarius Archiepiscopus Tarraconensis & Episcopus Barchonensis in Hispania pridie Nonas Martii, ut testatur Diac. Tarracon. & Episc. Barchon. VI. mensis Martii, qui mox a peractis sole-

veritas, abiicitur error, confessus reatum absolvitur, petit viaticum datur conciliato, & uno pene momento perfidia ore abdicatur, & morte diluitur. Ita mi-

mniter exequiis miracula quamplurima coepit patrare; quibus prodigiis Cleri populique Barchonensis aucta erga Beatum veneratio anno XIX. & XX. Ludovici VII. Franciae Regis perennes census constituti sunt fovendis, quae ad tumulum Sancti arderent, lampadibus & post aliquot annos semel & iterum canonizatio ejus a sancta Sede petita. Ante Episcopatum fuerat Abbas S. Rufi juxta Avenionem, cui successere Voillelmus, Pontius, Severus, de quibus anno MCXVI. egimus, & Guillelmus II. qui hoc anno S. Rufi Abbatiam adhuc regebat. Baluzius enim in Appendice ad Marcam Hispanicam num. 397. refert Chartam Raimundi Comitis Barchonensis datam anno MCXXXVII. Tertio Nonas Aprilis, qua Comes quandam Ecclesiam largitur Ecclesiae Sancti Rufi & domino Guillelmo Abbati, & omnibus successoribus ejus.

XXIV.

Hoc anno Cardinalis Guido, qui superiori Concilio in Civitate Burgenfi congregarat, aliud Vallisoleti celebravit, quod Sandovalius in Alfonso VII. fol. 163. eruit ex Charta Alfonsi VII. Castellae Regis & Imperatoris, data in gratiam Monasterii Vallis-Paradisii inter Zamoram & Salmanticam die quarta Octobris, era MCLXXV. ex qua etiam deducit, eundem Alfonso cum Alfonso Purtugalliae colloquium habuisse. In ea enim dicitur, tempore quo Guido Romana Ecclesia Cardinalis Concilium in Vallisoleti celebravit, & ad Colloquium Regis Portugalliae cum Imperatore venit. Tharasia Alphonsi Portugalliae Comitissae mater semper se se Lusitaniae Reginam appellavit, & in laudata Charta Regis titulus Alphonsi honoris causa tributus; eam tamen nondum hoc nomen fuisse, Chartae ab eo datae demonstrant. Hispani omnibus Principibus Regis titulum saepe tribuebant, quamvis ipsimet in Actis publicis hunc titulum non usurparent.

XXV.

Ranimirus Monachus Aragoniae Rex Ranimundo IV. Barchonensi Comiti filiam suam uxorem dedit cum totius regni integritate. Baluzius in Appendice ad Marcam Hisp. num. 394. Instrumentum exhibet, quod est actum gno redit III. Idus Augusti anno Incarnat. Dom. CXXXVII. post millesimum, era MCLXXV. praefato Rege Ranimiro regnante. Paulo post IV. Kal. Septemb. Ranimirus Rex Instrumento ibidem relato idcirco declarat quidquid haecenus alicui dedisset vel concessisset, ad quod ab hodierno die in ante daret absque consilio & bona voluntate Comitissae, dicens se id facere propter multas fraudes, quas a multis passus esset. Denique Idibus Novembris cum Caesaraugusta esset, Regnum plane abdicavit in favorem Raimundi generi sui. Instrumentum ibidem refertur num. 396. Cum vero Ranimirus Rex de deserendo mundo serio cogitaret, & morte Beati Oldegarii Ecclesiae Barchonensis & Tarraconensis vacarent, earum Episcopus electus fuit, ut eruitur ex Instrumento ibidem num. 290. recitato, quod Ranimirus his verbis confirmat: Ego Ranimirus Dei gratia Rex & Electus Tarraconensis & Barchonensis concedo, & confirmo hoc quod superius scriptum est. Haec tamen electio confirmata non fuit, Ranimirus enim Rex in Monasterio suo vitam clausit, & Gregorius Archiepiscopus Tarraconensis anno MCXLIII.

CHRISTI
1137.INNOCENTII II. PAP.
8.LOTHARII II. IMP. 5.
JOANNIS COMN. IMP. 19.

mirantibus cunctis, sub omni celeritate completus est sermo Malachia, & Scriba (d) If. 28. piura pariter dicens: (a) Quia vena-

Gervasius tamen in Chron. pag. 1344. ubi de eadem Alberici Card. Legatione, & de eodem Concilio Londoniensi verba facit, in aliquibus a Ricardo discrepat. Ait enim: Legatis literis coram Rege & Primoribus Angliae licet non imprimis, vix tandem pro reverentia Domini Papae susceptus est. Doluit enim Rex fratrem suum Wintoniensem Episcopum (Henricum appellatum) Legatione posita privari, qua vacante Sede Cantuariensi admodum gloriabatur. Recitat postea literas citatorias de eligendo Cantuariensi Archiepiscopo missas, atque se Episcopos & Abbates convocasse ad colloquium, quod Londoniae habere disposuerat apud Westmonasterium Dominicae Adventus Domini, qua cantabitur, Gaudete in Domino. Praecipit etiam, ut V. aut VI. feria ante praedictum terminum Londoniae veniant. Tum ait, Idibus Decembr. celebratam esse Synodum apud Westmonasterium, praeside Alberico Ostiensis Episcopo, & Innocentii II. in Angliam & Scotiam Legato, cum Episcopis num. XVII. Abbatibus fere XXX. & Cleri & populi multitudine numerosa. Deinde exhibet capitula XVI. in hoc Concilio statuta, scribitque, folio Concilio Jeremiam Priorem Cantuariensis Ecclesiae elegisse Theobaldum Abbatem Becensem ad regimen Cantuariensis Ecclesiae proximo Sabbato ante Natale. His addit Ricardus laudatus Albericum Legatum invitasse omnes

XII. Apud Londoniae convocatum.

XIII. Illud Idibus Decemb. celebratum.

CHRISTI
1138.INNOCENTII II. PAP.
9.LOTHARII II. IMP. 6.
JOANNIS COMN. IMP. 20.Legatio
Alberici
Card.
Ostienf.
in Angl.

sive Anglicana; misit a latere Legatum Albericum Cardinalem Episcopum Ostiensem, qui celebravit Londoniense Concilium, & ibi annuente Stephano Re-

ge, Theobaldum Beccensem Abbatem creavit Archiepiscopum Cantuariensem. Hæc Rogerius in Annalibus.

An-

PAGIUS

nes Episcopos & Abbates plurimos Angliæ ad generale Concilium, quod Innocentius II. ad medium Quadragesimam Roma celebraturus erat. Dum autem hæc agerentur, de pace reformanda inter duos Reges sapissime ac diligentissime cum pluribus, & maxime cum Regina Angliæ tractavit, quam anno sequenti ad exitum perduxit, ut ibidem narrabimus. Hujus Concilii Canones legendi Tom. X. Concil. ubi numerantur XVII. quia unus ibidem in duos dispersitus fuit.

XIV.
Expediit
Alphonfi
Castella
Regis in
Mauro.

Era MCLXXXVI. (Christi nempe MCXXXVIII) mense Maio, ut dicitur in Historia Toletana apud Sandovalium fol. 164. & seq. Alphonfus Imperator cum ingenti exercitu Toledo ingressus est, & hostiles agros usque ad Betim fluvium devastavit. Christianorum pars inconsulto Imperatore fluvium trajecit, & in Maurorum ditiones penetravit, omnia prædando & depopulando. Sed tantus imber depluit, ut fluvius accreverit, & amplius vadofus non fuerit. Quare cum milites Christiani ad suos redire non possent, Mauri, qui magno numero unum in locum coierant, hos temerarios interneione delevære, ipso Alphonfo Imperatore vidente, qui cum eis auxilium

ferre nequiret, Toletum moestus secessit.

Hoc anno Alphonfus Infans, nepos Alphonfi Imperatoris Hispaniarum, filius Consulis (id est Comitis) Domini Henrici & Regina Tharasia, Princeps Provincia Portugallia (non vero Rex) Chartam emisit in gratiam Episcopi Petri de Rabaldi & successorum ejus, recitatam a Roderico de Cunha Episcopo Portuensi, & deinde Archiepiscopo Braccarensi, in Catalogo Episcoporum Portuensium anno MDCXXXIII. lingua Lusitania impresso apud Portum. Ait Rodericus eam confirmatam a Monio Episcopo Salmanticensi; sed non dubito quin Chartam male legerit, cum eo tempore nihil Salmanticae cum Lusitania commune esset, & Ecclesia Salmanticensis pacifice regeretur a Berengario Imperatoris Alphonfi Cancellario, anno MCXXXVII. ordinato, postquam Innocentius II. Petrum Episcopum tanquam parum idoneum deposuit, & Episc. CCXXXII. Divi Bernardi in ejus gratiam ad Innocentium II. scripta ei inutilis fuit. In Charta itaque Portuensi Munionis Lamacensis Episcopi nomen scriptum fuit, Lameca enim, & Portus parum inter se distant.

XV.
Donatio
Alphonfi
Lusitania
Comitii.JESU CHRISTI
ANNUS
1139.INNOCENTII PAP. II.
ANNUS
10.VACAT. IMP. OCCID. I.
JOANNIS COMN. IMP. 21.

I.

Annus Redemptoris sequitur millesimus centesimus trigessimus nonus, Indictione secunda, quo Innocentius Papa in Germania ad electionem successoris Lotharii Imperatoris Legatum a latere mittit Theodinum Episcopum Cardinalem. Agit de hac legatione (a) Otto Frisingensis, aitque: Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo octavo, defuncto sine filiis Imperatore Lothario, conventus generalis Principum Moguntia in proxima Pentecoste indicitur. Quidam autem ex Principibus timentes, ne forte in generali Curia Henricus Dux Norvicorum, qui tunc præcipui & nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam prævaleret: circa mediam Quadragesimam, consilio habito in oppido Gallia Confluentia, conventum celebrant, ibique Conradum Imperatoris Henrici sororium, de quo supra Ann. Eccl. Tom. XVII.

(a) Ott.
Frising.
l. 7. c. 22.
23. 24.Conradus Rex
creatur
rejectione
Henrico.

pra diximus, præsentem * Theodinum Episcopo Cardinali, ac S. R. E. Legato, summi Pontificis, ac totius Romani populi, urbiumque Italiae assensum promittente, nonagesimumquartum ab Augusto Regem creat. Qui mox ad palatium Aquis veniens, a prædicto Cardinale, (nam Colonienfis, qui id facere jure debuerat, noviter inthronizatus pallio carebat) cooperantibus Colonienfis & Trevirensis Archiep. cum cæteris Episcopis, in Regem ungitur. Hæc de promotione Conradi. De Henrici vero Ducis dejectione inferius. Porro qui non nisi Imp. Occidentium tantum non Regum Romanorum. annos præfigere chronographia consuevimus, jam cum defuncti Imperatores, notas numeri Regum Romanorum ad clariorem temporum significationem ponemus, sed cum suo titulo tantum.

* al.
TheodinoItaque Conradus Rex (inquit Otto) in
D d d d Pen.

II.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6632.

SÆC. XII.
An. Era
Hisp. M.
CLXX.
VII. An.
Hegira
DXXX.
IV. in
choato
die 28.
Aug. ser.A. C.
1139.I.
Conradus
anno su-
periori
Rex Rom.
electus.

© 28. A.) 19. P. 23. April. Indict. 27

JESU CHRISTI 1139.

INNOCENTII II. PAPÆ 10.

CONRADI III. REG. 2.

JOANNIS COMNENI IMP. 22.

Num. I. ad IV. Conradus Henrici Imp. hujus nominis V. nepos ex Agnete sorore, qui Imperante Lothario se se Imperatorem dixerat, ut suo loco vidimus, non hoc anno, ut habet Baronius, sed superiori Romanorum Rex renunciatus est, ut Otto Frisingensis, cujus verba recitat Baronius, declarat; ait enim: Anno ab Incarnat. Domini MCXXXVIII. (defuncto sine filiis Imperatore Lothario) Conventus generalis Principum Moguntia in proxima Pentecoste indicitur. Tum ait, circa mediam Quadragesimam Confluentia a qui-

busdam Principibus, præsentem Theodinum Cardinalem ac S. Sedis Legato, [2] Conradum electum fuisse Romanorum Regem. Idem habet Trithemius in Chron. Hirsaug. & longe ante eum Dodechinus in Chro. qui ad an. MCXXXVIII. ait: Conventus Principum apud Confluentiam urbem factus est in cathedra Sancti Petri, ubi Conradum Henrici Imp. ex sorore nepotem Regem constituunt. Qui deinde media Quadragesima, Dominico die, a Dieuvino (legendum Theodino) Cardinale Aquisgrani civitate constitutus est, sed legendum, coronatus est. Porro, ut statim ostendo, Dodechinus Abbas in die Conventus habiti errat. Baronius citata Ottonis Frisingensis verba legens, existimavit, eum asserere Lotharium anno MCXXXVIII. fato functum esse; cum tamen an. MCXXXVIII. non ad Lotharii mortem, sed ad Conventus Moguntinum Otto referat, supponatque Lotharium sub finem anni MCXXXVII. e vivis abiisse, & ejus hac de re verba inter duas parentheses, ut a nobis factum, includenda sint. [1]

Posset obijci locus Orderici lib. 13. pag. 915. qui ait, Anacleto mense Januario anno MCXXXVIII. demortuo sequenti mense fa-

II.
Refallitur
opinio
contraria

NOTÆ [1] Pagii sententiam confirmat, ad annum emortualem Lotharii, & ad electionem Conradi II. quod attinet, charta Wiboldi abbatis Stabulensis, edita a Martenio in collectione amplissima Anecd. tom. II. pag. 108. in qua legitur: Actum est publice in monasterio Stabulensi, Nonis Junii, die dedicationis ecclesie, confirmatum anno Dominice Incarnationis MCXXXVIII. qui est primus ordinationis Domini Conradi II. Romanorum regis invictissimi, indictione prima. Itaque non anno 1139. sed anno 1138. Conradus Romanorum rex dictus est. GEORGIUS

[2] Conradum III. assumptum fuisse anno 1138. die 26. martii in quem anno illo dominica quadragesimæ tertia incidebat certum deinceps ratumque esse eruditus debet, id luculenter asserente Annalista Saxone qui sequenti anno historiam suam absolvit, cujus hæc sunt verba ad annum 1138. Principes communicato consilio decreverunt generalem conventum in Pentecoste Moguntia fieri. . . . Sed Conradus Suevus frater Friderici Ducis (Alfatiæ) quondam usurpator regii nominis factione Adalberonis Trevirensis archiepiscopi, & quorundam Principum (hic aliqua defunt in codice) die dominica: Oculi mei (nempe III. quadragesimæ) successitque proventus in regno Thietuvino cardinali episcopo consecratus. Hanc postea electionem non omnium consensu factam, in curia Bambergæ die Pentecoste habita, quamplures regni principes confirmaverunt, ait Annalista Bofoviensis ad hunc annum. MANST

Pentecoste Curiam in præfata civitate, ut conditum erat, cum maximo regni fastigio, & maximo conventu Principum habuit, ubi omnes Saxones simul cum viduata Imperatrice Richiza venientes, ultro se sua ditioni subdidere. Solus ex Principibus Dux Henricus regalia servans aberat: ad quæ reddenda in festivitate Apostolorum Petri & Pauli dies ei præfigitur Ratisponæ. Quo veniens, regalia quidem multis illectus promissis reddidit, sed tamen ea minime consecutus, infesto pacis negotio, sine gratia ejus recessit. Cumque multis modis homo præpotens & animosus, sed nutu Dei humiliatus, misericordiam peteret, nec impetraret: tandem judicio quorundam Principum apud Herbipolim proscibitur, ac proxima Nativitate Domini in palatio Goslaricnsi Ducatus ei adjudicatur. Et mirum dictu, Princeps ante potentissimus, & cujus auctoritas (ut ipse gloriabatur) a mari usque ad mare, idest a Dania usque in Siciliam extendebatur: in tantam brevi humilitatem venit, ut pene omnibus fidelibus & amicis suis in Bajocaria a se deficientibus, clam inde egressus, quatuor tantum comitatus sociis, in Saxoniæm veniret. Et inferius: Cum Dux Henricus auctoritate fœderis sui Imperatoris, propriisque viribus in tantum excrevisset, ut omnes despiciens, nulli pro regno supplicare dignaretur: Dominus quoque humilia respicit, & alta a longe co-

Henrici Ducis de-merfio ex superbia.

PAGIUS

mam personasse quod Rogerius Apulia Dux defunctus esset, quem præfatus schismaticus (scilicet Anacletus) Regem consecraverat, data que sorore sua sibi ad perturbandum Ecclesiæ jus asciverat. Porro Lotharius Imp. ut Rogerii occasum audiret, in Apuliam festinavit. At Ordericus dupliciter errat. Primo cum vult Lotharium mortuo Anacleto in Apuliam ingressum esse; certum enim est, id ante hujus Pape mortem accidisse. Secundo, cum asserit, rumore de morte Rogerii Regis mense Februario anni MCXXXVII. sparsum esse; cum jam anno MCXXXV. id contigisse demonstraverimus. Quare Ordericus dum de rebus sua ætate gestis verba facit, cum magna cautela legendus.

III. Conradus post Cathedraliam S. Petri anno superioris Rex electus.

Conradum anno superiori, non vero præsentis Romanorum Regem electum esse, ideoque & Lotharium anno MCXXXVII. denatum, varia Conradi Diplomata certum indubitatumque reddunt; in illis enim primus Conradi Regni annus non a præsentis, sed ab antecedenti deducitur. Contentus hic ero duo memorare. Unum quod extat lib. 2. Hist. Metropolitani Remensis cap. 44. cui subscribit: Theodinus sancta Rufina Cardin. & Apostolica Sedis Legatus. Tum legitur: Signum Domini Conradi innotissimi Regis Arnulphi Cancellarius vice summi Cancellarii Moguntini script. & subscrip. Colonia III. Idus Aprilis anno MCXXXVIII. Ex eo enim necessario sequitur, exeunte anno MCXXXVII. vivere desisse, & Conradum anno MCXXXVIII. Regem Romanorum electum fuisse. Alterum Diploma profert Tritheimus in Chron. Hirfaug. datum ab Embrico-

gnoscit, deponit potentes, & exaltat humiles, illum, Conradum scilicet, humiliatum & pene desperatum ad fastigium regni provexit; hunc de alio, in gloria & potentia sua gloriantem deiecit. Et haud diu post consumptus mœrore, morte sublatus est.

III. Creatus Conradus Rex Romanorum, ad sanctum Bernardum litteras scripsit, questus quod olim favisset Lothario adversus eum. Ad quem hæc breviter idem sanctus Bernardus rescripsit: (a)

Scripta vestra & salutationes tam devotus suspicio, quam modicus sum ad illa; modicus dixerim dignitate, sed non devotione. Querimonia Regis nostræ sunt, & maxime illa, quam dignanter exprimitis de invasione Imperii. Regis dedecus, regni diminutionem nunquam volui, volentes odit anima mea. Legi quippe: (b) Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Quam tamen sententiam cupio vos, & omnimodis monito custodire in exhibenda reverentia summa & Apostolica Sedi & B. Petri Vicario, sicut ipsam vobis vultis ab universo servari Imperio. Sunt que non putavi scribendas: præbens ea forsassis opportunius intimarem. Hæc Bernardus ad Conradum.

IV. Eodem anno, proxima media Quadragesima (idem inquit (c) Otto Frisingensis Episcopus) Synodus maxima cir-

III.

(a) Bern. epist. 183. Quæ S. Bernard. ad Conrad.

(b) Rom. 13.

IV.

(c) Otto lib. 7. c. 23.

ne Herbipolensi Episcopo, in cujus sine legitur: Acta sunt hæc anno Incar. Dom. MCXXXIX. indit. secunda regnante Conrado anno primo regni ejus. Data Wirseburg. per manum Gebhardi IV. Kalend. Martii, idest die XXVI. mensis Februarii. Quibus ex verbis duo eruo. Primum, Conradum anno superiori Regem renunciatum esse; cum hoc anno ante Quadragesimam die VIII. Martii inchoatam jam regnaret, & juxta Ottonem Frisingensem circa mediam Quadragesimam Rex dictus fuerit. Secundum, errasse Dodechinum Abbatem quando scripsit, eum in Cathedralia S. Petri, seu die XXII. Februarii anni MCXXXVIII. electum, quia hoc anno die XXVI. ejusdem mensis annum primum Regni sui adhuc numerabat. Cæterum Conradus in Diplomate modo dicitur Conradus III. modo vero Conradus II. quia tertius hujus nominis fuit inter Reges Germaniæ & secundus inter Reges Romanorum; quo pacto etiam Henricus aliquando quartus & aliquando quintus appellatus reperitur.

IV. A num. IV. ad X. Celebratum hoc anno Concilium Lateranense II. quod inter Oecumenica decimum numeratur, cui mille circiter Patres interfuere, ut Otto Frisingensis a Baronio laudatus, & Abbas Urspergensis testantur. De anno inter omnes convenit; diem vero notavit Falco in Chron. Benevent. qui ait, illud habitum octavo die intrante mensis Aprilis. Sed ex Ottone Frisingensi, Urspergensis Abbate, & Orderico elicio, loco, octavo die, legendum esse, secundo die. Scriptores enim laudati tradunt, illud habitum proxima media Qua-

IV. Concil. Lateran. II. Oecumenicum.

Concil. Rom. Generale.

citer mille Episcoporum Roma, præsentem summo Pontifice Innocentio celebratur: ibique post multa salutifera decreta promulgata, schismatici, qui parti Petri Leonis faverant, damnantur. Hæc tantum de Synodo maxima Otto. Nos autem non sine magno labore, quæ ad tam celebre Concilium spectant, simul hinc inde colligere studuimus. Atque primum quod ad diem spectat, in scripto Chronico Beneventano hæc de eisdem Concilii certa die: Hoc anno præfatus Apostolicus Innocentius, octavo die intrante mensis Aprilis Roma Synodum celebravit. Ad cujus sacri conventus præsentiam Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates innumeri convenerunt: ibique inter cætera, quæ Spiritu sancto median- te statuta sunt, vinculis excommunicationis alligavit Regem Rogerium prædictus Apostolicus Innocentius in præsentia omnium Catholicorum virorum, qui convenerunt, & omnes ejus sequaces. Hæc de Synodo. Extant canones hujus Concilii in libro censuum Vaticanæ Bibliothecæ, & alio codice Vaticano Decretorum collationis, ex quo (a) Gratianus aliqua capita intulit in Decretum. Quæ inde accepta hic tibi subiicimus; sunt numero canones triginta his verbis conscripti:

(a) Dist. 90. c. pen. ult. q. 2. c. illud 17. q. 4. c. si quis suscitans diab. sin. & alia plura.

V.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

Statuimus, ut si quis simoniace ordinatus fuerit, ab officio omnino cadat, quod illicitè usurpavit.

Si quis Præbendam, vel Prioratum seu Decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam Ecclesiasticam, seu quolibet sacramentum, ut puta, chrismata, vel oleum sanctum, consecrationes altarium vel Ecclesiarum interveniente execrabili * ardore: male acquisito carcat, & emptor atque venditor, & intervenditor, nota infamie percussantur. Et nec profectu, nec sub obtentu alicujus consuetudinis ante vel post, a quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat: quoniam simoniaceum est: sed libere & absolute atque beneficio perfruatur.

Ann. Eccl. Tom. XVII.

PAGIUS

dyagesima, ut Otto, vel mediante quadragesima, ut Urspergensis, vel in medio Quadragesima, ut Ordericus; dies vero octavus Aprilis incidit hoc anno in Sabbatum ante Dominicam de Passione, & Concilium de more ferria secunda inchoatum die præcedenti, nempe secunda Aprilis, præviis ad Deum precibus destinato. Verba Orderici infra recitabo.

V.

Pauci E-

piscope &

Abates

Angliæ

Concilio

interfu-

erunt.

Ricardus Prior Hagustaldensis in Hist. de Gestis Regis Stephani, postquam de Legatione Alberici Officis Episcopi anno superiori ab Innocentio in Angliam missi, locutus est, de Concilio Lateranensi hæc habet: Anno MCXXXIX. perfectis negotiis suis in Angliam sepe dictus Legatus, mox post octavas Epiphaniæ cum suis ad mare reversus transfretavit. Nam ad prædictum Concilium Domini Papa tem-

A suis Episcopis excommunicator, ab alio suscipi, modis omnibus prohibemus. Qui vero excommunicato, antequam ab eo qui eum excommunicaverit absolvetur, scienter communicare præsumpsit: pari sententiæ teneatur obnoxius.

Præcipimus etiam, quod tam Episcopi quam clerici in statu mentis, in habitu corporis Deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate, aut colore vestium, nec in tonsura, intuentium, quorum forma & exemplum esse debent, offendant aspectum, sed potius, quam eos decebat sanctitatem. Quod si moniti ab Episcopis emendare noluerint, Ecclesiasticis careant beneficiis.

Illud enim quod in sacro Chalcedonensi constitutum est Concilio, irrefragabiliter conservari præcipimus: ut videlicet decedentium bona Episcoporum a nullo omnino hominum diripiuntur, sed ad opus Ecclesiæ & successoris sui in libera æconomi & clericorum permaneat potestate. Cessor igitur de cætero illa detestabilis & sava rapacitas. Si quis autem hoc amodo attentare præsumpsit, excommunicationi subjaceat. Qui vero morientium presbyterorum, vel clericorum bona rapuerint, simili sententiæ subiciantur.

Decernimus etiam, ut hi, qui in ordine subdiaconatus, & supra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque beneficio careant. Cum enim ipsi templum Dei, vasa Domini, sacrarium Spiritus sancti debeant esse, & dici; indignum est eos cubilibus & immundissis deservire.

Ad hæc prædecessorum nostrorum Gregorii VII. Urbani, & Paschalis Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes interdiximus, ut nullus Missas eorum audiat, quos uxores, vel concubinas habere cognoverit. Ut autem lex continentia, & Deo placens munditia in Ecclesiasticis personis & sacris ordinibus dilatetur: statuimus, quatenus Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares Canonici & monachi, atque conver-

D d d d z ff,

poro congruo pervenire properavit. Theobaldus quoque Cantuariensis Archiepiscopus, & Arnulphus Rossensis, & Simon Wigorniensis, Rogerus Coventrensis, Robertus Excestrensis. Isti quinque Episcopi, & cum illis quatuor Abbates, pro omnibus Episcopis & Abbatibus Angliæ ad idem Concilium iverunt. Namque Rex Stephanus propter turbationem regni sui, qua gravis tunc imminabat, plures illic mittere noluit. Præterea bona memorie Turstinus Eboracensis Archiepiscopus, & propter Concilium & propter quadam alia privata negotia, qua per illum facere disponebat, Richardum Abbatem de Fontibus eximia virtutis virum, de quo superius mentionem fecimus, illic direxit. Namque sicut vulgo dicebatur, de sede sua se ipsum deponere, & germanum fratrem suum Audocum

si, professi, qui sacrum transgredientes propositum, uxores sibi copulare presumpserint, separentur. Hujusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus poenitentiam agant condignam.

Id ipsum quoque de sanctimonialibus feminis, si quod absit, nubere attentaverint, observari decernimus.

Prava autem consuetudo (prout accepimus) & detestabilis inolevit, quod & monachi & regulares Canonici post susceptum habitum & professionem factam, spreta beatorum magistrorum Benedicti & Augustini Regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiscunt. Avaritiæ namque flammis accensi, se patronos causarum faciunt: & cum psalmodia, & hymnis vacare debent, gloriose vocis confisi munimine, allegationum suarum varietate jutum, & injustum, fasque nefasque confundunt. Attestantes enim Imperiales constitutiones absurdum, immo opprobrium esse clericis, si peritos se velint disceptationum esse forensium, & hujusmodi temeratoribus graviter ferendis. Ipsi quoque Canonici & monachi, neglecta animarum cura, Ordinis sui propositum nullatenus attendentes, pro detestanda pecunia sanitatem pollicentes, humanorum se faciunt curatores corporum. Cumque impudicus oculus impudici cordis sit nuntius: illa etiam, de quibus loqui erubescit honestas, non debet religio pertractare. Ut ergo Ordo monasticus & canonicus Deo placens, in sancto proposito inviolabiliter conservetur, ne hoc ulterius presumatur, auctoritate Apostolica interdiximus. Episcopi autem, Abbates, & Priores tantæ enormitati consentientes, & non corrigentes, propriis honoribus spolientur, vel ab Ecclesie liminibus arceantur.

Decimas ecclesiarum, quas in usu pietatis concessas esse, canonica demonstrat auctoritas, a laicis possideri auctoritate Apostolica prohibemus. Sive enim ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi Ecclesie reddiderint, sciant sacrilegii crimen com-

mittere, & periculum aeternæ damnationis incurrere. Præcipimus etiam, ut laici, qui ecclesias tenent, aut eas Episcopi restituunt, aut excommunicationi subjaceant. Innovamus autem & præcipimus, ut nullus in Archidiaconus, vel Decanus, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi, vel Præpositi, vel Decani, qui infra ordines prænomatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore priventur suscepto. Prohibemus autem, ne adolescentibus, vel infra sacros ordines constitutis, nisi qui prudentia & merito vitæ clarescant, prædicti concedantur honores. Præcipimus etiam, ne in ultionibus presbyteris ecclesie committantur: & unaquæque ecclesia, cui facultas suppetit proprium habeat sacerdotem.

Præcipimus etiam, ut presbyteri, clerici, monachi, peregrini, & mercatores, rustici, euntes, & redeuntes, & in agricultura persistentes, omni tempore securi sint.

Treugam autem Dei, & ab occasu Solis in quarta feria usque ad ortum Solis in secunda feria, & ab Adventu Domini usque ad octavas Epiphaniæ, & a Quinquagesima usque ad octavas Pasche ab omnibus inviolabiliter observari præcipimus. Si quis autem frangere tentaverit, post tertiam commonitionem si non satisfecerit, Episcopus suus in eum sententiam dicat, & scriptam vicinis Episcopis annuntiet. Episcoporum autem nullus excommunicatos in communionem suscipiat, immo scripto susceptam sententiam quicquid confirmet. Si quis autem hoc violare presumpserit, ordinis sui periculo subiacet. Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur, præcipimus, ut Episcopi ad solum Deum & salutem propriam habentes respectum, omni tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium & auxilium præbeant: ne hoc alicujus amore, aut odio prætermittatur. Quod si quis in hoc opere Dei tepidus inventus fuerit, damnium propriae dignitatis incurrat.

Porro detestabilem & probrosam, divinis & humanis legibus per Scripturam in veteri ac novo Testamento abdicatam, il-

PAGIUS

nomine Eboracensem Episcopum pro se Archiepiscopum Eboracensem substituire cogitaverat. Sed interim dum hæc parabantur, & nuntius ejus infestis negotiis Roma defunctus est, & frater ipsius sumpto ante mortem suam religioso habitu Canonice apud Meretum de hac vita migravit. Verum Cantuariensis Archiepiscopus cum suo Pallio, & prædicti Episcopi & Abbates, finito Concilio & confectis negotiis suis, sani & incolomes redierunt.

VI.

Jam autem Ricardus ad annum MCXXXVII. Albericum Legatum in Angliam proficiscentem, Abbatem Molefinimi coenobii cum plu-

ribus Monachis, & Ricardum Monasterii ad Fontes Abbatem, magna religionis & auctoritatis virum secum duxisse scripserat. Agit de monasterio ad Fontes, & de Ricardo primo ejus Abbate Manricus in Annal. Cisterc. ad annum MCXXXII. cap. VIII. sed quia ejus tempore Seldenus nondum in lucem emiserat decem Historicos Anglicos, inter quos Ricardus Prior Hagustaldensis comprehenditur, mox narrata scire non potuit. Monasterium illud in agro Eboracensi situm erat, & Ricardus cum quibusdam aliis Eboracensibus Monachis studio majoris perfectionis ad Cisterciense in-

Laudatur Ricardus Abbas Fontanensis, qui Concilio interfuit.

illam, inquam, insatiabilem fœneratorum rapacitatem damnamus, & ab omni ecclesiastica consolatione sequestramus: præcipientes, ut nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, vel cujuslibet Ordinis Abbas, seu quovis in ordine & Clero, nisi cum summa cautela usurarios recipere presumat: sed in tota vita infames habeantur, & nisi respuerint, Christiana sepultura priventur.

Detestabiles autem illas nudinas, vel ferias, in quibus milites condito conuenire solent, & ad offensionem virium suarum & audacie temeraria congregiuntur, unde mortes hominum, & animarum pericula sæpe proveniunt, omni modo fieri interdiximus. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poenitentia, & viaticum non negentur, Ecclesiastica tamen careat sepultura.

Item placuit, ut si quis suadente diabolo, in sacrilegii reatum incurrerit, sive in clericum, vel monachum manus iniecerit violentem, anathemate subiaceat. Et nullus Episcoporum illum presumat absolvere nisi mortis urgente periculo donec Apostolico conspectui presentetur & ejus mandatum suscipiat. Præcipimus etiam, ut in eos, qui ad ecclesiam vel cœmeterium confugerint, nullus omnino manus mittere audeat. Quod qui fecerit, excommunicatur.

Indubitatum est, quoniam honores ecclesiastici sanguinis non sunt; sed meriti, & Ecclesia Dei non hereditario jure, non secundum carnem, successores expectet; sed ad sua regimina, & officiorum suorum dispensationes honestas sapientes & religiofas personas exposcat. Propterea auctoritate prohibemus Apostolica, ne quis Ecclesias, Præbendas, Præposituras, Capellanas, aut Ecclesiastica officia, hereditario jure valeat vindicare, aut * expostulare presumat. Quod si quis improbus, aut ambitiosus attentare presumpserit, debita poena mulctabitur, & postulatis carebit.

Sane conjunctiones consanguineorum omnino fieri prohibemus; hujusmodi namque incestus, quod jam stimulante humani generis inimico, in usum versum est,

PAGIUS

stitutum commigrarat anno MCXXXII. Divus Bernardus Epistola XCV. ad Turstinum Archiep. Eboracensem eo anno data charitatem & beneficentiam ejus erga præfatos Religiosos laudat, & in Epistola XCVI. eodem tempore ad Ricardum Fontanensem Abbatem, & sociis ejus, qui de alio Ordine ad Cisterciensem transferant, scripta laudat eos ob renovationem religiose disciplinae, & denique Tom. I. Monastici Anglic. pag. 733. & seqq. horum Monachorum fervor ex coætaneo Auctore describitur, & summo opere laudatur. Quæ obiter dicta sunt.

VII.

In Concilio Lateranensi quatuor præcipue agitata. Primum, Acta Petri Leonis rescissa.

sanctorum patrum instituta, & sacrosancta Dei detestatur Ecclesia: leges etiam sæculi de tali contubernio natos infames pronuntiant, & ab hereditate repellunt.

Pessimam siquidem & depopulatricem horrendam incendiis malitiam auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli omnino detestamur & interdiximus. Hæc enim pestis, hæc hostilis vastitas, omnes alias depradationes exuperat. Quæ quantum populo Dei sit damnosa, quantumque detrimentum animabus & corporibus conferat, nullus ignorat. Assurgendum est igitur & omnino laborandum, ut tanta pernicites pro salute populi eradicetur & extirpetur. Si quis igitur post hujus nostre prohibitionis promulgationem, malo studio, sive pro odio, sive pro vindicta ignes apposuerit, vel apponi fecerit, aut appostoribus consilium, vel auxilium tribuerit, excommunicetur. Et si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum careat sepultura. Nec absolvatur, nisi prius danno cui intulit, secundum facultatem suam refarcito juret se ulterius ignem non appositurum. Poenitentia ei detur ut Hierosolymis, aut in Hispania in servitio Dei per annum integrum permaneat.

Si quis autem Archiepiscopus hæc relaxaverit, damnium restituat, & officio Episcopali abstinere.

Sane Regibus, & Principibus faciendæ facultatem justitiæ, consultiis Archiepiscopis, & Episcopis, non negamus.

Presbyterorum filios a sacri altaris ministeriis removendos decernimus, nisi aut in cœnobiis, aut in canonicis religiose fuerint conversati.

Sane quia inter cætera unum est, quod sanctam maxime perturbat Ecclesiam, falsa videlicet poenitentia: confratres nostros & presbyteros commonemus, ne falsis poenitentis laicorum animas decipiant, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem poenitentiam esse constat, cum spretis pluribus de uno solo poenitentia agitur: aut cum sic agitur de uno, ut non discatur de alio. Unde scriptum est: (a) Qui totam legem observaverit, (a) Jac. 2. offendat autem in uno, factus est omnium re.

re.

sunt, & ordinationes ejus annullatæ: Canone Ordinationes factas a Petro Leonis, & aliis schismaticis & hæreticis, evacuamus, & irritas factas esse censemus. Qui Canon quomodo intelligendus sit, docet Chronographus Mauriniacensis pag. 383. & seq. qui postquam recitavit Orationem ab Innocentio II. in Synodo Oecumenica habitam subdit: His & hujusmodi assertionibus Dominus Apostolicus ceteris Prælatibus divini sermonis fœvos impertiens, omnibus propala ratione ostendit, quod Petrus Leonis non aliorum assentatione, imo rapina se Apostoli Petri Vicario fecisset æqualem. Cunctisque religiosis viris, quibus illud detestabile schisma di-

reus, scilicet, quantum ad vitam eter-
nam. Falsa est autem poenitentia, cum
penitens ab officio, vel curiali, vel no-
tiali non recedit, quod sine peccatis agi
nulla ratione prevalet; aut si odium in
corde gestetur; aut si cuilibet offenso non
satisfiat; aut si non offendenti offensus
indulgeat; aut si arma quis contra ju-
stitiam gerat.

23. Hos qui religionis speciem simulantes,
Domini Corporis & Sanguinis sacramen-
tum, baptisma puerorum sacerdotium,
& ceteros ecclesiasticos ordines, & legi-
timum damnant fœdera nuptiarum, tam-
quam hereticos ab Ecclesia Dei pellimus
& damnamus, & per potestates ceteras
coarctari precipimus. Defensores quoque
ipsorum ejusdem damnationis vinculo in-
nodamus.

24. Illud quoque adicientes precipimus,
ut pro chrismatis, olei sacri, & sepul-
turae acceptione nullum venditionis præ-
tium exigatur.

25. Si quis Præposituras, Præbendas, vel
alia Ecclesiastica beneficia de manu lai-
cali acceperit, indignè suscepto careat
beneficio. Juxta namque decreta sancto-
rum Patrum, laici quamvis religiosi sint,
nullam tamen habent disponendi de Eccle-
siasticis facultatibus potestatem.

26. Ad hæc perniciosam & detestabilem
consuetudinem quarundam mulierum, quæ
licet neque secundum Regulam beati Be-
nedicti, neque Basilii, aut Augustini vi-
vant, sanctimoniales tamen vulgo cen-
seri desiderant, aboleri decrevimus. Cum
enim juxta Regulam degentes in cenobii-
is, tam in Ecclesia, quam in refectio-
rio atque dormitorio communiter esse de-
beant: propria sibi ædificent receptacula,
& privata domicilia, in quibus hospita-
litate velamine passim hospites & minus
religiosos contra sacros & bonos mores
suscipere nullatenus erubescunt. Quia
ergo omnis qui male agit, odit lucem,
ac per hoc ipse absconditæ in injustorum
tabernaculo opianatur se posse latere an-
te oculos judicis cuncta cernentis: hoc

tam inhonestum detestandumque flagitium
ne ulterius fiat, omnimodis prohibe-
mus, & sub poena anathematis interdi-
cimus.

27. Similiter prohibemus, ut sanctimonia-
les simul cum Canonicis, sive monachis
in Ecclesia, in uno choro conveniant ad
psallendum.

28. Obstantibus sane Episcopis, quoniam
ultra tres menses vacare Ecclesiam, Pa-
trium prohibent sanctiones: sub anathema-
te interdicimus, ne Canonici de sede E-
piscopali ab electione Episcoporum exclu-
dant religiosos viros, sed eorum consi-
lio honesta, & idonea persona in Episco-
pum eligatur. Quod si exclusis eisdem
religiosis electio fuerit celebrata, quod
absque eorum assensu & conventiâ fa-
ctum fuerit, irritum habeatur & va-
cuum.

29. Artem autem illam mortiferam & Deo
odibilem balistiarum, & sagittariorum
adversus Christianos & Catholicos exerce-
ri de cetero, sub anathemate prohibe-
mus.

Ad hæc ordinationes factas a Petro
Leonis, & aliis schismaticis & hereticis,
evacuamus, & irritas esse censemus. Ha-
ctenus canones Romani Concilii sub In-
nocentio Papa Secundo.

VI. Cum igitur cuncta (ut audisti) fuerint
abolita, quæ ab Antipapa statuta fuif-
sent & ordinata: ab eodem Inno-
centio Papa in ordinem redacti sunt
omnes Cardinales Petri Leonis, & inter
alios Petrus Pisanus, Cardinalis coryphæus,
qui (ut vidimus) per sanctum Bernar-
dum ad Ecclesiam revocatus fuerat. Hic
igitur cum Cardinalatu privatus esset,
idem sanctus (a) Bernardus pro eo has
breves ad Innocentium Papam litteras
dedit.

Pro Petro Pifano
privato Car-
dinalatu
intercedit
S. Bern.
ep. 213.

Quis mihi faciet justitiam de vobis?
Si haberem judicem, ad quem vos trabe-
re possem, jam nunc ostenderem vobis (ut
parturiens loquor) quid meremini. Excitat
quidem tribunal Christi; sed absit, ut
ad illud appellem vos, qui illic, si vobis
ne-

non Ecclesia desponsatio exprimitur, sine respo-
ditu misericordia abstulit.

VIII. Secundo, in hoc Concilio Lateranensi vin-
culis excommunicationis alligavit Rogerium præ-
dictum Apostolicus Innocentius in præsentia om-
nium Catholicorum virorum, qui convenerunt, communi-
& omnes ejus sequaces, ut inquit, Falco in
Chron.

IX. Tertio, Petrus de Brute, & Arnaldus de Bri-
xia discipulus ejus, qui errores ipsius instau-
ravit & propagavit, damnati sunt Canone Con-
cilii Lateranensis XXIII. Eor, qui religiosi-
speciem simulantes, Domini Corporis & San-
guinis sacramentum, Baptisma puerorum, Sa-
cerdotium, & ceteros Ecclesiasticos ordines, &
legitima damnant fœdera nuptiarum, tanquam
Hereticos ab Ecclesia Dei pellimus, & damna-
mus, & per Potestates externas coarctari præci-
pi-

PAGIUS

splicuerat, verbis ejus cum magna laude una-
nimitè adclamantibus respondit: „ Unde quia
„ inordinata personæ inordinata sunt decre-
„ ta, quodcumque ille statuerat, destruiimus,
„ quodcumque exaltaverat, degradamus, &
„ quotquot consecraverat, exordinamus & de-
„ ponimus. Et quicumque per Girardum En-
„ gollimensem ad altaris officium acceperant,
„ Apostolica auctoritate interdicimus, ne i-
„ psum impleant, & in illo Ordinis gradu pe-
„ renniter demerentes ad superiorem non af-
„ cendant. His dictis, singulos, quos reos co-
„ gnoverat, propriis nominibus exprimens, eisque
„ cum indignatione & jurgio exprobrans, Pas-
„ sales baculos de manibus violeuter arripuit, &
„ Pontificalia Pallia, in quibus summa dignitas
„ consistit, de humeris verecundose abstraxit. Ip-
„ sos quoque annulos, in quibus ad ipsos perti-

necessarium & mihi possibile esset, vellem
magis totis viribus stare, & respondere
pro vobis. Itaque recurro ad eum, cui in
præsenti datum est judicare de universis,
hoc est ad vos. Vos appello ad vos: vos
judicate inter me & vos. In quo, que-
so, puer vester tam male meruit de ve-
stra paternitate, ut eum inurere & insigni-
re placeret nota & nomine proditoris?
Numquid non me vestrum Vicarium digna-
rio vestra constituit in reconciliatione Pe-
tri Pisani, si forte illum Deus per me re-
vocare a face schismatis dignaretur? Si
negatis, probabo tot testibus, quot in Cu-
ria tunc temporis fuerunt. Numquid non
denique post hæc, juxta verbum Domini
mei, homo in suo ordine & honore rece-
ptus est? Quisnam ergo constantia vestre
suo consilio, vel magis suo dolo surri-
puit indulta repeteret, & quæ processere
de labiis vestris, facere irrita? Et hoc
ego dixerim, non ut Apostolicum repre-
bendam rigorem, & zelum igne Dei suc-
centum contra schismaticos, qui in spiri-
tu vehementi conterat naves Tharsis, &
instar Phinees confodiat fornicantes, ju-
xta illud: (a) Nonne qui oderunt te Do-
mine, oderam, & super inimicos tuos ta-
besceram? sed ubi non est par culpa, par
plane non debet procedere poena: nec con-
venit eadem involvi sententia eum, qui
peccatum cum his quos magis peccatum
deseruit. Propter eum, qui ut peccato-
ribus parceret, sibi ipsi non pepercit,
auferte opprobrium meum: & restituendo
quem statuisti, vestra etiam tam sana
& integræ opinionis consulto. Super hoc
jam alia vice scripseram vobis, sed quia
non est responsum mihi, puto non perve-
nit ad vos hoc ipsum quod scripseram. Ha-
ctenus ipse.

(a) Ps.
138.

VII. Damna
ex schi-
smate.

Quod autem ad eundem Petrum Pi-
sanum spectat, magnæ fuisse Romæ au-
thoritatis hominem, significat quæ Jo-
hannes Saresberienensis hujus temporis scri-
ptor candidissimus habet his verbis: Quot
& quantos tumultus & strages dedit illa
collisio, quando filius Petri Leonis ad-
versus Innocentium bonæ memoriæ II. do-
mini Hadriani prædecessorem, cujus vitam
& felicitatem in ævum in se protendat

Domini, conatus est ab Aquilone ascen-
dere? Nonne & stellarum partem secum
traxit ruina ejus? Quis nescit Aegidium
Tusculanum? quis Petrum Pisanum, cui
nullus aut vix similis erat in Curia?
Quis recenset Episcopos, qui in tota
fere Italia corruerunt? Profecto dum il-
lius ruina stabit ætate nostra memoria,
incredibile est quemquam adeo misere am-
bitiosum, ut Ecclesiam scindere non for-
midet. Hæc ipse. Quid autem factum sit
de ipso Petro Pisano, nescimus: illud
sane compertum, Innocentium ad cau-
telam futurorum, omni spe restitutionis
voluisse reliquos nudare schismaticos.

VIII.

In hoc eodem magno, immo maximo
Concilio Lateranensi inter alia delata est
accusatio adversus Arnaldum de Brixia
recentem hæreticum, discipulum Petri
Abailardi. De Arnaldo, sive Arnolde vel
Arnolpho (ita varie nominatus reperitur)
hæc habet (b) Otto Frisingensis (sui tem-
poris rerum gestarum scriptor: Accessit
ad hujus seditiosi facinoris argumentum,
quod Arnolphus quidam Brixienfis, de
quo supra dictum est, sub typo religionis,
& ut Evangelicis verbis utar, sub viti-
na pelle lupum gerens, Urbem ingressus
ad factionem istam, nempe ut revocaret
antiquum Senatam, cui & summam re-
rum committeret, rudis populi animis
præmolli dogmate ad animositate accen-
sit, innumeram post se duxit, immo
seduxit multitudinem. Arnaldus isse ex
Italia, civitate Brixia oriundus, ejus-
demque Ecclesiæ clericus, ac tantum Le-
ctor ordinatus. Petrum Abailardum olim
præceptorem habuerat: vir quidem natu-
ra non hebetis plus tamen verborum pro-
fluvio, quam sententiarum pondere copio-
sus, singularitatis amator, novitatis cupi-
dus, cujusmodi hominum ingenia ad fa-
bricandas hæreses schismatumque perturba-
tiones sunt prona. Is a studio a Gallis
in Italiam revertens, religiosum habitum
quo amplius decipere posset, induit, om-
nia lacerans, omnia rodens, nemini par-
ceus, clericorum ac Episcoporum derogator,
monachorum persecutor, laicis tantum
adulans. Dicebat enim nec clericos
proprietas, nec Episcopos regalia, nec

(b) Otto
Frising.
de reb.
gestis
Frid. Imp.
l. 2. c.
20.
* Arnal-
dus.

Arnald.
de Brixia
damnatu.
in Conc.
Lateran.

mo-

PAGIUS

pimus. Defensores quoque ipsorum ejusdem da-
mnationis vinculo innodamus.

X. Damnan-
tur & Pe-
trobustia-
ni.

Porro cum Canon iste Lateranensis XXIII.
idem sit cum tertio Concilii Tolosani anno
MCXIX. præside Callisto II. coacti adversus
Petrobusianos, apparet eisdem iterum in Con-
cilio Oecumenico Lateranensi II. proscriptos
fuisse cum Arnaldistis. Baronius an. MCXXVI.
num. XIII. & seq. refert capita hæreson Pe-
trobustianorum a Petro Venerabili notata, &
hujus hæresis originem ad eum Christi annum
refert, verum cum Concilium Tolosanum se-
ptennio antea celebratum fuerit, & errores
quos memorat Petrus Venerabilis, & Petro-
busianis tribuit, iidem sunt cum his, qui in

Concilio Tolosano proscripti fuerant, verosimile est, Petrobusianos in Concilio Tolosano,
& postea in Lateranensi II. Oecumenico fuisse
damnatos.

Quarto, quia diurni schismatis occasione
collapsa erat disciplina Ecclesiastica, & om-
nium Ordinum mores dissoluti, Synodus hæc
Lateranensis Canonibus octo supra viginti his
malis mederi curavit; alii enim duo non nisi
hæreticorum & schismaticorum damnationem
respiciunt. Inter Canones notabilis est duo-
decimus, qui est de treuga & pace, seu de in-
ducis a bellis privatis, quæ ratione Cleri-
corum omnium, peregrinorum, mercatorum,
agricolarum cum bobus aratoriis, dominarum
cum

XI. Canones
XXVIII.
editi ad
discipli-
nam Ec-
clesiasti-
cam resti-
tuendam.

CHRISTI
1139.INNOCENTII II. PAP.
10.CONRADI REG. ROM. I.
JOANNIS COMN. IMP. 21.

monachos possessiones habentes aliqua ratione posse salvari: cunctaque hac Principis esse, ab ejusque beneficentia in usum tantum laicorum cedere oportere. Præter hæc de sacramento altaris, Baptismo parvulorum non sana dicitur sensisse. His aliisque modis, quos longum est enumerare, dum Brixiensem Ecclesiam perturbaret, laicisque terra illius, prurientes erga Clerum aures habentibus, Ecclesiasticas malitiose exponeret paginas: in magno Concilio Romæ sub Innocentio habito ab Episcopo civitatis illius, virisque religiosi accusatur. Romanus ergo pontifex, ne perniciosum dogma ad plures serperet, imponendum viro silentium decoravit. Sicque factum est. Ita homo ille de Italia fugiens, ad Transalpina se contulit, ibique in oppido Alemannia Turęgo officium doctoris assumens, perniciosum dogma aliquot diebus seminavit &c. Subiicit de rebus ab eo gestis sub Eugenio post obitum Innocentii, cum Romam se contulit. Porro non inanem Arnaldi prædicationem fuisse Romanis, sed renovasse Senatam, & adversus propinquos Tiburtinos prælia cœpisse, inferius suoloco dicitur.

IX. Sed haud ingraturum erit Guntherum Ligurinum versibus ita canentem audire, hujus temporis scriptorem eximium (a):

(a) Ligur.
de gest.
Erid. 10.
l. 3.

* Arnaldus.

Cujus origo mali, tantaque voraginis auctor
Exstitit * Arnaldus, quem Brixia protulit ortu
Pestifero, tenui nutritivo Gallia sumptu,
Edocuitque diu: tandem natalibus oris
Redditus, assumpta sapientis fronte, deserto
Fallebat sermone rudes, Clerumque procaci
Insectans odio, monachorum acerrimus hostis,
Plebis adulator, gaudens popularibus auris,
Pontifices, ipsumque gravi corrodere lingua
Audebat Papam, scelerataque dogmata vulgo
Diffundens, variis implebat vocibus aures.

PAGIUS

cum sociis suis inermibus, mulierum omnium, rerum ad Clericos, Monachosque pertinentium, & molendinorum omni tempore indulta esset; ratione tamen cæterorum treuga tantum, idest, induciæ aliquot dierum ab omnibus servandæ erant; & excommunicatione multabantur pacis & treugæ violatores, & ad refarciendum damnum læso cogebantur. Cum enim Ecclesia privatorum furorem sistere non posset, quadam veluti repagula & obices ad ea suspendenda posuit: Quo tempore treuga hæc primum in usum vocata, saculo superiori demonstravimus, & ad eam hæc Iyonis Carnotensis Episc.

Nil proprium Cleri fundos & prædia, nullo
Jure sequi monachos, nulli Fiscalia jura
Pontificum, nulli curæ popularis bonorem
Abbatum, sacras referens concedere leges.
Omnia Principibus terrenis subdita, tantum
Committenda viris popularibus atque regenda.
Illis primitias, & quæ devotio plebis Offerat, & decimas castos in corporis usus,
Non ad luxuriam, sive oblectamina carnis
Concedens, mollesque cibos, cultusque nitorem,
Illicitoque sberos, lascivæque gaudia Cleri,
Pontificum fastus, Abbatum denique laxos
Damnabat penitus mores, monachosque superbos.
Veraque multa quidem, nisi tempora nostra fideles
Respuerent monitus, falsis admixta monebat,
Et fateor, palcbram fallendi noverat artem
Veris falsa probans, quia tantum falsa loquendo
Fallere nemo potest: Veri sub imagine falsum
Influit, & furtim deceptas occupat aures.
Articulos etiam Fidei certumque tenorem
Non satis exacta stolidus pietate fovebat,
Impia mellifluis admiscens toxica verbis.
Ille suam vecors in Clerum, Pontificemque,
Atque alias plures adeo commoverat urbes,
Ut jam ludibrio sacer, extremoque pudori
Clarus haberetur. Quod adhuc, ni fallor, in illa
Gente nocet, multumque sacro detruncat honori.

Mox

verba in Epist. XC. ad Daimbertum Senonensem Archiep. data, referenda. Treuga Dei non est communi lege sancita, pro communi tamen utilitate hominum, ex placito & pacto civitatis ac patriæ Episcoporum & Ecclesiarum, ut nostris, est auctoritate firmata. Unde iudicia violata pacis modificari oportet secundum pacta & definitiones, quas unaquaque Ecclesia consensu Parochianorum instituit, & per scripturam, vel bonorum hominum testimonium memoria commendavit. Bella ista privata a Sancto Ludovico Franciæ Rege vetita fuerunt; sed cum revixissent, Philippus IV. Franciæ Rex constitutio-

CHRISTI
1139.INNOCENTII II. PAP.
10.CONRADI REG. ROM. I.
JOANNIS COMN. IMP. 21.

Mox in concilio Roma damnatus ab illo
Præsule, qui numeros vetitum contingere nostros
Nomen ab innocua ducit laudabile vita.
Territus, & misera confusus imagine culpa,
Fugit ab urbe sua, Transalpinisque receptus,
Quæ sibi vicinas Alemannia suspicit Alpes,
Nomen ab Alpino ducens (ut fama) Lemanno
Nobile Turęgum, doctoris nomine falso
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

XII. Canonici non illi obser-

vari non fuerunt.

ne sua Tolosa edita in perpetuum ea prohibuit anno millesimo trecentesimo tertio. [1] Ordericus lib. XIII. pag. 919. Capitula in hoc Concilio statuta parum profuisse declarat, ait enim: Innocentius Papa II. Roma in medio Quadragesima ingens Concilium tenuit, & multitudini Prælatorum statuta Sanctorum Patrum inviolabiliter teneri præcepit. De multis regionibus exciti ad Synodum convenerant, & hac de causa brumali tempore periculose iter incierant; sicque cum multis suarum dispendiis rerum Romana mensa viderant. Multa illi Papa de præfatis codicibus propalavit, insignemque sacrorum Decretorum textum congestit. Sed nimis abundans per univ. Orbem nequitia terrigenarum corda contra Ecclesiasticam scita obduravit, unde remeantibus ad sua Magistris Apostolica decreta passim per regna divulgata sunt: sed nihil, ut manifeste patet, oppressi & opem desiderantibus profuerunt: quoniam a Principibus & Optimatibus regnorum cum subjectis plebibus parvipensa sunt.

XIII. Duo Sedis Apostolica in Gallia Legati.

Celebrato Concilio: Gaufridus Carnotensis Episcopus, ut supra dictum est, totius Aquitania Legatus, accepta Domini Papa præceptione, omnem Gallia regionem, ipsius quoque Aquitania, studiose circumiens, omnia Sanctarum Ecclesiarum altaria, qua vel Girardus ille seditionis auctor & obtentor (nempe Gerardus Episc. Engolismensis) vel Gilo Tusculanensis Episcopus, aut eorum complices, christialis unionis benedictione, in illius odiosis schismatis tempore consecraverant, propriis manibus dissipavit, nec reliquens lapidem super lapidem, qua non destrueret, solo funditus adæquavit: & ratione distante, alia eorum loco restaurare curavit, inquit Chronographus Mauriniacensis. Existimo Guillelmum Aufciensem Archiepiscopum, quem diploma ab eo datum & a Sancto Marthano in Archiep. Aufciensibus relatum docet, treugam ac pacem Domini promulgasse, dum Sedis Apostolica Legatus esset, hoc circiter anno ea Legatione exornatum fuisse. Ait enim: Cum ex officii nostri debito teneamus univ. fidelibus cura nostra commissis salubri dispositione providere, nunc præsertim urgente Apostolici mandati auctoritate, ad quem spectat totius populi profectibus invigilare, oportet nos bono pacis ac treuga Dei subditis na-

Insedit, totamque brevi sub tempore terram
Perfidus impure sedavit dogmatis auram.
Unde venenato dudum corrupta sapore,
Et nimium falsi doctrina vatis inbrærens,
Servat adhuc uvæ gustum gens illa paterna.

Hucusque de his quæ sub Innocentio facta sunt, reliqua sub Eugenio suo loco inferius.

Hoc eodem anno vix celebrato Concilio (quod præter sententiam accidit) E e e post

Crus propensivam curam impendere. Inde est quod juxta statuta Generalis Concilii Roma nuper celebrati, pacem ac treugam Dei in Provincia nostra ex parte Dei, & Domini Papa, & nostra ab omnibus inconcussa & inviolabiliter præcipimus observari, &c.

Ad num. X. & seqq. Baronius narrata Rainulphi Ducis Apuliæ morte, ait ex Falcone in Chron. Innocentium II. ea audita egressum esse ab Urbe composituram res cum Rogerio, qui cum nuncios pacis ad eum legasset, eundem Rogerium clam filium misisse, qui Pontificem a tergo invaderet, eumque captum dum esse ad Rogerium die decima mensis Julii. Tum pace facta, Rex ipse & Dux filius ejus & Princeps XVII. die stante mensis Julii misericordiam petunt, & Pontifex Regi Rogerio statim Sicilia regnum per vexillum donavit. Ita Baronius ex Falcone, qui ex eodem addit, pacem cum Rege firmatam esse die in qua B. Jacobi Apostoli festivitas celebratur VIII. Kalendis Augusti. Tum refert Baronius Diploma Pontificis hoc anno sexto Kalendas Augusti ab eo emissum, quo titulus Regis eidem Rogerio tribuitur. Denique prædictus Apostolicus, inquit, Falco, a Romanis super vocatus, secundo die stante mensis Septembris Romam repedit. Ita apud Baronium n. XIV.

Verum cum Cardinalis doctissimus non advertisset, Falconem mensem stantem a die, quem numeramus ultimum inchoare, & apud eum mensem stantem idem esse ac mensem finientem, ut nos docuit Peregrinus in Notis ad idem Chronicon, & jam supra variis exemplis confirmavimus, Chronologiam pervertit. Num. enim X. cum scribere debuisset cum Falcone, decimo autem die stante mensis Julii Pontifex ipse Innocentius captus est, absolute posuit, decimo die mensis Julii, ac perinde consuit id contigisse VI. Idus Julii, seu die X. mensis Julii. Verum ut accurate Peregrinus pag. 182. Castigat. in Falconem, Innocentius captus est a Rogerio XI. Kal. Augusti decem tantum diebus Julii restantibus, die scilicet vicefima secunda mensis Julii, nam quarto die, inquit Anonymus Casinensis, pace facta confirmavit illi totam terram, die nempe XXV. prædicti mensis, a quo Falco non discrepat, licet Peregrinus die uno ab eo differ-

NOTE [1] Concilium Lateranense II. œcumenicum hoc anno celebratum fuit, de quo plura ad hunc usque numerum Pagii. Sed animadvertentibus eius addendum censeto canones ex eo concilio vulgatos esse XXX. sed & alios pariter, qui modo deperierint, a patribus constitutos fuisse suspicor, ex conjectura quam in Nota ad A. 1134. I. subjeci. MANSI

post sacra Innocentio Papæ bellica tractanda fuerunt. Occasio ista præcessit, quæ in Chronico Beneventano sæpe citato exacte describitur, nimirum, quod hoc anno, ultima die mensis Aprilis, cum diem obiisset Rainulphus Dux Apuliæ S. R. E. feudatarius; Rogerius Rex Siciliæ, qui hunc solum timere didicisset, ad invadendam Apuliam magno comparato exercitu transfretavit, pervenitque Salernum septima mensis Maii. Ita certis diebus cuncta descripta habentur in Chronico Beneventano a Falcone eius temporis scriptore, ista videntur. Sublato igitur obice Rogerius percussit Apuliam, omnibus civitatibus ipsi sponte dantibus præter Trojam ac Barium. Tunc autem Innocentius Papa aucta morte Rainulphi Ducis, & Rogerii tyrannica invasione, collectis copiis egressus ab Urbe, composuit res cum Rogerio usque ad sanctum Germanum se contulit, oppidum ad radices Cassini montis; ibique constitutus Nuntius pacis, sed dolose susceptus a Rogerio, & alios ipse ad Rogerium sincere legavit. Cum autem Pontifex id in primis satageret, ut Roberto Principi Capuanus Principatus redderetur, & ille negaret se facturum; idem Rogerius insidians Pontifici, cum filium misit cum equitibus mille, qui Pontificem e loco in alium transmigrantem a tergo invaderet, atque aggressum captivum duceret; quod permittente Deo, ex sententia accidit. Capitur Pontifex, & non sine ignominia ducitur ad Rogerium die decima mensis Julii. Ita Chronicon Beneventanum, ubi & hæc subiiciuntur: O quantus luctus & æroris abundantia mentes Fidelium & civitates omnes invasit! quod si plenius scribere vellem, nec tempus, nec dies sufficerent.

XI. Quid multa? continuo Rex ille per Legatos suos Pontifici Innocentio, quem captivum tenebat, suppliciter & ultra quam credi potest, mandavit humiliter, ut paci & concordie manum apponat. Aposto-

PAGIUS ferre credat, idque ex eodem Peregrinio confirmatur, qui subdit apud Falconem hæc verba ita legenda esse: Rex ipse & Dux filius eius, & Princeps septimo die stante mensis Julii ante ipsius Apostolici presentiam veniunt, non vero, ut Baronius num. XI. legit, decimo septimo die stante mensis Julii. Si enim die XXV. mensis Julii S. Jacobo Apostolo sacra ante Pontificem venire, id contigit quartæ die post Pontificem captum.

XVI. Baronius num. XIV. quadam a Falcone hoc anno narrata omittit: Hoc anno, inquit Falcone Gregorius Beneventanus Antistes, a Domino Papa Innocentio consecratus (post expulsum nempe Roscemanum Anacletistam) Beneventum intravit secundo die intrante mensis Septembris, & Dominus Papa Guidonem Diaconum Cardinalem Rectorem Beneventi ordinavit. Audiens autem populus Romanus Domini Papa-

licus itaque se destitutum viribus & armis & desolatam aspiciens, precibus Regis & petitionibus assensit: & capitularibus & privilegiis ex utraque parte firmatis; Rex ipse & Dux filius eius, & Princeps decimosextimo die stante mensis Julii, ante ipsius Apostolici presentiam veniunt: & pedibus ejus advoluti, misericordiam petunt, & ad Pontificis Imperium, utque quaque stantur. Continuo per Evangelia firmaverunt B. Petro & Innocentio Papæ, ejusque successoribus canonice intrantibus fidelitatem deferre, & cetera quæ conscripta sunt. Regi vero Rogerio statim Sicilia regnum per vexillum donavit. Petiit hoc Rogerius ut titulum Regis Siciliæ, quem male acceperat ab Anacleto Pseudopontifice, ab Innocentio Catholice Ecclesiæ legitimo Papa obtineret. Quod idem licet in captivitate positus libere præstitit Innocentius, suscepto ab eo pro ejusdem investitura regni juramento fidelitatis de more. Testatur hoc item Otto Frisingensis, titulum regium ab Anacleto perperam impertitum, per Innocentium legitime concessum. Pergit Falco: Duci filio Rogerii Ducatum Apuliæ, Principi alteri filio ejus Principatum Capuæ largitus est. Die vero illa, in qua prædictus Apostolicus pacem cum Rege firmavit, beati Jacobi Apostoli festivitas celebrabatur, septimo Kalendas Augusti. Hæc autem omnia per paucis (a) Otto Frising. l. 7. c. 24. in fin. * Domini

At ne videretur probare & confirmare quod fecisset Antipapa, ad conferendam Rogerio regiam dignitatem usum se exemplo prædecessoris Honorii Papæ, qui insignierat eundem Rogerium titulo Ducis.

Innocentii adventum catervatim obviam exiit, & illum gaudio magno & honore suscepit; deinde eum hortabatur, ut pacem quam cum Rege Rogerio posuerat, consilio eorum constringeret. Apostolicus autem nullo modo petitionibus eorum consentire voluit; dicebat quidem sic domino placuisse, quod per ejus captivum hujusmodi facta fuisset. Cumque, ut supra dictum est, præfatus Rex civitatem obsidisset Barensem, Innocentius Papa, cum intra civitatem esset Beneventanum, Episcopum Ostiensem virum valde venerabilem ad civitatem Barensem delegavit, populum civitatis monendo, ut ad Regis fidelitatem colla submitterent, & ejus voluntati famularentur. Populus autem Barensis, ut erat superbia animi & elationi suppositus, Episcopum illum, ut civitatem ingrederetur, nullatenus est passus, dictis quoque ejus nullo modo credere pertentavit. Quid multa? Episcopus

Pax inter Innoc. Pap. & Roger.

XII. Diploma Innocentii Papæ ad Roger.

cis, professus est in diplomate a se dato. Extat ipsum vi extortum Innocentii Papæ de titulo Regis eidem Rogerio hoc anno Julii mense concessio diploma, quod descripsimus ex codice basilicæ S. Petri in Vaticano, in quo epistolæ extant diversorum Romanorum Pontificum; quod sic se habet:

Innocentius Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Rogerio illustri & glorioso Siciliæ Regi, ejusque heredibus in perpetuum. Quos dispensatio divini consilii ad regimen & salutem populi ab alto elegit, & prudentia, justitia, aliarumque virtutum decore decenter ornavit, dignum & rationabile est, ut sponsa Christi sancta & Apostolica Romana mater Ecclesia affectione sincera diligat, & de sublimibus ad sublimiora promoveat. Manifestis siquidem probatum est argumentis, quod egregia memoria strenuus & fidelis miles B. Petri Robertus Guiscardus prædecessor tuus, Dux Apuliæ, magnificus & potentes hostes Ecclesiæ viriliter expugnavit, & posteritati suæ dignam memoriam nomen, & imitabile probitatis exemplum reliquit. Pater quoque tuus illustri recordationis Rogerius per bellicos sudores & militaria certamina inimicorum Christiani nominis intrepidus extirpator, & Christianæ religionis diligens propagator, utpote bonus ac devotus filius, multimoda obsequia matri suæ S. R. E. impertivit. Unde & prædecessor noster religiosus & prudens Papa Honorius nobilitatem tuam de prædicta generositate descendente intuitus, plurimum de te sperans, & prudentia ornatum, justitia manitum, atque ad regimen populi te idoneum esse credens, valde dilexit, & ad altiora provexit.

XIII. Nos ergo ejas vestigiis inherentes, & de potentia tua ad decorem & utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ spem atque fiduciam obtinentes; regnum Siciliæ, quod utique (prout in antiquis refertur historiis) regnum fuisse non dubium est, tibi ab eodem antecessore nostro concessum, cum integritate honoris regii & dignitate Regibus pertinente, excellentiæ tuæ concessimus. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS pus ille revertens Barensem populi ferociam & elationem domino intimabat Apostolico; inde, ut dictum est, Dominus Papa Romam reversus est.

XVII. Rogerius Rex vidit de inimicis sumpta Panormum transfretavit. Rex igitur Rogerius populi illius Barensem aspiciens superbiæ consilio habito machinas lignorum & turres triginta fere ordinari præcepit, ut Civitatis muros & munitiones prosternerat, quibus peractis prope civitatis murum machinas illas appropinquari virtute multa mandavit, & continuo turres & muri civitatis præstrati frangebantur; Palatia etiam civitatis, quæ prope civitatis murum, intrinsecus erant, fracta ruebant; sicque duorum mensium spatio, Augusti videlicet & Septembris ruinam illam & timorem passi sunt; famis etiam asperitatem &

dimus, & Apostolica auctoritate firmamus. Ducatum quoque Apuliæ tibi ab eodem collatum, & insuper Principatum Capuanum integre nihilominus nostri favoris robore communimus, tibi que concedimus. Et ut ad amorem atque obsequium B. Petri Apostolorum principis, & nostrum ac successorum nostrorum vehementius astrigaris, hæc ipsa, idest regnum Sicilia, Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, heredibus tuis, qui nobis & successoribus nostris (nisi per nos & successores nostros remanserit) ligium bonum fecerint, & fidelitatem quam tu jurasti, juraverint, tempore videlicet competentis, & loco non suspecto, sed tuto nobis, & ipsis atque salubri, duximus concedenda; eosque super his, quæ concessa sunt, Deo propitio manutenebimus. Quod si per eos forte remanserit; iidem heredes tui nihilominus teneant, quod tenebant sine diminutione. Censuram autem, sicut statutum est, idest sexcentorum scilicet factorum, a te tuisque heredibus nobis nostrisque successoribus singulis annis reddatur, nisi forte impedimentum interveniat; removere vero te impedimentum, nihilominus persolvatur. Tua ergo, fili charissime, interest ita te erga honorem atque servitium matris tuæ S. R. E. devotum & humilem exhibere, ita temetipsum in ejus opportunitatibus exercere, ut de tam devoto & glorioso filio Sedes Apostolica gaudeat, & in ejus amore quiescat. Si qua sive Ecclesiastica, secularisve potentia huic nostræ concessionis temere contraire tentaverit; donec præsumptionem suam congrua satisfactio coercet, indignationem Dei omnipotentis & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus incurrat, & quousque respuerit, anathematis sententia percellatur. Amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesiæ Episcopus. Ego Albericus Ostiensis Episcopus. Haimericus S. R. E. diaconus Cardinalis. Datum in territorio * Mamancensi * Mariæ per manum H. Cancell. sexto Kalendas mensis Augusti, Indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo trigésimo nono, Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ anno primo. E e e e 2 no.

stis sustinentes. Quare cives civitatem certis conditionibus dedere coacti sunt. Paulo post: His ita gestis, consilio accepto, Rex ipse exercitum dividens Salernum adit quinto die stante mensis Octobris, die scilicet vicecima septima ejusdem mensis. Paucis interpositis: Inimicis suis terras omnes eorum abstulit, & sacramento eos perstrinxit, ut ultra montes festinant; quod & factum est. Comitum vero Rogerium de Ariano ejus adversarium simul cum uxore sua navigio parato, in partes Sicilia captivum mandavit; sicque vindictam perficiens super inimicis quinto die intrante mensis Novembris navigio armato Panormum transfretavit. Narrat Baronius num. XIV. ex Falcone cives

XVIII.

XIV.
Quid Beneventi Innocentius Pap.

nocentii Papæ Secundi anno decimo. Hactenus diploma Innocentii. Quæ autem hæc sint secuta, Beneventanum scriptum antiquum Chronicon ita docet:

His actis, Missæ solemniter celebravit Apostolicus ipse, & habito sermone, factis abunde de pacis continentia tractavit. Latissia igitur & gaudii abundantia universos invasit, cælorum Regem magnificentis, super pace firmata atque concordia latari sunt. Beneventanus itaque populus pacem audiens firmatam, & Regem voluntati Apostolici juramento alligatum, tanto gaudio & exultatione triumphat, ut si ex toto describerem, desicerem tempore & locutione. Apostolicus igitur, pace firmata cum nominato Rege, Beneventum ingressus est die Calendarum Augustarum, quem Beneventanus populus honore multo & devotione cordis suscipiens, quasi B. Petrum in carne aspiciens læratur, & valde gaudebat. Rex autem foris civitatem Beneventanam castrametatus est. Qui Rex usque ad portam sancti Laurentii dominum Apostolicum est comitatus. Die vero ipsa ad vesperam Rex ipsam civitatem ingreditur, & Curiam domini Papæ ascendens, cum eo aliquantulum est moratus. Deinde ad Episcopium pergens, & beatæ Mariæ basilicam & Bartholomæi Apostoli ingrediens, pro salute sua oravit. Intravit quoque monasterium sanctæ Sophiæ, & ante altare sancti Mercurii se prosternit. Inde procedens claustra monasterii & dormitorium & refectorium perambulavit, & monachorum orationibus se commedans, civitatem exiit per portam Summam, & ad castra gaudens remeavit. Rossimanus autem, qui contra voluntatem Apostolici Archiepiscopi a Petro Leonis fuerat consecratus, jam alias expulsus, & iterum reversus, iterum expulsus est, & miser ipse cum domino Rege festinavit; & his actis castrum, quod ipse Rossimanus ad portam Summam fabricari iussit, dominus Papa destruxit. Et in his diebus cives Neapolitani venerunt Beneventum, & civitatem Neapolitanam ad fidelitatem domini

PAGIUS
Neapolitanam ad fidelitatem Domini Regis tradentes, Ducem filium ejus duxerunt, & ejus fidelitati colla submiserunt, ex quibus perpicuum fit, falsum esse quod Pyrrhus in Hist. Siciliæ alique recentiores Historici rerum Sicularum & Neapolitanarum tradidere, Rogerium scilicet filium suum Alphonsum secundo genitum Neapolitanum Ducem constituisse; cum Falco asserat, Neapolitanos Ducem agnovisse, sine dubio Rogerium, non vero Alphonsum, quem Falco Principem jam appellarat.

XIX.

Richardus Prior Hagustaldensis laudatus, postquam retulit Albericum Cardinalem Sanctæ Sedis in Angliam Legatum Romam ad Concilium Lateranense profectum esse, subiungit: Postquam sæpe nominatus Legatus ab Anglia

Regis tradentes, Ducem filium ejus duxerunt & ejus fidelitati colla submiserunt. Et inferius de eodem Innocentio Papa: Die vero Assumptionis sanctæ Mariæ, & in passione sancti Bartholomæi ad Episcopium descendit, & Missarum solemniter honorifice celebravit. Et his peractis, prædictus Apostolicus a Romanis sæpe vocatus, secundo die stante mensis Septembris, Romam repedit, relicto Gregorio Archiepiscopo Beneventano in sua Ecclesia, & Guidone diacono Cardinale constituto rectore ejusdem Beneventanæ civitatis. Audiens autem populus Romanus dominum Papæ Innocentii adventum, catervatim obviam exiit, & illum gaudio magno & honore suscepit. Deinde, eum hortabatur, ut pacem quam cum Rege posuerat, consilio eorum confringeret: Apostolicus autem nullo modo petitionibus eorum consentire voluit. Dicebat quidem sic Domino placuisse, quod per ejus captivum pax hujusmodi facta fuisset. Hæc Falco de Innocentio.

XV.

Et sane loco miraculi habitum est, quod Innocentius Papa captivus ductus, & sub libera potestate Regis, immo hactenus tyranni crudelissimi constitutus, qui cum adeo provocasset, & per Lotharium Imperatorem sæpe vicisset, ac per Ducem Apuliæ Rainulphum sæpe superasset (omnium namque bellorum promotor ipse ob recuperanda Ecclesiæ bona fuerat) nihilominus ab eo omnem reverentiæ & honoris cultum acceperit, & fidelitatis juramentum pro investitura regni Siciliæ, & a filiis pro Ducatu Apuliæ, & Principatu Capuano, quos jam illi sibi armorum potentia vindicassent, & pacifice possiderent, tamquam a victis & superatis extorserit. Cum tanta fuisset in hanc usque diem in tyranno ferocitas, & insita natura crudelitas; adeo ausa est ipsa, ut hostibus nec quidem parceret defunctis. Nam addit (a) Otto Frisingensis, hujus sæculi scriptor & veritatis amantissimus, quod Ducis Rainulphi nuper defuncti (nominat ipsum Reginaldum) nec non Brunonis Episcopi cada-

(a) Otto Frising. lib. 7. ca. 23.

discessit, intercurrentibus nunciis inter duos Reges pax facta est hoc modo. Stephanus Rex Angliæ, Reges Angliæ & Henrico filio David Regis Scotia Comitatum Northumbria, exceptis duobus oppidis, concessit. Rex sanctiæ autem Scotia, & Henricus filius ejus cum omnibus suis, ex tunc quandiu viverent, Stephano Regi Angliæ per omnia pacifici & fidelissimi existere debebant. Et hic Richardus Historiam suam de bello Standardii absolvit.

XX.

Verum pax illa inutilis fuit, quia Mathildis Imperatrix uxor Comitis Andegavensis, quæ sibi regnum debitum contendebat, hoc ipso anno in Angliam venit cum fratre suo Roberto Comite Gloucestræ, filio notho Henrici Angliæ Regis. In autumno, inquit Ordericus lib. XIII. pag. 920. Mathildis Andegavorum

Co.

XVI.

Immanitas Rogeri Regis.

ver, quos viventes habuerat inimicos, e sepulcro educta per plateas trahi iussit. Sed de cadavere Rainulphi Ducis ita exacte in Beneventano Chronico: Episcopus autem Trojana civitatis Vuilhelmus, & populus civitatis, Legatos prefato Regi miserunt, rogantes ut ingrederetur civitatem, & inter fideles suos amicos honeste maneret & securus. Rex vero Legatis acceptis: Non civitatem, inquit, ingrediatur, donec traditor ille Rainulphus inter vos manserit. Continuo qui missi fuerant, in civitatem regressi, Regis intentionem omnibus patefaciunt. Cum eis autem & suos Rex ad hoc perficiendum misit. Et licet dolore commoti cives fuerint ex tanta Regis responsione: quatuor tamen militibus preceperunt, ut sepulcro aperto, cadaver ipsius Rainulphi extraherent, illudque extra civitatem educerent, ut furor Regis sedato, ad eos pacificus ingrederetur. Iusserunt etiam inimici prefati Ducis cuidam militi nomine Gallicano, qui Ducis illius fidelissimus fuerat, ut ipse ob injuriam Ducis defuncti, & ejusdem Gallicani dolorem, tumulum frangeret, & Ducis ossa & pelle & setore adhuc circumposita manu sua extraheret. Qui Gallicanus timore coactus, ne tanti Regis furor incurreret, fecit quod præceptum erat, & fune istodem alligato, eadem per plateas traxerunt iidem Ducis inimici usque ad castrum extra civitatem, & in stagnum lutosum & putridum projecerunt ipsum Ducis cadaver. Hæc Falco, plura addens in detestationem tanti facinoris Christiano homine profus indigni, cum & Ethnici complures suis hostibus honorifica erexit sepulcra inveniantur.

XVII.
Grande miraculum habitum ut captivus Papa tanta potuerit.

Quod igitur tam crudelem hominem barbarum dirumque tyrannum reddiderit sibi Innocentius captivus mitem, humanum, urbanum, piisque Regem, ut acciperet ab eo cultum, honorem & reverentiam; immo & juramento firmatam

PAGIUS
adventus Mathildis Imperatricis in Angliam causa magnorum motuum.

Comitissa cum Roberto de Cadomo fratre suo, & Guidone de Sablilo, aliisque pluribus in Angliam transfretavit, & Arendello suscepta permissu Regis ad oppida, qua sua parti favorabant, cum pace pervexit. In hac nimirum permissione magna Regis simplicitas sive socordia notari potest: & ipse a prudentibus, quod sua salutis, regni que sui securitatis immemor fuerit, lugendus est. Ingens enim nimia malitia fomentum facile tunc extinguere potuisset, si calliditatem Sapientum imitatus, lupum ab introitu ovilis statim expulisset: si salvatis ovibus malignantium nequitiam in ipso initio profocasset, & vires læthiferas in capitibus eorum, qui rapinas & cedes hominum, patriæ que depopulationem querebant, gladio iustitiæ more patrum profocisset. Anonymus a Duchesno editus in Vita Stephani Angliæ Regis in eandem rem scribit pag. 946. Concussa protinus Anglia, & eximio pavore tremefacta, modis di-

subjectionem, juratamque fidelitatem, quis tribuat humanæ prudentiæ, & non potius divinæ potentiæ? Qua factum, ut non sicut (a) Samson, qui e leonis (a) Jud. mortui capite mellis favum accepit, sed 16. majori ipse miraculo e vivente & rugiente leone prædam eliceret, quam teneret unguibus, exarmaret & dentibus, & vincus ipse licet vincenti ac vincienti leges suæ præscriberet libertatis; ipsique neceret vincula quæ vellent juramenti religione constricta. Ita plane vincere confulcit Ecclesia, ut conculcata confurgat, & depressa comprimatur, atque humiliata extollatur in altum. Tunc & adgavisi sunt boni omnes bono pacis. Tunc & ad eundem Rogerium de his litteras dedit (b) Petrus Cluniacensis Abbas, de regio titulo ipsi ab Apostolica Sede colato per Innocentium gratulatus: (b) Pet. Cl. l. 4. ep. 54.

Illustri & glorioso Regi Sicilia domino & amico Rogerio frater Petrus humilis Cluniacensis Abbas salutem ab eo qui dat salutem Regibus.

Per me, ait Dei sapientia, (c) Reges regnant, & legum conditores justas decernunt. De quorum numero quia vos esse cælestis censura censuit, eidem supernæ moderationi, quas possumus, gratias agimus; non tantum quia sublimitatem vestram magnis populis prætulit, sed quoniam maxime eisdem populis vos præferendo providit. Inde enim lætamur, inde in Domino gloriamur, inde celsitudinem vestram, etsi vultu incognitam, veræ dilectionis brachiis amplectimur; & ut ad honorem nominis sui, ad salutem populi sui omnipotens Salvator vestram regalem potentiam magnificet & conservet, humiliter & frequenter precamur. Quis enim non gaudeat, quis non totis viribus, si necesse fuerit, collaboret, ut post tantos bellorum & malorum turbines tam profunde pacis bonam Deo per vos Siculis, Apulis, Calabris, multisque aliis gentibus collatum, conservet.

(c) Provo. Congratulatur Rogerio de pace Petrus Clun.

* profici. curæ.

versis agitabatur, quia quicumque clanculo vel aperte illi faverant, solito erant acriores & ad Regem perturbandum accensiores: qui vero Regi obtemperabant, quasi horrendo oppressi conitruum humiliabantur.

Parte alia, ut narrat idem Anonymus pag. 943. quidam Episcopi puram & simplicem Christianæ religionis conversationem neglecti habentes, militiæ profus & pompæ secularis studium adeo accommodabant, ut quotiens ex conditu Curia interessent, propter miram, quæ undique stipabantur, militantium secum frequentiam, admirabiles & ipsi cunctis probarentur. Verum complures, qui Regi arctius & privatus adhærebant, hanc magnificam Episcoporum gloriam ægre ferentes, conceptamque malitiæ suæ flammam minime suffocantes, multis eos & indignis accusandi vituperiis apud Regem criminabantur, consulebantque, ut manus in illos iniiceret, cogeretque, ut castra

XXI. Concil. VVintoniense.

servetur, augeatur, dilatetur? Quis Ec-
clesia Dei se membrum agnoscens, de tan-
tarum Ecclesiarum tam inconcussa & sta-
bili pace per vos (ut dixi) & restituta
& conservata in Domino non exultet?
Quis audiens clericos, monachos, mili-
tes, rusticos, onustos pecuniis & diver-
sis mercibus mercatores, omnique genus
hominum in terra vestra manentium, aut
per eam transeuntium, tyrannorum, ra-
ptorum, insuper ipsorum latronum omni
timore sublato, sua omnia pacifice obti-
nere? quis, inquam, tanta bona per un-
um bonum Principem tot tantisque ho-
minum generibus impendi audiens, non
quas potest Regi Regum gratias agat;
& ut tali Regi regnum ab eo conserve-
tur & augeatur, imploret?

Ista me (ut dixi) ad vos amandum pri-
mitus impulerunt: ista ut inter magnos
Reges Romanos dico, Francos, Anglos,
Hispanos, maximos Cluniacensis Ecclesie
amicos & benefactores vos quoque admit-
terem, coegerunt. Ea de causa jam ex
multo tempore pro pace, pro honore, pro
salute vestra, & apud Deum precatorem,
& apud homines predicatorem me consti-
tui, & ad idem agendum, tam de nostris,
quam de alienis, quos potui astraxi. Tes-
tis est horum conscientia mea, testis Ro-
manus Cancellarius, testis & ipse domi-
nus Papa, quem Pisis, quem Romæ, quem
intra Gallias constitutum presens verbis,
absens litteris de pace vestra sepe con-
veni, & ne inimicis vestris vestram pa-
cem, ejusque perturbantibus crederet, &

70-

PAGIUS

la, & quæcumque alia erant discordiæ & bel-
lorum materia, sibi dimitterent. Fuit post ha-
bitum in Anglia, & firmo statuto Concilium,
ut quæcumque in quorumbet Episcoporum ma-
nus belli essent ac tumultus receptacula tanquam
propria Regi Regi permitterentur: ubi etiam
Rex de temeraria, quam in Episcopos commi-
sit, invasione publice accusatus, ratione vali-
da, ut putavit, & efficaci, se & suos excusa-
vit. Sed quia ab omni Clero jussu & provisum
& discrete fuit adjudicatum, nulla ratione in
Christo Domini manus posse immittere, Eccle-
sias rigoris duritiam humilitatis subjictione
mollivit, habitumque Regalem exutus, gemen-
que animo, & contritus spiritu, commissi sen-
tentiam humiliter suscepit. Historia hujus Con-
cillii III. Kal. Septemb. Wintoniæ celebrati re-
citur Tom. X. Concil. pag. 104. &
seqq. ex Malmesburiensi lib. 2. Hist. Novellæ,
diciturque lectum fuisse in Concilio Decretum
Innocentii, quo Henrico Wintoniensi Episco-
po legationem Anglicam committebat. Is Ste-
phani Regis frater erat, sed fraterna necessi-
tudo eum a vero exorbitare non coegit, in-
quit Malmesburiensis.

XXII.
Multi vi-
ri illustres
in Gallia
potent.

Florebat hoc tempore Gallicana Ecclesia, inquit
Robertus de Monte in Chron. per viros religio-
ne ac sapientia illustres, Milonem Morinensem
Episcopum, humilitatis virtute præcipuum, Al-
visum Atrebatensem liberalitate, atque consilio
& facundia clarum, Godefridum Lingonensem,
Hugonem Antissiodorensis, Jolenum Sueffonen-
sem, Goffridum Carnotensem, Albericum Bitu-
ricensem Archiepiscopum, scientia literarum
atque consilio & prudentia clarissimum: Inter
hos etiam alios multos tunc claros scientia vi-
ros Bernardus Abbas Clarevallensis, vir opina-

tissima religionis, eminentissime clarebat.

Baronius anno MCLXXXIX. num. XVI. de
institutione Regni Portugallie in gratiam Al-
phonso Henrici Ducis fernomen habet, quod ante
Alexandrum III. Pontifices Romani Regis
nomine eum appellare noluerint. Quod quidem
verum est; sed Garibayus lib. 34. Compendii
Historialis Hispanie cap. 11. Faria in Europa
Portugallensi Tom. II. part. I. cap. 3. Mariana
lib. 10. cap. 17. Sandovalius, ceterique passim
Historici hujus Regni conditum a currenti anno,
quo certum est Alphonso a subditis Regis no-
men attributum, arcefcunt. [1] Præterea Alphon-
sus non tantum a subditis; sed a vicinis etiam
Principibus Regis nomine cohonestatus fuit,
ipseque divus Bernardus, anno MCLIII. de-
mortuus, Epistolam CCCVIII. Ad Alphonsum
Portugallie Regem dedit. Alphonsum itaque Por-
tugallie Dux non minus belli, quam pacis
artibus clarus contractis undique ex tota di-
tione copiis in Maurorum fines populabundus
penetravit; Tagoque superato Ismaem Mauro-
rum Regem, qui ea loca obtinebat, aggressus
est; sed is quam maximos potest tota pro-
vincia delectus habet, quatuor alios Maurorum
Regulos in auxilium evocat, & numerosum
exercitum conflat. Alphonsum videns milites ad
pugnam ineundam alacres, eos ad eam instruxit.
Vicinia planities, cui Ulrichii nomen, ad
pugnam delecta. Altero ante pugnam die, VIII.
Kalend. Augusti, Divi Jacobi memoria sacra
milites Alphonsum in castris magna latitæ signi-
ficatione Regem proclamarunt; Portugallia enim
a quadraginta septem ante circiter annis titulo
tantum Comitatus poriebatur. Pugnatur utrim-
que acriter, pro gloria, pro salute, & pro
imperio, sed Mauri magno numero trucidati,
ple-

XXIII.
Alphonfus
Henricus
primus
Portugal-
lie Rex.

XVIII.
Que mo-
near S.
Bern. Ro-
gerium.

(a) Bern.
ep. 207.

PAGIUS

XXIV.
Ex ea in-
novatione
bella civi-
lia in His-
pania ex-
vix.

rogavi & monui. Quod licet diu dilatatum,
sed nunc tandem ad effectum perductum,
vos & omnes quicumque audire potuerunt,
pacis amatores laudat, & ad gratia-
rum actiones Deo persolvendas invitat.
Rogo ergo, & in quantum possum, vos
ut charissimum & sublimem amicum ad-
moneo, ut hanc pacem pastoris vestri ac
summi Ecclesie Dei magistri toto affectu
amplectamini, toto annisu retinere studea-
tis: quatenus & ipse Innocentius scilicet
de vobis, sicut de optimo & speciali fi-
lio; & vos de ipso, sicut de benigno &
singulari patre in spiritualibus pariter &
temporalibus gaudeatis. Hucusque de his
Petrus ad Rogerium Regem. Misit ve-
ro Rex Gaufridum monasterii Clunia-
censium præfectum in Sicilia, quod uni-
cum tum exabat ejus Ordinis, ad ip-
sum Petrum cum litteris, cui & ad eum
eas quas vidimus litteras reddidit, com-
mendans in sine suos ibi positos Clunia-
censes.

Sed & sanctus Bernardus, qui ante re-
conciliationem ipsius cum Romana Ec-
clesia, eum non nisi tyrannum nomina-
re consueverat, ubi ista audivit de ini-
ta cum Ecclesia Romana concordia, ad
eum scribens, salutaria monita imperti-
tur, sic exordiens: (a)

Longe lateque satis dilatata est magni-
ficentia vestra super terram. Etenim glo-
ria nominis vestri quos fines non attingit?
Sed audite consilium diligentes vos: stu-
dete quod in vobis est, hanc ipsam glo-
riam referre ad illum a quo est, si non
vultis eam perdere, aut certe perdi ab
ea. Hoc autem sciet, si inter eos, quos
regiæ magnificentie celebris opinio evo-
cat de longinquo, discretiois oculum a-
peritis, manumque extenditis non tam cu-
pidis quam egenis. Et vere beatus qui
intelligit non super cupidum, sed super
egentem &c. Commendat enim quemdam
gentem, cujus causa eam scribit episto-
lam.

plerique capti, & quinque Regulorum signa
Mauris crepta, indeque Regum Lusitanie in-
signia in clypeo caruleo quinque alia scuta
minora esse coeperunt. Post celebrem hanc vi-
ctoriam Lusitanie Reges brevi in magnam po-
tentiam crevere.

Faria laudatus observat, Alphonsum Henricum
ante hunc annum supremum Principem non
fuisse, sed tantum primum inter pares, uti Ve-
netiarum Dux, qui solo principis titulo gau-
det, & antea Magnatus Comiti Portugallie
in omnibus pares extitisse; Comes enim hoc
eis denegare non potuerat. Addit Faria pa-
etiones tunc inter eum & Proceres transactas
ad nos pervenisse. Hæc innovatio Alphonsum
Castelle Regem, Hispaniarum Imperatorem ap-
pellatum summo opere perculit, statimque Roman
misit, qui Innocentium II. sollicitarent, ut
Alphonsum & Lusitanos excommunicationis vin-
culis innodaret. Interim Alphonfus Henricus,
ut novam suam dignitatem tueretur, cum Gar-

Porro idem Rex cogitans quæ Dei XIX.
sunt, magnopere optavit in Sicilia Ci-
stercienses habere monachos, quos expe-
tuit ab eodem S Bernardo, quem cape-
ret præsentem adesse, & monasterium
ædificare. Cui in eo consentit S. Bernar-
dus, ut mitteret ad eum monachos Ci-
stercienses: sed excusat quod ipse non
venerit, istis verbis: (b) Si me quari-
tis, ecce ego & patris mei, quos dedit mi-
hi Deus. Fertur namque mea humilitas
invenisse gratiam apud regiam majesta-
tem, ita ut querat videre me. Et quis
ego sum, ut dissimulem beneplacitum Re-
gis? Accurro, & qui querebar, ecce
adsum, non in præsentia corporis infirma,
in qua despexit Dominum Herodes; at-
tamen in visceribus meis. Nam quis me
separabit ab his? sequar eos quocumque
in Sicili-
jerint; & si habitaverint in extremis ma-
ris, non erunt absque me. Habes Rex:
lumen oculorum meorum, habes cor meum
& animam meam. Quid si modicum no-
stri abest? corpusculum loquor, vile i-
stud mancipium, quod etsi voluntas ex-
poneret, sed retineret necessitas. Non
valet sequi volentem animum, quoniam
infirmum est, & solum pene illi superest
sepulcrum &c. Misit ergo petenti Re-
gi Collegium monachorum Cisterciensium
sub regimine magistri Brunonis, vi-
ri admodum probati atque selecti, ab
eodem Bernardo (c) mirifice commen-
dati.

(b) id. ep.
208.

Missi Ci-
sterciens.
in Sicili.

(c) Id. ep.
209.

Profecit ex his plane Rogerius, at-
que adeo, ut magnopere a Petro Clu-
niacensi meruerit commendari epistola
ad eum scripta, sed citra adulationem
ut ipse testatur. Quam hic ex parte
recitandam putamus, ut ejus cujus plu-
rima retulimus mala, bona etiam a sanctis
viris decantata in medium afferamus.
Sic enim se habet: (d)

XX.

Glorioso ac magnifico Principi Rogerio
Siciliæ Regi frater. Petrus humilis Clu-
niacensium Abbas bonorum Regum digni-
tatem & gloriam.

(d) Petr.
Clu. l. 5.
ep. 34.

sia Raimire Navarra Rege, qui ab Alphonso
Imperatore dissidebat, foedus inivit, & bella
inter Reges Christianos Hispaniæ hujus inno-
vationis occasione inchoata, toto anno sequen-
ti continuata sunt. Quibus durantibus Mauri
variis in locis Christianos aggressi ex eorum
dissensionibus fructum capere conati sunt.

Ex annis, quibus in Hispania bella civilia in
Christianos arere, qui in dubium revocari non
possunt, eruitur bella a Techefino Almorabita-
rum Imperatore in Hispaniis gesta ad hanc &
sequentem Christi annum pertinere; licet enim
in antiqua Historia Toletana, in qua ea nar-
rantur anni non memorentur, ut docet Sando-
valius in Alphonso VII. fol. 173. nihilominus
cum in illa dicatur ea contigisse, dum Princi-
pes Christiani bellis civilibus occuparentur,
ad hanc epocham figendam, hæc notitia suf-
ficit; præterquamquod infra visuri sumus, Te-
chefinum ipso initio anni MCXLI. non in His-
paniis sed in Africa versatum esse. Refert ita-
que

XXV.
Techefinus
Almorabi-
tarum
Imp. ex
Africa in
Hispa-
niam
transit.

NOTÆ [1]

Quandoquidem Pagius certum annum institutionis regni Lusitanie nonnisi ex fide re-
centiorum scriptorum petit; juvat rem illam explorare ab auctore antiquo & coe-
vo Vita S. Theotonii canonici regularis S. Crucis Conimbricensis in Lusitania, legendæ apud
Bollandum ad diem XVIII. februarii. Tradit ille virum sanctum obiisse XII. Kal. Martii,
feria VI. anno regis Alphonso I. Portugallie regis XXXI. His caracteribus nonnisi annus 1166.
exprimi potest, ut & Bollandus merito adnotat. Porro regni initium desumi hic non potest
ab obitu Henrici patris, qui anno 1112. diem clausit extremum, anni enim 31. ab hinc repe-
riti longe alio nos quam ad annum 1166. deducerent. Igitur epocha ista capiendi est ab an-
no quo Alphonfus regium titulum assumpsit, isque annus cum anno 1135. vel 1136. compo-
nendus est. Nec forte aliam annifedem statueri oportet per celebri illi victoria de quinque Mau-
rorum regibus, cujus occasione exercitus imperatorem suum regem salutavit. MANSI

CHRISTI
1139.INNOCENTII II. PAP.
10.CONRADI REG. ROM. I.
JOANNIS COMN. IMP. 21.Laudes
Rogerii
in regni
regimine.

Gratias omnipotenti Regi Regum, qui sublimitatem vestram, inter universos Christiani orbis Reges ac Principes quadam specialis magnificentia gloriæ insignivit, quadam gloriosi nominis fama singulariter exaltavit. Instantium ut cum plures regii nominis habeatis consortes, magnanimitate, prudentia, probitate nullos, aut pene nullos habere inveniamini pares. Indicat hoc Sicilia, Calabria, Apulia, & non modica sui parte in quibusdam aliis regionibus subjecta vobis Italia. Quæ cum ante vestra tempora, vel receptacula essent Sarracenorum, vel fovea prædonum, vel speluncæ latronum: nunc gratia misericordis Dei incitante studia vestra, juvante labores vestros, factæ sunt pacis domicilium, tranquillitatis hospitium, & velut aliterius pacifici Salomonis, pacificum ac jucundissimum regnum. Utinam (quod secretorum omnium cognitoro Deo teste non adulari dico) utinam, inquam, miserabilis atque infelicitis Tusciæ partes felici vestro imperio cum adjacentibus provinciis adungerentur, & res perditissima pacifico regni vestri corpori unirentur: Vere non tunc sicut nunc res divine atque humana nullo servato ordine confunderentur, non urbes, non castra, non burgi, non velle, non strata publica, non ipsæ Deo consecrata Ecclesiæ homicidii, sacrilegis, raptoribus exponerentur. Non pœnitentes, non peregrini, non clerici, non monachi, non Abbates, non presbyteri, non ipsi supremi ordinis sacerdotes, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, vel Patriarchæ in manus talium iraderentur, spoliarentur, distraberentur. Et quid dicam? verberarentur, occiderentur.

XXI. Hæc plane universa multaque his similia tam nefanda, tam execranda justitiæ regis gladio succisa cessarent: urforum, pardorum, luporum ungula rapaces languerent, & ut de beato ac magno viro Job dictum est: (a) Omnes bestiarum agri, quæ nunc in prædam insistant, pacifica nobis essent. Sed luit adhuc sce-

PAGIUS que Sandovalius fol. 170. & seq. *Thebesinum* Imperatorem ingenti congregato exercitu clanculum & magna celeritate Toletum versus, ut illud ex insidiis caperet, properasse. Inter ea equites mille magnifice instructi cum quibusdam peditibus in urbibus Abulæ & Segoviarum collectis Cordubam versus, hostium consilium ignorantes progressi sunt, & cum Maurorum castra detexissent, media nocte in illa, tanta felicitate, irruptionem fecere, ut directo in *Thebesini* Imperatoris tentorium penetrarint. Is tamen evasit, & conscenso equo valide hostes repulit; sed in coxendice ictu lanceæ vulneratus, fugere coactus fuit, ejusque copiarum dissipatæ Cordubam secessit, ubi ejus vulnus feliciter quidem curatum, sed ex eo, quoad vixit, claudicavit. Impedimenta & Mayorum spolia Christianorum præda fere.

lerum pœnas, & gemit misera terra sub flagello divino, quia in his omnibus nondum est aversus furor Dei, sed adhuc manus ejus extensa. Spem tamen maximam gero, & in JESU salutari meo omniumque suorum confido, quod multorum id desiderantium pauperum (b) desiderium exaudiet Dominus, & præparationem cordis eorum audiet auris ejus. Sed ne forte quorundam hominum, & ex semetipsis aliorum meritorium corrupta corda me in corde & corde loqui, aut venditorum olei suspicentur: reprehendus est sermo, ne si casu ad aliquem talium epistola vobis missa pervenit, meditentur inania & suspicentur falsa. Novit enim testis & conscius meus in excelsis, me neque aliter loqui, quam sentio; neque ob aliud (ut & notum vobis sit) id me sentire, quod sentio; & ut regalis nobilitas vestra magis ac magis animetur ad meliora, agnoscens me ista quæ dixi, multoque mecum sentire. Nam ut sæpe majestati vestræ mandavi, & verum est: his de causis ante viginti annos super omnes Reges & Principes temporis nostri, uno excepto, qui mortuus est, ut pacis amatorem & scelerum vindicem sinceriter dilexi, & hujusmodi affectum vobis usque ad ultimum diem servare proposui. Hæc de causa in conspectu Romanorum Pontificum, Regum, Principum, majorum, & minorum hæc atque similia vestra bona semper extuli, & personam vestram regnumque omnipotentis Deo, religiosissime tam nostris, quam aliis congregationibus studiosissime commendavi. Sed de eis hæc tenus. Ista Petrus, sincero (ut videri) corde de Rogerio fatetur ac prædicat.

Innocentius autem rebus ita compositis, lætus cum suis est reversus in Urbem, ubi in gratiarum actionem Deo, Deique genitrici Mariæ, quavis fornice triumphali augustiorem crexit Ecclesiam a fundamentis. Hoc namque anno sui Pontificatus decimo collabentem vetustate basilicam S. Mariæ trans Tiberim

Non multo post cives Salmanticenses collegis copiis *Bagozum* seu *Pacem Augustam* usque progressi agros ejus devastarunt, sed cum disciplinam militarem non observarent & ducem addestituerentur, *Techesinus* Imperator eos facile oppressit. Interim *Rodericus Fernandes de Castro* novus Toleti Præfectus in Mauros excurrit, maximasque prædas fecit. *Techesinus*, ut illatæ sibi injuriæ pœnas repeteret, magnas copias ex Africa evocavit, & in *Toletanas* ditones veniens, locum *Almontium* dictum occupavit; sed *Rodericus* magno hostium numero minime territus urbe cum suis egreditur, confertoque prælio hostes in fugam coniecit, & opimis spoliis onustus Toletum regreditur. Ita vetus Historia Toletana.

Obiit hoc anno *Boleslaus III.* cognomento *Cri-* XXVII.
vonstus Poloniæ Dux, qui omnem fere Princi-

(b) Isa. 5.
9. 10.Basilica
Callisti
restituta;XXVI.
Variâ fortuna bel-
lum ad-
versus
Christia-
nos gerit;

XXVII.

CHRISTI
1139.INNOCENTII II. PAP.
10.CONRADI REG. ROM. I.
JOANNIS COMN. IMP. 21.

rim, memoria Callisti Papæ creatoris, & aliorum positum ibi Martyrum corporum, & fontis oleum scaturientis antiquo miraculo celeberrimam deiecit, & *Ann. Eccl. Tom. XVIII.*

ea qua apparet hodie amplitudine, fortitudine, atque decore insigniter excitavit. Ita ejus Ecclesiæ docent vetera monumenta.

Ffff Se-

PAGIUS patum suum bella gerendo exegit; post cujus mortem Poloniæ Principatus inter quatuor filios divisus, & bellis civilibus laceratus, de quibus legendus *Cromerus* lib. VI. de Gest. Polonorum. [1] *Otto Frisingensis* lib. 1. cap. 55. loquens de Concilio Remensi anno MCXLVIII. ab Eugenio III. celebrato, ait; *Venerunt ad prædictum Concilium cum Bulla Aurea Nuncii Juniores Romanorum Regis Henrici tam de sublimitate sua ad imperium Romano Pontifici significantes, quam de tribus fratribus Poloniæ,*

qui ejus quarto & seniore, Ducatum inter se dividerant, ac de Episcopis illius Provinciæ, qui super hoc patri ipsorum juramentum præstiterant, querimoniam facientes. Quid ea de re Concilium definiat, nullus ex Antiquis posteritati mandavit; nos vero necessariis tantum intenti, neque de Henrico Rege ante Conradum patrem demortuo, neque de successione horum Poloniæ Ducum impofterum verba faciemus.

NOTÆ [1] **B**oleslai hujus exitum in annum præcedentem 1138. referendum esse docet *annalista Saxo Eccardinus*, qui hoc anno 1139. historiam suam absolvit; cui & consonat *chronographus Saxo Leibniti*. Uterque vero scriptor liberos quinque *Boleslao* tribuit; sed forte ex iis unus tempore Remensis concilii jam decesserat, adeoque *Otonis Frisingensis* testimonium cum Saxonice hinc scriptoribus conciliari potest. MANSE

JESU CHRISTI ANNUS 1140.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS II.

CONRADI REG. ROM. 2. JOANNIS COMN. IMP. 22.

I. Sequitur quadragesimus post centesimum atque millesimum annum, Indictione tertia, quo Innocentius Papa Guidonem de Castello ita cognominatum, S. R. E. Cardinalem Benevento revocatum, ubi civitatis rector fuerat constitutus, Joanne subdiacono in regimine civitatis loco ipsius relicto, mittit Legatum in Gallias. Est tunc de eadem legatione apud sanctum Bernardum, ad eundem Guidonem scribentem adversus Arnaldum Brixianum, jam damnatum hereticum in Romano Concilio ab eodem Innocentio Papa, & post damnationem hinc inde fugatum. Qui cum apud eundem Legatum confugium habuisse diceretur; idem sanctus Bernardus ad eum has actiores (quod sic causa exigeret) litteras dedit: (a)

Legatio Guidonis in Gallias.

(a) Bern. ep. 196.

II. S. Bern. Guidon. legatum de Arnaldo arguit.

Arnaldus de Brixia, cujus conversatio mel, & doctrina venenum, cui caput columbae, cauda scorpionis est, quem Brixia vomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere, fertur esse vobiscum. Videte quaeso, ne vestra auctoritate plus noceat. Nam cum & artem habeat & voluntatem nocendi; si accesserit favor vester, erit faniculus triplex, qui difficile rumpitur, supra modum (ut vereor) nociturus. Et unum existimo de duobus (si tamen verum est, quod vobiscum hominem habeatis) aut minus scilicet notum vobis esse illum; aut vos (quod est credibilis) de ejus correctione confidere. Et utinam id non frustra. Quis det de lapide hoc suscitare filium Abrabae? Quam gratum munus susciperet mater Ecclesia de manibus vestris vas in honorem, quod tam diu pussa est in contumeliam?

liam? licet tentare. Sed vir prudens cautus erit non transgredi praesentium numerum ab Apostolo, qui ait: (b) Haereticum hominem post unam & secundam correptionem devota, sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit proprio judicio condemnatus. Alioquin familiarem habetis, & frequenter admittere ad colloquendum, ne dicam ad convivandum: suspicio favoris est; & inimici hominis fortis armatura. Secure ammittabit, & facile persuadet quae vobis domestica & contubernalis Legati Apostolicae Sedis. Quis enim a latere domini Papae mali quidpiam suspicetur?

(b) Tit. 3. Grande periculum si haeretic. apud se teneat legatus.

Sed & si in manifesto perversa loquitur, quis se facile opponere audeat vestro collateralis? Deinde videtis, qualia post se, ubicumque habitavit, reliquit vestigia. Non sine causa vigor Apostolicus hominem Italia ortum transalpinae coegit, repatriare non patitur. Quis vero extraneorum, ad quos ejectus est, non cum omnino cuperet suis reddidisse? Et certe sic se habere ad omnes, ut omnibus odio habeatur, approbatio iudicii est, quod portat, ne quis dicat, surreptum fuisse dominum Papae. Quale est ergo summi Pontificis sigillare sententiam, & illam sententiam, cujus restitutionem ejus ipsius, in quem data est, esse lingua dissimulat, vita clamat? Itaque favere huic, domino Papae contradicere est, etiam Dominio Deo. Per quemcumque enim iusta sententia iuste detur, ab illo certum est processisse, qui loquitur in Propheta: (c) Ego qui loquor iustitiam. Confido autem de vestra prudentia & honestate, quia vixis his litteris; de veritate certus, non abducemini admodum quidpiam

(c) Is. 63.

tamque delitescere pateretur: Execratus quippe, inquit Bernardus, a Petro Apostolo adhaerens Petro Abailardo, cujus omnes errores ab Ecclesia jam deprehensos atque damnatos cum illo etiam & pro illo defendere acriter & pertinaciter conabatur. Fuerat Arnoldus, seu Arnaldus de Brixia, discipulus Petri Abailardi in Ruteni Coenobio, cujus is Abbas erat. Quae quidem duorum hominum in fide suspectorum conjunctio & conversatio tam suspecta & odiosa fuit omnibus bonis & vere Catholicis, ut utrumque exterminare conati fuerint. Praecipuus eorum adversarius Bernardus egit apud Innocentium II. & apud Guidonem de Castello Cardinalem S. Sedis in Gallia Legatum, ut suprema in eos supplicia decernerentur. Baronius num. II. recitat Epistolam S. Bernardi ad Guidonem Legatum, quae ordine est CXCVI. Innocentius II. Bernardi literis acceptis scripsit Samsoni Remensi, Henrico Senonensi Archiepiscopis, & Bernardo Clarevallis Abbati, injunxitque, ut Petrum Abailardum & Arnaldum de Brixia separatim includi facerent, & libros erroris eorum igne comburi. Literae datae sunt Laterani XVII. Kalend. Aug. & referuntur a Baronio num. X.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6633.

SÆC. XII. An. ERE. HISP. M. CLXX. VIII. An. Hegire. DXXXV. Inchoato die 17. Aug. fer. 7. A. C. 1140.

I. Arnoldus de Brixia in Germaniam & Galliam fugit.

⊙ 1. GE. D. P. 7. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1140.

INNOCENTII II. PAPÆ II.

CONRADI III. REG. 3.

JOANNIS COMNENI IMP. 23.

AD num. I. & seq. Arnoldus hereticus anno superiori in Concilio Lateranensi II. damnatus cum omnium Clericorum & Monachorum insidiis appeteretur Romam, Italiamque deseruit, & in Galliam primum dein in Germaniam se contulit, ac aliquandiu apud Episcopum Constantiensem demoratus est. Quod cum accepisset Sanctus Bernardus statim Epistolam CXCV. ad Episcopum Constantiensem dedit, rogavitque, ne apud se aut in sua Diocesi pestem ejusmodi, jam ex Gallia & Italia pulsam, fuga-

CHRIST. 1140.

INNOCENTII II. PAP. II.

CONRADI REG. ROM. 2. JOANNIS COMN. IMP. 22.

nam assentire in hac re, nisi quod vos deceat, & Ecclesia Dei expediat, pro qua legatione fungimini. Deligimus vos, & ad vestrum obsequium parati sumus. Hac Bernardus, qui & eundem perversum haereticum in Ecclesia Constantiensi docentem exagitavit litteris suis ad Constantiensem Episcopum (a) datis, in quibus hac inter alia prophetice scripta leguntur: Demum cum fuerit de illorum captata benevolentia & familiaritate securus: videbitis hominem aperte insurgere in Clerum, fretum tyrannide militari; insurgere in ipsos Episcopos, & in omnem passim Ecclesiasticum ordinem deservire. Quod contigit, cum post obitum Innocentii Romam se contulit sub Eugenio Papa, ut suo loco dicturi sumus.

(a) Bern. ep. 195.

III.

Hoc etiam pariter anno delata est accusatio ad Innocentium Papam adversus Arnaldi magistrum, Petrum Abailardum, accusantibus eum Episcopis ex Synodo, accusante, urgente ac perstringente magister magisque sancto Bernardo Abbate Clarevallensi. Quomodo autem ista se habuerint dicturi in primis, quoad tempus spectat, ipsum audi sanctum (b) Bernardum, ita querentem: Stulte mihi dudum requiem promittebam, si quidem Leonina rabies quiescisset, & pax Ecclesia redderetur. Sed fecus accidit, nam inferius: Leonem evasimus, sed incidimus in draconem, qui non minus forsitan noceat sedens in insidiis, quam ille rugiens de excelso. Quamquam non iam in insidiis, cujus virulentia solita utinam jam laterent in scriniis, & non in trivis legerentur. Volant libri, & qui oderunt lucem, quoniam mali sunt, impegrent in lucem, putantes lucem tenebras. Urbibus & castellis ingeruntur pro luce tenebrae, pro melle, vel potius in melle venenum passim omnibus propinatur. Transferunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Novum eundem populis & gentibus Evangelium, nova proponitur fides, fundamentum aliud ponitur praeter id quod positum est. De virtutibus & vitiis non moraliter: De sacramentis Ecclesia non Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(b) Id. ep. 89.

Quando Petrus Abailardus haereticus prodit cum Arnaldo.

PAGIUS II. Ecclesiasticorum Triniticus.

III.

Verum id ubi praesentis Arnoldus e Gallia clam se subduxit, & in Germaniam ad Episcopum Constantiensem fugit, ut mox diximus. Licet autem Ecclesiasticis praesertim viris odiosus esset Arnoldus, non omnibus tamen bonis ejus doctrina improbatur, quod carperet Sacerdotum & Praelatorum mores tunc valde dissolutos. Sed, ut mos est haereticorum cum reprimuntur, frana laxavit impudentiam, & mediocritatis atque moderationis terminos transgressus est, ut patet ex iis quae Baronius anno superiori num. VIII. & seq. in medium adducit.

A num. III. ad XIII. Cum Abailardus, ejusque sectatores censuram deriderent, quae in Concilio Suedonensi facta olim fuerat nonnullarum

fideliter: De arcano sanctae Trinitatis non simpliciter nec sobrie disputatur; sed cuncta nobis in perversum, cuncta praeter solitum, & praeterquam accipimus, ministrantur. Procecit Goliath procero corpore nobili illo suo bellico apparatu circummunitus; antecedente quoque ejus armigero Arnaldo de Brixia. Squama squama conjungitur, & nec spiraculum incidit per eas. Siquidem sibilavit apis quae erat in Francia api de Italia, & venerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus &c. Ecce tempus, nempe post extinctum schisma Petri Leonis, & cum Arnaldo ex Italia (ut audisti) rediit in Franciam ad suum magistrum Petrum Abailardum, quando & coeptum est agi adversus ejusmodi haereses recens emergentes.

IV.

At dicamus, quomodo ipso primo egressu provocaverit S. Bernardum ad disputandum in publico Episcoporum & Abbatum conventu, sicut alter Goliath (ut audisti) insultans agminibus Dei viventis, ratus nimirum perfacilem sibi fore suarum haeresum promulgationem, si ejus qui colebatur ab omnibus doctissimus, atque sanctissimus, victor existeret. Nam captionibus inanibus philosophiae eum a se vincendum nullatenus dubitabat. Ut autem hoc praestaret, adiit Metropolitanum, nempe Archiepiscopum Senonensem, qui ejusmodi disputationem indiceret eo colore, quod si ipse vinceretur, omnino cedens palinodiam recantaret. Cum idem Archiepiscopus, ut factum comprimeret insultantis heretici, ne gloriari posset, non inventum in Gallia, qui suis propositionibus contradicere se posse consideret: pollicitus est illi congressum, quem peteret, & conventum quem cuperet. Sicque suffraganeos ad Synodum vocans Episcopos, de his scripsit ad sanctum Bernardum, ut se ad haereticum expugnandum pararet. Sed audi ista ab eodem sancto Bernardo in dicta epistola ad Innocentium, cum subiicit:

Provocatur S. Bernard. ad disputandum cum Abailardo.

Denique, inquit, scripsit mihi, sollicitante quidem ipso, Archiepiscopus Senonensis.

larum ejus propositionum, ulterius progressus est, & plurima effutiisse dicebatur dogmata, Catholicae fidei parum consona. Cumque clam & palam de Bernardo, detraheret, suaque dogmata libentius spargeret inter conciones & colloquia, rursus sanctum Abbatem adeo irritavit, ut non ante quiescere compulerit, quam ipse damnatus sit. Abailardus sophisticis captionibus confidens, petit ab Henrico Senonensi, ut sibi cum Bernardo publice congressi liceret, effecitque ut ad definiendas ejusmodi lites Senonis Concilium in Oct. vir Pentecostes, ut liquet ex Epistola CCCXXXVII. Bernardi ad Innocentium II. celebraretur. Ei interfuit Henricus Metropolitanus & suffraganei, Samson Remensis, Jossenus Suedonensis, & Gufridus Ca.

Concil. Senonense adversus Abailardum coactum.

nouentis, diem statuens congressionis, quo ille in presentia ejus & Coepiscoporum suorum deberet, si posset, statueret prava dogmata sua, contra quae ego mutire ausus fuisset. Abnuī, tum quia puer sum, & ille vir bellator ab adolescentia; tum quia judicarem indignum, rationem Fidei humanis committi ratiunculis agendam, quam tam certa ac stabili veritate constat esse subnixam. Dicebam, sufficere scripta ejus ad accusandum eum, nec mea referre, sed Episcoporum, quorum esset ministerii de dogmatibus judicare. Ille nihilominus, immo eo amplius levavit vocem, vocavit multos, congregavit complures. Quae de me ad discipulos suos scripserit, dicere non curo. Disseminavit ubique, se mihi die statuto apud Senonas responsurum. Exiit sermo ad omnes, & non potuit me latere. Dissimulavi primum: nec enim satis rumore populari movebar. Cedens tamen, licet vix, ita ut scirem, consilio amico-rum, qui videntes, quomodo se quasi ad spectaculum omnes pararent, timebant, ne de nostra absentia & scandalum populo, & cornua crescerent adversario; & quia error magis confirmaretur, cum non esset qui responderet, aut contradiceret &c. Haec de suo consensu ad conferendum manus cum novo haeretico tandem extorto.

V. Bern. ep. 187.

(b) Vita S. Bern. l. 3. c. 5. Congregatus S. Bernardi cum Abailardo.

Scriptis de his interea idem (a) Bernardus ad Episcopos, qui causae Christi faverent, quo scirent omnes se invitum, sed necessitate coactum ejusmodi suscepisse certamen. At quid tandem accidit? Audiamus ea ab eo qui interfuit, vel a fide dignissimis testibus qui viderunt, accepit, Goffrido monacho Clara-vallensi, qui ait: (b) Affuit dies, & Ecclesia copiosa convenit, ubi a Dei famulo Petri illius Abailardi in medium scripta prolata sunt, & erroris capitula designata. Demum illi optio data est, aut sua esse negandi, aut errorem humiliter corrigendi, aut respondendi si posset obiciendis sibi rationibus pariter & sanctorum testimoniis Patrum. At ille nec volens respicere, nec valens resistere sapientiae & spiritui qui loquebatur, ut tempus redimeret, Sedem Apostolicam appellavit. Sed & postea ab egre-

PAGIUS

Catalaunensis, Lodovicus Rex cum multis Regni Proceribus, Abbates plurimi, & non pauci Magistri scholarum ex Bernar. Epist. CLXXXIX. Baronius in Addendis ad annum MCXL. refert literas citatas ab Episcopis ad Innocentium II. post Concilium Senonense datas, & inter eos numeratur *Voillelmus Catalaunensis*, uti etiam in iisdem literis Tom. X. Concil. recitatis. Verum *Voillelmus de Campellis* cognominatus jam ab anno MCXXI. e vivis excefferat, & hoc anno *Gaufridus* Ecclesiam Catalaunensem regerat. Qui error inde profluxit, quod Epi-

scopo illo Catholicae Fidei Advocato, Bernardo videlicet monitus, ut vel jam sciens, in personam suam nihil agendum, responderet tam libere quam secure, audiendus tantum & ferendus omni patientia, non sententia aliqua ferendus: hoc quoque omnimodis recusavit. Nam & confessus est postea suis (ut ajunt) quod ea hora, maxima quidem ex parte memoria ejus turbata fuerit, ratio caligaverit, & interior fugerit sensus. Nihilominus tamen Ecclesia, quae convenerat, dimisit hominem, multavit abominationem, a persona abstinent, sed dogmata prava condemnans. Haec ipse. Sed audiamus ipsum sanctum Bernardum ita scribentem in epistola citata superius ad Innocentium: (c)

Occurri ad locum & diem imparatus quidem & immunitus, nisi quod illud mente voluebam: (d) Nolite praemeditari qualiter respondeatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Et illud: (e) Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. Convenerant autem praeter Episcopos & Abbates plurimi viri religiosi, & de civitatibus magistri scholarum, & clerici literati multi, & Rex praesens erat. Itaque in presentia omnium, adversario stante, ex adverso producta sunt quadam capitula de libris ejus excerpta. Quae cum cepissent legi, nolens audire exivit, appellans ab electis iudicibus, quod non putamus licere. Porro capitula iudicio omnium examinata, inventa sunt Fidei adversantia, contraria veritati. Haec pro me, ne levitate, aut certe temeritate usus in tanto negotio putarer. Verum tu, o successor Petri iudicabis, an debeat habere refugium Sedem Petri, qui Petri fidem impugnatur. Tu, inquam, amice sponsi providebis, quomodo liberes sponsam a labiis iniquis & a lingua dolosa. Sed ut paulo audacius loquar cum domino meo; attende etiam tibi ipse, amantissime Pater, & gratia Dei qua in te est. Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, ipse te constituit super gentes & regna? Ad quid, nisi ut evellas & destruas, & adifices & plantes? Qui igitur tulit te de domo patris tui, & unxit te unctio-ne misericordiae suae: attende quae ex tunc

(c) Id. ep. 189.

VI.

(d) Mat. 10.

(e) Psal. 117.

Exhortatio ad Innoc. Pap.

IV.

scoporum nomina saepe unica littera exprimerentur, & postea Librarii hujusmodi Epistolas describentes nomen integrum ponerent. & saepe unum in aliud transformerent, quod hic contigisse oportet; cum certum sit *Gaufridum* hoc tempore Ecclesiae Catalaunensis praefuisse, & ejus nomen, non vero *Guillelmi* in eadem Epistola, quae inter Bernardinas refertur, legatur.

Dies dicta est *Abailardo*, dicta quoque *Bernardo*; at is abnuī adesse, praesertim quod de damnatis erroribus quaestio renovaretur. Quia

tunc & deinceps, quanta fecit anima tua, quanta per te Ecclesia tua, quanta in agro dominico, caelo & terra testibus, tam potenter, quam salubriter evulsa sunt & destructa, quanta rursus bene edificata, plantata, propagata. Suscitavit Deus furorem schismaticorum in tuo tempore, ut tuo opere contererentur. Vidi stultum firma radice, & statim maledictum est pulchritudini ejus. Vidi, inquam, vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani: & transivi, & ecce non erat. Oportet autem ait, (a) haereses & schismata esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Et in schismate quidem jam (ut dictum est) Dominus probavit te & cognovit te. Sed ne quid desit corona tua, en haereses surrexerunt. Itaque ad consummationem virtutum, & ne quid minus fecisse inveniamini a magnis Episcopis antecessoribus vestris, capite nobis, Pater amantissime, vulpes, quae demoluntur vineam Domini &c. Haec scripsit S. Bernardus ad Innocentium.

De appellatione Abailardi.

(a) 1. Cor. 11.

VII.

(b) Bern. ep. 189. 190.

(c) Id. ep. 191.

(d) Id. ep. 188.

(e) Id. ep. 192.

PAGIUS

Abailardus ad Innoc. II. appellat.

tamen magna Praelatorum & Nobilium viro-rum multitudo cum Ludovico VII. Franciae Rege concurrerat, Bernardus se se praesentem exhibuit, & excerpta ex *Abailardi* libris capitula proposuit. Sed *Abailardus* videns se ab amicis, quos advocarat, deserit, Sedem Apostolicam appellavit. Cui appellationi ob sanctae Sedis reverentiam Episcopi deferentes, errorum ejus quaedam capita ad Innocentium transmise-re; eorumque censuram obtinere, ut refert Baronius tam hic quam in Appendice ad hunc annum ex *Ottone Frijingensi* lib. I. cap. 48.

bet in fine: Cum de Trinitate loquitur, sapit Arrium: cum de gratia, sapit Pelagium: cum de persona Christi, sapit Nestorium &c. Scripsit pariter ad Ivonem S. R. E. Cardinalem, & cum de ejus animo pravo testificationes adducit, addit, jam antea damnatum fuisse una cum opere suo coram Sedis Apostolicae Legato. Sed adhuc securum esse, inquit, quod Cardinales & Romanae Ecclesiae clericos se habuisse discipulos gloriaretur. Etenim ipse publice professus erat in Gallia, & ob celebre nomen ejus complures ad eum confluerant discipuli litteris philosophicis imbuedi. Scripserunt tunc etiam post appellationem Abailardi ad Innocentium Papam Episcopi illi, qui interfuerant disputationi, & praefuerant iudices, has litteras:

Reverendissimo domino & dilectissimo Patri, Dei gratia summo Pontifici Innocentio R. Rhemensis Archiepiscopus, Jocelinus Suesionensis, Voillelmus Catalaunensis, A. Anebanensis Episcopi, debita subjectionis voluntarium obsequium.

Auribus occupatis ad plurima verbum facimus breve de prolixo negotio pro eo maxime, quod id ipsum plenius & diffusius continetur in litteris domini Senonensis. Petrus Abailardus Christianae Fidei meritum evacuare nititur, dum totum quod Deus est, humana ratione arbitratur comprehendere. Ascendit usque ad caelos, & descendit usque ad abyssos. Nichil est quod lateat eum, sive in profundum inferni, sive in excelsum supra. Homo est magnus in oculis suis, disputans de Fide contra Fidem, ambulans in magis & mirabilibus super se, scrutator majestatis, haeresum fabricator. Jam dudum fecerat librum de sancta Trinitate, sed sub Legato Romanae Ecclesiae igne examinatus est, quia invente est in eo iniquitas. Maledictus qui reedificat ruinas Hierico. Surrexit a mortuis liber ille, & cum eo multorum haereses, quae dormierant, surrexerunt, & apparuerunt multis. Denique jam extendit palmites suos usque ad mare, & usque Romam propagines ejus. Haec gloriatio hominis illius, quod liber suus in Curia Romana habet ubi caput suum reclinet. Hinc confortatus & confirmatus est error illius. Proinde cum fidu-

Archiep. Rhem. & aliorum Episc. ad Innocent. Pap. adversus Abailard. epist.

quod tamen exactius enarravit *Gaufridus* Clara-vallensis Monachus Abailardi olim discipulus lib. 3. Vitae S. Bernardi cap. 5. ubi inter alia scribit, Synodum damnasse quidem capitula, prout jacebant, & ab Auctoris nomine, qui videbatur incertus, abstulisse: Ecclesia quae convenerat, inquit Goffridus citatus, dimisit hominem, multavit abominationem, a persona abstinent, sed dogmata prava condemnans. Interim dum haec agerentur, *Berengarius Pizavienfis*, unus ex omnibus Abailardi discipulis, ausus est ejus Apologiam publicam, facere ple-nam

fiducia pradicat verbum iniquitatis us-
quequaque. Propterea cum in conspectu
Episcoporum super his eum argueret Ab-
bas Claravallensis, zelo justitie & Fi-
dei armatus ille nec confessus est, nec
negavit, sed a die, a loco, & iudice,
quem ipse sibi elegerat, sine lesione, si-
ne gravamine, ut prolongaret iniquita-
tem, Sedem Apostolicam appellavit. Epi-
scopi, qui propter hoc unum convenerant,
vestra reverentia deferentes, nihil in
personam ejus egerunt: sed tantummodo
capitula, a sanctis olim Patribus condem-
nata, medicinali necessitate, ne morbas
ferperet, * adjudicaverunt. Quia ergo
homo ille multitudinem trahit post se, &
populum qui sibi credat, habet: necesse
est, ut huic morbo celeri medicina occur-
ratur. Sero enim medicina paratur, cum
mala per longas convalescere moras. Pro-
cessimus nos in hoc negotio quousque ausi
sumus. Tuum, beatissime Pater, est de cæ-
tero providere, ne aliqua heretica pra-
vitas macula decor Ecclesie contamine-
tur. Tibi commissa est Sponsa Christi, o
amico Sponsi. Tuam est eandem uni viro
virginem castam exhibere Christo.

Rescriptum vero Innocentii tale est.
Innocentius Episcopus servus servorum
Dei venerabilibus fratribus Henrico Sen-
nonensi, Reinaldo Rbemensis Archiepisco-
pis, eorumque Suffraganeis, & charissi-
mo in Christo filio Bernardo Claraval-
lensi Abbati salutem & Apostolicam bene-
dictionem.

Innoc. Pap. re-
sponsum.
Testante Apostolo sicut unus Deus, una
Fides esse dignoscitur, in qua tamquam
immobili fundamento, prater quod nemo
aliud potest ponere, firmitas Catholica
Ecclesie inviolata consistit: inde est,
quod beatus Petrus Apostolorum Princeps
pro eximia hujus Fidei confessione audi-
re meruit: Tu es, inquam, beatus Pe-
trus, & super hanc Petram edificabo Ec-
clesiam meam: Petram utique firmitatem
Fidei, & Catholica unitatis soliditatem

PAGIUS nam acrimonie adversus S. Bernardum. Quam
ob rem reprehensus a multis, quod tam gravem,
sanctumque virum lascivientis stili acumine
pupugisset, excusavit se, idque joco potius
quam serio factum affirmavit. Petrus vero A-
baelardus, ut vidit se ab omnibus tanquam
hereticum descri, Cluniacum se contulit, A-
pologeticumque, & fidei Confessionem scripsit.
V. Eodem tempore Petrus Venerabilis Abbas
Abaelard. Cluniac. Cluniacensis scripsit ad Innocentium II. se Abae-
lardum, ignarum quo se verteret, Cluniaci
secedit. retinuisse, & de pace egisse inter Bernardum
& eundem, atque eo rem adduxisse, ut ambo
tandem convenerint, dissidiaque sua pacifice
composuerint; ceterum Petrum dimissis Scho-
lis perpetuam sibi Sedem elegisse apud Clunia-
cum, si domino Papæ ita placeret, ne de-
inceps occasionem ulli daret de sua conque-
rendi doctrina. Petri Venerabilis literas reci-
tat Baronius num. XI. Berengarii vero Apo-
logeticum pro Magistro contra Bernardum Cla-

manifeste designans. Hæc siquidem est in-
confutibilis tunicæ Redemptoris nostri, super
quam milites sortiti sunt, sed eam divi-
dere minime poterunt. Contra quam in
initio fremuerunt Gentes, & populi me-
ditati sunt inania: astiterunt Reges, &
Principes terræ convenerunt in unum. Ve-
ran Apostoli duces Domini gregis, &
eorum successores Apostolici viri, arde-
re charitatis, & zelo rectitudinis succen-
si, Fidem defendere, & eam in cordibus
populorum proprii sanguinis effusione
plantare non dubitaverunt. Demum ces-
sante persecutorum rabie, imperavit ven-
tis, & facta est in Ecclesia tranquillitas
magna. Sed quia hostis humani generis
semper circuit, querens quem devoret:
ad expugnandam sinceritatem Fidei fra-
dulentam hereticorum fallaciam subindu-
xit. Contra quos veri Ecclesiarum recto-
res viriliter insurgentes, eorum prava do-
gmata cum ipsorum auctoribus condemna-
runt. In magna namque Nicæna Synodo
Arius hereticus est damnatus. Constan-
tinopolitana Synodus Macedonium hære-
ticum debita sententia condemnavit. In
Ephesina Synodo Nestorius condignam sui
erroris condemnationem recepit. Chal-
cedonensis quoque Synodus Nestorianam
hæresim, & Eutychianam cum Dioscuro,
& ejus complicibus justissima sententia
confutavit. Martianus præterea licet lai-
cus, Christianissimus tamen Imperator
Catholicæ Fidei amore succensus, præ-
decessori nostro sanctissimo Papæ Joannē
scribens adversus eos, qui sacra mysteria
profanare contendunt, inter cetera sic lo-
quitur, dicens: Nemo clericus, vel mi-
litaris, vel alterius cujuscumque conditio-
nis, de Fide Christiana publice conetur
in posterum tractare. Nam injuriam facit
iudicio reverendissimæ Synodi, si quis
semel iudicata & recte disposita revolve-
re, & iterum disputare contendit: & in
contemptores hujus legis tanquam in sa-
cralejos, pœna non decet. Igitur si quis
cle-

revallensem, Capitula hæresion Petro Abae-
lardo attributarum, Apologiam seu Confessio-
nem ejusdem Abaelardi, variasque Epistolas ad
eamdem rem facientes refert Bulaus Tom. II.
Hist. Universit. Parisiensis ad hunc Christi an-
num. Porro Petrum Abaelardum, præsertim post
fidei suæ expositionem, & errorum emendatio-
nem, hereticus immerito ab aliquibus dicitur,
ut ostendit Natalis Alexander in parte III.
Sæc. XI. & XII. Dissert. VII. art. XI. quod
enim errores suos emendarit, Petrus Venera-
bilis in sua Epistola a Baronio memorata, &
Otto Frisingensis lib. I. de Gest. Frederici cap.
49. locupletes testes sunt, & ipsemet testis
locupletior, qui in suo Apologetico, seu Con-
fessione fidei ait: Quod si uspiam per multi-
loquium excessi, ut scriptum est. In multilo-
quio, non effugies peccatum, nunquam im-
portuna defensio me effecit hereticum, paratus
semper ad satisfactionem de malis meis corri-
gendis, sive delendis, in quo certe proposito
usque

clericus erit, qui publice tractare de re-
ligione ausus fuerit, a consortio clerico-
rum removebitur. Dolemus autem, quo-
niam sicut ex vestrarum litterarum inspe-
ctione, & missis a fraternitate vestra no-
bis errorum capitalis cognovimus, in no-
vissimis diebus, quando instant, pericu-
losa tempora, M. Petri Abailardi per-
niciosa doctrina, & prædictorum hæreses,
& alia perversa dogmata Catholicæ Fi-
dei obviantia pullulare cœperunt. Verum
in hoc maxime consolamur, & omnipoten-
ti Deo gratias agimus, quod in parti-
bus vestris pro patribus tales filios susci-
pavit, & in tempore Apostolatus nostri in
Ecclesia sua tam præclaros voluit esse
pastores, qui novi heretici studeant ca-
lumniis obviare, & immaculatam sponsam
uni viro virginem castam Christo exhibe-
re. Nos itaque, qui in Cathedra sancti
Petri, cui a Domino dictum est: Et tu
aliquando conversus confirma fratres tuos:
licet indigni residere conspiciamur, com-
municato fratrum nostrorum Episcoporum
Cardinalium consilio, destinata nobis a
vestra discretione capitula, & univer-
sa ipsius Petri dogmata, sanctorum cano-
nicum auctoritate cum suo auctore damna-
vimus, eique tamquam heretico perpetuum
silentium imposuimus. Universos quoque
erroris sui sectatores, & defensores a Fi-
delium consortio sequestrandos, & excom-
municationis vinculo inmodandos esse cen-
semus. Datum Laterani duodecimo Kal.
Augusti. Ita Innocentius, confirmans
quæ gesta fuissent per Catholicos Episco-
pos in Synodo Gallicana. At quæ hæc
fecuta sint, videamus.

VIII.

(a) Pet.
Ch. l. 5.
p. 3.

Abailardus itaque profecturus appel-
lationem, Romam versus dirigens iter,
divertit ad Cluniacense monasterium, u-
bi libenter passus est se retineri a Petro
venerabili ejusdem monasterii Abbate,
qui pro eo, ut penitens posset Clunia-
ci monasticam vitam profiteri, ad Inno-
centium Papam has litteras dedit: (a)
Summo Pontifici & nostro speciali pa-
tri, domino Papæ Innocentio frater Pe-
trus humilis Cluniacensium Abbas obedien-
tiam & amorem.

PAGIUS

VI.
Epocha
Concilii
Senonen-
sis.

usque in finem perseverabo, &c. Deinde sigil-
latum Catholica dogmata Capitulis erroneis a
se assertis vel sibi objectis contraria profertur.
De pia ejus morte anno MCXLII. agemus.
Sed redeo ad Concilium Senonense, quod
in Octavis Pentecostes celebratum fuisse diximus,
quodque Henschenius ad diem XX. mensis Fe-
bruarii illustrans vitam Sancti Eleutherii Epi-
scopi Tornacensis in Belgio pag. 196. ait, non
hoc anno, ut passim alii referunt, sed sequen-
ti congregatum fuisse, in cuius rei testimo-
nium refert Historiam Revelationis corporis
Sancti Eleutherii Henrico Canonico Tornacensi
factæ, ab oculo teste scriptam, qui ait se
visionem suam scriptam transmisisse Patribus
Concilii Senonenfis in Octavis Pentecostes eo an-

Magister Petrus sapientia vestra (ut
credo) optime notus, nuper a Francia
veniens per Cluniacum transitum fecit.
Quæsimus quo tenderet: gravatum se ve-
scationibus quorundam, qui sibi (quod
valde abhorrebat) nomen heretici impo-
nebant, majestatem Apostolicam se appel-
lasse, & ad eam confugere velle respon-
dit. Laudavimus propositum, & ut ad no-
tum & commune refugium confugeret, ad-
monuimus. Justitiam Apostolicam, quæ nul-
li unquam etiam extraneo, vel peregrino
desuit, sibi non defuturam diximus. Mi-
sericordiam ipsam, ubi ratio postularet,
sibi occursum promissimus. Venit interim
dominus Cisterciensis Abbas, & de pace
ipsius & domini Claravallensis, cujus cau-
sa appellaverat, nobiscum & cum ipso
pariter egit. Dedimus & nos operam pa-
ci ejus; & ut ad illum cum ipso irer, hor-
tati sumus. Addidimus hoc monitis no-
stris, ut si qua Catholica aures offendenti-
a aut scripsisset, aut dixisset: hortatu
ejus, & aliorum bonorum & sapientum &
a verbis suis amoveret, & a libris abra-
deret, & factum est ita. Igit, rediit,
cum domino Claravallensi, mediante Ci-
sterciensi, sopitis prioribus querelis, se
pacifice convenisse, reversus retulit.

Interim a nobis admonitus, magis au-
tem a Deo (ut credimus) inspiratus, Post re-
dimissis scholarum & studiorum multi-
bus, in Cluniaco vestro sibi perpetuam
mansionem elegit. Quod nos senectuti e-
jus, debilitati ejus, religioni ejus con-
gruere putantes, & scientiam ejus vobis
ex toto non cognitam, magna Fratrum
nostrorum multitudini proficere posse cre-
dentes, voluntati ejus assensimus, & se
benignitati vestre beneplacitum esset,
benigne & cum gaudio nobiscum, vestris
(ut nostis) per omnia, remanere conces-
simus. Rogo igitur ego qualiscumque ves-
ter, rogat devotissimus vobis Cluniacen-
sis Conventus, rogat ipse per se, per
nos, per presentium latores filios vestros,
per has, quas ut scriberem, rogavit lit-
teris suæ, qui fortasse non multi sunt, in
Cluniaco vestro cum consummare jubea-
tis;

Petrus
Abb. Clu-
niacens.
pro Aba-
lardo
causam
agit.

IX.
Post re-
canta-
tam Pa-
linodiam
Abailar-
dus effi-
citur
Monachus.

no habiti. In ea enim Historia revelatio illa
dicitur contigisse feria secunda XI. Kal. Maii,
id est, die XXI. mensis Aprilis, qui anno se-
quenti in feriam secundam incidit. Ita Hen-
schenius. Verum loco, XI. Kal. Maii, legen-
dum X. Kal. Maii, qui dies hoc anno cum fe-
ria secunda concurrat. Concilium enim Seno-
nense hoc anno coactum fuisse testantur non
solum pseudo-Robertus de Monte in Chron.
& Vincentius Bellovacensis, qui sæculo se-
quenti vixit, in Spec. Hist. part. 3. cap. 83.
Sed etiam Hugo Autissiodorensis Monachus Pra-
monstratensis, qui Chronicon suum Roberto
Monacho etiam Sancti Mariani Autissiodorensis
perperam attributum perduxit ad annum us-
que MCCIII. Hugoni enim, non Roberto il-
lud

tis; & ne a domo, quam velut passer, ne a nido quem velut rurtur, invenisse se gaudet, aliquorum instantia aut expelli, aut commoveri valeat; more quo omnes bonos colitis, & etiam istum dilexistis, scuto defensionis Apostolicæ protegitis. Hucusque ad Innocentium Petrus Abbas Cluniac.

Sed de sententia interim lata hic insuper recitandæ sunt litteræ ipsius Innocentii Papæ ad Episcopos, & ad sanctum Bernardum simul scriptæ, de ipso videlicet Petro Abailardo, & de Arnaldo de Brixia includendis, quæ per breves habentur in codice Vaticano, cujus titulus est, Liber antiquorum canonum.

X.

Innocentius servus servorum Dei Samsoni Rhenensi Archiepiscopo, Henrico Senonensi, & Bernardo Abbati Clavallensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Sententia lata Romæ adversus Abailard.

Præsentia scripta fraternitati vestræ mandamus, quatenus Petrum Abailardum, & Arnaldum de Brixia perverſi dogmatis fabricatores, & Catholicæ Fidei impugnatores in religioſis locis, ut vobis melius visum fuerit, separatim faciatis includi, & libros eorum, ubicumque reperti fuerint, igne comburi. Datum Laterani decimoſeptimo Kalendas Augusti. Insuper transcripta ista nolite ostendere cuiquam, donec ipse littera in Parisiensi colloquio, quod prope est, præſentata fuerint ipsi Archiepiscopis. Hæc ibi. His autem subiiciuntur in codice triginta capitula pro Ecclesiastica disciplina servanda.

Qua pariter die idem Innocentius Papa alias dedit litteras de damnatione errorum ipsius Abailardi ad eisdem Episcopos, simulque ad S. Bernardum Abbatem, ad cujus finem hæc de sententia in eum lata: (a) Nos itaque, qui in beati Petri Cathedra (cui a Domino est dictum: (b) Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos) licet indigni residere conspiciamur: communicatio fratrum nostrorum Episcoporum, & Cardinalium consilio, destinata nobis a vestra discretione capitula & universa ipsius Petri perverſa dogmata, sanctorum canonum auctoritate cum suo auctore damnamus; eique tam-

(a) Apud S. Bern. ep. 194.
(b) Luc. 22.

PAGIUS

Iud attribuendum esse probat ex Codice MS. Chiffetius in Appendice ad Diatribam de Ilitri Genere Sancti Bernardi cap. 20. additque postmodum appendicem adiecit Robertum usque ad annum MCCX. inde Anonymum quæ super sunt usque ad finem & annum MCCXVII. Hæc Hugonis Antiiodorensis verba: Anno Domini MCXL. Senonis præſente Rege Ludovico, Episcoporum & Abbatum, & Religioſorum conventus contra Petrum Abailardum. Hic ingenio subtilissimus, mirabilisque Philosophus, qui construxerat Cœnobium in territorio Tricassino in Prato quodam, ubi legere solitus fuerat, in quo Sanctimonialibus plurimas Episcopali aucto-

quam hæretico, perpetuum silentium imposuimus. Univerſos quoque errores damnantes, eorum sectatores, & defensores a Fidelium consortio sequestrandos, excommunicationisque vinculo innodandos esse censuimus. Datum Laterani decimoſeptimo Kalendas Augusti. Hæc Innocentius. Quem & acquievisse Abbatis Cluniacensis petitioni, ut idem Petrus Abailardus in Cluniacensi monasterio monachus esset, certum est ex iis quæ idem Abbas affirmat. Et quod mirandum valde est, quod & sit raro contingens, idem hæreticus poenitens perseverans usque ad finem, magnum edidit speciem sanctitatis. Perseverans enim in arctissima monastica observantia, demum sancto sine quievit, dignique habitus est, qui ab eodem venerabili Petro Cluniacensi scripta epistola (c) post obitum magnopere laudaretur. Scribens enim ad Eloyſam Abbatissam ejus quondam conjugem, quæ & ipsa doctrina excellens idem vitæ genus arripuisset; hæc post multa in laudem ipsius:

Damnati errores Abailard.

(c) Pet. Cl. l. 5. ep. 20.

Concessum est de illo tuo, de illo inquam sepe ac semper cum honore nominando sermo ac vero Christi philosopho magistro Petro, quem in ultimis vitæ suæ annis eadem divina dispositio Cluniacum tranſiſiſt, & eam in ipſo & de ipſo super omne aurum & topazium munere cbaritate ditavit.

XI. Petrus Abailardus Professor Cluniac. sancto sine quievit.

Cujus sanctæ humilitatis habitu & gestu similem, in tantum ut nec Germanus abjectior, nec ipse Martinus bene discernenti pauperior appareret. Cumque in magno illo Fratrum nostrorum grege, me compellente, gradum superiorem teneret: ultimus omnium vestitu incultissimo videbatur. Mirabar sepe, & in processionibus eo me cum reliquis pro more præcedente, pene stupebam, tanti tanque famosi nominis hominem sic semetipsum contemnere, sic se abicere posse. Et quia sunt quidam religionis professores, qui ipsum quem gerunt habitum religiosum, nimis esse cupiunt sumptuosum: erat ille prorſus parcus in istis, & cujusque genere-

ritate congregavit, quod Paraclitum nominavit, quibus Sanctimonialibus Heloissam quondam uxorem suam Religioſam feminam & literis tam Hebraicis quam Latinis apprime eruditam præfecit Abbatissam. Quæ vere ipsius amica magnam ei post mortem in assiduis precibus fidem conservavit. Collectanea hujus Chronici publicavit Nicolaus Camuzatus, sed optandum esset, ut integrum Opus in publicum prodiret.

VII. In eo examinatus viſo Henrici Tornacensis infra non multum tempus proprium esset Episcopum habitura, & pristinam dignitatem re-

neris simplici veste contentus, nihil ultra quærebat. Hoc & in cibo, hoc & in potu, hoc & in omni cura corporis sui servabat, & non dico superflua, sed & cuncta nisi valde necessaria ram in se, quam in omnibus verbo pariter & vita damnabat. Lectio erat ei continua, oratio frequens, silentium iuge, nisi cum aut Fratrum familiaris collatio, aut ad ipsos in conventu de divinis publicus sermo eum loqui urgebant. Sacramenta celestia, immortalis Agni sacrificium Deo offerendo, pro ut poterat, frequentabat: immo postquam litteris & labore meo Apostolica gratia redditus est, pene continuabat. Et quid multa? Mens ejus, lingua ejus, opus ejus semper divina, semper philosophica, semper eruditiora meditabatur, docebat, fatebatur.

XII.

Tali nobiscum vir simplex & rectus, timens Deum & recedens a malo, tali inquam per aliquantum temporis conversatione ultimos vitæ suæ dies consecrans Deo, pausandi gratia (nam plus solito scabie, & quibusdam corporis incommoditatibus gravabatur) a me Cabilonem missus est. Nam propter illius solam amantiam, quæ cunctis pene Burgun-

PAGIUS

VIII. Floret Richardus de S. Victore.

receptura, ut in eadem Historia legitur. Quod revera anno MCXLVI. contigisse videbimus; eo enim anno Sedes Episcopalis Tornacensis in pristinum statum restituta fuit.

Ad num. XII. & seq. Richardus de S. Victore natione Scotus Canonicus Regularis Ordinis S. Augustini in Cœnobio S. Victoris Parisiensi, discipulus Hugonis a S. Victore, post hoc tempus claruit. Trithemius in Chron. Hirsaug. ad annum MCLVII. ejus mentionem facit, numeratque ejus Opera. Divus Bernardus eum in gravioribus Theologiae difficultatibus confutere solitus erat, extatque ejus Tractatus de tribus appropriatis personis in Trinitate ad divum Bernardum Scriptus. Extat & alius de Incarnato Verbo ad divum Bernardum Abbatem Clavallensem, aliusque sub hoc titulo: Declarationes nonnullarum difficultatum Scripturæ ad Bernardum Clavallensem. Trithemius laudatus anni ejus emortualis non meminit, quem tamen nobis exhibent San-Marthani in Catalogo Abbatum Sancti Victoris Parisiensi, ubi asserunt eum ejusdem Monasterii Priorem fuisse sub Guarino Abbate, & vitam functum anno millesimo centesimo septuagesimo tertio, sexto Idus Martii. De ejus Operibus jam locuti sumus cum de Hugone de Folieto verba fecimus. De iis legendus etiam Labbeus de Script. Eccles.

diæ nostræ partibus præminet, locum ei habilem prope urbem quidem, sed tamen Arari interfluente providebam. Ita juxta quod incommoditas permittebat, antiqua sua renovans studia, libris semper incumbere, nec, sicut de Magno Gregorio legitur, momentum aliquod præterire sinebat, quin semper aut oraret, aut legeret, aut scriberet, aut diceret. In his sacrorum operum exercitiis cum adventus illius Evangelici visitatoris reperit, nec ut multos dormientem, sed vigilantem invenit. Invenit eum vere vigilantem, & ad aternitatis nuptias, non ut fatuam, sed ut sapientem virginem evocavit. Attulit enim ille secum lampadem plenam oleo, hoc est, conscientiam referentem sanctæ vitæ testimonio. Nam ad solvendum commune mortalium debitum, morbo correptus, eoque ingravescente, in brevi ad extrema perductus est. Tunc vero quam sancte, quam devote, quam Catholice primo Fidei, dehinc peccatorum confessionem fecerit: quanto inbianus cordis afflu Viaticum peregrinationis ac vitæ aternæ pignus, Corpus scilicet Redemptoris Domini acceperit, quam fideliter corpus suum & animam hic

Petrus Abailardus sancto sine quievit.

Quoad Hugonem de Sancto Victore Canonicum Regularem Sancti Victoris Parisiensi, virum in divinis Scripturis eruditissimum, & in seculari Philosophia nulli præcorum inferiorum, ut ait Trithemius, nunc tandem certum Hugonis a S. Victore. eum anno millesimo centesimo quadragésimo secundo vitam cum morte commutasse. Verus enim Robertus de Monte, seu Robertus de Torinejo, Abbas in monte Sancti Michaelis de Periculo maris, in Tractatu de Immutatione Ordinis Monachorum cap. 5. agens de Parisiensi Monasterio Sancti Victoris scribit, multos Clericos nobiles in illum locum convenisse: inter quos, inquit, Magister Hugo Lothariensis, & scientia literarum, & humilitate religione maxime floruit. In veteri vero Codice MS. Aquincinensi non tantum annus ejus emortualis, sed etiam dies diserte exprimuntur: Anno ab Incarnat. Domini MCXLII. obiit Dominus Hugo Canonicus S. Victoris III. idus Febr. qui ex Iprensi territorio ortus, a puero exulavit, & hæc & plura alia sui ingenii monumenta reliquit. [1] Hoc testimonium Mabillonius Tom. I. Analect. pag. 327. ex citato MS. eruit, indeque recte deduxit, vulgarem sententiam, quæ hunc virum celeberrimum Saxonem facit, falsam esse. Verum in hoc ei adherere non possum, quod dicit, Robertum de Monte Lotharii Regnum late usurpasse, eique territorium Iprens-

IX. Patria & annus emortualis Hugonis a S. Victore.

NOTÆ [1]

Annus emortualis Hugonis de S. Victore alius notatur in brevi chronico Clarimariensi apud Collector. Anecd. t. 3. col. 1385. Anno ab incarnatione Domini MCXLI. III. Idus februarii obiit magister Hugo Victoris &c. definit chronicon istud in annum 1286. Ad annum pariter 1141. eumdem obitum consignat chronicon Elienense S. Amandi desinens A. 1223. Ibid. col. 1398. Sed scriptores hosce nihil cum iis pugnare, quos Pagius hic producit, ex eo facile deducemus, quod cum annum a paschate exordiantur anni 1141. mensis februarii idem fit apud illos ac anni 1142. mensis februarii si recepta apud nos supputatio tenetur. MANſI

CHRISTI
1140.INNOCENTII II. PAP.
II.CONRADI REG. ROM. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 22.

& in aeternum ipsi commendaverit, testes sunt religiosi Fratres, & totus illius monasterii, in quo corpus S. martyris Martelli jacet, conventus. Hoc magister Petrus sine dies suos consummavit, & qui singulari scientiae magisterio toti pene Orbi terrarum notus & ubique famosus erat, in illius discipulatu qui dixit: (a) Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, ut mitis & humilis perseverans, ad ipsum (ut dignum est credere) sic transiit. Hæc Petrus, qui & ejus epitaphium in fine ita descriptum misit:

(a) Mar.
11.Petri A-
bailardi
epitaph.

*Gallorum Socrates, Plato maximus Hesperiarum,
Noster Aristoteles, Logicis quicumque fuerunt
Aut par, aut melior: studiorum cognitius Orbi
Princeps, ingenio varius, subtilis & acer.
Omnia vi superans rationis, & arte loquendi
Abelardus erat. Sed tunc magis omnia vicit,
Cum Cluniacensem monachum, moremque professus,
Ad Christi veram transiit philosophiam.
In qua longæ bene complens ultima vitæ,
Philosophis quandoque bonis se connumerandum
Spem dedit, undenas Majo renovante Kalendas.*

*al. A-
bailardus.

Porro Eloyfa Abbatissa olim conjux ejusdem Petri, & ipsi scientiam haud impar, post obitum sollicita de exstimatione viri, rogavit per litteras eundem Petrum, ut viri absolutio facta ab Apostolica Sede omnibus innotesceret, ait enim: (b) Placeat etiam vobis aliud mihi sigillum mittere, in quo magistri Petri videlicet absolutio litteris aperta continetur, ut sepulcro ejus suspendatur. Hæc ipsa, quæ defuncti viri corpus acceperat.

(b) Apud
Pet. Cl.
1. 6. ep.
23.Hugonis
de S. Vict.
obitus &
epitaph.

Eodem quoque anno sicut pietate, ita & doctrina præstantior ex hac vita migrat Hugo de S. Victore celeberrimus doctor, cujus superius mentio facta est. Ita in Appendice ad Sigbertum per Robertum de Monte, rerum sæculi hujus

PAGIUS

iprense, quod conterminum erat, attribuisse, ut ipsemet postea suam sententiam explicavit in fine Tom. II. Analect. Nam Flandria, ubi Aquicinctum ad Scarpam fluvium, haud procul ab urbe Duaco monasterium sub Regula S. Benedicti conditum, nunquam in Austrasia vel in Lotharingia comprehensa fuit; neque Patriatus Flandria Lotharingiam aliquando continuit. Hugo itaque dictus Lothariensis a Roberto de Monte propter longam in Lotharingia moram, sicuti propter eandem rationem

scriptorem constat. Apponimus nos ejus Epitaphium, quod legitur in ejus sepulcro in Ecclesia S. Victoris in suburbio Parisiensi his versibus:

*Conditur hoc tumulo doctor celeberrimus Hugo,
Quem brevis eximium continet urna virum.
Dogmate præcipuus, nullique secundus amore,
Claruit ingenio, moribus, ore, stylo.*

XIII.

Porro in ejusdem monasterii claustro sepulcrum continetur Richardi de S. Victore clarissimi ejusdem temporis Theologi, qui etsi iisdem cum Hugone vixit temporibus: quoniam anno ex hoc sæculo decesserit, haud nobis compertum. Quædam viri præstantissimi ad sanctum Bernardum scripta, ut, de tribus appropriatis personis in Trinitate tractatus, Libellus de Verbo incarnato, & Declarationes nonnullarum difficultatum divinæ Scripturæ, plane demonstrant, magnam inter eos familiaritatem intercessisse. In ejus autem sepulcro hujusmodi legitur epitaphium:

*Moribus, ingenio, doctrina clarus & arte,
Pulvereo hic tegeris, doctæ Richarde, situ.
Quem tellus genuit felici Scotica partu:
Te fovet in gremio Gallica terra suo.
Nil tibi parca ferax nocuit, qua stamina parvo
Tempore tracta gravi rupit acerba manu.
Plurima namque tui superant monumenta laboris,
Quæ tibi perpetuum sunt paritura decus.
Segnior ut lento sceleratas mors petis ades,
Sic propero nimis it sub pia tella gradu.*

Richardi
de S. Vi-
ctore epi-
taphium.

In calce operum ejus, editionis Lugdunensis, anno Domini MDXXXIV. dicitur plenus dierum transiisse ex hac vita se.

dicitur Parisiensis a Pseudo-Roberto de Monte in Chron. ad annum MCXL. quo mortem ejus collocat. Meibomius in Dissert. novæ suæ Collectioni subjuncta contendens antiquam de Hugonis a Sancto Victore patria opinionem retinendam esse, ait neque Robertum de Monte, neque ullum Antiquum, aut Hugonis de Sancto Victore ætati proximum hujus patriæ mentionem fecisse; sed non viderat Vir doctissimus Chronicon verum & sincerum Roberti de Monte, a Dacherio cum Operibus Guiberti Abbat-

tis

CHRISTI
1140.INNOCENTII II. PAP.
II.CONRADI REG. ROM. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 22.

sexto Idus Martias, sed annus non exprimitur. Ita plane claruit idem coenobium S. Victoris hoc sæculo viris insignibus, Parisiensis Academiæ doctoribus, iisdem Canonicis regularibus Ordinis sancti Augustini, quos Ludovicus Crasus hujus regnantis his diebus Ludovici pater verifice coluit: in quorum gratiam martyri sancto Victori templum paulo ante construxit, ut ibidem posita ita significat ejus iuscriptio:

*Illustris genitor Ludovici, Rex Ludovicus,
Vir clemens, Christi servorum semper amicus,
* Instituit, fecit pastorem Canonicorum,
In cella veteri trans flumen Parisiorum.
Hanc vir magnanimis, almi Victoris amore,
Auro, reliquiis ornavit, rebus, bonore.
Sanctæ Dionysii, qui servas corpus humanatum,
Martyr & Antistes Ludovici solve reatum.
Christi centeno cum mille decem & tribus anno,
Templum hoc Victoris struxit regalis honoris.*

* instituit.

Jam vero e funeribus emergentes, quæ sunt reliqua anni hujus prosequamur.

XIV.
Rogerii
filius in-
vadit res
Eccl.

Eodem anno Princeps Capuæ Rogerii Regis filius invasit Piscariam, & adjacentia loca, quasi spectarent ad Capuæ Principatum; quibus nonnihil commotus est Innocentius Papa. Sed Rogerius ipse ex Sicilia veniens, res componere studuit: cujus expetentis ejusdem Innocentii Papæ colloquium, idem Innocentius congressum, prætenis aliquibus impedimentis subterfugit. Displicuit & illud magnopere eidem Papæ, quod idem Rex edicto prohibuerat, ne moneta Romana Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

tis de Novingento in lucem emissum. Neque opinio, quam tuctur, amplius defendi potest, cum nullum antiquiorem Scriptorem Theodora Engesbusio, qui anno MCCCCXX. florebat, Anonymo Aquicinctensi, & vero Roberto de Monte opponat, & alios plures isto Theodoro juniores; licet in Critica non numerus Auditorum, sed pondus & antiquitas eorumdem attendi debeat.

X.
Dissidium
inter In-
nocentium
II. & Ro-
gerium
Regem.

Ad num. XIV. Falco in Chron. ubi annum a primo die mensis Martii exorditur, sub finem anni MCXXXIX. ait, Guidonem Cardinalem Diaconum Rectorum Beneventi constitutum, usque ad Kalendas Martias permansisse. Deinde Apostolicus alium misit Rectorem Joannem nomine consanguineum suum, & Guido ille (quem superiorum virum valde discretum & moribus ornatum appellarat, quique post sub Celestini II. nomine Ecclesiam Romanam rexit) Romam repedit. Baronius Falcone laudato ait, Alphonsum

in ejus regno expenderetur, sed ea tantum, quam ipse euderet: quod quidem ingens attulit tum subditis, tum externis etiam damnum. Post hæc idem Rex Neapolitanam civitatem recens sibi deditam primum ingressus est, apparatu regio exceptus a civibus, metrique, faciens ejusdem circuitum civitatis, bis mille trecentorum sexagintatium passuum circuitus est inventus. Tradit ista Falco Beneventanus in Chronico a scripto de rebus Beneventanis sui temporis, quod & in hunc usque annum perduxit, ceptum ab anno Redemptoris millesimo centesimo duodecimo, quinta indictione, Paschalis Papæ Pontificatus decimotertio; qua sublata lucerna, remanent quæ sunt reliqua Pontificatus Innocentii subobscura. In Chronico dicto, Domini de Ceccano, quod in monasterio Fossæ novæ asservatur, habetur, hoc anno venisse Rogerium Siciliæ Regem & filios ejus, & expugnasse Soram, Arcem, & oppida interjacentia usque Ceperanum.

Hoc anno pugnandum fuit Innocentio Papæ adversus Willelmum bis intrusum, & a Rege primum, deinde a Legato in Anglia, in Archiepiscopatum Eboracensem, cujus Ecclesiæ fuerat Thesaurarius: contra quem legitime electus fuit Henricus Murdac. Hæc Rogerius in Annalibus. Porro Henricus iste ille est, ad quem extat S. Bernardi (a) epistola, divini spiritus favore dictata, cum eum ad solitudinem invitavit. Extant & aliæ ejusdem sancti Bernardi epistolæ diversæ pro eodem adversus eundem Willelmum intrusum. Siquidem improbus homo nefandis sceleribus infamatus, sententiæ Innocentii non acquiescens, ubi sensit eum esse defunctum, a successore ipsius Cælestino surripuit consecrationem, & ad eandem Ecclesiam restitutionem. Qua de causa declamandum fuit eidem S. Bernardo, ad ipsum Cælestinum scribenti epistolam ducentisimam trigessimam Gggg 2

XV.
De Wil-
helmo in-
truso E-
boracens.(a) Bern.
ep. 106.

quar-

Principem Capuanum Rogerii Regis filium suapte sponte ditiones Ecclesiæ invasisse, Rogerio Rege infcio. Verum hoc Falco non asserit, sed ait: Prædictus Rex Rogerius Amphusum filium suum Principem Capuanorum magno cum exercitu militum & peditum trans civitatem Piscariam misit, ut provinciam (hodie Abrutium ulterius appellatam) sua subjugaret potestati; qui vero Princeps exercitu illo accepto, sicut Rex pater ejus jufferat, labore multo peregit, & Piscariam transiens castella copiosa ibi contigua, & vicinos comprehendit, & spolia illorum pradatus est: & quadam eorum igne consumpsit. Diebus autem non multis interjectis præfatus Rex Rogerium Ducem filium suum mille cum militibus, & peditum manu copiosa in auxilium præfati Principis delegavit. Dux itaque cum Principe fratre suo simul alligati provinciam illam prope Romanos fines adjacentem timore multo ad eorum imperium submiserunt. Unde

pra-

quartam, in qua post alia abominanda in eum invec̄ta, his agit verbis de ipsius intrusionibus: *Sintne obedituri bus, & sacramenta accepturi ab homine bis intruso? primo quidem per Regem, deinde per Legatum? Quippe qui illum in sanctuarium Dei contra jus & fas, contra mandatum summi Pontificis, in injuriam summa Sedis & totius Romanæ Curie, cum non potuit per ostium fodit argenteo, ut ajunt, sarculo, unde impudenter intrusit &c.* De istodem idem S. Bernardus ad Cardinales Romanæ Curie sub eodem Coelestino Papa dedit acerrimas (a) litteras, quarum est exordium: *Omnibus*

(a) Id. ep. 235.

PAGIUS *prædictus Apostolicus Innocentius turbatus consilio accepto Romanorum ad eos per Cardinales direxit, ne aliena invaderent, & Romanis sine non usurparent; qui Apostolice referentibus responderunt, non aliena petere, sed solummodo terras ad Principatum pertinentes velle redintegrare.*

XI. *Dam hac & alia geruntur, nominatus Rex medio mense Julio navigavit paravis Salernum, fecit, ut filiorum Ducis & Principis facta, quos, ut supra dixi, cum exercitibus miserat, insuper cum Domino Apostolice Innocentio allocutus, & simul esse excoꝑitabat. Continuo Rex ille consilio habito Salernum exiit, & ducentis militibus aggregatis, prope civitatem venit Beneventanam, & cum Joanne subdiacono Romana Sedis tunc Beneventano Rectore, & aliis Beneventanis de pace & civitatis utilitatibus, & Domini Apostolice fidelitate tenenda, satis abunde locutus est, & inde procedens Capuam ingressus est, ibique diebus non multis commorans de quibusdam suis negotiis tractavit; deinde apud Sanctum Germanum festinavit. Illico habito consilio Legatos Duci & Principi filiis suis mandavit, ut ad eum revertentur; audierat enim Rex ipse Apostolicum Innocentium de provincia illius invasione valde turbatum esse, & contristatum. Dux autem & Princeps nunciis acceptis ad patrem eorum reversi sunt. Fanum Sancti Germani ad Montis Casinensis pedem positum, Rexque ad illud monasterium profectus, ut dissidia, quæ inter se & Monachos versabantur, dirimeret, ut asserit Anonymus Casinensis ad an. MCXXXIX. qui nobis est MCXL. Idem Rex ad hoc Monasterium venit III. Kal. Aprilis (legendum, Augusti, cum Rex hoc anno nonnisi medio mense Julio Salernum pervenerit) cui per chartulam Rocca de Baura traditur pro ponte Curvo, quem dicebat injuste a nobis detineri.*

XII. *Baronius summariè refert quæ Falco de monachorum immutatione a Rogerio Rege facta narrat. Is autem ita narrationem suam concludit: His omnibus ita peractis ipse Salernum properavit, & ibi diebus non multis moratur quarto die intrante mensis Octobris, navigio parato mare ingressus est. Deinde Pamormum festinavit, Dux vero filius ejus in Apulia partibus remansit, & Princeps alter ejus filius apud civitatem Capuam mansit. Cumque, ut prædiximus prædictus Rex Rogerius monetis illas superius dictas introduceret, Domino Joanni Subdiacono Sancta Romana sedis, Beneventano Rectori, & civibus Beneventanis delegavit, ut monetis illas infra civitatem suscipiant; quod prædictus Rector audiens mirabiliter contristatur. Dicebat quidem Rector ipse, quoniam sine Domini Papa li-*

scribendum fuit de eo quod spectat ad omnes. Nec vereor ne forte præsumptione arguat, quippe qui licet omnium minimus, tamen Romanæ Curie injuriam a me non judico alienam. Urinur assidue, dico vobis, urinur graviter nimis, ita ut nos tædeat etiam vivere. In domo Dei videmus horrenda, & quia corrigere non possumus, saltem suggerimus his ad quos spectat, &c. At licet clamans & exclamans Bernardus, nihil tamen profecit, quo minus turpissimus intrusus sub Coelestino Pontifice sederit.

Quo defuncto, cum illi Eugenius successisset; rursus suis litteris contra eundem

centia monetis illas recipere non posset, præcipue cum ad totius Italia mortem monetarum illarum introductio spectaret. Tandem communitate consilio Rector prædictus Pontifici Regis Edicta mandavit, ut quid super his negotiis esset agendum, mittere dignaretur. Pontifex itaque Innocentius his auditis ultra quam credi potest condoluit, & super Regis Rogerii execrandis actibus mirabatur. Confestim Beneventanis mandavit litteras suas ita continentes: Facta Regis & monetarum suarum inventiones & a vobis accepimus, & ab aliis nobis in veritate referentibus; unde mandamus, ut non terramini, neque jam mentes vestras moveatis, quoniam transitura sunt, & cito possunt emendari. Nos autem circa utilitates vestras quotidie invigilamus. Litaris talibus accipitis & lectis gratiarum egimus actiones, & aliquantulum roborati aspiravimus. Et his actis præfatus Pontifex Innocentius ad Regem transmisit Rogerium, significando qualiter totus populus Italia & extra, de introductione monetarum istarum doluisset & quomodo ad famis afflictionem devenisset.

XIII. *Hic definit Chronicon MS. Falconis non minus in fine quam in principio mutilum. Sæculo præterito antiquius exemplar lingua Langobardica scriptum, ex quo novum descriptum fuit, tam in fine, quam in principio uno folio mutilatum erat. Baronius hic ait, Falconem Chronicon suum ab anno MCXII. exoritur esse; verum illum ab anno MCII. ejus initium repetere, & priores hujus Chronici annos Baronium non vidisse, jam anno MCXIII. num. I. observavimus. Imposterum rerum Sicularum & Neapolitanarum tractatio jejuniior erit; præsertim cum Petrus Diaconus, qui Historiam Monasterii Casinensis a Leone Marficano editam continuavit, hoc ipso anno, non vero superiori, ut quidam tradidere, Continuationem suam abfolvat. Nam cap. 130. refert Rogerium Regem pacem cum Monachis Casinensibus iniisse, quod ex Falcone & ex Anonymo Casinensi hoc anno contigisse mox narravimus. Præter illud Opus, aliaque quædam, scripsit Petrus librum de Viris Illustribus canobii Casinensis, qui extat Tom. XX. Biblioth. Patrum edit. Lugdun. Annus mortis ejus incompertus.*

XIV. *Ad num. XV. Baronius in Appendice ad annum MCXL. retrahat quæ in Annalibus de Willelmo Electo Archiepiscopo Eboracensi scripserat, fateturque divum Bernardum, qui in suis litteris eum non semel intrusum vocavit, falsa deceptum fuisse insinuatione eorum, quorum existimatio apud se haud dubiæ fidei esset. Cumque hæc controversia usque ad an-*

XV.

XIII.
Finis
Chronico-
rum Fal-
conis, &
Petri Ca-
sinensis.

XIV.
Mortitur
Turstinus
Archiep-
Eboracen-
sis.

(a) Id. ep. 237. 238. 239.

*dem intrusum itidem sanctus Bernardus egit, tertio ad eum (a) scribens. In quarum primis: Nonne, inquit, Eboracensis ipse est, cui se præsentem, cum adhuc esses quasi unus ex nobis, fratres tuæ resistenter in faciem, eo quod reprehensibilis erat? Sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua. Certum est tamen quod non intravit per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde &c. Secundis autem ad eundem Eugenium litteris fortius urget eum, ut in ipsum damnationis sententiam jacularetur; ait namque: *Quis enim in manu forti sagittas mittere potest, nisi filius excussorum? Quis locum Petri tenet, potest uno ictu extinguere Ananiam, uno Simonem Magum. Et ut planius, quod loquimur, fiat; peremptoriam dare sententiam ad depositionem Episcoporum, solius Romani Pontificis noscitur esse, pro eo nimirum, quod et alii multi vocati sunt in partem sollicitudinis, solus ipse plenitudinem habet potestatis. Solus proinde (si dicere audeam) in culpa est, si culpa non feritur, quæ ferienda est &c.**

PAGIUS. *num. MCLIII. perduravit; majoris claritatis gratia eam in suos annos distribuemus. Hoc itaque anno Turstinus Archiep. Eboracensis multis laboribus, senioque contractus, dimisso sponte Archiepiscopatu, Monachum induit, & Nonas Februarii in Domino obdormivit, ita non solum Thomas Stubbs in Actis Pontif. Eboracensium; sed etiam alii Historici Angliæ. Addit Vigorniensis cum plurimorum monasteriorum fundatorem extitisse, & corpus ejus post annos & menses quinque sepulturae fuerintegræ & odoriferæ repertum esse.*

XV. *Quo defuncto (nempe Turstino) statim se Willelmus: schisma in Eboracensi Ecclesia de electione Pontif. & Henrici tificis. Quidam enim elegerunt Willelmum Eboracensis Ecclesia Thesaurarium, quem Henricus Vintoniensis Ecclesia Episcopus, Romana Sedis Archiepiscopus consecravit. Ceteri vero Canonicorum scopi Eboracenses, ejusdem Ecclesia Thesaurarius, vir plane secundum carnem nobilis, & morum ingenuitate lenitate amabilis. Qui cum ad Sedem Apostolicam Responsores idoneos, pro petendo solemniter Pallio direxisset, emergentibus adversariis, & multa contra eum proponentibus, negatum est. Willelmus natus erat ex Emma Stephani Angliæ Regis forore. Henricus vero Murdach præclaris Doctrina & pietatis dotibus instructus salutaria monita S. Bernardi scriptum, Fontanense Monasterium Ordinis Cisterciensem ingressus, ibi Abbatiam gessit.*

Præstitit Eugenius quod sanctus Bernardus quam iustiffi ne litteris expetierat, damnavit & ejecit intrusum. Qui, quoad vixit Eugenius, sic mansit extorris: eo vero defuncto (inquit Rogerius in Annalibus) sub ejus successore Anastasio, defuncto Henrico Murdac legitimo Archiepiscopo Eboracensi, idem Willelmus Romam se contulit, & inveniens gratiam apud eum, restitutus est eidem, quæ iuste fuerat privatus Ecclesia. At anno sequenti, qui fuit Redemptoris millesimus centesimus quinquagesimus quartus, susceptus in sedem, prodicione suorum clericorum apposito veneno in ablutione Calicis post sumptum sanguinem, eo potu, mortem infelix haurit. Hicque finis hominis non meritis, sed divitiis ad Ecclesiam Dei sibi aditum occupantis. Quæ plurium annorum curricula acitara, & sub tribus Romanæ Ecclesiæ Pontificibus agitata hic in unum collecta posuimus, quo uno intuitu fiat Lectori perspicua historia non contentenda, quæ tot S. Bernardi sudoribus madaeat, & epistolis scriptis eluceat.

Willelmi finis infelix.

Austriatas Rom. Pont.

At

Joannes Prior Hagustaldensis in Hist. ad annum MCXLIII. qui nobis est MCXLII. scribit: His diebus Willelmi Electi Eboracensis causa audita est in Consistorio Papa Innocentii. Affuit & Magister Voalterus Londoniensis Archidiaconus, præ manibus scriptas gerens Allegationes Abbatum, & Priorum in eum. Tandem datum est præceptum, ut in Dominica III. Quadragesimæ sequenti anno super questione hac, & qui assuerant tunc, & qui abfuerant illuc concurrerent. Tum anno MCXLIII. Joannes Hagustaldensis scribit: Secundum tenorem præcepti Apostolice Willelmus Abbas Rievallis, Ricardus Abbas II. de Fontibus, &c. conveniunt, cum quibus, Voalterus Londoniensis Archidiaconus & Willelmus Cantor Eboracensis. Assistit & Willelmus Electus cum suis coadjutoribus. Adversus quem coram Apostolice processerunt in causam hi qui eum appellaverant. Summa vero quarrela eorum in hoc niti videbatur, quod Willelmus Comes Eboracensis in Capitulo Eboracensi præcepit ex ore Regis, ut si Decanus Eboracensis Willelmus juraret, hoc Regis præceptum, ad Capitulum per Comitum nequaquam perlatum, hunc ad consecrationem solemniter posse admitti, si tamen & ipse pro se fidem daret, actione pecunia hunc honorem se non appetisse. Ex Epist. autem Divi Bernardi ad Coelestinum Pap. CCXXXIV. & ex eius Epistola CCXXXV. data ad Cardinales Curie discimus, Willelmum Decanum jurare noluisse, indeque Sanctus Bernardus infert, Willelmi in Archiepiscopum Eboracensem consecrationem fuisse sacrilegam, eumque intrusum appellat.

XVI.
Innocent. II. & Ca-
rellinus II. Willelmo Pal-
lium dare noluerunt.

Loquitur & de isto schismate Serlo Monachus Cisterciensis æqualis in Historia Fontanensis cenobii Tom. I. Monastici Anglic. pag. 733. usque ad recitata, & pag. 745. Turstini morte reiata habet: Conventibus Clericis ad electionem faciendam, pars major numero Willelmum Thesaurarium in Archiepiscopum elegit, pars vero sanior appellacione interposita reclamavit, &c. ipse tamen Willelmus ad tempus obtinuit, quicquid fuit Potentum, fretus Regis potest.

XVII.
Willelmus Eugen. II. præfuit Ec-
clesia Eborac.

Aliorum melior de Will. sententia. At sicut iudicem ex noviter repertis monumentis, revocare quam assententiam, decet: ita concessum sit nobis eadem ratione, quæ scripta sunt de Willelmo Eboracensi Archiepisc. quantumlibet auctoritate, & testificatione sancti Bernardi & aliorum absque dispendio probatæ fidei ipsorum, novis adinventis probationibus, novo examine agitare. Non solum enim (a) Neubrigensis, qui iisdem temporibus vixit, &

RAGIUS state, favente Episcopo Wintoniensi Henrico: qui ei manus imposuit, & in Episcopum consecravit, Pallium tamen, procurante adversa parte, impetrare non potuit. Dein pag. 747. inquit Willelmum Cathedræ præfuisse usque ad Pontificatum Eugenii III. Ex quibus liquet primo errasse Thomam Stubbs in Actis Pontif. Eborac. ubi ait, Willelmum remansisse cum Episcopo Wintoniensi, usque ad obitum Henrici Murdach, seu usque ad Pontificatum Eugenii III. qui Henricum Archiep. Eboracensem declaravit. Secundo, Willelmi causam superiorem fuisse; cum primus, & a majori parte Capituli in Archiep. Eboracensem electus fuerit. Bernardum vero falsis declarationibus inimicorum Willelmi deceptum fuisse ostendit Alfordus anno MCXLIII. num. VI. & seq.

XVIII. Malmesburienfis in Hist. Novella lib. 2. pag. 185. quo in statu hoc anno Anglia fuerit, hoc modo narrat: Totus annus ille asperitate guerra inhorruit. Castella erant crebra per totam Angliam, quaque suas partes defendentia, imo, ut verius dicam, depopulantia. Milites castellorum abducebant ab agris & pecora & pecudes, nec Ecclesiis, nec cæmeteriis parcentes. Dominibus miserorum rusticorum usque adstratum expilatis ipsos vinculos incarcerabant: nec nisi omnibus quæcunque habebant, & quæcunque quocunque modo acquirere poterant, in redemptionem consumptis dimittebant. Plures in ipsis tormentis, quibus ad se redimendum confringebantur, dulces efflabant animas, quod solum poterant Deo miserias suas applorante, &c.

XIX. Hæc suse profectur Malmesburienfis, & postea subiungit: Eodem anno in Pentecoste recessit Rex Lundonia in turri, Episcopo tantummodo Sagienfi presente: ceteri vero vel fastidierunt, vel timuerunt venire. Aliquanto post mediante Legato (sc. Henrico Episc. Wintoniensi) colloquium indictum est inter Imperatricem (Mathildem filiam Henrici Angliæ Regis) & Regem (sc. Stephanum), si forte Deo inspirante pax reformari posset. Conventum juxta Bathoniæ missio ex parte Imperatricis, Roberto fratre, & ceteris suis: ex parte Regis Legato & Archiepiscopo (nempe Theobaldo Cantuariensi) simul & Regina (nempe Mathilde, de qua mox): sed inanimiter, inquam, triverunt, & verba, & tempora, infestaque pace discussum. Nec fuit amborum partium æquum dissidium, dum Imperatrix ad bonum propior, Ecclesiasticum non se revereri iudicium mandasset, & Rex illud quam maxime caveret, consiliis illorum male credulus, qui nihil minus quam pacem vellent. Dum ei dominari ad utilitates suas valerent. Postremo Septembri Legatus, qui noscet officii sui potissimum interesse, ut pax conveniret, pro ea restituenda laborem itineris transmarini aggressus, in Galliam navigare maturavit. Ibi a Rege Francia (Ludovico VII.)

de his exactam perveigationem adhibuit, ut veritatem rerum gestarum assequi posset, sed & alii auctores favent Willelmi Eboracensis Archiepiscopi causæ, atque adeo, ut eundem inter Sanctos Ecclesiæ Anglicanæ connumerent: quibus fidem adhibens haud dubiam Molanus restitutor & illustrator Martyrologii Usuardi, eundem Willelmum suo loco reposuit inter Sanctos, natali die ipsius, nempe octava die mensis Junii. De

& Comite Theobaldo (fratre Stephani Angliæ Regis), multisque religiosi ordinis personis, magno & sollicito tractatu de pace Angliæ habito, reverlus est in sine pene Novembris salubria patria mandata referens, si esset, qui verba factis apponeret. Et plane Imperatrix & Comes (nempe Henricus filius eius, qui postmodum Rex fuit) confestim assensere; Rex vero de die in diem producere, postremo in summa frustrari Tum demum Legatus se intra se continuit, rerum exitum, ut ceteri, spectaturus.

XX. Mathildis Regina Angliæ anno MCXXXVIII. de pace cum Davide Scotia Rege facienda Stephanum Regem conjugem suum plurimum urserat, nec per eam stetit, quin ea effectum sortita sit, sed plures Barones, qui belli occasione gravia damna passi erant, Regis Stephanum animum ab ejus consilio avocarunt, ut refert Ricardus Prior Hagustaldensis in Hist. de Gest. Regis Stephani. Huic pia Regina magna erat cum Sancto Bernardo necessitudo, ut ostendit Epistola CCCXV. ejusdem Sancti ad Mathildem Reginam Anglorum data, in qua ait, se, dum Bolonia esset, gratiam aliquam ab ea petivisse, additque: Bene servate mihi filium, quem nunc peperistis, quia & ego quoque (si Regi non displicet) in eo mihi vindico portionem. Mabilionius in Nota ad eam Epistolam, eam Mathildem interpretatur filiam Malcolm III. Scotia Regis, quam dicit Henrici V. Imp. deinde Henrici I. Angliæ Regis uxorem, additque illam ex eo genuisse Henricum II. de quo Bernardus in sine Epistola, qua ante annum MCXXXV. Henrici I. mortalem, scripta est. Verum anjmus ejus, quod magnis non raro Viris accidit, quando hæc scripsit, peregrinabatur. Neque enim Henricus II. Angliæ Rex filius fuit Henrici I. sed Godefridi Andegavenfis Comitis, & Mathildis Imperatricis, filia, non vero uxoris Henrici I. qui nupsit Mathildi filia Malcolm III & sorori Mariæ, quæ uxor data fuit ab Henrico I. Rege Angliæ Eustachio III. Bononiæ Comiti. Quo ex matrimonio nata unica filia Mathildis, Bononiæ Comitissa. Hæc vero conjugio copulata fuit cum Stephano Moritonii Comite, deip Moritonæ & Bononiæ, tandemque Rege Angliæ, ut unanimi consensu Scriptores Belgici & Anglici docent. Ad hanc itaque Mathildem Sanctus Bernardus scripsit; neque enim Mathildis Imperatrix vivente Henrico I. patre Regina appellata, multo minus Godefridus coniux ejus Regis titulo cohonestatus. Quare ea Epistola post annum MCXXXV. a Sancto Bernardo data; cum ultimis diebus illius anni Stephanus Angliæ Rex & Mathildis Regina appellati fuerint; Alfordus in Annal. anno MCXXXIII. num. XX. suspicatus fuerat, Mathildem, ad quam est Epistola Divi Bernardi, fuisse Mathildem Imperatricem; verum postea hoc anno num. III. eam

XX. Laudatur Mathildis Regina Angliæ.

(a) At. De eo acta citantur (a) Eboracensia ab Harpesfeldio, quibus assentiuntur absque controversia recentiores, inter quos est Joannes Capgravius, qui scripsit vitas Sanctorum Angliæ, & postremo lo-

eam opinionem jure merito retractavit, & in viam rediit. Ad Majorem hujus S. Bernardi Epistolæ intelligentiam legendus Gaufridus lib. IV. Vitæ ejus cap. 2.

PAGIUS XXI. In Gallia anno MCXL. dedicatum est novum opus Ecclesiæ beati Dionysii anteriori parte a Domino Hugone Rotomagensi Archiepiscopo XIX. anno administrationis domni Sugerii Abbatis, qui idem opus construxit, ut legitur in brevi Chronico Sancti Dionysii ab Auctore Anonymo illius Abbatiæ Monacho scripto, & Tom. II. Spicilegii Dacheriani recitato, qui recte, licet subobscurus, tradit anteriorem partem hujus Ecclesiæ duntaxat dedicatam fuisse ab Hugone Archiep. quia dedicatio principalis partis ejusdem Ecclesiæ anno MCXLIV. peracta est, ut ibidem videbimus. Sugerius Abbas Sancti Dionysii, qui illam Ecclesiam ædificavit, bellum edidit de ejus Consecratione & Translatione corporum sancti Dionysii ac sociorum ejus tunc facta, atque se pridie Idus Julii die Dominica, hoc scilicet anno, solemnem ordinasse processionem, cui Ludovicus VII. Franciæ Rex, & multi Episcopi ac Abbates interfuerunt, & Regem propriis manibus primum lapidem posuisset capitalis Ecclesiæ partis, non nisi post quadriennium absolutæ. Cum vero Chronographus asserat, hunc annum esse XIX. administrationis Sugerii Abbatis, qui & Administrator Ludovici VII. Regis erat, manifeste apparet, Sugerium anno MCXXXII. non vero anno subsequenti, Abbatem renunciatum fuisse; neque hoc impostum in dubium revocandum.

XXII. Hoc anno Alphonsus VII. Castellæ Rex & Hispaniarum Imperator Garzia Ramiro Navarræ Regi bellum intulit. Sandovalius in Alphonso VII. testatur, se legisse foedus tunc Imperatorem inter & Raymondum IV. Comitem Barcinonensem inium Carioni, era MCLXXXVIII. hoc scilicet Christi anno, non vero, ut quidam Historici Hispani scribere, era MCLXXXVI. pridie Idus Junii. Eo tractatu Imperator cedit Raimundo Comiti & Principi Aragonensæ Casaragustam, Tarraconam, atque vicina oppida, quæ jam in potestate Castellanos erant ea conditione ut Raimundus supremum jus ejus agnoscat, eique hominum præset. Statim Imperator Pampilonem obsidione cinxit, sed Garzias Ramires, qui se se in ea non incluserat, ex melioribus suis copiis exercitu congregato irruit in Aragonios, & gloriosam de illis victoriam reportavit in loco inter Gallum & Cortem posito, ut dicitur in antiqua Historia a Sandovalio fol. 169. memorata, idque Dominica in Albis hujus anni. Quare cum prælium hoc die XIV. mensis Aprilis habitum fuerit, foelus ad Carionem sanctum, non pridie Idus Junii, sed pridie Idus Januarii. Alphonsus Imperator medio mense Majo in Navarram irrumperet proposuerat, & Garzias Ramirus Ludovici VII. Gallia Regis & Aquitanie Ducis ac amicorum auxilia expectabat, cum Alphonsus Jordanus Tolosa Comes ad Sandum Jacobum devotionis gratia proficiscens per Naicrensem urbem, ubi Imperator copias suas congregabat, transiens Navarros & Castellanos ad armorum suspensionem adduxit.

co Polydorus Virgilius in historia Anglicana, anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo quarto. Quibus omnibus traditio ipsa Ecclesiæ Anglicanæ assentiens, nos pariter secum trahit in eandem

Verum Alphonsus Imperator eodem fere tempore aliam expeditionem adversus Alphonsum, qui se Portugalliæ Regem vocabat, suscepit. Innocentius II. Legatum in Hispaniam miserat, qui hunc Principem excommunicatione percelleret, nisi Alphonsum Imp. agnosceret, sed Lusitanus maluit excommunicari, quam Alphonsi Imperatori subisci. Faria tamen, alique tradant postea Lusitanum Legato se singulis annis marcas duas auri Ecclesiæ Romanæ loco census persolaturum, si Innocentius II. eum in dignitate Regia confirmaret: quod cum pollicitus esset Legatus, Lusitanum Legatos mississe, qui Sancto Bernardo apud Pontificem agente, anno sequenti Regni Portugalliæ investituram ab eo obtinere. Postea sub Lucio II. Alphonsus Lusitanum Romanæ Ecclesiæ vengigale annuo censu unciarum auri quatuor constituit, ea conditione ut defensionem ac solatium Apostolicæ Sedis haberet, & nullam potestatem alicujus Ecclesiastici vel sæcularis Domini, nisi tantum Apostolicæ Sedis vel ipsius Legatorum, in Regno suo reciperet. Innocentio II. jam hominum fecerat Alphonsus, qui in suis ad Lucium literis se quidem Regem inscribit, sed a Pontifice Dux tantum saluatur, ut videre est apud Baluzium lib. II. Miscell. pag. 220. & seq. ubi Alphonsi & Lucii II. Epistolas in lucem emittit. Rodericus de Cunha in suo Episcoporum Portuensi Catalogo part. 2. cap. 3. Diploma Alphonsi hoc anno datum representat, in quo is se Portugalliæ Regem dicit.

Interim Sanctus Episcopus Calahorræ, Michael Episcopus Tarassonensis, & Prior Monasterii Sanctæ Mariæ Regalis de Naiara omnem diligentiam adhibebant, ut Garziam Ramirum Navarræ Regem cum Alphonsi Imperatore pacificarent. Hi ad limites utriusque Regni venerant, sed seque a decretorum prælium parabant, sed majord apparatus terroris, quam belli exitus fuit. Pax enim inter utramque gentem ad Iberi ripam, Calagurrim inter & Alfarum constituta; ad colloquium ventum, cui Berengaria Alphonsi Imp. uxor, tres Præfules memorati, multique Procures interfuerunt. Neque tantum concordia in eo colloquio sancita; sed etiam pactis nuptiis firmata, Sando Alphonso natu majore filio & Blanca Garzia Regis filia matrimonio junctis. Sandovalius laudatus, & Mariana lib. X. de Reb. Hisp. cap. 18. fidem faciunt, foedus illud mense Octobri initum, sed Mariana diem XXIV. illius mensis, Sandovalius vero diem XXV. & Brizius Abbas diem quintum ejusdem mensis notarunt; quod dierum discrimen Librariis potius, quam Auctoribus attribuendum.

Hoc etiam anno Constantini Chrysostomi Scripta omnia in iudicium vocata, & examinata; cumque continerent multa Enthusiastarum, & adversus Bogomilorum dictis absurda, coacta Synodo a Leone Styoppita Patriarcha Constantinopolitano proscripta, condemnataque fuere. Sententiam Synodi Allatus lib. 2. de Ecclesi. Occident. & Orient. Confessione cap. XI. publicavit, quam resectis minus necessariis hic referemus: Mense Maio, indictione III. præsentate Sanctissimo nostro Domino & Oecumenico Patri.

XXIII. Alphonsus Rom. Eccl. Imperatori subisci. Portugalliæ Rex qui hunc Principem excommunicatione percelleret, nisi Alphonsum Imp. agnosceret, sed Lusitanus maluit excommunicari, quam Alphonsi Imperatori subisci. Faria tamen, alique tradant postea Lusitanum Legato se singulis annis marcas duas auri Ecclesiæ Romanæ loco census persolaturum, si Innocentius II. eum in dignitate Regia confirmaret: quod cum pollicitus esset Legatus, Lusitanum Legatos mississe, qui Sancto Bernardo apud Pontificem agente, anno sequenti Regni Portugalliæ investituram ab eo obtinere. Postea sub Lucio II. Alphonsus Lusitanum Romanæ Ecclesiæ vengigale annuo censu unciarum auri quatuor constituit, ea conditione ut defensionem ac solatium Apostolicæ Sedis haberet, & nullam potestatem alicujus Ecclesiastici vel sæcularis Domini, nisi tantum Apostolicæ Sedis vel ipsius Legatorum, in Regno suo reciperet. Innocentio II. jam hominum fecerat Alphonsus, qui in suis ad Lucium literis se quidem Regem inscribit, sed a Pontifice Dux tantum saluatur, ut videre est apud Baluzium lib. II. Miscell. pag. 220. & seq. ubi Alphonsi & Lucii II. Epistolas in lucem emittit. Rodericus de Cunha in suo Episcoporum Portuensi Catalogo part. 2. cap. 3. Diploma Alphonsi hoc anno datum representat, in quo is se Portugalliæ Regem dicit.

XXIV. Pax inter Alphonsi & Garziam Ramirum Navarræ Regem.

XXV. Synodus adversus Bogomilorum dictis absurda, coacta Synodo a Leone Styoppita Patriarcha Constantinopolitano proscripta, condemnataque fuere. Sententiam Synodi Allatus lib. 2. de Ecclesi. Occident. & Orient. Confessione cap. XI. publicavit, quam resectis minus necessariis hic referemus: Mense Maio, indictione III. præsentate Sanctissimo nostro Domino & Oecumenico Patri.

CHRISTI
1140.INNOCENTII II. PAP.
II.CONRADI REG. ROM. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 22.

dem sententiam, ita tamen ut nihil derogatum velimus sanctitati Bernardi, qui

favit causæ, quam putavit esse iustissimam, falsa deceptus insinuatione eorum, quo-

PAGIUS *triartha Domino Leone, in doctrinis cathecumenis S. Alexii, assidentibus & sanctissimis Praesulibus, Anagyranis, Cyzicenis, Amasiensis, Melitenensis, Laodicenis, Cretensis, Antiocheno Pisdia, Traianopolitano, Philippensi, Amasiriano, Mesembriensi, & Dei amanibus Archiepiscopis Paravisensis & Gothiensi, nec non adstantibus & illustribus Principibus. Cura corporum incumbere, &c. Propterea nos, cum multos adscribendum, instituentumque alios, sua sponte, & voluntate ex se se animatos, refranantes, &c. Quorundam Monachorum adventu, qui in sacro Domini Nicolai monasterio exercentur, edocti, Commentaria quadam Constantini Chrysomali, qui olim obiit, ibidem reperiri; qua cum ibi percurrissent, non parum scandalizatos fuisse propter multas in illis contentas nugæ atque ineptias, ut tradebant & jam multis communicari, tanquam omnium utilissima, aptissimaque ad vitam exquisitiorem alios manuducere: rem maxima considerationis esse rati, ab illis qui ea possederant Commentaria, libris recuperatis; namque disquisitione facta, &c. Qua in illis continebantur, & privatim considerantes, & coacta Synodo examinantes, non tantum nugarum, ineptiarum, & stultiloquorum; sed & compositarum haresion plena reperimus, & dictis Enthusiastarum & Bogomilorum absurdiora.*

XXVI.
Absurda
Chryso-
mali ha-
reses.

Ut enim alia pratereamus, qua prater Ecclesiasticos mores & traditiones ex ventre eructavit, & ex infelici sua mente consinxit, &c. dicens Satana eos cultum præbere, qui cuiusque Principi honorem & venerationem exhibent, dum nihilominus dicit, omnem Christianum, in infantia, uti moris est, baptizatum, absque eo quod cathechizatus sit, ut ipse ait baptizari illum quidem, sed revera Christianum non esse, licet ita vocetur; & licet virtutes aliquas assecutus sit, cum non aliter ac Paganum & Ethnicum assecutum fuisse, nec oportere ipsum percurrere doctrinam Evangelicam Sermones, sed prius cathechizari & initiari, & transelementari, hoc est, secedere a potestate Satana. Item quicumque, licet ita nuncupentur Christiani, non percipiunt suam ex divino Baptismate transelementationem, nec ad Archiepiscopatum gradum pervenerunt, etsi universam divinitus inspiratam Scripturam ex ore recitent & instruant, cognitione eos instante gloriantes nullam inde utilitatem cepisse, nisi rursus cathechizati, transelementationis participes facti sint, & animorum suorum habituum formationis, per mysticam meditationem, & manuum impositionem, casorum dispensatorum magni huius mysterii, & sacrosancta cognitionis gnarorum.

XXVII.
Alia
Chryso-
mali do-
gmata.

In alio item capite addit, quicumque intellectuali sensu intellectualiter non persentit Deum in eo operantem voluntatem suam per Jesum Christum, incassum laborat: & Christiano nondum cathechizato, si puniteat & consueatur peccata, qua post sacrum Baptisma commisit, nihil prodesse vincula & medicamenta auxiliaria, sed requiri doctrinam divinam, & initiationem, & fidem. Rursumque si Christianus Baptismate ablutus, non est ab infirmitate corroboratus, & a propensione in peccatum, & adeat eum, qui antea corroboratus est per fidem, & manuum impositionem dispensatorum divina gratia, qua ex fide datur, non ex operibus. Præterea veros apud illum Christianos non subici legi;

quemadmodum postquam pervenerunt ad mensuram atatis Christi, non amplius posse esse sub lege, sed pro viribus, qua legis sunt, faciendæ. Item tanquam dogma sancit animas post sanctum Baptisma, habitationis cogitationibus vexatas, non posse ab illis liberari, nisi per Interpolatores fatue adhortentur, neque in Ecclesiam ingredi, neque canere, neque Christum appellare, neque quidpiam Christianum opus efficere; alibi etiam, neque aliquam virtutem consecrari, antequam per bonam illam immutationem immutentur, quod Deus ab eis se avertat, illaque odio prosequatur; namque Damonibus similes sunt, qui similia peragunt, affirmantque se per Deum peragere; inconsulte vero, ut ait, illa efficiunt.

Et, ut pleraque summam dicamus, in diversis ille capitibus affirmat nullum commodum Christiano percipere, licet omnem virtutem expleverint, & ab improbitate omni declinarint, etiamsi illa per Deum operentur, nisi intellectualem sensum divini Spiritus accipiant, naturaliter & sine dolore in illis bonum efficiuntis, & immobiles omnino facientis ad malum. Decernit etiam nisi tutelam in sensu acceperint illuminationem qui regenerantur, ut, dum canunt, inconcussam atque immobilem habeant mentem, & percipiant eorum, qua canuntur, sententiam universam, neque psallere eos omnino, neque orare, imo neque ut fideles in Ecclesiam ingredi, donec per eam, qua ab illo offertur, catechesi rursus & initiatione, unguentorumque unctioe transelementati, divini Spiritus in semetipsis roboris ac efficacia sensum perceperint. Imo eadem affirmat de tonsura, cum nempe qui tondetur, sine ulla utilitate tonderi, nisi intellectuali sensu, & non in fide donata eidem sensibilibus Spiritus gratia, & per eam transelementationis & transelementationis, impostorum neque velit, neque possit peccare.

Præter autem multa alia, illud quoque intonuit, singulos Christianos duas habere animas, quarum una sit impeccabilis, alia peccatis obnoxia: quod si unam habuerit animam, Christianus nondum factus est. An non ista jam ingmata dicatarum haresion propria sunt? Namque intellectualem sensum, rursusque sensilem intellectum, nem aut solum sensum, ut in aliis tradit, & illuminationem, & revelationem, & cognitionem ab eo requiri in baptizatis; si minus, inutile iisdem asserere Baptisma, licet omne bonum consequi studeant; Enthusiastarum omnino haresis est, qui revelationes divinas pravorum Damonum fraudibus sibi infundi imaginantur: post divinum porro Baptisma baptizatos, quod absque catechesi, ut ipse ait, regenerati sunt, hoc est, non omnes Christianos, etiam Magistros, & Sacerdotes, & ipsos Hierarchas indigere rursus ab initio catechesi, initiatione, & transelementatione, per ceremonias ab eo intrusas, & manuum impositionem, sapientum dispensatorum mystica huius gratia, quos summis conatibus perquirendos esse tradit; raro enim inveniuntur ii, qui soli possunt ad se accedentes renovare, ea divina gratia participes facere; Bogomilorum haresion indubitabile est signum qui, tanquam imperfectum, nostrum Baptisma redarguunt, & secundum important, suum proprium quod perfectum faciat hominem, & divini Spiritus participem. Illud etiam aut duas animas Christianum habere, ut tradit, aut non esse Chri-

CHRISTI
1140.INNOCENTII II. PAP.
II.CONRADI REG. ROM. 2.
JOANNIS COMN. IMP. 22.

quorum existimatio apud eum haud dubie fidei esset. Interdum enim contigit-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

se se decipi falsa relatione potentium, suis ipse testatur epistolis
H h h h An-

PAGIUS *stanum, ipsissimis verbis inter Massalianorum aut Bogomilorum detestanda secta dogmata reperitur. Decernit postea Synodus libros illos, in quibus innumera alia huiusmodi disseminantur, igne exurendos esse, prohibetque ne quispiam audeat novas doctrinas edere, antequam a Catholica Ecclesia prius iudicatur & approbatur.*

fuerint. Ait deinde vocatos fuisse penes quos libri Chrysomali inventi sunt, qui proprio ore dixere se nihil tenere, nisi quæ hodie in Synodo decreta: & veniam poscere quod bona præsumptione virum profecuti fuerint; seque ejus Commentaria perpetuo anathemati subicere.

XXVIII.
Aliaque
dogmata.

XXIX.
Libri, in
quibus
magis
additi.

JESU CHRISTI ANNUS 1141.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 12.

CONRADI REG. ROM. 3. JOANNIS COMN. IMP. 23.

Bellum Tiburtinum.

1. Annus Redemptoris millesimus centesimus quadragesimus primus, Indictione quarta ordine sequitur, quo bellum Tiburtinum magis ac magis ingravescit; usque adeo ut illi Romanos absque ordine militari ab Urbe progressos in fugam ignominiosam converterent. Accidit namque his temporibus, ut finitimae civitates Italiae obstinato animo adversus invicem confingerent, Lucentes adversus Pisanos in Tuscia, in Longobardia Patavini adversus Veronenses, Mediolanenses implacabili odio Comenses perdere conarentur, si & quae aliae adversus alias iidem furis insaniarent: quibus factum, ut peregrinis ad Urbem comitantibus perdifficilis pateret transitus, quia si ve a latronibus, si ve militibus pati dirissima cogenterent. Tiburtini igitur occasione schismatis haud parere Pontifici assueti, per pacem redigi in obedientiam indignant, resistere Innocentio ausi sunt. Qua contumelia se affici Romani videntes, dum eorum clandestinas paterentur jugiter incuriones: indignatione commoti valde, ad subjugandos sibi propinquiores populos omne studium impendere sunt aggressi. Sed imperitos militiae fuisse & longe degeneres ab antiquo militantium robore, redarguerunt eventa: dum adversarios quasi imbelles contempnentes, ab iidem ipsis adeo turpiter fugati sunt Tiburtinis; quod Deus ad comprimendum factum ipsorum permisit. At vero cum non esset impunita relinquenda Tiburtinorum audacia, & resistens Ecclesiae contumacia: Innocentius ad eos expugnandos Ecclesiae vires omnes intendit, quos obsessos diu arteque restrictos, compulsi ad dedicationem, qui & Romanos in eos plus factis saevire volentes compressit. Cujus occasione & a Pontifice resistentes, veterem

Reipublicae formam meditantibus, & restituere aggredientibus, ad Senatores describendos sunt reversi, resistentem tamen illis in omnibus Innocentio. Haec usque ad ejusdem Innocentii Papae obitum perducta fuisse, Otto Frisingensis enarrat, summamque recenset his verbis: (a) Dum haec aguntur in Gallia, Germania, Romanus Pontifex Innocentius, qui jam per multum temporis Tiburtinos excommunicaverat, ac aliis modis presserat, eo angustatos ad deditioem acceptis obsidibus, ac jurejurando interposito cogit. Populus vero Romanus volens ut eos per obsides & sacramenta ad durissima praecepta, id est, ut muris ruptis, omnes provinciae cederent, cogeret: dum nobilissimus ac liberalissimus Sacerdos tam irrationabili & inhumana petitioni annuere nollet; seditionem eidem Romani moverunt, ac in ipso impetu in Capitolio convenientes, antiquam Urbis dignitatem renovare cupientes, ordinem Senatorum, qui jam per multa curricula temporum deperierat, constituunt, & rursum cum Tiburtinis bellum innovant. Causa vero tanta immanitatis fuit, quod in prioribus anno, dum cum Pontifice suo in obsidione praefatae civitatis morarentur, civibus egressis & cum ipsis manum conferentibus, multis amissis spoliis, turpiter in fugam conversi sunt. Idcirco nulla, nisi quam diximus, conventionem usque hodie se posse placari asserunt. Verum sapientissimus Antistes providens, ne forte Ecclesia Dei, quae per multos annos saecularem Urbis honorem a Constantino sibi traditum potentissime habuit, hac occasione, quandoque perderet: multis modis tam minus, quam muneribus, ne ad effectum res procedat, impedire conatur. Sed invalescente populo, dum proficere non pos-

Ad deditioem Tiburtini coacti. (a) Otto Frising. l. 7. ca. 27. Romani antiquam aggrediuntur restituere Remp.

PAGIUS SÆC. XII. An. Erae Hisp. MCLXXIX. An. Hebraeae DXXXXVI. inchoato die VI. Aug. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6654.

2. E. 2. P. 30. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1141.

INNOCENTII II. PAPÆ 12.

CONRADI III. REG. 4.

JOANNIS COMNENI IMP. 24.

Ad num. I. & seq. Hoc anno Rogerius Siciliae Rex nullum bellum movit, sed Tiburtes, Praenestini, Tusculani, & Albani, qui superiori diffidio depravati solemnem Innocentio obsequium denegaverant, in contumacia persistabant. Hos tamen Innocentius II. Sacrorum interdictio percutere opportunum non judicavit, uti narrat Baronius ex Ottone Fri-

singensi lib. 7. cap. 27. Quare perperam scripsit Sigonius lib. XI. Hist. de Reg. Ital. Pontificem eos excommunicasse.

In Sicilia Saraceni non pauci Christianam fidem amplectebantur, & ex iis aliqui magnas donationes Ecclesiis faciebant. Rochus Pirrhus Chartam cujusdam Rogerii Chameti hoc anno datam refert, quam adhuc superesse testatur. In ea Chametus unica donatione casalia tria, seu terras tres Ecclesiae Panormitanae largitur, aitque: Respicendo te venerabilem Electum Archiepiscopus civitatis Panormi dominum Rogerium Trefera, idoneum hominem pacificum, virtuosum & justum, & Deo ex toto te datum, & iugo suo, rectum in fide, & omnibus verbis recitatis predicantem, ut si in preceptis Dei & regalis culminis & suis specialis orator &c. pro salute animae meae spiritualis patris & receptoris quondam Comitis & Sicilia Calabria Domini Rogerii, &c. offero &c. & inter vivos donationem facio sanctissimo Templo Dei Genitricis Virginis Mariae Archiepiscopus civi-

II. In Sicilia plures Saraceni sunt Christiani

CHRISTI 1141.

INNOCENTII II. PAP. 12.

CONRADI REG. ROM. 3. JOANNIS COMN. IMP. 23.

posset, lecto cubans, juxta quosdam, de futuris visione sibi monstrata, in pace quiescit. Haec ipse de rebus gestis usque ad obitum Innocentii, qui contigit post annum sequentem.

III. Pestilentem auram istam laicis insufflavit Arnaldus de Brixia novus haeresiarum, de quo superius. Dum enim Romae esset, jactare ista tunc coepit, laicorum esse omnia temporalia, & ea a clericis injustissime detineri. Quo nomine Politicorum haeticorum patriarcham atque Ann. Eccl. Tom. XVIII.

principem se constituit. Audiebatur libenter ab illis, qui affluentiam bonorum clericis ac monachis invidere. Quo inflati vento Romani, ita instabili motu agitabantur, & meditabantur profusus inania, convenientes in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus dicentes (quod in Psalmis (a) est) Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis jugum ipsorum. Sed & impletum est, quod propheticè Vates caelestis mox subdidit: Qui habitat in caelis H h h 2 ir-

PAGIUS

civitatis Panormi, & tibi praedicto amico meo Electo ipsius Archiepiscopus, &c. tria conjuncta casalia, &c. cum nostra bulla plumbea plumbaei anno ab initio mundi, 6649. mense Februario, indictione IV. dominante & regnante sanctissimo a Deo coronato pio Rogerio, magno Rege & Christianorum Adjutore. Amen. Est is annus mundanus Periodi Constantinopolitanae, a Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoatus. Quae Era Constantinopolitana in Regno Siciliae & Neapolis duu usurpata.

III. A num. III. Albericum Bituricensem Archiep. anno MCXXXIX. demortuum esse, & Sedem vacasse per annum & menses tres docet Auditor Patriarchii Bituricensis cap. LXIII. Quid vero post ejus mortem contigerit, narrat Baronius ex Pseudo-Roberto de Monte in Chron. ad hunc annum. Sed praestat audire Chronographum Mauriniacensem, qui hoc ipso tempore vivebat. Is lib. 3. pag. 386. ait: Tunc temporis etiam Ecclesia Bituricensis sui Patris defunctione non mediocriter desolata, gravis & importuni schismatis morbo insolente con-

cessu est. In tantum vero discordia hujus mali processit, ut usque ad Apostolicum & Franciae Regem perveniret. Quidam enim praedictae Ecclesiae Clerici assensiente Rege Cadurcum quendam sibi volebant praeficere. Altera pars illorum Petro, Haimericum Romani Cancellarii consobrinum praerogativam illius honoris affectabant. Papa vero Cancellariam diligens, contrivalem quoque suam pro ipso dirigebat. Unde & ipsi consensu in Archiepiscopum, suum integre auxiliium impendebat. Et licet contra Regis voluntatem ipse praeficiendus esset, ipsum misit Bituriges, Cadurcum vero omni Ecclesiastico honore privavit. Videns Rex voluntatem suam ad efficaciam non potuisse pertinere, non modico fremitu ira concussus est, & quasi in auctoritate Apostolici volens indignationem conceptam reorquoque, Petro totius terra sua introitum interdixit. Innocentius vero gladium Ecclesiasticum in ultionem exerens, per omne Regis dominium divini celebrationem officii interdixit. Hujus autem discordia malum omnibus diebus vitae suae integre dulcorari non potuit.

IV. Loquitur etiam de hoc diffidio Guillelmus Nangius in Chron. ad annum MCXLII. & de Petro de Castro cognominato, ut ipse asserit,

scribit: Rex Archiepiscopum exclusit redeunt Francia. Sed cum Comes Campania Theobaldus (Stephani Angliae Regis frater) recepit in terra ab Innocentio, & ei omnes Ecclesiae obedebant. Indignus ob hoc Rex, concitavit omnes fere Proceres dicti sup-positum a Theobaldo. Tum ad annum MCXLIII. cepit Rex Vitriacum, oppidum Comitum Theobaldi, ubi admoto igne incensa est Ecclesia, & in ea MCC. homines diversi sexus & aetatis perierunt. In Chronicis tamen Gemblacensi & Catalaunensi Vitriacum anno MCXLIII. dicitur incensum fuisse. His addit Radulphus de Diceto in Abbreviat. Chron. pag. 509. Per triennium persona Regis interdictio subjacuit. In quancumque civitate, castellum, vel vicum intrabat, celebratio divinum suspendebatur. Herimannus vero Monachus Tornacensis, aut ejus Continuator ait, Papam in Bituricensem Archiep. consecrasse Petrum, quod quia Rex concedere noluit, Christianitate privatus est. [1]

V. Ordericus lib. XIII. Hist. ad annum MCXLI. de Ludovico VII. Francorum Rege scribit: Ludovicus juvenis Francorum Rex ingentem exercitum congregavit, ac ad festivitatem Sancti Iam Joannis Baptista Tolosam obsidere perrexit, & det. in Consulem (id est, Comitem) Andeifonsum Raimundi (Comitis Sancti Aegidii appellati) filium praeliari contendit. Paulo post: En Stephanus Rex Anglorum in carcere gemens detinetur; & Ludovicus Rex Francorum expeditionem agens contra Gothos & Gascones pluribus curis crebro anxiat. Catellus lib. 2. Hist. Comitum Tolosae cap. 4. existimat hujus belli causam provenisse ex Eleonora filia Philippae, Guillelmi Comitis Tolosani heredis. Ea enim de causa Ludovicus Rex ejus maritus aliquid sibi jus in Comitatum illum assererat. Hoc tamen bellum extinctum matrimonio Constantiae Ludovici Regis fororis cum Raimundo V. Comite Tolosano.

XI. Hoc etiam anno idem Ordericus narrat, Rannulphum Comitem Cestræ multos in Anglia contra Stephanum Regem excitasse, & inter Stephanum Mathildem Andegavorum Comitissam Angulgo Imperatricem dictam, nec quiescisse doglia Regis nec Rex captus fuerit: Quotidie, inquit Ordericus, de adventu inimicorum rumores audiens adversa Rex parvi pendebat, nec eos tales esse, & tan-

NOTAE [1] Hoc anno circa pascha synodus quamdam Viennae Galliarum habitam non obscure indicat auctor vetulus vitae S. Joannis episcopi Valentiniensis in Anecdotis Martenii t. III. col. 1695. Narratur enim ibi Stephanus Viennensis archiepiscopus apud Viennam metropolim suffraganeos convocasse, cum quibus de providendo pastore Valentiniensi ecclesiae, quo toto jam septennio carebat, deliberatum fuisse. Visum est omnibus Valentino clero persuaderi ac praecipui novi episcopi electionem; quae tandem in Joannem abbatem Bonævallis collimavit. Incidit electio illa in feriam secundam paschatis anni MCXLI. De hac synodo nihil in Collectionibus. MANSI

CHRISTI 1141.

INNOCENTII II. PAP. 12.

CONRADI REG. ROM. 3. JOANNIS COMN. IMP. 23.

irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.

Hoc eodem anno orta est dissensio (ut habet Auctarium ad Sigbertum) inter Papam Romanum & Francorum Regem Lu-

PAGIUS

tos ausus presumerent, credebatur, sed illos qui in arce (Lincolnensi) clementiam ejus obsecrabant, aptatis expugnari machinis cogebat. Denique Dominico Sexagesima, dum sacra sollempnitas Hyppapanti Domini celebraretur (id est, Purificationis Beatæ Virginis, ideoque hoc anno, quo festum illud in Dominicam Sexagesimæ incidit), & ipse Rex hostium phalanges jam adesse intueretur, Proceres advocavit, consiliumque quid agerent, ab eis inquisivit. Quidam igitur persuaserunt, ut ingentem familiam cum devotis, cœcibus ad tutandam urbem constitueret, & ipse ad congregandum exercitum de cunctis Angliæ regionibus honeste discederet, & rursus opportuno tempore, si hostes ibidem permanissent, ad expugnandos illos Regali severitate remearet. Admonebant etiam alii, ut debita sacra Purificationi S. Dei Genitricis Mariae reverentia exhiberetur, & tempus praelii nunciis pacis intercurrentibus commode protelaretur, ut procrastinatione interposita neutra pars confunderetur, nec humanus sanguis ad multorum dolorem funderetur. Obstinatus autem Princeps persuasioni prudentium obaudire contempsit, & praelium pro aliqua ratione inducari indignum duxit: sed protinus suos ad bellum armari præcepit. Acies igitur pugnantorum prope urbem convenerunt, & ordinatis utrimaque turmis bellum commiserunt.

VII. Stephanus Rex captus & in carceribus.

Paulo post subdit Ordericus: Rex fortium actuum antecessorum suorum memor fortiter dimicavit, & quantum tres secum pugiles habuit (scilicet Galerannus Comitum, Guillelmum de Guarena fratrem ejus, & Gislebertum de Clara), ense vel securi norica, quam quidam illi juvenis ibi ministraverat, pugnare non cessavit. Tandem fessus & ab omnibus derelictus, Roberto Comiti consobrino suo se commisit, & captus est, & ab eodem paulo post Mathildi Comitissa oblati est, &c. & miser prohodolor in carceribus. Narrat postea Ordericus mala occasione hujus captivitatis hoc anno in Angliâ perpetrata, & Historiam suam Ecclesiasticam libris XIII. comprehensam absolvit, LXVII. ætatis suæ annum agens, ut ipsemet affirmat. Ex ea multa ad supplendum Annales Ecclesiasticos mutuati sumus; nam licet hic Auctor non raro in Chronologiam peccet, multa tamen scitu dignissima in medium profert, & sincere narrat. Existimo cum ante mortem Opus suum revivisse; librum enim primum finiens, ait tunc Lotharium dominari Alemannis, Ludovicum Franciis, Stephanum Angliis & Ranimirus Monachum Hispanis, & tamen Lotharius Imp. anno MCXXXVII. obiit, eodemque anno Ranimirus regnum Aragoniæ dimisit, & in suum Monasterium reversus est. Præterea librum suum XIII. in Stephani Regis captivitate absolvit. Nullum neque in Bibliotheca Regia, neque in aliis Parisiensibus hujus Historiæ exemplar MS. superest, cujus ope errores aliqui, qui in eam irrepsere, emendari possent, & interpolationes, si quæ forte sint, dignosci.

VIII.

Quæ post Regem captum in Angliâ contigerint, narrat Malmesburiensis complurium testis oculatus, in lib. 2. Hist. Novel. pag. 187. & seqq. quæ tamen Librariorum errore cum anno MCXLII. conjuncta sunt. In Historia

dovicum, unde Ecclesia Gallicana turbatur. Defuncto enim Alberico Bituricensi Archiepiscopo, missus est Petrus a Papa Innocentio eidem Ecclesiæ pastor consecratus; sed a Rege Ludovico repudiatus,

Joannis Prioris Hagustaldensis, alio modo ab Exscriptoribus peccatum; annus enim MCXL. in duos dividitur in annum nempe MCXL. & MCXLI. & deinde sub anno MCXLI. quæ presentia accidere, narrantur, & sic deinceps. Sed feræ, aliæque temporum notæ in Malmesburiensi, & in Joanne Hagustaldensi sæpe expressæ, ne in errore trahamur, impediunt. Ad hanc textus Malmesburiensis depravationem cum omnium notæ advertisset Labbeus, Tom. X. Concil. pag. 1024. Concilium Wintoniense hoc anno indictum citato Malmesburiensi in sequentem distulit. Porro Malmesburiensis narrationem ejus verbis repræsentabo, omiſſis tamen quibuscunque ad rem nostram non facientibus, & characteribus temporariis, aliisque id genus ad majorem explicationem additis.

Mathildis Imperatrix & Robertus Comes Glocestriæ apud Henricum Wintoniensem Episc. S. Sedis Legatum, & Stephani Regis fratrem nunciis egerunt, ut ipsam tanquam Henrici Regis filiam, & cui omnis Angliæ & Normannia jurata esset, incunctanter in Ecclesiam & Regnum reciperet. XIV. Kalend. Martii eo anno prima Dominica Quadragesima fuit, ideoque hoc anno, non vero insequenti. Ita medianibus utrobique nunciis ad hoc res expedita, ut ad colloquium conveniretur. Juravit Imperatrix Episcopo, quod omnia negotia majora in Angliâ ejus nutum spectarent, si eam ipse in dominum reciperet. Idem juraverunt cum ea Robertus frater ejus Comes Glocestriæ, & nonnulli alii. Nec dubitavit Episcopus Imperatricem in dominam Angliæ recipere, quod quamdiu ipsa pactum non infringeret, ipse quoque fidem ei custodiret. Nam multo post Theobaldus Cantuariæ Archiep. & plerique Præsules cum aliquantibus laicis in sententiam Legati cessere. Pascha quod tunc fuit III. Kalend. Aprilis, ideoque hoc Christi anno, Imperatrix apud Oxensford egit.

Feria II post Octavas Paschæ Concilium Archiepiscopi Cantuariæ Theobaldi, & omnium Episcoporum Angliæ, multorumque Abbatum, Legato præſidente, Wintoniæ ingenti apparatu inceptum Malmesburiensis ait, se huic interfuisse. Feria tertia Legatus dixit, se Concilium congregasse, ut de pace patriæ confuleretur in medium: Henricum Angliæ Regem jurare fecisse, ut omnes Imperatricem filiam tanquam dominam Angliæ, & Ducatus Normanniæ post mortem suam agnoscerent; eoque mortuo, quia Imperatrix in Normanniâ residebat, provisum esse paci patriæ, regnare permissio fratre suo; sed eum nullam justitiam exercuisse, Episcopos captos, Abbatias venditas, Ecclesiam thesauris depilata: hæsterno die ventilatam esse secreta causam coram omni majori parte Cleri Angliæ, seque Imperatricem in Angliæ, Normanniæque dominam eligere; denique Londinenses nunciis suis convenisse, ut tuto veniant, se seque confidere eos non ultra hunc diem moraturos. Feria quarta venerunt deputati a Londinensibus, & dixere Londinenses omnes rogare, ut Rex de captione liberaretur. Responsum est a Legato, non decere, ut Londinenses, qui præcipui habebantur in Angliâ, partes illorum foverent, qui do-

Observanda in lib. da in lo. gendis Malmesburiensi & Joanne Hagustald.

IX. Mathildis Imperatrix agnoscitur Regina Angliæ a Legato S. Sedis.

X. Et a Præsulis in Concilio Wintoniensi.

CHRISTI 1141.

INNOCENTII II. PAP. 12.

CONRADI REG. ROM. 3. JOANNIS COMN. IMP. 23.

us, eo quod sine ejus assensu fuerat consecratus, in civitatem minime recipitur. Cujus partes quia propter reverentiam, seu voluntatem Papæ Comes Theobaldus fovere credebatur, Anultus quæ sopita

videbatur, inter Regem & ipsum cœpit repullulare. Hæc ibi hoc anno. Quæ autem hæc secuta sint, dicentur anno sequenti.

Se-

PAGIUS

dominum suum in bello reliquerant, quorum consilio idem sanctam Ecclesiam exhoraverat. Feria quinta solutum est Concilium, excommunicatis ante multis, qui Regiarum erant partium. Pleraque tunc pars Angliæ dominatum Imperatricis suscipiebat.

XI. Legatus S. Sedis Mathild. deſerit & Stephan. Rex e carcere exit.

Sed dum ipsa putaretur omni Angliâ statim posse potiri, mutata sunt omnia. Londonienses in aperti odii vocem eruperunt, & insidias etiam eam, ejusque comites appetiverunt. Quare hi urbe cesserunt, & Imperatricem comitatus sunt, Legatus, Rex Scotiæ, & frater ejus Robertus Londinenses vero quidquid rerum pro festinatione reliquerant, furati sunt. Nec multis post diebus exorta simulitas inter Legatum & Imperatricem, & Legatus offensus multis diebus ab Imperatrice Curia abstinuit, & omnes illius partis, quos in Concilio excommunicaverat, inconsultis Episcopis absolvit, ferebantur etiam per Angliam ejus querelæ in Imperatricem, quod eum capere voluerit. Post hæc tumultibus omnia in Angliâ turbata, Robertus Imperatricis frater, dum ejus partes armis tueretur, die sanctæ Crucis Exaltationis, quæ tunc habebatur in Dominica, ideoque hoc Christi anno, captus fuit, tandemque die festo omnium Sanctorum inter partes conventum, ut & Rex & ipse absolveretur, nullo pacto alio interveniente, nisi ut quisque partes suas pro posse, sicut prius tutaretur. Sic ea die Rex eludatus est captivum.

XII. Concil. Vostmonasteriensi.

Interea Legatus immoedici animi Pontifex, qui quod semel proposuisset, non inesse dum relinquere vellet Concilium apud Vostmonasterium die Octavarum Sancti Andree coegit. Lectæ in eo literæ Innocentii II. quibus modesto Legatum arguebat; quod liberare fratrem suum dissimulasset. Ait Malmesburiensis se huic Concilio non adfuisse, sed hoc fama accepisse, sicuti & Regem ipsum in Concilium introisse & questum esse, quod homines sui eum ceperint: ipsum Legatum dixisse se Imperatricem non voluntate, sed necessitate recepisse: quin etiam certis auctoribus ad se delatum, eam & suos vitæ struxisse insidias: itaque jubere se, ut Regem volante populi, & assensu Sedis Apostolicæ inunctum, quantis possent viribus juvarent. Fuit ergo hic annus, ut subdit Malmesburiensis, pene perniciosus Angliæ.

XIII. Robertus de Sigillo fit Episc. Londinensi.

Anno MCXXXV. diximus, Anselmum Abbatem Sancti Edmundi a parte tantum Capituli Londinensis electum fuisse Episcopum ejusdem urbis in Concilio apud Vostmonasterium anno MCXXXVI. celebrato, & Innocentium II. electionem illam rescidisse. Hoc vero anno, ut refert Joannes Prior Hagustaldensis in sua Historia, Robertus de Sigillo, qui fuit Cancellarius Regis Henrici, tunc Monachus de Redingas, vir bonus, ad regimen illius sedis accitus est, idque ab Imperatrice, ut habet etiam

Gervasius in Chron. qui hanc electionem cum currenti anno recte connectit, uti & præstitit Joannes Hagustaldensis, sed uti jam monui, numeros annorum Librarii corruperunt. Idem etiam scribit Radulphus de Diceto in Abbreviati. Chron. pag. 508. Robertum autem initio Sedis suæ vexatum fuisse eruo ex Epist. CCXI. divi Bernardi ad Innocentium II. qua ei Roberti causam commendat: Ille antiquus amicus, fidelis servus, devotus filius (Robertum loquor Londonensem Episcopum) clamat ad vos, quod occupator ille, qui eum prævenit in sedem, quam Deo auctore ipse sortitus est, ipsius Ecclesiæ vadia, terrasque distraxerit, & distractas restituere nolit. Mabilionius in margine notat hanc Epistolam anno MCXXXIX. datam; verum eam ad annum MCXLIII. pertinere ex ipsamet dicitur. In ea enim Bernardus de Theobaldo Cantuariensi Archiep. ait: Injuste in causam trahitur: excusatque eum quod ob tempestatem bellorum ad præsentiam ejus, ubi causa terminanda fuerat venire non possit. Gervasius autem in Chron. ad annum MCXLIII. ait Jeremiam Priorem Cantuariensem, cum videret se a Theobaldo Archiep. proxime deponendum ad Sedem Apostolicam appellasse; cumque Theobaldus appellationi non detulisset, & illum a Prioratu amovisset, Jeremiam Romam profectum obtinuisse literas ab Innocentio II. quarum virtute Roma rediit, ab Henrico Wintoniensi Episc. & S. Sedis Legato in pristinum gradum restitutus est. Quare eo Christi anno Sanctus Bernardus Epistolam CCXI. qua tam Theobaldum, quam Robertum commendat, ad Innocentium II. dedit. Vide quæ anno sequenti de eadem Epistola dicemus.

Alphonſus VI. Aragoniæ Rex Hispaniarum Imperator appellatus testamento suo sanxerat, ut si sine liberis vita fungeretur, Regnum ejus in partes tres scinderetur, quarum una S. Sepulcro Hierosolymitano, altera Hospitali in eadem urbe instituto, tertiaque Templariis Hierosolymitanis cederet; sed cum Ranimirus Monachus Petronillam ex legitimo matrimonio suscepisset, hæcque Raimundo Berengarii IV. Comiti Barcinonensi uxor desponsata fuisset, hæredes isti jus omne quod habere poterant in Regnum Aragoniæ, die XXIX. mensis Augusti currentis anni in Raimundum transfudere, ut narrat Diagus lib. 2. Hist. Barcinon. cap. 144. juxta Instrumentum in Archivis Barcinonensibus aservatum, & a se lectum.

XIV. Templarii jus suum cedunt in regnum Aragoniæ.

Hoc anno Thwroczius in Chron. Hungar. cap. 74. refert, Belam cacum Regem Hungariæ hujus nominis II. qui filius erat Ducis Almi caci migrasse ad Dominum, Idibus Februarii, Hungariæ, eique in Regnum successisse Geyſam II. filium ejus primogenitum, qui adhuc in puerilibus annis agebat. [1]

XV. Moritur Bela II. Hungariæ Rex.

NOTÆ

[1] Belæ Hungariæ regi hoc anno idibus Februarii defuncto, ut Pagius hic ex Thwroczi in chron. Hungar. notat, successit Geyſa II. quem biduo post patris obitum regia corona ornatum fuisse docet MS. codex ejusdem historici, ex quo Lucius in exordio historiæ suæ Dalmatiæ variantes Lectiones exhibet pag. 80. Ita enim ibi legit codex ille de Geyſa: Qui coronatus est Kal. Martii (lege XIV. Kal. Martii, nam defunctum Belam idibus februarii ex eo pariter didicimus) in dominica invocavit (prima quadragesimæ) transfatis duobus diebus post mortem patris &c. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1142.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 13.

CONRADI REG. ROM. & JOANNIS COMN. IMP. 24.

CHRISTE 1142.

INNOCENTII II. PAP. 13.

CONRADI REG. ROM. 4. JOANNIS COMN. IMP. 24.

I. Ivo Cardin. Legatus in Gallias mittitur.

Sequitur annus millesimus centesimus quadragesimus secundus, Indictione quinta, quo (ut est apud Sigebertum) decernitur ab Innocentio Papa Ivo presbyter Cardinalis S. R. E. Legatus in Gallias, tum ob causam Archiepiscopi Bituricensis, de quo anno superiori, tum etiam ob injuste dimissam uxorem a Radulpho Comite, & aliam superinductam. De his enim hæc Robertus apud Sigebertum hoc anno:

Radulphus Viromandorum Comes uxorem suam dimittit, & sororem Regine Petronillam ducit. Propter quod instantia Comitiss Theobaldi mittitur Romana Sedis Ivo Legatus, qui & Radulphum Comitem excommunicavit, & Episcopos Laudunensem Bartholomæum, Noviomensem Simonem, Petrum Silvanectensem, qui divortium illud fecerant, suspendit. Hæc ibi.

Cum autem hæc adeo nefanda de Comite Radulpho sanctus Bernardus intellexisset, percitus zelo offensæ Christianæ legis, ad Innocentium Papam hæc scribens, eundem tanti sceleris interpellat ultorem: (a)

(a) Bern. epist. 216. (b) Mat. 19.

Scriptum est: (b) Quod Deus conjunxit, homo non separet. Surrexerunt viri audaces, qui non timuerunt conjunctos a Deo contra Deum disjungere. Neque id solum, insuper & adjecerunt conjungere non conjungendos, addentes prævaricationem. Lacerantur sacra Ecclesiæ, scinduntur (proh dolor!) vestes Christi, idque ad cumulum doloris, ab his, a quibus resarciendi debuerant. (c) Amici tui Deus & proximi tui adversum te appropinquaverunt & steterunt. Nam qui mandatum tuum transgrediuntur, non sunt alieni, non sunt extranei a sanctuario tuo, sed eorum locum tenent, quibus dixisti: (d) Si diligitis me, mandata mea servate. Comitem Radulphum & uxorem ejus Deus conjunxerat per mini-

(c) Psal. 37.

(d) Joan. 14.

PAGIUS, SÆC. XII. An. Æ. ræ Hisp. MCLXXX. An. He. gire D. XXXVII. inchoato die 26. Julii fer. A. C. 1142. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6639.

3. D. 3. P. 19. April. Indiæ. 5.

JESU CHRISTI 1142.

INNOCENTII II. PAPÆ 13.

CONRADI III. REG. 5.

JOANNIS COMNENI IMP. 25.

Num. I. ad VI. Divus Bernardus hoc anno scripsit Epistolam CCXVI. ad Innocentium II. adversus Radulphum Veromandorum Comitem, qui repudiata uxore, aliam

duxerat. Factum narrat Herimannus Monachus Tornacensis, aut ejus Continuator Tom. XII. Spicilegii pag. 480. in quo de Radulpho legitur: Volens in matrimonium sibi copulari germanam Alienoræ Regine Francorum, nomine Petronillam, uxorem suam legitimam, quæ Theobaldi Campaniæ Comitiss neptis erat, consanguinitatis specie repudiavit tribus Episcopis, divortium illud probantibus, nempe Simone Tornacensi ejus fratre, Bartholomeo Laudunensi, & Petro Silvanectensi.

Scriptis etiam divus Bernardus Epistolam CCXVII. ad Innocentium II. in gratiam Theobaldi Campaniæ Comitiss, quem ait causa justitiæ & fidelitatis erga Sedem Apostolicam a Ludovico Rege male haberi, & Epistolam CCXX. ad eundem Ludovicum Francorum Regem, in qua iniquam ejus postulationem in

S. Bern. excitat Innoc. Pap. ad verius contemptores sacrarum legum.

II.

His igitur acceptis litteris Innocentius (ut diximus) Iyone presbyterum Cardinalem Legatum in Galliam misit: qui eundem Radulphum excommunicatione multavit, & regnum subjecit interdicto & consultores suspendit Episcopos, & cætera quæ opus erant, canonice explevit, ut idem sanctus Bernardus sequentibus declarat epistolis (e) in delinquentes. Quod autem Rex omnia ista accepta tulisset sancto Bernardo, atque etiam Comiti Theobaldo, ac questus esset per litteras scriptas ad sanctum Bernardum: rescriptis ipse, excusans se atque pariter Comitem Theobaldum. Extant (f) litteræ, quarum est exordium: Libenter quidem, &c. Sed & cum ex illis

(e) Bern. ep. 117. & 122.

(f) Idem ep. 220.

Radulph. Comes Veromandorum uxorem repudiavit.

II.

duxerat. Factum narrat Herimannus Monachus Tornacensis, aut ejus Continuator Tom. XII. Spicilegii pag. 480. in quo de Radulpho legitur: Volens in matrimonium sibi copulari germanam Alienoræ Regine Francorum, nomine Petronillam, uxorem suam legitimam, quæ Theobaldi Campaniæ Comitiss neptis erat, consanguinitatis specie repudiavit tribus Episcopis, divortium illud probantibus, nempe Simone Tornacensi ejus fratre, Bartholomeo Laudunensi, & Petro Silvanectensi. Scriptis etiam divus Bernardus Epistolam CCXVII. ad Innocentium II. in gratiam Theobaldi Campaniæ Comitiss, quem ait causa justitiæ & fidelitatis erga Sedem Apostolicam a Ludovico Rege male haberi, & Epistolam CCXX. ad eundem Ludovicum Francorum Regem, in qua iniquam ejus postulationem in

(a) Id. ep. 222.

Agit S. Bern. cum Consiliariis Reg.

lis nihil Rex proficeret, sed in deteriora deficeret; Idem sanctus Bernardus ad Regis ipsius Consiliarios Joslenum Sueffionensem Episcopum, & Sugerium sancti Dionysii Abbatem (a) litteras dedit, quarum est exordium: Scripseram Regi, &c. Quibus in sui excusationem & Theobaldi cum multa afferat, quæ Rex in deterius magis petrarit, monens ipsos Consiliarios, ut ei resisterent, hæc ad finem habet: Denique esto quod omnino male meruit Comes, sed Ecclesiæ Dei quid meruit? Quid, inquam, meruit non jam sola Bituricensis Ecclesiæ, sed & Catalaunensis, etiam & Rhemensis, etiam & Parisiensis? Habeat Rex adversus Comitem jus: sed de quo jure obsecro, de quo jure præsumit, ut Ecclesiæ possessiones, & terras devastet, ut Christi ovibus pastores præfici non permittat, ut his quidem electorum promotionem prohibeat, aliis vero (quod hæcenus inauditum est) dilationem electionis indicat, donec universa consumpserit, donec diripuerit pauperum facultates, donec penitas desoleatur terra? An vos ei consulitis talia? Mirum valde, si contra vestrum consilium sunt hæc: mirum magis, & malum si vestro consilio sunt. Etenim consulere talia, manifeste schisma fabricare est, Deo resistere, Ecclesiæ ancillare, & novam in servitutem Ecclesiasticam redigere libertatem. Si quis Dei fidelis, si quis Ecclesiæ filius est; profecto stabit & opponet se, quoad poterit, murum pro domo Dei. Nam & vos ipsi si pacem desideratis Ecclesiæ, sicut oportet filios patris: quomodo non dico, tractatis ea, sed vel intervestis consiliis tam malignis? Quidquid enim mali fecerit, merito non Regi juveni, sed Consiliariis senibus imputatur. Hæc ad eos S. Bernardus.

III. Consiliarius in S. Bernard. calumniose agit.

(b) Bern. ep. 223.

Quibus mirum in modum offensus, in primis ipse Sueffionensis Episcopum, acerbiores ad eundem S. Bernardum litteras reddidit, quibus inter alia ipsam talia scribentem, spiritu blasphemæ afflatum esse redarguit. Ad quem quidem ista digna perenni memoria idem Sanctus Bernardus rescripsit, sane sapientiæ Christianæ condita, quæ sic se habent: (b)

PAGIUS Laudatur Theobald. Campaniæ Comes quod divortium illud improbat.

gratiam Radulphi factam reiecit. Ad Ludovicum Regem etiam dedit Epistolam CCXXI. graviter eum arguens, quod pravis consiliis adhaerens, pacis inter eum & Theobaldum faciendæ consilia respuat. Ad hæc Epistolam CCXXII. dedit ad Joslenum Sueffionensem Episcopum, & Sugerium Abbatem S. Dionysii, querens apud eos, ut Regis Consiliarios, de ejus contra Theobaldum molitionibus, contra pacem & pacem intam. De hac Bernardi ad Joslenum Episc. Epistola mentio est in Vita Sancti Bernardi lib. 3. cap. 7. num. 23. ubi de admirabi-

Bernardus Josleno Sueffionensi Episcopo salutem in Domino, & non in spiritu blasphemæ.

Minime quidem ego spiritum blasphemæ habere me arbitror; sed nec cuiquam maledixisse, aut maledicere velle me scio, principi præsertim populi mei. Cæterum quidquid illud sit, quo scilicet laesam vestra dignitas judicat, peto veniam. Scio enim qui dixit: (c) Blasphemamur & obsecramus. Dico ergo cum B. Job: (d) Quæ locutus sum, utinam non dixissem, & ultra non addam. Jam domino Abbati S. Dionysii pro communi querimonia scribens, utrique vestrum responderam, & putavetam me fecisse satis. Et quoniam ut video, nondum quiescit indignatio vestra, quæ forsitan adversus Ecclesiæ conculcatores justius incanduisset, etiam vobis dico: schismaticos vos, aut fomitem esse scandalii, nec dixi, nec scripsi, nec credidi, & dico securus, nec vereor quod me mea pagina arguat mendacii. Scrutamini eam, si placet, & si ita inveneritis, reum me fatebor grandis sacrilegii, & revera sicut notatis, spiritu blasphemæ agitatam illa scripsisse.

S. Bern. ad Sueffionensem Episc. excusatio & admonitio. (c) 1. Cor. 4. (d) Job. 39.

IV.

Ne tamen humilis satisfactio spiritum videatur excludere libertatis: dolui fautor & doleo, quod nondum vos ea libertate, qua deceret, comperimus Christi ulcisci injurias, Ecclesiæ defendere libertatem. Dolor iste compulsi me scribere dura, non tamen illa quæ impingitis. Putavetam siquidem & adhuc putarem, nisi timerem vobis in hoc esse molestus, nequaquam sufficere, quod schismaticis non estis auctores, nisi, & eos qui sunt, cujuscumque dignitatis sint, tota libertate pro viribus coerceatis, & eorum consilium atque consortium excretis. Putarem, inquam, gloriam vobis esse, si dicere possitis & vos: (e) Odivi Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Numquid solum decebat zelus ille Prophetam, & non hodie quoque a Domini sacerdote requiritur, de quo dicebat: (f) Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Optarem sane (& salva vestra serenitate id quoque eloquar) hunc zelum vos exercuisse in puerum

(e) Psal. 25.

(f) Psal. 138.

Peccata Ludovic. Regis.

Re-

li ejus patientia sermo est. Scripserat, inquit Gaufridus, aliquando Dei famulus ad Episcopum aliquem de Curia & Consilio Regis, monens eum super quibusdam verbis Regi suadere & consulere meliora. At ille vehementer exacerbatus, amarissimam ei reddidit Epistolam (quæ ordine est CCXXIII. & a Baronio num. III. recitatur) dicens in ipsa salutatione prima, salutem & non spiritum blasphemæ, tanquam videlicet vir sanctus (quod horror est dicere) ex blasphemæ spiritu illa scripsisset. Ad quod verbum mansuetissimus Christi servus memor Domini

CHRISTI 1142.

INNOCENTII II. PAP. 13.

CONRADI REG. ROM. 4. JOANNIS COMN. IMP. 24.

Regem, qui non tam pueriliter, quam crudeliter sine causa irrita fecit & vestra sana consilia, & sua pacta: sine causa regnum suum conturbat, bella ubique cœlis terrisque suscitavit, Ecclesias vastat, sacra temerat, exaltat iniquos, bonos persequitur, perimit innocentes. Hæc, inquam, vellem vos dolere, his contradicere, & resistere, quod in vobis est: sed meum non est magistrum docere Josenum, minus autem reprehendere Episcopum, qui magis me & alios peccantes redarguere, & errantes corrigere debet. En quantum vos timeo. Clausam habetis epistolam, qui de priore aperta male suspicati estis. Nam ego quidem nihil adhuc aliud cogitavi, nisi quod ad diversos scribentem necesse est, juxta consuetudinem, epistolam cœra non claudere. Jam & pro hoc quoque veniam peto. Hucusque sanctus Bernardus. Qui tamen nihil cum Consiliariis, nec cum Rege profecit, quin in dies in graviores atque deformiores dilaberetur excessus: de quibus dicendum anno sequenti.

V. Eodem tempore, cum ageretur causa eadem Bituricensis Ecclesiæ, Petrus Cluniacensis Abbas pro Ludovico Rege ista ad Innocentium Papam scripsit:

Summo (a) Pontifici & nostro speciali Patri Domino Papæ Innocentio Frater Petrus humilis Cluniacensis Abbas obedientiam & amorem.

Petr. Cl. agit pro Rege a pud Innocent. Si quid minus sapienter dixerit: rogo ut pietas paterna supportet. Nam fortassis ineptum esse poterit, sed indevotum erga vos esse non poterit. Pro domino Rege Franciæ, magno nobili & speciali filio vestro benignitatem Apostolicam de-

PAGIUS nica responsionis: Ego demonium non habeo (sicut hodieque extans ejus Epistola continet) minime quidem, ait spiritum blasphemiam habere me credo, sed nec maledixisse cuiquam, aut maledicere velle me scio, præsertim Principi populi mei. Nec minus postea charum, nec minus familiarem eundem Episcopum habuit, sed elogium illud prædictum apud eum sic fuit, quasi non dictum.

III. Ad num. VI. Hoc anno Idibus Novembris mortuus est Fulco Hierosolymorum Rex, duobus superstitibus liberis adhuc impuberibus relictis, Balduino videlicet primogenito annorum XIII. & Amalrico annorum VII. reseditque Regni potestatem penes Milisendam Reginam cui jure hæreditario competebat, inquit Tyrinus in fine lib. XV. qui initio libri insequentis ait, Fulconi successisse Balduinum præfatum, hujus nominis III. juvenem formæ admirabilis, cui

precor, ut quia non solum Rex est, non solum magnificus rector Christiani populi est; sed etiam quia opus manuum vestrarum est, quæ ad regnum provexitis, quem sacris manibus vestris inunxistis, quem Gallis nostris potentioribus patribus Regem designastis: si quid forte adhuc ut ætate juvenis inconsulte agit, ei concedatis, & eas forte errorem sapientia vestra velamine contegatis. Est enim pater, ut filii, & maxime tanti, & errorem emendet, & honorem conservet. Hoc pro dissidio, quod inter ipsum & dominum Bituricensem Archiepiscopum est, dico. Est enim sicut sensus, res non levis; & ne de gravi incepto graviores vergat in exitum, multum cavenda. Spiritus autem consilii, qui spirat ubi vult, qui per vos Ecclesiæ suæ per totum orbem diffusa assidue consulit, etiam nunc per vos regno Franciæ, non vili portioni Ecclesiæ suæ consulat, & tam de his, quam de omnibus unctio ejus cor vestrum edoceat. Hucusque de causa Regis: subicit vero de causa Lexovienfis monasterii, frustra ad reformationem per eundem Innocentium revocati. Hoc enim dederat in mandatis idem Pontifex eidem Petro, ut eodem Lexovienfes ad interlapsum, vetus revocaret monasticum institutum. De cujus miserando statu hæc legenda habet: In deteriorem statum quam prius fuerat, relapsum, omni pene monastica religione & observantia destitutum, parum a secularibus differre. In tantum, ut quod præcis temporibus cuncta Galliarum monasteria antebat; nunc pene universa vix a longe sequi videatur.

VI. Quod ad res pertinet Orientis, Fulco, (b) Hierosolymorum Rex, lapsus equo hoc anno moritur; Balduinum anno-

Lexovic. Monach. collapsa observantia.

VI. (b) Voill. Tyr. l. 16. o. 3.

mentis quoque bene constitutæ respondebat habitus. Coronatus fuit cum matre, subsecuto dominici Natalis die, non præfidente Ecclesiæ Romanæ Eugenio Papa, ut perperam dicit Tyrinus, sed Innocentio II. Tyrinus fatetur, ut alibi diximus, se gesta Hierosolymis ante annum MCLIV. nonnisi ex aliorum relatione didicisse, ideoque non mirum, si quandoque de illis male edoctus fuerit. Divus Bernardus quatuor Epistolas ad Milisendam Hierosolymorum Reginam, filiam Balduini II. Regis & Fulconis uxorem scripsit, nempe Epistolam CCCLIV. qua eam monet, qualiter mortuo viro suo se se gerere debeat, Epistolam CCCLV. qua Pramonstratenses Hierosolymam peregrinantes commendat, & pluribus laudat, Epistolam CCVL. qua eam hortatur ita vivere, ut perpetuo regnet, & Epistolam CCLXXXIX. [1] Jam a multo tempore Bernardus nullas a Me-

IV.

NOTE [1] Fulconis annum emortualem serius revocandum esse suadet diploma XXVI. codicis diplomatici Melitenfis to. I. quod datum legitur A. 1149. Indit. 12. de anno Balduini III. quinto, deest mensis, & dies. Si igitur annus quintus Balduini III. in annum 1149. incidebat; regni ejus exordium cum anno 1144. componebatur, adeoque Fulconis annus emortualis ul-

CHRISTI 1142.

INNOCENTII II. PAP. 13.

CONRADI REG. ROM. 4. JOANNIS COMN. IMP. 24.

Fulco Rex Hierosol. moritur, Bald. succedit. PAGIUS Litera S. Bern. ad Milisendam Hierosolym. Reginam.

norum tredecim relinquens regni successorem, cujus administrationem mater i- Ann. Eccl. Tom. XVIII. l'iside acceperat literas, audieratque illam apud aliquos infamia laborare, quasi muliebri impotentia distraheretur: Audivimus fateor, nescio qua sinistra: qua est non pro certo credimus, doluimus tamen sive veritate, sive mendacio tuam aliquatenus decolorari opinionem. Subdit Bernardus, Andream tamen avunculum suum, qui Templi miles erat, sibi significasse quod sapientum consilio se se regeret. Cum vero Godefridus ejus Notarius in S. Bernardi Vita scribat, Sanctum Abbatem morti proximum ad avunculum suum scripsisse Epistolam, in qua inter cetera ait: Ego enim jam delibor, nec puto me longum facere super terram, ideoque & ea Epistola ad Andream, quæ ordine est CCLXXXVIII. anno MCLIII. data sit, manifestum est, Epistolam CCLXXXIX. ad Milisendam Reginam eodem anno scriptam fuisse, & Manricum in Annal. Cisterc. anno MCLIII. cap. I. Epistolam ad Andream cum eo Christi anno recte connexisse, Epistolam vero ad Milisendam Reginam, in qua Andream mentio, anno MCXLI. cap. X. ad eum annum male retraxisse. Quare Mabillonius utramque ad annum MCLIII. pertinere in margine recte notavit. Porro Amalricum Milisendæ Reginæ filium minorem natu, Balduino III. in Regno successisse, suo loco videbimus.

V. Hoc anno in Galliis Legatione Sedis Apostolicæ functi sunt, Ivo, qui ex Canonico Regulari Sancti Victoris Parisiensis anno incerto ab Honorio II. Cardinalis Sancti Laurentii in Damaso creatus fuit, & Gaufridus Carnotensis Episcopus. Ivo's Legationis mentionem facit Baronius num. I. Legationis vero Gaufridii Helias Aurelianorum Episcopus in quadam donatione a se facta Monachis Sancti Martini de Campis, recitata a Duchesno in Notis ad Epistolam XI. Petri Venerabilis Abbatis Cluniacensis lib. I. Ait enim Helias se illam facere precibus Regis Francorum Ludovici, & Gaufridi venerabilis Carnotensis Episcopi Apostolicæ Sedis Legati. In fine Chartæ legitur: Actum Aurelianensis anno ab incarnatione Domini MCXLI. Ludovico Juniore, anno ejus quinto. Hujus Chartæ & anni, quo ea scripta, meminere San-Marthani in Episc. Aure-

psa Regina Melesendis suscepit; ad quam extant litteræ (a) sancti Bernardi. Por- I i i 20

lianensibus cum de Helia agunt. Quare in Episcopis Carnotensibus Gaufridi mortem cum anno MCXXXVIII. perperam postea illigarunt. Annus Gaufridi Carnot. emortualem infra notabimus. Porro duas in Gallia Legationes fuisse non semel monuimus; & Leonem Legatum Treviris hoc anno obiisse scribit Brouverus in Annal. Trevirens. lib. 14. ubi refert vetus Epitaphium, in quo dicitur mortuus: Sole duodenas Julii vergente Kalendas.

VI. In Chronico Sancti Petri Vivi Tom. II. Spicilegii Dacheriani recitato legitur: Anno MCXLI. Magister Petrus Abaelardus moritur. Is in Epistola ordine III. ad Heliosam data rogat, ut quocumque modo vel loco eum ex hac vita migrare contingat, ejus corpus ad Paracletense Cœnobium deferatur: Quod si me dominus, inquit, in manibus inimicorum tradiderit, scilicet ut ipsi prevalentes me interficiant, aut quorunque casu viam universa carnis absens a vobis ingrediatur: cadaver, observe, nostrum ubicunque vel sepultum vel expositum fuerit ad Cimiterium vestrum deferri faciatis, ubi filia nostra, imo in Christo sorores, sepulcrum nostrum sæpius videntes, ad preces pro meo domino fundendas amplius invitentur. Morbo lento correptus a Petro Venerabili Abbate suo Cabillonem missus est, ubi cum e vita excessisset, Monachi illius monasterii istud ei Epitaphium posuere: Hæc Magister Petrus sine dies suos consummavit: & qui singulari scientia magisterio tibi pene Orbis terrarum notus, & ubique famosus erat, in illius Discipulatu qui dixit, discite a me, quia mitis sum & humilis corde, mitis & humilis corde perseverans, ad ipsum, ut dignum est credere, se transfuit. Qua de re statim Petrus Venerabilis Epistola sua XXI. libri IV. scripsit ad Heliosam ejus quondam uxorem, tunc vero Abbatissam monasterii Paracletensis, ut eam de pio Abaelardi obitu consolaretur, justitque ejus corpus ad illud Cœnobium transferri, missõ Epitaphio a se in honorem ipsius composito, in quo dicitur Abaelardum XI. Kalend. Maii animam Deo reddidisse. Postea ipsemet inclytam Heliosam invisit, quia fama tantum eam noverat. Baronius anno MCXL. num. XI. & seq. Epistolam laudatam Petri Cluniacensis ad eam

VI. Obitus Petri Abaelardi

NOTE ultra annum 1143. novembri mense differri nequaquam potest. Confirmant hæc omnia versus quidam præfixi brevi cuidam narrationi Belli sacri sub Balduino III. compositæ, quam vulgavit P. Martene in ampliori collectione to. V. ubi de Fulcone hæc leguntur:

Hic in tredecimo regni defungitur anno.

Porro ab anno 1131. usque ad annum 1143. anni sunt 13. cepti die 14. Septembris. Cum hac nostra chronologia recte congruit simulque errata nonnulla Pagii emendat Richardus Pictaviensis monachus Cluniacensis, qui chronicon ab anno 754. ad 1153. scripsit, vulgatum in Collectione Martenii tom. V. col. 1160. &c. En ejus verba: Hugo de S. Victore, vita philosophus Parisiis obiit. Sequenti anno Petrus Baalardus Cabillonis moritur. Eodem anno Fulco rex Hierosolymorum dum leporem sequitur præcipitatus equo morte subita moritur. eodem anno Sanguis Turcus rex de Alepo cepit Edessam civitatem. Hugonem de S. Victore anno 1142. obiisse certum est ex iis quæ Pagius ad annum 1140. 9. conicit. Igitur ex coarcto isto auctore, Richardo nempe intelligas Fulconem anno ab obitu Hugonis succedenti nempe 1143. obiisse, eodemque demum anno Petrum Abailardum deceisse, Edessamque civitatem in Turcarum potestatem devenisse, quæ omnia Pagii lapsus duos corrigunt, alium de obitu Abailardi, quem ex Auctore sequioris ævi in annum 1142. hic num. 6. refert; alterum vero de expugnatione Edessæ quam captam anno 1144. ex Dodechino aliique asseverat. MANSI

CHRISTY
1142.INNOCENTII II. PAP.
13.CONRADI REG. ROM. 4.
JOANNIS COMN. IMP. 24.

ro quod factum id dicat Tyrius sub Eugenio Papa, sibi ipsi adversatur; dum non

PAGIUS

cam datam, & *Abaelardi* Epitaphium recitat. Ejus opera Andreas Duchesnius Parisiis publicavit, & Notis illustravit. De his legendus Oudinus in Supplem. Script. Eccles. ubi quæ adhuc inedita sunt, enumerat. *Heloissa* toto tempore, quo *Abaelardo* supervixit, vitæ sanctimonie incubuit, & XVI. Kalendis Junii anni MCLXIV. sancto fine quievit, ut videre est apud San-Marthanos in Abbatia Paracletensi, ubi tamen perperam dicitur *Abaelardus* juxta Chronicon Senonense anno MCXLIII. demortuus; quod Lectorem non monerem, nisi vidissem; Bulæum Tom. II. Hist. Universit. Parisiensis alioque quosdam mendosa illa citatione deceptos *Abaelardi* mortem in eum Christi annum distulisse.

VII.
Corrigitur Catalogus Abbatissarum Paracletii.

Heloissa in Abbatiam Paracletensem successit *Ermengardis*, cujus meminit Kalendarium Paracleticum, ut videre est apud San-Marthanos Tom. IV. Gall. Christ. in Abbatissis Paracletensibus, & in Notis Andreae Duchesnii ad Hist. Calamit. Petri Abaelardi pag. 1188. in Elencho Abbatissarum ejusdem monasterii. Helvidis enim, quam uterque secundam Paracletii Abbatissam proponit, eandem est cum *Heloissa*, quæ binominis erat, ut vel ex loco, quem uterque Auctor ad suam sententiam probandam profert, perspicuum est. Ajunt enim inter Helvidem Paracletii Abbatissam, & Norpaldum Abbatem Vallis Lucentis controversiam quandam pacificatam esse apud Triangulum, quod castrum est in Tricastina Diocesi situm, vulgo *Treyuel*, ut ostendit *Valesius* in Notitia Gall. voce *Triangulum*; sed cum uterque lateret Helvidem diversam non esse ab *Heloissa* annum quo publicum illud Instrumentum notatur, consulto prætermisere, illum mendose descriptum existimantes. Verum San-Marthani in Abbatibus Abbatissæ Vallislucentis Ordinis Cisterciensis in Diocesi Senonensi positæ hallucinationem suam manifeste aperiant, cum de Norpaldo ejusdem Abbatissæ Abbate primo loquentes pag. 896. scribunt: *Transiit cum Heloissa Abbatissa Paracletii MCXLII. anno. Neque dici potest sermonem ibi esse de transactione diversa ab ea, quam Norpaldus cum Helvide fecit, cum in Chronico Sancti Petri Vivi ad annum MCXXXIX. habeatur: Ecclesia Vallis Lucentis fundata est, cujus primus Abbas Dominus Herpaldus (seu Norpaldus) fuit, sedens annis XXX. & ad annum MCXLIII. ibidem legatur; Ecclesia Vallis Lucentis primo dedicata est.*

VIII.
Heloissa binominis fuit.

Præterea San-Marthani Norpaldi mortem cum anno MCLIX. connectunt, licet Chronicon Sancti Petri Vivi non vidissent, quia revera eo Christi anno, tricesimus annus Sedis Norpaldi in finem vergebat, ideoque *Norpaldus* non post *Heloissam*, ut San-Marthani supponunt, sed ante eam e vivis excessit. Inclyta itaque hæc Abbatissa, *Heloissa* & *Helvidis* appellata anno qui dedicationem Ecclesiæ Vallislucentis præcessit controversiam quam cum Norpaldo Abbate habebat, diremit, & postea, usque ad annum MCLXIV. supervixit. In Necrologio monasterii Paracletensis ideo nulla *Helvidis* mentio, quia eadem est cum *Heloissa*. Loquitur de Abbatia Vallislucentis divus Bernardus in Epist. LXXV. ad Artaldum Pruliacensem Abbatem, Vallislucentis conditorem, ut eum interpretatur *Manricus* in Annal. Cisterc. ad annum MCXXXIX. cap. VII. num. 3. *Mabillonius* qui ad hanc Duchesnii &

San-Marthanos hallucinationem animum non adverterat, in brevi tamen nota ad Epistolam CCLXXXVIII. divi Bernardi ad Eugenium III. recte observat Hugonem Metellum Helvidis nomine Epistolam duas ad *Heloissam* scripsisse: *Helvidi venerabili Abbatissa Paracletii. Femineum sexum vos excessisse fama nobis notificavit. Quomodo distando, versificando & (quod excellentius omnibus est) multibrem mollitiem excessivam, &c.* Quibus etiam ex verbis intelligimus *Heloissam* Poetria fuisse, & jure merito Petrum Venerabilem in laudata ad eam Epistola scripsisse: *Tu illo offerendo studio tuo & mulieres omnes evicisti, & pene viros universos superasti, ubi tamen Petrus Venerabilis de literatorie scientiæ, & secularis sapientiæ studio verba facit.*

Gesta hoc anno in Anglia Malmesburiensis lib. 2. Hist. Novell. antequam scribendi finem faciat summarie narrat, quæ ejus verbis utens magis abbreviabo. Superveniens Quadragesima omnibus vacationem bellorum indixit, qua mediante Imperatrix cum suis deliberavit vocare *Godefridum* Comitem Andegavensem maritum suum, qui filiorum hæreditatem in Anglia tuturus veniret. Nuncios ex Andegavis redeuntes retulere Comitem Andegavensem respondisse, si *Robertus* Comes Glocestrensis, cujus prudentiam jam olim probatam habuisset, ad se veniret, voluntati ejus se pro posse non defuturum. *Robertus* ergo cum expeditis militibus ad vicum *Wurbam* profectus est, indeque *Cadomum* Comitem Andegavensem accesserit, qui veniens varia præterxit, ut adventum suum in Angliam excusaret. Dedit tamen solum suum ex Imperatrice progenitum, *Henricum* appellatum, cujus intuitu Proceres ad justis hæreditis partes propugnandas animarentur. Interim *Stephanus* Rex Oxoniæ civitatem concremavit, & castellum, in quo Imperatrix erat, obsedit. Nunciatum postea Imperatricem egressam ab obsesso Castello, & apud *Wallingford* tuto manere, & hic Malmesburiensis Historiam suam claudit.

Cum vero Huntindoniensis lib. 8. scribat, *Stephanum Regem* obsessisse Imperatricem apud Oxoniæ post festum Sancti Michaelis usque ad adventum Domini, & non procul a Natali Christi eam fugisse ad Castellum de *Wallingford*, & sic Oxoniæ tandem Regi redditum esse perspicuum est, Malmesburiensem res anno sequenti gestas non attigisse, perperamque *Ulfserium* lib. de Antiquit. Britannic. Euseforum cap. VI. tradidisse eum principia gestorum anni MCXLIII. in Novella sua Historia exposuisse, ac verum esse quod habet *Matthæus* Parisiensis, & cum eo *Bulæus* lib. de Script. Britann. Centur. 2. cap. 73. *Guillelmum Bibliothecarium Malmesburiensem* anno MCXLII. Anglorum Historiam terminasse. An vero tunc etiam vivere desierit, ut habet idem *Bulæus*, prorsus incertum. Vidit Malmesburiensis, ut *Pitius* in Malmesbur. scribit, in vetustis Codicibus multa Antiquitatis monumenta, quæ ab interitu liberavit. Nec satis officio factum putavit, si solum vetera, & aliena conservaret, nisi etiam nova & sua adiceret, & adeo accurate Historias Anglicas tractavit, ut vix quisquam in illo genere sit illi conferendus, nemo antefereendus.

Westmonasteriensis ad hunc Christi annum scribit: *Captus est Robertus Londoniensis Episcopus apud Eulentiam a Galfrido de Mandeveltus* Eccles. la,

IX.
Gesta in Anglia.X.
Malmesburiensis Historiam suam absolvit.XI.
Miser sit.CHRISTY
1142.INNOCENTII II. PAP.
13.CONRADI REG. ROM. 4.
JOANNIS COMN. IMP. 24.

non nisi anno millesimo centesimo quadringentesimo Anno Eccl. Tom. XVII.

dragesimoquinto Eugenius sedere coepit. I i i 2 An-

PAGIUS

sa, nono Kalendas Julii. Post mortem *Gilberti* Episcopi Londinensis, *Universalis* appellati ob multiplicem literaturam, quæ teste *Radulpho de Diceto* in Abbreviat. Chron. anno MCXXXIV. accidit, Ecclesia Londinensis diu vacavit & *Alfordus* hoc anno num. I. & sequenti *Galfridum* Ecclesiarum prædatorem Londinensem invasisse, ut turrim Londinensem sibi, suisque muniret; cum Huntindoniensis hoc anno tectetur, *Stephanum Regem* eum in Curia sua detinuisse, & *Galfridum*, ut a Rege liberaretur, reddidisse ei turrim Londoniæ & aliqua castella, sed postea invasisse Abbatiam Rameficensem, & Ecclesiam Dei speluncam fecisse latronum. Ex quibus videtur, Epistolam divi Bernardi CCXI. ad Innocentium datam, in qua loquitur de occupatore Sedis Londoniensis, indicatque Innocentio II. illud corrigendum esse, intelligendum de præfato *Galfrido*. Verum ex laudatis a nobis anno superiori num. XIII. Bernardi verbis evidenter apparet, *Bernardum* verba facere de viro in Sedem Episcopalem intruso, qui in ea *Robertum* præcessit, quod dici non potest de *Galfrido* viro militari, pro quo coercendo non Pontifex Romanus, sed Rex adendum erat; præsertim cum populator iste Ecclesiarum nihil faceret excommunicationes, ut perspicuum est ex iis, quæ narrat *Gervasius* in Chron. anno MCXLIV. Occupator itaque Sedis Londoniensis alius non est quam *Anselmus*, cujus electio in Episcopum Londinensem rescisa fuit ab Innocentio II. ut loco laudato diximus.

XII.
Floret Robertus Pullus postea Cardinalis.

Hoc anno *Ascelinum* Prior Doveriæ factus est Roffensis Episcopus sub Archiep. Cantuariensi ut prodit *Edmundus* de Hadenham Monachus Roffensis in Annal. Ecclesiæ Roffensis ad annum Christi MCCCVII. ab eo perductis, & a *Whartono* in Anglia Sacra part. I. publicatis. Hoc confirmat *Gervasius* in Chron. qui annum.

2 Natali Christi incipiens ad annum Christi MCXLVII. ait, *Ascelinum* obiisse eo Christi anno, *Episcopatus sui sexto*, IX. Kal. Februarii, qui ideo currenti ad eam Sedem evehus fuerat, & *Gervasius* annos Julianos enumerat. Ad *Ascelinum* scripsit Sanctus Bernardus Epistolam CCV. rogavitque, ut pateretur *Magistrum Robertum Pullum* aliquantum temporis facere Parisiis, ob sanam Doctrinam, qua apud illum esse dignoscitur. *Alfordus* in Annal. hanc Epistolam recitat anno MCXXXVII. quo *Ascelinum* Episcopum dictum putavit; *Mabillonius* vero in ejus margine, & in Notis fuoribus ait eam circa annum MCXLI. scriptam, licet in *Ascelini* Episcopatus initio consignando ab *Alfordo* non discrepet; sed ea citius quam currenti anno data non fuit. Porro *Robertus Pullus* in Anglia natus, studiorum causa Galliam petiit, & Parisiis scientias, tum sacras, tum profanas edidit, & ex parte docuit, ut habet *Pitius* in Roberto Pullano. *Ab incunte aetate Philosophia deditus, ejusque obtentu Episcopalem honorem ab Henrico Rege* (hujus sc. nominis I.) *oblatum respiciens, vitam & vestitum habens, his contentus fuit*, inquit *Joannes* Prior Haguitaldensis in Hist. ad an. MCXLVII. Romam ab Innocentio II. vocatus, a *Lucio* II. ejus successore Cardin. & ab *Eugenio* III. S. R. E. Cancellarius renunciatus est. *Osiosentiarum libros* ab eo editos publicavit *Hugo* *Mathoudus* Monachus Congregationis S. Mauri. Romani, qui ut anno MCXLI. num. II. habet *Baronius*, adversus Innocentium II. rebellant, & Senatum restituerant, currenti, ut ibidem ex *Ottone* *Frisingensi* lib. 7. cap. 27. *Baronius* narrat, audaciores fuere & *lavoalescente* *magis in populo, dum proficere non possent* (nempe Innocentius II.) *lecto cubans juxta quosdam de furis visone sibi monstrata, in pace quievit.* Quæ tamen mors non nisi anno sequenti contigit.

XIII.
Romani rebellant, & Senatum restituerant, currenti, erga. In-
not. II. *Baronius* narrat, audaciores fuere & lavoalescente magis in populo, dum proficere non possent (nempe Innocentius II.) lecto cubans juxta quosdam de furis visone sibi monstrata, in pace quievit.

JESU CHRISTI ANNUS 1143.

INNOCENTII PAP. II. ANNUS 14.

CONRADI REG. ROM. 3. MANUELIS IMP. 1.

CHRISTI 1143.

INNOCENTII II. PAP. 14.

CONRADI REG. ROM. 3. MANUELIS IMP. 1.

I. Ivo Cardin. Legatus moritur.

Annus Redemptoris millesimus centesimus quadragesimus tertius sequitur Indictione sexta, quo Ivo Cardinalis Legatus in Gallis ex hac vita migravit; cujus occasione sanctus Bernardus apud Innocentium Papam calumniam passus est, quasi in pauperes ejus bona dissipasset, potius quam legitime erogasset. Quamobrem in ipsum nonnihil commotus est atque succensus. Hec de indignatione Pontificis ubi idem sanctus Bernardus accepisset, epistolam apologeticam ad ipsum scripsit, qua suam causam defendens, & se potenter excusans, ostendit se nihil in eo peccasse, ut ejus indignationem commoveret. Sed audi tu ipsam: (a)

(a) Id. ep. 218.

Domino, & Patri reverendissimo Innocentio Bernardus nihilum id quod est.

II. S. Bern. calumniam passus scribit ad Innoc. Pap.

Putabam me aliquando aliquid vel modicum esse, sed nunc ut sentio, prorsus ad nihilum redactus sum, dum nescivi. Nec enim me dixerim omnino nihilum, tunc fuisse, cum oculi domini mei super puerum suum essent, & aures ejus ad preces meas; cum omne quod scriberem, obvius manibus accepisset, & vultu hilariter perlegisset, benignissime atque plenissime ad omnia postulata respondens. Modo autem me merito, non modicum dico, sed nihilum, quoniam ab heri & nudius tertius avertit faciem suam a me. Cur hoc? quid peccavi? multum fateor, si pecuniam Cardinalis Ivoonis bone memoriae meo arbitrio distributa fuit, & non ad nutum ipsius.

Quod utique ad aures domini mei fuisse perlatum, mihi relatum est. Sed confido, quia nunc hujus rei veritatem cognoscitis, & veritas liberabit me. Non sum tam hebes, ut ignorem Ecclesia esse, quidquid ille rerum suarum non dederit. Sed jam audite simpliciter veritatem. Si inventum fuerit in ore meo mendacium, ipsum os meum condemnabit me.

Quando homo exiit hominem, absens eram, immo & valde remotus; audivi au-

tem ab his qui affuerunt, quod ipse fecerit suum testamentum: & quod fecit, fecit & scribit; & de rebus suis quae voluit, quibus voluit ipse divisit. Quod residuum fuit, duobus Abbatibus assistentibus tunc sibi, & mihi pariter qui absens eram, dividendum commisit, eo quod nobis nota essent loca pauperiora sanctorum. Porro Abbates illi domum venientes, & non inventientes me (detinebar enim tunc temporis ex vestro mandato pacis quaerenda negotiis) nihilominus pecuniam, sicut eis visum est, dividerunt, me non solum non conueniente, sed nesciente quid fecerint. Cedat jam si placet, manifesta indignatio veritati; nec mihi deinceps frons rugetur, aut supercilium deponatur; sed solita redeat serenitas blando & benigno vultui, ac suo de novo sole lata facies induatur.

Nam quod item comperi, displicuisse me in multis scriptationibus meis: hoc me jam metuere non oportebit, quoniam facile emendabo. Scio, scio, praesumpti plusquam oportuit, parum attendens, quis cui scriptitare praesumerem. Sed ad id quidem audendum vestra me armarat benignitas; non negabit: urgebat deinde charitas amicorum. Etenim perpauca pro me scripsi, si bene memini. Sed ne quid nimis. Dabo, si potero, zelo meo de cetero temperamentum scientiam, & ponam digitum meum super os meum. Tolerabilis enim offendam aliquos amicorum, quam multis precibus defatigem christum Domini. Et nunc quoque non sum scribere ausus vobis de imminentibus Ecclesiae periculis, & gravi schismate quod timeamus, ac plurimis quae sustinemus incommodis. Scripsi autem sanctis Episcopis vestro lateri adherentibus. Ab ipsis audire poteritis, si scire placuerit, quae scripserim ego. Haec tunc ad Innocentium S. Bernardus. Est ultima epistolarum ejus, quas ad ipsum scripsit.

Accidit plane secundum illud Sapientis: (b) Calumnia conturbat sapientem, ut sanctus Bernardus ob calumniatores apud

III. Resilire statuit S. Bern. a litt. dandis ad Pap.

(b) Eccl. 7.

Rege his verbis describit Otto Frisingensis testis oculatus lib. 7. Chron. cap. 21. ubi ait: Francia Occidentalis, Rege suo amisso, sub illius filio Ludovico, qui adhuc superstes est, ob ipsius ac Theobaldi Blesensis Comitii guerram tot praeterea incendia perpessa est discrimina, quod nisi Religiosorum, qui ibidem morabantur, meritis, orationibus & consilio nuper pacata fuisset, usque ad interuentionem deleta putaretur. Id fati ostendunt Epistola Divi Bernardi hoc anno a Baronio recitata. Basilica tamen castrum Vitriaci non hoc anno, ut refert Baronius num. VI. ex Pseudo-Roberto de Monte, sed anno MCXLII. incensa, ut anno MCXLII. ostendimus.

Miser sit eius Eccl. Gallienus

PAGIUS SAC. XII An. Erx Hisp. M. CLXX. XI. An. Hegira DXXX. VIII. inchoato die 2. Julii fer. 6. A. C. 1143. E.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6636.

© 4. C. D. 4. P. 4. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1143.

CÆLESTINI II. PAPÆ 1.

CONRADI II. REG. 6.

MANUELIS COMNENI IMP. 1.

Num. I. ad. X. Luctuosam Ecclesiam Gallie faciem sub Ludovico VII. Francia

apud Innocentium Papam estimatione minueretur, adeoque ut tot tantisque exhibitis per eundem Sanctum officiis & beneficiis oblivioni traditis, jam nulla eorum habita ratione, exciderit ipse & gratia ejus. An autem acceptis his ab eo litteris Innocentius equiori erga eum animo fuerit, haud nobis competentum habetur. At si in terra ista aruerunt fata Bernardi, flante vento urent: certe alibi quidem collegit ad vitam æternam, quæ non humano, sed divino intuitu ab eo sunt jactata semina in terram viventium. Sic discant homines non sperare in Principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus.

IV.

Sed quanto discrimini esset exposita Ecclesia Gallicana, nisi Innocentius Papa parceret Regi: his litteris, datis ad quatuor Cardinales Episcopos, velicet ad Albericum Ostiensem Episcopum, Stephanum Prænestinum, Igmaram Tullulanum, & Gerardum Cancellarium aperuit. Sunt istæ, de quibus scripserat ad Innocentium, quæ sic se habent: (a)

(a) Bern. ep. 219.

Quantum malum schisma in Ecclesia sit, & quam sit detestandum, & omnimodis devitandum: evidenter quondam ostendit famosa & horrenda mors virorum illorum, quos ob istiusmodi pestem terra deglutiens, (b) vivos transiit ad inferos. Ostendit & illa persecutio Guibertina, sive Burdini temeritas, quos nostra jam tempora experta sunt, inter regnum & sacerdotium dividentes plaga pene incurabili, & castigatione crudeli. Ostendit, & illa, quæ nuper adhuc postulatam, & multifariam Ecclesie vexationem & vastationem, tandem Deo miserante, finem accepit rabies Leonina. Merito proinde Salvator in Evangelio (c) Vae, inquit, homini illi, per quem scandalum venit: Vae nobis qui vidimus, plangere quæ pertulimus, dolere quæ servimus, timere quæ expectamus. Et quod pejus est, ad tam malum habitum humane res devenerunt, ut nec rei humiliari velint, nec iudices misereri. Dicimus iniquis: (d) Nolite inique agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu, & non audiant nos, quia (e) domus exasperans est. Supplicamus his, quorum est peccata arguere, peccantes servare, ne calamum (f) quassatum conterant, & lignum fumigans non extinguant: & magis in spiritu vehementi conterunt naves Tharsis, si denuntiamus filiis cum Apostolo, (g) ut obediant patribus per omnia: quasi aerem verberamus. Si patribus loquimur, (h) ne ad indignationem provocent filios: in nos potius eorum indignationem provocamus. Nec delinquentes satisfacere, nec rectores seu correctores descendere ullatenus acquiescunt: omnes suum stomachum sequuntur, & totis viri-

(b) Num. 16. De schismate imminente epist. S. Bern.

(c) Luc. 17.

(d) Ps. 74.

(e) Ez. 2.

(f) Is. 42.

(g) Coloss. 3.

(h) Ephe. 6.

bus suum in diversa trabentes rumpunt: Heu necdum recenti Ecclesie plaga cicatrix occalluit, & rursus scindere parant, rursus corpus Christi affigere Crucis, rursus fodere latus innocuum, rursus vestimenta dividere, atque ipsam (quod in ipsis est) tunicam inconsutilem, quamvis frustra, dirumpere sitagunt. Si qua in vobis sunt viscera pietatis, tantis vos opponite malis, ne in illa præcipue terra scissura fiat, in qua solent (sicut optime nostis) scissura alia resurcisci. Nam si auctor scandali ore (i) singulariter (i) Mai. Judicis tremendo addicitur maledictio: 18. quibus putamus benedictionibus dignos hujus nequitia fugatores & propugnatores?

De duobus non excusamus Regem. Nam & juravit illicite, & perseverat injuste. Verum id non voluntate, sed vercedia.

Quæ in Regem obiiciantur.

Nam probo ducitur (sicut optime nostis) apud Francigenas juramentum solvere, quamlibet male publice juratum sit: quamvis nemo sapiens dubitet, illicita juramenta non esse tenenda. Verumtamen non in hoc quidem excusari posse fatemur. Neque enim excusare nos, sed veniam postulare suscepimus. Vos videte, an excusare aliquatenus eum possit ira, atas, majestas. Poterit sine dubio, si misericordiam judicio superexaltandum decernatis; quatenus videlicet talis aliqua consideratio in Rege & puero habeatur, ut hac ei vice tali quidem tenore parcat, quod tale aliquid de cetero non praesumat. Parcat sane dixerim, si fieri possit, salva in omnibus Ecclesie libertate, simul & Archiepiscopo debita veneratione servata, quem manus Apostolica consecravit. Hoc ipse Rex humiliter petit, hoc nostra universa Citramontana nimirum jam afflictæ Ecclesie suppliciter deprecatur. Alioquin damus manus morti, iabescentes, & arescentes praetimore & expectatione, quæ superverunt universo Orbi. Siquidem deprecatio mea super hoc ab anno priore, & peccatis meis exigentibus, deprecationem meam non exauditio, sed indignatio; indignationem autem desolatio pene universæ terræ secuta est. Si quid zelo urgente erupit, quod non fuit, aut secus quam fuit dicendum: sit quæso apud vos quasi nondictum. Ubi vero dixi quod oportuit, & ubi oportuit dici: sit non frustra dictum. Hucusque S. Bernardus ad Episcopos.

Sed eodem pariter anno Ludovicus VI. Rex Francorum magis exasperatus, in Ludovicum Comitem Theobaldum fratrem convertens, in ejus Comitatum arma movit, illudque crudelitate summa memorabile facinus perpetravit, de quo ita apud Sigebertum hoc anno: Ludovicus Rex Vitriacum castrum Comitum Theobaldi capit, ubi igne admoto, Ecclesiam incensa, &

Ludovicus de bacchatur in Comitatum Theobaldi. 18

in ea mille trecenta anime diversi sexus & etatis sunt igne consumpta. Super quo Rex Ludovicus misericordia motus, plorasse dicitur. Et hac de causa peregrinationem Hierosolymitanam aggressus a quibusdam existimatur. At non ista tantum, sed alia pleraque nefanda idem Rex solutus timore Dei pro perturbati animi voluntate gessit, quæ sanctus Bernardus, scribens ad eum (a) litteras redarguit. Habet enim hæc inter alia :

(a) Bern. ep. 227. VII. S. Bern. pro læsa Eccl. con- furgit in Regem.

At quidquid vobis de regno vestro, de anima & corona vestra facere placeat: nos Ecclesie filii matris injurias, contemptum & conculcationem omnino dissimulare non possumus, quæ illi præter illa, quæ in eam jam præcessisse miserabiliter plangimus, iterum de novo partim inferri, partim imminere sentimus. Profecto stabimus & pugnabimus usque ad mortem, si ita oportuerit, pro matre nostra armis quibus licet, non scutis & gladiis, sed precibus fletibusque ad Deum. Et ego quidem, qui me memini præter quotidianas preces, quas pro pace & salute vestra atque regno, coram Domino supplico, ipso teste, fundebam: etiam apud Sedem Apostolicam litteris & nuntiis causam vestram egisse (fateor) usque pene ad propria conscientie læsionem & ipsius summi Pontificis justam (quod diffiteri non debeo) contra me indignationem. Ego, inquam, assiduis vestris, quos innovare quotidie non cessatis, excessibus provocatus, dico vobis, incipio poenitere super insipientia mea priori, qua plus justo vestrae adolescentiæ hucusque favi. Et de cætero pro mea exiguitate non decero veritati. Non tacebo, quod cum excommunicatis iterato foedus, & societatem inire satagitis: quod in necem hominum, combustionem domorum, destructionem Ecclesiarum, dispersionem pauperum, raptoribus & prædonibus (sicut dicitur) adhaeratis, juxta illud Prophetæ: (b) Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas: quasi non satis per vos mala facere valeatis. Non silebo, quod illicitum illud maledictumque juramentum inconsultissime usurpatum a vobis contra Bituricensis Ecclesiam (pro quo heu tot, & tanta mala jam nunc merito provenerunt) non ita tandem corrigitis, ut Christi ovibus apud Catalaunum pastorem præfici non sinatis: insuper & fratri vestro, ejusque militibus sagittariis balistaribusque domos Episcopales contra jus & fas inhabitandas, & res Ecclesie in hujusmodi nefandos usus prostigandas, audacter nimium exponitis. Dico vobis, non erit diu inultum, si hæc ita facere pergitis. Et ideo domine mi Rex, amabiliter moneo vos, & fideliter consulo vobis, ut citius ab hac malitia desistatis, si forte jam ferire parantur manum, Ninivita

(b) Ps. 49.

Regis exemplo, poenitentia & humilitate prævenire possitis. Dura loquor, quia duriora vobis formido. Sed mementote a Sapiente dictum: (c) M-liora esse vulnera amici, quam fraudulenta oscula inimici. Hæc ad Regem Bernardus, alter nostri temporis Elias, non parcens Regi per devia gradienti; ad quem rursus eodem argumento aliam una cum Hugone Antiodorensi Episcopo scripsit (d) epistolam. Pro quo cum (ut vidimus) scripsisset ad Innocentium Papam, rogans ut indulgeret ipsi, & paterno amore pateretur, quæ peccasset in Apostolicam Sedem, ejus præcepta implere nolens: quod ipse Rex nec sic respiceret, sed magis magisque desiperet, & deteriora in dies addere non præmitteret: hæc pro sui excusatione ad Stephanum Cardinalem Episcopum Præfatum Papæ (e) legenda conscripsit; qui ipsi Papæ non amplius a se scribendum fore (ut vidimus) animo proposuerat:

(c) Ps. 27.

(d) Bern. ep. 225.

(e) Id. ep. 224.

Loquitur (f) Hieremias ad Deum pro adversariis suis ita dicens: Recordare Domine, quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & averterem indignationem tuam ab eis. Et inferi: Propterea, inquit, da filios eorum in famam, & deduc eos in manus gladii; & adhuc alia in hunc modum aequè gravia imprecatur illis. Quod propterea nunc apud vestram reverentiam memorandum putavi, quoniam simile mihi aliquid cum Propheta video accidisse. Vos enim scitis, quomodo ego quoque pro Rege steterim in conspectu domini mei: corpore quidem absens, sed præsens spiritu, ut loquerer pro eo bonum; bona siquidem pollicebatur. Nunc autem ipso reddente pro bono malum, cogor contraria scribere. Pudet erroris & falsæ spei, quam de eo conceperam; & gratias ago, quod pro eo simpliciter supplicans, non fuero exauditus. Putabam me deferre Regi pacifico: & ecce invenio, gravissimo hosti Ecclesie assentasse. Conculcantur apud nos sancta, Ecclesia turpiter ancillatur. Nam & electiones Episcoporum prohibentur fieri, & scubi id præsumptum a clericis fuerit, Electus episcopari non finitur. Denique sedet in trivitiis Ecclesia Parisiensis, proprio destituta pastore; & nemo est qui de substituendo alio nutrire audeat. Non sufficit spoliari bonis presentibus domos Episcopales: etiam in terras, & in homines manus sacrilega circumquaque deservit, totius insuper anni ex eis sibi redditus vendicando. Vestra Catalaunensis fecit quidem electionem, sed qui electus est, ecce jam diebus multis debito honore frustratur, & scitis quam non absque gravi gregis Dominici detrimento. Commisit Rex germano suo Roberto vices Episcopi, & ille in cunctis terris, rebusque Eccl-

VIII. (f) Hier. 18.

Bern. ad Stephan. Cardin. contra Reg. Franc.

Ecclesie potestative versans, & pro vice sua ubique haud segnitè agens inferi cælis quotidianas hostias, non plane pacificas, clamores pauperum, lacrymas viduarum, planctus orphanorum, gemitus compeditorum, & sanguinem interfectorum. Verum angustus est malitiæ ejus ille Episcopatus: Rhemensis invadit, atque in terra sanctorum iniqua gerit, non clericis, non monachis, non sanctimonialibus parcens. Denique sanctæ Mariæ, sancti Remigii, sancti Nicasi, sancti Theodorici terras fructiferas, & villas populosas ita in ore gladii devastavit, at pene in solitudinem redegerit universas. Frequens in omnium auribus vox: (a) Hæreditate possideamus sanctuarium Dei. Sic Rex emendat, quod in Ecclesiam Bituricensis Herodiano juramento commisit.

(a) Psal. 82.

IX. Querela de diffolutis per Reg. matrimoniiis.

(b) Can. 8.

Præterea Rex, nobis quidem non parum laborantibus, pacem cum Comite Theobaldo fecerat, firmæ, ut putavimus, amicitie foedus inierat: & ecce occasiones quaerit, quomodo recedat ab amico. Atque hoc grande crimen, quod impingitur Comiti, quia cum Baronibus Regis de liberis suis contrahit matrimonia. Suspecta est illi dilatio charitatis, nec se putat Regem, si se amaverint Principes. Coniiciat prudentia vestra quid animi erga subditos gerat, qui de odio atque discordia, si fuerit inter suos, se estimat fortiosem. Videat & perpensat, si est hic homo a Deo, qui in suorum magis mutua similitate quam charitate confidit, cum charitas sit Deus. Quod minime faceret, si sapientiam illius haberet, qui ait: (b) Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio. Præterea ergo pacis conventiones, & constitutiones manifeste transgreditur, nec tenet pacta sua, quæ distinxerunt labia sua. Denique revocavit in domum suam, & ad consilium suum virum adulterum & excommunicatum, nempe Radulphum Comitem, quem ex constituto ejecerat, & pro exercenda majori malitia, aliis multis nequam aequè excommunicatis, perjuris, incendiariis, homi-

PAGIUS II. Moritur Innoc. II. PP.

A Num. X. ad XIV. Cum Innocentius II. anno MCXXX. die decima quinta mensis Februarii Pontifex Romanus electus fuerit, & ab eo die sui Pontificatus annos deduxerit, ut ibidem ostendimus, sedit annos tredecim, menses septem, dies novem, emortuali excluso. Eum enim currenti anno octavo Kalendas Octobris, seu die XXIV. mensis Septembris e vivis excessisse, certum & indubitatum. Joannes quidem Ceccanus in Chr. Fossæ Novæ Tom. I. Italiae Sacrae ab Ughello edito scribit, mortem ejus contigisse IV. Idus Septembris, allique fere omnes cum Baronio & Onuphrio VIII. Kalend. Octob. sed nullo ad id probandum testimonio in medium adducto; Verum mox unum proferam, de quo nullus ambigere poterit.

cidis Rex & Advocatus Ecclesie adversus Ecclesiam (quod non est dubium) a-matorem & defensorem denuo sociatur, juxta illud Prophetæ: (c) Si videbas furem, currebas cum eo; & cum adulteris portionem tuam ponebas. Ad hæc cogit suo more Episc. ad maledicendum benedicendis, Et iterum, benedicendum maledicendis. Et quoniam non obtemperatur pro suo libitu sibi: circuit mare & aridam, ut inveniat juratores, quorum perjuriis, quos fortassis Deus conjungit, per homines separentur. Qua fronte obscuro, tantopere alitis præscribere de consanguinitate laborat homo, cum sua (quod palam est) tertis consanguinitatis gradu ferme permanens consobrina? Et quidem inter filium Comitis Theobaldi, & Comitissæ Flandrensis filiam, & item inter Comitem Suesionensem, & filiam Comitis Theobaldi, si consanguinitas sit nescio (scilicet enim illicita matrimonia nec laudavi unquam nec laudo) sed sciatis vos & sciat dominus meus, prohiberi horum nuptias. Si quo modo conjungi fas fuerit, exarmare Ecclesiam est, & nullam illi subtrahere fortitudinem. Nec aliam puto adversantium ipsis nuptiis intentionem, nisi ut in terris præfatorum Principum non possint habere refugium, quicumque audebunt contradicere schismati quod minantur. Hucusque zelus meus. Non possum enim ego emendare, quod potius redarguere, potui & commonere eam qui possit. Zelus domini mei faciet hoc. Ipsum duxi necessarium in magno Ecclesie labore atque periculo compellendum, & per nullum dignius, quam per vos, qui ejus lateri & spiritui adhaeratis. Apud quem quaeso habete me excusatum, quod Regem mutato mutaverim stylum, qui ad ipsum Deum Dei Prophetam dixisse scitis: (d) Cum viro innocente innocens eris, & cum perverso perverteris. Hæc Bernardus ad Innocentium per Stephanum Cardinalem insinuanda.

(c) Psal. 49.

(d) Psal. 17.

Porro Innocentius hoc tempore adversus Romanos Senatam restituerè fatigentes laboravit usque ad mortem: siquidem

In navi Ecclesie, inquit Joannes Diaconus junior Basilicæ Salvatoris Patriarchii Lateranensis Canonicus in libro de Ecclesia Lateranensi apud Mabillonium Tom. II. Musei Ital. & beneficiæ in Eclesiam, qua fuit Adriani Imperatoris sepultura. Hic renovavit tectum hujus Basilicæ, propriis expensis, novis trabibus, quas gloriosus & potentens Rogerius Sicilia Rex precibus suis eidem Ecclesie transmisit: quod videlicet tectum suo tempore cecidit, suoque tempore restauratum est. Turrim etiam ante Ecclesiam, qua ruina vicina videbatur, renovari jussit: atque quamplurima, dum vixit, Ecclesie dona ad ornamentum altaris obtulit, cycladem videlicet aurea textam, & alia ibi sigillatim memorata.

III. Ejus sepultura in Eclesiam.

IV. Innocentio II. successit Guido, natione Tuscus.

CHRISTI
1143.

CÆLESTINI II. PAP.
I.

CONRADI REG. ROM. 5.
MANUELIS IMP. I.

Obitus
Pap. Innocentii.
(a) Otto
Frising.
lib. 7. ca.
27.

dem in his laboribus diem clausit, extremum octavo Kal. Octobris, cum (ut ait (a) Otto Frisingensis) inualefcente populo, dum perficere non posset, ut eos scilicet impediret, lecto cubans, in pace quievit, cum sedisset annos tredecim, & menses septem. Hic autem inter alia religiosa opera pro Ecclesiis impensa, restauravit collapsum tectum Lateranensis basilicæ, ad quod opus misæ sunt trabes e Calabria a Rogerio Sicilia Rege, qui & alia munera eidem Ecclesiæ contulit. Hæc ex scripto codice Archivi Lateranensis, ubi itidem legitur, ipsum sepultum fuisse in eadem basilica in porphyretico mausoleo, in quo olim sepultus fuerat Hadrianus Imperator. Idemque Pontifex basilicam S. Mariæ, quæ dicitur Callisti trans Tiberim, restauravit, & apsidem ex musivo picturis ornavit, ut versus in ea intexti eodem opere usque hodie docent. Item tectum basilicæ S. Pauli refarcivit, & Ecclesiam muris munivit, insuper & Ecclesiam S. Stephani in monte Caelio vetustate labantem reparavit.

XI. De eodem insuper Pontifice hæc in Vaticano codice scripta leguntur: *Hic beatus Pontifex annualem censum, censum videlicet librarum Papalis monetæ iudicibus & Advocatis Romanæ Urbis de Camera sua constituit, & eos ejusmodi iuramentum exhibere mandavit.*

Juramentum quod præstiterunt Advocati constituti a Papa Innocentio Secundo.

In nomine Domini Amen. Ego N. Advocatus iuro, quod ab hac hora in antea

Epitaphium
Innocentii
Pap.

HIC REQUIESCUNT VENERABILIA OSSA SANCTISSIMÆ MEMORIÆ DOMINI INNOCENTII PAPÆ SECUNDI DE DOMO PAPARESCORVM, QUI PRÆSENTEM ECCLESIAM AD HONOREM DEI GENITRICIS MARIE SICVT EST A FVNDAMENTIS SVMPTIBVS PROPRIIS RENOVAVIT.

Cætera legi non possunt, quæ notis numeri videntur apposita. Porro ipsius Innocentii imaginem musivo opere expressam invenies in apside a dextro ipsius latere, quæ referat hominem ætate virescentem.

PAGIUS
Cælestini
II. ei succedit.

scus, antea Presbyter Cardinalis Sancti Marci, qui Cælestinus II. in Pontificatu appellatus fuit, electus die vigesima sexta Septembris, & ut in morte ejus videbimus, eodem die inthronizatus. Ipsemet Cælestinus de sua electione certiores fecit Cluniacenses Epistola data Laterani VIII. Idus Novemb. Tom. IV. Spicilegii Dacheriani recitata, & inde in Tom. X. Concil. translata, in qua ait: *Notum facimus dilectioni vestra, quod Domino nostro bone memoria Papa Innocentio, VIII. Kal. Octob. defuncto, & in Lateranensi Ecclesia cum maxima Clerici ac populi Romani frequentia tumultu, Cardinales, Presbyteri & Diaconi, una cum fratribus nostris Episcopis & Subdiaconis, Clero*

*placita vel negotia Romanorum, in quibus Advocatus ero, vel Patronus, Romanos malitiose non impugnabo vel defendam: sed pro conscientia a Deo mihi præstita, secundum constitutiones & leges ac bonos mores ea tractabo. Et postquam iustitia de iisdem causis a me cognita fuerit, si requisitus fuero, iudicibus parefaciam, & eis in ipso iudicio assensum meum adhibebo. Pretium exinde non accipiam, nec per me, nec per interpositam personam suscipi permittam. Et si susceptum fuerit postquam scivero, infra xv. dies illud reddi faciam. Et patrocinium meum alicui habenti causam, si ab eo rogatus fuero, malo studio non negabo; salvis beneficiis quæ habemus ab Ecclesiis, vel aliis, & exceptis sententiis valentibus duodecim denariis, quæ gratis & sine exactione nobis offeruntur. Hæc omnia observabo bona fide sine fraude & malo ingenio, quando Papa Innocentius, vel successores sui censum centum libras valentem denariorum Papalium nobis Advocatis & iudicibus annis singulis solvere perseverabunt. Hæc tibi. Et in fine: *Hic ordinationes fecit per multas per Decembrem & alios menses, & diaconos in eis creavit decem & octo, presbyteros viginti, & Episcopos septuagintaduos, quos per diversa loca constituit. Hæc ibi Reliquit nondum penitus absolutam quam restituebat basilicam Callisti, titulo sanctæ Mariæ nobilitatam, quam germanus ejus Episcopus Albanensis absolvit, qui & corpus ejus in eadem basilica intra majorem portam sepelivit, hoc sepulchrum simplici indito Epitaphio:**

Juramentum
advocato-
rum.

XII.
Cælestini
Pap.
II. creatur.

ac populo Romano acclamante, partim & exoptante, tertia die in ipsa Ecclesia unanimi voto & pari consensu, me indignum, & prorsus tanti officii imparum, nescio quo Dei iudicio, in Romanum Pontificem concorditer elegerunt. Vides Cælestinum II. tertia die a morte Innocentii II. electum fuisse Pontificem Romanoque Baronium, passimque alios non bene initium ejus repetere a die XXV. mensis Septembris. Nam licet num. XII. non satis clare mentem suam explicet, cum tamen anno sequenti asserat, Cælestinum die octava Martii post Sedem mensium quinque, & diem XII. e vivis abiisse, necessario supponit, eum die XXV. Septembris hujus anni creatum, quæ & sen-

CHRISTI
1143.

CÆLESTINI II. PAP.
I4.

CONRADI REG. ROM. 5.
MANUELIS IMP. I.

(a) Petr.
Clun. lib.
5. c. 17.

(b) Mat.
28.

Pacificæ
creatio
Cælestini
II.

PAGIUS

V.
Littera
gratulari-
oria Ar-
nulphi
Episc. Lu-
xoviensis.
ad Gale-
stinum II.

pristinum conservandum, in causa fuit ut Cardinales, abque mora sine diffensione & controversia unanimi consensu convenerint, atque crearent cito Pontificem; extat Petri Cluniacensis de electione ejusdem Cælestini ad ipsum scripta epistola istis verbis: (a)

Universali Pontifici & speciali Ecclesiæ Cluniacensis patri domino Papa Cælestino Frater Petrus humilis Cluniacensium Abbas sinceram amorem & plenam obedientiam.

Benedictus Dominus Deus noster, qui memor verbi sui, in quo nobis spem dedit, more suo nullatenus se oblitum verborum suorum etiam hoc tempore monstravit, quibus suos ab ipsis recedens consolari dignatus est, dicens: (b) Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Apparet hoc in innumeris sue gratiæ donis: apparet hoc nunc specialiter & in vobis, quem his nostris diebus summum Pontificem, animarum nostrarum custodem, totius Ecclesiæ suæ adhuc in terris peregrinantis, hoc est unica columbæ inter corvos gentis Præsulem propitia mortalibus divina benignitas concessit.

Nou hoc (ut jam nobis reletum est) humanus fastus, non sibi providens humana cupiditas, non Romanus turbo sæpe auditus, Orbemque terrarum suo impulsu concutere solitus effecit; sed adversa pacificans, diversa uniens, discissa redintegrans, Spiritus ille qui ubi vult spirat, velut in sibilo aura tenuis, juxta verbum Domini factum ad Eliam, leniter adimplevit. Gavisi sumus audientes ista, & in immensum cor nostrum exhilaratum est, agnoscimus. Ann. Escl. Tom. XVIII.

scentes, non in armis, non turribus, non minacibus agminibus rem divinam tutari, sed sola misericordis Domini manu & suavi protectione ad pacem compositam esse. Agnovimus vere quod agnoscendum erat, imperasse Christum ventis & mari, & factam esse insolitam tranquillitatem; statuisse procellam maris in auram, & siluisse fluctus ejus. Et hoc quis non miretur? Quis inquam hoc non miretur, a tempore Alexandri Secundi Papæ, per Gregorium, Urbanum, Paschalem, Gelasium, Callistum, Honorium, Innocentium summos Ecclesiæ Dei ac præclaros Pontifices, quantum ad eorum promotionem pertinet, Ecclesiasticam pacem pertransisse; sed in nullo eorum præter vos quiescisse? Nec adeo lapidei sumus, ut non sentiamus, nec adeo bruti, ut non intelligamus eam, sine cujus nutu, ut legitur, nec passer ad terram, nec folium cadit arboris: non sine causa, non sine certo inexhaustæ sapientiæ consilio hanc pacem eorum primordiis subtraxisse, vestris consulisse: quam esse illam puto, & hanc vobiscum semper durare confido, de qua in Psalmis Propheta: (c) Secundum multitudinem, inquit, dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ latificaverunt animam meam. Credo enim & spero in Deo salvari meo, quod qui principiis vestris dedit tam amabilem pacem, dabit & fini suo tempore commendabilem laudem. Letabitur sub umbra alarum ejus vobis amodo subditus Orbis terrarum, & sanctos Fidei sui patres, Apostolicos viros, Confessores dico, & quod majus est Martyres, vel quod excellentius est, ipsos Apostolorum summos Petrum & Paulum, immo ipsum Christum in vobis solo K k k k

(c) Psal.
93.

& Comes Andegavensis nullatenus audiatur, scilicet Gaufridus, & ne tyrannus, ut dicitur, appellatione Apostolica, non tyrannus, sed indigentibus debita, abutatur, permittat prudentia vestra, de Arnulpho rursus infra. Novus Princeps de quo Arnulphus loquitur, alius non est quam Gaufridus præfatus, de quo Matthæus Paris. in Hist. ad hunc annum: *Gaufridus Comes Andegavensis a civibus Rotomagensibus solemniter susceptus est, & exinde Dux Normannia appellatus est. Idem ac Matthæus Paris. habet Radulphus de Diceto in Abbreviat. Chron. pag. 508. Arnulphus itaque non multo ante Cælestini II. electionem pacem cum Gaufrido inerat, a quo antea vexatus fuerat, ut ipsemet in Epistola ad Lucium III. Papam data, & Tom. II. Spicilegii pag. 482. recitata testatur his verbis: XVII. marcas in initio mea promotionis assumpsi, quia bona omnia Episcopalia redimere de manu Comitum Andegavensium angebar, qua ipse mihi per duos annos & tres menses abstulerat.*

Chronographus Mauriniacensis narrata morte Innocentii II. ait: *Cujus honori subrogatus est Cælestinus, qui alio nomine Magister Guido de Castellis nominatus est. Hic vero prælatione illa dignissimus erat, quoniam ei tria, que inter homines pene habentur præcipua, simul con-*

VI.

se habere gloriabitur. Gaudebit, & jam ineffabiliter gaudet, licet non numero, tamen virtutibus, pusillus grex vester Cluniacensis, qui obedientiam, qui subiectionem, qui (quod majus est) dilectionem, quia per seipsum non potest, ore proprio per has litteras vobis ingerit, & se totum licet absens, Sanctitatis vestrae pedibus subiicit.

XIII.

Certitudinem electionis vestrae, & collata Deo Apostolatus sero accepi: idcirco tarde rescripsi. Nam diu variane fama, vix in vigilia sancti Andreae epistolam vestram mihi & conventui misisse suscepi, atque die ipsa publice in Capitulo lectam tam litteratis quam illitteratis (quos Conversos vocamus) exposui. Audita est & vere suscepta ab omnibus filiali affectu; quod vobis melius ore proprio, vel nuntiorum proxime per Dei gratiam indicabo. Habeo enim omnimodam voluntatem veniendi ad vos, & novum quidem Patrem, sed antiquum amicum amore & honore debito visitandi. Faciam hoc si congrue poterit, si non per nostros, cum proxime vacaverit, Christi juvante gratia, visitabo. Commendo interim paternitati vestrae negotium Fratris presentium lateris, ut illud benigne & ad commodum Ecclesiae ejus, quantum iustitia permiserit, audiat & deserviat. In fine quas possunt gratias ago, quod sicut mihi relatum est, & in litteris vestris legi quasdam alias causas beatae memoriae praedecessori vestro

directas benigne accepistis, sicque deservistis, ut in sententia successoris non sit lugenda sancti mors praedecessoris. Hucusque Petrus.

Ad hunc eundem Cælestinum Papam extant litterae S. (a) Bernardi pro electo Eboracensi adversus intrusum hominem nefandissimum, de quo etiam litteras idem dedit ad S. R. E. Cardinales. (b)

Hoc pariter anno diffidia fuisse composita inter Regem Francorum & Romanum Pontificem, testatur Robertus in Chronico appendice ad Sigebertum: quibus autem conditionibus ignoratur.

Itemque eodem anno Londoniae in Anglia celebratur Concilium pro libertate Ecclesiastica exule jam diu restituta, de quo Rogerius in Annalibus his verbis: Anno gratiae millesimo centesimo quadragesimo tertio, qui erat annus octavus regni Regis Stephani, Rex Stephanus interfuit Concilio Londoniae in media Quadragesima. Quo quia nullus honor vel clericis vel Ecclesiae Dei a raptoribus deserebatur, & aequae capiebantur, & redimebantur clerici ut laici; tenuit idem Pontificem Episcopum Urbis Romanae Legatum Concilium apud Londoniam, clericis pro tempore necessarium: in quo sancitum est, ne qui alicui clerico violentas manus injecerit, ab alio possit absolvi, quam ab ipso Papa, & in praesentia ipsius. Unde clericis aliquantum serenitatis vix tandem illuxit. Haec Rogerius. Hoc

(a) Bern. ep. 234.

(b) Id. ep. 235.

Pax composita inter Franc. Reg. & Pap.

XIV. Concil. London.

PAGIUS confuxerant, celebremque Magistrum reddiderant. Nobilitas scilicet generis, mentis industria in Calceis. omni statu aequalis. litterarum quoque, quarum doctrina intensissimus fuit, scientia multiformis. Ludovic. Ad hunc Rex noster (Ludovicus VII. Galliarum Rex) Legatos pro pace incedenda misit, quam ita dulcissimè impetratione obtinuerunt, ut in conspectu illorum, multorumque nobilium, quorum frequentia Roma fremere solet, benigne adfugeret, manuque elevata signum benedictionis contra regionem banc faciens, ipsam a sententia interdictionis absolveret. Quare Pseudo-Robertus de Monte in Chron. accurate hoc anno scribit: Pax reformatur inter Papam & Regem Ludovicum, recteque etiam Radulphus de Diceto in Abbreviat. Chron. pag. 509. ait per triennium interdictum durasse.

VII.

Verum pax inter Ludovicum Regem & Theobaldum Comitem Campaniae, quem Rex ita male habuerat, anno tantum sequenti constituta. Pseudo-Robertus enim de Monte ad eum

Christi annum scribit: Mediente Abbate Clavallii (sc. divo Bernardo) smultas, qua inter Regem Ludovicum & Comitem Theobaldum incanduerat, sopitur. Porro pax haec adeo firma fuit, ut Ludovicus Rex, post divortium cum Eleonora, & post Constantiam secundam uxorem vitam fundam, Adelam Theobaldi filiam matrimonio sibi junxerit, ex qua Philippus cognomento Augustus, qui patri in Regnum successit, natus est. De dissensione inter Ludovicum Regem & Theobaldum vide dicta anno MCXLI. num IV. & anno MCXLII. num I. & seq. [1]

Sanctus Bernardus, ut videre est apud Baronium num. XIII. scripsit haec anno Epistolam CCXXXV. alias CCXXXIV. ad Cælestinum II. & Epistolam CCXXXVI. alias CCXXXV. ad totam Curiam Romanam adversus Willelmum Eboracensem Archiepiscopum Electum, quem intrusum appellat. Jam anno MCXL. de utraque Epistola verba fecimus, diximusque, Willelmi causam usque ad Pontificatum Eugenii

Pax alia inter eundem Ludovic. & Theobaldum Comitem.

VIII. Pallium Willelmi Archiep. Eborac. denegatur.

NOTÆ

[1] Hoc anno mense martio synodus generalis apud Maguntiam celebrata fuit ab Henrico Moguntino, ut ipse meminit in suo diplomate dato pro componenda lite de pradio quodam inter monachos Erfurtenfes, & Disibodenbergenfes in dioecesi Moguntina. Subscribit diplomati huic Burchardus Argentinenfis & Anselmus Havelbergenfis cum aliis abbatibus & Viris amplissimis, & consignatur anno dominicae Incarnationis MCXLIII, indictionis VI. regnantis Conrado hujus nominis tertio. Extat in Spicileg. Tabular. &c. Georgii Christiani Joannis edito Francofurti ad Mœnum A. 1724. De hac synodo nihil in Collectionibus. MANSI

Hoc eodem anno ex hac vita sublato Radulpho Antiocheno Patriarcha, propinato illi veneno, in locum ipsius subrogatus est Haimericus Decanus ejusdem Ecclesiae. Ita ex Tyrio.

Quod item ad res pertinet Orientis, hoc anno mense Aprilis moritur Joannes Imperator, relinquens Manuelem filium suum hæredem Imperatorem. Ita quod tempus spectat, Nicetas, qui ejus Imperio tribuit annos vigintiquatuor & menses octo. Idem (a) Otto Frisingensis. Ex quibus corrigas errorem illapsum in (b) Willelmo Tyrimo, dum apud ipsum legitur ipse Joannes defunctus anno millesimo centesimo trigesimo octavo, imperasse annos vigintiseptem: inest enim utrobique error, qui ex dictis auctoribus & aliis arguatur; immo ab ipsomet Tyrio, qui cum ut alii, Joannis ingressum ponat anno millesimo centesimo decimo octavo: si eidem numero addas, quos ponit Joannis Imperii annos vigintiseptem, non trigesimo octavo, sed quadragesimo quinto post centesimum millesimum eum defunctum oportuisset afferere; cum tamen anno trigesimo octavo apud ipsum legatur Joannes esse defunctus. Porro quod ad genus mortis pertinet ejusdem Joannis Imperatoris, nonnisi divina contigisse vindicta histor. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

XV. Moritur Joan. Imp. Manuel succedit. (a) Ot. Fris. l. 7. c. 28. (b) Tyr. l. 15. c. 23. in fin.

PAGIUS

IX. Obitus Joan. Comneni Imp.

X. Manuel filius ejus ei succedit.

XI. Michael Oxites sit Patriarc. Constant.

rici omnes tam Græci quam Latini affirmant. Cum enim a Latinis abripere, Antiochiam pertentasset, & quamvis monitus ab Innocentio Romano Pontifice per Legatum Episcopum Gabalensem, minime desitisset, immo acerbius deservisset etiam in viros sanctissimos (ut testatur Otto) Jeremum incolentes; factum est, ut post obitum duorum filiorum, quo potuisset a captis desistere ita admonitus, suæ ipsius sagitta venenata vulnusculo, cum in venatione ea, pharetra eversa, caderet, sibi ipsi mortem intulerit. Post autem ejus obitum Manuel ipse patris judicio comprobatus regendas sumpsit habenas Imperii. Hunc novo Imperatori Conradus Rom. Rex matrimonio junxit sororem conjugis suæ. Intercurrebant ea de re jam ad patrem Joannem Imperatorem litteræ per nuntios Hembriconem Hembipolensem Episcopum, & Robertum Principem Capuanum, & aliæ postea ad eundem Manuelem Comnenum missæ. Recitat eas Otto Frisingensis. (c)

Hoc eodem anno ipsis primordiis Manuели Comneni Imperatoris moritur Leo Styppota Patriarcha Constantinopolitanus ut testatur Nicetas Choniata. De eodem Leone Theodorus Balsamon meminit, dum interpretatur sancti Basilii epistolam. Canonicam ad Amphiloebium, & in can. K k k k 2 no.

(c) Ot. de gestis Frid. l. 1. c. 23. & 24.

XVI. Leonis Patriarc. obitus.

lacrymis pavimentum rigavit (quando nempe pater ejus accersitis Magnatibus eum sibi successorem designavit) chlamydem tamen induens, sumptoque diademate, ab universo exercitu Imperator proclamatur. Joannes vero paucis post diebus moritur, cum totos viginti quinque annos, mensesque septem Romanis imperasset, octavo die mensis, quem Xanthicum Græci, Romani Aprilem vocant. Sed loco, annos XXV. legendum, annos XXIV. ut ex dictis Imperii ejus initio sequitur. Obiter observabis, quod jam non semel monuimus, Tyrium de rebus ante annum MCLIV. in Oriente gestis saepe male edoctum fuisse; cum Joannis Comneni Augusti mortem, sexennio prævertat.

Ad num. XVI. Cum Leo Styppota annos octo & menses octo Ecclesiam Constantinopolitanam administravit, ut habet Catalogus Episcoporum Byzantinorum lib. IV. Juris Græco-Romani relatus, annoque MCXXXIV. ad eam Sedem promotus fuerit, obitus ejus optime a Baronio, & antea ab Onuphrio in Chron. Eccl. hoc anno consignatus fuit. Cum vacaret Patriarchalis sedes Constantinopoli, inquit Cinnamus in Historia sua lib. 2. pag. 18. Michaellem illi imponit (nempe Manuel Imp.) monasterio in insula, quam Oxiam ex situ vocant, antea Praefectum, virum liberalibus disciplinis, humanioribusque literis leviter quidem imbuitum, ac morum elegantia, rerumque divinarum scientia nemine inferiorem, unumque adeo ex iis, quorum ea aetate virtus erat maxime conspicua. Hujus vicissim manibus cum in Ecclesia Imperatorio diademate fuisset insignitus, deponito in sacra mensa auri centenario, inde excessit, omnibus uno ore liberalitatem illius & magnificentiam predicantibus. Clero etiam annuam ex palatio duorum centenariorum pensam

XI. Michael Oxites sit Patriarc. Constant.

CHRISTI
1143.CÆLESTINI II. PAP.
I.CONRADI REG. ROM. 5.
MANUELLIS IMP. I.

none obfegimotertio agit aduersus eos qui more Gentium exercent vaticinia, ac veneficia, quorum occasione subicit hanc narrationem: cum enim beata in Domino vita conyux domini Alexii Comneni filii inclyti Imperatoris in gravem morbum incidisset, & medici de ejus sanitate desperassent propter multiplicium morborum contrarietatem: quidam Eibnici se eam curaturos professi, utpote quæ magicis artificijs laboraret: effecerunt, ut multa & admiranda ejus femina, & viri etiam exanimarentur. Clam autem, prociiebant imagines ex cera factas, & satanice eorum contrectationem & inventionem significabant, atque alia multa gravia fecerunt in Dei contemptum, & multorum hominum supplicium; & ipsi quidem impii, cum rem efficere non possent, evanuerunt. Nobilissima autem illa mulier non modo nihil adiumenti adepta est, sed etiam diuturno morbo vexata vita excessit, malo a se suscepto viatico, divinorum seilicet canonum ad-

PAGIUS nem assignavit. Id numismatis vulgo Secundum nuncupant. Eiusmodi fuere Manuelis imperii exordia. Quibus ex verbis Manuelis hoc anno Imperium inisse etiam intelligimus. Porro Oxia monasterium erat in insula & monte ejusdem nominis, Chalcedoni proximum, qui mons etiam Auxentii appellationem fuit.

XII. Cinnamus lib. 2. num. 10. loquens de rebus imperante Manuele gestis ait: Sub idem tempus Cosmas (Patriarcha Constantinop.) qui ea tempestate res Ecclesiasticas moderabatur, vir vita integritate & gravitate sermonis illustris, a Sede hanc ob causam depulsus est. Monachus quidam Niphon nomine, qui liberales disciplinas, humanasque scientias ne summis quidem labris degustaverat, etsi sacris a pueritia literis imbutus, cum Michaele viro pio, virtuteque insigni Ecclesiasticam dignitatem regente, haud sana circa Christianam religionem sentire visus esset, ideoque iudicio Synodali fuisset condemnatus, barba ad talos usque protensa, derasa, carceri mancipatur. Refert hanc Synodum Allatius lib. 2. de Consecr. Eccles. Orient. & Occident. cap. 12. ex qua discimus, cum rursus Bogomilorum hæresis repullulascere in Niphone Monacho deprehensa esset, Synodo celebra-

versus se indignatione, quam Deus propter alia ejus bona opera allevare dignetur. Post ejus autem mortem tempore sanctissimi Patriarchæ domini Leonis * al. Sty. Styppe, nonnulli quidem ejus cognati ^{piotæ} & etiam subditi graviter puniti sunt, ut qui sepiissime vaticinati essent, & satanice nefarie operationi toto animo credidissent. Alii autem mediocri supplicio curati sunt, ut qui non sape, nec ex animo malum illud secuti essent. Est itaque canon attendendus, & Dei iudicio relinquenda egrotantium cura, qui solo verbo dissolutas carnes asstringit & colligat; nec tradere se oportet satanicis imposturis, quæ non solum corporum sanitatem auferunt, sed etiam animarum. Hæc Balsamon occasione Leonis Patriarchæ ejusdem canonis acerrimi vindicis, extat ejusdem Leonis decretum de nuptiis duorum fratrum in Codice juris Orientalis, nec non Arsenii, qui post ipsum Patriarcha vixit, licet in catalogo Patriarcharum Constantinopolita-

ta, Niphonem ipsum, nec non Pseudo-Episcopos Clementem & Leontium condemnatos esse a Michaele Oxita, & quod majus est, Cosmam Atticum patria Eginetam, post Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum; quod eundem Niphonem protegeret. Illi Bogomili depreheni sunt, mensis Augusti XX. feria VI. indict. VI. Sententia vero lata mensis Octobris I. feria sexta, indictio VII. [1]

Hoc anno V. Kal. Decemb. congregatus est insignis & celebris Conventus apud Gerundam, in quo a Raimundo hujus nominis IV. Comite Barcinonensi, & dominatore Regni Aragonensis constituta est nova militia ad defendendam Occidentalem Ecclesiam, quæ erat in Hispaniis, ita tamen ut ea semper esset in subjectione & obedientia militiæ Templi Hierosolymitani, ad cujus formam ista constituebatur. Eam ob rem Raimundus Roberto Magistro militiæ Templi, & Successoribus ejus quædam castra tradidit, enumerata in literis fundationis recitatis a Baluzio in Appendice ad Marcum Hispanicam num. 402. Literis subscriptus est inter alios Gregorius Electus Tarracoenensis Archiepiscopus, & Raimundus in qua dicitur tantum gratia Dei regni dominator Ara-

XIII. Institutio novi Ordinis militaris facta a Raimundo IV. Barcinon. Comite.

CHRISTI
1143.CÆLESTINI II. PAP.
I.CONRADI REG. ROM. 5.
MANUELLIS IMP. I.

norum nulla de eo sit mentio. At Nicetas affirmat subrogatum post Leonem Michaellem monachum monasterii Acuti, sic dicti, virum (ut ait) virtute celebrem, & nostris litteris eruditum. Hic ipse dictus est etiam cognomento Oxytas, quod

PAGIUS gonensis; ex quibus patet, Ranimirum Ex regem Archiepiscopatum Tarracoensem renunciaisse, & Raimundum Regis titulum sibi nunquam fuisse, cum in nullis alijs Diplomatis illum usurparit, licet Petronilla ubique Aragoniæ Regina dicta reperitur.

XIV. Vere itaque Guillelmus Neubrigenis lib. 2. cap. 10. post narratam Ranimiri Monachi abdicationem a dignitate Regia subdit: Quibus adis suam invenit, ut regni insignia, idest, corovam & purpuram solemniter sumeret (nempe Raimundus IV.) cum regnum haberet. Negavit se ille hoc facturum, ita allegans. Cum nullus progenitorum meorum super Comitum fuerit, natura sum Comes, quæ contentus, sicut non sum melior, ita nec excellentior esse volo, quam patres mei. Ut ergo in me fortuna naturam non superet, nomen & insignia Regis omitto. Porro ut in me etiam serviat fortuna natura, retento Comitum nomine regni amplitudinem & potestatem non respicio. Huc accedit, quod Regia dignitate assumpta non multis Regibus, in divitiis & gloria cederem. At cum mihi regni sint spes, cum potestate Regia: Barcinonensi Comiti nullus in mundo Comes potest aquari. Proinde malo esse Comitum primus, quam Regum nec septimus. Sic itaque vir mirabilis, nobili quodam Regii honore contemptu vel allegabat, vel iocabatur, cum ab amicis excellentiam induere Regiam monebatur. Nec unquam vel Rex, vel Dux: sed Comes tantum Barcinonensis appellari voluit, licet Ducatum Provinciam, idest, illius regionis, quæ sic dicitur, & a Rhodano usque ad Italia fines extenditur, cum regno Aragonum possideret. Porro ejus filius post decessum patris, juxta materni prerogativam generis a Romano Pontifice in Regem solemniter consecratus.

XV. Anno Domini MCXLIII. per industriam Abbatris Petri Cluniacensis, liber qui dicitur Alchoranus cum tota secta impii & Pseudo-Propheta Mahumet de Arabico in Latinum translatus est,

ex Oxyta insula, in qua suum erat monasterium, eductus esset. In serie Patriarcharum ponitur hic sedisse annos duos & menses octo, indeque se abdicasse, ut suo loco inferius dicturi sumus.

Mil-

&c. & hic erat annus alligera (idest, Hegi-Alcoran. ræ) DXXXVII. inquit Auctor Magni Chronici Belgici pag. 163. [1] Fuit de hac versione loquitur Petrus Venerabilis in Epistola ad Sanctum Bernardum data, quæ libri IV. decima tertia lingua est: *Mis!*, inquit, & novam translationem non Latinam sram contra pessimam nequam Mahumet hæresim versum. disputantem, quæ dum nuper in Hispaniis morarer, meo studio de lingua Arabica versa est in Latinam, &c. Fuit autem in transferendo hæc mea intentio, ut morem illum Patrum sequeretur quo nullam unquam suorum temporum, vel levissimam, ut sic dicam, hæresim silentio praterirent, quin ei totis fidei viribus resisterent, & scriptis ac disputationibus esse detestandam ac damnabilem demonstrarent. Hoc ego de hoc præcipuo errore errorum, de hac face universarum hæresum: in quam omnium diabolicearum sectarum, quæ ab ipso Salvatoris adventu orta sunt, reliquia confluerunt, facere volui: ut sicut lathali ejus peste dimidiis pene Orbis infectus agnosceretur, ita quam sit execrandus & conculcandus, detestata ejus stultitia & turpitudine, a nescentibus agnosceretur. Agnosceris ipse legendo, & sicut arbitror, ut dignum est descriptis: per tam nefarias & abjectissimas sordes tantam humani generis partem deceptam, & a conditore suo per spurcissimi hominis sectam, etiam post Redemptoris gratiam, tam leviter aversam, &c. Petrus Cluniacensis usus est Roberto Retenensi, natione Anglo, Pampeleonæ Archidiacono, qui & Alcoranum in epitomen redegit, quique in Asia inter Saracenos diu versatus fuerat, ut narrat Nicolaus Cusanus in Cribratione Alchorani lib. 1. Roberti versio cum opusculis aliorum Alchoranum refutantibus edita fuit sæculo elapso Nortimbergæ & Basileæ, ut notavit Miræus in Auct. de Script. Eccles. Exspectamus in dies novam & accuratissimam versionem ejusdem Alchorani quæ ab aliquot annis sub prælo sudare dicitur.

NOTÆ [1] Historia hæc paulo confusa a Pagio melius explicanda est ex iis quæ Bandurius Imp. Orient. tom. 2. pag. 635. edit. Venetæ tradit. Igitur concilia duo in causa Bogomilorum celebrata sunt, alterum scilicet ante nonnullos annos quam Cosmas Atticus deponeretur, & in eo primum damnatus fuit Niphon. Secundum vero die 26. februarii feria quarta indictio decima, anno 1147. ut recte emendat Pagius ad annum 1146. 16. Et in hoc demum concilio data fuit sententia depositionis in Cosmam Patriarcham. In ea sententia apud eundem Bandurium post Allatium recitata, disertè id exprimitur, quod a nobis supra paucis verbis explicatum est: *Ante paucos annos synodo coacta rejectum esse monachum ementium Niphonem &c.* Synodus hæc prior alia censenda est ab ea quæ hoc anno 1143. celebrata fuit Constantinopoli, quamque ex Allatio in suam collectionem Veneto-Labbeanam to. XII. col. 1543. doctissimus editionis illius curator transtulit. In ea enim Clemens & Leontius tantummodo de Bogomilorum erroribus convicti damnantur; & ne verbum quidem fit de Cosma & de Niphone. Igitur tres synodos distinguere oportet; altera anno incerto in qua Niphon, alia hoc anno 1143. die XX. Augusti in qua Clemens & Leontius; tertia tandem anno 1147. in qua Cosmas abdicatus fuit. MANSI

NOTÆ [1] A Nnum, quo versio hæc Alcorani procurante Petro Venerabili cœpta fuit, certiore indicat idem Petrus Venerabilis in suo aduersus sectam Saracenorum opere quod libris quatuor complexus fuit, ex quo duo priores libri nuper in amplissima Veterum monumentorum collectione tom. IX. col. 1120. prodierunt. Afferit ibi Petrus procuratam a se fuisse hanc versionem anno quo ipse Hispanias adiit & colloquium cum Adelphonso victorioso Hispaniarum Imperatore habuit, qui annus, addit, ab Incarnatione Domini fuit MCXXI. Usus autem, se in ea re perhibet opera Roberti Keenenensis non Retenensis, Armanni Dalmatæ, Petri Toletani, & saraceni cujusdam nomine Mahumet. Ut annus iste cum anno ab Auctore magni Chronici indicato componatur, reputandum est anno 1141. cœpisse opus, atque anno demum 1143. absolutum fuisse. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1144.

LUCII PAP. II. ANNUS I.

CONRADI REG. ROM. 6. MANUELIS IMP. 2.

I. Cælestini II. Papæ obitus.

Milleſimus centesimus quadrageſimus quartus, Indictione ſeptima, ſequitur annus, quo Cæleſtinus Papa, ubi ſediſſet menſibus quinque & diebus decem & tribus, obiit octavo Idus Martii. Ita Vaticanus codex de vitis Pontificum, ubi & iſta notata habentur: Hic fecit ordinationem per menſem Decembrem, in qua creavit diaconos ſeptem, presbyteros per diverſa loca, & Episcopos per diverſa loca. . . . Defunctus eſt apud Palladium octavo Idus Martii, & in Eccleſia Lateranenſi tumulatus.

Lucii Papæ II. creatio.

Cumque vacaſſet Sedes die una, ſuffeſtus eſt in locum ipſius Gerardus Camerarius presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem, ex ordine Canonico regularium, cujus primordia hæc deſcribuntur in dicto codice Vaticano: Hic fuit ex provincia Emilia, patria Bononiensis, ex patre Viteo. Hic aſſumptus eſt a domino Papa Honorio in titulo ſanctæ Crucis, & creatus Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius, ſuamque Eccleſiam ſicut bonus paſtor, tam in aſſectis, quam in poſſeſſionibus multum ac plurimum augmentavit, & divitem de pauperima fecit. Fabrica autem ipſius Eccleſiæ a ſummo uſque deorſum in melius reſormata, & Clauſtrum cum omnibus officinis de novo aſſecavit, & Conventum ibidem Canonico regularium, Deo auctore, conſtituit. Hunc autem præclarum virum pro ſcientia & vitæ ſuæ meritis Papa Innocentius poſt mortem HaimERICI Cancellarii arctius ſibi aſſinxit, & Cancellarium Apoſtolicæ Sedis conſtituit, atque in obitu ſuo tamquam præcipuo & digniori Eccleſiæ membro bona Eccleſiæ commiſit. Hic tamquam vir prudens & fortis, habito cum Eccleſiæ fidelibus conſilio, Senatores, qui contra prohibito-

nem prædeceſſoris ſui Papæ Innocentii Capitolium conſcendere, Senatam abjurare coegit: tamen ab hoc anno tempus reſtituti Senatus eos numerare conſueviſſe ipſorum publica monumenta docent inferius recitanda.

Repentina ægritudine occupatus convaluit, ut patet ex litteris ejuſdem Lucii, quibus narrat ſibi etiam laborandum adverſus Rogerium Siciliæ Regem, quem patiebatur infeſtum; de his enim & aliis hæc ſcripſit ad Petrum Cluniacenſem Abbatem: (a)

Lucius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Petro Cluniacensi Abbati salutem, & Apostolicam benedictionem: Dilectionis tue litteras debita benignitate suscepimus, & petitiones tuas, quæ nobis & fratribus nostris rationabiles viſe ſunt, libenter admiſimus. De ſtatu vero noſtro te ſollicitum cognoſcentes, ſcire te volumus, quia omnipotens Dominus ſua nos gratia viſitavit, caſtigans caſtigavit, ſed mori non tradidit. Per ipſius miſericordiam convaleſcimus, & priſtinam ſanitatem in brevi nos recepturos ſperamus. Ad colloquium Regis Sicilia condeſcendimus; & quia ad honorem Dei & Eccleſiæ ſuæ firmam pacem cum eo facere non potuimus, inſtanti tamen ipſius violentia nos cogente, treugam cum eo compoſuimus. Placet autem nobis, ut ſicut litteris tuis nobis ſignificavi, tredecim de Fratribus tuis, quam citius poteris, ad nos tranſmiſiſſas, quia nos, Domino auxiliante, eos honeſte recipere, & ad honorem Dei & Cluniacenſis Eccleſiæ collocare curabimus. Sanctam Congregationem veſtram pro nobis orantem gratia divina cuſtodiat, & ab omnibus peccatis abſolvat. Datum Laterani decimo Kalend. Octobris. Hæc Lu-

Tempus reſtituti Senatus.

(a) Pet. Cl. l. 5. ep. 19.

II. Lucii Papæ epiſtola de reb. ſuis.

errorem irrepreſſe vel in dies, quibus ſupra menſes quinque ſedit, vel in diem ejus emortualem, uti numeranti patet. Quare Sigonius in Hiſt. de Regn. Ital. lib. XI. & Onuphrius in Chron. Eccleſ. quos verofimile eſt, Codicem illum Vaticanum legiſſe loco, VIII. Idus Martii, recte habent VII. Idus Martii; ſic enim Cæleſtinus mortuus die nona menſis Martii Eccleſiam Romanam rexit menſes quinque & dies tredecim, quod & Martinus Polonus, Urſpergenſis in Chron. Auctor magni Chronici Belgici pag. 168. & VIII. Catalogus noſter tradunt. Ceccanus in Chron. & Catalogus noſter VII. qui habent dies quatuordecim, diem ſepulturæ ſeu diem X. Martii in ſummam conferunt.

Post triduum Cardinales convocati Gerardum Caccianimicum, civem Bononiensem, quem Honorius II. ex Canonico Regulari Cardinalem crearat, ſublegere, eoque conſecrato Lucium ſecundum appellarunt, inquit Sigonius citata-

CHRISTI 1144.

LUCII PAP. II.

CONRADI REG. ROM. 6. MANUELIS IMP. 2.

Lucius Papa ad Petrum Abbatem Cluniacenſem. Quæ autem ſtabilita fuerint inter Regem Rogerium & Romanum Pontificem pacta, dicetur inferius ex litteris Romanorum ad Conradum. Porro Petrus ipſe, ubi idem Lucius creatus eſt Pontifex, ad eum in Urbem venerat, eo-que ſalutato rediens Cluniacum, de reditu ſuo & ſtudio Cluniacenſium erga eum, deque monachis illi mittendis ad

eundem Papam epiſtolam (a) ſcripſerat, quæ extat: ad quam Papa recitataſuperius litteras reddidit.

Miſit ex juffione ejuſdem Pontificis tredecim monachos Cluniacenſes Petrus, ac per ipſos (b) litteras dedit ad eundem Lucium Papam, quibus eos mirum in modum commendavit rogans, ne dividerentur ab invicem. Hos ergo Lucius Papa collocavit Romæ in faſofo mo-

PAGIUS. tatus, quod & Onuphrius etiam habet; afferens eum renunciatum Pontificem quarto Idus Martii, & conſecratum proxima Dominica; ſed cum dies XII. menſis Martii hoc anno in Dominicam incidit, ejus electionem & conſecrationem eadem die peractas exitimandum. Mabillonius in Itinere Italico pag. 199. loquens de Abbatia Sancti Salvatoris in urbe Bononiensis ſita, quæ caput eſt Congregationis Canonico regularium S. Auguſtini, ait quatuor a Bononia paſſuum millibus extare ejuſdem Congregationis Abbatiam Beatæ Mariæ de Rheno, ex qua, inquit, Lucius II. ad Pontificatum aſſumptus fuit, antea Gerardus dictus: cujus mentio eſt in Necrologio loci, tum ad XI. Kalend. Octob. quo die coronatus eſt anno MCXLIV. tum ad VIII. Kal. Septemb. qui dies ejus ſupremus fuit anno ſequenti. Verum jam ſæpius monuimus hujusmodi annotationes Martyrologiis & Necrologiis non raro inſerſas eſſe: quod eſt iſta negari non poteſt, ut tam ex. mox dicitis, quam ex infra dicendis perſpicuum fit; cum enim nonniſi de uno aut altero die quoad aſtem emortualem Cæleſtini II. diſſidium ſit inter Auctores, coronatio Lucii II. ejus ſucceſſoris in menſem Septembrem diſſerri non potuit.

III. Chronographus Mauriniacensis pag. 287. de Cæleſtini II. morte, & Lucii II. initio ait: Mors nemini parens tantum Pontificem VII. infulationis. ſua menſe (utrimque ſcilicet incompleto. & paucis diebus conſtante, quod paſſim variis exemplis indicavimus) ſaculo pramaturæ abſtractione eripuit; quo ergaſtulo carnis exuto, ſubſtitutus eſt in Papam Lucius, Gerardus de Sancta Cruce, qui & ipſe ſtrenuiſſimus erat ſed & morte citius præoccupatus eſt. Hic diverſarum Eccleſiarum ſtatui conſulere volens, Aſios Legatos a latere ſuo mittere curavit, Albericum Oſtienſem in Franciam, [1] Haimerum Tuſculanenſem in Angliam. Haimerus, ſeu, ut rectius alii, Ignarus vel Ymarus, ex Monacho Cluniacenſi S. Martini a Campis Prior Caritatis ad Ligerim, dein Abbas monaſterii novi apud Piclavos, ac demum Cardinalis ab Innocentio II. creatus & Tuſculanenſis Eccleſiæ titulo decoratus memoratur & laudatur in Chron. Cluniacenſi, ubi fermo eſt de Pontio I. Abbate Cluniacenſi, ac de eo inter alia dicitur, ſub Lucio Papa Legatione fundum eſſe in Angliam,

& ad ſubvertendum judicium nullis potuiſſe pecuniis expugnari. De eo legendus Baronius in ipſo ſine Appendicis ad Tomum XII. & quæ de Ymari morte anno MCLXXXV. dicemus; hunc enim ſub Lucio III. Legationem illam obiſſe credidit Cardinalis doctiſſimus.

IV. Lucium II. ſub hujus anni ſinem Ymarus e legatione Anglicana ad Gallianam tranſtulit, eruo. ex Tomo III. Spicilegii Dacheriani lib. I. Hiſtoriæ Vezeliacenſis pag. 473. & ſeqq. Scribit Lucius ad Pontium Abbatem Vezeliacenſem, ejuſque fratres Paſchalem II. Episcopos Galliarum mandaſſe, ut interfectores Artaldi Abbatſis ſui in exilium detruderent, & impedirent ne hujusmodi homicidæ in monaſterio Vezeliacenſi habitarent. Epiſtola data eſt Laterani VI. Idus April. Tum alias litteras dedit ad S. Bernardum Clarevallentem Abbatem, dicens ſe accepſiſſe Guillelmum Nivernenſem Comitem contra Sedis Apoſtolicæ auctoritatem a Pontio Abbate Vezeliacenſi exigere, ut de qualibet quærimonia cum hominibus ſuis in Curia ſua reſpondeat: Ideoque, ſubdit, per Apoſtolicam ſcripta mandantur, quatinus eundem Comitem ex noſtra parte diligenter commoneas, ut &c. ab hujusmodi exactione deſiſtat, aut in preſentia Venerabilium fratrum noſtrarum A. Oſtienſis & I. Tuſcul. Episcoporum, Apoſtolicæ Sedis Legatorum, juxta tenorem Sedis Apoſtolicæ Privilegiorum, quod juſtitia diſtaverit, ab eodem Abbate recipiat, &c. datum Laterani XIII. Kal. Decemb. Ex litera leguntur nunc Tom. X. Concil. in Lucio II. ex iſſeque evidenter deducitur, electionem aut coronationem Lucii II. recte a nobis fuiſſe conſignatas. Secundo, Ymarus menſe Novembri hujus anni Sanctæ Sedis Legatum in Francia extitiſſe; & cum omnia in Anglia turbata eſſent, ſuſpicio eum cito ex ea reverſum. Tertio, Willelmum illum ſecundum ordine fuiſſe; cum Willelmus III. ejus filius Principatum Nivernenſem nonniſi poſt triennium ex infra dicendis inierit.

V. Ad num. III. Tom. X. Concil. referuntur aliquæ Epiſtolæ Lucii II. hoc anno datæ, Lucius quarum in Annalibus mentio non eſt. Hic tantum aliquid dicendum de Epiſtola ordine VI. ad Petrum Venerabilem Cluniacenſem Abbatem, cujus Baronius meminit, ſubſcriptio enim obſervatu digna; cum ex ea, qua incarnationis Era Lucius II. uſus ſit, nobis in-

PAGIUS SÆC. XII. An. Æ. ræ Hiſp. MCLXXXII. An. He. gira D. XXXIX. inchoato die 4. Julii fer. 3. A. C. 1144. I. Obitus Cæleſtini II. PP.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6637.

5. BA. 5. P. 26. Mart. Indi. 7.

JESU CHRISTI 1144.

LUCII II. PAPÆ I.

CONRADI III. REG. 7.

MANUELIS COMNENI IMP. 2.

AD num. I. & ſeq. Cæleſtinus II. hoc anno, poſtquam ſediſſet menſibus quinque, & diebus decem & tribus, obiit VIII. Idus Martii, inquit Baronius ex Vaticano Codice de Vitis Pontific. Sed cum certum ſit, eum die viceſima ſexta menſis Septemb. anni ſuperioris Pontificem creatum, manifeſtum eſt,

NOTÆ [1] Quo tempore Albericus iſte Oſtienſis legationem in Galliis obibat, vel circa illos annos concilium Bellicenſe in Gallia celebratum fuiſſe, docet nos Stephanus Viernenſis archiepiscopus in epiſtola ad eundem Albericum vulgata in Anecdotis Martenii to. I. col. 397. quam ſic exorditur: Poſt Bellicenſe concilium ubi archiepiscopus Lugdunensis adverſum me tanta impietate malignatus eſt, ad dominum papam humiliter veniens, noviſſime obtinueram ut cauſa mea ante veſtram preſentiam terminaretur. Accuſabatur autem præful iſte de variis & turpibus criminibus, de ſimonia, laſcivia, adulteratione monetarum &c. ut ipſe in eadem epiſtola prodit. Concilii hujus nec nomen quidem in Collectionibus legitur. MANſI

(a) Id. 1. 3. ep. 24. Datum Clunia. Monast. S. Sabbae.

(b) Id. 1. 3. ep. 21. Dux Portugall. voluntario censu subicit Ducat. Rom. Eccl.

IV. Luc. Pap. interpellat Conrad. adversus Rom. (c) Otto Fris. 1. 7. c. 31.

PAGIUS

monasterio S. Sabbae, ut apparet ex eisdem Petri (a) litteris ad Eugenium Lucii successorem Romanum Pontificem, cum & ostendit eosdem monachos inde fuisse pulsos atque verberatos, ab Eugenio autem Papa benigne susceptos. Sunt haec ejus ad Eugenium verba: Unde hoc tam antiquo usu, quam jam experta erga nos in expulsiōne fratrum nostrorum de S. Sabba, pastorali dilectione ac studio vestro, quos effectos suscepistis, desolatos aluistis, verberatos confovistis, &c. A quibusnam talia passi sint, praeterquam ab Arnaldistis Romanis, non invenimus. Extant & aliae (b) ejusdem Petri ad eundem Lucium Papam commendaticiae litterae pro Aurelianensi Episcopo.

Hujus Pontificis tempore Alfonso Portugalliae Dux pietatis ergo suum Ducatum constituit Romanae Ecclesiae vestigalem annuo censu unciarum auri quatuor. Testatur id Innocentius Papa Tertius epistola centesima libri primi epistoliarum ejus. Ita quidem, dum Romani rebellant, & adversantur, longe positi Principes ab extremis terrae laudant & praedicant Romanam Ecclesiam; & cum resistunt illi, isti accurrunt spontanea subjectione.

Quantum autem a Romanis rebellantibus vexatus fuerit Lucius Papa, litterae ejus ad Conradum Regem ostendunt, quas recitat (c) Otto Frisingensis hujus temporis auctor, qui & ita praemittit: Per idem tempus Lucius Papa, vir pro mansuetudine & humilitate sui officio sacerdotali dignus, Caelestini, qui non plene sex mensibus federat, successor, gravem a civibus persecutionem passus, humiles ad Regem Conradum, tam suam oppressionem continentes, quam de incolumitate & prosperitate ejus Deo gratias agentes, ipsamque ad patrocinium Romanae Ecclesiae invitantes, litteras mittit in hunc modum:

Lucius Episcopus servus servorum Dei charissimo filio Conrado Romanorum Regi illustri salutem & Apostolicam benedictionem.

notescat: Datum Romae per manum Baronis S. R. E. Subdiaconi XVI. Kal. Februarii, indict. VIII. Incarnat. Dominica anno MCXLIV. Pontificatus vero Domini Lucii II. Papa, anno primo. Ea Epistola non hoc anno, quo eam Baronius memoravit, sed sequenti scripta, ut indictio VIII. Kalendis tantum Septemb. hujus anni inchoata demonstrat. Quare Lucius II. annum Incarnationis a die XXV. mensis Martii inchoavit, quod & postea in usu fuit. In ea Epistola Lucius II. scribit, in monasterio S. Sabbae a Gregorio M. Romae fundato religionem lapsam esse, mores corruptos & possessiones distractas, seque illud eidem & successoribus in perpetuum committere. Quoad litteras Alphonsi Portugalliae Principis, quibus

Omne datum optimum, &c. Populus enim Romanus nullas insaniae suae metas ponere volens, Senatoribus quos ante instituerant, Patricium adiciunt, atque ad hanc dignitatem Jordanem Petri Leonis filium eligentes, omnes ei tamquam Principi subiciuntur. Hucusque ex Lucii epistola Otto, quibus ista subiicit, dicens: Deinde Pontificem suum adveniunt, ac omnia regalia ejus tam in Urbe quam extra possessa, ad ejus Patricii sui reposcunt; eumque more antiquorum sacerdotum de decimis tantum & oblationibus sustentari oportere dicentes, de die in diem animam justis affligere non timeverunt. Haec ipse. Subiicit autem de ejus obitu, sed de eo suo loco anno sequenti.

Ab obitu namque Caelestini hoc anno (ut ait idem Otto in Friderico) invalescere coepit istiusmodi rebellio Romanorum adversus Pontificem, eademque haereticis dicta Politicorum, sive alio nomine (si ab ejus haeresiarcha denominare magis placeat) Arnaldistarum, ab Arnaldo Brixiano, sub Innocentio (ut dictum est) vulgari coepit; damnata vero cum auctore ab eodem Pontifice in Concilio Lateranensi. Quomodo autem idem haeresiarcha post obitum Lucii se ad Urbem contulerit, suo loco dicendum. Ea erant tempora infelicissima, cum Romani ipsi, quorum fides in universo Orbe jam a tempore Apostolorum annuntiata semper fuit, resistentes modo a Pontifice dominandi cupidine, ex filii Petri, & discipulis Christi, fiunt soboles & alumnus pestilentissimi Arnaldi de Brixia. Ut non mireris, si in Romanos hujus temporis sanctus Bernardus (ut suo loco dicitur) vehementer commotus, adversus eos ferreo stylo acuto valde pugnarit. Verum cum tu Romanos audis, ne putes omnes eadem insania percitos, & furore agitados: nam complures ex nobilium Romanorum familiis, iis relictis, pro Pontifice rem agebant, quamvis multa paterentur ab istis: haec ut intelligas, sunt hic recitandae litterae eorum delirantium haereticorum, qui ut se excularent, & ad se favorem al-

Romanae Ecclesiae Ducatum suum vestigalem reddidit, anno MCXL. eas a Baluzio V. Cl. e tenebris erutas fuisse diximus; Baronii enim tempore non extabant.

A num. IV. ad IX. Cum Lucius II. a Romanis persecutionem pateretur, Conradum Romanorum Regem adversus eos interpellavit. Scripsere & ad Conradum Regem Arnaldista seu rebelles adversus Pontificem Romanum, eumque Romam vocarunt. Sed Conradus eorum Legationem depexit, quae a Baronio ex Ottone Frisingensi lib. 7. cap. 31. narratur. Addunt Arnaldista se accepisse concordiam factam inter Siculum & Papam. Ad horum majorem intelligentiam, & majorem Annalium Ecclesiast. illustrationem haec addam. A. no.

Rom. de generes Haereticum fecerunt Arnaldi.

VI. Lucius II. a Rom. rebellibus vexatur.

(a) Ott. Fris. de gest. Frid. 1. 1. c. 27. 28. * Arnaldus.

V.

licent Christianorum Principum, potissimum vero Regis Romanorum Conradi: haec se ipsius nomine facere, pro ipso laborare, litteris significarunt, quas recitat Otto Frisingensis in Friderico: hic autem suo loco ad fidem pleniorum rerum gestarum reddendae, quibus idem qui eas recitat (a) Otto, ista praemittit: His diebus * Arnaldus quidam religionis habitum habens, sed cum minime (ut ex doctrina ejus patuit) servans, ex Ecclesiastici honoris invidia Urbem Romam ingreditur, ac Senatoriam dignitatem, equestrisque ordinem renovare ad instar antiquorum volens, totam pene Urbem, ac praecipue populum adversus Pontificem suum concitavit. Unde & ad eorundem temeritatis, vel potius fatuitatis corroboracionem ab eis ad Principem destinatum tale respicitur: Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

nonymus Casinensis in Chron. ad an. MCXLII. qui nobis est MCXLIII. de Rogerio scribit: Rex iterum ad hunc locum venit (nempe ad montem Casinum). Terra Masorum (est circa Celanum & lacum Ficinum) se ei tradidit. Joannes vero Ceccanus in Chron. Rex Sicilia venit Arcim & insit in suo jure. . . filii Regis ceperunt totam terram Masorum. Laudatus Anonymus Casinensis queritur de Rogerio Rege, atque: Thesaurus hujus loci omnem cum tabulis ante altare tollit, praeter Crucem majorem cum ciborio & tribus tabulis altaris. Haec anno superiori gesta. [1] Hoc etiam anno Joannes Ceccanus habet: Venit Rex Sicilia in mense Junio Ceperanum

VII.

NOTAE

[1] EX codice epistolarum Wibaldi abbatis Stabulensis, & Corbeiensis Conrado II. regi perfamiliaris, vulgato in collectione Martenii to. II. plura eruuntur, quae historiam hanc de Romanorum in pontifices perduellione, eorumque cum eodem Conrado occultis molitionibus mire illustrant, & emendant. Igitur ex earundem epistolarum contextu intelligimus, Conradum foedus inivisse cum Graecorum imperatore Emmanuele; atque ex ejus Graecorumque consuetudine ab ardenti sua in Romanam ecclesiam charitate deferuisse. Vide epistolam CCXXV. ad G. cardinalem. Acciderunt haec omnia quo tempore Conradus ab expeditione Ierosolymitana redux Constantinopoli aliquandiu subsistit, nempe anno 1148. Scribit enim in eadem epistola Wibaldus hominem fastu & inobedientia Graecorum aliquantulum corruptum longa cohabitacione, & assidua colloquutione &c. tandem ad ecclesiae obsequium sese perduxisse. Circa id tempus Romani perduelles Pontificem ex urbe expulerant, quod in annum 1150. Pagius reiecit. Ea de causa literas ad imperatorem dederunt quas ex Frisingensi Baronius recitat & Pagius hic anno 1144. 6. commemorat, sed non suo loco; cum in eadem epistola Wibaldus illarum meminerit, easque datas fuisse mense Januario affirmat. Ex hoc autem colligitur Eugenium anno 1150. ipso Januario mense depulsum ex urbe exulasse. Praeter epistolas Romani senatus aliae duae ejusdem argumenti ab amplissimis Romanae curiae viris ad imperatorem datae sunt, quarum omnium unum est argumentum, ut quantocius Romam se conferens jus suum adversus papam & Siculum tueatur. Nec segnior fuit pontifex cum suis; ut enim causam suam tuerentur literas ad familiares imperatoris, maxime ad Wibaldum dederunt. Extat num. CXIV. epistola Guidonis diaconi cardinalis & S. R. E. cancellarii ad eundem, qua Pontificis causam commendans memorat pontificem illum post imperatoris in expeditionem Ierosolymitanam discessum omni sollicitudine curasse ut Henricus filius ejus quietam regni administrationem haberet, imminensque illi bellum averteretur. Wibaldus tum religione, sua cum his amici literis incitatus id effecit ut motus omnes sopirentur, & Conradus in signum obsequii sui Henricum ablegatum suum ad papam mitteret, cum epistola observantiae plena, quae hic num. CXXVI. recitatur. Ex hac usque dictis constat ea quae Baronius, & Pagius cum anno 1144. quo sacris praerat Lucius II. illigat, in annum 1150. pontificatum agente Eugenio III. referenda esse; neque his repugnat Otto Frisingensis loco a Pagio notato; ille enim motus hocce Romanorum, eorumque ad Imperatorem epistolam referens nihil addit, quod Lucium potius, quam Eugenium designet. MANSI

Excellentissimo atque praeclearo Urbis & Orbis totius domino Conrado Dei gratia Romanorum Regi semper Augusto, Senatus populusque Romanus salutem, & Romani Imperii felicem & inclytam gubernationem.

Regali excellentiae per plurima jam scripta nostra facta & negotia diligenter exposuimus, & quomodo in vestra fidelitate permoneamus, ac pro vestra Imperiali corona exaltanda & omnimodo augenda quotidie decertamus. Ad quae quia regalis industria (ut postulavimus) rescribere dignata non fuit: plane tanquam filii, & fideles de domino & patre satis miramur. Nos enim quidquid agimus, pro vestra fidelitate, & honore facimus. Et quidem regnum & Imperium Romanorum vestro a Deo regimini concessum exaltare atque amplificare cupientes, in eum statum, quo fuit tempore Constantini

Romano- rum Ar- naldista- rum ep- ad Con- radum. Regem Roman.

& Dux filius ejus intravit in terram S. Petri, & cepit eam; & in Anonymo Casinensi legitur de Rogerio Rege: Iterum ad hunc locum veniens cum Papa loquitur, & discordans Papa recedit. Rex partem Campaniae cum Tarracina cepit; Bercular obsedit, deinde quodam pacto facto, qua ceperat, reddidit; Siciliam abiit. Obiit Alfusus Princeps, & frater ejus Guillelmus fit Princeps. Ubi Principis nomine intelligit Capuae Principem, cum Guillelmus jam Princeps Tarenti esset, & eam dignitatem a Rogerio Rege patre obtinuisse, uti asserit Hugo Falcandus in sua Historia. Peregrinus in Notis ad Anonymum Casinensem, ait, in MS. Montis Casini haec verba legi: Rex ito- rum

Gesta a Rogerio Rege in Regn. Neapol.

CHRISTI
1144.

LUCII II. PAP.
I.

CONRADI REG. ROM. G.
MANUELIS IMP. 2.

rini & Justiniani, qui totum Orbem...
vigore Senatus & Populi Romani suis te-
nuere manibus, reducere, Senatu pro his
omnibus Dei gratia restituito, & eis, qui
vestro Imperio semper rebelles erant, qui-
que tantum honorem Romano Imperio sur-
ripuerant, magna ex parte conculcatis:
quatenus ea quae Caesari & Imperio debere-
ntur, per omnia & in omnibus obtineatis, ve-
hementer atque unanimiter satagimus atque
studemus. Et ob hujus rei effectum, bonum
principium ac fundamentum fecimus. Nam
pacem & justitiam omnibus eam volentibus
observamus, fortitudines, id est turres &
domos potentum Urbis, qui vestro Imperio
una cum Siculo & Papa resistere parabant,
cepimus, & quasdam in vestra fidelitate te-
nemus, quasdam vero subvertentes solo
coaquavimus. Sed pro his omnibus, quae
vestrae dilectionis fidelitate facimus, Pa-
pa, Frangipanes, & filii Petri Leonis,
homines, & amici Siculi, excepto Jorda-
ne, nostro fidelitate in vestra vexilli-
fero & adjutore: Ptolomeus quoque, &
alii plures undique nos impugnant, neli-
bere (ut decet) Imperialem regio capi-
ti valeamus imponere coronam. At nos,
quoniam amanti nullus labor gravis est,
licet inde plurimam damna sustineamus:
pro vestro amore, & honore gratanter
patimur. Scimus namque nos a vobis pro-
inde premium sicut a patre, accepturos;
vosque in eos sicut in Imperii hostes, vin-
dictam daturos.

VI. Cum tanta igitur nostra in vobis fideli-
tas sit, tantaque pro vobis sustineamus:
precamur ne spes ista nobis deficiat, ne
regia dignitas nos vestros fideles & fi-
lios despiciat. Neque si in regalibus au-
ribus aura sinistra de Senatu, & nobis
flaverit, in eam intendat, aut respiciat;
quia qui de nobis vestrae altitudini ma-
lu suggerunt, de vestra & nostra (quod
absti) diffensione latari volunt; & utro-
que, ut soliti sunt, callide opprimere
moluntur. Sed circa haec, ne fiant, re-
galis prudentia, ut decet, sollicita sit

PAGIUS rum ad hunc locum veniens, Ceperanum abiit,
ubi cum Papa loquitur, & discordantes Papa
recedit, &c. & haec notat: Caesetini Pontifi-
cis obitus in annum incidit MCKLIV. & men-
sem Martium. Quo quidem anno, sicut
hoc etiam loco Anonymus tradit, Anfu-
sum Capuae Principem diem obiisse, eique
a patre ac Rege Rogerio suffectum, tum
in eodem Principatu, tum in Ducatu Nea-
polis alterum filium, nomine Guillelmum,
ex antiquis manifestum est Chartulis. Ita
ille qui debuisset aliquam ex Chartis illis ci-
tare; cum Falco Beneventanus in Chronic.
affirmit Neapolitanos sese Rogerio Regi & Ro-
gerio Duci, non vero Principi Alphonso sub-
didisse. Si chartae illae clare in favorem Guil-
elmi se expriment, Rogerium Ducem jus
suum in Neapolim Guillelmo fratri cessisse
oportet, & forsan ut ab eo Tarentum acci-
peret.

& provida. Reminiscaturque vestra so-
lertia, quot & quanta mala Papalis Cu-
ria, & dicti quondam cives nostri Imp-
ratoribus, qui fuerunt ante vos, fece-
runt, & nunc deteriora vobis cum Siculo
facere tentaverunt. Sed nos Christi
gratia in vestra fidelitate viriliter eis
resistimus, ac plures ex illis ab Urbe si-
cut pessimos hostes Imperii, ut sunt, pepu-
limus. Appropinquet itaque nobis Imp-
erialis celeriter vigor: quoniam quidquid
vultis in Urbe obtinere, poteritis. Et ut
breuiter ac succincte loquamur: poterit
in Urbe, quae caput Mundi est (ut opta-
mus) habitare, toti Italia ac regno Teu-
tonico, omni clericorum remoto obstacu-
lo, liberius & melius, quam omnes fere
antecessores vestri, dominari valebitis.
Sine mora ergo, precamur, ut veniatis; &
interim de statu vestro, quem semper do-
sideramus salubrem & prosperum, de his
regalibus litteris ac nuntiis nos iustificare
dignemini. Sumus enim per omnia ve-
stra voluntati semper obtemperare parati.
Sciatis praeterea, quia portem Milvium
extra Urbem parum longe, per tempora
multa pro Imperatorum contrario destru-
ctum, nos, ut exercitus vester per eum
transire queat, ne Petri Leonis per Ca-
stellum S. Angeli vobis nocere possint,
ut statuerant cum Papa & Siculo, ma-
gno conamine restauramus, & in parvi
temporis spacio, muro fortissimo & sili-
cibus, iuvante Deo, complebitur.

Concordiam autem inter Siculum &
Papam hujusmodi esse accepimus. Papa
concessit Siculo virgam & anulum, dal-
maticam & mitram atque sandalia. Et
ne illum mittat in terram suam Lega-
rum, nisi quem Siculus petierit. Et Si-
culus dedit ei multam pecuniam pro de-
trimento vestro, & Romani Imperii, quod
Dei gratia vestrum existit. Haec omnia
sollicite vestra animadvertat, optime Rex,
prudentia. Salutationem autem sequen-
ti pentateicho impertiunt:

Rex

VIII. Subjungit Peregrinus: Hugo itaque Falcan-
dus certe est memoria lapsus, Guillelmum
hunc ex Tarenti Principe in Regni collegam
& successorem a patre dicens postea adici-
tum, quem rectius Romualdus Salernitanus,
non tamen sine novo errore, ex Capuae Prin-
cipe in Regem evectum notat; dudum enim
ante Anfuli mortem in fata etiam concessit
rat Tancredus Tarentinus, qui Barenis quo-
que dictus est Princeps; Duxque Apuliae
Rogerius in anno MCKLVIII. post Anfuli
sum e vivis & ipse abierat, solusque patri
remanerat praefens Guillelmus. Ita Pere-
grinus. Verum Falcandus de solo Tarenti Prin-
cipatu loquitur, quia hic primus Guillelmi ti-
tulus fuit, & Romualdus de solo Principatu
Capuano, quia is conterminus, & Salerno
cujus Romualdus Archiepiscopus erat, vici-
nus. Praeter haec Anonymus Casinensis hoc
an-

Rom. Ar-
nalditas
vocat
Roman
Conra-
dum.

VII.
Quibus
pactis i-
nita cum
Roger.
concor-
dia.

CHRISTI
1144.

LUCII II. PAP.
I.

CONRADI REG. ROM. G.
MANUELIS IMP. 2.

Salutatio. Rex valeat, quidquid capit, obtineat,
super hostes
Imperium teneat, Roma sedeat, re-
gat Orbem
Princeps terrarum, eum fecit Justinia-
nus.
Caesar accipiat Caesar, quae sunt sua
Praesul,
Ut Christus iussit, Petro solvete tri-
butum.

Nos de cetero Legatos nostros precamur,
ut benigne recipiatis & quod vobis di-
xerint, credatis; quia scribere cuncta
nequivimus. Sunt enim nobiles viri Gui-
do Senator, Jacobus filius Sixti procu-
ratoris, & Nicolaus eorum socius. Huc-
usque Romanorum Arnalditarum litte-
rae ad Conradum.

Quanti autem eas fecerit Conradus,
idem Otto sic docet: At Christianissimus
Princeps hujusmodi verbis sine na-
nitis praebere aures abnuvit. Quinimo ve-
nientes ad se ex parte Romanae Ecclesiae
viros magnos & claros, quorum unus
Guido Pisanus ejusdem Curiae Cardinalis
& Cancellarius erat, renovationemque

Epitaph.
Petri
Leonis.

PETRI
LEONIS

Præterit ut ventus Princeps, seu Rex opulentus,
Et nos ut fumus, pulvis, & umbra fumus.
Tot, tantisque bonis pollens Petrus ecce Leonis,
Respice quam modico nunc regitur tumulo.
Vir fuit immensus, quem proles, gloria, census
Sustulit in vita, non sit ut alter ita.
Legum servator, patriæ decus, Urbis amator,
Extruxit celsis turribus astra poli.
Omnia præclara mors obtinebravit amara,
Nominis ergo Dei gratia parcat ei.
Junius immundo fulgebat sole secundo,
Separat hunc nobis cum polus atque lapis.

In ipso sepulcro:

Te Petrus & Paulus conservent Petre Leonis,
Dent animam caelo, quos tam devotus amasti.
Et quibus est idem tumulus, sit gloria tecum.

IX.

Sed oratio petat externa.
Hoc eodem anno, flagrante bello ci-
vili in Ecclesia Anglicana, divina ultio
adversus profanatores Ecclesiarum multi-
pliciter est demonstrata. Res tunc gestas
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

anno habet: Jordanus filius Petri Leonis cum
Senatoribus & parte totius populi minoris con-
tra Papam rebellat. Quibus lucem accipiunt
quae Baronius num. I. ex Ottone Frisingensi
lib. 7. cap. 31. narrat, nempe ab hoc anno
Romanos tempus restituti Senatus numerare
consuevisse, ipsorum publica monumenta do-
cere. Sigonius vero lib. XI. Hist. de Regn.
Ital. refert Romanos instituisse hoc anno Pa-
tricum, & eam dignitatem detulisse ad Jor-
danem Petri Leonis filium, eique vestigalia
omnia Pontifici crepta attribuisse.

IX.

Ad num. IX. & seq. Guillelmus Neobur-

antiquorum privilegiorum suorum postu-
lantes, honorifice suscepit & honeste di-
misit. Haecenus de his Otto. Audisti
Elector, ex adversariorum testimonio,
non omnes Romanos, Arnalditas fuisse
haereticos, immo nobiliores tum tem-
poris permanisse constantes gloria con-
fessionis illustres. Licet enim a concivi-
bus plurima paterentur, ab Ecclesia ta-
men nullatenus desciverunt: ut inter
alios Frangipanum familia, quae perstans
in fide diluit eam quam contraxerat de-
decoris notam tempore Gelasii Secundi:
cui (ut vidimus) hostiliter est adver-
sata; sic & filii magni illius Petri Leo-
nis, uno (ut audisti) Jordane excep-
to, inter Arnalditas proficente. Quod
autem in eadem epistola nulla de ipso
Petro Leonis parente mentio fiat, quem
haud pridem subscripsisse novimus publi-
cis monumentis: conici satis potest e-
um his diebus ex hac vita migrasse, se-
pultumque fuisse in atrio basilicae sancti
Pauli, ubi in tabella marmorea parietem
imposita supra sepulcrum legitur ejusmo-
di epitaphium:

Romani
gloriosi
Confes-
sores.

Uisio in
eos qui
Eccl. in
munitione
nem cor-
verten-
runt.

sic narrat Rogerius in Annalibus: Mense
autem Augusti miraculum justitia sua di-
vinum virtus divina monstravit. Duos
namque, qui monachis evulsis, Ecclesias
Dei converterant in castella, similiter pec-
L 111 2 san-

gensis, qui hoc tempore vivebat, lib. 1. cap. Miser sta-
22. miserum Angliae statum hoc modo reprae-
sentat: In diebus illis non erat Rex in Israel,
sed unusquisque quod rectum sibi videbatur, fa-
ciebat. At in Anglia sub Rege Stephano, pejus
suebat; nam quia tunc impotens erat Rex, &
per Regis impotentiam languida lex; quibus-
dam quod rectum sibi videbatur, agentibus
multi, quod infusa ratione malum esse sciebant,
sublato legis & Regis metu, proclivius facie-
bant. Et primo quidem videbatur Regnum An-
gliae scissum esse in duo: quibusdam Regi, qui-
busdam Imperatrici faventibus. Non quod ve-
Rex

gantes simili poena multavit. Robertus namque Marmium vir bellicosus hoc in Ecclesia de Coventre perverfus egerat. Porro Gaufrerus (ut diximus) in Ecclesia Ramestensi scelus idem patraverat. Insurgens igitur Robertus Marmium in hostes, inter ingentes suorum cuneos coram ipso monasterio solus interfertus est, & excommunicatus, morte perenni depascitur. Similiter Gaufrerus predictus Consul novus inter acies suorum confectus a quodam pedite vilissimo solus sagitta percussus est. Et ipse quidem vulnus videns, post aliquot dies tamquam

PAGIUS

Rex, vel Imperatrix, sua parti potenter imperaret, sed quod suorum bellicis quisque studiis pro tempore mitteretur. Neuter enim in suos imperiose agere, & disciplina vigorem exercere poterat: sed uterque suos, ne a se descenderent, nihil negando multabat. Sane inter partes diu multumque certatum est, alternante fortuna.

X. De eodem.

Processu vero temporis inter eos jam sapius fortuna infidelitatem expertos, remissiores motus esse ceperunt. Quod tum Anglia non cessit in bonum; illis quippe divina concertationis periculis, & mollius agentibus; provinciales discordantium Procerum motus effervescere. Castella quippe per singulas provincias, studio partium, crebra surrexerant: erantque in Anglia tot Reges, vel potius Tyranni, quot Domini Castellorum, habentes singuli percussuram proprii numismatis, & potestatem subditis, Regio more, dicendi juris. Cumque ita singuli excellere quarent; ut quidam superiorem, quidam vel parem sustinere non possent; feracibus inter se odiis disceptantes, rapinis atque incendiis regiones clarissimas corruerunt. Et in fertillima olim patria, fere omne robur patris assumsere.

XI. S. Bern. scribit adversus Vuillelm. Archiep. Eborac.

Villelmus Eboracensis Archiep. illam quidem Ecclesiam regebat, sed propter ea quae perperam de eo iactabantur mala, quae divus Bernardus vera esse putabat, Pallium hactenus obtinere non potuerat. Verum hoc anno, ut scribit Joannes prior Hagustaldensis in Hist. ad annum MCXLVI. (duplici tamen errore Chronologico), Hieronymus (vel rectius Ymarus) Episcopus Cardinalis directus ab Apostolico Lucio Legatus venit in Angliam, habens Pallium Vuillelmo Archiepiscopo destinatum. Moram autem fecit per negligentiam idem Vuillelmus occurrere ei, circa alia minus necessaria occupatus, ut consuetudinem habuit. Hoc autem ad praesentem annum pertinere ostendunt obitus Lucii, qui statim ibi narratur, & Ymari Legatio, quae hoc anno cepta, absolutaque, Vuillelmus Abbas Ricvallenensis, vir magna sanctitatis, alique, sedente Innocentio II. Romam venerant, ut impedirent, ne Vuillelmus a Pontifice confirmaretur, & Pallium obtineret quod cum hoc anno consecutus fuisset, divus Bernardus ad Vuillelmum Abbatem de Rievallae scripsit Epistolam CCCLX. alias CCCLXXX. qua eum denuo hortatur ad patientiam & aequanimitatem: Laboravimus, inquit Bernardus, quantum potuimus, adversus pestem communem (id est Vuillelmum Electum Eboracensem), & si quo minus impetravimus quod optavimus, manet tamen nobis fructus laboris nostri apud Deum, apud quem nullum bonum irremuneratum est. Post aliqua interposita subdit: Nos tamen, quod potuimus,

ipso vulnere excommunicatus occubuit. Eodem anno Des laudavilis & omnibus saeculis praedicanda ejusdem sceleris eadem vindicta. Dum autem Ecclesia illa pro castello teneretur, ebullivit sanguis a parietibus Ecclesiae & claustris adjacentis, indignationem divinam manifestans, sceleratorum exterminationem denuntians. Quod multi quidem viderant, & ego ipse quidem meis oculis inspexi. Quia igitur improbi dicebant Deum dormire, excitatus est Deus & in hoc signo, & in significato.

Eodem quippe anno & Arnulphus filius Gaufrudi Consulis, qui post mortem patris

suggestimus Domino Tusculano Episcopo (nempe Ymaro in Anglia Legato), cui injunctum est, ut legatione fungatur in partibus illis: & omnino promisit nobis, se nisi aliquid melius fecerit nobis, id saltem omnimodis observaturum, ne tradat ei Pallium quod portat, si non jura verit Decanus illo (nempe Eboracensis, de quo supra agimus) nunc vero Episcopus (nempe Du-nelmensis), in cujus iuramento causa pendebat sed causam referat ad Dominum Papam. Mabilionius in illius Epistole marginae notat annum MCXLIII. sed eo anno nec Lucius II. adhuc Pontifex Rom. erat, nec Ymarus Angliae Legatus. Vuillelmum ab Eugenio III. dignitate motum fuisse, & ab Anathasio IV. cognita eius innocentia in eandem restitutum, infra visuri sumus.

In Chronico brevi S. Dionysii Tom. II. Spicilegii Dacheriani habetur: MCXLIII. (legendum, MCLIV. ut mox certo constabit) dedicatio capitalis partis Ecclesiae (S. Dionysii), & Translatio B. Dionysii & sociorum ejus in eandem partem capitalem, aliorumque sanctorum quorum ibidem corpora continentur, XXIII. anno administrationis Domini Sugerii Abbatis. Et postea anni MCXLIV. & MCXLV. vacui sunt. Cum vero idem Chronographus diffuse affirmet, Sugerium anno MCXXXII. Abbatem ordinatum esse, annus praefens XXIII. est ordinationis ejus, sed Librarii, ut non raro fit, hanc dedicationem in annum praecedentem retraxere. Ipsemet Sugerius libellum edidit de consecratione Ecclesiae a se adificata, atque se ad eam Translationem faciendam elegisse secundam Junii dominicam, videlicet III. Idus, quod est Barnaba Apostoli. Quare eam ad currentem annum pertinere certo constat. Ea solemnissima fuit; interfuere enim Ludovicus VII. Franciae Rex, Eleonora conjux ejus, Adelais mater, Regni Optimates, & varii Archiepiscopi & Episcopi, inter quos Guido Senonum Archiep. Gaufrerus Carnoti Episc. & Guido Catalaunensis Episc.

Extat libellus Sugerii de Consecratione Ecclesiae suae Tom. IV. Duchesnii, qui cum eum mutilum reperisset, Mabilionius Tom. I. Analect. pag. 328. supplevit quod deerat ex codice Victorino, & in eo supplemento nominatum Praesulum memoratorum iterantur, sed in eo Catalaunensis Episcopus Wardo, & Senonensis Archiep. Wardo nominantur, manifesto Librarium errore, qui Wardonem in Werdonem, Hugonem etiam in Werdonem, & Guidonem mutarunt. Hoc enim vel Hugonem cognominatum de Touciaco, vel Tuaciacensem Henrico Archiepiscopo Senonensi successisse docet Chronographus Sancti Petri Vivi, & Guidonem Catalaunensis Ecclesiae praefuisse videre est

X.

XII.

XIII.

Alia de his prodigia.

ris Ecclesiam incaustellatam retinebat, captus est, & per hoc exulatus. Et princeps militum suorum in hospitio suo ab equo corruens, effuso cerebro expiravit. Princeps autem peditum suorum Reimerius nomine, cujus officium fuerat frangere Ecclesias, vel incendere: dum mare cum uxore sua transfret (uti multi perhibuerunt) navis immobilis facta est. Quod monstrum nautis stupentibus, forte data rei causam inquirentibus, res cecidit super Reimerium. Quod cum ille nimirum totis contradiceret viribus: secundo & tertio fors iacta, in eum devolvit. Postus igitur in scapha est, & uxor ejus, & pecunia sceleratissime acquisita: & statim navis cursu velocissimo, ut prius fecerat, mare sulcat. Scapha vero cum nequissimis subita voragine circumducta in aeternum absorpta est. Hucusque Rogerius de Ecclesiarum violatoribus.

PAGIUS

est in San-Marthanis. Gaufrerus Carnotensis; neque in libello n. que in supplemento, neque in Chronico Mauriniacensi Sanctae Sedis Legatus dicitur, ideoque hoc anno eo munere fungens non est. Chronographus Mauriniacensis pag. 357. De electione Abbatis sui loquens ait: Hinc electionem, cum Rex (Ludovicus VII.) & praedicti Episcopi confirmassent, damus Thoinus Senonas profectus, & a Gaufrudo Carnotensi Episcopo, qui Archiepiscopo absente ejus in officio executione Vicarius esse solet, benedictione solemniter sublimatus est. Ubi multa observanda. Primo, Gaufrudum Carnotensem non appellari Legatum S. Sedis. Secundo, Episcopos Carnotenses peculiari prerogativa primos suffraganeos esse Archiepiscopi Senonensis. Tertio, Episcopos qui electionem Abbatis Mauriniacensis confirmarunt, fuisse Albericum Oltiensem, & Haimezum seu melius Ymarum Tusculanensem, quos jam dixerat Chronographus Legatos missos, illum in Galliam, istum in Angliam. Quare confirmatur quod supra diximus, Ymarum nempe hoc anno Legatum in Francia fuisse. Quarto ex Sugerii verbis deducitur, Hugonem ante diem XI. mensis Junii jam Archiepiscopum Senonensem fuisse. Denique corrigendus error qui irrepit in Chronicon Mauriniacense, ubi dicitur domnus Thoinus Senonas profectus; loco enim vocis Thoinus, legendum, Tuaciacus, vel Tuaciacensis. Corrigendus & error, qui extat in inscriptione Epistolae ab Ecclesia Senonensi ad Gaufrudum Carnotensem data, quem rogant, ut Archiepiscopo Electo benedictionis manus imponat. In Catalogo enim Archiep. Senonens. a Mathoudo composito pag. 118. ea dicitur data ad Gostenum Carnot. Episc. cum tamen Gostenus ibidem perperam Gostenus

NOTAE

[1] DE anno captae urbis Edessa vide quae notavimus ad A. 1142. 3. Didis ibidem addere teneatur. Porro historicus ille tradit lib. 16. cap. 4. Urbem castis Turcis tempore inter obitum Fulconis & Balduini assumptionem intermedio; ergo anno 1143. quo Fulconem decessisse ibidem probavimus. MANSA

Quod ad res pertinet Orientis (a) XI. hoc anno, qui secundus numeratur Balduini pueri Regis, exercitus Christianorum sub spe potiundi Bostro metropoli Arabum, insidiis circumventus, in extremis periculis constitutus, virtute sacratissimae Crucis eripitur, & duce cœlesti nuntio incolumis ad propria restituitur. Rem gestam pluribus narrat Vuillelmus Tyri Archiepiscopus, ex quibus hæc reddere satis ad institutum: (b) Videntes porro hostes quod sic non proficerent, ad alia se convertunt molimina. Erat sane regio tota vepribus & frutibus humilibus, cardonibus aridis, & spinapis silva, veteribus stipulis & frugibus jam maturis obfita: his omnibus ignem subiciunt, vento nostris obvio fomitem & vires ministrante. Hic incendii vicinoris afflatu, fumique occurrentis nube densissima nostris ingeminatur molestia. Cum ecce ad venerabilem virum do-

(a) Vuillelm. Tyr. l. 16. c. 8. S. Crucis ope liberatur exercitus Christianorum.

(b) Id. l. 16. c. 11. 12. 13.

appellatus nondum Episcopus Carnotensis effectus. Sed Librarius literam G. Quae sola erat in exemplari, insulse interpretatus est. Hic non praetermittendum, Amadeum Archiep. Lugdunensem Apostolicæ Sedis Legatum in Francia fuisse anni hujus initio cum San-Marthan in Arch. Lugdunensibus mentionem faciant Rescripti Cœlestini II. dati Laterani XIII. Kalendas Martii, in quo Amadeus dicitur Legatus Sanctae Sedis.

Edessa celeberrimae Mesopotamiae civitatis capta, desolataque epocha a Chronologis varie constituta, quia enim plerique Antiquorum annos Incarnationis hoc tempore a die Natali Christi exordiebantur, varii inde errores enati. Civitas nocte Nativitatis Christi a Turcis capta, Dodechino in Chron. Hovedeno, aliisque testibus. Praeterea Vuillelmus Tyrius magnam hanc Christianorum jacturam lib. XVI. num. III. copulat cum anno MCXLI. & Eugenii III. Pontificatu, & cum ipse testis irrefragabilis videatur in narratione rerum hoc tempore in Oriente gestarum, non desuere qui piaculum duxerint ab ejus sententia discedere, cum tamen ipsemet fateatur, se in rebus quae ante annum MCLIV. in sacris bellis contigerent, auritum testem esse, non vero oculatum. Verum Edessam nocte natiuitatis Christi anni Erat vulgaris MCXLIV. in Turcorum potestatem venisse certum impofterum esse debet. Dodechinus enim, qui annum a Natali Christi auspiciatur, ad an. MCXLV. scribit: [1] Hoc anno Robas (ita Edessa a Turcis, aliisque Orientalibus appellata) a Savacenis capitur in sacra nocte Natiuitatis Dom. quorum Rex extitit quidam Sanguin nomine. Signantius Urspergenis Abbas, qui annum etiam a Natali Christi inchoat, habet: Anno

XIV. Edessa a Turcis capta.

CHRISTI
1144.LUCII II. PAP.
I.CONRADI REG. ROM. 6.
MANUELIS IMP. 2.

minum Robertum Nazarenum Archiepiscopum, qui Crucem Dominicam bajulabat, omnis populus cum clamore & ejulatu conuersus, postulabat cum lacrymis, dicens: Ora pro nobis pater, & per hoc vivifica Crucis lignum, quod manibus gestas, in quo nostrae salutis auctorem credimus pependisse, erue nos ab his malis; nam diutius suslinere non possumus. Erat autem populus in modum fabrorum ferrariorum officinas exercentium, vento agitante fuliginem, tam facie quam toto corporis habitu nigredine factus decolor, & tam aestatis quam incendiorum caumate duplicato, ad supremum afflictus sit, supra vires laborabat. Ad has itaque gementis populi voces vir Deo amabilis contritus corde, & animo valde compatiens, salutare lignum erigit contra incendia, quae illi totis viribus procurabant, & invo-

cato desuperius auxilio, statim affuit virtus divina, & in momento conuersis in oppositum flitibus incendia terra simul cum fumi caligine in hostes, qui nostram praecedebant exercitum, se dirigunt: & quae in nostram parauerant laesionem, in suam vident retorta perniciem. Stupent hostes novitate miraculi, & singularem reputant Christianorum fidem, quae tam praesens a Domino Deo suo pro votis impetraret beneficium. Et paulo inferius: Cum in alia inevitabilia Christianorum exercitus incidisset discrimina, ut errarent omnes in invio & non in via; & angustiis locorum intercludendi, ab ingruentibus hostibus omnes cadendi essent: praevio ignoto duce, nempe caelesti nuntio, eodemque signifero, per alias vias est secure deductus Hierosolymam usque. Qui & admirabili perfunctus ministerio, ab omnium

MOX

PAGIUS

Anno Dom. MCXLP. incipiente, in ipsa sacrosancta Nativitate Christi solemnitate, lugubre & miserabile ex peccato Christiani populi accidit in Oriente piaculum. Sanguinus enim Halapensis, Syria ac Mesopotamia, excepta Antiochia & Damasca Princeps, Persarum vero & Medorum Regis, seu Soltani (nempe Bagadenfis) subditus, Edissam quae nunc Robas dicitur, unicum Hierosolymitana Ecclesia pro magnitudine ac abundantia sui refugium, cum infinita Saracenorum multitudine circumdedit, ac in ipsa, ut dixi, Nativitate Domini irrupit, cunctis ibidem cum urbe Christianis in ore gladii occisis, vel miserabili captivitate in servitutem redactis, Ecclesiam Christi, & praecipue B. Mariae semper Virginis Basilicam, & eam, in qua Thoma Apostoli corpus reconditum est, ad Salvatoris nostri ignominiam intro ferens, ea qua non licebat (legendum, licebant) sacro palluit, nostrisque penitus exterminatis, Saracenos ibi ad habitandum collocavit. Falsam tamen esse traditionem, quae fert corpus S. Thomae Apostoli apud Edessam extitisse, alibi ostendimus. Denique Otto Frising. huius temporis Scriptor lib. 7. cap. 30. eundem diem, ac annum designavit.

XV. Quam magna fuerit, haec jactura.

Quomodo nobilis haec Civitas propugnatrix non tantum murorum, sed etiam finium suorum in medio hostium innumerabilium per totae saecula invicta, hostium praeda facta fuerit, refert his verbis Neubrigenfis lib. 2. de Reb. Angl. cap. 18. Armenius quidam, civis Edissenus, habitans in turri muro contigua, ob filiam suam a Principe civitatis corruptam, coquens animo vindictam, invitator pacis interstitis Turcos ipsa nocte Nativitatis Dominica introrsit in urbem; qui irruentes in populum secure in Ecclesia excubantem, & Archiepiscopum quidem altari assistentem occiderunt; populum vero non resistentem, sed subiti casus stupore rigentem gladiis trucidarunt. Sic capta & in potestatem spurcissima gentis redacta est Edissa, tantis retro temporibus semper invicta & antiqua fidei Christiana alumna. Latissimis quoque finibus ejus pertinaci hostium furor pervasis, & in eorum possessionem cedentibus, Christiana religionis cultus trans Euphratem funditus deletus est. Sed quia tantae cladis fama anno sequenti ad Occidentem pervenit, alii Historici eo etiam anno hoc infortu-

nium collocarunt, & ibidem eam Baronius memorat.

Anno superiori Canonice Ecclesiae Mediolanensis & Monachis ejusdem Ecclesiae de jure campanarum pullandarum inter se se dissidentibus, urbs Mediolanensis rursus perturbata. Consules urbis dissidii iudices electi partes in Palatio Archiepiscopali, Robaldo Archiepiscopo praesente audire, & utriusque aliquid concessere. Robaldus Consulium efflagitatu iussit & praecepit praedicto Abbati & Monachis, atque Praeposito & Canonicis, ut ita attenderent & adimplerent, sicut ipsi Consules eis praeceperent. Instrumentum a Puricello in Monum. Eccl. Ambr. num. CCCXCI. relatum, datum dicitur anno Incarn. MCXLI. medio mense Junii, indictione VI. Hoc vero anno dissidium illud non solum renovatum, sed etiam auctum. Robaldus Archiep. de eo cognovit, ut liquet ex Instrumento a Puricello num. CCCXCVIII. recitato, & hoc anno mense Novembris indictione octava dato. Galdinus, his verbis ei subscripsit. Ego Galdinus Subdiaconus & Cancellarius a me dictata subscripsi. Is postea Archiepisc. Mediolanensis fuit, & in numerum Sanctorum relatus, ut suo loco videbimus.

XVI. Dissidium Canonice & Monach. Mediolanens.

Non multo post Robaldus e vivis excessit. Eius obitus a Puricello num. CCCXCIX. his verbis notatur: Clarissimi viri Aloysii ab Ecclesia Catalogus expresse habet, Obiit praedictus Robaldus secundo die ante Kalendas Januarii anno Dom. MCXLI. In Catalogo tam a Mabillonio, quam a Papebrocio publicato legitur: Obiit III. Kalen. Jan. quod idem profertur est, cum dies XXX. Decembris secundus sit ante Kalendas Januarii, & III. Kal. Januarii. Obertus seu Ubertus venit ad sedem secundae Februarii die anno Domini MCXLIV. ut legitur in praefato Aloysii Catalogo, cujus Auctor annum usque ad diem XXV. Martii sequentis anni Dionysiani continuat. In Catalogo Archipresbyteri Metropolitanani Mediol. apud Puricellum post narratam Robaldi mortem habetur: Vacat tum sedes diebus XXIII. Obertus venit ad sedem XXI. Januarii anno Dom. MCXLV. a primo die Januarii inchoato. Verum est in Catalogo a Mabillonio edito legi: Fuerunt autem ab ipsius obitu usque ad electionem domini Oberti dies XXXI. sed legendum, dies

CHRISTI
1144.LUCII II. PAP.
I.CONRADI REG. ROM. 6.
MANUELIS IMP. 2.

MOX evanuit oculis. Siquae sacratissima Crucis adminiculo, in expeditione omnium

periculosissima cum Rege omnis exercitus divina virtute est liberatus. Chri-

PAGIUS dies XXIII. ut habet Papebrocius, qui eundem Catalogum etiam edidit. Verum non bene hic Vir doctissimus Robaldi mortem usque ad diem

XXX. mensis Decembris sequentis Christi anni distulit.

JESU CHRISTI ANNUS 1145.

EUGENII III. PAP. ANNUS I.

CONRADI REG. ROM. 7. MANUELIS IMP. 3.

I. Lucii Papae obitus.

Christi Domini & Dei nostri anno millesimo centesimo quadragesimo quinto, Indictione octava, quinto Kal. Martii, Lucius Papa ex hac vita migravit, cum sedisset menses undecim, dies vero quatuordecim. In codice Vaticano, qui inscribitur de privilegiis Romanae Ecclesiae, inter res gestas Lucii, de ejus obitu occasione hoc asseritur: ipsum cum Romanos ad nova studia concitatos depellere conaretur a Capitolio, incerto lapidis ictu percussus fuisse, atque non post multos dies aegrotasse, eoque morbo ex hac vita migrasse. At nihil de ictu lapidis obitu ejus temporis auctor, sed haec tantum: Ipse Lucius quotidianis cruciatibus de ejusmodi Romanorum rebellionem videlicet, ac tadio virae affectus, infra anni spatium Pontificatus sui diem obiit. Rursus de ipso haec in scripto codice Vaticano: Hic

dedit basilicæ sancti Salvatoris Lateranensis Ecclesiam sancti Joannis ante portam Latinam cum omnibus capellis atque tenementis suis. Dedit etiam eidem Ecclesiam sancti Nicolai in Hospitali cum omnibus tenementis suis: item textum Evangelicum ex auro & argento opere rose factum. Dedit etiam ampullas ad servitium altaris optimas & mirabiles. Hic fecit ordinationem unam mense Decembri, in qua creavit diaconos, presbyteros, & Episcopos per diversa loca, ex quibus Nicolaum diaconum S. Laurentii in Damaso creavit Bibliothecarium, quo munere ipse functus erat, virum in primis litteris Hebraicis peritissimum: qui de emendatione divinae scripturae commentarium edidit. Moritur in monasterio sancti Gregorii ad Clivum Scauri, & sepelitur in Lateranensi basilica. Non vacavit Sedes, sed repente (ut ait sanctus

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6638. SAC. XII. An. ERÆ HISP. M. CLXX. XIII. An. Hegiræ DXL. inchoato die 23. Junii fer. 7. A. C. 1145. I. Moritur Lucius II. PP.

AD num. I. Gotfridus Viterbiensis in Chron. pag. 522. Lucius secundus, inquit, intendens Senatum extinguere, cum ingenti militia Capitolium Roma conscendit, ut sedentes ibi tunc Senatores cum dedecore removeret. Senatus autem populusque Romanus ad arma conversus, Papam cum suis omnibus a Capitolio in momento repellunt, ubi Papa (sicut tunc audivimus) lapidibus magnis percussus, usque ad obitum sui diem, qui proximo secutus est, non sedit in Sede. Cui tunc successit Eugenius Abbas S. Anastasii Roma. De lapidis ictu idem refert Baronius num. I. ex Codice Vaticano, atque nihil de illo habere Ottonem Frisingensem ejus temporis Auctorem, sed tantum eum quotidianis cruciatibus affectum diem obiisse; verum cum Viterbiensis hujus etiam temporis Scriptor sit, & consentientem habeat codicis Vaticani Scriptorem, non video quod Viterbiensis de

illo ictu refert, in dubium revocandum esse. Obiit Lucius II. quinto Kal. Martii, id est, die XXV. Februarii, ut tradunt Baronius, Onuphrius in Chron. & Sigonius lib. XI. Hist. de Regn. Ital. seditque menses undecim, & dies quatuordecim, ut Baronius & Onuphrius habent, & Sigonius supponit non vero dies IV. supra menses XI. ut perperam legitur in Martino Polono. [1] Matthæus Parisiensis, qui in Chron. dies tantum XIII. numerat, diem emortualem excludit.

Joannes Diaconus junior Basilicæ Salvatoris Patriarchii Lateranensis Canonicus in libro de Ecclesia Lateranensi apud Mabillonium Tom. II. Musæi Ital. verba faciens de Lucio II. ait: Retro sub absida est altare Sanctorum Chrysostomi & Davia, in quo recondita olim fuerant eorum pretiosa corpora, &c. In eadem parte sunt sepultura Apostolorum, in quibus sancta recordationis Lucius Papa II. Hic vixit in Canonicali proposito longo tempore in Ecclesia ista, atque hinc assumptus Presbyter Cardinalis ordinatus est in Ecclesia Sancta Crucis in Jerusalem, quam de ruinis a fundamento praelato & admirando opere renovavit, atque ad normam religionis secundum B. Augustini regulam informatam, ante Apostolatam multis possessionibus ditavit. Sed & istam Ecclesiam, assumptionis suae memor, & pristina conversationis, per omnia dilexit, magnisque beneficiis honoravit, quæ ibidem postea sigillatim enumerantur. Fuerat itaque Lucius II. Canonicus Regularis Ordinis S. Augustini.

A num.

NOTÆ [1] Diem emortualem Lucii II. ex cardinali Aragonio desumpsisse Baronium, cæteroque arbitror, sed mendose ibi scriptum esse V. Kal. pro XV. Kalen. vix dubito, cum vetus Cassinense nechrologium in tom. VII. Rerum Italicarum pag. 940. obitum ejusdem pontificis, die illa XV. Kal. Martii consignet. Hujus autem scripti fides eo assertior est, quo in obitu aliorum pontificum consignando nunquam errat, ut in obitu Stephani IX. 4. Kal. Aprilis Gelasii II. ad 4. Kal. Februar. Honorii II. ad XVI. Kal. Martii &c. constat. His autem admissis tempus sedis recte a Martino, Bernardo Guidonis, & Pandulfo Pisano ad menses XI. dies IV. definitur. MANSI

CHRISTI ANNUS 1145.

EUGENII III. PAP. I.

CONRADI REG. ROM. 7. MANUELIS IMP. 3.

II. Eugenii Papae III. creatio.

Sanctus Bernardus) ob periculum imminens fuit successus electus.

Etenim post obitum Lucii, ob tumultuantes Romanos Arnaldistas conveniunt unanimes Cardinales metuentes in Ecclesiam monasterii sancti Cæsarii, illicque Dei nutu, haud de gremio ex more aliquem eligendum putarunt ex Cardinalibus in Romanum Pontificem, sed convertentes oculos in Abbatem monasterii S. Anastasii Trium Fontium, Ordinis Cisterciensis, eidem haud pridem sub Innocentio Papa Secundo a sancto Bernardo praefectum, Bernardum itidem nominatum, patria Pisanum, virum probitate insignem, & prudentia in negotiis obeundis locupletem, tempore perditissimo, quo hujuscemodi bello civili Urbs flagraret, putarunt fore aptissimum: quem cum sagacissimum fuissent experti, pari consensu summa concordia elegerunt. Quæ autem mox post electionem sint secuta, ex sæpe citato scripto codice Vaticano sic accipie:

III. Eugenii Papae summam capessit.

Electus deductus est ad Lateranensem palatium, & in Apostolica Sede secundum morem positus est, & nominatus Eugenius Papa Tertius. Qui cum proxima die Dominica consecrationis manus apud sanctum Petrum sicut consuetudinis ordo poscebat, & dispositum fuerat, debere suscipere; praecognito Senatorum perverso consilio, quo ejus electionem violenter retractare disposuerant, nisi eorum voluntatem faceret, & usurpatum Senatui eis Apostolica auctoritate confirmaret: noctis silentio Urbem cum paucis fratribus exiit, & ad Arcem Monticelli se in tutum recepit. Congregatis vero alia die cunctis patribus, qui dispersi fuerant propter meum parentis populi, processit ad Farsensem monasterium in Sabinis positum cum domestica familia, & consecrationis gratiam in sequenti Dominica pro plenitudine sui Apostolatus, secundum morem Ecclesiae, Domino auctore, suscepit. Exiit ergo rumor iste, sicut vox laetitiae ad omnes gentes, & de iam sancta promotione universa Ecclesia exultavit, dicens cum Psalmista: (a) Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus Ann. Eccl. Tom. XVII.

(a) Psal. 744.

PAGIUS III. Lucio II. successit Eugenius III.

A num. II. ad XI. Onuphrius & Sigonius recte inquit Bernardum S. Anastasii Abbatem, S. Bernardi Claravallensis discipulum, maximo animorum consensu tertio Kal. Martii Pontificem electum esse, & Eugenium III. appellatum. Baronius existimat, Eugenium die XXVI. Februarii Pontificem dictum, quod divus Bernardus in Epistola ad Cardinales & Episc. de Curia post hanc electionem data, & a se num. VIII. integra recitata scribit: Num idcirco Pisam diseruit, ut reciperet Romam? Quid igitur rationis sui consilii habuit, defuncto Summo Pontifice, repente irruere in hominem nulli canum, latentem iniicere manus, & excussa e manibus securi & astra, vel ligone in Palati-

bus operibus suis, quoniam ex insperato exaltavit humilem, (b) & sublimavit (b) 2. Reg. cornu christi sui. At quid Arnaldistæ Romani? Ubi viderunt tum Eugenium, tum Cardinales omnes ex eorum manibus elapsos esse, converterunt se ad demolitionem atque depradationem ipsorum domorum. Ita quidem testatur sanctus Bernardus in epistola ad Romanos ipsos hoc anno data, quam suo loco inferius reddidimus sumus; nec non etiam Otto Frisingensis ejusdem temporis scriptor fama celebris affirmat.

Ipse vero sanctus Bernardus, ubi audisset certo nuntio famam de sui Abbatibus in Pontificem electione: expectabat se de his ab eo reddi litteris certiorum; sed cum fuga, & alia plura ingruentia tunc negotia eundem Eugenium occupatum detinerent, rupit ipse silentium, ad eundemque Eugenium has plane aureas litteras dedit: (c)

Amantissimo Patri, & domino Dei gratia summo Pontifici Eugenio Bernardus Claravallis vocatus Abbas, modicum id quod est.

Auditum est in terra nostra, & celebri sermone vulgatum verbum hoc, quod factum est de vobis a Domino. Prefferam solum haec tenens, rem tacitus considerabam. Expectabam enim litteras vestras, & praeveneri a vobis in benedictionibus dulcedinis. Expectabam virum fidelem, qui venires a latere tuo qui diceret cuncta per ordinem, quid, quomodo vel qualiter actum esset. Expectabam si quis forte de filiis meis revertetur, qui leniter dolorem patris qui diceret: (d) Josephus filius tuus vivit, & ipse dominatur in tota terra Aegypti. Hinc est quod littera ista non sunt voluntatis, sed necessitatis, & amicorum extorta precibus, quibus negare non possum modicum illud quidquid residuum est vite meae. Quia tamen semel cepti, loquar ad dominum meum: jam enim filium dicere non audeo, quia filius in patrem, pater mutatus est in filium. Qui post me venit, ante me factus est: sed non invidio, quia quod mihi deerat, in eo me habere confido, qui non solum post me, sed etiam per me venit. Nam M m m m si di-

(c) Bern. ep. 237. IV. S. Bern. ad Eugen. Pap. de ejus creatione ep.

(d) Gen. 45.

um trahere, levare in Cathedram, induere purpura & bysso? &c. Verum Bernardus in Epistola illa rhetoricatur, tantumque indicat, Eugenium III. cito electum, secundo nempe a praedecessoris obitu die. Has voces, statim, mox, repente, & alias hujusmodi tempus significantes magnam latitudinem habere passim in hoc Opere significavimus, qui eas hallucinationum seminarium fuisse deprehendimus. Anonymus Casinensis Lucii Papae morte relata subdit: Qui tertio die sua electionis nocte (inter primum & secundum Martii diem, tertiamque V. & VI.) cum omnibus Cardinalibus & Episcopis Romae egressus fugit, & apud Farsensem abbatem Pontifex consecratur, & apud

IV. Ordinatur die quartae Martii.

si dignaris, quodammodo per Evangelium ego te genui. Quae est ergo spes nostra & gaudium nostrum, & corona gloriae? nonne vos ante Deum? Denique filius sapiens gloria est patris. Amodo tamen non vocaberis filius? sed vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini non nominavit. (a) Haec est mutatio dexteræ Excelsi, & multi in mutatione ista gaudebunt. Nam quemadmodum olim (b) Abram in Abraham, Jacob in Israel: & ut de tuis magis prædecessoribus tibi proponam: Sicut Simon in (c) Cepham, (d) Saulus in Paulum; sic filius meus Bernardus in patrem meum Eugenium, lata profusus & utili, ut speramus, translatio, promotus est. Dignus Dei est iste, (e) suscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem: ut sedeat cum Principibus, & solum gloriae teneat. Superest, ut facta hac commutatione tui, ipsa quoque quae tibi commissæ sunt Domini tui sponsi mutetur in melius, & jam nequam Sarai, sed Sara de cætero nominetur.

Intellige quae dico: dabit enim tibi Dominus intellectum. Si amicus sponsi es, ne dixeris dilectam ejus principem meam, sed principem; nil tuum in ea vendicans, nisi quod pro ea si oportuerit, etiam animam dare debes. Si Christus te misit, estimabis te non ministrari, sed ministrare venisse: & ministrare non solum substantiam, sed ipsam quoque animam, sicut præfatus sum. Verus successor Pauli dicitur cum Paulo: (f) Non quia dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudii vestri. Petri haeres audiet Petrum dicentem: (g) Neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis. Sic enim jam non ancilla, sed libera etiam & formosa speciosissimi sponsi per te in desideratos adfiscetur amplexus. Alioquin per quem aliam hæc tam debita libertas sperabitur; si & tu (quod absit) in Christi hereditate quæras quæ tua sunt, qui jam, & ante didiceras, non dico tua non retinere, sed nec tuus esse? Ergo fiduciam talem habens in te, qualem in nullo prædecessorum tuorum a multis retro temporibus visa est habuisse, exultat merito ubique, & gloriatur

(a) Psal. 76.
(b) Gen. 17.
(c) Marc. 3.
(d) Act. 13.
(e) Psal. 112.

V.
Monita
pluber-
tina.

(f) 2. Cor. 1.

(g) 1. Pet. 5.

PAGIUS

apud Biterorum (idest Witerbium) Pascha celebrans, ibique per octo menses remoratus, deum cum Romanis pacifens Romam reversus est. De Farfa insigni Ordinis Benedictini Monasterio, in territorio Sabiniensi sito, quod Roma tantum distat XXV. passuum millibus Anonymus loquitur, indicatque Eugenium III. in Farfensi Monasterio die quarta mensis Martii, quæ in dominicam cadebat, Romanum Pontificem consecratum fuisse. Difertius illud narrat Otto Frisingensis, qui hoc ipso anno Romæ versabatur. Is lib. 7. Chron. cap. 31. de Eugenio ait: Hic in principio dignitatis suscepta, eo quod auctore Arnaldo, Populus ad tradendam Urbis Regalia, sicut antecessores suos

in Domino omnis Ecclesia Sanctorum: & specialiter illa, cujus uterus te portavit, & cujus ubera tu suxisti. Quid ergo? Nonne & mihi licet gaudere cum gaudentibus? Numquid non ero unus de numero letantium? Exultavi, fateor; sed cum tremore. Exultavi, sed in ipso exultationis meæ articulo timor & tremor venerunt super me. Ego enim etsi nomen patris deposui, sed non timorem, sed non anxietatem, postrema nec affectum, nec viscera patris. Considero gradum, & casum vereor; considero fastigium dignitatis, & intueor faciem abyssi jacentis deorsum. Attendo celsitudinem honoris, & e vicino periculum reformido, pro eo quod scriptum est: (h) Homo cum in honore esset, non intellexit. Quod quidem ad causam magis, quam ad tempus arbitror esse referendam; ut sic intelligatur dictum, Cum in honore esset non intellexit; ac si diceretur. Honor absorbit intellectum.

Sic con-
gaudet ut
timeat S.
Bernar-
dus.

(b) Psal. 48.

VI.

Et quidem elegeras abjectus esse in domo Dei tui, & recumbere in novissimo loco in convivio ejus, sed placuit dicere ei qui te invitavit: (i) Amice ascende superius. Itaque ascendisti in altum; noli altum sapere, sed time: ne forte contingat sero miserabilem illam, emittere vocem: (k) A facie iræ & indignationis tuæ elevans allisisti me. Altitorem quippe locum sortitus es, sed non tutiorem; sublimiorem, non securiorem. Terribilis proorsus, terribilis est locus iste. Locus inquam, in quo has, terra sancta est, locus Petri est, locus Principis Apostolorum, ubi steterunt pedes ejus. Locus illius est, quem constituit Dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Si forte declinaveris a via Domini, sepultus est in eodem loco, ut sit tibi contra te in testimonium. Merito tali pastori, tali nutricia commissæ est Ecclesia, cum adhuc tenera, adhuc in cunabulis esset: cujus docta magisterio & exemplo educata, omnia terrena calcaret, utpote qui excusserat manus suas ab omni munere: qui dicebat de corde puro & conscientia bona: (l) Argentum & aurum non est mihi. Hæc hæcenus.

(i) Luc. 14.

(k) Psal. 101.

Locus Petri Rom. Eccl.

(l) Act. 3.

ita ipsum sollicitare vellet, cum Episcopis & Cardinalibus Urbe cedit, ac proxima Dominica in Monasterio Farfensi, consecratione Pontificali ob perfectionis immanitatem morem mutans, sublimatur. Quare accurate in Annalibus Waverlejenibus nuper in Anglia publicatis, hoc anno traditur: Fuit ordinatus prima hebdomade mensis Martii, & vocatus est Eugenius Papa CLXXI. Prima autem Martii hebdomada die quarta Martii inchoatur. Quæ verba etiam sine ulla immutatione extant in Chron. Normannia in fine Historiæ Orderici a Duchesno edito. Hic obiter notabo Monasterii Waverleii Ordinis Cisterciensis Annales extare Tom. II. Collectionis Oxoniensis.

Ba-

Causa
Episcopo-
rum An-
glia.

Ceterum causa, quare ante tempus scripserim vobis, hæc est. Wintoniensis Episcopus & Eboracensis Archiepiscopus non gradiuntur uno spiritu cum Cantuariensi Archiepiscopo, sed incedunt sibi exadverso; & hæc vetus est de legatione querela. Verumtamen quis est ille, & qui sunt illi? Nonne Eboracensis ipse est, cui te præfente, cum adhuc esses quasi unus ex nobis, fratres tui resistunt in faciem, eo quod reprehensibilis erat? Sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua. Certum est tamen, quod non intravit per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde. Si pastor fuisset, diligendus erat; si mercenarius, tolerandus. Nunc autem cavendus & repellendus, utpote fur & latro. Quid dicam de domino Wintoniensis? Opera que ipse facit, testimonium perhibent de eo. Porro Archiepiscopus Cantuariensis, cui adwersantur, vir religiosus est & suavolentis opinionis. Pro ipso petimus, ut respondeat ei iustitia sua. Verum illorum iniquitas super eos ut sit, sicut scriptum est: (a) Iustitia iusti super eum erit, & impietas impii erit super eum. Cum acceperis tempus, secundum operam manuum illorum retribuere illis: ut sciant Prophetam esse in Israel.

(a) Ezech. 18.

VII.
Eccl. re-
formatio
exoptata.

(b) Act. 4.

(c) Matt. 3. & Luc. 3.

(d) Cant. 2.

PAGIUS

V.
Ejus or-
dinatio
tardius
differvi
non debet.

Quis mihi det antequam moriar, videre Ecclesiam Dei sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia in captivam, non in captivam argenti, vel auri, sed in captivam animarum? Quam cupio illius te hereditare vocem, cujus adeptus es sedem? (b) Pecunia, inquit tuæ tecum sit in perditionem. O vox tonitruum! vos magnificentia & virtutis, ad cuius terrorem confundantur & convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion? Hoc vehementer expectat, & omnino expectat a te mater tua: hoc filii matris tuæ pusilli cum majoribus desiderant, hoc suspirant, ut omni plantatio, quam non plantavit Pater celestis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim constitutus es super gentes & regna, ut vellas & destruas, & ædifices & plantes. Multi audito hoc verbo, dixerunt apud se: (c) Jam securis ad radicem arborum posita est. Multi dicunt in corde suo: (d) Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit, in quo sarmentia sterilia recidentur, ut ea quæ prævalent, uberius fructum afferant.

Ann. Eccl. Tom. XVIII.

Confortare igitur, & esto robustus: manus tue in cervicibus inimicorum tuorum. Vindica tibi animi tui constantia & vigore spiritus partem, quam dedit extra fratres tuos tibi omnipotens Pater, quam & tulit de manu Amorrhæi in gladio & arcu suo. In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominem, & timor ejus, qui aufert spiritum Principum, semper sit ante oculos tuos. Quantum in brevi Romanorum Pontificum mortes tuis oculis aspexisti? Ipsi te prædecessores tui, tuæ certissimæ & citissime decessiones admoncant, & modicum tempus dominationis eorum paucitatem dierum tuorum nuntiet tibi. Jugi proinde meditatione inter hujus transcurantis gloriae blandimenta memorare novissima tua, quia quibus successisti in Sedem, ipsæ sine dubio sequeris ad mortem. Hactenus ad Eugenium sanctus Bernardus. Ad electores vero S. R. E. Cardinales has litteras dedit: (e)

Citæ
mortis co-
gitatio
commen-
datur.

(e) Bern. ep. 236. VIII.

Domini & Patribus reverendis Cardinalibus & Episcopis omnibus qui sunt de Curia, puer sanctitatis eorum. Parcat vobis Deus, quid fecistis? sepultum hominem revocastis ad homines: fugitantem curas, & turbas curis denuo implicuistis, & immiscuistis turbis. Fecistis novissimum primum, & ecce novissima illius periculosa prioribus. Crucifixus mundo per vos revixit mundo: & qui elegerat abjectus esse in domo Dei sui, ipsum vos in dominum omnium elegistis. Cur consilium inopis confudistis? cur pauperis hominis & mendici & compuncti corde iudicium perturbastis? Cur rebat bene. Quid vobis visum est sepire vias ejus, avertere semitas, gressus involvere? Quasi descenderet de Hierusalem, & non magis ascenderet de Jerico sic incidit in latrones. Et qui se tanquam violentis quibusdam diaboli manibus, carnis illecebris & gloriae sæculi potenter excuserat, non tamen valuit effugere manus vestras. Nam idcirco Pisam deseruit, ut reciperet Romam? Num qui in una Ecclesia non sustinuit Vicedominatum, dominatum in omni Eccl. requirebat? Quid igitur rationis seu consilii habuit, defuncto summo Pontifice, repente irrurere in hominem rusticum, latenti inicere manus, & excussa a manibus securi & ascia, vel ligone, in palatium trahere, levare in cathedram, inducere purpura & bysso, accingere gladio ad

Ad S. R. E. Card. S. Bern. Epist.

M m m m 2 fa-

& consecrationis gratiam in sequente dominica suscepisse. Quibus ex verbis consequi videtur, Eugenium III. Dominica secunda mensis Martii consecratum esse. Verum Anonymus ille de unica Dominica loquitur, eamque modo proximam, modo sequentem Dominicam vocat. Castrum enim Monticelli, ut vel ex chartis Sanfonis apparet, in Sabini situm, & Farfensi monasterio vicinum. A num.

CHRISTI
1145.EUGENII III. PAP.
I.CONRADI REG. ROM. 7.
MANUELLIS IMP. 3.

(a) Psal. 149. (a) faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis? Sic non erat inter vos sapiens & exercitatus, cui potius ista convenirent?

IX.
Pontific.
munus.

Ridiculum profecto videtur, pannosum homuncionem assumi ad præsidendum Principibus, ad imperandam Episcopis, ad regna & Imperia disponenda. Ridiculum an miraculum? Plane unum horum. Non nego, non diffido posse fuisse hoc etiam opus Dei, qui facit mirabilia magna solus, præsertim cum audiam usquequaque ex ore multorum, quoniam a (b) Domino factum est istud. Sed nec ego oblitus sum iudiciorum Dei antiquorum, & Scripturæ, plurimos recensentis ex privata, seu etiam rusticana vita olim assumptos in voluntate Domini ad regendum populum ejus. Denique nonne (ut unum e pluribus memorem) tali quodam modo elegit David servum suum, & suscepit eum de gregibus ovium, de post

(c) Psal. 77.

(c) stantes accepit eum? Ita inquam, ita & de nostro Eugenio in beneplacito Domini potuit contigisse. Non sum securus tamen, quoniam filius delicatus est, & tenera verecundia ejus assueta potius otio & quieti, quam tractandis quæ foris sunt: timendumque ne non ea auctoritate qua oportuerit, sui Apostolatus officia exequatur. Quid putatis gerere animi nunc hominem illum, qui de secreto interæ contemplationis, & amica solitudine cordis tanquam infans e gremio & sinu matris subito proturbatus, tractum se ad medium videt, & quasi ovem ad victimam ductum ad tam infusa & insuavia? Nisi Dominus supponat manum suam, heu, necesse est obruatur & opprimatur onere insueto & nimio, quod & gigantibus (ut ajunt) vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videatur.

PAGIUS
VI.
Anno sequenti
Eugenius
III. iterum
fugere coactus
fuit.

A num. XI. ad XXII. Epistola CCKLII. divi Bernardi, nunc CCXLIII. ad Romanos data, & Epistola CCXLIII. ad Conradum Romanorum Regem, quæ novo ordine est CCXLIV. pertinent ad annum sequentem, & ad secundam Eugenii III. fugam, ut recte vidit Sigonius lib. XI. de Regn. Ital. quo etiam anno a Mabillonio in margine notantur. Supra diximus ex Anonymo Cafineni Eugenio III. Viterbii per octo menses remoratum esse, & postea cum Romanis paciscentem Romam reversum; sed cum Romani editionem redintegrantes rursus ab eo, ut Tibur everteret, postulassent, & ni quod peterent, impetrarent, vim adhibuit ostenderent, Eugenius III. consilio cum Cardinalibus habito, rursus Urbem cum eis cedere statuit, Tiburque contendit. Quod cum accepisset Divus Bernardus, anno sequenti laudatus ad Romanos & ad Conradum Epistolas dedit. Aspere, sed iuste Romanos in priori increpat, quod tam iniqui in Pontificem essent, atque eos Dei vindic-

Verumtamen quia sic factum est, & sicut multi dicunt, a Domino factum est: vestra interest charissimi, vestris ferventibus studiis fidelibusque obsequiis sollicito confovere quod vestris manibus constat elaboratum. Si qua ergo consolatio in vobis, si qua virtus charitatis in Domino, si qua miseratio pietatis, si qua compassionis viscera, assistite, & collaborate illi in opere, ad quod assumptus est per vos a Domino. Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bona fama; hæc ei suggerite, hæc suadete, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Hactenus ad Cardinales sanctus Bernardus.

At quæ post hæc Romani Arnaldistæ egerint adversus S. R. E. Cardinales consilio ejusdem Arnaldi, te horum favore in Urbem intrudentis, hic ex Ottone ejus temporis auctore prodamus, qui ait: (d) Circa principia Pontificatus Eugenii pestifer Arnaldus Urbem ingressus, cum eam contra Pontificem suum in seditionem excitatam invenisset, viri sapientis haud sectatus consilium, de bujusmodi dicentis: Ne in ejus ignem ligna struas: amplius eam in seditionem excitavit, proponens antiquorum Romanorum exempla, qui ex Senatus maturitatis consilio, & ex juvenum animorum fortitudinis ordine, & integritate totum Orbem terræ suam fecerint. Quare reedificandum Capitolium, renovandam dignitatem Senatoriam, reformandum Equestrum ordinem docuit. Nihil in dispositione Urbis ad Romanum spectare Pontificem: sufficere sibi Ecclesiasticum iudicium habere. In tantum vero bujus venenose doctrine cepit invalere malum, ut non solum nobilium Romanorum, ipsis videlicet adversantium, sed Cardinalium direrentur domus & splendida palatia;

etiam mon evasuros, nisi mox resipiscant. Romanos impellebat Arnaldus hæreticus, dum antiquæ Reipublicæ ac libertatis formam restituere nitebantur, sola sacrorum cura Pontifici relicta, & vestigalia Pontificum sibi vindicabant, volentes Pontificem decimis, & oblationibus tantum more prisco contentum vivere. Arnaldistæ dicuntur hæretici a Bonacursio, qui Henricianos, se se Catharos, id est, solos mundos jactantes, confutavit; quoniam errores eorum Mediolani, dum eorum Magister esset, in apertam lucem posuerat. Libellum ejus publicavit Dacherus Tom. XIII. Spicilegii. Bonacursus eos Passagium & Catharis adjungit, quorum illi Mosaica legis ritus omnes observandos esse docebant, Filii & Spiritus Sancti aequalitatem negabant, & Ecclesiæ universæ Doctores omnes, Romanaque imprimis auctoritatem abiiciebant; Arnaldistæ vero asserant per malos ministros Sacramenta irrita esse.

X.

XI.

(d) Otto
de reb.
Erid. li. 2.
c. 20.CHRISTI
1145.EUGENII III. PAP.
I.CONRADI REG. ROM. 7.
MANUELLIS IMP. 3.

verum etiam de Cardinalibus reverendæ personæ inhoneste sauciatis quibusdam, a furenti plebe tractarentur. Hæc Otto. Reliqua autem quæ sublicit, ad tempora Hadriani Papæ sunt referenda. Quæ vero sub Eugenio bestia ista austa est, cecinit etiam istis versibus Ligurinus in Eriderico: (a)

XII.
Quæ sub
Eugenio
tentet
Arnaldus.
(a) Ligur.
in Erid.
l. 3.

Ast ubi de medio sublato Præsule summo,
Eugenius sacra suscepit jura Cathedra:
Ille Petri solidam cupiens convellere
petram,
Ut caput infirmum per cætera membra
dolorem
Diffundit, Romana petit temerarius
ausu
Mœnia sacrilego, totamque nefarius
Urbem
Inscit, impari corruptam semine verbi:
Et populi tantas in Clerum concitat
iras,
Ut penitus nullum summo deferret honorem
Pontifici, Clerumque odio vexaret iniquo.
Et si quis, cui mens æqui & reverentior esset,
Et meliora pio flagrant viscera voto,
Forte refragari seu dissuadere furorem
Ausus erat, seseque novis opponere
monstris:
Omnibus ereptis, subversa funditus
ade,
Corporis afflictu, seu tandem sanguine suo
Clericus, aut etiam popularis facta luebat,
Quin etiam titulos Urbis renovare
vetustos.
Patricios recreare viros, priscoque
Quirites,
Nominis plebejo secernere nomen Equestre,
Jura Tribunorum, sanctum reparare Senatam,
Et senio fessas, mutasque reponere
leges,
Lapsa ruinosæ & ad huc pendentiæ muris
Reddere primævo Capitolia prisca nitenti,
Consiliis, armisque suæ moderamina
summa
Arbitrio tractare suo. Nil juris in
hac re
Pontifici summo, modicum concedere
Regi
Suadebat populo. Sic lesastultus uterque
Majestate reum gemina se fecerat
male.

Otto autem rursus alibi de his, quæ ad hæc Eugenii tempora spectant: (b) Viterbium veniens, ibi per aliquod tempus moram fecit. At Romanus populus cum Patricio suo Jordane in furorem versus, Præfecturæ dignitatem abolentes, omnes Principes ac nobiles ex civibus ad subjectionem Patricii compellunt, & non solum quorundam illustrium laicorum turres, sed & Cardinalium ac clericorum domus subruentes, prædam immensam diripiunt. Ecclesiam etiam beati Petri amnium ecclesiarum caput sacrilege & profanissime incastellare non metuunt, peregrinos causa orationis advententes, ad oblationem quæstus gratia, plagis & verberibus cogunt, ac quosdam ex ipsis offerre nolentes, in ipsa porticu & vestibulo templi nefario ausu occidere non verentur. Hactenus de Arnaldo atque Arnaldistis hujus temporis Otto.

His igitur adeo nefandis longe lateque per Orbem sparsis, trans Alpesque transmissis, sanctus Bernardus ad eundem populum Romanum ab Arnaldo seductum has litteras dedit:

Nobilibus & optimatibus atque universo populo Romano Frater (c) Bernardus Clavævallis vocatus Abbas, declinare a male, & facere quod bonum est. Sermo mihi est ad te, popule sublimis & illustris, cum sim vilis exiguaque persona, ac nullus pene momenti homuncio. Id quidem verecundum, atque onerosum mihi consideranti, quis quibus scribam simulque quam aliter hoc alius indicare possit. Sed levius reor verecundia apud homines periclitari, quam condemnari apud Deum silentio, veri taciturnitate, & absconstone justitiæ. Ipse enim dicit: (d) Annuntia populo meo scelera eorum. Erit mihi etiam in testimonium ante faciem Domini, si dicere potero: (e) Justitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi. Pro hujusmodi sane non vereor, quamvis verecundia reluctante, pro mea ignobilitate scribere de longinquo ad populum gloriosum, atque his litteris transmontanis sui ipsorum periculi atque peccati commovere Romanos, si forte audiant & quiescant. Quis scit si convertantur ad precem pauperis, qui non cedunt potentium minis, non omni armaturæ fortium? Nonne quondam in Babylone ad vocem pueri junioris unius, omnis ille populus, qui a senibus iniquis iudicibus seductus fuerat, reversus est ad iudicium, & sic servatus est sanguis innocuus in die illa? Ita nunc quoque etsi adolescentulus sum ego & contemptus (adolescentulus dico non annorum paucitate, sed meritum) potens est tamen Deus dare etiam voci meæ vocem virtutis, per quam fiat, ut & is populus, quem nihilominus cou-

XIII.
(b) Otto
Erid. l. 7.
c. 31.XIV.
(c) Bern.
ep. 242.
S. Bern.
Redarguit
Romanos.

(d) If. 58.

(e) Ps. 39.

stat esse seductum, ad iudicium revertatur. Mea ergo defensio ad eos, qui mihi hinc forte succensendum indignandumve putaverint, hæc sit. Si neque hoc satis est, etiam istud adiicio. Communis est causa, & non est distinctio pusilli & magni. Dolor nempe in capite est, ac per hoc minime alienus ne a minimis quidem vel extremis quibusque corporis partibus, nec a me ergo. Pervenit profecto usque ad me, quamvis omnium minimum, dolor maximus iste, quia maximus est, & quia, cum sit capitis, non potest non esse & corporis, cuius membrum sum ego. Numquid non dolente capite, clamat lingua pro omnibus corporis membris, in capite se dolere, & omnia per ipsam suum caput, suumque capitis fatentur incommodum?

XV. Dimittite proinde, quaeso dimittite, ut plangam paululum apud vos dolorem meum, nec meum tantum, sed & totius Ecclesie. Nonne ipsius vox est hodie per universum mundum: (a) Caput meum doleo, & caput meum doleo? Quis namque vel novissimus Christianorum in toto sit Orbe, qui non gloriatur hoc capite, quod ambo illi gloriosi Principes terræ, alter amisso, alter submisso in cruce capite, suo triumpho extulerunt, suo sanguine ornauerunt? Ad omnem itaque spectat Christianum injuria Apostolorum: (b) & sicut in omnem terram exiit sonus eorum; sic læso eorumdem ab omnibus usqueaque sentitur, usqueaque plangitur & doletur.

Objurgatio severa sed iusta. Quid vobis visum est, o Romani, offendere Principes mundi, vestros autem speciales patronos? Cur Regem terræ, cur Dominum cæli furore tam intolerabili, quam irrationabili in vos pariter provocatis, dum sacram & Apostolicam Sedem divinis regalibusque privilegiis singulariter sublimatam ausu sacrilego incescere, suoque minuire honore contenditis, quem vel soli contra omnes, si oportuisset defendere debuistis? Sic faris Romani non iudicantes, neque quod honestum est discernentes, caput vestrum atque omnium, quod in vobis est, deturpatis, pro quo magis nec vestris ipsis cervicibus parcendum a vobis foret, si necessitas exegisset? Patres vestri Urbis Orbem subjuga verunt, vos Urbem prope-ratis Orbi facere fabulam. En Petri hæres Petri Sede & Urbe a vobis expulsus est. En rebus & domibus suis, vestris manibus spoliati sunt Cardinales atque Episcopi ministri Domini. (c) O popule stulte & insipiens, o columba seducta non habens cor! Nonne ille caput, & illi oculi tui erant? Quid ergo nunc Roma, nisi sine capite truncum corpus, sine oculis frons effossa, facies tenebrosa? Aperi gens misera, aperi oculos tuos, &

vide desolationem tuam jamjamque imminentem. Quomodo in brevi mutatus est color optimus, (d) facta est quasi vidua domina Gentium, princeps provinciarum? Verum initia malorum sunt hæc, graviora timemus.

Numquid non prope interitum es, si persistis? Revertere, revertere Sumamitis, revertere ad cor tuum: agnosce jam, vel sero, qua, quanta, a quibus patiaris, vel passa sis. Recordare qua causa, quo fine, per quos, & in quos usus, non longe ante hos dies cunctarum que in te sunt Ecclesiarum omnis ornatus, & census prostrigatus est, quidquid in altari-bus & in altarium vasis, quidquid in ipsis sacris imaginibus auri, & argenti reperiri tunc potuit, manibus impiorum direptum & asportatum est. Quid ex his omnibus tu in tuis nunc marisupis invenis? Porro decor domus domini irrecuperabiliter perit. Et nunc quid tibi visum est iterare malitiam, innovare de-novo super te dies malos? Quid modo vel lucris amplioris, vel certioris spei arides tibi? Nisi quod in eo novissima tua cernuntur incautiora prioribus, quod tunc quidem non solum multi de plebe, sed etiam de Clero, & Principibus nonnulli per Orbem in schismate illo fa-verunt tibi: nunc vero sicut manus tue contra omnes, sic manus omnium contra te. Mundus est a sanguine tuo, mundus omnis præter te solam, & filios tuos, qui in te sunt. Væ ergo nunc tibi, popule miserande, & væ duplo quam ante non ab exteris nationibus, non a feritate barbarorum, non a millibus armatorum: væ tantum a facie tuorum tibi, væ a domesticis & amicis, a clade in-testina, a cruciata præcordiorum, a torsionibus viscerum.

Agnosce jam, quia non omnes pacifici, qui domestici, nec omnes amici, qui videntur? Et si alias noveramus, sed nunc per te manifestius edocemur omnem veritatem illius sermonis Domini, quem dixit, (e) Quoniam inimici hominis domestici ejus. Væ fratri a fratre in medio tui, & filii a parentibus. Væ non a gladiis, sed a labiis iniquis & a lingua dolosa. Usquequo male in malo vos alterutrum confortatis: & gladiis labio-rum invicem sternitis, invicem perditis, ut ab invicem consumamini? Congregamini oves disperse, redite ad pascua, redite ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum: redite prædicatorum ad cor. Quod loquor non quasi hostis convitiatus, sed quasi amicus objurgans. Habet vera amicitia nonnumquam objurgationem, a-dulationem numquam; sed jungimus & obsecrationem.

Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, reconciliamini Principibus vestris

XVI.

A spera sed iusta reprehensio.

XVII.

(c) Mat. 10.

XVIII. Salubris exhortatio.

(Petrum loquor & Paulum) quos utique in Vicario & successore suo Eugenio suis sedibus & adibus effugastis. Reconciliamini, inquam, Orbis Principibus, ne forte incipiat pro eis pugnare Orbis terræ contra insensatos. An nescitis, quia his offensis nihil omnino valetis, his propitiis nihil omnino timetis? Non, inquam, non timebis sub horum tutela millia populi circumdantis te, Urbs inclita, civitas fortium. Reconciliare proinde illis simul & millibus Martyrum, qui quidem apud te, sed contra te sunt propter grande peccatum, quod peccasti, in quo & persistis. Reconciliare etiam omni Ecclesie Sancto-rum, qui ubique terrarum, audito hoc verbo, scandalizati sunt. Alioquin pagina ista contra te testimonium erit: sed & ipsi Apostoli & Martyres tui stabunt in magna constantia adversus eos, qui se angustia verunt, & qui abstulerunt labores eorum. Sed jam finem loquendi omnes pariter audiamus. Annuntiavi justitiam, prænuntiavi periculum, veritatem non tacui, hortatus sum ad meliora: superest, ut aut de vestra citius correptione lateatur, aut de justa imminenti damnatione certi inconsolabiliter luceamus, arecentes & tabescentes præ timore, & expectatione, que supervenient universæ Urbi. Huc utque Sanctus Bernardus in spiritu vehementi, sed sancto. Qui etiam contra eosdem Arnaldistas Romanos & istam ad Conradum Regem tunc scripsit epistolam, magistralem illam quidem, Bernardo dignam, & eo ad quem scribitur, orthodoxo Rege; que sic se habet: (a)

(a) Bern. Ep. 243. X. S. Bern. hortatur Conrad. Regem ad defensionem Eccl.

(b) 1. Pet. 2.

(c) Mat. 19.

(d) Prov. 18.

Nec dulcius, nec amabilius, sed nec arctius omnino regnum sacerdotiumque conjungi seu complantari in invicem poterunt, quam ut in persona Domini ambo hæc pariter convenirent, utpote qui factus est nobis ex utraque tribu secundum carnem summus, & sacerdos & Rex. Non solum autem, sed & commiscuit eam nihilominus ac confederavit in suo corpore quod est populus Christianus, ipse caput illius: ita ut hoc genus hominum Apostolica (b) voce genus electum, regale sacerdotium appelleretur. In alia quoque scriptura, quotquot sunt prædestinati ad vitam; nonne omnes Reges & sacerdotes nominantur? Ergo (c) que Deus conjunxit, homo non separet. Magis autem quod divina sanxit auctoritas, humana studeat adimplere voluntas: & jungant se animis qui juncti sunt institutis: invicem se foveant, invicem se defendant, invicem onera sua portent. At Sapiens: (d) Frater adjuvans fratrem, ambo consolabuntur. Quid si alterutrum se (quod absit) cor-roserint & momorderint; nonne ambo desolabuntur? Non veniat anima mea in consilium eorum, qui dicant, vel Imperio pa-

cem & libertatem Ecclesiarum, vel Ecclesie prosperitatem & exaltationem Imperii nocituram. Non enim utriusque institutor Deus in destructionem ea connexuit, sed in edificationem. Si hoc scitis: quousque vos communem cantumeliam, communem dissimulatis injuriam? Nonne ut Apostolica Sedes, ita & caput Imperii Roma est? Ut ergo de Ecclesia taceam, num honor Regi est, truncum in manibus tenere Imperium? Et quidem ignoro, quid vobis super hoc consulant sapientes vestri & Principes regni: sed ego in insipientia mea loquens, quod sentio non tacebo.

Ecclesia Dei ab exortu sui usque ad hæc tempora pluries tribulata est, & pluries liberata est. Denique audite quid ipsa de se loquatur in Psalmo. Ipsius enim vox est: (e) Sape expugnaverunt me a juventute mea, etenim non poterunt mibi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Certus esto, o Rex, quoniam, nec nunc quoque relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Non (g) est abbreviata manus Domini, nec facta impotens ad salvandum. Liberabit & hoc tempore absque dubio sponsam suam, qui suo sanguine redemit eam, suo spiritu donavit, donis cælestibus exornavit, ditavit nihilominus & terrenis. Liberabit, inquam, liberabit, sed si in manus alterius viderint regni Principes, idne honor Regis, regniue utilitas sit. Non est utique. Quamobrem accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, & restituat sibi Caesar que Cesaris sunt, & que sunt Dei Deo. Utrumque interesse Cesaris constat, & propriam tueri coronam, & Ecclesiam defendere. Alterum Regi, alterum convenit Ecclesie Advocato.

XX. Eccl. status qualis semper.

(c) Ps. 128.

(f) Ps. 124.

(g) Is. 59.

Victoria, sicut in Domino confidimus, præ manibus est. Superbia & arrogantia Romanorum plus quam fortitudo eorum. Quid enim? Numquid quispiam magnus vel potens, verbi gratia, Imperator aut Rex sædam rem istam in Imperium pariter sacerdotiumque præsumit? Sed populus hic maledictus & tumultuosus, qui suas nescit metiri vires, cogitare finem, considerare proventum, in insipientia sua furore suo ausus est hoc grande sacrilegium attentare. Absit ut vel ad momentum stare possit ante faciem Regis popularis manus, vulgi temeritas. Factus sum insipiens, qui cum sim vilis ignobilisque persona, tanquam aliquis magnus consiliis tanta magnitudinis tantæque sapientie me ingessi, & de re magna. At quo ignobilior atque abiectionior, tanto liberior sum ad loquendum, quod charitas suggerit. Unde & adhuc addo in eadem insipientia mea: Si quis aliud quam locutus sum.

XXXI. Certam victoriam spondet.

sum vobis (quod non credimus) suadere conabitur, is profecto aut non diligit Regem, aut parum intelligit, quid regiam deceat majestatem: aut certe quae sua sunt querit, & non valde qua vel Dei, vel Regis sunt, curare conuincitur. Hæc ad Conradum Romanorum Regem S. Bernardus contra Romanos illos Arnaldi furore bacchantes.

XXII. (a) Mat. 8. Legationes externorum ad sedem Apost.

Inter hæc autem accidit secundum illud divinum oraculum Veritatis ore pronunciatum de prædestinatione Sanctorum: (a) Venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob, & filii regni eiciuntur in tenebras exteriores. Quod dum Romani resiliunt, accurrant populi e longinquo; cum negant isti qui prope profiteantur qui longe sunt positi; ut ita saltem erubescant omnes, qui oderunt Sion. Vidisti anno superiori ab Occidentis extremo limite ad Papam accurrisse honorificentissima legatione Portugalliae Principem, inferentem in Romanam Ecclesiam dono provinciam, annuo censu constitutam eidem spontaneæ vestigalem, tunc cum inhærentes lateri, sed rebelles animo Romani illi heretici Arnaldistæ temporali dominio exuendam Sedem ipsam Apostolicam conclamarent. Accidit modo (quod non poteris nisi vehementissime admirari) quod eodem hoc ipso tempore, quo

PAGIUS VII. Legatio Orientium ad Papam.

A num. XXII. ad XXVII. Dum adhuc Viterbii Eugenius commoraretur missa ad eum ex Armenia atque Syria Legatio, quam Baronius recitat ex Ottone Frisingensi, qui Romæ erat; Audiuimus autem (nempe Syriae Legatum) periculum transmarina Ecclesia post captam Edessam lacrymabiliter conuerentem, & ob hoc Alpes transcendere ad Regem Romanorum & Francorum pro flagitanda auxilio volentem. Edessam autem die Natali Christi superioris anni a Turcis captam ibidem demonstravimus. Quare nonnisi currenti tantæ cladis nuncium in Italiam, Galliamque proferri potuit.

VIII. Legatio Armeniorum ad Papam.

Combesfius in Auctario Biblioth. Patrum Tom. II. Inveſtigas duas Isaaci Catholici contra Armenios a se Notis illustratos publicavit, illumque non longe ab anno isto quo Armeniorum Legationem ad Romanum Pontificem Baronius narrat, omnibus Armeniæ Episcopis Primatis jure præfedit ex eo colligit, quod Constantinum ante octingentos annos a suo tempore baptizatum tradat. Armenii Legationem hoc anno ad Pontificem Romanum misere, eumque super iis in quibus a Græcis dissentiebant, Judicem postularunt. Otto Frisingensis pauca quædam duntaxat ad sacrificii ritum ac ceremonias commemorat, quæ ut Armenii sola exposuerint, majoribus aliis ac Septentrionalem plagam, ubi eundem annum hyemali glacie congelari didicerat, iter flexisse. Ibi dum per aliquot annos moratus, gelu exspectaret, sed minime hoc impediente aeris temperie, obtineret, multos ex injecto celo de exercitu amittens, ad propria redire compulsus est. Baronius num. XXV. dicit Presbyterum Joannem Æthiopiæ Regem fuisse;

a suis civibus fugatur & expellitur ab Urbe Eugenius Papa: legationibus Borealium, Occidentalium, atque Orientalium frequentatur? dum extorris ab Urbe, profugus Viterbii consideret. Quis infelix ignorans, seu potius negans Deum, casui tribuet ista, & non providentiæ Dei? quem qui negat, sententia sapientum, Deum negare pariter intelligatur.

Qui igitur sui Principatus in terra Petrum constituit successorem, super Sedem ejus & sedentes desuper successores invigilare, ut intelligerent insipientes in populo, & stulti aliquando saperent; & quod non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: vocat ab Oriente Legatos qui Christum Domini venerentur, pervenientes ad eum eo tempore, cum contemnerent, despicerent, fugarent insuper, & persequerentur, qui proxime ejus lateri filii inhærebant. Sed vides ista ab auctore ejus temporis qui rei gesta feriem scripsit, (b) Ottone Frisingensi Episcopo, probitate insigni, & veritatis cultore exactissimo, qui ea quæ post consecrationem Eugenii Papæ contigerunt, primum narrans quæ sunt superius recitata de Arnaldistarum Romanorum gratatione in Cardinalium ædes; postmodum cum agit de ipsius Pontificis commoratione Viterbii (ubi eum

Frequentes legationes ad Eugen.

(a) Or. Frif. l. 7. c. 31. 32. 33.

a Legato deceptum fuisse quando scribit: Inter ipsos (idest, Armenios) & Græcos quædam de sacrificii ritu habitudo est in quibusdam in aliis vero discrepantia. Ponunt enim fermentatum panem, sicut & illi: aquam autem vino non admiscunt, sicut nos & illi. Constantissimum enim est, inquit Combesfius, ante Sanctam Niconenam Armenia oriundum azyma ad Armenios viguisse, nec postmodum abjecta fuisse injecto fermento.

IX. Presbyter Joannes in Asia v. gnat.

Narrabat etiam (inquit Otto Frisingensis lib. 7. cap. 33. loquens de Gabulensi Episcopo a Syria misso) quod ante non multos annos Joannes quidam (qui ultra Persidem & Armeniam, in extremo Oriente habitans, Rex & Saborianus) Persarum & Medorum Reges fratres, Samiardo dictos, bello petierit, atque Ecbatani sedem regni eorum expugnasset. Cui dum præfati Reges cum Persarum, Medorum & Assyriorum copiis occurrerent, triduo utrisque magis mori quam fugere volentibus, dimicatum est, Presbyter Joannes (sic enim eum nominare solent) tandem versis in fugam Persis, cruentissima cade victor extitit. Post hanc victoriam dicebat, prædixit Joannem ad auxilium Jerosolymitanam Ecclesiam prociatum movisse, sed dum ad Tygrin venisset, ibique nullo vehiculo traducere exercitum potuisset, ad Septentrionalem plagam, ubi eundem annum hyemali glacie congelari didicerat, iter flexisse. Ibi dum per aliquot annos moratus, gelu exspectaret, sed minime hoc impediente aeris temperie, obtineret, multos ex injecto celo de exercitu amittens, ad propria redire compulsus est. Baronius num. XXV. dicit Presbyterum Joannem Æthiopiæ Regem fuisse;

um contigit ad finem usque anni hujus commorari) ostendit illic eundem Eugenium visitatum legationibus diversarum Borealium provinciarum. Quando enim & idem ipse Frisingensis Ecclesie Episcopus Viterbium etiam accessit, & invisit eundem Pontificem; venerunt ad eum & legationes ex ultimis Orbis finibus, ex Anglia, itemque ex Oriente, nempe ex Armenia & Syria. Agemus de singulis.

XXIII. Legatio ex Angl.

Ex Anglia quidem hoc anno ad Eugenium Papam recens creatum venit Alexander Episcopus Lincolnensis, qui benigne acceptus est ab ipso Eugenio Papa, cujus benignitas & affabilitas mirifice commendatur a Rogerio in Annalibus, ubi hæc habet: Eodem anno Episcopus Lincolnensis Alexander iterum Romanam petens, susceptus est honorifice ab Eugenio Papa novo, viro summa dignitate condigno. Cujus mens semper benigna, cujus discretio semper aqua, cujus facies semper non solum hilaris, sed etiam jucunda. Hæc de Eugenio Rogerius hujus temporis scriptor accuratissimus. Tunc quoque temporis, cum Viterbii Eugenius consisteret, Orientales ex Armenia atque Syria legationes accepit, prout ab eo qui præfens aderat, (a) Ottone, qui & ea quæ vidit, etiam fidelissime scripsit, refertur:

(a) Id. ib.

Legatio Armen. Eccl.

Ea tempestate Legati Armeniorum Episcoporum, eorumque Metropolitanorum, quem ipsi Catholicon, idest Universalem, propter infinitum, idest, amplius quam mille Episcoporum sub se habentem numerum vocant, Legati ab ultimo pene Oriente, summum Pontificem Viterbii, laboriosum iter per annum & sex menses complentes adeunt: eique ex parte illius Ecclesie subjectionem omnimodam eum consulatando offerentes, causas via nobis cum aliis multis præfentibus apud veterem aulam, aperiant, quæ tales erant. Inter ipsos & Græcos quædam de ritu sacrificii habitudo est in quibusdam, in aliis vero discrepantia. Ponunt enim fermentatum panem sicut illi, aquam autem vino non admiscunt, sicut nos & illi. Præterea Nativitatem Domini Epiphaniæ continuantes, duas illas festivitates unam faciunt. Pro his & aliis, dum inter se dissentirent, Romanam Ecclesiam judicem eligentes, consultum veniunt, formamque sacrificii juxta consuetudinem ejus sibi tradi deposcunt:

XXIV. Inſtituntur Armeni divina visione.

Quos Romanus Antistes gratanter suscipiens, Missarum solemnibus ac sacrificiis secretis addidit, diligenterque ea quæ sebant ibidem, eos animadvertere Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

fuisse; verum hunc Regem hoc sæculo nominatissimum in Asia, non vero in Africa regnasse, nunc extra omnem controversiam esse

monuit. Quod dum facerent, intentique sacro altari astarent, unus ex eis Pontificali dignitate præditus, sicut postmodum in plena Curia retulit, in beati Martini octava, quando dedicatio Ecclesie beati Petri celebrari solet, summo Pontifice divina mysteria agente, splendido fulgore radium Solis super caput ejus coruscare, & in ipso duas columnas ascendentes & descendentes vidit. Cumque diligentius hæc illacque oculos circumferret, nullumque aditum, per quem lux illa transfunderetur, inquireret: deificum hoc esse cognoscens, ac ad obedientiam Romanæ Sedis amplius accensus, cunctis quæ viderat, aperuit. At venerabilis Pater non suis hoc meritis attribuens, ipsius potius fide cœlitus hoc sibi monstratum affirmabat; ut videlicet Ecclesia, a qua ipse missus fuerat, sacramentorum virtutem veritatis luce perfusam cognosceret, ac deinceps quali ea reverentia & forma tractare deberet, addisceret. Retulit etiam præfatus Episcopus, quod in confinio Armenia quadam gentes essent, quæ factus suos satentes generarent eosque statim ad aquas Armentorum lavandos transmitterent. Quos cum illi baptismatis unda tingentes, innatum eis fetorem propellerent, mox tamen remissi, ad paganismum & spurcitiam redibant. Quod utrum faciendum esset, item Romanam Ecclesiam consuluerunt.

XXV. Legatio ex Syria ad Eug. Pap.

Vidimus etiam ibi tunc prætaxatum de Syria Gabulensem Episcopum, cujus præcipue opera ad plenum Antiochia Romanæ Sedi subesse cepit, tam de Patriarcha suo Antiocheno, & de Principis matris Balduini Hierosolymitani quondam Regis filii querimoniam facientem, quam de spoliis Sarracenis ablatis, jure antiquitatis exemplo Abraham decimas (qui eas Deo recognoscens victoriam, de suis spoliis Melchisedech dedit) exigentem, ac super hoc Apostolicæ Sedis auctoritatem requirentem. Audiuimus eum periculum transmarinæ Ecclesie post captam Edessam lacrymabiliter conuerentem, & ob hoc Alpes transcendere ad Regem Romanorum & Francorum pro flagitanda auxilio volentem. Hæc de Syri Episcopi legatione. Subiicit ejus narrationem de rebus Æthiopiæ Regis Presbyteri Joannis vulgo nominati.

XXVI.

Sic igitur deficientibus Romanis Arnaldistis, universus terrarum Orbis confluit veluti ex condito ad Eugenium Papam, vocante eo, cui curæ est regimen Ecclesie, Christo Domino nostro. Tunc illud accidit, ut in tanta negotiorum frequentia ipse Eugenius non potuerit.

debet, ut vel locus laudatus demonstrat. De isto Rege, ejusque Regno anno MCLXXVII. sermo erit.

Ad

(a) c. Tum
ex litteris
de in-
teg. rest in
6.

Rolandus
electus
Cancell.
Iarius S.
R. E.

(b) Bern.
Ep. 334.

XXVII.

PAGIUS

X.
S. Bernar-
dus scri-
bit ad Ro-
bertum
Pullem
Card. &
Cancell.
S. R. E.

tuerit penitus vitare surreptionem liti-
gantium, quo factum est, ut lata tunc
quædam sententia ab eo, revocanda fue-
rit postea per Innocentium Tertium Pa-
pam. Ait enim ipse Innocentius: (a) *Per-
speximus, quod primo mensi sui Pon-
tificatus fuerit, ab eo sententia promul-
gata, quando non plene de meritis ipsi-
us cause videbatur instructus illa nitens
præcipua ratione, quod privilegium Ur-
bani Secundi ex parte vestra productum
subiectum fuerit falsitati, ejus tenorem
nos in Registro ejus invenimus incorru-
ptum.* Hæc Innocentius.

Ut autem ejusmodi surreptiones, qui-
bus decipi solent sæpe Pontifices quam-
vis prudentes, Eugenius Papa, quantum
possibile esset, vitare posset: illud reme-
dium quod magis opportunum videretur
adhibendum putavit, nimirum ut fidissi-
mum haberet Cancellarium Cardinalem.
Ad quod munus delegit intimum amicum,
Canonicum Pisanum, Rolandum nomi-
ne ad quem sanctus Bernardus (b) liti-
teras dedit in quibus hæc inter alia:
*Benedictus Deus, qui secundum suam
misericordiam Eugenium nostrum, immo-
sum, prævenit in benedictionibus dulce-*

Ad num. XXVII. Epistola divi Bernardi
alias CCCXXXIV. nunc vero CCCLXII.
a Baronio num. XXVII. recitata, non ad Ro-
landum ut ex codicibus editis Baronius habet,
sed ad Robertum Pullum Cardinalem & Can-
cellarium scripta, ut deducit Mabillonius in
Notis ad eum ex Codice MS. Cisterciensis, &
quia is, de quo in illa agitur antiquus Bernar-
di amicus erat, literis & eruditione clarus,
ac demum Cancellarius, præmissus ad Eugenii
adjutorium quod præter alia, Roberto Pullo
signanter convenit. Robertus Pullus usque ad
annum III. Eugenii teste Onuphrio Cancellari-
i munus gessit: Rolandus vero illud adeptus
non est ante VIII. ejusdem Pontificis annum.
Recens autem electus erat Eugenius, cum San-
ctus Bernardus hanc Epistolam scripsit. Falli-
tur enim Ciaconius in Eugenio III. ubi enu-
merans Cancellarios S. R. E. sub hoc Ponti-
fice, ait Robertum ab anno Pontificatus ejus
primo usque ad quintum dignitatem illam ob-
tinuisse: cum anno MCXLVII. num. IX. &

NOTÆ

[1] Uæ in duobus his paragraphis X. & XI. narrat Pagius meliori in luce collocantur
ex Wibaldi epistolis nuper vulgatis. Igitur ex epistola XVI. in qua Corbejenfes
monachi electionem Wibaldi in abbatem monasterii narrant, discimus, Guidonem in exitu anni
1146. quo electio illa facta & confirmata fuit, cancellarii munus jam obtinuisse. Data est enim
epistola illa ad Guidonem summæ sedis Apostolicæ cancellarium. Cum autem ex diplomate, de
quo Pagius hic paragr. XI. noverimus anno illo aprili mense quin & Junio mense ejus anni
ut ex Bulla in collectione Monum. Martenii tom. II. col. 122. Robertum munus illud cancel-
larii gessisse, perspicuum est Guidonem anno eodem coepisse. Rursus vero ex epistola CCXXV.
quam anno 1150. adscribunt collectores monumentorum quibus has epistolas debemus, discimus
Guidonem illum cancellarium quocum Wibaldus viginti annorum amicitiam coluerat, ex hac
vita excessisse. Citius igitur quam anno Eugenii VIII. idest anno 1152. vel 1153. in vacuum
ex obitu Guidonis cancellarii munus assumi Rolandus potuit. Forte tamen dignitas illa usque
ad annum 1153. rectore caruit, eodemque demum anno Rolando commissa fuit, cum duæ Euge-
nii bullæ in to. XII. conciliorum legendæ, altera anni 1152. alia vero anni 1153. mense apri-
li a Bosone scriptore S. R. E. exarata fuerint. MANSI

*dinis, parare scilicet lucernam Christo
suo, & præmittere virum fidelem in
adjutorium ejus, & nostram quoque plu-
rimam consolationem. Nam cum molesta
esset amico amici vocatio & absentatio,
cujus nimirum præsentia frui delectatur
in Domino: jam tunc (ut manifeste vi-
deo) cogitabat ipse cogitationes pacis,
& non afflictionis, & dicebat: (c) Quod
ego facio, tu nescis modo: scies autem
postea. Quamobrem sollicitus sis charis-
sime pro eo, cui te consolatore & con-
siliarium ordinavit Deus, & observa cau-
te secundum datam tibi sapientiam, ne
forte inter tam multiplicium negotiorum
tumultus, malignorum fraude circumve-
niri possit, ut surripiatur ei verbum,
quod indignum sit Eugenio Apostolatu,
&c. Ita Bernardus. At quod dictum ait
ipsi: Quod ego facio, tu nescis modo:
scies autem postea, potuit alluisse ad
prædictionem futuri Pontificatus, quo i-
dem Rolandus foret initiandus. Ponti-
fex enim postea fuit, & vocatus Alexan-
der Tertius, ab Eugenio primo in dia-
conum SS. Cosmæ & Damiani, deinde
in presbyterum tituli S. Marci coopta-
tus. At nec sic plane satis consultum,
quin*

(c) Joan.
S. Bern.
vaticini-
um.

seq. visuri simus eo officio tunc functum fuisse
Guidonem Card. [x]

Robertum vero Pullum ipso Pontificatus Euge-
nii III. principio Cancellarium extitisse de-
monstrat Diploma ejusdem Pontificis quod ex-
eat in fine Tractatus de Gestis Episc. Turon-
ens. & Abbatum Majoris Monast. pag. 130.
& seqq. Datum apud civitatem Castellanam per
manum Roberti S. R. E. Presbyteri Card. & Can-
cellarii, V. Idus April. indit. VIII. Incarnat.
Dominica anno MCXLV. Pontificatus vero Da-
mini Eugenii VII. Papa anno primo. Denique
Robertum anno MCXLVI. Cancellariæ Roma-
næ adhuc præfuisse docet Eugenii III. Diplo-
ma Tom. X. Concil. pag. 1849. productum.
Quare Joannes Prior Hagustaldensis in Hist.
ad annum MCXLVII. qui juxta rectam Chrono-
logiam est annus MCXLVI. accurate scrip-
sit: *Præminuit his diebus in Clero Robertus
Pullanus Cancellarius Apostolica Sedis, in om-
ni sapientia & doctrina experientissimus Bri-
tannia oriundus.* Ciaconius itaque citatus re-
cit

XI.
Non vero
ad Rolan-
dum card.
& Cancell.

XXVIII.
Eugen.
Pap. pro
exped.
Orient.
agit.

(a) Or. Fr.
de gest.
Frid. I. r.
c. 34.

XXIX.
Ludovic.
agit pro
expedi-
tione in
terram S.

quin mendacia inferrentur in Curiam:
ut sæpe queritur idem ipse suis episto-
lis. Ubi quæso sine zizaniis leges Domi-
nica?

Hoc anno, auditis legationibus e Sy-
ria, missis de damnis illatis ab Infideli-
bus, Edessa capta; Antiochia atque Hie-
rosolymis in discrimen adductis: de ex-
peditione Occidentalium in Terram sanctam
agitari coeptum. Eugenius liquidum
Papa non curans quæ sua essent, sed quæ
Dei esse sciret: non ad sui liberationem
exilii adversus Romanos Occidentalium
Christianorum Principum arma conver-
tenda putavit, sed adversus Sarracenos
res Christianarum in Oriente invadentes
& possidentes, fore movenda omni cona-
tu, Pontificia auctoritate laborat, pri-
mum omnium scribens ad Ludovicum
Francorum Regem. Perfacile namque fuit
ad religiosum opus impellere ipsum, qui
jam voverat eandem inire ad sancta loca
peregrinationem; de quo ista (a) Otto
Frisingensis:—

Ludovicus dum occulte Hierosolymam
eundi desiderium haberet, eo quod frater
suis Philippus eodem voto astrictus, mor-
te præventus fuerat: diutius protelare no-
lens. propositum, quibusdam ex Principi-
bus suis vocatis, quid in mente volveret
aperuit. Erat tunc temporis in Gallia ca-
nobii Clarevallenfis Abbas quidam Bernar-
dus dictus, vita & moribus venerabi-
lis, religionis ordine conspicuus, sapien-
tia, litterarumque scientia præditus, si-
gnis & miraculis clarus. Hunc Principes
vocandum, ab eoque quid de hac re fieri
oporteret, tamquam a divino oraculo con-
sulendum decernunt. Vocatur præfatus
Abbas, consiliumque ipsius super prædicti
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

ste ait, Guidonem Cardinalem SS. Cosmæ &
Damiani Cancellarium fuisse post Robertum,
illoque mortuo Rolandum, qui postea fuit Ale-
xander Papa III. Cancellarii munus anno Pon-
tificatus Eugenii VIII. consecutum esse & de-
nique in prima creatione Cardinalium hoc an-
no ab Eugenio peracta Rolandum dictum esse
Card. Presbyterum tituli S. Marci.

XII.
Conven-
tus Bitu-
ricensis.

A num. XXVIII. ad XXXIV. Euge-
nii III. dum Kalend. Decemb. Vetralla, quod
oppidum non longe a civitate Viterbiensi si-
tum, ageret, literis ad Ludovicum VII. Fran-
ciæ Regem datis, & a Baronio num. XXX.
recitatis, sollicitavit eum ad profectorem in
Terram sanctam suscipiendam. Odo de Dio-
gilo Monachus Sancti Dionysii, & in Abba-
tiam ejusdem Monasterii Sugerii successor, se-
ptem libellos edidit de Ludovici VII. Francon-
rum Regis profectio in Orientem, a Petro
Francisco Chiffletio in Asserto Genere Illustri
Sancti Bernardi a tenebris erutos, quibus Hi-
storia Ecclesiastica locupletari potest. In priori
libello hæc habet: *An. Verbi incarnati MCXLVI.
(a die Natali Christi inchoato) gloriosus Rex
Francorum, &c. ut dignus esset Christo, Vezeli-
aco in Pascha (sequentis Christi anni) baj-
lando Crucem suam aggressus est eum sequi. In
Natali Domini præcedenti (hujus anni secundum*

*expositur Principis voluntate. Ille de
tam grandi negotio ex propria auctori-
tatis arbitrio responsum dare frivolum
judicans: ut ad Romani Pontificis au-
dientiam & examen deferatur, optimum
esse respondit. Itaque missa ad Eugenium
legatione totum illi negotium aperitur.
Qui antecessorum suorum exempla revol-
vens, quod videlicet Urbanus hujusmodi
occasione transmarinam Ecclesiam, duas-
que Patriarchales sedes, idest Antiochi-
am & Hierosolymam ab obedientia Ro-
manæ Sedis scissas, in pacis unitatem
recepit: votis prædicti Regis, pro di-
latando Christianæ religionis ritu annuit:
auctoritate prædicandi, animosque cun-
ctorum ad hoc commovendi, prænomina-
to Abbati, qui apud omnes Gallia ac
Germaniæ populos, ut Propbeta vel A-
postolus habebatur, concessa. Unde ejus
scriptum tale ad Regem, Principesque
suos directum invenitur:*

Eugenius Episcopus servus servorum
Dei charissimo filio Ludovico illustri, &
glorioso Francorum Regi, dilectis si-
lis Principibus, & universis Dei fide-
libus per Galliam constitutis salutem &
Apostolicam benedictionem.

Quantum prædecessores nostri Romani
Pontifices pro liberatione Orientalis Ec-
clesiæ laboraverunt, antiquorum relatio-
ne didicimus, & in gestis eorum scrip-
tum reperimus. Prædecessor ecceus noster
felicis memoria Papa Urbanus, tamquam
ruba intonuit, & ad ipsius deliberationem
S. R. E. filios de diversis mundi parti-
bus sollicitare curavit. Ad ipsius liqui-
dem vocem Ultramontani, & præcipue
Francorum Regni fortissimi & strenui bel-
latores, & illi etiam de Italia, chari-
N n n n z ta-

XXX.
Eugenii
Pap. Ap-
littera pro
expedi-
tione in
terram
sanctam.

eram vulgarem) cum idem pius Rex Bituricensis
Curiam celebrasset, Episcopis & Optimatibus
sui regni ad coronam suam generalius solito de
industria convocatis, secretum cordis sui pri-
mitus revelavit. Tunc religiosus vir (Gode-
fridus) Episcopus Lingonensis, de Robes, quæ
antiquo nomine vocatur Edessa, depopulatione,
& oppressione Christianorum, & insolentia Pa-
ganorum, satis Episcopaliter peroravit, & de
stabili materia stertum plurimum excitavit monens
omnes, ut cum Rege suo, ad subveniendum
Christianis, Regi omnium militarent. Ardebat
& lucebat in Rege zelus fidei, contemptus wo-
luptatis & gloria temporalis, exemplum omni
sermone præstantius. Tamen quod ferebant, ver-
bo Episcopus, Rex exemplo, non illico messue-
runt. Statutus est ergo dies alius Vezeliac-
eo in Pascha (sequentis Christi anni), quo
in Passione domini omnes unanimiter conveni-
rent; & in Resurrectione, quibus foret cali-
cus inspiratum Crucis gloriam exaltarent. Rex
interim pervigil in incognito, Romam Eugenio
Papa super hac re nuncios mittit. Est Vezeliac-
cum, seu melius Vezeliacum, urbs in Antif-
siodorensi tractu posita.

Chronographus Mauriniacensis, qui annum
a die Natali Christi exorditur, hæc in rem no-
stram habet: Eodem quoque anno Edessa civi-
tas

XIII.

zatis ardore succens convenerunt, ut ma-
ximo congregato exercitu, non sine ma-
gna proprii sanguinis effusione, divino
eos auxilio comitante, civitatem illam,
in qua Salvator noster pro nobis pati
voluit, & gloriosum ipsius sepulcrum,
passionis suae nobis memoriale dimisit, &
quamplures alias, quas prolixitatem vi-
tantes, memorare super sedimus, a Paga-
norum sparsitiam liberarent. Quae per gra-
tiam Dei & patrum vestrorum studium,
qui per intervalla temporum eas defen-
dere, & Christianum nomen in partibus
illis dilatare pro viribus studuerunt, us-
que ad nostra tempora a Christianis de-
tentae sunt, & aliae urbes Infidelium ab
ipso viriliter expugnatae.

XXXI.
Edeffe
captivitas
deplora-
tur.

Nunc autem nostris & ipsius populi
peccatis exigentibus (quod sine magno
dolore & gemitu proferre non possumus)
Edessa civitas, quae nostra lingua Ro-
bais dicitur; quae etiam, ut fertur, cum
quondam in Oriente tota terra a Papa-
nis detineretur, ipsa sola sub Christia-
norum potestate Domino serviebat, ab in-
imicis Crucis Christi capta est, & mul-
ta Christianorum castella ab ipsis occu-
pata: ipsius quoque civitatis Archiepi-
scopus cum clericis suis, & multi alii
Christiani ibidem interfecti sunt: & San-
ctorum reliquiae in Infidelium conculca-
tionem datae sunt & dispersae. In quo quan-
tam Ecclesiae Dei & totae Christianitatis
periculum imminet: & nos cognoscimus,
& prudentiam vestram latere non credi-
mus. Maximum namque nobilitatis &
probitatis indicium fore cognoscitur, si
ea, quae patrum strenuitas acquisivit, a
vobis filiis strenue defendantur. Verum-
tamen si (quod absit) secus contigerit:
patrum fortitudo in filiis imminuta pro-
batur.

Hortatur
Pontifex
Francos.

Universitatem itaque vestram in Domi-
no commonemus, rogamus, atque preci-
pimus, & in peccatorum remissionem in-
jungimus, ut qui Dei sunt, & maxime
potentiores & nobiles, viriliter accin-
gantur, & Infidelium multitudini, quae
se tempus victoriae super nos adeptam
letatur, sic occurrere, & Ecclesiam O-
rientali tantam patrum vestrorum (ut
praediximus) sanguinis effusione ab eorum
tyrannide liberatam ita defendere, & mul-
ta captivorum millia confratrum nostro-
rum de ipsorum manibus eripere studeatis;
ut Christiani nominis dignitas ve-
stro tempore augeatur, & vestra fortitudo,

PAGIUS
Professio-
nem Ori-
entalem
ex voto
suscepit
Ludovi-
cus VII.

tas ab inimicis Crucis Christi, nostrorum der-
mittente providentia capta, Sarracenorum domi-
nacioni repente accessit. Unde & eos, qui in re-
gione Hierusalem adiacente manebant, doloris
immoderata angustia usque ad intima perculit.
Venerunt ergo ab Antiochia & Hierusalem in no-
stram regionem (nempe in Galliam) Legati a
Primoribus partium illarum missi suppliciter

que per universum mundum laudatur, in-
tegra & illibata servetur. Sit vobis e-
tiam in exemplum bonus ille (a) Matthe-
thias, qui pro paternis legibus conservan-
dis, seipsum cum filiis & parentibus suis
morti exponere, & quidquid in mundo
possidebat, relinquere nullatenus dubita-
vit; atque tandem, divino cooperante
auxilio, per multos tamen labores tam ip-
se quam sua progenies de inimicis viri-
liter triumphavit.

(a) Mat-
thias.

Nos autem vestrorum quieti & ejusdem
Ecclesiae destituti paterna sollicitudine
providentes, illis, qui tam sanctum, tam-
que pernecessarium opus & laborem devo-
tionis intuitu suscipere & perficere de-
ceverint, illam peccatorum remissionem,
quam praefatus praedecessor noster Papa
Urbanus instituit: auctoritate nobis a
Deo concessa, concedimus & confirma-
mus. Atque uxores & filios eorum, bo-
na quoque & possessiones sub sanctae Ec-
clesiae, nostrae etiam & Archiepiscoporum,
Episcoporum, & aliorum Praelatorum Ec-
clesiae Dei protectione manere decernimus.

XXXII.
Quae con-
cedantur
Cruce si-
gnatis.

Auctoritate etiam Apostolica prohibe-
mus, ut de omnibus quae, cum cruce ac-
ceperint, quiete possederint: nulla dein-
ceps questio moveatur, donec de ipsorum
reditu, vel obitu certissime cognoscatur.

Praeterea, quoniam illi, qui Domino
militant, nequaquam in vestibus pretio-
sis, nec cultu formae, nec canibus, vel
accipitribus, vel aliis, quae pertendant
lasciviam, debent intendere: prudentiam
vestram in Domino commonemus, ut qui
tam sanctum opus incipere deceverint, ad
haec non intendant, sed in armis, equis,
& ceteris, quibus Infideles expugnent,
totis viribus studium & diligentiam adhi-
beant.

Quicumque vero aere premuntur alieno,
& tam sanctum iter puro corde incepe-
rint: de praeterito usuras non solvant, &
si ipsi vel alii pro eis occasione usurarum
astrecti sunt: sacramento, vel fide Apo-
stolica eos auctoritate absolvimus.

Liceat eis etiam terras, sive ceteras
possessiones suas, postquam commoniti pro-
pinqvi sive domini, ad quorum feudum
pertinent pecuniam commodare aut nolue-
rint, aut non valuerint: Ecclesiis, vel
personis Ecclesiasticis, vel aliis quoque
Fidelibus libere sine ulla reclamazione im-
pignurare.

Indulgen-
tia plena
concessa.

Peccatorum remissionem & absolutionem
juxta praefati praedecessoris nostri insti-
tu.

exorantibus, ut Francorum invincibili prebi-
tas ab inimicis Crucis Christi, nostrorum der-
mittente providentia capta, Sarracenorum domi-
nacioni repente accessit. Unde & eos, qui in re-
gione Hierusalem adiacente manebant, doloris
immoderata angustia usque ad intima perculit.
Venerunt ergo ab Antiochia & Hierusalem in no-
stram regionem (nempe in Galliam) Legati a
Primoribus partium illarum missi suppliciter

rationem, omnipotentis Dei & beati Pe-
tri Apostolorum Principis auctoritate,
nobis a Deo concessa talem concedimus,
ut qui tam sanctum iter devote ince-
perit, & perfecerit, sive ibidem mor-
uus fuerit, de omnibus peccatis suis
de quibus corde contrito & humiliato con-
fessionem suscepit, absolutionem obti-
neat, & sempiterna retributionis fructum
ab omnium remaneratione percipiat. Da-
tum Vetralla Kal. Decembris. Est ve-
tralla oppidum haud longe a civitate
Viterbiensi. Quae vero de expeditione
ista secuta sint, dicentur pro temporis ra-
tione anno sequenti.

* remu-
neratore

XXXIII.

(a) Mat-
6.

(b) Otto
Frising.
Chron. lib.
7. cap. 31.
in fin.

(c) Idem
ibid. cap.
54.

Quid autem de Pontifice actum? Uri-
que quod Christus pollicitus fuerat, di-
cens: (a) Primo quarite regnum Dei
& justitiam ejus, & haec omnia adiacen-
tur vobis, dum Eugenius laborat pro
liberatione Terrae sanctae; Deus expu-
gnat inimicos ejus, Romanos ipsos, de
quibus haec habet idem auctor: (b)
Quos venerabilis Pontifex, percusso pri-
mo cum quibusdam favoribus suis ana-
thematis gladio Jordane creato ab ipsis
Patricio, adjuncta Tiburtinis Romano-
rum antiquis hostibus militia coarctat,
tandemque pacem petere coegit. Adeo
ut Eugen. rediens in Urbem, ibi Natalem
Diem Domini solemniter celebravit. De-
cujus ad Urbem regressu & ingressu haec
idem auctor inferius: (c) At Eugenius
cum Romanis hoc tempore pacem fecit,
ut Patriatus dignitatem exstinguere,
abolerent scilicet, & Praefectum, qui vi-
delicet arbitrio Pontificis eo munere fun-
gerent: Senatores vero ex ejus auctoritate
tenebant. Sicque in Urbem rediens, Na-
tivitatem Domini ibidem celebravit, in-
cipiente anno Dom. Incarn. millesimo cen-
tesimo quadragesimo sexto. Ita incipienti-
bus annis ab ipso solemniter die Domini-
cae Nativitatis, id factum sequenti anno
dicetur: inchoantes autem annum ab i-

PAGIUS

deprecor, ut meam studeatis voluntatem vestro
comitatu & auxilio roborare. Legitur in Chron.
Cisterciensis MS. a Chiffetio in Praefatione ad
libellos Odonis de Diogilo citato, & apud
Robertum de Monte, compluresque alios, ad
Sanctum Sepulcrum peregrinationem illam su-
sciptam ex voto a Ludovico Rege, compun-
cto ob incensam castrum Vitrici Basilicam, cum
mille & trecentis promissae multitudinis, quae
in eam confugerant, capitibus in ea inclusis.
Vitriacum, quod Vitriciacum alias appellaba-
tur, Vitriacum Incensum, Gallice, Vitri le
Brule, postea appellatum fuit, propterea quod
a Ludovico VII. igne consumptum est. Cujus
in locum Franciscus I. Franciae Rex illud ad
fluminis Matronae ripas extruxit, quod ab ip-
so Vitriacum Francisci cognominatum est, Vi-
tri le Francois, ut notat Hadrianus Valefius
in Not. Galliarum.

XIV.

Anno superiori Mauri Hispaniam habitan-

plis Kalendis Januarii, hoc ipso anno
rem gestam legitime consignabunt. In-
scripto autem codice Vaticano ita in-
gressus Eugenii in Urbem narratur:

Factum est igitur, Deo auctore, gau-
dium magnum in tota Urbe ex inopinato
accursa ipsius Pontificis. Occurrit ei ma-
xime frequens populi multitudo cum va-
mis; ad ejus vestigia continuo accurren-
tes, post pedum oscula elevabantur ad
oris oscula. Procedebant signiferi cum
bandis, sequebantur Scribarii & Judices.
Judei quoque non deerant tanta laetitia,
portantes cum humeris suis legem Moysi-
cam. Univerfus enim Romanus Chorus
psallebat in unum dicens: (d) Benedictus (d) Mat.
qui venit in nomine Domini. Sic itaque
cum magno populi gaudio idem Pontifex
Lateranense palatium, conscendere meruit.
Haec ibi.

Reditus
Eugenii
Pap. in
Urbem.

(d) Mat.
23.

XXXIV.
Petri Ab-
Cluniac.
adventus
in Urbem
ad Eugen.
Pap.

Sed & in eo hoc anno idem Eugenius
Papa magnopere laboravit, ut disiden-
tes & concertantes inter se implacabili
bello Tusciae civitates, mutua concordia
simul conciliaret. Placuit uti ad tantum
opus dignissimo viro Petro Abbate Clu-
niacensi; qui non renuens, ea de causa
hoc anno se ad Eugenium contulit. Erat
quippe vir sanctitate praecipuus, erga
sanctam Romanam Ecclesiam studiosissi-
mus, quem non Eugenius tantum, sed
ejus praedecessores omnes plurimi fece-
runt, percharus in primis sancto Bernar-
do, ut mutuae inter illos datae epistolae
docent. Qui cum ipsum Romam profectu-
rum audisset, commendaticias ad Euge-
nium litteras dedit, in quibus plura de
ipso laude digna, & inter alia ista: (e)
Nam si nescitis: iste est qui manus suas
extendit ad pauperes Ordinis nostri: iste
est qui ex possessionibus Ecclesiae suae,
quantum cum pace potest suorum, libenter
frequenterque largitur ad victum. Porro
etiam inter duos magnos istos viros alter-
catio aliqua intercessit, cum quisque i-
psorum veritatem tueri se crederet: ta-
men

(e) Bern.
277.

tes ab Almohadibus valide oppugnabantur, & Obitus
Tessphinus eorum Imperator eis auxilium fer-
re non poterat. Ingentem exercitum adversus
Abdelmumen congregarat, uti narrat Nowei-
rius; verum is bello exercitatus se se intra
montes continuit, interimque Tessphini exer-
citus in caenosa planitie, ubi castra posita fu-
erant, fame & morbis periit; eoque dissipato
Tessphinus Oranum, celebre oppidum ad ma-
re situm, fugit. Cumque aliud azylum qua-
sisset, rursumque eum Abdelmumen persecutus
esset, equo decedit, interitque exeunte an-
no Hegirae DXXXIX. ideoque currentis anni
hyeme. Tessphinus illustribus quibusdam fa-
cinoribus magnum sibi nomen collegit, sed
cum ei fortuna minus arrisisset, a suis con-
temptus fuit, ut videre est in Historia Ara-
bum a Roderico scripta, & ex ejusdem natio-
nis Auctoribus collecta, ubi cap. ultimo, in-
quit: Quia viderunt a Regalibus actibus alie-
num.

men non tantum charitas læsa non est, sed sicut ignis exagitationibus magis incenditur, ita majoribus contentionibus magis magisque aucta, in flammis semper vehementioris amoris erupit. Positi ambo in exemplum in Ecclesia Dei Religiosis omnibus, de mutua inter se pacis & charitatis unitate in controversiis ori- xi solitis servanda. Sed jam prosequamur historiam.

XXXV.

(a) Pet. Cl. l. 2. mirae. c. 25.

(b) Ot. Fri- sing. l. 7. c. 29. Etruria flagrat intestino bello.

Porro autem ipsam sui Romam adven- tus causam refert ipse Petrus, ubi ait: (a) Septem deinde annis exactis, cum ad Urbem proficiscerer, causa reforman- da pacis inter Pisanos & Lucenses, &c. De bellis inter has civitates confatis hoc tempore, meminit. Otto Frisingensis, ubi ait: (b) Pisani & Lucenses propter ni- miam viciniam opportunitatem indefesso fu- rore bellantes, ruina sue omnes Tuscia vires implicuere. Nam & Florentini una cum Marchione Terræ Ulrico, usque ad ipsas portas Senensium procedentes, subur- bia ejus cremaverunt: Senenses vero nu- mero & viribus impares se cognoscentes Florentinis, Lucensium auxilium flagi- tant. Lucenses tam pro ipsis, quam pro Comite Guidone Guerra, qui & ipse cum Florentinis atrox bellum gerens eos adie- rat, Florentinos hostes pronuntiant. Il- li autem Pisani adfuncti non solum Lu- censes bello attentant, sed & castella, oppida, agros præfati Comitis incendio & rapina devastant. Senenses etiam, qui ad vastandos agros egressi fuerant, insidiis a tergo positis, vix paucis fuga elapsis captivant. Porro ex Pisani & Lu- censibus non tantum plurimi ferro caesi, compendio mortis miseriam miserabiliter terminaverunt; sed & innumerabiles utro- que comprehensi, ac longa (ut ipse vi- dit) carceris inedia & squalore macerati, omnibus præteruntibus lacrymabile hu- mani casus in se spectaculum præbent. Hæc vidit Otto & refert de rebus Tuscis. Ut intelligas, quam magnam subierit Petrus provinciam in tractanda inter eos pace tempore asperrimi belli.

XXXVI.

(c) Pet. Cl. l. 5. ep. 34.

At statum Tusc. admodum deplorandum ob intestina bella inter primarias civita- tes in primis deplorat vehementer idem ipse Petrus in (c) epistola eodem anno

PAGIUS

num, in eum ubilibet insurgebant, & ubique, & quilibet rebellabant, & guerris indefinenti- bus infestabant, & fere perdidit totum regnum, & hoc fuit anno Arabum quingentesimo trige- simo nono (præfenti Christi anno absoluto) & regnum Vandalia (Hispaniæ nempe, quam multoties monuimus Vandaliæ dictam fuisse, indeque Criticos, qui illud non animadverte- re, sæpius in errorem incidisse) quinquagin- ta tribus annis possederant citra mare.

XV.

Jussus seu Jussus Marochii Rex, & Almorabitum seu Almoravidum Imperator regnare cœperat anno Christi MXCL. ut ibi- dem narravimus: Totam terram Vandalia, in-

data, cum esset recessurus ab urbe ad Rogerium Regem Sicilia, excusans, non fuisse sibi facultatem ipsum conveniendi, ut instituerat. Recitavimus eam alia oc- casione superius, sed hic illa tantum præ- petenda, quibus optare se dicit, ut præ- esset ipse Tuscis, quo ejus severa ju- stitia cessarent mala, quæ jugiter pepe- trarentur; ait enim: Utinam (quod se- cretorum omnium cognitore Deo teste non adalans dico) utinam inquam miserabilis & infelicitis Tuscis partes felici vestra Imperio cum adjacentibus provinciis ad- jungerentur, & res perditissima pacifico regni vestri corpori univertur: vero non tunc, sicut nunc, res divinæ atque hu- manæ, nullo servato ordine confunde- rentur, non urbes, non castra, non bur- gi, non villa, non strata publica non ipsa Deo consecrata Ecclesia homicidii, sacrilegis, raptoribus exponerentur. Non pœnitentes, non peregrini, non clerici, non monachi, non Abbates, non presbyteri, non ipsi supremi ordinis sacerdotes, E- piscopi, Archiepiscopi, Primate, vel Patriarchæ in manus talium traderentur, spoliarentur, distraberentur, & quid dicam? verberarentur, occiderentur. Hæc plane universa, multaque his simi- lia tam nefanda, tam execranda justitiæ regis gladio succisa cessarent, &c.

Deplorat Petrus Tuscis statum.

Hæc ipse Petrus, qui & in itinere incidit in latronem Marchionem Opi- zonem, a quo est spoliatus, sed opera Pla- centinorum in integrum restitutus. Rem gestam commemorat paucis idem ipse in epistola ad Eugenium Papam; cum ei commendat populum Placentinum, ubi hæc inter alia: (d) Ante quinquen- nium, quando videndi & visitandi vos gratia Romam pergebam, super injuria mihi, immo & vobis a Marchione Opi- zone illata fecerint, quantum inde dolue- rint, quanta vi fugitantes, & latibula quærentem bestiam de fovea suæ ad pu- blicum protraxerint, quidquid sorbuerat totum usque ad obolum revomere compu- lerint, satisfacere tam ipsam, quam sceleris socios, pro arbitrio meo vellent, nollent, coegerint &c.

XXXVII. Placenti- ni de Petro Benemeriti.

(d) Id. l. 6. ep. 45.

Venit in Urbem Petrus, antequam pri- mus Eugenii (ut dictum est) annus e- la-

quit Rodericus citatus ep. 48. occupavit, & fuit Monarcha ultramarinus, & cismarinus, & duravit sibi (ubi Alim filium ejus, & Tef- sephinum nepotem comprehendit) hujusmodi Monarchia annis quinquaginta quinque, ab an- no Arabum quadragesimo octavo quarto (anno Christi MXCI. inchoato,) usque ad quingentesimum tricesimum nonum annum (hoc Christi anno finitum), quando per Almohades dominium perdidit, seu, ut capite superiori dixerat, donec venientes Almohades ab Africa & Vandaliâ, Almoravides extirpaverunt. Hoc ita- que anno maxima Maurorum Hispanensium pars a Mauris Africanis discessere, & quilibet quæ

Post ejus mortem magna turba in- ter suos excitata.

laberetur; fuitque iste primus ejus sub Eugenio Papa in Urbem adventus, ut testatur in epistola ad sanctum Bernar- dum, hospitatusque est in monasterio sanctæ Mariæ novæ apud ejus loci Car- dinalem. An autem Nuntius pacis, pa- cem inter dissidentes civitates concilia- verit, nihil invenimus: sed excussisse po- tius pulverem de pedibus suis contra eos pacem reiicientes, ex iis, quæ tunc reverfus in Galliam, scripsit ad Ro- gerium Sicilia Regem, quæ audisti nuper, plane possumus intelligere.

XXXVIII. Petri ho- spitium.

(e) Pet. Cl. l. 2. mir. c. 25.

At quid sibi tunc Romæ cum hospi- taretur in dicto monasterio sanctæ Ma- riæ Novæ, memoria dignum contigerit, scriptis testatur reliquit vir veritatis cultor admirabilis, in posteriori libro mira- culorum, quæ suo tempore acciderant, quæ ipsæ viderat, vel certa testificatione probata, ab aliis didicerat: (a) adeo ut levitatis redargui ea jure non possint, quæ libris illis intexuit. Hæc ut intelli- gantur, quæ præmittit, sunt breviter ingerenda: primum nempe, quod pau- lo ante discessum, monachum unum ex suis, Willelmum nomine Priorem offi- cio, virum eximia sanctitatis a quodam ipsi subdito pessimo monacho, qui disci- plinam averfaretur, contigit veneno ne- cari. Ita creditum, quod verum, licet de interfectore nulla adhuc potuerit ha- beri questio a primario iudice ipso Ab- bate Petro, cum ipse jam in Urbem ur- gentibus causis acceleraret adventum. At ubi ventum in Urbem, per eundem ipsum Willelmum necatum Deus voluit certa assertione manifestari sacrilegum homicidam. Quomodo id acciderit, ab ipso Petro sic accipit:

Willelm. defunctus apparet Petro Ab.

In primordiis Pontificatus domini Pa- pæ Eugenii, ad visitandum tam ipsum, quam communem matrem Romanam Eccle- siam, Romam adii. Illuc perveniens, a- pud Cardinalatum sanctæ Mariæ Novæ, quod juxta antiquum Romuli templum constructum est, hospitium suscepi. Ibi dum nocte quadam quiescerem: Ecce vir venerandæ vitæ dominus Willelmus, qui nuper de vita excefferat, mihi dormien- ti visus est in somno astare. Et post multa, quibus de nece ipsi illata agit, sic pergit: Quem cum viderem, valde ga- visus surrexi, & multo cum affectu am- plecti eum & osculari cœpi. Licet autem altus sopor exteriorum sensuum officia oc-

PAGIUS

quæ potuit in Hispania Saracenicâ occupavit. Almoravides, seu quod idem est Almorabita, qui Marochium incolabant, ubi Imperatoris sui mortem accepere, fratrem ejus ad thronum Regium evexere, ut inquit Noweirius, inter- timus Abdelmumen, de quo suo loco locuti sumus, Oranum & Fezzam majores Africæ civitates occupavit. Mauri Hispaniæ, Valen- tiam, Murciam, Tortosam & Ilerdam incolen-

cupasset; vigeat tamen velut in vigi- lante memoria, neque dormire dormiens non ignorabam. Nec illud mente excide- rat, illum qui videbatur, in somnis vi- deri: nec eram immemor, ante non mul- tum temporis mortuum, & dolo quem su- pra scripsi, extinctum. Quodquo magis mirum est, & illud nescio qua vi occul- ta natura statim menti occurrit, non pos- se mortuum diu cum vivente morari, nec prolixum sermonem miscere. Unde prius- quam recedere virtute invisibili cogere- tur, interrogare illum festinanter de qui- busdam decrevi. Quæ tamen, ut non phantastica, sed verax, quæ apparebat viso videretur, nequaquam prius præmi- ditatus fueram, sed tunc ea dormiens nu- tu, ut arbitror, Dei noviter menti oc- currentia, cogitare incipiebam. Quatuor ergo quadam, quæ nescio unde dormienti occurrebant, interrogando ei proposui.

XXXIX.

Quomodo inquam vobis est, domine Prior? vocans eum non ex proprio nomi- ne, sed ex officio. Ad quod ille breviter, ut fuerat semper brevilocus, ac bis vel ter ex more verba replicans, respondit: Multum, ait, mihi bene est, multum mihi bene est. Huic prima interroga- tioni secundam subiunxi: Vidistis ad- huc Dominum? & ille: Assidue video, assidue video. His duabus & tertiam ad- do: Estne, inquam, certum, quod de Deo credimus? estne absque dubitatione vera Fides, quam tenemus? Nihil ait, ita ve- rum, nihil ita verum. Et quarto: Ve- rum est, ajo, quod fama refert, verum est, quod multi opinantur, quosdam, quos ipsi non ignoratis, fraude sua ac vene- ficio vos occidisse? Verum est, inquit, verum est. His dictis & ipse disparuit. Et ego evigilans, ea quæ videram, recolere & admirari incipiebam. Interim dum hæc agerem, & visa memoria commen- darem; rursum somno opprimor. Et sic- cut in biennialium noctium prolixitati- bus (nam dies Adventus Domini tunc instabant) iterum caput ad dormien- dum compono. Nec mora, adest qui supra, & se eo modo, quo prius ostendit. Occurro & ego illi non segnius quam an- te, & visionis præmissæ omnino immemor amplecti eum & osculari, ut prius, cœ- peram. Quid multa? nihil plus minusve in animo meo, nihil plus minusve in ore meo, in hac secunda visione fuit, quam in prima fuerat. Eadem quæ supra, in- ter-

Quæ per- visum ac- cepit.

tes omnium Africanorum eadem fecere, & Sa- fadula Rex Cordubæ populos Boeticam inha- bitantes ducens non minori crudelitate in Cor- dubam, Granatam, Giennam & Anduxarlam sæviit. Abengamia Pro-Rex, vir fortis & ma- gnanimus Cordubæ arcem conservavit; sed qui ei adharebant, nullum ex Africa subsidium ex- pectare poterant, quia ibi Musmudes & Cæs- teres Almorahidini omnia igne & cædibus mi- sce-

terrogo : eadem qua supra audio de
statu suo, de visione Dei, de certitudi-
ne Christianae Fidei, de morte sua, or-
dine quo praemissi, a me interrogatus,
eadem, nec pauciora respondit. Huic ta-
men secundae visioni in fine aliquid ad-
ditum est. Mox enim ut dixit, se vere
dolo falsorum fratrum extinctum : in fle-
tus amarissimos, ut mihi in somnis vide-
batur, prorupit : & quia jam de facto
non dubitabam, tantum nefas insatiabi-
libus lacrymis deplorabam. In fleatibus istis
evigilans, oculos humectos, genasque
meas recentibus lacrymis tepentes inve-
ni, Ut vero hujus visionis vel somni in-
dubia veritas commendaretur : regressus
ab Urbe, atque ad Galliam nostram redi-

ens, & Cluniacum perveniens, qua de mor-
te sancti viri suspicatus fueram, ipsius ne-
farii parricidae publica confessione ve-
ra fuisse probavi, &c. Audisti visionem
potius qua somnium, utpote veritate
constans, & divinitus, ut apparet, im-
missum. Cujus quidem generis saepe re-
peries a sanctis Patribus recitata, nec
quidem contemptui habita, sed ut ora-
cula divinitus allata ac recepta : & in-
ter alios (quod memoria ad praesens
fuggerit) sanctus (a) Augustinus hoc
fecit, cum Gennadii medici recitat som-
nium, a Deo ejus causa salutis im-
missum superius (b) a nobis itidem enar-
ratum.

(a) Aug.
ep. 100.
(b) supra
Tom. 5.
an. 41.
in fin.

Se-

PAGIUS

scabant. Nunquam in Hispania tantum tur-
barum exitit; sicut enim in Africa, ita &
in Hispania Mauri inter se depugnabant. Al-
phonfus VII. Castellae Rex & Imperator co-
pias ad Safadaulam Regem, Christianorum ami-
cum misit, sed parum profecit, quia Mahume-

tani valde a Safadaula abhorrebant, eumque
tanquam infidelem & Christianorum fautorem
habebant. Porro cum sine Monarchiae Almo-
rabitaram Historiam suam Saracenicam Rode-
ricus Toletanus absolvit.

PAGIUS
SÆC. XII.
An. Ere.
Hisp. M.
CLXX-
XIV. An.
Hegiræ
DXLI.
inchoato
die 13.
Junii
fer. 5.
A. C.
1146.
I.
Secunda
Eugenii
III. fuga
ex urbe
Romana.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6639.

7. F. 7. P. 31. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1146.

EUGENII III. PAPÆ 2.

CONRADI III. REG. 9.

MANUELIS COMNENI IMP. 4.

AD num. I. Tiburtes jam a multis annis
Romanis infensi erant, indeque Roma-
ni Eugenium III. pro excidio Tiburtinorum
sollicitabant, sed Pontifex improbitatem eorum
non sustinens ad Transiberanam regionem mi-
gravit, ut narrat Baronius ex Ottone Frisingen-
si lib. 7. cap. 34. Durante secunda hac Roma-
nae urbis seditione dicitur Bernardus literis
Romanos increpavit, & Conradum Romanorum
Regem hortatus est, ut si forte obstinati per-
severarent, armis compescerentur. Baronius
quidem utramque Bernardi Epistolam anno præ-
cedenti recitat, sed eas ad presentem spectare
Sigonius lib. XI. Hist. de Regn. Ital. & post
illum Manricus in Annal. Cisterc. hoc anno
cap. 3. alique observant. Quæ refert Otto
Frisingensis, confirmantur ab Anonymo Casti-
nensi, & Joanne Ceccano in Chron. a quibus
& aliqua singularia notantur. Prior ad an-
num MCXLV. qui nobis est MCXLVI. scri-
bit: Eugenius Papa per Transiberim exiens,
Viterbum (id est, Viterbium) devenit, & pacem
(Peregrinus observat in MSS. legi, pactum)
reformans matris Tiburtina civitatis destrui præ-

I.
Eugen-
rius in-
festatur a
Rom.

(a) Ot. l.
7. Chr. c.
34.

SEquitur Redemptoris annus millesi-
mus centesimus quadragesimus sextus
Indictione nona, quo Eugenius Papa i-
terum a Romanis Arnaldistis exagitari
coceptus, cogitur e Lateranensi palatio
decedens trans Tiberim se conferre; Id
enim Otto Frisingensis istis verbis: (a)
A populo Romano pro excidio Tiburti-
norum in tantum de die in diem sollici-
tatur, ut a Lateranensi palatio, impro-
bitatem eorum non sustinens, ad Tran-
siberinam regionem migrans, animam
suam vitæ suæ tædere confiteretur. Hæc
Otto. Erat Transiberim munitio sancti
Angeli, quam filios Petri Leonis Ponti-
ficis amicos tenere, superius dictum est,
in quam se Eugenium recepisse ad evi-
tandam populi insanientis furorē, exi-
stimamus.

II.
Pro exp-
ditione
indictum
Carno-
tense
Conc.

(b) Pet. Cl.
l. 6. ep. 19.

Interea autem in Galliis fervet opus
parandæ expeditionis in Terram sanctam:
cujus causa promovendæ statutur certa
dies certusque locus Concilii celebrandi.
Dies indicitur tertia Dominica post Pa-
scha, & locus deputatur Carnotum ci-
vitas. De his enim ita S. Bernardus in
epistola ad (b) Petrum Abbatem Clunia-
censem: Episcopi Francie una cum do-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

mino Rege & Principibus tertia Domini-
ca post Pascha apud Carnotum venturi
sunt, & de verbo hoc tractaturi: ubi u-
tinam mereamur habere præsentiam ve-
stram. Quia enim magnis omnino magno-
rum virorum consiliis hoc verbum constat
egere: gratum profecto obsequium præsta-
bitis Deo si negotium ejus a vobis non
duxeritis alienum, &c. Multis quidem
eum invitat; sed indictum jam ab ipso
omniū Priorum Cluniacensium Capi-
tulum, ne ire posset eum detinuit, ut
ejus litteræ ad S. Bernardum reddita do-
cent, in quibus hæc inter alia: (c) Quem
enim Christianum, in Christo suo aliquam
spem habentem fama tam lamentabilis non
moveret, qua, ut ex litteris etiam do-
mini Abbatis S. Dionysii comperi, jam
pene ubique divulgatum est, Fratres tem-
pli, Regem Hierosolymitanum, ipsam,
insuper Dominicam ac salvatricem Cru-
cem in urbe Antiochena cum aliis multis
obsessos: ac nisi manus Domini in bra-
chio extento cito succurrat, omnes in bre-
vi captivandos? Quem non moveat, ne
forte terra illa sancta a jugo impiorum,
tantis patrum laboribus, tanto Christiano-
larum sanguine ante non multum temporis
O o o o eru-

cepit, & apud civit. Lucens. abiit. Ceccanus vero
ad hunc annum: Romani venerunt super Tibu-
rim, & multos ex eis decollaverunt.

Eugenius III. in his rerum angustiis præ-
decessorum suorum exemplo in Franciam ire
constituit. Iter terra ingressus Senis Diaconos
duos Gilberti Porretani Pictavienfis Episcopi
offendit, qui Episcopum suum de fide Trini-
tatis male sentientem deferebant, quibus se in
Francia dixit ex Concilii sententiâ respondu-
rum. Pisas inde, ac trajecto Apennino per
mensem Augustum Brixiam venit, unde X.
Kalend. Septemb. literas ad Gerardum Episco-
pum Bononiæ dedit, quibus eum docuit, se
Regensibus & Parmensibus præcepisse, ne
Mutinensibus adversus Abbatem Nonantulanum
adessent. Inde in Franciam progressus a Lu-
dovico Rege ingenti honore exceptus est, in-
quit Sigonius ad annum MCXLVI. quo etiam
Brouverus lib. 14. Annal. Trevir. Tom. II.
pag. 47. accessum Eugenii III. in Franciam
collocat. Verum utrumque falli & Eugenium
III. initio tantum sequentis Christi anni per
Burgundiam Galliam intrasse ibidem vide-
bimus.

A num. II. ad XI. Anno superiori diximus
ex Odone Diogilo libell. I. Ludovicum VII.
Franciæ Regem Proceres Vezeliacum convocasse
ad Pascha præsentis anni, nunciosque hæc de
re ad Eugenium Papam misisse; hoc vero anno
hæc Odo narrat: Qui latenter suscepti sunt
(sc. ab Eugenio III.), latentesque remissi, re-
ferentes omni favo literas dulciores, Regi obe-
dientiam, armis modum & vestibus imponen-
tes; jugum Christi suavè suscipientibus, pecca-
torum omnium remissionem, parvulisque eorum
& uxoribus patrocinium promittentes; & qua-
dam alia, quæ Summi Pontificis sanctæ curæ &
pru-

II.
In Fran-
ciam ve-
nit annus
sequenti
initio.

III.
Conven-
tus Vezo-
liacensis.

eruta, rursus impiis & blasphemis sub-
datur? Quem non moveat, si tam salu-
bris peccatorum poenitentium via, qua (ut
dignum est credere) innumera peregrinan-
tium millia, a quinquaginta jam annis
inferis abstulit, caelo restituit, nequam
Sarracenorum obice obstante claudatur?
Abst, abst, &c.

Carno-
tenf. Conc
agitur
pro de-
cernenda
expedi-
tione.

Extant de his ipse Sugerii Abbatis
S. Dionysii tunc datæ litteræ ad eundem
Petrum Cluniacensem, invitantis ipsum
ad indictum ea de causa Concilium; &
ipsum Petri ad eum ejusdem argumenti
redditæ litteræ, quibus & significatur,
idem Concilium fuisse generale ex om-
nium Galliarum provinciis, Episcopis,
& Archiepiscopis. Convenerunt igitur
undique ex Galliis Carnotum Archiepis-
copi, Episcopi, & Abbates, atque Rex
& una cum Principibus regni. Quid
actum ibi? illud in primis plane mirandum
quod obtupefaciet omnes audientes: dum
videlicet ibi rotius belli Dux ipse S. Ber-
nardus omnium consensu deligitur, qui
Principem militiæ agat, cui milites om-
nes & Principes ipsi subicerentur; hoc
decretum in Concilio consensu omnium.
Hæc ne tu putes fabulam, describendæ
hic sunt litteræ S. Bernardi ad Eugenium
Papam de his agentis, primumque stu-
dium Eugenii ex scriptis ab eo litteris
commendantis, eundemque ad ulteriora
hortantis, atque ad postremum quid ac-
tum in Carnotensi Concilio, enarran-
tis. Sic enim se habent: (a)

(a) Bern.
ep. 256.
III.
Bern. ep.
de rebus
gestis in
Carno-
tenf.
Concil.

Non est leve verbum quod sonuit, triste
satis & grave est. Et cui triste? immo
cui non triste? soli filii iræ iram non sen-
tiunt, nec tristantur tristibus, sed lætan-
tur & exultant in rebus pessimis. De
cetero communis tristitia est, quia com-
munis est causa. Bene fecistis iustissimum
zelum nostræ Gallicanæ Ecclesiæ collau-
dando, & corroborando auctoritate lit-
terarumstrarum. Non est (dico vo-
bis) in causa tam generali & tam gra-
vi tepide agendum, sed ne timide qui-
dem. Legi apud quemdam sapientem:
Non est vir fortis, cui non crescit a-
nimus in ipsa rerum difficultate. Ego autem
dico: Fidelis homini magis & inter fla-

PAGIUS

prudenti visa sunt utilia continentes. Optabat
ipse tam sancto operi manum primam præsentem
imponere, sed tyrannide Romanorum præpeditus
non potuit; sancto vero Claravallensi Abbati Ber-
nardo curam illam delegavit. Tandem dies af-
fuit Regi optatus. Abbas etiam Apostolica au-
thoritate, & propria sanctitate munitus, & con-
vocatorum maxima multitudo, loco & termina-
partiter affuerunt. Suscepit ergo Rex a Summo
Pontifice sibi missum Crucis insignia, & Proce-
res multi cum eo. Et quoniam in castro locus
non erat, qui tantam multitudinem capere pos-
set, extra in campo fixa est Abbati lignea ma-
china, ut de eminenti circumstantibus loqueretur.
Hanc ascendit cum Rege Crucis ornato.

gella fidendum. Intraverunt aquæ usque
ad animam Christi, tacta est pupilla o-
culi ejus. Exerendus est nunc uterque
gladius in passione Domini, Christo de-
nuo patiente, ubi & altera vice passus
est. Per quem autem, nisi per vos? Pe-
tri uterque est, alter suo nutu, alter
sua manu, quoties necesse est, evaginan-
dus. Et quidem de quo minus videba-
tur, de ipso ad Petram dictum est: (b)
Converte gladium tuum in vaginam. Er-
go suus erat & ille, sed non sua manu
utique educendus. Tempus & opus esse
existimo, ambos educi in defensionem O-
rientalis Ecclesiæ. Cujus locum tenetis,
zelum negligere non debetis. Quale est
hoc, principatum tenere, & ministerium
declinare? Vox clamantis: Venio Hiero-
solyman item crucifigi. Ad quam vocem
estis alii tepidi, alii & sardi sint, suc-
cessori Petri dissimulare non licet. Loque-
tur & ipse: (c) Etsi omnes scandalizati
fuerint, sed non ego. Nec terrebitur
damnis prioris exercitus, quibus magis
resarciendis operam dabit. Numquid i-
deo non debet facere homo quod debet,
quia Deus facit quod vult?

De duobus
Petri
gladiis.

(b) Joan.
18.

(c) Mat.
26.
Rom.
Pont. esse
in hoc o-
pus in-
cumbere.
IV.

Ego vero pro tantis malis, tamquam
Christianus & fidelis, meliora sperabo,
& omne gaudium estimabo, quod in va-
rias tentationes incidimus. Revera pa-
nem doloris comedimus, & potati sumus
vino compunctionis. Quid diffidis, ami-
ce sponsi, quasi non more suo vinum bo-
num servaverit usque adhuc benignus &
sapiens sponsus? Quis scit, si converta-
tur & ignoscat Deus, & relinquat post
se benedictionem? & certe sic operari,
sic judicare superna divinitas solet. Scien-
ti loquor. Quando autem magna bona
mortalibus provenerunt, quæ non ma-
gna prævenierint mala? Nam ut cætera ta-
ceam, nonne illud unicum & singulare
beneficium nostræ salutis præcessit mors
Salvatoris? Tu ergo, amice sponsi, a-
micum te in necessitate probato. Si tri-
plici illo amore, de quo tuus (d) in-
terrogatus est prædecessor, tu quoque to-
to corde, tota anima, tota virtute Chri-
stum diligis, ut oportet: nihil reserva-
bis, nihil dissimulabis in tanto periculo
spon-

(d) Joan.
21.

Cumque caeleste organum more suo divini verbi
vorem fudisset, cæperunt undique conclamando,
Crucis, Crucis expetere. Et cum earum fascem
preparatum seminasset potius quam dedisset, co-
stitit est vestes suas in Crucis scindere & semi-
nare. In hoc laboravit quantum fuit in villa
(Vezeliacensi), &c.

IV.

Tandem Edicto quod post annum progredere-
tur, omnes ad sua cum gaudio repedarunt. Crux pas-
Abbas vero sub tenui corpore & pene pramortuo sim pro ex-
robustum regens spiritum, ubique circumvolat petitione
predicando, & multiplicati sunt super nume-
rum in parvo tempore, Crucem portantes. Rex
quasi jam nactus gaudium suum fidei propagan-
da, de spe futuri exercitus copiosè, Apuliam Re-
gi

sponse ejus, sed quidquid habes virum,
quidquid auctoritatis, quidquid potesta-
tis impendes. Singulare periculum singu-
larem exigit operam. Fundamentum con-
cutitur, & tanquam imminenti ruina to-
tis est nisus occurrendum. Et hæc pro-
pter vos fidenter quidem, sed fideliter
dicta. Subdit autem de his quæ gesta ef-
fent in conventu illo Carnotensi, his
verbis:

V.
S. Bernar.
eligitur
belli Dux
Prima-
rius.

De cetero verbum illud, quod jam (ni
fallor) audistis: quomodo videlicet in
Carnotensi conventu (quoniam iudicio sa-
tis miror) me quasi in duces & princi-
pem militiæ elegerunt: certum sit vobis,
nec consilii mei, nec voluntatis meæ fuisse
vel esse, sed nec possibilitatis meæ (quan-
tum meior vires meas) pervenire usque
illud. Quis sum ego, ut disponam asstro-
rum acies? ut egrediar ante facies armato-
rum. Aut quid tam remotum a profes-
sione meâ, etiam si vires suppetere-
nt, etiam si peritiam non deesset? sed neque
hoc meum est, vestram docere sapientiam.
Nostis hæc omnia. Tantum obsecro per
illam charitatem, qua mihi specialiter
debitor estis; ne me humanis voluntati-
bus exponatis; sed sicut singulariter vo-
bis incumbit, divinum consilium perqui-
ratis, & operam detis, ut sicut fuerit
voluntas in caelo, sic fiat. Hucusque ad
Eugenium Papam S. Bernardus, in spi-
ritu quidem ardoris eum hortando, &
spiritu humilitatis ejus consilium rogan-
do de his quæ essent agenda.

Eugen.
dat ple-
nam fa-
cultatem
S. Bern.
predican-
di expedi-
tionem.

At quid ad hæc Eugenius Papa? Satis vi-
sum, si S. Bernardus tuba sacerdotali in-
diceret bellum, & sine verbis docens,
sive concionibus, sive scriptis litteris,
ubi adesse non posset, Christianum popu-
lum excitaret. Quod & quam felicif-
sime præstitit, & utique sequentibus si-
gnis, quibus Dei voluntas evidens cunctis
fieret, atque hoc Dei opus esse, cui ipse
tot signis, quot litteris subscribere vide-
retur. Nam audi quæ de his tunc scripta
sunt a Gofrido in vita (a) S. Bernardi ver-
Ann. Eccl. Tom. XVIII.

(a) Vit.
S. Bern.
lib. 3. c. 4.

PAGIUS

gi Rogerio nuncios mittit. Qui de omnibus res-
criptis ad libitum. Insuper viros remisit nobi-
les, qui regnum suum in victualibus, & na-
vigio, & omni necessitate, & se vel suum si-
lium itineris socium promittebat. Misi etiam
alios Constantinopolitano Imperatori (nempe Ma-
nueli), cuius nomen ignoro, quia non est scri-
ptum in libro Vita. Hic in longo rotulo proli-
xam adulationem depinxit, & Regem nostrum
nominando sanctum, amicum, & fratrem, pro-
misse plurima, quæ opere non implevit. Sed
hæc alias. Alemannorum & Hungarorum etiam
Reges (nempe Conradum & Geysam II.) de
foro (id est de commætu, seu cibariis ad ali-
moniam exercitus) & transitu requisivit; quo-
rum nuncios, & literas ad suam voluntatem
recepit. Harum quoque regionum Ducem multi
& Comitæ, ejus exemplo provocati, de itinere

bis istis, post declaratum de his Eugenii
Papæ ipsi exhibitum munus prædicandis
& annuntiandi bellum sacrum Fidelibus:
Evidenter enim, inquit, verbum
hoc, prædicavit Domino cooperante, &
sermonem confirmante sequentibus signis.
Sed quantis & quam multiplicibus signis?
quanta vel numerare, nedum narrare,
difficile foret. Nam & eodem tempore
scribi cæperant, sed ipsa demum scripto-
rum numerositas scribendorum, & ma-
teria superavit auctorem: nimirum cum
aliquando una die viginti, seu etiam plu-
res ab incommodis variis sanarentur, nec
facile ab hujusmodi dies ulla vacaret.
Denique plures eo tempore Christus per
sermone sui tactum & orationem, ex ipsis
etiam matrum uteris cæcos videre, clau-
dos ambulare, aridos convalescere, sur-
dos fecit audire, & mutos loqui, mirabi-
lius restituisse gratia, quod minus præsti-
tum fuerat a natura. Hæc ipse. At quan-
tum profecerit, vix credi potest. Quisnam
nomen non daret sacræ militiæ, cum tan-
to tonitruo audiretur vox Domini in vir-
tute, vox Domini in magnificentia? Vis
scire quantum profecerit, audi ista in-
fine epistolæ ad eundem Eugenium Pa-
pam ita scribentem: (b) De cetero, in-
quit, mandastis & obedivi; & fecundavit
obedientiam præcipiens auctoritas. (c) (c) Esai.
Siquidem annuntiavi & locutus sum, &
multiplicati sunt super numeram. Vacu-
antur urbes & castella, & post jam non
inveniunt quem apprehendant septem mu-
lieres virum unum, adeo ubique vidua
vivis remanent viris. Hæc ad Euge-
nium Papam S. Bernardus, & quidem
florida.

(b) Bern.
ep. 246.
(c) Esai.
39.

VI.

Ita plane. Quod enim auctoritate A-
postolica indictum est bellum, Episco-
porum Concilio probatum, Sanctorum
predicationibus annuntiatum, signis &
miraculis comprobatum, causa (quod præ-
termiseram) iustissima promulgatum, at-
que ut apparet, undique sanctificatum
(quod faciendum monuit Jeremias (d):) (d) Hieron.
Quid minus habuit, ut non faverit ipsi
Deus

(d) Hieron.
6.

vis illi societate scribebant. Sic ad nutum om-
nia procedebant. Interea fama volat, Angliam
transfretat, & aliarum recessus penetrat insu-
larum. Parant naves maritimi cum Rege na-
vigio processuri. Ceterum dum Rex lustrans o-
mnia statum regni ordinat, dum subditis im-
posterum pacem firmat, omnes undique nuncios
Parisius convenerunt. Revertenti omnes pariter
affuerunt: Imperatorum Sacras & Ducum char-
tas offerunt, verboque & literis quidquid po-
pulerat pollicentur. Habet Rex optionem, cui
fidem habeat, in quo compendium credat. Sed
illi mos erat, ut socii essent consilii, qui fo-
rent & laboris.

V.

Baronius num. X. exhibet quæ Otto Frisi-
genis de Conventu Vezeliacensi die XXXI.
Martii, quo Pascha celebratum, habito refert;
sed Otto neque tempus Conventus celebrati,
ne-

Deus, qui voluit ipsum? Sed terribilis plane Deus in consiliis super filios hominum ait (a) Psalmus. Fuit sane (quod diximus) voluntas Dei & utique bona, sed an beneplacens, in omnibusque perfecta; hoc exacte inquirendum, monet Apostolus ad Romanos scribens cum a-

(a) Psal. 63. Bellum sacrum legitime indidum. (b) Rom. 12. Refarmamini in novitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta, in bono probando opere; bona utique Dei voluntas accessit, sed non offerente non sibi Deus complacuit, nec fuit voluntas Dei in eo, Non ergo respexit ad offerentem, licet bona quae essent, offerret, sicut nec ad Cain, nec ad (c) munerera ejus. Quid enim ab offerente requiritur, Evangelica lege? Vade prius (d) Dominus) reconciliare fratri tuo multo magis patri tuo, magis magisque vero patribus tuis. Quotnam autem sanctos Episcopos suarum sedium Rex esse ipse fecit extorres, & suis privavit pastoribus Ecclesias, jam tu ipse audisti ex litteris ejusdem S. Bernardi superius recitatis. At dixerit quispiam: emendavit Rex ista. Immo certum est non correxisse, & adhuc ea de causa, Ecclesias interdicto perseverasse subjectas. Est de his evidentissimum testimonium, quod Eugenius Papa severe admodum, Apostolica censura punierit Rhemensem Archiepiscopum, eo quod Carnoti, ubi conventus ille pro expeditione Hierosolymitana ageretur, diceretur celebrasse Missam in loco interdicto, & solemniter coronasse ipsum Regem, cuius rei causa eundem Archiepiscopum, privaverit pallio. Quod tamen displicuit mirum in modum sancto Bernardo, timentis ne Rex ejusmodi occasione succensus, a proposito resiliret: quam ob causam has tunc ad Eugenium litteras dedit: (e)

(e) Bern. ep. 146. VII. Amatissimo Patri & domino Eugenio Dei gratia summo Pontifici Bernardus Claravallensis Abbas modicum id quod est.

Parcat vobis Deus, quid fecistis? fa-

PAGIUS neque Episcopos qui Crucem suscipere memorat. Chronographus Mauriniacensis in fine sui Operis insigniores recenset: Famulos inter omnes qui cum Rege hujus itineris angustiam subierunt, fuerunt hii Alamannorum Imperator Henricus (legendum, Conradus) Robertus frater Regis, Meldensis Comes Henricus, Comes Flandria Gaufridus (legendum Theodoricus) Aluinus Episcopus Atrabatenensis, Giraudus (legendum, Godefridus) Episcopus Lingonensis, Gaucherius de Monte-Gati, Comes de Voarenna, Rinaldus Tornodorensis, Manasses de Bullis, Euraldus de Bretolio. Continuator Aimoini lib. 1. cap. 53. aliquos alios Episcopos, Abbates, & Proceres plures, qui Crucem accepere in medium adducit.

VI. Praeter Conventum Vezeliacensem Carno-

ciem hominis verecundissimi confudistis, & cujus laus est in Ecclesia, ipsum in facie Ecclesiae humiliastis, lesistis, omnes inimicos ejus, sed quantos vos contristasse putatis? Non est modus condolendi, quia amicorum non est numerus. Dilectus a Deo & hominibus grandis criminis luit poenas, nullius convictus, nullius confessus. Tenemus, Rhinices sentimus: lum: Israelites perfodiunt, sed non cum Madianitide. Imponitur ei quod Regem coronavit: sed in hoc non existimat excessisse se tenorem privilegiorum suorum. Obicitur quod scienter divina praesumpserit celebrare in Ecclesia interdicta; negat. Suo tempore probabitur illud, purgabitur istud. Esto autem, putemus omnia constare, quaecumque in absentem adversariis ejus licuit, aut libuit loqui: debuitne hoc solo excessu, cuius caetera laudabilia extiterunt, tam dure feriri, tam severe animadverti? Semel excessisse etiam virtus poterat reputari, si de vestro, non de vultu inimicorum ejus iudicium, prodidisset.

VIII. Deinde quid in arcto illo fieri oportebat? Dies celebris, sollemnis Cura, juvenis Rex; & quod his majus est, Dei negotium de Hierosolymitana scilicet expeditione, propter quod omnes conveniant. Prorsus haec omnia, Missarum, & corona regia sollemnis, debitive honoris frustrationem nullatenus admittebant. Sed nec ipsi Bituricensi Archiepiscopo omnino expediebat, ut honor Regis per eum impediretur. Quae cum ita se habuerint, aestimamus locum misericordiae non deesse, ubi tanta necessitas typum excusat contumaciae: Numquid potestatem habetis tantum percutere, & nequaquam sanare? Nostis qui dixerit: (f) percutiam, & ego sanabo. Absit, ut cujus tenetis vicem, non usurpetis & vocem, vocem praecipue pietatis. Ergo sola hac vice redeat sagitta Jonathae retrorsum, & si necesse fuerit, in me magis mittatur. Tolerabilius fateor, habuissem interdicti mibi Missarum celebrationem, quam Archiepiscopo pallii usum.

Excusatur delictum. (f) Deut. 32.

Conventus Laudunensis & Carnotensis. Conventus hoc anno coactus, cui Ludovicus Rex interfuit, multique Archiepiscopi, Episcopi & Proceres; celebratus est tertia dominica post Pascha, ut liquet ex Epistola XVII. Petri Venerabilis lib. VI. & ibidem recitatur Epistola XIX. ejusdem libri Petro Venerabili a Sugero Sancti Dionysii Abbate data in qua ait: Inde est quod Archiepiscopi, & Episcopi, quin etiam Dominus Rex, & regni Optimates, & nos super hoc (nempe expeditionem in Terram Sanctam) Lauduni convenimus; & usque adeo res processit, quod XV. dies post Octavas Pascha Carnoti generaliter Conventum celebrare super hac causa, &c. & omninodam operam adhibere disposuimus.

VII. Meminit alterius Conventus sanctus Bernardus in Epist. CCXLVII. ad Eugenium scripta,

Est etiam quod non mediocriter vestro pio rigori obviat in hac parte, quod filio vestro Regi Ludovico possit hinc non parva offensionis & irritationis occasio dari, cum ipse sibi tota mali hujus videatur esse occasio. Quod plane tempore isto non expedit, ne bonum, quod vestro hortatu bono & magno animo cepit, dignum (quod absit) non habeat exitum, si in scandalo & animi perturbatione hoc egerit. Pergit dicere de copioso provenitu ex praedicatione collecto, quem nuper recitavimus.

IX. Expedi- tio Ludovici cur infeliciter cessavit. Sic igitur vides, Lector non extincta, nec emendata, quae Regem vidimus deliquisse, & praecipue in causa Bituricensis Archiepiscopi, ex qua dissidium sumpsit originem. Quomodo ergo Deo placere possit, si Princeps altera manu pro Ecclesia pugnet, altera contra Ecclesiam praelietur? At numquid non de his S. Bernardus & summus Pontifex Regem redarguerunt? Sane quidem, & impensio studio, opportune & importune agentes apud ipsum litteris, ut superius est pluribus demonstratum. Quid ergo? Num quia ea corrigere praetermittit, excludendus fuit ab hoc opere quod vehementi studio peragendum suscepit? minime gentium, sed hortandus magis magisque, si forte Deus ad alia peragenda lumen suae gratiae impertiret. At dicit aliquis, amplissimum Jubilaeum ab Eugenio Papa ipsi aliisque ea de causa concessum, an non satis ad explianda maxima quaeque delicta? Sane quidem, si veram poenitentiam satisfactio comite- tur. Haec praemississe, necessarium duximus; ne mens humana in scandalum impingat, quo iustificans homines, Deum impie aut impudenter accuset, si non egressus est Deus in virtutibus nostris, sed reliquit in manibus inimicorum suorum. Pergamus jam enarrare reum gestarum historiam.

X. Annuntiatio per sanctum Bernardum

PAGIUS pta. Mos horum temporum ferebat, at Francorum Reges in praecipuis Festis coronam sollemni ritu acciperent, quod cum Samson Archiepiscopus Remensis, Petro Bituricensi Archiep. Roma: existente, temere usurpasset, ut legitur in Patriarchio. Bituricensi, Eugenius III. ob hanc causam usum Pallii eidem Remensi interdixit, ut liquet ex ejusdem Papae Epistola ad Samsonem data, & in Patriarchio. Bituricensi recitata sub datum Sutri VII. Kal. April. seu die XXVI. mensis Martii. Verum Conventus Bituricensis die Natali Christi superioris Christi anni congregatus, ut ibidem num. XII. Odo de Diogilo discrete scribit. Quare sicut Carnotensem Laudunensis, ita & Vezeliacensem Bituricensis Conventus praecessit, neque Laudunensis & Bituricensis in futura Conciliorum editione omitti debent; cum in eam Conventus Vezeliacensis & Carnotensis jam inserti fuerint. Divus Bernardus, ut

pro expeditione verbo Dei in Gallia, conventus alius generalis indicitur, in quo illi, qui militiae nomen dederant, crucem acciperent. De quo ista (a) Otto Frisingensis habet: Excitatis ad trans- marinam expeditionem multorum animis, tandem Curia generalis apud Vezelacum Galliae oppidum, ubi beata Maria Magdalena ossa recondita sunt, indicitur, convocatis ex diversis Galliae provinciis, Optimatibus virisque illustribus. Ibi Ludovicus Francorum Rex crucem a praxaxato Abbate cum multa mentis alacritate sumens militiam transmarinam professus est cum Theodorico Flandrensi, & Henrico Theobaldi Blesensis filio Comitibus, & aliis de regno suo Baronibus, virisque nobilibus. Haec Otto. At ista feliciter promovisse, non satis visum sancto Bernardo: alias quoque penetrat regiones.

Itaque insistens commisso sibi operi ab Eugenio, ubi praedicatione praesens esse non potuit, scriptis litteris ad persuadendum efficacissimis affuit, quarum adhuc aliquot reliquae sunt, ut inter alias quas dedit (ut habet Otto) ad Francos Orientales & Bajoarios, vel (ut apud S. Bernardum legitur) ad Spirenses Ecclesias. Ad diversos enim eadem dabantur, non eodem tantum argumento, sed interdum totidem verbis; sic enim se habent:

XI. Dominis & patribus charissimis Archiepiscopis, Episcopis, & universo Clero & populo Orientalis Francia & Bajoariae Bernardus Claravallensis vocatus Abbas, spiritu fortitudinis abundare.

XII. Sermo mihi ad vos de negotio Christi, Bern. exhortatio ad Francos & Bajoar. in quo est utique salus nostra. Haec dico, ut excuset indignitatem personae loquentis auctoritas Domini, excuset & consideratio propria utilitatis. Modicus quidem sum, sed non modice cupio vos in visceribus JESU CHRISTI. Ea nunc mihi ratio scribendi ad vos ea cau-

legere est in Epistola ejus CCXLVII. ad Eugenium III. data, qui Samsonis amicissimus erat, graviter conquestus est, tam severe animadvertum ab eo, praesertim cum nihil praeter jus & Privilegii tenorem usurparit, Principumque Conventus pro expeditione Hierosolymitana id prorsus ab eo extorquere videretur: Quid in arcto illo fieri oportebat? Dies celebris, sollemnis Cura, juvenis Rex: & quod his majus est, Dei negotium, de Hierosolymitana scilicet expeditione, propter quod omnes conveniant. Prorsus haec omnia Missarum & corona Regia sollemnis, debitive honoris frustrationem nullatenus admittebant. Sed nec ipsi Bituricensi Archiep. omnino expediebat, ut honor Regis per eum impediretur. Quibus ex verbis perspicuum fit Petrum Archiep. Bituricensis anno superiori, quo ea Coronatio facta, a sua dioecesi absentem fuisse.

VIII. A num. XI. ad XXII. Pseudo Robertus de Monte in Chron. narrat, Judaeos hoc anno pue-

S. Bern. pro Rhe- menfi Archiep. ro- gat Eugeni- um Pap.

(a) Otto Fris. de reb. gest. Frid. 1. 2. c. 36. & Bern. ep. 322.

S. Bern. ad Germa- niae populos hortatio.

XI.

Bern. exhortatio ad Francos & Bajoar.

VIII.

causa, ut universitatem vestram litte-
ris audeam convenire. Agerem id li-
bentius viva voce, si ut voluntas
non deest, suppeteret & facultas. Ec-
ce nunc, fratres, tempus acceptabile,
ecce nunc dies copiose salutis. Commota
est squidem & contremuit terra, quia
cepit Deus caeli perdere terram suam. Suam
in qua visus est, & annis plusquam tri-
ginta homo cum hominibus conversatus est:
suam utique, quam illustravit miraculis,
quam dedicavit sanguine proprio, in qua
primi resurrectionis flores apparuerunt.
Et nunc, peccatis nostris exigentibus,
Crucis adversarii caput extulere sacri-
legum; depopulantes in ore gladii Ter-
ram benedictam, Terram promissionis.
Prope est, si non fuerit qui resistat, ut
in ipsam Dei viventis irruant civitatem,
ut officinas nostrae redemptionis evertant,
ut polluant loca sancta, Agni immacu-
lati purpurata cruore. Ad ipsum prob
dolor, religionis Christianae sacrarium,
inbiant ore sacrilego, lectumque ipsum
invadere & conculcare conantur, in quo
& propter nos. Vita nostra obdormivit in
morte.

XII.
Quod ex-
peditio
ita sit fa-
lutis oc-
casio.

Quid facitis viri fortes? quid facitis
servi Crucis? Itane dabitur sanctum ca-
nibus, & margaritas porcis? Quam
multi illic peccatores confidentes peccata
sua cum lacrymis veniam obtinere, post-
quam patrum gladiis eliminata est spur-
citia Paganorum? Videt hoc malignus
& invidet, dentibusque frendet & tabe-
scit. Excitat vasa iniquitatis suae, nec
ulla quidem tanta pietatis signa aut vesti-
gia relinquit, si quando forte (quod Deus
advertat) obtinere valuerit illa Sancta
Sanctorum. Verum id quidem omnibus secu-
lis deinceps inconsolabilis dolor, quia irra-
superabile damnum, specialiter autem ge-
nerationi huic pessima infinita confusio &
opprobrium sempiternum. Quid tamen arbi-
tramur, fratres? Numquid (a) abbreviata

(a) N. 50.

PAGIUS
Pueri
Christiani
diversi
tempori-
bus a Ju-
dais neca-
ti.

puerum, nomine *Willelmum*, Christianum a-
pud Norwicum Angliae civitatem crucifixisse,
quod tamen Westmonasteriensis in Chron. ad
annum praecedentem, Bromptonus vero in suo
Chron. ad Regis Stephani annum nonum, qui
Christi fuit MCXLIV. retrahunt. Bromptono
suffragatur Chronicon Fiscannense Tom. I. Bi-
blioth. Labbei. In eodem Bromptoni Chro-
nico extat aliud exemplum pueri anno MCLX.
Henrici Regis anno VI. a Judais crucifixi pro-
pe Gloverniam, ut videre est pag. 1050. Ne-
que hic finis crudelitatis; rursus enim anno
MCLXXXI. martyrizatus est ad Pascha apud
Sanctum Edmundum a Judais puer quidam Ro-
bertus nomine: qui in proximo in Ecclesia S. Ed-
mundi honorifice sepultus, multis, ut fama fuit,
claruit miraculis, inquit Gervasius Monachus
in Chron. Denique Henricus de Knygton Lei-
cestrensis Abbatiae Canonici lib. 2. de Even-
tibus Anglorum cap. 15. affirmat, quod anno
MCCCLV. Judai crucifixerint Hugonem, novem-
nem puerum Lincolniae Kal. Augusti. Quare vi-

est manus Dom. aut impotens facta est ad
salvandum, quod ad tuendam & restituendam
sibi hereditatem suam exiguus ver-
miculos vocat? Numquid non potest mit-
tere Angelorum plusquam duodecim le-
giones, aut certe tantum dicere verbo, &
liberabitur terra? Omnino subest ei, cum
voluerit, posse. Sed dico vobis, tentat vos
Dominus Deus vestrorum. Respicit super fi-
lios hominum, ut si forte sit, qui intel-
ligat, & requirat, & delectat vicem ejus.
Miseratur enim Dominus populum suum,
& lapsis graviter providet remedium
salutis. Considerate quanto ad salvandos
vos artificio utitur, & obstupefcite. In-
tuenini pietatis abyssum, & confidite pec-
catores. Non vult mortem vestram, sed
ut convertamini & vivatis: quia sic qua-
rit occasionem non ad verum vos, sed pro
vobis. Quid est enim nisi exquisita pror-
sus & inventibilis soli Deo occasio sal-
vationis, quod homicidas, raptores, a-
dulteros, perjuros, ceterisque obligatos
criminibus, quasi gentem, quae justitiam
fecerit, de servitio suo submonere digna-
tur Omnipotens? Nolite diffidere pecca-
tores, benignus est Dominus. Si vellet
punire vos, servitium vestrum non modo
non expeteret, sed nec susciperet quidem
oblatum. Iterum dico, pensate divitias
bonitatis Dei altissimi, consilium misera-
tionis attendite, necessitatem se habere,
aut facit, aut simulat, dum vestris cupit
necessitatibus subvenire. Teneri vult
debitor, ut militanti sibi stipendia
reddat, indulgentiam delictorum & glo-
riam sempiternam. Beatam ergo dixerim
generationem, quam apprehendit tam uberi
indulgentia tempus, quam invenit su-
perstitem annus iste placabilis Domino,
& vere Jubilaeus. Diffunditur enim haec
benedictio in universum mundum; & ad
signum vitae certatim convolant univer-
sorum fortium, & robusta noscitur ju-
ven-

XIII.

dentur Judaei multiplicatis ante annos sexagim-
ta suorum caedibus, supplicis non fractos, sed
exasperatos magis, & frequentius in Christia-
norum innocentium sanguinem saevisse, quam
ab Historicis libuerit referre in Chronica. Si-
milia hujus crudelitatis exempla refert Bol-
landus ad diem XXV. Martii, dum verba facit
de Sancto Willelmo puero Norwici in Ang-
lia martyrium passio, cujus meminit Baronius
num. XIX.

Baronius num. XX. ait, sanctum Bernar-
dum, ubi ad finem praesens inclinaret annus,
se in Germaniam contulisse. Verum, uti ob-
servat Manricus in Annal. Cisterc. hoc anno
cap. VIII. motus ad id videtur Baronius ex
Historia miraculorum ejus in proemio, ubi a
prima Dominica Adventus eorum exordium fumit;
cum tamen longe probabilius sit, hunc
Auctorem non a primo Bernardi in Germa-
niam ingressa, sed ab ejus ad Constantiam ac-
cessu eorum exordium deduxisse. Sed quidquid
hac de re sit, Sanctus vir in Germaniam ven-

IX.
S. Bern.
professio
German.

ventute referat, sicut laus est vestra in
universo mundo, & virtutis vestrae fama
replevit Orbem terrarum: accingimini &
vos viriliter, & felicitate arma accipite
Christiani nominis zelo. Cesset pristina
illa non militata, sed plane malitia, qua
soleris invicem sternere, invicem perdere,
ut ab invicem consumamini. Quae miseris
tam dira libido excitas, quod proximi
corpus gladio, cuius fortasse, & anima
perit, transfunderent? sed nec effugit,
qui gloriatur: & ipsius animam pertrans-
ibit gladius, cum solum hostem gaudeat
cecidisse. Illi se dare discrimini, insaniam
est, non virtutis; nec audaciae, sed amen-
tia potius est ad scribendum. Habet nunc
fortis miles, habet vir bellicosus, ubi di-
mices absque periculo; ubi & vincere
gloriae, & mori lucrum. Si prudens mer-
cator es, si conquistor hujus saeculi, ma-
gnas quasdam tibi nundinas indico, vi-
de ne pereant. Suscipe Crucis signum, &
omnium pariter, de quibus corae contri-
to confessionem feceris, indulgentiam ob-
tinebis. Materia ipsa si emitur, parvi
constat; si devoto assumitur humero, va-
let sine dubio regnum Dei. Bene ergo fe-
cerunt, qui jam caeleste signaculum susce-
perunt, bene ceteri faciunt. Sed nec
ad insipientiam eis, si festinant & ipsi
apprehendere, quod & eis in salutem exi-
stat. Pergit post haec monere, ne Ju-
daeos interficerent, neque effugarent. De-
mum vero haec pro cautela ad finem ponit:

Ab hono-
nore &
utili.

Jubileum
indictum.

XIV.
Quae ca-
venda fa-
lubriter
moneat.

Illud quoque admonitis vos esse est ne-
cesse, fratres dilectissimi, ut si quis for-
te amans primatum gerere inter vos, ex-
peditio sua regni voluerit exercitum
praevincere, nullatenus audeat: & si a no-
bis missam se simulet, non est verum: aut
ostendat litteras tamquam a nobis datas;
sed omnino falsas, ne dicam furtivas esse
dicatis. Viros bellicosos & gnaros ta-
lium duces eligere est; & simul proficisci
exercitum Domini, ut ubique habeat ro-
bur, & non possit a quibuslibet violen-
tiam sustinere. Fuit enim in priori expe-
ditione, antequam Hierosolyma capere-
tur, vir quidam Petrus nomine, cuius &
vos, ni fallor, saepe mentionem audistis.
Is populum qui sibi crediderat, solum cum
suis incedens tantis periculis dedit, ut
aut nulli, aut paucissimi eorum evaserint,
qui non corruerint aut fame, aut gladio.
Propterea omnino timendum est, si simi-
liter & vos feceritis, ne contingat & vo-
bis similiter, quod advertat a vobis Deus,
qui est benedictus in saecula Amen. Ha-

PAGIUS

venit & ut Christianos ad Crucem sumendam
impelleret, & a Judaeis necandis retraheret.
Inter alios enim Eremita quidam, Radulphus
nomine, seu nimio zelo, seu captandae plebis
avidus, quasi a Bernardo missus, Crucem con-
tra Saracenos, & internecionem contra Dome-

stenus sanctus Bernardus. Qui non so-
lum ejusdem argumenti, sed totidem ser-
me verbis immutatis, vel decurtatis per-
paucis, litteras ad alias civitates mitte-
re consuevit, ut apparet ex illis datis ad
Brixienfes in Gallia cisalpina populos,
quas repertas in scripto codice, in quo
est vita SS. Faustini & Jovita, & alia,
hic describendas curavimus; quae sic se
habent:

XV.

Maifredo Brixienfis Ecclesiae Episcopo,
necnon Consulibus, militibus, & univer-
sis populis sub eo constitutis, Frater Ber-
nardus Clavavallis vocatus Abbas spi-
ritu fortitudinis abundare.
Sermo mihi ad vos de Christi negotio
est; qui est utique vestra salus. Excus-
set proinde exiguitatem persona loquen-
tis consideratio propriae utilitatis. Licet
enim exiguus sum, & nullius momenti ho-
muncio; cupio tamen omnes vos in vis-
ceribus JESU CHRISTI. Et ecce nunc
tempus acceptabile, & dies copiosae salu-
tis. Commota est & contremuit terra,
quia caeli Dominus cepit perdere terram
suam. Suam, quam tricenaria est inha-
bitatione dignatus: suam, quam dedica-
vit proprio sanguine: suam, quam hono-
ravit gloria resurrectionis. Et nunc pec-
catis exigentibus Crucis adversarii caput
extulere sacrilegum, depopulantes in ore
gladii Terram benedictam, Terram pro-
missionis. Heu prope est, ut in ipsam
irruant civitatem Dei viventis & virtu-
tum, ut officinas nostrae redemptionis e-
vertant, polluant sancta loca, Agni im-
maculati purpurata cruore. Proh dolor,
ad ipsum praecipuum Christianae religio-
nis sacrarium, vita thesaurum, divitias
salutis, inbiant ore sacrilego, & radici-
tus conantur evellere, & dissipare lectum,
in quo propter nos Dominus majestatis ob-
dormivit in morte.

Ad Bri-
xienfes
exhortat.
S. Bern.

XVI.

Quid facitis viri fortes? quid faci-
tis servi Crucis? Itane dabitur sanctum
canibus, & margarita porcis? Si semel
arripuerint sancta illa Sanctorum, ubi
jam plurimi peccatores adepti sunt ve-
niam delictorum; certum est, ne ulla
quidem eos signa ac vestigia relinquant.
Verum id quidem omnibus saeculis incom-
parabilis dolor, quia irrecoverabile da-
mnum; specialiter autem huic generationi
infinita confusio, & opprobrium sempiter-
num. Numquid * tantum arbitramur, * tamen.
quod abbreviata sit manus Domini, & sa-
cta impotens ad salvandum, quod exi-
guos terra vermiculos vocat ad tuendam
ha.

ricos Judaeos concionabatur, uti refert Otto
Frisingensis in Friderico lib. I. cap. 37. Do-
luere Episcopi se ipsis inconsultis, imo reni-
tentibus, ex injuncto Bernardi, totam fere
Germaniam perturbari. Quare Sanctus Abbas
purgandae huic Calumniae, & reprimendo ter-
pen-

hereditatem suam? Numquid non mittere potest Angelorum plusquam duodecim legiones, aut certe tantum dicere verbo, & liberabitur terra? Omnino subest ei, cum voluerit posse. Sed dico vobis, tentat vos Dominus Deus vester. Respicit super filios hominum, si forte quis intelligat, & requirat, & doleat vicem ejus. Miseratur enim populum suum Deus, & lapsis graviter providet remedium salutare. Considerate, quanto ad salvandos vos artificio utitur, obstruente. Intuemini pietatis abyssum, & redite in spem peccatores. Non vult mortem vestram, sed ut convertamini & vivatis; qui sic querit occasionem, non ad verum vos, sed pro vobis. Quid est enim nisi exquisita prorsus & inventibilis soli Deo salvationis occasio, quod homicidas, raptos, adulteros, & perjuros, caterisque obligatos criminibus, quasi gentem qua justitiam fecerit, de servitio suo submonere dignatur Omnipotens?

Confidite peccatores quia benignus est; & si vellet punire vos, servitium vestrum non tantummodo non exasperet, sed ne susciperet quidem. Teneri vult debitor, ut sibi militantibus stipendia reddat, veniam peccatorum, & gloriam sempiternam. Secura plane & fructuosa militia, ubi sit & victoria gloriosa, & mors ipsa felicior. Beatam dixerim generationem, quam apprehendit tam uberis indulgentia tempus, quam supersitem invenit vere Jubilaeus hic annus, annus placabilis Domino. Diffunditur haec benedictio in universam terram, & ad suscipiendum signum vitae certatim convolant universi. Quia ergo secundum est virorum fortium terra vestra, & robusta noscitur juventute referta; sicut est laus vestra in universo mundo, & virtus

PAGIUS

penti malo, primo ad Henricum Moguntinum Praefulem, mox ad omnes Germaniae Episcopos scripsit. Epistola ad Moguntinum Praefulem, quae alias CCCXXIII. nunc est CCCLXV. & Epistola ad Orientalis Franciae Clerum & populum, alias CCCXXII. nunc est CCCLXIII. In priori in Radulphum Monachum invehitur, atque tria in eo reprehensione esse dignissima, usurpationem praedicationis, contemptum Episcoporum, homicidii approbati libertatem. In posteriori vero non solum arma contra Infideles pro Orientalis Ecclesiae defensione suscipienda hortatur; sed etiam Judaeos non esse persequendos, nec dum occidendos scribit. Prior legenda apud Baronium num. XVIII. & posterior apud eundem num. XI. & seqq.

X. Floret S. Hildegardis.

Bernardus sub mensis Octobris finem ad Vormatiam urbem commoratus, multos ad sacrum bellum Crucisignavit. De eo enim sub initium Januarii anni sequentis, eandem urbem rursus adente, Philippus tunc Archidiaconus, postea Monachus, qui praefens fuit, in lib. de Miraculis Sancti Bernardi cap. XI. scribit: Transierat per Vormatiam ante duos menses, & sermone habito, innumerablem ibi signaverat populum signaculo militiae Christianae. Dein Fran-

ci] vestra fama replevit Orbem: accingimini & vos viriliter, & felicia arma corripite Christiani nominis zelo, ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis. Valet. Amen. Haftenus ad Brixienfes, & ad alias civitates ubique terrarum.

Sed ut revertamur ad superiora, quidnam sit, quod in recitata ante istam epistola ad Germaniae populos, monet in fine, ut abstineant ab internecone Judaeorum, discas ab Ottone, qui aderat, atque: (a) Inter haec Radulphus monachus, vir quidem religionis habitum habens, religionisque severitatem solerter imitans, sed litterarum notitia sobrie imbutus, eas partes Galliae, quae Rhenum attingunt, ingreditur, multaque populorum millia ex Agrippina, Moguntia, Vormatia, Spira, Argentina, aliisque vicinis civitatibus, oppidis, seu vicis ad accipiendam crucem accendit. Hoc tamen doctrina sua non vigilanter interserens, quod Judaei in civitatibus, oppidisque passim manentes, tamquam Christiana religionis hostes trucidarentur. Quod doctrinae semen in multis Galliae Germaniaeque civitatibus vel oppidis tam firmiter radicem figens germinavit, ut plurimis ex Judaeis hac tumultuosa seditione necatis, multi sub Principis Romanorum alas tuitionis causa confugerent. Unde factum est, ut non pauci ex ipsis hujusmodi immanitatem fugientes, in oppido Principis, quod Noricum, seu Nurenberg appellatur, aliisque municipiis ejus ad conservandam vitam se reciperent. At praefatus Clavallensis Abbas hujusmodi doctrinam praecavendam docens, ad Galliae, Germaniaeque populos nuntios, seu litteras destitavit; quibus ex auctoritate sacrae pa-

XVII.

(a) Or. Fr. de gest. Fr. l. 1. c. 37.

De Judaeis necandis praeva damnatur opinio.

XVIII. (a) Bern. ep. 323.

Adversus Radulph. haeretic.

gine luculenter ostendit, Judaeos ob scelerum suorum excessus non occidendos, sed dispergendos fore &c.

Extat autem epistola ejusdem S. (a) Bernardi ad Henricum Archiepiscopum Moguntinum adversus eundem Radulphum eremitam, necem Judaeorum praedicantem, qua eum plurimis notis fugillat infamiae. Nam post exordium haec habet: Homo ille, de quo agitur in litteris vestris, neque ab homine, neque per hominem, sed neque a Deo missus venit. Quod si se monachum aut eremitam jactat, & ex eo sibi assumit libertatem vel officium praedicationis: potest scire & debet, quod monachus non habet docentis, sed plangentis officium; quippe cui oppidum carcer esse debet, solitudo paradisi. Hic vero a contrariis, & solitudinem pro carcere, & oppidum habet pro paradiso. O hominem sine peccato, o hominem sine fronte, cujus stultitia elevata est super candelabrum, ut appareat omnibus, qui sunt in domo! Tria sunt in eo reprehensione dignissima, usurpatione praedicationis, contemptus Episcoporum, homicidii approbati libertas. Et post multa in confutationem haereseos haec de ipso: Tua doctrina non est tua, sed ejus qui misit te, patris. Sed credo sufficit tibi, si sis sicut magister tuus. Ille enim erat homicida ab initio, ille mendax, & pater mendacii. O monstruosa scientia! o sapientia infernalis, contrariae Prophetis, & Apostolis inimica, subversio pietatis & gratiae! O immundissima haereseos! o meretricis sacrilega, quae impraegnata de spiritu falsitatis, concepit dolorem & peperit iniquitatem. Libet, sed non licet ultra progredi. Ad ultimum, ut omnia quae sentio super his, breviter comprehendam: homo est magnus in oculis suis, plenus spiritu arrogantiae, verba & opera ejus praetendunt, quod conatur sibi facere nomen juxta nomen magnorum qui sunt in terris; sed non habet sumptus ad persiciendum. Vale. Hucusque de Radulpho novae haereseos auctore Bernardus.

XIX.

(b) Pet. l. 5. ep. 33. Petrus Cluniac. Abbas quid de Judaeis.

Rursum vero, quod ad inferendam Judaeis necem pertinet, Petrus insuper Cluniacensis Abbas (b) scribens ad Ludovicum Francorum Regem, pro eadem expeditione promovenda de Judaeis pariter agens, eos non occidendos quidem existimat, sed impunitos non relinquendos. Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

vaperetur frequentius, & in summis disceret, non solum quod postea in imis diceret, sed potius (quod satis mirabile est inauditum) etiam scribendo Latine dicitur, & distando libros Catholicae Doctrinae conficeret. Annus tamen hujus colloqui Bernardi cum Hildegarde non satis certus. Vincentius Bellocac. in Spec. Histor. lib. 27. cap. 83. refert laudata verba ex auctore Anonymo, atque se se existimare eum spectare ad Hildegardem praedictionibus clarum.

dos de excessibus suis, quibus bona Christianorum vel usuris exhauriant, vel emendo furto rapta possideant; quibus eos juste expoliandos suadet, istdemque militantes pro Christo alere milites. Ut autem iis temporibus penes omnes Judaei execrabiliores haberentur praeter antiquam maledictionem, qua tenetur omne genus eorum astrictum, recentia accesserunt demerita, & praesertim ea quae hoc anno ab eis sunt scelestissime perpetrata: quae cum innotuissent Orbi, Fideles omnes in eos sunt vehementer incensati. Siquidem hoc anno Judaei Christianos omnes semper sunt persecuti, execrandum facinus perpetrarunt, quod a Roberto de Monte in appendice ad Sigbertum ita paucis describitur: Apud Norvicum Angliae civitatem Judaei crucifixerunt puerum quemdam Christianum nomine Willelmum: quem etiam foras civitatem ab eis sepultum divina lux (ut ferunt) super eum emicans declaravit: sicque a Fidelibus inventus, honorabiliter est in Ecclesia positus. Crevit ob ejusmodi eorum scelera in Judaeos odium immentum, quo caederent eos Christiani milites frequenter. Sed & quod stylo discreto eos exagitavit Petrus Abbas Cluniacensis: crevit magis, adeo ut de omnibus Judaeis necandis data fuerit ea occasio proclamandi, quam nuper vidimus per S. Bernardum esse repressam.

Sed redeamus ad eundem Bernardum operi insistentem. Ipse quidem praeter alios hoc anno infumptos labores, ubi ad finem praefens inclinaret annus, contulit in Germaniam, ut Conradum Romanorum Regem in expeditionem Hierosolymitanam ad decorum Christi signaculum, ut cum Francorum Rege fecerat suscipiendum hortaretur. De quo ista Frisingensis Antistes, & ipse unus ex cruce signatis (c): Igitur innumerabilibus in Occidentali Gallia ad transmarinam expeditionem excitatis, Bernardus praedicationis nomine movendū Orientale Francorum regnum agredi disponit, tam ob hoc, ut animum Principis Romanorum sacrae exhortationis verbo ad accipiendam crucem emolliret, quam ut Radulpho occasione Judaeorum crebras in civitatibus seditiones populo contra dominos suos movendū.

XX.

(c) Ott. Fr. de gest. Fr. l. 1. c. 39. Bern. res gestae in German.

Philippus citatus cap. 3. narrat miracula, quae Sanctus Abbas per singulos dies patrabat, Conrad. aitque mense Novembri exeunte Constantiam Imp. Cruce venisse rogatu Hermannii Constantiensis Episcopi, qui cum primum Basileam, mox Argentinam reduxit. Conradus Germaniae Rex generalem Curiam Spirae, cui Bernardus adesset, in die Natali Christi congregavit: Ibi enim diem festum celebravit Rex Conradus, ibi coronatus est, ibi adfuit Episcoporum, Principum

venti silentium imponeret. Audiens hoc Princeps, Generalem Curiam in Nativitate Domini apud Spiram civitatem celebrandam indixit. Quo veniens praedictus Abbas, Principi cum Friderico fratris sui filio, aliisque Principibus & viris illustribus crucem accipere persuasit, plurima in publico vel occulto faciendo miracula. Moguntiam quoque veniens, Radulphum in maximo favore populi morantem invenit. Quo accersito praemontioque, ne contra monachorum regulam per Orbem vagando, propria auctoritate verbum predicationis assumeret; tandem ad hoc eum, ut sibi promissa obedientia, in cenobium suum transiret, induxit, populo graviter indignante, & nisi ipsius sanctitatis consideratione revocaretur, etiam seditionem movere volente. Haec de Bernardi rebus gestis anni hujus in Gallia atque Germania.

XXI. Duplex indicta expeditio.

(a) Id. l. 1. c. 40. in fin.

(b) Saxo Gram. l. 14. In Sclavos expeditio.

PAGIUS

pumque conventus. Ille sanctus advenit inter principes quosdam pacem cupiens reformare, quorum inimicitias exercitus Christi detinebatur, inquit Philippus cap. 7. Vides in Germania, sicut & in Gallia, Reges saepius coronatos fuisse. Conradus primum iter transmarinum averfatus est, nec facile ad illud adductus. Tandem Bernardo dixit: Paratus sum seruire ei, quandoquidem ex parte ejus moneor, ut tradit idem Philippus, qui paulo post addit: Continuo signatus est Rex, & vexillum ab altari per manum Patris nostri, quod ipse in exercitu Domini manu propria deportaret, accepit. Signatus cum eo nepos ejus Dux Fredericus junior (qui postea imperavit) signati illi principes, quorum non est numerus. Agit de hac sancti Bernardi professione Germanica Baronius num. XX.

pit. Singula autem Catholicorum provinciae confinem sibi barbariam incessere jubebantur. Ne ergo Dani privatae militiae rebus publica religionis officia detrectarent, sumptis sacrae peregrinationis insignibus, imperium amplectuntur. Igitur Canutus ac Svono invicem obsidibus datis, depositisque inimicitiarum exercitiis, rei melius gerenda gratia pacem pro tempore statuunt, revocatumque a suis visceribus ferrum, ad sacrorum vindictam converunt. Discordiam itaque a regni emulatione profectam socia expeditionis federe castigantes, junctis viribus Sclaviam petunt, Germanis ex condito diversam ejus invadentibus plagam. Erant hi Saxonnes, ut audisti ex Ortone nuper; nam & paulo inferius idem Saxo haec subdit: Occurrunt in litore Saxonnes, & ipsi vindicandae religionis cupientissimi, militiae socii Danis futuri; sed quam parum felicem exitum habuerit expeditio ista, ad sociale bellum converfis Principibus, idem Saxo pluribus narrat. At non in boreales tantum Paganos, sed & in Saracenos illos, qui adhuc loca quamplurima Hispaniae possidebant, expeditionem navalem motam esse, Dodechinus tradit in Chronico anno sequenti. Quod autem in Paganos idolorum cultores perfici hoc anno non potuit, feliciter postea peractum per Waldemarum filium S. Canuti martyris Daniae Regis suo loco dicturi sumus.

In Saracenos expeditio.

XXII. De Nicolao Falsario.

Quod autem nuper audisti sanctum Bernardum contestatum esse, ne litteras tamquam a se missas acciperent, quas scire deberent penitus esse falsas: sciendum est, quod his diebus idem sanctus Bernardus passus est ab uno suorum intimorum monachorum fallacias, qui falsis litteris tamquam ab ipso scriptis, falsoque sigillo usus, pro animi arbitrio, prout sibi expedire videretur, ad diversos datis, usus erat. Latuit falsarius aliquamdiu sub hypocrisis velamento: demum Dei voluntate detectus est. De his & questus est apud Eu-

A num. XXII. ad XXV. Nicolaus, qui ex Monacho Arremarenfi factus est Cisterciensis, & sancti Bernardi Amanuensis sive Notarius, Petro Venerabili propter ejus ingenium & eloquentiam in deliciis fuit (ut ejusdem Petri Epistolae XXXIII. XXXIV. & XXXV. libri sexti domonstrant) & reliquis in admiratione. Verum sigillo sancti Bernardi non semel abusus, & deprehensus falsarius praclaras animi sui dotes obscuravit. Vir versipellis videns sanctum Bernardum in summa omnium existimatione, & Claravallenses ubicunque in honore, Theobaldo Arremarenfi Priori persuasit, ut ad ejus Ordinem majoris perfectionis pretextu simul transirent. Theobaldus cedente imbelli se, nequa sarcinae graviori ex Ordine Claravallensi exivit, sed Nicolaus perseveravit. Probi in speciem mores ejus, ingenium acre, &

XXII. Converso Nicolai Claravallensis.

(a) Bern. ep. 284.

Eugenium Papam, (a) scribens, ac dicens: Periclitati sumus in falsis fratribus, & multa littera falsata sub falso sigillo nostro in manus multorum exierunt, & quod magis vereor, etiam usque ad vos dicitur falsitas pervolasse. Hac necessitate abiecto illo novello, quod cernitis de novo utimur, continente & imaginem nostram, & nomen. Figuram aliam tamquam ex nostra parte jam non recipiatis, nisi forte pro Episcopo Clarimontis, cui sub altero sigillo litteras dedi, cum nec dum istud haberem. Haec ipse. At quid impostor falsarius? sicut Bernardus vetus sigillum abiecit & novum formavit: ita ipse, rejecto illo, quod amplius non esset in usu, novum in similitudinem illius quod formandum curarat ipse Bernardus, effigiandum curavit, ut idem ipse sanctus Bernardus affirmat in aliis litteris ad Eugenium Papam.

XXIII.

(b) Id. ep. 298. Bern. ad Eugen. quid de Nicolao falsario.

At quisnam fuerit iste perverfissimus homo, qui adeo immane scelus praesumpserit, aliis litteris ad eundem Eugenium datis sic aperit: (b) Nicolaus ille exiit a nobis, quia non erat ex nobis. Exiit autem, sedita post se relinquens vestigia. Et ego longe ante hominem noveram, sed expectabam, ut aut Deus eum converteret, aut instar Juda ipse se proderet. Quod & factum est. Praeter libros, denarios, & aureos multos, in ipso exitu ejus inventa sunt super eum sigilla tria, unum ejus proprium, alterum Prioris, tertium nostrum, ipsumque non antiquum, sed novellum, quod & ob ipsius dolo & furtivas surreptiones mutare nuper coactus fueram. Hoc enim est, quod vobis tacito nomine scripsisse me memini, quia videlicet periclitati sumus in falsis fratribus. Quis possit dicere, ad quam multas personas sub nomine meo me ignorante, qua voluit, scripsit? Quis mihi det, ut ipsa Curia vestra ad purum purgetur face mendaciorum ejus? Quis mihi det, ut vel eorum innocentia, qui necum sunt, satis valeat excusari apud circumventos & praeventos impudentissimis mendaciis? Vobis quoque aliquoties in eadem falsitate scripsisse, & non semel, partim convictus, partim & confessus est. De turpitudine ejus, quibus terra sordet, & facta Ann. Eccl. Tom. XVIII.

PAGIUS

stylus dulcis illum valde Bernardo commendabant, ideoque ejus calamo, atque ipsius exemplo, etiam alii, uti voluit, & Nicolaus, quod adeo concupierat, celebre nomen in brevi sibi comparavit. Porro Arremarense monasterium, Gallice, Montier-Ramey, positum est in dioecesi Trecenti.

XXIII. In annum praecedentem retrahenda.

Nicolaus fraudulenta conversio in superiorem Christi annum incidit, quod colligit Manricus anno MCXLV. cap. IX. num. IV. ex Epistola VII. Nicolai Claravallensis data pro sua receptione in eorum Ordinem. In ea enim mentionem Nicolaus facit Eugenii jam summi Pontificis, indeque recte deducit, Baronium per-

sunt omnibus in parabolam, super sedeo polluere labia mea & vestras aures. Si ad vos venerit (nam hoc gloriatur, & amicos se habere confidit in Curia) mementote Arnaldi de Brixia, quia ecce plus quam Arnaldus hic. Nullus perpetua dignior conclusione, nihil ei perpetuo silentio justius. Haec ad Eugenium Bernardus.

Qui dum & nomine ipsum notat, & coloribus pingit, nempe comparans Arnaldo de Brixia, ipsum fuisse doctum insinuans, quique plurimum obesse possit Ecclesiae Dei, nisi perpetuo silentio os ipsius obstrueretur; quique etiam talis esset, qui in scribendo ejusdem S. Bernardi stylum imitaretur, adeo ut tantum sigillo litteris addito, ipsius ore credi potuissent esse dictata: plane in eam sententiam adducor ut existimem, hunc illum esse Nicolaum monachum Cisterciensem, S. Bernardo conjunctum, virum doctrina insignem, & scribendi peritia praestantem, qui ex Cluniacensibus transiisse ad Cistercienses; quem Petrus Cluniacensis plurimum coluit, atque (c) litteris frequentavit, talem eum esse existimans, qualis foris per litteras appareret. De ipso enim ad S. (d) Bernardum alias litteras dedit, ut ad se mitteret eum litterarum consortio amantissimum; & Bernardi ad Petrum responsiones extant, & ejusdem Petri de ipso ad alios (e) Cisterciensium. Insuper & ejusdem Nicolai ad ipsum Petrum epistolae datae binae habentur, (f) quibus cum significetur, ipsum fuisse eidem S. Bernardo charum, summeque conjunctum, quam bene imitatus esset ejus scribendi stylum, ex ipsis satis apparet, quarum alterius est exordium: (g) Patri suo domino Cluniacensi frater Nicolaus. Indica mihi quem diligit anima mea. Quando veniam & apparebo ante faciem tuam? Quando videbo te? quando consolaberis me? consolaberis, inquam, quia consolatio abscondita est ab oculis meis, donec videam & desideraram & desiderandam praesentiam tuam: & tristis est anima mea usque ad te, &c. Ut merito ipse (h) Petrus melleas ejus litteras dicat, summeque laudet, his scilicet verbis: (i) Si talis, inquit, est

XXIV. Quis iste Nicol. Falsarius fuerit.

(c) Pet. Cl. l. 6. ep. 7. 32.

(d) Id. ib. ep. 5. 30. 47.

(e) Pet. Cl. l. 6. ep. 4. 32.

(f) Id. ib. ep. 8. 39.

(g) Id. ib. ep. 39. 34.

(h) Id. ib. ep. 35. (i) Id. ib. ep. 37.

P p p p 2

peram scripsisse Nicolaum currenti anno detectum, atque delatum ad Eugenium Papam; praesertim cum id multo posterius accidisse, tota historiae series palam faciat. Opinionem suam Baronius num. XXII. ex his Bernardi verbis in Epistola CCLXIII. alias CCCXXII. ad Episcopos Orientalis Franciae data, eruit, in qua sanctus Abbas ait: Illud admonito vos esse necesse est, fratres dilectissimi, ut si quis forte amans Primatum gerere inter vos, expeditione sua regni voluerit exercitum praeveneri, nullatenus audeat, & si a nobis missum se simulat, non est verum: aut si ostendat litteras tanquam a nobis datas, omnino falsas, ne dicam.

CHRISTI
1146.EUGENII III. PAP.
2.CONRADE REG. ROM. 8.
MANUELIS IMP. 4.

Stylus tuus : qualis est animus tuus ? si talis littera tua : qualis lingua tua ? Et alia plura de laude litterarum ejus, ut plane Bernardum redoleret stylo, cui esset longe moribus impar, ac plane contrarius. Ita sane in hac misera vita tenebris obvoluta, falsitatibus plena sæpe periclitari contingit in falsis fratribus, sed verum illud, quod Veritas dixit: *(a) Nihil occultum quod non sciatur.* Et certum illud *(b) Job*, quod gloria hypocritæ ad instar puncti. Quod autem tantum esset, ut sententia S. Bernardi Arnaldum de Brixia superaret hæresiarum, nec de eo alia usquam mentio: forte accidit, ut Eugenius Papa (ut visum ipsi Bernardo) perpetuo carceri hominem mancipavit, perpetuoque silentio condemnarit. Sed de his hæcenus.

(a) Mat.
20.
(b) Job.
20.XXV.
Fulcher.
Patriarc.
Hieros.
(c) Paul.
Tyr. l. 16.
c. 17.

Hoc eodem anno Vvillelmus Patriarcha Hierosolymitanus, ubi absolvisset in sede annos quindecim, ex hac vita decessit: in cujus locum subrogatus est Fulcherus Tyri Archiepiscopus, de quo superius dictum est. Hæc ex (c) Vvillelmo.

PAGIUS

eam furtivas, esse dicatis. Verum loquitur Bernardus de Radulpho Eremita sub ejus nomine prædicante, quæ fuit querela Henrici Mo-guntini Præfatis, ut patet ex divi Bernardi Epistola ad hunc Præfulem data, & a Baronio num. XVIII. recitata. Neque credibile Nicolaum tam cito falsarium a Sancto Bernardo deprehensum, & tamen non statim a suo obsequio dimissum.

XIV.
Nicolai
Clareval.
lensis La-
psum.

Nicolai itaque Franci, vel ut ab aliis appellatur, Claravallensis lapsus contigit anno millesimo centesimo quinquagesimo primo, ut docet Epistola Bernardi CCXCVIII. veteri ordine CCLXXXIV. cujus locum affert Baronius num. XXII. & elicitur etiam ex Epistola CCLXXXVIII. quæ est Petri Venerabilis de electione Gratianopolitana eodem anno peracta; qua in Epistola Nicolaus uti Bernardo & Petro adhuc charus ac fidelis amborum internuncius, laudatur. Hanc epocham recte statuunt Manricus citatus ad eum Christi annum cap. IX. & Mabillonius Præfatione in Tomum tertium Operum S. Bernardi num. XLVIII. & seq. Nicolaus post varios hinc inde discursus, constitit tandem in suo Arremarensi monasterio, ut liquet ex Epistola LIX. Arnulphi Lexoviensis Episcopi ad ipsum Nicolaum, tum ex ipsius Nicolai Epistola ad Guillelmum Remorum Antistitem scripta a Baluzio Tom. II. Miscell. vulgata, quæ ideo ante annum MCLXXVI. quo Guillelmus Remensis Archiepiscopus dictus data non fuit. In ea Nicolaus Guillelmum laudat quod se receperit intra sacrarium suæ familiaritatis, & quod susurrari & detractori (hos quippe timebat Nicolaus) locum non daret, & deinde se excusat, quod ab ejus conspectu tandiu abstinuerit. Nicolaum Henrico Campaniæ seu Trecentium Comiti addictissimum fuisse ostendunt duæ ejus ad eum Epistolæ. Sed de Nicolao plura Mabillonius in laudata Præfatione. Scripsit librum epistolarum tam in editione Patrum Colonienfium quam Lugdunenfi relatum, & librum Sermonum dictum Henrico Campaniæ Comiti, recitatum in Biblioth. Script.

Porro Tyria Metropoli (inquit idem auctor) substitutus est vir miræ simplicitatis & mansuetudinis, timens Deum, & recedens a malo, cujus memoria in benedictione est apud Dominum, & homines, dominus Petrus Dominici Sepulcri Prior, de citeriore natus Hispania, de civitate Barcinona, nobilis secundum carnem, sed spiritu nobilior, cujus vita & conversatio longiores & diligentiores postulant tractatus, sed nos historia revocat, ut omiffis specialibus, de publicis edisseramus. Hæc ipse. Porro explosum fuisse narrat Radulphum Cancellarium, cui Rex favebat, sed resistebat Joannes Pifanus ejusdem Tyrensis Ecclesiæ Archidiaconus, qui, inquit, postea fuit Cardinalis S. R. E. tituli sanctorum Silvestri & Martini. Subdit vero, quod cum Radulphus biennio sedisset intrusus, Eugenii Papæ sententia fuerit inde demotus.

Petrus
vir egregie
sanctitatis
Tyri Ar-
chiep.

Hoc eodem anno Michael Oxyta Patriarcha Constantinopolitanus, cum sedisset annos duos & menses octo, ut habet

XXVI.
Obitus
Oxytae.

Ordinis Cisterciensis Tom. III. Annus ejus mortis incertus.

Ad num. XXV. Tyrius lib. XIV. in fine, & initio libri XV. narrat, quomodo per Willelmi Patriarchæ Hierosolymitani manus anno MCXLIII. Fulco Hierosolymorum Rex tumulatus fuerit, & de eodem Patriarcha capit. XVII. scribit: Obiit V. Kal. Octob. Pontificatus ejus anno XV. cui postmodum, subsequente Januario substitutus est Dominus Fulcherus Tyrensis Archiepiscopus. Si itaque Tyrius annos completos numeret, Willelmus anno superiori mortalitatem explevit, & Fulcherius mense Januario præsentis anni in ejus locum subrogatus est. Quod si anni illi XV. incompleti fuerint, Vvillelmi mors in annum MCXLIV. retrahenda.

XV.
Obitus
Guillelmi
Patriarc.
Hierosol.

Ad num. XXVI. Cum Michael Oxyta Patriarcha CP. anno MCXLIII. Patriarchatum Constantinopolitanum consecutus fuerit, & ut legitur in Catalogo Græco Episcoporum Constantinop. annos duos & menses octo, sederit, hoc anno Patriarchatum abdicavit uti recte Baronius habet. In eodem Catalogo refertur Cosmam Atticum ejus successorem Pontificatum menses decem administrasse, posteaque ex eo dejectum; Ecclesiamque viduam mansisse menses X. Quare Cosmas anno sequenti ob hæresim Bogomilorum Sede pulsus fuit. Allatus lib. 2. de Consens. Eccles. Occident. & Orient. cap. XII. pag. 686. refert sententiam adversus Cosmam latam: *Sententia Depositionis Patriarchæ Constantinopolitani, Cosma Attici, qui unum cum Bogomilo Niphone sentire compertus est extracta, & ut moris est corroborata, editaque anno VIMDCLII. mense & indictione sententia præfixis. Mensis Februarii XXVI. die (idei feria) IV. indictione X. presidente in palatio Blacherarum potentissimo & a Deo coronato, sancto nostro Rege & Imperatore Domino Manuele Comeno, &c. sed annus mundi secundum eam Constantinop. a Septembri incipientem corruptus est, legendumque, anno VI. MDCLV. qui mense Febuario sequentis anni concurrat cum indictione X. quo feria IV. incidit*

XVI.
Michael
Oxyta ab-
dicat Pa-
triarcha-
tum Con-
stantinop.CHRISTI
1146.EUGENII III. PAP.
2.CONRADE REG. ROM. 8.
MANUELIS IMP. 4.

Græca series Patriarcharum Constantinopolitanorum, se abdicavit: de quo ista habet Nicetas Choniata his verbis: *Is Michael summa sede ultero cessit, & in Oxyam insulam rediit, in qua vita in-*

PAGIUS

cidit in diem XXVI. Februarii. Nicetas Choniata lib. 2. ait Cosmam æmulos eum apud Manuelem Imp. Calumniatos esse, & in vindictam injusta dejectionis Imperatricem nullos mares peperisse, ut ei Cosmas imprecatus fuerat.

XVII.
Hæretici
prope Co-
loniam ex-
sorti.

Hoc circiter anno Evervinus Steinteldensis prope Coloniam Præpositus scripsit Epistolam ad Sanctum Bernardum Abbatem contra quosdam hæreticos nuper exortos. Eam refert Mabillonius Tom. III. Analect. pag. 452. & rursum ante Sermones LXXV. & LXXVI. in Cantica Cantorum, hoc circiter anno editos, quia in iis Sanctus Abbas hos hæreticos refellit. Pauca hic ex eadem Epistola & Mabillonii in eam Notis referemus, quia extra consilii nostri limites egredi non possumus. Varia fuere per hæc tempora hæreticorum genera, in quibus Petobrytiani seu Henriciani in partibus Tolofanis; Catbari, quorum antesignanus & detector Bonacursus Mediolani, ut jam insinuavimus; Bonihominæ (ita se se appellabant) cum Oliverio sectæ auctore damnati anno MCLXXV. in Concilio Lumberienfi; Pataventi & Passageni, qui omnes occasionem dederunt Albigenfibus hæreticis, de quibus infra. Isti, quos retexit Evervinus, nullo nomine censentur, & nullo sectæ auctore insignes erant: quo nomine istos, titulosve censentur? inquit Bernardus in Sermone laudato LXVI. Nullo; quoniam non est ab homine illorum hæresis, neque per hominem illam acceperunt. Vignere maxime circa Coloniam, ut docet Evervinus in sua ad Bernardum Epistola: *Nuper apud nos juxta Coloniam quidam hæretici detecti sunt, quorum quidam cum satisfactione ad Ecclesiam redierunt. Duo ex eis, scilicet qui dicebantur Episcopus eorum cum socio suo, nobis resisterunt in Conventu Clericorum & Laicorum, presente ipso Domino Archiepiscopo cum magnis viris nobilibus hæresim suam defendentes ex verbis Christi & Apostoli: Sed nonnulli ex illis, qui illam sectam profitebantur a furente turba igni traditi sunt.*

XVIII.
Induas
classes di-
stincti.

Colonienses isti hæretici duas in classes ab Evervino distinguuntur. Uni dicebant, Ecclesiam apud se tantum esse, quasi ipsi soli Christi vestigiis inhærent. In sacramentis suis velo se tegebant, & quotidie cibum & potum suum in Christi corpus & sanguinem se consecrare, cæteros vero in sacramentis procul a veritate abesse afferebant. Præter baptismum aquæ, alium admittebant in igne & spiritu per solam manuum impositionem. Baptismum nostrum cum nuptiis respuebant, æbantque quemlibet e suis Electum seu baptizatum habere potestatem alios, qui digni fuissent, baptizandi; & in menta sua Corpus Christi & sanguinem conficiendi. Alii autem Sacerdotibus Ecclesiæ, utpote seculari more viventibus, consecrandi potestatem abjudicabant, & aliaque sacramenta conferendi, excepto baptismo, quem solis adultis, non parvulis conferebant. Omne conjugium, præter illud, quod inter virgines masculum & feminam contrahitur, fornicationem reputabant. Postremo suffragia Sanctorum, jejunia, cæterasque corporis macerationes respuebant uti & Purgatorium, & suffragia pro mortuis. Itaque Henricianis & Coloniensibus hæreticis communis fuit genius,

pis & simplicis institutum a puero fuerat amplexus. Ibi in templi vestibulo præstratus, cuius monacho collum calcandum præbuit, quod contra quam sibi expediret, adamatam a primis annis quietem

odium in Ecclesiæ ministros, sacramenta, baptismum parvulorum, & nuptias; pauca peculiariora, quæ non sectæ genus, sed quandam tantum capitum diversitatem arguunt. Uno verbo divisi fuerunt rami, sed ex eadem radice prodeuntes, inquit Mabillonius in Præfat. generali ad Opera S. Bernardi §. VI. ubi & ostendit hos hæreticos in multis ab Henricianis discrepasse. S. Bernardus sub currentem annum ad singula hæreticorum Coloniensium capita respondet, sed quasi unius, ejusdemque sectæ fuissent omnes.

Sancto Eleutherio Episcopo Tornacensi demortuo, uti jam diximus anno DXXXII. Sanctus Medardus jam Noviomensis Episcopus, Tornacensis etiam creatus est. Verum Tornacenses Noviomensis Episcopi jugum excutere, & proprium Episcopatum adipisci sæpe tentarunt. Ivo Carnotensis Episcopus cum suo tempore de utriusque Episcopatus divisione ageretur, veritus, ne inde schisma in Regno Franciæ oriretur scripsit ad Paschalem II. Epistolam CCXXXVIII. eumque rogavit, ut statum duarum illarum Ecclesiarum inconcussam manere concederet, ne hac occasione schisma, quod est in Germanico regno adversus Sedem Apostolicam in Galliarum regno suscitetur. Paulo post: *Præterea cum dignitas Episcopalis paupertatem his diebus honeste ferre non valeat, providendum est, ne ista divisione uterque Episcopus sit pauper.* Paschali secundo vivis exempto Tornacenses majori studio infudarunt apud Callistum II. qui tamen rogatu Ludovici VI. Francorum Regis Rescriptum dedit pro confirmatione unionis duarum Ecclesiarum, a Marlotto lib. 2. Hist. Metropolis Remensis cap. 31. relatum, in quo ait: *Noviomensis & Tornacensis Ecclesiarum & Parochiarum unitatem, a nostris prædecessoribus inconcussam, usque ad hæc tempora conservatam, præsentis Decreti pagina confirmamus, & ratam in perpetuum permanere decrevimus.*

XIX.
Tornacenses ju-
gum Ep-
Noviomense
excutere
tentant.

Eugenio III. ad Summum Pontificatum promotum, intermissum diu negotium Romæ totis viribus Tornacenses redintegrarunt, a quo, intercessore præsertim Sancto Bernardo, voti compotes effecti obtinuerunt, ut Anselmus electus ab eis Episcopus suis manibus Romæ consecraretur, idque currenti Christi anno, non vero præcedenti, ut aliqui putarunt. Hermannus enim Monachus de Miraculis Sanctæ Mariæ Laudunensis, lib. 3. cap. 21. de eodem Anselmo scribit: *a domino Papa Eugenio invitatus consecratur anno MCXLV. Dominica, Latere Jerusalem, Dominica scilicet quarta Quadragesimæ.* Hermannus autem annos Incarnationis a die XXV. mensis Martii, vel a Paschate exorditur, ut vel hic locus demonstrat. Ipsemet enim Eugenius in Epistola ad Anselmum Tornacensem Episcopum data testatur se ipsum propriis manibus in Episcopum consecrasset, seque illum Tornacum transmittere ad regendum populum illi commissum. In fine legitur: *Datum Viterbii IX. Kal. Augusti indict. IX. Incarnat. Dom. anno MCXLVI. Pontificatus vero domini Eugenii III. Papa anno II. Denique Herimannus in Narratione Restaurationis Abbatæ Sancti Martini Tornacensis num. CXIII. & seqq. fuisse differit de restitutione Episcopatus Tornacensis, atque*

XX.
Episc.
Tornac.
restitui-
tur.

CHRISTI
1146.EUGENII III. PAP.
2.CONRADI REG. ROM. 8.
MANUELIS IMP. 4.

tem repudiasset, nulloque cum fructu thronum sublimem conscendisset. Hæc Nicetas, qui de ejus successore mox subicitista:

Cosmus vero tum in numero diaconorum erat, patria Ægineta, & quamvis eruditissimus, virtutum tamen choro erat illustrior. In primis benignitate erga pau-

Cosmus
Patriarc.

PAGIUS

que Anselmum Abbatem Sancti Vincentii Laudunensis invitum Papæ consecrandum presentatum esse, qui obedientia vinculo coactum Dominica Latere, Jerusalem solemniter consecrat. Paulo post: *Acta est consecratio domini Anselmi Episcopi Romæ anno Incarnat. Verbi Dei MCXLVI. quo anno fames fuit gravissima, ita ut Tornaci venderetur sextarius tritici LVI. solidis. Sicut ergo per Sanctum Medardum dignitatem proprii Episcopi perdidimus, dum ipse curam Episcopi Tornacensis sibi injunctam a Clero & Metropolitano tenuit; ita etiam per eundem libertatem nostram recepimus, dum Deus proprium nobis Pastorem restituens, Monachum S. Medardi in Episcopum dedit, Anselmum nempe.*

XXI.
Floret
Nicolaus
Canonic.
Regularis
postea Pa-
pa Ha-
drian. IV.
dictus.

Anno superiori in prima creatione Cardinalium ab Eugenio facta *Nicolaus Paparo Senensis, Presbyter Cardinalis tituli S. Marci dictus est; hoc vero anno in secunda eorundem creatione Nicolaus de Brekspere, seu Brekspear Anglus Episcopus Cardinalis Albanus renunciatus, uti habet Ciaconius in Histor. Cardin. Uterque postea Romanus Pontifex Electus, ille sub Alexandri III. iste sub Hadriani IV. nomine. Nicolaus per plures annos Canonicus Regularis fuit, & per aliquot Abbas monasterii Sancti Rufi prope Avenionem, de cuius varia fortuna Guillelmus Neubrigenfis lib. 2. de Reb. Angl. cap. 6. scribit: *Is natione Anglicus patrem habuit Clericum quendam non multa facultatis, qui relicto cum saculo filio impubere apud Sanctum Albanum factus est Monachus (Robertus nempe Nicolai Pater). Ille vero adolescentiam ingressus cum propter inopiam scholis vacare non posset, idem monasterium quotidiana sipsis gratia frequentabat. Unde pater erubuit, verbisque mordacibus socordiam ejus increpitans omni solatio destitutum cum gravi indignatione abegit. Tum de Nicolao subdit: *Ille vero sibi relictus, & forte necessitate aliquid audere coactus Gallieanas adiit regiones, ingenue erubescens, in Anglia vel fodere vel mendicare. Cumque in Francia minus prosperaretur, ad remotiora progrediens trans Rhodanum peregrinatus est, in regione qua Provincia dicitur. Est autem in illa regione monasterium nobile Clericorum Regularium, quod dicitur Sancti Rufi (extra civitatem Avenionensem positum, Valentiam postea translatum, ut videre est anno MCLI.) ad quem locum ille veniens & subsilendi occasionem ibidem inveniens, quibus potuit obsequiis iisdem se Fratribus (Canonici enim Regulares modo Fratres, modo Monachi appellati) commendare curavit.***

XXII.
Eit Abbas
S. Rufi.

Et quoniam erat corpore elegans, vultu jucundus, prudens in verbis, ad injuncta impiger, placuit omnibus, rogatusque canonici ordinis suscipere habitum, annis plurimis ibidem resedit regularis imprimis disciplina amulator. Cumque esset acris ingenii, & lingua expedita frequenti & studiosa lectione ad scientiam atque eloquentiam multum profecit. Unde factum est, ut Abbate defuncto (Willemo nempe, ut anno MCXXXVII. insinuavimus), Fratres eum concorditer atque solemniter in patrem e-

peres erat insignis, qua tamquam in pretioso monili gemma radians, sic ipsa inter virtutes ceteras lucebat. Adeo ut aliquando pallium & tunicam, & lineam calypram capitis pauperibus, misericordia motus distribueret; nec de suo tantum largiretur, sed alios etiam, ut pau-

peres. Quibus cum aliquandiu presuisset (scilicet usque ad præcedentem vel currentem annum), penitentia ducti, atque indignati quod hominem peregrinum levassent super capita sua, facti sunt ei de cetero inter infesti. Odiis itaque paulatim crudelentibus, ut jam graviter aspicerent in quo sibi paulo ante bene complacuerat, tandem consiliis & propositis contra eum capitulis ad Sedem Apostolicam provocarunt. Pia autem memoria Eugenius, qui tunc arcem Pontificis tenebat, cum rebellium filiorum contra patrem querelas audisset, & ejus pro se allegantis prudentiam modestamque animadvertens, paci inter eos reformanda efficacem operam dedit, multumque imperans & sapiens inculcans utrique parti, ut partes esse desinerent, & unitatem spiritus in vinculo pacis servarent, reconciliatos ad propria remisit.

At non diu quiescit nescia quietis malitia, graviusque insonuit rediiva tempestas. Interpellatus est iterum idem venerabilis Pontifex, cujus jam aures Fratrum illorum querelis & susurris timidebant. Utrique ergo parti pie & prudenter prospiciens. „ Scio, inquit, Fratres, ubi sedes sit Sathanæ, scio quid in vobis suscitetur procellam istam: ite, colligite vobis cum quo pacem habere possitis, vel potius velitis: iste non erit vobis ulterius oneri. Itaque dimisit Fratribus Abbatem in B. Petri obsequio retinens, Albanensem ordinavit Episcopum. Ita Neubrigenfis Anglus ipse, & hoc tempore vivens. Idem refert Matthæus Parisius in Vitis Abbatum San-Albanensium, in Roberto Abbate.

Nicolaus Brekspear successit in Abbatiam Sancti Rufi alter Nicolaus. Baluzius enim lib. 4. Marcæ Hisp. pag. 501. ex Instrumento publico refert, anno MCXLIX. captivus Dertosa primo Guillelmum Episcopum Barcinonensem cum consensu & voluntate Canonicorum suorum dedisse Ecclesiæ Sancti Rufi, cujus tum Abbas erat Nicolaus, Ecclesiam Sancti Michaelis castri Marmellariensis in agro Pœnitensi (page sito inter Tarraconem & Barcinonem, hodie Panades dicto) cum tota Parochia & cœmeterio suo & ceteris ad eam pertinentibus, salva sibi, inquit, nostra Sedis Canonica obedientia & reverentia. Decretum est autem ab Episcopo, ut in eadem Ecclesia reverendi Sancti Rufi Fratres religionem Canonicam secundum Regulam B. Augustini constituerent perpetuum permanendi, & disponant eam sicut alias obedientias Sancti Rufi. Erant obedientiæ Cellæ, Præposituræ & Grangiæ a monasteriis dependentes, ut videre est in Glossario Ducangii. Nicolaus iste prætermisus a San-Marthanis Tom. IV. Gall. Christ. in Catalogo Abbatum Sancti Rufi.

Hoc anno Rogerius Siciliæ & Neapolis Rex Africam Minorem, cujus incolæ Siciliam alias sibi subdiderant, eamque cum universo ferme Neapolis Regno diu captivam tenebant, debellandam suscepit, principio a Tripoli Barbariæ oppido facto. De hac expeditione loquitur verus Robertus de Monte a Dacherio editus, atque: Rex Rogerius Sicilia Tripolita-

XXIII.
Postea
Cardiu.
creatur.XXIV.
Alter Ni-
colaus ei
in Abba-
tiam S.
Rufi suc-
cedit.XXV.
Rogerius
Rex Afri-
cam mi-
norem sibi
subiicit.CHRISTI
1146.EUGENII III. PAP.
2.CONRADI REG. ROM. 8.
MANUELIS IMP. 4.

perum inopiæ subvenirent, impelleret. Hæc de Cosmo Nicetas. In ferie Pa-

PAGIUS

ranam Provinciam in Africa super Paganos cepit. In hac expeditione fuit, & multum profuit Ricardus de Linghenc Miles optimus, qui nuper de Bajocensi Comitatu illuc perreerat, & a Rege Rogerio Comitatum Andri insula, quem nuper idem Rex super Imper. Constantinop. ceperat, dono acceperat. Hic tamen Robertus enormiter peccat; expugnationem enim Tripolis cum an. MCXLV. copulat; cum tamen ad præsentem pertineat. Præterea anno MCXLV. loquitur de eclipsi Solari, quæ V. Kal. Novemb. contigerit, cum tamen ea acciderit die XXVI. mensis Octobris feria prima, annoque Christi MCXLVII. ut videre est apud Calvisium, qui eam supputavit in Opere Chronologico. Apud vulgatum Robertum de Monte eclipsis recte cum anno MCXLVII. connectitur, sed erratum a Librariis in die, ideoque loco, VIII. Kalendas Novembris, legendum, VII. Kalendas Novembris.

XXVI.
Alphonf.
Hispania
Imp. Cor-
dubam
occupat.

